R. 1.063

ANNALES
ECCLESIASTICI
AUCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem PAGII; *& Epiſtola conſularis Henrici* CARD. NORISII.
In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.
Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.

Tomus Tertius.

LUCÆ
Typis LEONARDI VENTURINI MDCCXXXVIII.
De Superiorum Licentia.

R. 1.063

ANNALES
ECCLESIASTICI
AUCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.
Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem PAGII; *& Epiſtola conſularis Henrici* CARD. NORISII.
In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.
Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.

Tomus Tertius.

LUCÆ
Typis LEONARDI VENTURINI MDCCXXXVIII.
De Superiorum Licentia.

ANNALES ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI ANNUS 255. | CORNELII PAP. ANNUS 2. | GALLI & VOLUSIANI IMPP. ANNUS 2.

I. Consulatus Volusiani secundus.

Ducentesimus quinquagesimus quintus Christi annus, Gallo & Volusiano secundum Coss. est adscribendus, licet ab aliis Galli tantum Consulatus secundus, Volusiani vero primus ponatur. Verum ex antiquis numismatum inscriptionibus, ambos simul secundum Consulatum gessisse colligitur, quibus secundus Consulatus cum Tribunitia potestate secundo repetita, sequenti vero anno tertio, ac demum quarto iterata ponitur. *Ann. Eccl. Tom. III.*

Si igitur una cum secundo Consulatu Volusiani, secundo pariter posita habetur Tribunitia potestas, quam anno secundo Imperii oportuit esse collatam; plane certum redditur, hunc annum esse, quo secundo Imperii anno Tribunitia potestate secundo actus Volusianus, secundum pariter gessit Consulatum. Qua quidem inscriptione, cum complura numismata reperiantur inscripta, hic unius ponimus, quæ est hujusmodi (*a*): IMP. CÆS. C. VIB. VOLUSIANUS AUG. P. M. TR. P. II. P. P. CON. II. (*a*) *Habet hæc & alia plura Hubert. in Thesaur. rer. antiquar. & Adolph. Occ. in Gallo.*

A Hoc

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1005. Olym. 257. an. 4. Olymp. 258. *secundum Baronium* A. C. 252.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5745.

⊙ 9. DC. ☽ 6. P. II. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 252. *secund. Baronium* 255.

LUCII PAPÆ 1.

GALLI, VOLUSIANI, HOSTILIANI IMPP. 1.

I. *Consules.*

[1] AD num. I. Coss. *C. Vibius Trebonianus Gallus Aug. II.* & *C. Vibius Volusianus Cæsar*; uterque juxta primam Consulatuum Cæsareorum regulam: ille enim anno elapso *Augustus*; hic *Cæsar* renuntiatus est. In veteribus quidem Fastis Volusianus non dicitur Cæsar, quia in iis Augusti & Cæsaris nomina, imo & nota numeralis plerumque negliguntur. Verum Volusianum Kalendis Januariis adhuc fuisse Cæsarem ostendunt & Numismata ejus apud Mediobarbum, qui varia refert, in quibus tantum *Cæsar* inscribitur, & Consulatus secundus anno insequenti ab eo gestus, propter Augusteam dignitatem hoc anno acceptam, ut tunc dicemus. Porro Gallum ante Imperium Consulatu suffecto exornatum fuisse, certum faciunt tam Fragmentum Consulare, quo usus Cuspinianus, quod-

ve

NOTÆ [1] Coss. *C. Vibius Trebonianus Gallus Aug. II. & C. Vibius Volusianus Cæsar*. Gruterus pag. DCCCCXCV. 9. & MLXXXI. 1.

I. ACTUM. PR. KAL. AUG. IMPP. DD. NN. GALLO AUG. II. ET VOLUSIANO. AUG. COS S.

Do-

II. Hoc ipso anno videtur habita Romæ Synodus sexaginta Episcoporum adversus Novatianum & alios ejusdem schismatis sectatores; de quo hæc Eusebius (*a*): *Ob quam rem* (Novatianum scilicet, quem Novatum nominat, lapsos à pœnitentia excludentem) *Concilium maximum Romæ cogitur; in quo sexaginta Episcopi, atque presbyteri totidem atque amplius una cum diaconis in unum conveniunt. A pastoribus etiam, separatim per singulas cujusque regionis provincias, quid de ea re agendum esset deliberantibus, colloquia fiunt. A quibus omnibus tandem decernitur, Novatianum * ejusque fautores tanta superbia inflatos, & quotquot illius inhumanissimæ & a fraterna charitate alienissimæ opinioni assentirentur, in eorum numero qui erant ab Ecclesia excluſi, haberi; fratres autem qui casu infelici prolapsi fuissent, pœnitentiæ medicamentis curari, & ad sanitatem restitui. Epistolæ quidem Cornelii Episcopi Romani, scriptæ ad Fabium Episcopum Ecclesiæ Antiochenæ, ad nos pervenerunt, quæ tum Acta Concilii Romæ habiti, tum quæ ob omnibus in Italia, in Africa, inque aliis locis de eo errore decreta erant, evidenter declarant:* Hæc Eusebius.

(*a*) *Euseb. lib. 6. cap. 35.*

Romanum Concilium in causa Laporum.

* *al* Novatum.

III. Plura concilia Romæ habita.

Idem quoque ait, in extrema parte epistolæ Cornelii ad Fabium datæ, scripta fuisse cætera quæ ejus Synodi essent Acta, usque ad nomina Episcoporum qui interfuerant, ac suscripsissent. Exciderunt ea, magno antiquitatis Ecclesiasticæ detrimento. Diversam vero hanc esse Synodum ab illa quam Romæ itidem celebratam fuisse diximus, diversa in singulis decreta sancita declarant; siquidem in illa (ut vidimus) jussi fuerant adhuc expectare lapsi; in hac autem iidem admitti jubentur. Quod igitur (ut ait Eusebius) Acta hujusmodi postrema Cornelii epistola ad Fabium Antiochenum continerentur; argumento est, ultimam ad eum fuisse scriptam, nempe hoc anno, antequam mitteretur (ut dicemus) ipse Cornelius in exilium. Aliud quoque Concilium dictum Ita-

PAGIUS ve Bucherius publicavit, in quo Gallus cum numerali nota editur, quam Inscriptio ab Onuphrio libro secundo Fastorum relata, in qua legitur: ACTUM. PR. KAL. AUG. IMP. DD. NN. GALLO. AUG. II. ET VOLUSIANO. AUG. COSS. His adde, Georgium Syncellum scribere: *Gallum quemdam Exconsulem, & cum eo Volusianum Decii filium milites salutant Imperatorem.* Græcum habet Βασιλέα, id est, *Regem*, quod nomen tam Augustis, quam Cæsaribus datum. Eo tamen in loco Volusianus Decii filius per errorem dictus.

Baronius Gallum & Volusianum II. Consules proponit, aitque: *Ex antiquis Numismatum inscriptionibus ambos simul secundum Consulatum gessisse colligitur, quibus secundus Consulatus cum Tribunitia Potestate secundo repetita ponitur.* Verumenimvero si argumentum illud ex Nummis deductum valeret, sequeretur, Gallum tam hoc anno, quam sequenti, quo Tribunitiam Potestatem secundam gessit, & occisus est, Consulem ordinarium processisse, quod nullus concesserit. Contra Pearsonius in Annalibus Cyprianicis Gallum hoc anno secundum Consulatum

II. Consules a Baronio & Pearsonio propositi rejiciuntur.

NOTÆ Donianæ Inscriptiones Cl. III. n. 52. pag. 126.

.... MIANO VOLUSIANO
PIO. FEL. AUG. PONT.
MAX. TRIB. POT. II.
COS. &c.

Nummi apud Bandurium tom. I. pag. 61. & 65. cum epigraphe

IMP. CAES. C.
VIBIUS TREBONIANUS
GALLUS AUG.

In postica: TR. P. COS. II. & TR. P. III. COS. II.

Item cum: TR. P. IIII. COS. II.

quam Tribuniciam potestatem *quartam* in *Treboniani* nummis perperam consignatam monuit *Dexippus*, tunc temporis scriptor.

Vetus inscriptio in Historia Genevensi Jacobi Sponii tom. II. pag. 371. postremæ editionis:

IMP. CAES.
C. VIBIO. TREBONIA
NO GALLO PIO FELICI
AUG. PONTIFICI. MAX.
TRIB. POTES. COS. II. P. P.
C. VIBIO. ANNIO. GALLO
...IANO. VOLUSIANO
.....

Et hic alterum *Volusiani* nomen denotatur, nempe *Annius*. Nomina *Volusiani* in Græcis nummis apud Bandurium tom. I. pag. 89. hæc sunt: *Imp. Cæs. Caius Gandalicus, Finnicus, Galindicus, Vendonicus Volusianus Augustus* cum *Trib. P. II.* & COS. II.

Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii laterculus: *Gallo II.* & *Volusiano*.

Italicum, tunc celebratum constat, cujus meminit S. Hieronymus (*a*); deque eo, nec non Romano, quod diximus, & Africano, de quo dicturi sumus, Cornelium Papam aliam scripsisse ad Fabianum, quem Flavianum nominat, Antiochenum Episcopum, testatur.

(*a*) *Hier. de Script. Eccles. in Cornel.*

IV. Concilia plura ea de causa in aliis locis celebrata.

Quod autem non solum Romæ, sed in diversis aliis provinciis eadem ex causa Concilia fuisse celebrata tradit Eusebius; constat in Africa item hoc anno Idibus Maiis convenisse simul Episcopos, ut meminit Cyprianus (*b*) scribens ad Cornelium Papam. Diversam ac plane aliam hanc fuisse Synodum ab ea quam anno superiori diximus celebratam, satis eadem Cyprianus epistola certum reddit, dum meminit Synodi anno superiori celebratæ. Hoc ipsum plane esse Concilium; quod post Pascha celebrandum fore hoc anno, qui tertius numeratur a persecutionis exordio, idem Cyprianus testatur (scribens ad Fortunatum (*c*) atque collegas Episcopos, cum illi, quid agendum esset de quibusdam lapsis, ipsum consuluissent. Interfuerunt huic Synodo Episcopi quadraginta duo, quorum extat Synodica (*d*) ad Cornelium Romanum Pontificem missa; qua quid in Synodo actum sit; & causam, cur lapsis pœnitentibus de injunctis vel injungendis pœnitentiis tribuerent indulgentiam, fuerint persuasi, atque ad id agendum permoti, significant in hæc verba:

(*b*) *Cypr. epist. 55.*

(*c*) *Cypr. epist. 93.*

(*d*) *Cypr. epist. 54.*

V. Synodica ex Africano Concilio.

Statueramus quidem jam pridem, frater carissime, participato invicem nobiscum consilio, ut qui in persecutionis infestatione supplantati ab adversario, & lapsi fuissent, & sacrificiis se illicitis maculassent, agerent diu pœnitentiam plenam; &, si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas & divina clementia, Ecclesiam pulsantibus claudi, & dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de sæculo recedentes, sine communicatione & pace ad Dominum dimitterentur; quando permiserit ipse qui legem dedit, ut ligata in terris, etiam in cœlis ligata essent; solvi autem possent illic, quæ hic prius in Ecclesia solverentur. Sed enim cum videamus diem rursus alterius infestationis appropinquare cœpisse, & crebris atque assiduis ostensionibus admoneamur, ut ad certamen, quod nobis hostis indicit, armati & parati simus, plebem etiam nobis de divina dignatione commissam exhortationibus nostris paremus, & omnes omnino milites Christi, qui arma desiderant & prælium flagitant, intra castra Domini recolligamus; necessitate cogente censuimus, Eis qui de Ecclesia Domini non recesserunt, sed pœnitentiam agere, & lamentari, ac Dominum deprecari a primo lapsus sui die non desiterunt, pacem dandam esse, & eos ad prælium, quod imminet, armari & instrui oportere.

De lapsis statim recipiendis.

VI. Futura persecutio præsagitur.

Obtemperandum namque est ostensionibus atque admonitionibus justis, ut a pastoribus oves in periculo non deserantur, sed grex omnis in unum congregetur, & exercitus Domini ad certamen militiæ cœlestis armetur. Merito enim trahebatur dolentium pœnitentia tempore longiore, ut infirmis in exitu subveniretur, quandiu quies & tranquillitas aderat, quæ differre diu plangentium lacrymas, & subvenire sero morientibus in infirmitate pateretur. At vero nunc non infirmis, sed fortibus pax est necessaria, nec morientibus, sed viventibus communicatio a nobis danda est; ut quos excitamus & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione corporis & sanguinis Christi muniamus. Et cum ad hoc fiat Eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra adversarium volumus, munimento Dominicæ saturitatis armemus. Nam quo modo docemus, aut provocamus, eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? Aut quo modo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in Ecclesia poculum Domini jure communionis admittimus.

VII. Lapsorum habenda differentia.

Interesse debet, frater carissime, inter eos qui vel apostataverunt, & ad sæculum, cui renunciaverant, reversi gentiliter vivunt, vel ad hæreticos transfugæ facti

PAGIUS tum iniisse ex Nummis clare patere scribit, uti ex isto: *Imp. Cæs. C. Vib. Trebonianus Gallus Aug. P. M. Tr. P. Coss. II. P. P.* quem hoc anno cusum arbitratur, quia Tribunitia Potestas in eo sine numerali nota editur. Sed hic Nummus similesve ad hanc rem nihil faciunt; in illis enim Tribunitia Potestas absolute ponitur, ideoque quo anno Imperii cusi, incertum. Sic nullus dixerit, hunc Severi Nummum a Mediobarbo relatum primo Imperii ejus anno percussum: SEVERUS PIUS AUG. IMP. XII. PARTH. MAX. in postica: TR. P. COS. III. P. P. S. C. quia, licet Tribunitia Potestas sine numerali nota efferatur, non ideo tamen ejus Imperii initio cusus, cum nonnisi decimo Imperii anno Consulatum tertium capes-

sierit. Ex Nummis itaque hæc difficultas diffiniri non potest, ideoque tam a Baronio, quam a Pearsonio frustra adhibiti.

A num. IV. ad XLV. Pearsonius citatus res hoc anno gestas hoc modo digerit. Ipso statim hujus anni initio S. Cyprianus ad Confessores Romanos dat epistolam LIV. quæ Pamelio est LI. de eorum ad Ecclesiam reditu congratulatoriam; postquam non tantum a Cornelio, sed ab ipsis etiam postea literas de regressione sua & fraterna redintegratione accepisset. His autem literis duos libellos a se scriptos illis commendat, *de Unitate* unum, quem ad Romanos dudum, antequam Confessores ad Ecclesiam reversi sunt; *de Lapsis* alterum, quem nuper post interitum Decii apud suos legerat, & Romam transmiserat,

III. *Cyprianus componit libros de Unitate & de Lapsis.* Baron. an. 254. n. LXXXVIII.

contra Ecclesiam parricidalia quotidie arma suscipiunt, & inter eos qui ab Ecclesiæ limine non recedentes, & implorantes jugiter ac dolenter divina & paterna solatia, nunc se ad pugnam paratos esse, & pro Domini sui nomine, ac pro sua salute stare fortiter, & pugnare profitentur. Hoc in tempore pacem nos non dormientibus, sed vigilantibus damus; pacem non deliciis, sed armis damus; pacem non ad quietem, sed ad aciem damus. Si secundum quod eos audimus & optamus, & credimus, fortiter steterint, & adversarium nobiscum in congressione prostraverint, non pœnitet pacem concessisse tam fortibus: immo Episcopatus nostri grandis honor & gloria est, pacem dedisse martyribus; ut sacerdotes, qui sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo & victimas præparemus. Si autem (quod Dominus avertat a fratribus nostris) aliquis lapsorum fefellerit, ut pacem subdole petat, & impendentis prælii tempore communicationem non præliaturus accipiat; se ipsum fallit, & decipit, qui aliud corde occultat, & aliud voce pronuntiat. Nos, in quantum nobis & videre, & judicare conceditur, faciem singulorum videmus, cor scrutari, & mentem perspicere non possumus: de his judicat occultorum scrutator & cognitor cito venturus, & de arcanis cordis atque abditis judicaturus. Obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali a bonis adjuvari. Nec ideo facturis martyrium pax deneganda est, quia sunt quidam denegaturi; cum propter hoc pax sit danda militaturis, ne per ignorantiam nostram ille incipiat præteriri, qui habet in prælio coronari.

VIII. Dispensationis & indulgentiæ causa.

Nec quisquam dicat, qui martyrium tulit, sanguine suo baptizatur; nec pax illi ab Episcopo necessaria est, habituro gloriæ suæ pacem & accepturo majorem de Domini dignatione mercedem. Primo idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad prælium, & mens deficit, quam non recepta Eucharistia evigit & accendit: ac post multa: *Ne igitur ore nostro, quo pacem negamus, quo duritiam magis humanæ crudelitatis, quam divinæ & paternæ pietatis dulcedinem apponimus, oves nobis commissæ a Domino reposcantur; placuit nobis, sancto Spiritu suggerente, & Domino per visiones multas & manifestas admonente, quia hostis nobis imminere prænunciatur, & ostenditur, colligere intra castra milites Christi; & examinatis singulorum causis, pacem lapsis dare, immo pugnaturis arma suggerere; quod credimus vobis quoque paternæ misericordiæ contemplatione placiturum. Quod si de collegis aliquis exiterit, qui, urgente certamine, pacem fratribus & sororibus non putat dandam; reddet ille rationem in die judicii Domino, vel importunæ censuræ, vel inhumanæ duritiæ suæ. Nos, quod fidei & charitati & solicitudini congruebat, quæ erant in conscientia nostra protulimus, diem certaminis appropinquasse, hostem violentum cito contra nos exsurgere; pugnam non talem, qualis fuit, sed graviorem multo & atrociorem venire; hoc nobis divinitus frequenter ostenditur, de hoc nos providentia & misericordia Domini sæpius admonent; de cujus ope & pietate, qui in eum confidimus, possumus esse securi; quia qui in pace militibus suis futuram prænunciat pugnam, dabit & militantibus in congressione victoriam. Optamus, te frater carissime, bene valere:* Hucusque Synodica de Concilio sub Cypriano hoc anno in Africa celebrato; quibus plane significatur, indulgentiam lapsis nonnisi vere pœnitentibus ex eo Concilii decreto esse dandam. Quæ verba hactenus in Apostolicis litteris, cum indulgentia impartitur, apponi consueverunt.

IX. (a) Socr. lib. 5. c. 19.

Ad hæc plane tempora referenda essent, quæ tradit Socrates (a) & ipse secta Novatianus (si hæretico homini de suis dogmatibus tractanti fides adhibenda foret) his verbis: *Ab illo tempore quo Novatiani se ab Ecclesia sejunxerant, recusaverantque cum his, qui tempore persecutionis regnante Decio concitatæ lapsi erant, communicare; Ecclesiarum Episcopi canoni adjunxerunt, ut in singulis Ecclesiis presbyter quidam pœnitentiæ præesset; quo qui post baptismum lapsi fuissent, coram presbytero ad eam rem designato, peccata sua confiterentur:* Hæc Socrates. Quod quidem si verum esset, id ad hæc tempora referendum foret; quod pœnitentibus lapsis

Refellitur Socratis de Presbyt. Pœnitentiario assertio.

PAGIUS rat; cujus brevem synopsin his verbis proponit: *Ubi Lapsis nec censura deest, qua increpet; nec medicina, qua sanet.* Ad hæc enim duo capita omnia in illo libello præclare dicta facile reduci possunt; ut appareat, libellum *de Lapsis* decretis in Concilio nuper factis plane conformem fuisse. Duo igitur libelli, quorum hac in epistola mentio, erant Tractatus duo ab ipso Cypriano exarati, & Carthagine lecti, & Romam transmissi, *de Unitate* & *de Lapsis*; non autem libelli Canonum a Concilio Carthaginiensi editi, ut putat Baronius. Singula enim placitorum ejus Concilii capita uno libello conscripta sunt, ut Cyprianus ipse ad Antonianum testatur.

Circa idem tempus S. Cornelius scripsit ad Fabium Episcopum Antiochenum, epistolam de facinoribus Novatiani, cujus insigne fragmentum extat apud Eusebium lib. 6. cap. 43. quod cum Cyprianicis collatum, lumen dat, accipitque vicissim. In hac epistola reditum *Confessorum* describit, & *Novatianum* jam fere ab omnibus desertum esse narrat, quod ante hoc tempus dici non potuit, cum jam *Confessores* in Ecclesiam recepti, & *Nicostratus, Novatus, Evaristus, Primus & Dionysius*, magna Novatiani partis præsidia, Roma in Africam profecti, & ab Ecclesia Africana rejecti essent.

IV. S. Cornelius reditum Confessorum significat.

Men-

lapsis indulgentiæ aperta janua, frequenti cœtu iidem concurrerent ad Ecclesiam. At commentum id esse, plane convincitur. Siquidem lapsorum restitutio (quod ii publice deliquissent) non erat tale opus, quod uni posset demandari presbytero; quippe cum nec id solus præstare soleret Episcopus, quem, convocata Ecclesia, id non tantum facere oporteret fratrum suorum consensu, sed etiam populi rogata sententia. Id quidem solere factitari, Cyprianus (a) ad Cornelium scribens de his quæ faceret, sui exemplo satis docet. Scriptam esse eam epistolam post præsentem Synodum, ex his quæ paulo inferius dicemus, liquido apparebit. Sic igitur nullus presbyter pœnitentiarius Ecclesiis singulis potuit operi præfici, quod præsente ad hoc convocata Ecclesia faciendum esset. Quod si occultis tantum audiendis delictis sederet presbyter, id semper in Ecclesia fuisse oportuit: nec ratio est, cur potius tempore Decii, quam alis antea temporibus, id instituere in Ecclesia opus fuerit, cum, qui secreto peccarent, numquam defuerint. Sed de his alias pluribus tomo primo Annalium actum est.

(a) Cypr. epist. 55.

X. Creatur adversus Cyprianum Fortunatus Pseudo-episcopus.

Accidit præterea, ut Privatus, veterator hæreticus, una cum suis ad hanc Synodum venerit, quasi acturus causam suam; sed quod fuisset antea sæpe damnatus, ab eodem tunc conventu exclusus est: cum ille collectis secum sociis, ibidem Carthagine creavit adversus S. Cyprianum Pseudo-Episcopum Fortunatum. Rem gestam idem Cyprianus (b), ad Cornelium scribens, his indicat verbis: *Cum causam suam* (Privatus hæreticus scilicet) *apud nos in Concilio quod habuimus Idibus Maiis, quæ proxime fuerunt, agere velle se diceret, nec admissus esset; Fortunatum istum sibi Pseudo-Episcopum dignum collegio suo fecit. Venerat etiam cum illo & Felix quidam, quem ipse extra Ecclesiam in hæresi Pseudo-Episcopum olim constituerat; sed & Jovinus & Maximus comites cum Privato hæretico affuerunt, ob nefanda sacrificia & crimina in se probata, sententia novem Episcoporum collegarum nostrorum condemnati, & iterato quoque a pluribus nobis in Concilio anno priore absenti; cum his autem quatuor junctus est & Repostus Saturnicensis; qui non tantum in persecutione ipse cecidit, sed & maximam partem plebis suæ sacrilega persuasione dejecit. Hi quinque cum paucis vel Sacrificatis, vel male sibi conscIis, Fortunatum sibi Pseudo-Episcopum cooptarunt; ut criminibus in unum convenientibus, talis esset scilicet rector, quales illi qui reguntur. Hinc jam & cætera mendacia, frater carissime, potes noscere, quæ illic homines desperati & perditi ventilaverunt; ut cum de Sacrificatis, vel de hæreticis amplius quam quinque Pseudo-Episcopi non fuerint, qui Carthaginem venerint, & Fortunatum sibi dementiæ suæ socium constituerint; illi tamen, quasi visi filii diaboli, & mendacio pleni, ausi sunt (ut scribis) jactitare, vigintiquinque Episcopos affuisse; quod mendacium & istic prius apud fratres nostros jactitabant, dicentes vigintiquinque Episcopos de Numidia esse venturos, qui sibi Episcopum facerent. Quo in mendacio suo, posteaquam quinque solis convenientibus naufragis, & a nobis absentis, detecti sunt atque confusi; Romam cum mendaciorum suorum merce navigaverunt; quasi veritas post eos navigare non posset, quæ mendaces linguas rei certæ probatione convinceret:* Hæc Cyprianus.

(b) Cypr. epist. 55.

XI. Legatio schismaticorum ad Cornelium.

Creato igitur ab hæreticis atque schismaticis Pseudo-Episcopo Fortunato, continuo ab eis missa est legatio Romam ad Cornelium Papam; Catholicam communicationem ab eodem subrepturis: quippe qui scirent ab omnibus hæreticos notandos fore atque schismaticos, si Apostolicæ sedis communione careant. Hujus legationis officio functus est Felicissimus illi schismatis auctor, de quo multa superius: qui prævenire conatus est nuncios a Cypriano mittendos, quo a Cornelio absque adversæ partis repugnantia recipi facilius posset. De qua Felicissimi festinatione hæc idem Cyprianus (c) superius ad Cornelium: *Nactus tamen occasionem familiarissimi hominis & clerici, per Felicianum acoluthum, quem cum Perseo * collega nostro miseras, inter cætera quæ in notitiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato isto tibi scripsi; sed dum istic Felicianus frater noster vel vento retardatur,*

(c) Cypr. epist. 55.

* al. Priscо

PAGIUS V. Antonianus in Numidia Epise. titubat.

Mense Februario scribit Cyprianus ad *Antonianum* Numidiæ Episcopum, epistolam LV. Pamelio LII. prolixam, sane atque insignem, & ad hujus temporis Historiam illustrandam apprime necessariam, quam Baronius *ipso Cornelii Sedis exordio* scriptam esse perperam existimavit. Nam post ordinationem Novatiani primas ad Cyprianum literas dederat *Antonianus*, quibus significavit, se non cum Novatiano, sed cum Cornelio communicare. Postmodum Novatianus literas ad *Antonianum* dedit, quæ scriptæ sunt, postquam *Trophimus* & Thurificati a Cornelio admissi fuerant in Ecclesiam. His literis permotus

Baron. an. 254. n. CIII.

Antonianus alias ad Cyprianum dedit, quibus se nutare cœpisse significavit, iisque hac epistola respondet Cyprianus, quæ ipso Cornelii Sedis exordio exarari non potuit. Quinimo ex ipsa epistola constat, post Concilium prioris anni Carthagine diu habitum, imo post Concilium Romanum, quo Carthaginiense confirmatum, post Confessorum ad unitatem Ecclesiæ reditum, Deciique interitum eam scriptam fuisse. Et sane præclara est ea epistola, in qua Cyprianus de Lapsorum causa plene disserit, se ipsum sedulo purgat, Cornelium copiose defendit, Novatianum acriter perstringit, prioris Concilii placita ita

ex-

tur, vel accipiendis aliis epistolis a nobis detinetur. Felicissimo ad vos properante, præventus est. Ita enim semper scelera festinant, quasi contra innocentiam festinatione prævaleant: Hæc de festinatione Felicissimi Cyprianus.

XII. Ejecti schismatici a Cornelio.

At non ipse solus, sed magna cum eo schismaticorum caterva Romam adnavigavit; qui cum a Cornelio audiri ac recipi postularent, ab eodem protinus rejecti sunt. Id quidem Cornelii ad Cyprianum datæ litteræ significant, quarum idem Cyprianus meminit (*a*), dicens: *Legi litteras tuas, frater carissime, quas per Saturum fratrem nostrum aculuthum misisti, & dilectionis fraternæ, & Ecclesiasticæ disciplinæ, & Sacerdotalis censuræ satis plenas; quibus significasti, Felicissimum hostem Christi, non novum, sed jampridem ob crimina sua plurima & gravissima abstentum, & non tantum meæ, sed plurimorum Coepiscoporum sententia condemnatum rejectum a te illic esse; & cum venisset stipatus caterva, & factione desperatorum, vigore pleno, quo Episcopos agere oportet, pulsum de Ecclesia esse, de qua jampridem cum sui similibus, Dei majestate, & Christi Domini & judicis nostri severitate depulsus est, ne schismatis & dissidii auctor, ne pecuniæ commissæ sibi fraudator, ne stuprator virginum, ne matrimoniorum multorum depopulator, atque corruptor ultra adhuc sponsam Christi incorruptam, sanctam, pudicam præsentiæ suæ dedecore, & impudica atque incœsta contagione violaret:* Hæc Cyprianus de repulsa Felicissimi, & sociorum.

(*a*) Cypr. epist. 55.

XIII.

At semel licet a Cornelio rejecti, haud recedentes quievere, sed pertinacius instare cæperunt apud eumdem, ut allatas a se ab Africa litteras acciperet. Cum autem nec sic illis minantibus Cornelius acquieverit; ipse tamen nonnihil adversus S. Cyprianum permotus, quod de re tanta nihil ad se scripsisset, adnavigantibus præsertim Romam suis oppugnatoribus. Quamobrem confestim ad eum subinfense iterum scribens, jure redarguisse ipsum visus est, cum & se pariter excusat, quod accusatorum ipsius vehementer exagitaretur molestiis; colligi id quidem potest ex dictis litteris a Cypriano ad eumdem Cornelium missis, quibus expostulans ait: *Sed enim lecta alia tua epistola, frater, quam primis litteris subjunxisti; satis miratus sum, cum animadvertissem te minis atque terroribus eorum, qui venerant, aliquantum esse commotum; cum te [secundum quod scripsisti] aggressi essent cum summa desperatione, comminantes, quod si litteras, quas attulerant, non accepisses, publice eas recitarent, & multa turpia ac probrosa & ore suo digna proferrent. Quod si ita res est, frater carissime, ut nequissimorum timeatur audacia; & quod mali jure atque æquitate non possunt, temeritate ac desperatione perficiant; actum est de Episcopatus vigore, & de Ecclesiæ gubernandæ sublimi ac divina potestate, nec Christiani ultra aut durare, aut esse jam possumus: si ad hoc ventum est, ut perditorum minas atque insidias pertimescamus:* Hæc & alia multa eodem argumento ad Cornelium Cyprianus.

XIV. Justæ querelæ Cypriani.

Qui quidem, quod schismaticorum calumniis adversus se visus sibi fuisset Cornelius aliquantulum aures admovisse, justam hanc iisdem litteris querelam de sua legitima electione subjunxit (*b*): *Cæterum (dico enim provocatus, dico dolens, dico compulsus) quando Episcopus in loco defuncti substituitur, quando populi universi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omnibus fideliter junctus, plebi suæ in Episcopatu quadriennio jam probatus, inquiete serviens disciplinæ, in tempestate proscriptus, applicito & adjuncto Episcopatus sui nomine, toties ad leonem petitus in Circo, in Amphitheatro Dominicæ dignationis testimonio honoratus; his ipsis etiam diebus, quibus has de te litteras feci, ob sacrificia quæ edicto proposito celebrare populus jubebatur, clamore populariu, ad leonem denuo postulatus in Circo: Cum talis, frater carissime, a quibusdam desperatis & perditis & extra Ecclesiam constitutis impugnari videtur, apparet quis impugnet; non scilicet Christus, qui sacerdotes aut constituit, aut protegit, sed ille qui Christi adversarius, & Ecclesiæ ejus inimicus. Ad hoc Ecclesiæ Præpositum sua infestatione persequitur, ut gubernatore sublato, atrocius atque violen-*

(*b*) Cypr. eadem epist. 55.

(*a*) Cypr. eadem epist. 55.

lentius circa Ecclesiæ naufragia grassetur. Post hæc autem, quod non statim scripserit, hanc affert excusationem (*a*).

XV. Excusatio Cypriani.

Quod autem tibi de Fortunato isto Pseudo-Episcopo a paucis & inveteratis hæreticis constituto non statim scripsi, frater carissime; non ea res erat, quæ in notitiam tuam deberet per nos festinato statim quasi magna & metuenda, perferri; maxime quando & Fortunati nomen jam satis nosses, qui est unus ex quinque presbyteris jampridem de Ecclesia profugis, & sententia Coepiscoporum nostrorum multorum & gravissimorum virorum nuper absentis: qui super hac re priore anno ad te litteras fecerunt. Item Felicissimum signiferum seditionis recognosceres, qui & ipse in iisdem Coepiscoporum nostrorum factis ad te pridem litteris continetur, qui non tantum ab his istic abstentus, sed abs te illic nuper de Ecclesia pulsus est. Cum hæc in notitia tua esse considerem, & pro certo hærere memoriæ & disciplinæ tuæ scirem, necessarium non putavi celeriter & urgenter hæreticorum tibi ineptias nunciandas. Neque enim ad Catholicæ Ecclesiæ majestatem pariter ac dignitatem pertinere debet, quid apud se hæreticorum & schismaticorum moliatur audacia. Nam & pars Novatiani Maximum presbyterum nuper ad nos a Novatiano legatum missum, atque a nostra communicatione rejectum, nunc istic sibi feciße Pseudo-episcopum dicitur; nec tamen de hoc tibi scripseram, quando hæc omnia contemnantur a nobis, & miserim tibi proxime nomina Episcoporum istic constitutorum, qui integri & sani in Ecclesia Catholica fratribus præsunt: Hæc & alia in sui excusationem Cyprianus ad Cornelium; qui super universum Christi gregem invigilans, quicquid etiam ageretur in transmarinis Ecclesiis, magna solicitudine ad se perferendum curabat, tantaque solertia, ut Cyprianum quem sciret accuratissimum, negligentiæ tamen nomine quadamtenus suspectum haberet.

XVI. Duo inter se contraria schismata.

Hic autem admonendum est; hoc tempore duas & inter se contrarias schismaticorum factiones, pari tamen conatu, adversus Ecclesiam Catholicam conspiraße; quarum alterius Novatianus, alterius vero Felicissimus dux ac propugnator erat acerrimus. Ajebat ille, lapsorum neminem in Ecclesiam recipiendum esse; hic vero lapsos omnes absque pœnitentia mox suscipi debere. At inter duo hæc extrema, Catholica incedens Ecclesia, via media sic lapsis pacem dabat, ut tamen prævia pœnitentia (ut vidimus) ipsi sibi aditum patefacerent. Felicissimus igitur Romam veniens, quem sibi adversarium magis sciret, Novatianum declinavit, & ad Cornelium se contulit; apud quem severitatis inter alia redarguit S. Cyprianum, quod non omnes, sed quos vellet, delectu habito, lapsos reciperet. Quamobrem coactus est Cyprianus, suis, quas diximus, litteris adversus Felicissimum, ejusque sectarios, ad Cornelium Apologiam scribere, qua impiorum scelera aliqua saltem ex parte redderet notiora; & primum quod spectat ad veniam lapsis impertiendam, quam illi ab exordio persecutionis adversati sint Ecclesiasticæ disciplinæ declarat; sed præmittit hæc, dicens (*b*):

(*b*) Cypr. eadem epist. 55.

XVII. Scelera Schismaticorum.

Nec me oportet, frater carissime, patria nunc cum illis facere, & ea quæ commiserunt, atque hucusque committunt, meo sermone decurrere; cum considerandum sit nobis, quid proferre & scribere Sacerdotes Dei oporteat, nec tam dolor apud nos debeat, quam pudor loqui; & ne videar provocatus maledicta potius quam crimina, & peccata congerere. Taceo itaque de fraudibus Ecclesiæ factis, conjurationes & adulteria & varia delictorum genera præterea. Unum illud, in quo non mea, nec hominum, sed Dei causa est, de eorum facinore non puto esse reticendum, quod a primo statim persecutionis die, cum recentia delinquentium facinora ferverent, & sacrificiis nefandis non tantum diaboli altaria, sed adhuc manus ipsæ lapsorum atque ora fumarent: communicare cum lapsis, & pœnitentiæ agendæ intercedere non destiterunt. Clamat Deus (c): Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli. Et Dominus in Evangelio (d) dicit: Qui me negaverit, negabo illum. Et alio loco (e) indignatio & ira divina non tacet, dicens: Illis fudistis libamina, & illis imposuistis sacrificia; super hæc non indignabor? dicit Dominus. Et intercedunt, ne rogetur

(*c*) Exod. 22.
(*d*) Matth. 10.
(*e*) Isa. 57.

PAGIUS explicat & tuetur, ut ante secundum Concilium hoc anno Idibus Maii celebratum sese scripsisse aperte significet.

VI. *Antiochenum Concilium adversus Novatianum.* Baron. n. XXXV. & seqq.

Mense Martio *Fabius* Antiochiæ Episcopus, qui Novatiani partibus nimis favebat, acceptis Cornelii literis de facinoribus Novatiani, ut Parsonio videtur, Concilium indicendum curavit, quod Antiochiæ de schismate deliberaturum conveniret. Tum vero *Helenus* cum suis e Cilicia, & *Firmilianus* ex Cappadocia, & *Theoctistus* e Palæstina Sedi Antiochenæ subditi *Dionysium* Alexandriæ Episcopum ad idem Concilium invitabant, quod sentirent, Antiochiæ nonnullos ad Novatiani schisma confirmandum paratos fuisse. Sed antequam Concilium Antiochiæ conveniret, mortuus est Fabius, & ejus loco electus *Demetrianus*, ut ad Cornelium scribit Dionysius. Quare Fabii obitus recte a Baronio hoc anno consignatus. Hujus Concilii Antiocheni a Demetriano Fabii successore adversus Novatianum celebrati meminit Libellus Synodicus post Baronii mortem in lucem editus.

VII. *Cyprianus respondet ad quæstionem de Lapsis recipiendis.*

Hoc anno Pascha celebratum est secundum Canonem Hippolyti *III. Idus Aprilis*. Cyprianus autem inter Paschæ prima solennia scribit epistolam LVI. Pamelio LIII. ad Fortunatum aliosque Epi- PAGIUS Episcopos, qui in Capsensi civitate propter Episcopi ordinationem convenerant, respondens ad quæstionem sibi propositam, an Lapsos per triennium pœnitentes ad communionem jam sas esset admittere. Ceterum tum ex temporis notatione, tum ex ipsa quæstionis natura palam est, ad se literas post prioris anni Concilium datas esse, in quo decretum, ut Lapsi priusquam communionem acciperent, pœnitentiam plenam agerent. Easdem etiam patet ante hujus anni Concilium exaratas; tum quod Episcopi peterent, ut Cyprianus cum pluribus Collegis de hoc ipso plenissime tractaret, & Cyprianus id se statim facturum sponderet, cum jam Episcopi plures convenirent, ut de eo quod consuluerunt, figatur & rescribatur firma illa sententia, multorum Sacerdotum consilio ponderata. Quod quidem in Concilio *Idibus Maii* celebrato mox constitutum, neque post illius decretum hac de re postea dubitari potuit. Triennium igitur in his literis non pro exacto, sed pro inchoato sumendum est: & ii, de quibus agitur, sub initio persecutionis lapsi sunt. Hujus epistolæ Baronius in Annalibus hoc anno meminit.

VIII. Baron. num. IV.

Mense Maio, cum jam Episcopi post Paschæ solennia, quibus apud se cum fratribus demorati sunt,

tur Deus, qui indignari se ipse testatur. Intercedunt, ne exoretur precibus & satisfactionibus Christus, qui negantem se negare profitetur.

XVIII. (a) Cypr. eadem ep. 55. De lapsis quæ decreta fuerint.

Nos (a) in ipso persecutionis tempore de hoc ipso litteras misimus, nec auditi fumus, Concilio frequenter coacto, non consensione tantum nostra, sed & comminatione decrevimus, ut pœnitentiam fratres agerent, ut pœnitentiam non agentibus nemo temere pacem daret. Et illi contra Deum sacrilegi, contra sacerdotes Dei impio furore temerarii, de Ecclesia recedentes, & contra Ecclesiam parricidalia arma tollentes, elaborant (ut opus suum diaboli malitia consumment) ne vulneratos divina clementia in Ecclesia sua curet; miserorum pœnitentiam mendaciorum suorum fraude corrumpunt, ne Deo indignanti satisfiat; ne Christum Dominum suum, qui Christianus esse vel erubuit ante, vel timuit, postmodum quærat; ne ad Ecclesiam, qui de Ecclesia recesserat, redeat. Datur opera, ne satisfactionibus & lamentationibus justis delicta redimantur, ne vulnera lacrymis abluantur; pax vera falsæ pacis mendacio tollitur; salutaris sinus matris, noverca intercedente, præcluditur, ne de pectore atque ore lapsorum fletus & gemitus audiatur. Compelluntur adhuc insuper lapsi, ut linguis, atque ore, quo in Capitolio ante deliquerant, sacerdotibus convicium faciant, confessores, & virgines, & justos quosque fidei laude præcipuos, atque in Ecclesia gloriosos, contumeliis & maledicis vocibus prosequantur: a quibus quidem non tam nostrorum modestia & humilitas & pudor cæditur, quam illorum ipsorum spes & vita laceratur.

XIX. Satisfactio necessaria lapsis.

Post hæc & alia S. Cyprianus multa de necessitate satisfactionis & pœnitentiæ, quam conabantur illi prorsus auferre, locutus, hæc de iisdem subdit: *Quibus etiam satis non fuit ab Evangelio recessisse, spem lapsis satisfactionis & pœnitentiæ sustulisse, fraudibus involutos, vel adulteriis commaculatos, vel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne Deum rogarent, ne in Ecclesia exomologesin criminum facerent, ab omni & sensu, & fructu pœnitentiæ removisse; nisi foris sibi extra Ecclesiam, & contra Ecclesiam constituissent conventiculum perditæ factionis, cum male sibi conscriorum, & Deum rogare & satisfacere nolentium caterva confluaret. Post ista, adhuc insuper Pseudo-Episcopo sibi ab hæreticis constituto, navigare audent, & ad Petri cathedram atque ad Ecclesiam principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta est, a schismaticis & profanis litteras ferre; nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo (b) prædicante, laudata est; ad quos perfidia habere non possit accessum:* Hæc de Romana Ecclesia Cyprianus, ad quam schismatici frustra eumdem criminaturi propere navigassent; nam subdit:

(b) Rom. 1.

XX. De causa schismaticorum.

Quæ autem causa veniendi, & Pseudo-Episcopum contra Episcopum factum nunciandi? Aut enim placet illis quod fecerunt, & in suo scelere perseverant; aut si displicet & recedunt, sciunt quo revertantur. Nam cum statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter & justum, ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus; oportet utique eos, quibus præsumus, non circumcursare, nec Episcoporum concordiam cohærentem sua subdola & fallaci temeritate collidere; sed agere illic causam suam ubi & accusatores habere & testes sui criminis possint.

XXI. De judiciis peregrinis decretum.

Hoc autem quod citat Cyprianus in Ecclesia esse statutum, ut primæ causæ in propriis cognoscantur Ecclesiis, apud Fabiani epistolam ad Hilarium scriptam legitur in hæc verba: *Peregrina vero judicia, salva in omnibus Apostolica auctoritate, generali sanctione prohibemus? quia indignum est, ut ab externis judicentur, qui provinciales, & a se electos debent habere judices, nisi fuerit appellatum. Unde oportet, si quis Episcoporum super certis accusetur criminibus, ut ab omnibus audiatur, qui sunt in Provincia, Episcopis; quia non oportet accusatum alicubi quam in foro suo audiri.* Cum igitur horum accessus ad Romanum Pontificem non fuerit prosequendæ appellationis causa, sed Cypriani accusandi, atque Fortunati electionis confirmandæ gratia; non injuste idem S. Cyprianus videtur esse conque-

questus, cum alioqui (ut ex his quæ dicta sunt patet) ipse semper visus sit Apostolicæ Romanæ Sedi obsequentissimus, quam nuper in eadem epistola tam præclaro elogio exornavit.

XXII. Causa Pseudo-episcopi Fortunati. (a) Cypr. eadem epist. 55.

Post hæc autem rerum gestarum idem Cyprianus (a) prosecutus historiam, de Pseudo-Episcopo Fortunato hæc addit: *Scire enim debes, frater carissime, eum, postequam Pseudoepiscopus ab hæreticis factus est, jam pene ab omnibus esse desertum; namque ii quibus in præteritum præstigia obtendebantur, & dabantur verba fallacia, quod simul ad Ecclesiam regressuri dicerentur; postequam viderunt illic Pseudo-Episcopum factum, frustratos & deceptos se esse didicerunt, & remeant quotidie, atque ad Ecclesiam pulsant; nobis tamen, a quibus ratio Domino reddenda est, anxie ponderantibus, & solicite examinantibus, qui recipi & admitti ad Ecclesiam debeant. Quibusdam enim ita aut crimina sua obsistunt, aut fratres obstinate & firmiter renituntur, ut recipi omnino non possint cum scandalo & periculo plurimorum. Neque enim sic putamina quædam colligenda sunt, ut, quæ integra & sana sunt, vulnerentur; nec utilis aut consultus est pastor, qui ita morbidas & contactas oves gregi admiscet, ut gregem totum mali cohærentis afflictatione contaminet.*

XXIII. Resistunt fideles lapsis impœnitentibus.

O si posses, frater carissime, istic interesse nobiscum, cum pravi isti & perversi de schismate revertuntur; videres quis mihi labor sit persuadere patientiam fratribus nostris, ut animi dolore sopito, recipiendis malis curandisque consentiant. Namque ut gaudent & lætantur, cum tolerabiles & minus culpabiles redeunt; ita e contra fremunt & reluctantur quoties inemendabiles & protervi, & vel adulteriis vel sacrificiis contaminati, & post hæc adhuc insuper & superbi sic ad Ecclesiam remeant, ut bona intus ingenia corrumpant. Vix plebi persuadeo, immo extorqueo, ut tales patiantur admitti. At justior factus est fraternitatis dolor ex eo, quod unus atque alius, obnitente plebe & contradicente, mea tamen facilitate suscepti, pejores extiterunt quam prius fuerant; nec fidem pœnitentiæ servare potuerunt, quia nec cum vera pœnitentia venerant.

XXIV. Legatorum scelera.

De istis vero quid dicam, qui nunc ad te cum Felicissimo omnium criminum reo navigaverunt, legati a Fortunato Pseudo-Episcopo missi, tam falsas ad te litteras afferentes, quam est & ipse, cujus litteras ferunt, falsus; quam est ejus peccatorum multiplex conscientia; quam execrabilis vita, quam turpis; ut, etsi in Ecclesia essent, ejici tales debuissent? Denique quia conscientiam suam norunt, nec nos audent adire, aut ad Ecclesiæ limen accedere; sed foris per provinciam circumveniendis fratribus & spoliandis pererrant, & omnibus jam satis noti, atque undique pro suis facinoribus excluſi, illuc etiam ad vos navigant; neque enim potest illis frons esse ad nos accedendi, aut apud nos consistendi, cum sint acerbissima & gravissima crimina, quæ eis a fratribus ingerantur. Si judicium nostrum voluerint experiri, veniant. Denique si qua illis excusatio & defensio potest esse, videamus quem habeant satisfactionis suæ sensum, quem afferant pœnitentiæ fructum. Nec Ecclesia istic cuiquam clauditur, nec Episcopus alicui denegatur; patientia & facilitas & humanitas nostra venientibus præsto est; opto omnes in Ecclesiam regredi; opto universos commilitones nostros intra Christi castra & Dei Patris domicilia concludi; remitto omnia, multa dissimulo; studio & voto colligendæ fraternitatis, etiam quæ in Deum commissa sunt, non pleno judicio religionis examino; delictis plusquam oportet remittendis, pene ipse delinquo. *Amplector prompta & plena dilectione cum pœnitentia revertentes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes. Si qui autem sunt (b), qui putant se ad Ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse, aut existimant aditum se sibi non lamentationibus & satisfactionibus, sed terroribus facere; pro certo habeant, contra tales clausam stare Ecclesiam Domini, nec castra Christi invicta & fortia, & Domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei Evangelium tenens, & Christi præcepta custodiens, occidi potest, non potest vinci:* & paulo post:

(b) Cypr. eadem epist. 55. Cypriani contestatio.

PAGIUS *Secundum Concilium Carthaginense.* Baron. num. VI. & seqq.

sunt, Carthaginem se contulissent, habitum est *Concilium Carthaginense II.* recte a Baronio hoc anno consignatum, & quidem *Idibus Maiis*, ut clare patet ex epistola Cypriani LIX. quæ Pamelio est LV. in qua & hujus meminit, & alterius etiam, quod anno priori celebratum est. In hac autem Synodo relaxatio quædam facta est Decreti in superiori constituti; quod Lapsi sc. agerent diu pœnitentiam plenam, &, si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Loco igitur illius decreti, aliud in hunc modum condiderunt: *Eis, qui de Ecclesia Domini non recesserunt, sed pœnitentiam age-re & lamentari, ac Dominum deprecari a primo lapsus sui non destiterunt, pacem dandam esse.* Quod Synodus tunc censuit, non tantum ut Επιθνησιαν Lapsis vere pœnitentibus præstarent, sed necessitate cogente; quia crebris atque assiduis ostensionibus admonebantur, diem alterius persecutionis jam appropinquare cœpisse: unde lapsos vere pœnitentes ad prælium, quod tum imminebat, armari & instrui oportere putabant. Hoc decreto facto Synodica epistola missa est ad ad *S. Cornelium* Romanum Pontificem, quæ est LVII. Pamelio vero LIV. Concilio hoc sedente, Carthaginem venit *Privatus* Lambesitanus, vetera-

Baron. num. X.

PAGIUS *Cyprianus persecutionem prævidet.* Baron. n. XII. & seqq.

rator Hæreticus, de quo in Annalibus.

IX. Mense Junio Cornelius *Felicissimum* Legatione sua & comitum caterva turgidum magno vigore de Ecclesia pepulit, & literas ejus accipere recusavit; atque confestim ad Cyprianum literas ipse scripsit dilectionis fraternæ, & Ecclesiasticæ disciplinæ & Sacerdotalis censuræ satis plenas, quæ desiderantur. Tum vero *Felicissimus* ejusque comites hanc repulsam indigne ferentes, pro solita sua audacia Cornelium minis atque terroribus aggrediuntur, multa turpia & probrosa in Cyprianum & suos proferunt, viginti quinque Episcopos ordinationi *Fortunati* adfuisse jactitant, ac denique summa desperatione comminantur, quod, si *Cornelius* literas quas attulerant, non accepisset, ipsi eas publice recitarent. Hisce comminationibus *Cornelius* ipse nimis commotus, *Feliciano* Acolutho nondum adventante, literas alias prioribus subjunxit, quibus culpam in Cyprianum transfert, quod ille de *Fortunato* hoc pseudo-Episcopo nihil adhuc scripsisset. Sed & hæ literæ perierunt. Dum hæc Romæ aguntur, appropinquante jam, imo imminente *Galli* persecutione, Cyprianus scripsit ad *Thibaritanos*, qui frequenter desideraverant, ut ipse *Thibaris* veniret, & exhortatione sua præ-

Baron. n. XLIII.

XXV. Præpostèrum Judicium.

An ad hoc, frater carissime, deponenda est Catholicæ Ecclesiæ dignitas, & plebis intus positæ fidelis atque incorrupta majestas, & sacerdotalis quoque auctoritas & potestas, ut judicare se velle dicant de Ecclesiæ Præposito extra Ecclesiam constituti? de Christiano hæretici? de sano saucii? de integro vulnerati? de stante lapsi? de judice rei? de sacerdote sacrilegi? Quid superest, quam ut Ecclesia Capitolio cedat; & recedentibus sacerdotibus, ac Domini altare removentibus in Cleri nostri sacrum venerandumque consessum simulacra atque idola cum aris suis transeant; & Novatiano declamandi adversus nos, atque increpandi largior & plenior materia præstetur, si ii qui sacrificaverunt; & Christum publice negaverunt, non tantum rogari, & sine acta pœnitentia admitti, sed adhuc insuper cœperint terroris sui potestate dominari? Si pacem postulant, arma deponant. Si satisfaciunt, quid minantur? aut si comminantur, sciant quia a sacerdotibus non timentur. Neque enim & Antichristus, cum venire cœperit, introibit Ecclesiam, quia minatur, aut armis ejus & violentiæ cedituri, quia resistentes perempturum se esse profitetur.

XXVI. Cypriani constantia ac benignitas.

Armant nos hæretici, dum putant nos sua comminatione terreri; nec in pace nos dejiciunt, sed magis erigunt & accendunt, dum ipsam pacem persecutione pejorem fratribus faciunt. Et optamus quidem, ne, quod loquuntur furore, impleant crimine; ne, qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoque delinquant. Oramus ac deprecamur Deum (quem provocare illi & exacerbare non desinunt) ut eorum corda mitescant, & furore depositio ad sanitatem mentis redeant: ut pectora operta delictorum tenebris, pœnitentiæ lumen agnoscant, & magis petant fundi pro se preces atque orationes Antistitis, quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis. Si autem in suo furore permanserint, atque in istis insidiis ac minis suis parricidalibus crudeliter perseveraverint; nullus Dei sacerdos sic infirmus est, sic jacens & abjectus, sic imbecillitate humanæ mediocritatis invalidus, qui non contra hostes & impugnatores Dei divinitus erigatur, cujus non humilitas & infirmitas vigore & robore Domini protegentis animetur. Nostra nihil interest, aut a quo, aut quando perimamur, mortis & sanguinis præmium a Domino recepturi. Illorum flenda & lamentanda concisio est, quos sic diabolus excæcat, ut æterna gehennæ supplicia non cogitantes, Antichristi jam propinquantis adventum conentur imitari. Hæc & alia id genus. Rogat demum ipse Cyprianus (*a*) Cornelium, ut eamdem a se scriptam epistolam coram Romano Clero legi faciat; ut si quid indignum ab illis acceptum in eorum pectoribus insedisset, procul expelleretur, nam ait: *Et quamquam sciam, frater carissime, pro mutua dilectione quam debemus & exhibemus invicem nobis, Florentissimo illic Clero tecum præsidenti, & sanctissimæ atque amplissimæ plebi legere te semper litteras nostras; tamen nunc & admoneo, & peto, ut, quod alias sponte atque honorifice facis, etiam petente me facias, ut hac epistola mea lecta, si quod illic contagium venenati sermonis, & pestiferæ seminationis irrepserat, id omne de fratrum auribus, & pectoribus exuatur, & bonorum integra ac sincera dilectio ab omnibus hæreticæ detractionis sordibus repurgetur.*

(*a*) *Cypr. eadem epist. 55.*

XXVII. Capitolium in multis civitatibus.

Quod autem hac epistola, & in libro de Lapsis tertio, fecerit S. Cyprianus de Capitolio mentionem; neminem fallat, ut existimet de Romano Capitolio esse intelligendum; eam enim vocem usurpari solitam pro cujusque civitatis publico loco, in quo sacrificia offerri solerent, ac proinde non de Romano, sed Carthaginensi Capitolio esse dictum, quæ notavimus in Romanum Martyrologium (*b*), satis aperte declarant. Sed & illud hic oportuit rememorasse; quod cum hac eadem epistola Cyprianus a schismaticis exagitatus sacerdotii sui institutionem & originem revocat in memoriam, & in ea functione quadriennio se jam probatum affirmat, eum nonnisi anno Domini ducentesimo quinquagesimo sedem Carthaginensem capessivisse; a quo tempore (ut exacte deducta temporis chronologia est demonstratum) absoluto anno quarto, quintus hic Cypriani sedis connumeretur.

(*b*) *Martyr. Rom. die 29. Novembris.*

XXVIII. Persecutio recrudescit.

Quid vero de schismaticis post hæc actum sit, haud satis compertum haberi potest. Persecutio enim hoc eodem anno ite-

iterum renovata, has in præsentiarum controversias diremisse visa est; etenim quam ex superioribus litteris ex Synodo ad Cornelium datis de indulgentia lapsis pœnitentibus omnibus concessi, persecutionem imminere pluries divinitus demonstratum fuerat; jam tum cœpisse, cum has de schismaticis Cyprianus ad Cornelium litteras dedit, certum est. Nam fuisse tunc edictum propositum; seque in Circo acclamationibus populi ad leonem postulatum paulo antequam illas scriberet litteras, tradit. Remansisse autem Felicissimum cum suis extra Ecclesiam in schismate, facile potest intelligi; nam indulgentia ex Concilio pœnitentibus lapsis concessa, nequaquam iis opitulari poterat, qui absque ullo pœnitentiæ vestigio, obstinato, duro atque procaci animo, se in Ecclesiam (ut vidimus) debere recipi contendebant.

XXIX. Nonnisi prævia pœnitentia lapsis indultum. (*a*) *Pacianus ad Sympr. ep. 1.*

Secundum enim quod tum in dicto Concilio Carthaginensi, tum etiam in Romano sub Cornelio statutum fuit, ut lapsis pœnitentibus tantum pateret Ecclesia, id in posterum in Ecclesia observatum fuisse constat. Nam sic Pacianus (*a*) adversus Novatianum secta hominem ait: *Scito, frater hanc ipsam pœnitentiæ veniam non passim omnibus dari, nec antequam aut interpretatio divinæ voluntatis, aut forsitan visitatio fuerit, relaxari: magno pondere magnoque libramine post multos gemitus, effusionemque lacrymarum, post totius Ecclesiæ preces, ita veniam pœnitentiæ non negari, ut judicaturo Christo nemo præiudicet:* Hæc ipse. Permansit ergo suo robore firmum Romani Concilii decretum multorum Episcoporum sententia examinatum, atque auctoritate Pontificia stabilitum: Sic lapsis veniam esse dandam, si vere pœnitentes accederent, & præscriptam Ecclesiasticis legibus pœnitentiam peragere non despicerent, atque in magna animi summissione peterent se recipi in Ecclesiam.

XXX. Mos Ecclesiæ in lapsis recipiendis servatus.

Quod quidem (ut superius est demonstratum ex Cleri Romanæ Ecclesiæ litteris) non recens fuit Episcoporum deliberatione sanctum; sed quod semper Romana Ecclesia observasset, id fuerit cæteris Orbis Ecclesiis edita sacra lege præscriptum, quæ pariter cum severitate clementiam haberet admixtam. Nam indulgendum pœnitentibus justa causa illi statuerunt; nimirum si vitæ exitus immineret, si ad futurum certamen persecutione instante recipiendi atque armandi essent, qui olim extitissent militiæ desertores; his vel aliis casibus, quos ratio suaderet, voluerunt Ecclesiasticam indulgentiam pœnitentibus impertiri; illis vero eam tantummodo denegari, qui absque prævia pœnitentia indulgentiam procaciter poscerent; quod constat semper in Ecclesia Catholica inviolabiliter custoditum; nimirum ut, secundum Domini in parabola de Samaritano sententiam (*b*), peccatorum vulneribus Præsules oleum & vinum infundant. (*b*) *Luc. 10.*

XXXI. Dionysius laborat contra Novatianum.

Cæterum non tantum hæc statuens Cornelius Papa, & Cyprianus promulgans in Africa, adversus ejusmodi pestem Novatianum gnaviter laborarunt; sed quotquot ubique locorum Catholici essent Episcopi, quod scirent Romæ statutum probantes, & in Romanæ Ecclesiæ sententiam pedibus abeuntes, novæ Novatiani restiterunt impietati. Edidit inter alios ea in re Dionysius Episcopus Alexandrinus specimen egregium, ut constat ex scriptis ab eo litteris ad Dionysium tunc Ecclesiæ Romanæ presbyterum, quarum meminit Eusebius, dicens (*c*): *Quarta Dionysii epistola de Baptismate ad Dionysium Romæ tum quidem presbyterii munere donatum, non multo post tamen Episcopum illius Ecclesiæ factum, præscripta est; ex qua testimonium quam præclarum ille ipse Dionysius Romanus propter incredibilem dicendi vim, & virtutem admirabilem, a Dionysio Alexandrino consecutus fuerit, satis constare poterit. Post alia quædam de Novatiano exposita, ad hunc his fere verbis scribit: Contra Novatianum certe, qui Ecclesiam tam misere discidit; qui fratres quosdam ad impietatem atque blasphemiam attraxit; qui scelestissimam de Deo Patre doctrinam invexit; qui benignissimum Dominum nostrum Jesum Christum tamquam inclementem, & crudelem falso calumniatus fuit; qui præter hæc omnia sanctum baptismatis lavacrum abrogavit; qui fidem ac confessionem, quæ baptismum præcedunt, condemnavit; qui denique ab illis, qui aliquo vitiorum genere se infecerant, Spiritum sanctum (quamvis spes esset reliqua illius aut in eorum mentibus permanendi, aut ad eos denuo redeundi) omnino depulit, fugavitque; non sine causa grave odium concepimus:* Hæc Dionysius; qui tantum abest ut Novatiano ad suæ communionis partes eum quavis arte vel fucato colore adducere satagenti assensum præbuerit, ut potius alios ab eo deceptos ipse sit conatus ad sinceram reducere veritatem; siquidem Fabium Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum titubantem, & Novatiani litteris, propemodum persuasum, suis ad eum datis litteris, in Catholica communione stabilire conatus est. (*c*) *Euseb. l. 7. c. 7.*

XXXII. Dionysius quid ad Fabium Episcopum Antioch.

At de ejusmodi Dionysii ad Fabium Antiochenum litteris Eusebius (*d*) his verbis meminit: *Eidem Fabio, aliqua ex parte ad illius schisma Novatiani inclinato, Dionysius Episcopus Alexandriæ scribens, ubi cum alia multa de pœnitentia in litteris ad eum missis persecutus fuisset; rum martyrum certamina, quæ Alexandriæ jam nuper subierant, ostendisset; præter* (*d*) *Euseb. l. 6. c. 36.*

PAGIUS præsens fraternitatem corroborare dignaretur. Sed cum nec rerum ratio, nec temporis conditio permitteret, epistola LVIII. quæ Pamelio est LVI. docet eos propter crebras admonitiones pro certo credere & tenere debere, pressuræ diem super caput esse cœpisse, & rationibus multis ex Scriptura deductis ad martyrium accendit. Quæ epistola recte hoc anno a Baronio recitata.

X. *Persecutio pestis occasione non decreta.*

Sub finem ejusdem mensis persecutio a Gallo tandem excitata, de qua Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. 7. cap. 1. cujus occasio pestilentia, de qua mox, Pearsonio fuisse videtur. Cum enim magis ac magis ea ingravesceret, Gallus & Volusianus ad aras Deorum suorum confugiebant, & Nummos cudi curabant cum hac inscriptione: APOLLINI SALUTARI. Unde edictis sacrificia præscribebant, quæ cum Christiani celebrare recusarent, graviter vexati. Hæc Pearsonii conjectura. Verum, cum pestilentia tempore autumnali orta sit, ut mox videbimus, ejusque initio sacrificia decreta, ut dubitare non licet, hujus persecutionis origo aliunde repetenda. Baron. n. XLI.

alias res gestas, quas narrat, facinus præterea memorabile & plenum admirationis explicat; quod quidem huic nostræ historiæ mandare, necesse putavi. Sic enim se habet. Hanc unam rem gestam exempli gratia, quæ apud nos evenit, tibi exponam.

XXXIII. De Serapione dignum exemplum.

Erat quidam Serapion apud nos fidelis senex, qui licet magnam vitæ partem integre, & incorrupte transegisset, tempore tamen persecutionis præ imbecillitate animi lapsus est: Hic sæpenumero in Ecclesiam denuo recipi supplex postulabat; sed nemo, quia idolis sacrificasset, ejus postulationi aliquando auscultavit, quin in gravem morbum delabens, triduo deinceps mutus & absque sensu vixit; quarto autem die paululum relevatus, nepotem ad se accersit, sicque alloquitur: Quousque filii me detinetis? properate obsecro, & me ocyus dimittite; aliquem ex presbyteris advoca ad me. Quæ cum dixisset, iterum fuit mutus. Puer currit ad presbyterum; nox jam erat. Ille forte morbo vexatus accedere ad eum non poterat; sed tamen quoniam a me quidem mandatum dabatur, ut, qui jam essent e vita migraturi, sanctorum mysteriorum (dummodo peterent, & vel maxime si antea, dum integra valetudine erant supplices petiissent) participes fierent, sicque cum pace dimissi, & bona spe confirmati, ex hac luce decederent; puero exiguam quamdam Eucharistiæ partem dedit, præcipiens, ut eam madefactam in os senis infunderet. Quam puer secum asferens, rediit. Cui jam appropinquanti, priusquam cum eo quod gestabat, intraret ædes; Serapion denuo voce recuperata, dixit: Venisti fili? tametsi presbyter non potest venire, tu tamen præsta quod tibi in mandatis dedit, & dimitte me abire. Particulam igitur puer, quam apportarat, madefactam in os senis infudit. Atque ille simulatque eam pedetentim per fauces demiserat, illico extremum spiritum edidit. An non igitur satis constat eum fuisse reservatum, & usque eo in vita mansisse, quoad esset penitus culpæ vinculis solutus? & ita labe, qua erat idolis immolando aspersus, omnino deleta, posset pro multis bonis, quæ gessisset in vita, in numerum confessorum referri? Hæc Dionysius, indicans pariter easdem leges in Ægypto servari solitas de lapsis, quæ Romæ antea atque etiam in Africa fuerant constitutæ; nimirum lapsos probandos prius in pœnitentia, nec nisi ea absoluta recipiendos; illo tamen excepto casu, cum pœnitens graviter laborans infirmitate, ex hac vita migraturus videretur; tunc quippe illi pacem dandam, & Eucharistiam esse impertiendam, vel aliis; quibus ex causa communicandum recta ratio suaderet.

XXXIV. Quod autem ad Fabium Antiochenum Episcopum pertinet, ad illum Cornelius Papa (cujus præcipui muneris erat, quod Dominus Petro jusserat & omnibus ejus successoribus, confirmare labentes fratres) de Novatiano ejusque schismatis origine atque progressu dedit epistolam, quam superius recitavimus. Magnam sane attulisse utilitatem Cornelii litteras de Novatiano tam exacte conscriptas, ex eo possumus intelligere, quod Hippolytus ejusdem Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, jam penitus addictus Novatiano, resipuerit; & subiturus martyrium, nobilem atque præclaram confessionem ediderit Catholicæ veritatis; cujus etiam natalis dies, una cum trophæo suæ professionis, inscriptus habetur Ecclesiasticis monumentis, hoc insignitus elogio (*a*): *Antiochiæ passio beati Hippolyti presbyteri; qui Novati schismate aliquantulum deceptus, sed operante gratia Christi correctus ad unitatem Ecclesiæ rediit, pro qua & in qua postea illustre martyrium consummavit. Hic rogatus a suis, quænam secta verior esset; execratus dogma Novati, eam fidem dicens esse servandam, quam Petri cathedra custodiret, jugulum præbuit.* Cecinit itidem Hippolyti olim Novatiani confessionem Prudentius; licet commiscat illum Hippolyto militi atque Hippolyto Portuensi Episcopo; sed tres illos inter se esse distinctos, nostris Notis (*b*) perspicue demonstravimus. Sic autem cum de hoc agit, habet (*c*) Prudentius:

Confessio Hippolyti presbyteri.

(a) Martyrol. Rom. die 30. Januar.

(b) Martyrol. Rom. ubi supra.

(c) Prudent. Peristeph. hymn. 11.

Invenio Hippolytum, qui quondam schisma Novati
Presbyter attigerat, nostra sequenda negans:
Usque ad Martyrii provectum insigne, tulisse
Lucida sanguinei præmia supplicii.
Nec mirere senem perversi dogmatis olim
Munere ditatum Catholicæ fidei:
Cum jam vesano victor raperetur ab hoste,
Exultante anima, carnis ad exitium.
Plebis amore suæ, multis comitantibus ibat.
Consultus quænam secta foret melior,
Respondit: Fugite o miseri execranda Novati
Schismata: Catholicis reddite vos populis.
Una fides vigeat, prisco quæ condita templo est:
Quam Paulus retinet, quamque cathedra Petri.
Quæ docui, docuisse piget; venerabile martyr
Cerno, quod a cultu rebar abesse Dei.

Quo modo autem complures Orientales Episcopi, qui Novatiano inhæserant, reddita Ecclesiæ pace, relicto eo, ad Catholicam Ecclesiam redierint, suo loco dicemus.

Sed antequam hoc anno persecutio rursum XXXV.

Synodus Antiochena de Novatianis.

sum Ecclesiam infestaret, placuit Episcopis Orientalibus (eo quod cernerent Ecclesiam Antiochenam, schismate Novatiani æque discissam, magnam passam esse jacturam) Antiochiæ Synodum habere; ad quam e Cappadocia, Asia, Syria, atque Ægypto etiam constat fuisse vocatos Episcopos. Cujus quidem Concilii cum Acta exciderint, ex Dionysii Episcopi Alexandrini litteris tantum Eusebius (*a*) meminit, dum recenset epistolas ab ipso diversis ex causis scriptas; quibus facile declaratur Dionysius, perinde ac Cyprianus in Africa, in Ægypto adversus Novatiani schisma magno studio laboraſſe; id enim tituli Epistolarum, quæ ab ipso eo argumento sunt scriptæ, plane significant. Nam ait Eusebius:

(a) Euseb. l. 6. c. ult.

XXXVI. Scripta Dionysii Alexandrini.

Scribit præterea idem Dionysius epistolam de Pœnitentia ad eos qui erant in Ægypto; in qua simulac vitiorum gradus descripsit, ea etiam, quæ sibi videbantur statuenda de iis qui ingruente persecutionis tempestate lapsi fuissent, tradit. Extat item liber illius, separatim ad Cononem Hermopolitanæ Ecclesiæ Episcopum de pœnitentia scriptus; alius etiam hortatorius ad gregem Ecclesiæ Alexandrinæ, cui ipse præfuit: & paulo post: *Epistolas porro ad fratres Laodiceæ, quibus Thelymidres præerat Episcopus; & ad fratres Armeniæ, quibus Merusanes Episcopus præficiebatur, de Pœnitentia itidem conscripsit. His omnibus accedit epistola quam ad Cornelium Episcopum Romanum scripsit; eumque propter illius epistolam contra Novatianum, quæ ad ejus manus pervenerat admodum commendat; in qua aperte ostendit, se tum ab Heleno Ciliciæ Tarsensis Episcopo advocatum, tum a reliquis qui cum eo erant, nempe Firmiliano Cappadociæ Episcopo, & Theoctisto Episcopo Cæsareæ Palæstinæ, ut ad Concilium Antiochiæ conventum adventaret, ubi quidam omni animi contentione Novatiani schismæ corroborare nitebantur;* & paulo post: *Est alia item Dionysii epistola fratribus qui Romæ erant, de Ministeriis Ecclesiæ, missa per Hippolytum; alia ejusdem de Pace; scripta etiam alia de Pœnitentia: Confessoribus præterea, qui illic Novatiani opinione erant a veritate abducti, alia, iisdem ad Ecclesiam denuo reversis reductisque alias duas misit:* Hæc de epistolis Dionysii Alexandrini, dicti schismatis occasione datis, Eusebius, qui eas legit.

* al. Novatum.

XXXVII. De laude Martyrii libri scripti.

Idem vero auctor eodem quoque contextu recenset ejusdem Dionysii epistolam, qua se certiorem factum diceret de obitu Fabii Episcopi Antiocheni; in locumque ejus fuisse subrogatum Demetrianum, admonuit. Porro Eusebius sub horum etiam Imperatorum tempore illius mortem, hujus vero subrogationem in Chronico ponit. Idem quoque alias lucubrationes ejusdem Dionysii relegens, scriptum tradit ab eodem librum de Martyrio ad Origenem. Quo etiam tempore Cyprianus, de persecutione ventura (ut dictum est) divinitus admonitus, cum in reparandis ad futurum certamen lapsis, tum in exhortandis Fidelibus ad promerendam martyrii coronam solicitus fuit. Tunc temporis enim ad Moysen, Maximum, & alios nominatos sæpius confessores de Laude martyrii præclarum libellum conscripsit; quem indignissime tulimus a Momo illo (Erasmum intelligimus) librorum omnium arbitro atque censore, Cypriani esse negari, illo uno peculiari sibi argumento, quod visus sit ei a stylo Cypriani diversus; parum memor, quid de ejusdem auctoris dictione S. Augustinus (*b*) conscribat, nimirum non semper eum servasse idem dicendi genus, nempe interdum sublime sectari & verborum exuberantia copiosum, aliquando vero uti humili atque summisso, sed sæpius temperato.

(b) August. de Doctrin. Christ. l. 4. c. 12. & 21.

Conferat quisque prudens libellum illum cum libello Apologetico ad Demetrianum Proconsulem scripto, vel cum epistola ad Donatum (*c*); & plane ex iisdem faciem lineamentis ab eodem auctore scripta eadem prodiisse cognoscet; sed & alia quoque Pamelius perspicaci intuitu signa considerat, quibus germanum esse Cypriani libellum illum, quisque facile judicabit. Auctor enim ea scriptione de Laude martyrii, quod ad subeundam animo libenti pro Christo mortem classicum caneret (quod argumenti ratio postularet) sublimiori dicendi genere visus est uti debere. Nec est par ratio, si idem scribens de Exhortatione martyrii eodem argumento libellum ad Fortunatum, humiliori usus est dictione; nam (quod ille hoc postularat) totus auctor versatur in genere deliberativo, parænetícamque ex instituto prosecutus est orationem. Sed de Laude martyrii scribens ad confessores, diversam prorsus iniens dicendi rationem, pennis eloquentiæ se mirifice extulit.

XXXVIII.

(c) Cypr. ep. 2. edit. Pamel.

S. Cypriani libellus de Laude Martyrii.

Porro Moysen ipsum, cæteris fama celebriorem, hoc ipso anno martyrium consummasse ante Concilium Romæ celebratum, litteræ Cornelii Papæ declarant, in quibus hæc de ipsius Moysis martyrio habentur (*d*): *Cujus* (nempe Novatiani) *amentem audaciam & insolentiam etiam Moyses beatus martyr, qui nuper apud nos fuit eximio & admirabili martyrio decoratus, dum adhuc in vita manebat, perspicue animadvertens; tum illi, tum aliis quinque presbyteris, qui una cum illo sese ab Ecclesia segregavissent, Fidelium societate, & communione interdixit.* Cæterum idem in (*e*) Martyrologio sic passus sub Decio dicitur; quod persecutio ab auctore denominata, post obitum quoque ipsius, etiam Valeriani temporibus, multis

XXXIX. De Moysi Martyrio.

(d) Apud Euseb. l. 6. c. 35. in fin.

(e) Martyrol. Rom. 25. Nov.

tis exemplis reperitur sic dicta. In libro de Romanis Pontificibus, incerto tamen auctore, in Fabiano, idem Moyses in carcere defunctus dicitur. Sed cum Cornelius adeo eximio Martyrio Moysen decoratum prædicet; in theatro potius, spectante populo, quam in carcere absque arbitro, eum martyrio coronatum fuisse putamus. Verum & multa alia ibi sunt in quibus (quod superius est demonstratum) auctorem constat hallucinatum.

XL. Pestis ingruens.

Ex eodem quoque Cypriani libello de Laude martyrii, satis liquet immanem illam luem, quæ universum fere depasta est Orbem, hoc anno cœptam fuisse; nam hæc ibi leguntur: *Quanta martyrii habenda sit dignitas, ad cujus gloriam nos cogere etiam lues cœpit:* sed quæ hoc anno exordiens majori accessione in dies aucta, sequenti vero anno longe lateque diffusa, in immensum propemodum crevit immaniter sæviendo. De ea, ejusque origine atque progressu, agemus anno sequenti. Hoc enim tempore haud adeo acriter invasisse videtur genus humanum; nam, quantum ex rebus hoc anno gestis constat, haud interceptus apparet humanæ consuetudinis usus. Ab hoc igitur anno numerandum est decennium illud, quo pestis reperitur esse grassata; quo etiam, secundo inchoante Imperii Galli & Volusiani anno, & Domini ducentesimo quinquagesimoquinto, ab Eusebio æque in Chronico ponitur. Una igitur simul progressa videtur cum persecutione Imperatorum sæviens pestilentia; ut appareat, scelerum impiorum ultricem, & sanguinis Christiani eamdem vindicem prodiisse.

XLI. De persecutione a Gallo, & Volusiano excitata. (a) *Dionys. Alex. apud Euseb. l. 7. c. 1.*

At jam de ea quam excitatam diximus hoc anno a Gallo & Volusiano persecutionem in Ecclesiam Dei, historiam persequamur. Dionysius (*a*) Episcopus Alexandrinus, qui hoc vivebat tempore, in epistola ad Hermammonem, quam citat Eusebius, de ea agit his verbis: *Gallus neque Decii recogitavit calamitatem, neque antea secum quid tandem illum* (nempe Decium) *de gradu dejecisset diligenter consideravit; sed in eumdem lapidem, licet perspicue ante illius oculos positum cum suo magno malo impegit. Qui, cum regnum ejus prospero fortunæ flatu ferretur, & res omnes ad voluntatem fluerent, sanctos ac pios viros, qui pro pace ejus Imperii, proque vitæ incolumitate enixe Deum precabantur, crudeliter exegit; & propterea una cum illis preces pro ipso ad Deum fusas penitus a se avertit:* Hæc Dionysius.

XLII. Romani sub tributo.

Maximam certe significat ac plane memorabilem, ob Decii persecutionem, illatam cladem Imperio, ex eaque divinæ ultionis de effuso Christiano sanguine monumentum cunctis perspicuum remansisse; cum non Decius tantum (ut dictum est) miserando interitu mox sublatus, & filius pariter periisset; sed tanta affectum clade Romanum Imperium fuerit, ut tunc primum, pro pace redimenda, Scythis Romanus populus tributum pependerit (*b*). (b) *Pom. Lat. in Gallo.*

Cum vero Gallus Imperator ipso sui Imperii exordio pacem Ecclesiæ reddidisset, atque adeo hac ex parte de Christianis optime meritus esset, Ecclesiarum præsules, accepti beneficii memores, pro Galli ejusque filii Imperatorum salute Deum enixius precabantur. At cum iidem consopitam excitarent rursus in Christianos persecutionem, eorum quoque felicitatis alea inversa est; quænam vero mala tum ipsum, tum Romanum Imperium afflictarint, suo loco dicemus.

XLIII. Cyprianus quid de persecutione ventura.

Hanc ergo persecutionem S. Cyprianus (ut demonstratum est) oraculis divinis admonitus, antea subodoratus, festinavit pœnitentes lapsos in Ecclesiam restituere; eosdemque sic in castra receptos, ad prælium venturum divinis Sacramentis armare; & cum præsentes oratione, tum etiam absentes suis scriptis in fide virtute constantiæ roboravit. Extat enim ejus argumenti præclara ejusdem epistola, qua Tibaritanos (*c*) ad martyrii sustinentiam cohortatus, quid de futura mox persecutione eademque acerbissima acceperit, his verbis significavit: *Cum Domini instruentis dignatione instigemur sæpius; amplius & admoneamur; ad vestram quoque conscientiam admonitionis nostræ solicitudinem perferre debemus. Scire enim debetis, & pro certo credere ac tenere, pressuræ diem super caput esse cœpisse, & occasum sæculi atque Antichristi tempus appropinquasse, ut parati omnes ad prælium stemus, nec quicquam nisi gloriam vitæ æternæ & coronam confessionis Dominicæ cogitemus.* (c) *Cypr. epist. 66.*

XLIV. Acerbior persecutio.

Nec putemus talia esse quæ veniunt, qualia fuerunt illa quæ transierunt; gravior nunc & ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta & virtute robusta parare se debent milites Christi; considerantes idcirco se quotidie calicem sanguinis Christi bibere, ut possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere: & post multa: *Neque aliquis ex vobis, fratres dilectissimi, futuræ persecutionis metu, aut Antichristi imminentis adventu sic terreatur, ut non Evangelicis exhortationibus & præceptis ac monitis cælestibus ad omnia inveniatur armatus. Venit Antichristus, sed supervenit Christus; grassatur & sævit inimicus, sed statim sequitur Dominus passiones nostras & vulnera vindicaturus:* Hæc & alia plura eos in fide corroborans Cyprianus. At non recens hæc connumerata est persecutio; sed quæ haud longo tempore, veluti Alcyoniorum dierum brevis pacis interstitio, secuta antegressam Decii persecutionem, ejusdem quoque nomine (quod dictum est superius) persecutio est nominata. Quod autem hanc iterum repetitam,

tam, longe acerbiorem præterita fore præviderit; haud fefellit oraculum; quippe quæ a Gallo, & Volusiano instaurata, & a Valeriano postea aucta temporis diuturnitate atque sævitia priorem, quæ sub Decio mota est, in omnibus superavit.

XLV. Cyprianus suos hortatur ad Martyrium. (a) *Cypr. epist. 53.*

Tunc itidem eodem argumento, quo ad Tibaritanos, ad Fortunatum quoque librum scripsit de Exhortatione martyrii; hunc illum ipsum existimamus Fortunatum Episcopum, ad quem (ut vidimus) aliosque collegas, idem Cyprianus, de quorumdam restitutione lapsorum consultus, epistolam (*a*) scripsit. Porro opus illud esse Cypriani germanum, nemo, qui leviter saltem Cypriani operum lectioni assueverit, non intelligit; quod insulse nimis a quopiam tributum Hilario, Pamelius ab extemporaneo invasore juste ac legitime vindicat, ac Cypriano custoditum servat. Videas in primis in ejusdem exordio miram cum dicta epistola ad Tibaritanos etiam in sententia ac verborum complexione consensionem: dum de persecutione, & proximo (quem putabat) Antichristi adventu, sic loquitur: *Desideraßi, Fortunate carissime, ut, quoniam perfectionum & pressurarum pondus incumbit; & in fine atque consummatione mundi, Antichristi tempus infestum appropinquare nunc cæpit: ad præparandas, & corroborandas fratrum mentes, de divinis Scripturis hortamenta componerem, quibus milites Christi ad cæleste & spirituale certamen animarem:* & in fine: *Minatur Antichristus, sed Christus tuetur; mors infertur, sed immortalitas sequitur.*

XLVI. Antichristi Adventus proximus creditus.

Peculiare namque fuit sanctis Patribus; ut qui ad Domini adventum solicite vigilarent; cum vehementissimam aliquam in Ecclesia Dei excitari persecutionem cernerent, mundi exitium, Domini adventum, &, qui eum præcedere debeat, Antichristum existimarent appropinquare. Id tempore Neronianæ persecutionis urgentis, Domitiani, atque Severi, & aliorum, fuisse creditum, jam diximus, deque aliis dicturi sumus. Porro eamdem rationem in commentario conscribendo Cyprianus iniisse visus est, quam scribens contra Judæos habuit in consilio; nimirum ut per distincta capita, veluti penuarias cellas divinarum Scripturarum locis refertas, volumen illud perinde ac promptuarium elaboraret, ex quo innumera cohortandi Fideles ad subeundum martyrium (ut videre est) argumenta supperterent. Ad hujusmodi namque Cypriani exhortationes alludit Pontius diaconus in Vita ipsius, dum ait: *Quis martyres tantos exhortatione divini sermonis erigeret? Quis denique tot confessores frontium notarum secunda inscriptione signatos, & ad exemplum martyrii superstites reservatos, incentivo tubæ cælestis animaret? Bene tunc, & vere spiritualiter contigit, quod vir tam necessarius, tam multis & tam bonis rebus a martyrii consummatione dilatus est.*

XLVII.

Sed jam ad res Romanæ Ecclesiæ redeamus. Quam vehemens ibi, quantoque furore persecutio hæc grassari cœperit, perbrevis epistola Cornelii Papæ ad Lupicinum Viennensem Episcopum scripta docet. More majorum namque Romanus Episcopus de persecutione iterum excitata ad aliarum Ecclesiarum Episcopos litteras dedit, quibus eos strenue agere hortabatur. Sed harum omnium unæ tantum extant litteræ, ad Lupicinum (*b*) (ut diximus) Viennensem Episcopum in hæc verba conscriptæ: (b) *Extat tom. 1. Biblioth. sanct.*

Epistola Cornelii Papæ ad Lupicinum.

Scias, frater carissime, arcam Dominicam vento persecutionis acerrime commoveri, & edictis Imperatorum Christianos ubique tormentis variis affici; nam in urbe Romana Imperator ad hoc constitutus est; unde publice neque in cryptis notioribus Missas agere Christianis licet. Exhortetur itaque charitas vestra omnes credentes in Christum, ne timeant eos qui occidunt corpus, sed potius eum qui habet corpus & animam potestatem perdendi. Jam plures martyrio coronati sunt. Ora ut perficiamus cursum nostrum nobis a Domino revelatum. Vale frater in Domino, & salutа omnes qui nos amant in Christo: Hæc Cornelius ipso persecutionis exordio, antequam teneretur; coronatis interea nonnullis (ut ait) martyrio, & inter alios, cujus ipse jam meminit litteris scriptis ad Fabium Episcopum Antiochenum, Moyse Romano presbytero, sub Decio olim jam prope biennium detento in vinculis.

XLVIII.

Quod autem ait, Imperatorem Romæ ad hoc institutum tunc fuisse; plane significat

PAGIUS XI. *Libellus de Exhortatione Martyrii, & epistola Cornelii ad Lupicinum.*

A num. XLV. ad XLVIII. Hoc ipso tempore post literas ad *Thibaritanos* datas, persecutione non jam appropinquante, sed incumbente, ad *Fortunatum* scripsit Cyprianus libellum *de Exhortatione Martyrii*, ut recte Baronius observavit, qui eodem tempore missam vult a Cornelio ad Lupicinum Episcopum Viennensem epistolam, quæ Pearsonio, aliisque multis adulterina visa, præsertim quod in ea dicatur: *In urbe Romana Imperator ad hoc constitutus est*, scilicet ad persecutionem prosequendam, quod recte Baronius interpretatur de Volusiano quasi tunc primo a patre Augusti nomine insignito. At, inquit Pearsonius, ad finem anni superioris ante Consulatum Augustus nominatus est, ut ex Nummis patet. Verum ideo anno elapso Volusianus Consul designatus, quia Cæsar renuntiatus fuit. Cum vero anno insequenti rursus Consul processerit, factum id ex veteri more & juxta primam Consulatuum Cæsareorum regulam, quia scilicet hoc anno Augustus appellatus est. Baron. n. XLV. & XLVII.

A num.

ficat Volusianum Galli filium a patre Augusti nomine insignitum; nisi intelligi placeat Hostilianum Perpennam; qui (inquit Aurelius Victor in Gallo) regnantibus Gallo & Volusiano, Imperator a Senatu creatus, non multo post pestilentia absumptus est. Fortasse Senatus, quod videret Gallum & Volusianum pacem reddidisse Ecclesiæ, ad exturbandos (quod cœperat Decius) Christianos, hunc ipsum in Imperium provexit; Gallum vero & Volusianum ex Senatus sententia a Decio cæptam, & ab Hostiliano instauratam prosecutos esse Christianorum vexationem. Erat plane Eutropius (*a*), qui Hostilianum, quem diximus, cum Gallo confundit; cum illi Vibius, & non Hostilianus, prænomen fuerit.

(*a*) Eutr. lib. 6.

XLIX. Cornelii Papæ exilium.

Quod igitur Dionysius Alexandrinus (ut vidimus) de Gallo Imperatore testetur, crudeliter exegisse sanctissimos viros; id quidem in primis in Catholicæ totius Ecclesiæ Episcopum impie perpetratum, in ipsum nempe Cornelium Romanum Pontificem, constat; qui post gloriosam tum suam, tum totius Cleri sibi catholica communicatione conjuncti confessionem exul mittitur ad Centumcellas (describitur locus ille egregie a Plinio (*b*) Secundo). Illic vero positum Cornelium de prostrata perfidia triumphantem S. Cyprianus (*c*) his litteris prosecutus est:

(*b*) Plin. Secund. lib. 6. epist. 31.

(*c*) Cypr. epist. 57.

L. Cyprianus ad Cornelium.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

Cognovimus frater carissime, fidei ac virtutis vestræ testimonia gloriosa; & confessionis vestræ honorem sic exultanter accepimus, ut meritis ac laudibus vestris nos quoque participes & socios computemus. Nam cum nobis & Ecclesia una sit, & mens juncta, & individua concordia; quis non sacerdos in consacerdotis sui laudibus tanquam in suis propriis gratuletur? aut quæ fraternitas non in fratrum gaudio ubique lætetur? Exprimi satis non potest, quanta istic exultatio fuerit & quanta lætitia, cum de vobis fortia, & prospera comperissemus; ducem te illic confessionis fratribus extitisse; sed & confessionem ducis de fratrum confessione crevisse; ut, dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ comites; & confessorem populum suaseris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri; ut non inveniamus quid prius in vobis prædicare debeamus, utrumne tuam promtam & stabilem fidem, an inseparabilem fratrum charitatem. Virtus illic Episcopi præcedentis publice comproba-

ta est; adunatio sequentis fraternitatis, ostensa est, dum apud vos unus animus, & una vox est, Ecclesia omnis Romana confessa est.

Claruit, fratres carissimi, fides quam de vobis beatus Apostolus (d) prædicavit. Hanc laudem virtutis, & roboris firmitatem jam tunc & in spiritu prævidebat, & præconio futurorum merita vestra contestans, dum parentes laudat, filios provocabat. Dum sic unanimes, dum fortes estis, magna cæteris fratribus unanimitatis, & fortitudinis exempla tribuistis. Docuistis granditer Deum timere, Christo firmiter adhærere, plebem sacerdotibus in periculo jungi, in persecutione fratres a fratribus non separari, concordiam simul junctam vinci omnino non posse; quicquid simul petitur a cunctis, Deum pacis pacificis exhibere. Prosilierat adversarius terrore violento Christi castra turbare, sed quo impetu venerat, eodem impetu pulsus est; & quantum formidinis & terroris attulit, tantum fortitudinis invenit & roboris. Supplantare se iterum posse crediderat Dei servos, & velut tyrones & rudes, quasi minus paratos, & minus cautos, solito suo more concutere. Unum primo aggressus, ut lupus ovem secernere a grege, ut accipiter columbam ab agmine volitantium separare tentaverat; nam cui non est adversus omnes satis virium, circumvenire quærit solitudinem singulorum; sed retusus adunati exercitus fide pariter & vigore, intellexit milites Christi vigilare jam sobrios, & armatos ad prælium stare; vinci non posse, mori posse; & hoc ipso invictos esse, quia mori non timent; nec repugnare contra impugnantes (cum occidere innocentibus nec nocentem liceat) sed prompte & animas & sanguinem tradere; ut, cum tanta in sæculo malitia & sævitia grassetur, a malis & sævis velocius recedatur.

LI. (*d*) Rom. 5. Romanæ Ecclesiæ robur.

Quale illud fuit sub oculis Dei spectaculum glorioſum? quale in conspectu Christi Ecclesiæ suæ gaudium, ad pugnam quam tentaverat hostis inferre, non singulos milites, sed tota simul castra prodiisse? omnes enim constat venturos fuisse, si audire potuissent; quando accurrerit properanter, & venerit quisquis audivit. Quot illic lapsi glorioſa confessione sunt restituti? Steterunt fortes, & ipso dolore pœnitentiæ facti ad prælium fortiores; ut appareat nuper subitatos esse, & novæ atque insuetæ rei pavore trepidasse; rediisse ad se post-

LII. Cornelii Papæ confessio.

PAGIUS XII. *Cornelius PP. in exilium missus.*

A num. XLIX. ad LV. Cum mense Julio Romæ non minus quam Carthagine aræ ubique fumarent, & Christiani Diis sacrificare recusarent, *Cornelius* Romanus Pontifex a Gallo Imperatore in exilium missus, & quidem *Centumcellas*, ut ex Chronico Damasi liquet. Mense Augusto Cyprianus scripsit ad *Cornelium* in exilio, ut dicitur, de ejus confessione, epistolam LX. quæ Pamelio est LVII. in qua se ostendit incredibili lætitia exultare propter gloriosam confessionem Cornelii, & fratrum, ac præcipue lapsorum, qui in hoc agone restituti steterunt fortes & insuperabiles. Quæ epistola a Baronio loco suo recitata.

Baron. n. XLIX.

modum, fidem veram, & vires suas de Dei timore collectas, ad omnem patientiam constanter & firmiter roborasse, nec jam stare ad criminis veniam, sed ad passionis coronam.

LIII. Persecutio gloria est Sacerdotum.

Quid ad hæc Novatianus, frater carissime? utrumne jam deponit errorem? an vero (qui dementium mos est) ipsis bonis & prosperis nostris plus adactus est ad furorem? & quo magis ac magis dilectionis ac fidei crescit hic gloria, illic dissensionis & zeli recrudescit insania? nec vulnus suum miser curat, sed adhuc gravius & se & suos vulnerat? In perniciem fratrum lingua sua perstrepens, & facundiæ venenatæ jacula contorquens, magis durus sæcularis philosophiæ pravitate, quam philosophiæ Dominicæ lenitate pacificus, desertor Ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector pœnitentiæ, doctor superbiæ, veritatis corruptor, proditor charitatis? Agnoscit ne jam qui sit sacerdos Dei? quæ sit Ecclesia & domus Christi? qui sint Dei servi, quos diabolus infestet? qui sint Christiani, quos Antichristus impugnet? Neque enim quærit illos, quos jam subegit; aut gestis evertere, quos jam suos fecit. Inimicus & hostis Ecclesiæ, quos alienavit ab Ecclesia & foras duxit, ut captivos & victos contemnit & præterit; eos pergit lacessere, in quibus Christum credit habitare. Quamquam etsi aliquis ex talibus fuerit apprehensus, non est quod sibi quasi in confessione nominis blandiatur; cum constet, si occisi hujusmodi extra Ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed pœnam potius esse perfidiæ; nec in Domo Dei inter unanimes habitaturos esse, quos videmus de pacifica & divina domo furore discordiæ recessisse.

LIV. Se invicem SS. Episcopi cohortantur.

Hortamur plane quantum possumus, frater carissime, pro charitate mutua qua nobis invicem cohæremus, ut, quoniam providentia Domini monentis instruimur, & divinæ misericordiæ consiliis salubribus admonemur appropinquare jam certaminis & agonis nostri diem, jejuniis, vigiliis, orationibus insistere cum omni plebe non desinamus; incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris. Hæc sunt enim nobis arma cælestia, quæ stare & perseverare fortiter faciunt; hæc sunt munimenta spiritalia & tela divina, quæ protegunt. Memores nostri invicem simus; concordes atque unanimes utrobique pro nobis semper oremus, pressuras & angustias mutua charitate relevemus. Et si quis istinc nostrum prior divinæ dignationis celeritate præcesserit; perseveret apud Dominum nostra dilectio; pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiam Patris non cessetoratio. Opto te, carissime frater, semper bene valere: Hucusque ad Cornelium Cyprianus, noviſſimaque epistolarum, quæ ab ipso ad Cornelium scriptæ reperiuntur; licet intercurrisse inter se complures mutuæ litteræ dicantur; se ipsos enim invicem eorum internuncio consolatos esse, omnes affirmant.

LV. Cornelius Papa, quando passus.

Antequam autem de Cornelii Papæ martyrio orationem instituamus, nodus hic ille solvendus est de tempore, sub quibus potissimum Imperatoribus Cornelius passus esse probetur. Licet autem ex dictis de Fabiani martyrio, annoque uno & amplius vacantis ejus sedis, ac institutione Cornelii satis superque perspicue declaretur, ipsum, quem proxime ante Decii obitum creatum esse Romanum Pontificem exacte ex litteris Cypriani est demonstratum, nullo pacto sub Decio, sed sub Gallo & Volusiano coronatum esse martyrio; tamen quoniam in libro de Romanis Pontificibus, cui inditus est titulus Damasi, sub Decio & cum Decio iniisse pro fide certamen, ac sub ipso consummasse martyrium legitur; res est dilucidius demonstranda. Error inde a Scriptoribus sumptus videtur quod passim ferretur Cornelius in persecutione Decii martyrio insignitus; deceptus (quisquis fuerit) auctor ille, dum, quod in persecutione Decii factum

C esset,

PAGIUS XIII. *Cornelii PP. obitus.* Baron. n. LV. LVI. & seqq.

[1] A num. LV. ad LXIV. Mense Septembri *Cornelius* Pontifex Romanus *Centumcellis* obiit die decima quarta illius mensis. Locum, in quo mortuus est, nos docet Chronicon Damasi: *Post hoc Centumcellas expulsus, ibi cum gloria dormitionem accepit.* De die nos certiores facit Hieronymus in Catalogo, de Cypriano loquens: *Passus est sub Valeriano & Gallieno Principibus, persecutione octava, eodem die, quo Romæ Cornelius: sed non eodem anno.* Constat autem, Cyprianum XVIII. Kal. Octob. passum esse, quo die in Martyrologiis utriusque passio celebratur. Et non tantum eodem die mensis, sed etiam septimanæ, feria nempe tertia, ut ostendit littera Dominicalis C. quæ tam hoc anno, quam anno Christi CCLVIII. quo Cyprianus martyrium fecit, in-

NOTÆ [1] IN veteribus Catalogis, ut in Corbeiensi, & Bucheriano, *Cornelius* sedisse dicitur *annis duobus, mensibus tribus, diebus decem*: ita & liber Pontificalis; in Fossatensi, & in Reginæ Suecorum, nunc Vat. apud Bollandum: *Anno uno, mensibus duobus, diebus tribus.* Eusebius lib. VII. Cap. II. *annis circiter tribus.* Mendosum esse Bucherianum catalogum in Consulibus designandis, sub quibus Cornelius sedit, atque etiam in annis Pontificatus, recte observasse Pagium, notat Constantius pag. 124. atque adeo sedisse volunt *annum unum, menses tres ac dies decem*; ex quo fit, ut A. D. 251. die *IV. Junii*, *Cornelius* Pontificatum inierit, & A. D. 252. die *XIV. Septembris* martyrium adeptus fuerit.

eſſet, ſub ipſo Decio contigiſſe putavit; ſicque & quod ſub Voluſiano geſtum eſſet, ſub Decio actitatum, inconſulte correxit. Cæterum perſecutionem hanc ſub Decio ſemel cœptam, a Gallo & Voluſiano denuo reſtitutam, non duas eſſe numeratas, ſed unam eamdemque ab auctore qui eam indixit, eſſe denominatam, jam ſatis ſuperius dictum eſt. Sic igitur Cornelius Papa in perſecutione Decii recte dicitur coronatus, perperam tamen ponitur, vivente adhuc Decio, ſubiiſſe martyrium.

LVI. Sed quamquam ſuperius demonſtrata id ſatis aperte teſtentur; ad omnem tamen prorſus ea de re ambiguitatem tollendam, accedat teſtificatio Cypriani, qui ſcribens ad Lucium Papam (*a*), Cornelii ſucceſſorem, hæc ait: *Intelligimus, frater carissime, & tota cordis luce perſpicimus divinæ majeſtatis ſalutaria & ſancta conſilia: unde illic repentina perſecutio exorta ſit, inde contra Chriſti Eccleſiam, & Epiſcopum Cornelium beatum martyrem, voſque omnes ſæcularis poteſtas ſubito proruperit; ut ad confundendos hæreticos & retundendos, oſtenderet Dominus quæ eſſet Eccleſia, & quis Epiſcopus unus divina ordinatione electus.* Cum igitur dicat S. Cyprianus repentinam perſecutionem exortam, & ſubito poteſtatem ſæcularem in Eccleſiam eſſe graſſatam, qua & Cornelius ſit martyr effectus: nihil eſt quod de temporibus Decii hæc poſſint intelligi, quem ſtatim poſt Cornelii electionem interemptum, redditamque fuiſſe Eccleſiæ pacem conſtat; multa quidem in pace Eccleſiæ eum cum Cornelio pertractaſſe, citatæ ſuperius complures ejuſdem Cypriani epiſtolæ, nec non ipſius Cornelii, luce clarius commonſtrant.

(*a*) Cypr. epiſt. 38. Sub Gallo & Voluſiano Cornelii Martyrium.

LVII. Quamobrem repentinam hanc excitatam perſecutionem, qua Cornelius ſublatus eſt, ſub Gallo & Voluſiano, qui eam, (ut dictum eſt auctore Dionyſio Alexandrino ſuorum temporum ſcriptore) poſt pacem Eccleſiæ redditam excitarunt, contigiſſe, neceſſe eſt affirmare. Huic adeo certæ & exploratæ in omnibus veritati, ut in re comperta, Euſebius (*b*) tum in hiſtoria, tum in Chronico abſque ulla dubitatione adſtipulatur; cui conſentit S. Hieronymus (*c*), qui ait S. Cornelium ſub Gallo & Voluſiano ſediſſe. Iiſdem quoque adeo manifeſtis rationibus reliqui omnes, quorum immenſus eſt numerus, erroris redarguuntur, qui in eamdem de tempore Martyrii Cornelii Papæ ſub Decio ſententiam abierunt. Sic & illi pariter confutantur, qui ſub Valeriano & Gallieno Imperatoribus dixerunt S. Cornelium martyrio coronatum, ut Metaphraſtes in Eugenia, & Ado Viennenſis in Chronico, & Acta quædam paſſionis Cypriani mendoſa. Nam Dionyſius (*d*) Alexandrinus, qui hæc ob oculos habuit, plane teſtatur, ſub Valeriano aliquandiu Eccleſiam quieviſſe, ipſumque de Chriſtianis bene meritum fuiſſe. Quamobrem ſi ad Valeriani perſecutionis tempora perducendum eſt Cornelii martyrium, ad quinquennium eum ſediſſe dicendum eſſet; quod quidem, plurimis refragantibus, nemo vel potuit cogitaſſe.

(*b*) Euſeb. l. 7. c. 1. 2. (*c*) Hieron. de Script. Eccl. in Cornel.

(*d*) Apud Euſeb. l. 7. c. 9.

LVIII. Cum igitur tot tantiſque undique comparatis atque probatis de tempore ſedis Cornelii teſtimoniis, & de martyrio ejus ſub iiſdem Gallo & Voluſiano Imperatoribus conſummato, cuncta (ni fallimur) certa ſint atque perſpicua in omnibus redditа; ut hoc anno potius quam ſequenti, decimaquarta Septembris (ut habent tabulæ Eccleſiaſticæ, quibus natalis martyrii ejus dies eſt perpetua memoria conſecratus) eum exiſtimemus martyrio inſignitum; illud magnopere perſuadet, quod cum æque exploratum reddatur ex iis quæ dicturi ſumus in Lucio, ipſum quoque Lucium ſub Gallo & Voluſiano eſſe paſſum; hoc anno Cornelium, qui eum præceſſit, dicta die ſubiiſſe martyrium, opus eſt affirmare. Verum quod ſedis Cornelii duos, alii tres vel circa annos ponant, cum re vera nec biennium expleſſe conſtet; inde accidiſſe videtur, quod omnibus illis incompertum penitus fuerit magnum illud vacationis ſedis Fabiani temporis interſtitium: quod nonniſi ex S. Cypriani citatis epiſtolis, iiſdemque diligenter inſpectis, aſſequi licet; quamobrem, ignorato ſemel tempore quo ipſe Cornelius ſedere cœpit, tempus quoque in ſede expletum eos oportuit præteriiſſe. Quæ vero de Actis ejus martyrii ſint memoriæ commendata, & ab Adone (*e*) in ſuo Martyrologio recitata, atque a nobis ex antiquis ſcriptis libris accepta, diligenter recognita & emendata, hic deſcribere non præ-

Menſis & dies martyrii Cornelii Papæ.

(*e*) Ado. 24. Sept.

PAGIUS in curſu erat. Annum nos edocet Chronicon Damaſi, in quo legitur, *Cornelium* ſediſſe a Conſulatu utriuſque Decii *uſque Gallo & Voluſiano*, qui præſenti anno nomen dedere. Neque in annum ſequentem obitus ejus ullo modo rejici poteſt, cum *Stephanus* ipſe, qui poſt mortem *Lucii* Cornelii ſucceſſoris Epiſcopatum obtinuit, *a Conſulatu Voluſiani & Maximi* ſediſſe dicatur, qui anno proximo Conſules fuiſſe noſcuntur. Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogum veterum Pontificum exiſtimat, *Cornelium* quinto die Auguſti currentis anni morte affectum, die XIV. Septembris Romam tranſlatum, eumque diem, ut magis celebrem, Natali ejus attributum fuiſſe. Sed ex iis, quæ initio ejus Pontificatus, ac mox diximus, liquet, eam conjecturam admittendam non eſſe. Verius ſcripſit Vir eruditiſſimus, Acta Cornelii ſuppoſititia eſſe & adulterina. Varia etiam frivola & inania de morte & exilio Cornelii Liber Pontificalis & Ado in Martyrologio habent, quæ fruſtra Baronius explicare conatus eſt.

prætermittimus, ſcripto in margine nomine Decii, quod in textum irrepſerat, & Voluſiani (ut par erat) in textum reſtituto, cui (ut ex Cornelii litteris demonſtratum eſt) una cum Imperio a patre eſt perſecutio demandata:

LIX. *Cum vero Cornelius una cum presbyteris & diaconibus Romanæ Eccleſiæ Centumcellas miſſus exularet; Voluſianus Auguſtus* * *audiens frequentem ad eum concurſum, quodque multi ad eum ſcriberent, & de beato Cypriano id faciente, qui tunc ad eum ſcripſerat de Celerino lectore, qui multa tormenta paſſus erat, & alia de ſuſcipiendo martyrio; juſſit eum ad ſe Romam perduci. Exhibituſque eſt ei noctu, & in Tellude, Præfecto quoque Urbis præſente; auditus, & ab eo interrogatus eſt: Sic definiſti, ut nec deos conſideres, nec præcepta Principum, nec majorum, nec noſtras minas timeas, ut contra Rempublicam litteras accipias & dirigas? Cornelius Epiſcopus reſpondit: Ego de corona Domini litteras accepi, non contra Rempublicam:* nominat coronam Domini fidelem Chriſti plebem. Peculiare erat, per coronam intelligi populi multitudinem vallantem Epiſcopum. Niſi fortaſſe Cornelius, per coronam Domini, ſignificare voluit coronam martyrii; cujus argumenti ſunt litteræ, quas accepit a Cypriano, a nobis ſuperius recitatæ. Iratus Imperator eum a ſuo conſpectu amoveri juſſit, utque os ejus plumbatis cœderetur, & ſacrificium Marti cogeretur offerre, &, ſi facere recuſaſſet, capite plecteretur. Sed illo repugnante hoc facere, lata eſt ſententia ut duceretur.

* *al.* Decius Cæſar. Acta paſſionis Cornelii.

LX. *Tunc Cerealis, cujus cura Cornelius cuſtodiebatur, rogavit beatum Papam, ut veniret in domum ſuam, atque viſitaret uxorem ſuam, quæ annis quindecim* * *jacebat paralytica* (*erat illi nomen Salluſtia.*) *Ingreſſus eſt Cornelius in domum Cerealis cum duobus presbyteris, & uno clerico lectore. Dedit autem hanc orationem beatiſſimus Papa, dicens; Domine Deus creator omnium viſibilium, & inviſibilium, qui dignatus es ad nos peccatores venire, ut nos ſalvos faceres; tu erige alliſam hanc famulam tuam, & dona ei miſericordiam tuam, ſicut cæco nato donaſti lumen, ad cognoſcendam gloriam tuam. Et tenens manum Salluſtiæ, erexit eam, dicens: In nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge, & ſta ſupra pedes tuos. Quæ protinus ſurrexit clamans, & dicens: Vere Chriſtus eſt Deus, & Dei Filius. Et dixit tunc Cornelio: Per Chriſtum te conjuro, baptiza me. Et currens implevit vas aqua, & attulit ei. Viſo tanto miraculo, milites quoque qui erant cum Cereali omnes ſe ad Cornelii Papæ pedes poſuerunt, timentes, atque petentes ſe quoque baptizari velle. Cornelius videns Dei manum in his omnibus, baptizavit eos, & obtulit pro eis ſacrificium laudis; & ſic participati ſunt omnes corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

* *al.* quinque Cerealis uxor ſanatur a S. Cornelio.

LXI. *Audivit hæc omnia Imperator, & mittens tenuit omnes qui erant ex domo Cerealis credentes, cum militibus baptizatis; qui ſimul cum beato Cornelio ducti ſunt ad ſacrificandum. Ducti ſunt autem foras muros portæ Appiæ ad templum Martis, ut ſacrificarent. Sed illi facere nolentes, atque expuentes in templum decollati ſunt una cum beatiſſimo Papa numero viginti unus, & cum eis Cerealis quoque cum uxore ſua Salluſtia, decimo-octavo Kalendas Octobris. Eadem vero nocte venit beata Luciна cum clericis & familia ſua, & rapuit corpora martyrum, & ſepelivit ea in agro ſuo, in cryptа ubi eſt* * *cœmeterium Callisti:* Hucuſque Acta paſſionis Cornelii & ſociorum; quibus perpauca addidimus, quæ amplius habet noſter codex manuſcriptus; quæ Ado, aliud fortaſſe nactus exemplar, vel brevitate ea nimis contrahens prætermiſit. Quod vero in Tellude, ſeu Tellure Cornelius Papa ductus ſit cauſam dicere; templum erat in quo ſæpe Senatus cogi conſuevit, ut apparet ex Cicerone (*a*), Dione, & aliis. Sed & de templo Martis extra portam Capenam, Livius (*b*) & alii meminerunt.

Martyrium Cornelii & ſociorum.

* *al.* juxta

(*a*) Cicero Philipp. 2. Dio hiſt. Rom. lib. 44. & 46. (*b*) Livius lib. 7. Decad. 1.

LXII. Quod vero Acta quædam paſſionis Cypriani recenſeant Cornelii Papæ martyrium ſub Imperio Valeriani & Gallieni; agemus ea de re ſuo loco pluribus. Rurſus vero quod exploratiſſimum ſit, eadem die, etſi non eodem anno quo Cyprianus, S. Cornelium conſummaſſe martyrium, nempe decima-quarta die menſis Septembris; manifeſtum eſt erraſſe auctorem libri de Romanis Pontificibus qui adſcribitur Damaſo, dum ad menſem Martium ejus Martyrium referre videtur illis verbis quibus eſt prolata ſententia: *Quod ſi non fecerit, capite truncetur. Poſt hoc, ideſt, tertio Nonas Martii, antequam paſſus eſt, omnia bona Eccleſiæ tradidit Stephano Archidiacono. Hoc factum eſt. Qui cum adorare non vellet, decollatus eſt in loco ſupradicto:* ita ibi. Si igitur poſt latam ſententiam capitis ea die Martii, illud actum cum Stephano, & nulla alia interpoſita mora ductus eſt; plane eo ſaltem menſe eum martyrio coronatum fuiſſe, auctor videtur ſignificare voluiſſe; qui ex iis quæ dicta ſunt, manifeſti mendacii redarguitur.

LXIII. Scripta Cornelii Papæ.

Adnumerat S. Hieronymus eumdem Cornelium inter ſcriptores Eccleſiaſticos, dicens: *Cornelius Romanæ urbis Epiſcopus, ad quem octo Cypriani extant epiſtolæ, ſcripſit epiſtolam ad Flavianum (alii hunc dicunt Fabium) Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum, de Synodo Romana, Italica, & Africana; aliam de Novatiano, & de his qui lapſi ſunt; tertiam de geſtis Sy-*

nodi; quartam ad eumdem Flavianum valde prolixam, & Novatianæ hæreseos causas & anathema continentem. Rexit Ecclesiam annis duobus sub Gallo & Volusiano. Cui ob Christum martyrio coronato successit Lucius: Hucusque Hieronymus. Quod vero ordinatio nulla a Cornelio facta legatur; temporis, quo sedit, brevitatem arguit, cum vix aliquem alium sit reperire, qui absque ordinatione pontificatum exegerit. Vacasse post obitum ejus sedem dies trigintaquinque, emendatiores codices habent.

Successit in locum ejus Lucius Romanus ex patre Porphyrio, unus ex presbyteris confessoribus, quos diximus cum Cornelio exulasse; qui una cum collegis post Cornelii necem Romam restitutus, & electus est Pontifex. Creato Lucio Romano Pontifice, mox ut id S. Cyprianus audivit, ad eum congratulans scripsit epistolam, cujus ipse meminit (*a*) in posteriori ad eumdem post reditum missæ: *Et nuper quidem tibi, frater charissime, gratulati sumus, cum te honore geminato in Ecclesia sua administratione Confessorum pariter & Sacerdotem constituit Divina dignatio.* Launoius hoc argumento ductus id negavit: *Cyprianus*, inquit, *se quidem gratulatum fuisse ait, sed gratulatum se per literas non ait. Et revera Cyprianus secum & cum aliis Episcopis de gemino Lucii honore gratulari potuit, quamvis per alias ab citata literas non fecerit.* Sed ratio illa frivola: nam, ut ait Pearsonius, Cyprianus & Collegæ significant, se non minus post reditum gratulatos esse Lucio, quam post ordinationem & confessionem eidem gratulati fuerant. Non dicunt, se sibi; sed illi gratulatos esse tempore utroque; & male Launoius vocem *sibi* utrobique omisit, nec vim ejus perspexit; neque animadvertit, hanc esse solennem in epistolis Cypriani formam, ut in illa ad Confessores de Mappalico: *Exulto latus & gratulor, fortissimi & beatissimi fratres, cognita Fide & virtute vestra.*

LXIV. Lucius Papa.

(*a*) *Cypr. epist. 58.*

PAGIUS XIV. *Lucius sit Papa.* Baron. n. LXIV.

Ad num. LXIV. In Chronico Damasi de Lucio Cornelii successore legitur: *Lucius annos tres, menses octo, dies decem. Fuit temporibus Galli & Volusiani usque Valoriano III. & Gallieno II. His exul fuit, & postea nutu Dei incolumis ad Ecclesiam reversus est, *tertio Nonas Martias Consulibus SS.* Bucherius ait, post ea verba, *reversus est*, videri deesse, *decessit*. Verum, ut inquit Pearsonius, totus locus maxime corruptus; neque quicquam aliud inde colligi potest, quam Lucium, Gallo & Volusiano Consulibus, ordinatum esse. Nam Gallus & Volusianus usque ad tertium Valeriani Consulatum non pervenere. Secundo, quod ibidem dicatur, Stephanum Volusiano & Maximo Coss. inauguratum esse biennio ante tertium Valeriani Consulatum. Ac denique Lucium & Stephanum iisdem Consulibus ordinatos esse [1].

XV. *Ordinatus est mense Septemb.*

Certum itaque dumtaxat, Lucii ordinationem post diem XIV. Septembris contigisse. Verum dies ejus ordinationis, duratio Sedis, ejusque post Cornelii mortem vacatio in obscuro sunt. Liber Pontificalis post Cornelii obitum ait, cessasse Episcopatum dies **XXXV.** sed minus intervallum verbis Cypriani magis congruit. Pearsonius decem dies, qui soli in Chronico Damasi veri esse possunt, sumit, & tot menses adjicit, quot ab obitu Cornelii ad exitum Lucii numerari possunt; qui quinque tantum, integri sunt. Eutychius quidem menses octo, Eusebius totidem, sed non integros, Nicephorus Lucio haud septem integros, tribuit, qui veritatem proxime attingere videtur. Quare existimat Pearsonius, Lucium Romæ ordinatum esse die Septembris vigesimo quinto, menses quinque integros, & dies decem sedisse, & quarto die mensis Martii anni insequentis obiisse. Quæ opinio ceteris præferenda. Nam non audiendus Papebrocius loco laudato, ubi scribit, Lucium die **XXIII.** Junii præsentis anni Cornelii Vicarium creatum esse, eidem successisse die nona Octobris, ac sedisse annos duos, menses octo, dies decem usque ad quartum Martii anni CCLIV. Præterquam enim quod Vicariatus ille suppositius, usque ad eum annum Lucius pervenire non potuit.

XVI. *S. Cyprianus litteras communicatorias ad Lucium scribit.*

Mense Octobri ineunte *Lucius* a persecutoribus in vitæ discrimen adductus est. Cumque jam *Cyprianus* tum ordinationis, tum confessionis ejus certior factus esset, ipse cum Collegis suis literas communicatorias ad *Lucium* statim dedit. Quæ quidem non supersunt, sed earum satis diserte meminit ipse Cyprianus in exordio epistolæ

XVII. *Lucius & Cornelius Papa in exilium missi.*

Cum autem Gallus Imperator Lucium, non minus fortiter quam Cornelium, confessionem nominis facere, & plebem ad moriendum pro Fide Christiana impellere videret, illum etiam pari exilio mulctavit. De quo Chronicon Damasi: *Hic exul fuit.* De hac re præcipue intelligenda sunt illa Dionysii Alexandrini verba apud Eusebium lib. 7. cap. 1. ubi de Gallo ait: τὸν ἱερὸν ἄνδρας τὸν περὶ τῆς εὐρέσεως ἀυτῷ καὶ τῆς ὑγιείας προσβέυοντας πρὸς τὸν Θεὸν ἤλασεν. Quæ sic Valesius vertit: *Vivos sanctos, qui pro pace & incolumitate ipsius preces ad Deum allegabant, infectatus est.* Christophorsonus ultimum verbum sic interpretatur, *crudeliter exegit.* Sed, ut observat Pearsonius, ἤλασεν est, *agitavit, suis sedibus expulit, in exilium misit*, ut Coriolanus Dionysio Halicarnassensi dicitur, φυγῇ ἀιδίῳ ἐλάσεις, *exilio perpetuo multatus.* Gallus itaque Cornelium & Lucium cum aliquibus ex Clero Romano, qui proprie πρεσβύτεροι πρὸς τὸν Θεὸν dicuntur, exilio multavit.

XVIII. *Sub Gallo Christiani Romæ tantum vexati.*

Ex his Dionysii Alexandrini verbis aliisque conjecturis colligo, Galli & Volusiani persecutionem localem fuisse, ac Romæ tantum excitatam; indeque factum, ut neque Eusebius in Chronico, neque Divus Augustinus lib. 18. de Civit. Dei cap. 52. neque Sulpitius Severus eam numeraverint, neque Eusebius in Historia Martyres sub Gallo & Volusiano passos memorarit. Imo Orosius qui lib. 7. decem persecutiones, quibus Ecclesia afflicta, cum decem plagis, quibus percussa est Ægyptus, confert, septimam

NOTÆ [1] *Lucius* ex Eusebio lib. VII. cap. II. vix *octo mensium* spatio Pontificalem sedem tenuit. Obiit autem ex veterum ferme omnium martyrologiorum consensu die *quarto, vel quinto Martii*; ex quo elicitur, non *menses octo*, sed *quinque* tantum solidos, & duos inchoatos Ecclesiæ præfuisse. Immaniter in *Lucio* labitur Bucherianus catalogus, & liber Pontificalis, ut ostendit Constantius pag. 206. & 207. Electus est igitur A. D. 252. & die *quarta vel quinta Martii* anni insequentis Martyr occubuit.

eriori ad eumdem data, sed non extat. Apparet quoque ex eadem Cypriani ad eum scripta epistola, haud post multum temporis a creatione sua fuisse ipsum Lucium a persecutoribus relegatum. At quo modo in Urbem fuerit denuo restitutus, cum posteriorem ed eum Cyprianus dedit epistolam, dicemus anno sequenti. Mentio quoque habetur de Lucii exilio in libro de Romanis Pontificibus.

Quod autem spectat ad cætera in diversis Provinciis sanctorum certamina; etsi ipsa martyrum Acta exciderint, & quæ reperiuntur, Decianæ persecutionis nomine obsignentur, quod una eademque (quod dictum est sæpius) censeretur; illud tamen exploratum habetur, in hoc secundo certamine non tantum Fideles illos, qui tempore prioris pugnæ sub Decio exantlatæ fortes extiterunt, victores apparuisse, sed

LXV. De Martyribus sub Volusiano.

PAGIUS mam plagam sub Gallo & Volusiano deducit ex pestilentia, quæ omne propemodum genus hominum & pecudum neci dedit, non vero ex tormentis Fidelibus inflictis. Cap. enim 14. ait: *Gallus Hostilianus regnum adeptus vix duobus annis cum Volusiano filio obtinuit. Exoritur ultio violati nominis Christiani; & quatenus ad prosligandas Ecclesias edicta Decii cucurrerunt, eatenus incredibilium morborum pestis extenditur: nam nulla fere Provincia Romana, nulla civitas, nulla domus fuit, quæ non illa generali pestilentia correpta atque vastata sit. Hac sola pernicie infignes Gallus & Volusianus*; ubi tamen Gallum cum Hostiliano Decii filio perperam confundit. Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. 7. cap. 22. postquam locutus est de iis, quæ in Decii persecutione Christiani passi essent, de iis quæ Gallo & Volusiano imperantibus sustinuissent, ait: *Post hæc* (scilicet post persecutionem Decianam) *bellum & fames excepit*; (Barbaris videlicet in Imperium Romanum undique irruentibus) *qua quidem nos cum Gentilibus junctim pertulimus.* (Nam ex irruptiones non minus Christianos, quam Paganos afflixere) *Et ea quidem mala, quibus nos attriverunt, soli sustinuimus.* (Videtur hic loqui Dionysius de Cornelii & Lucii Pontificum Romanorum persecutione) *Qua autem sibi invicem intulerunt, ac passi sunt, eorum partem toleravimus. Sed rursus oblectavit nos pax illa, quam nobis solis Deus indulsit. Cum autem brevissimo temporis spatio nos & illi respirassemus, repente ingruis lues illa*, &c. Loquitur Dionysius de pestilentia illa generali, quæ autumno currentis anni exorta est, quamque Zonaras in Æthiopia cœpisse testatur; quæ ideo sub hujus anni finem, post martyrium nempe Cornelii, & Lucii relegationem, Alexandriam invasit. In Oriente itaque persecutio sæviisse non videtur.

XIX. *Persecutio in Africam non penetravit.*

[1] Sed nec ea in Africa grassata. Cyprianus enim in epistola LXI. quæ Pamelio est LVIII. indicare videtur, persecutionem non in Africa, sed tantum Romæ fuscitatam fuisse, quando eidem gratulans de reditu suo ab exilio ait: *Intelligimus Divinæ majestatis salutaria & sancta consilia; unde illic* (nempe Romæ) *repentina persecutio nuper exorta sit, unde contra Ecclesiam Christi & Cornelium beatum Martyrem, vosque omnes sacularis potestas subito prorumpit: ut ad confundendos Hæreticos ostenderet Dominus, quæ esset Ecclesia; quis Episcopus ejus unus, Divina ordinatione delectus; qui cum Episcopo Presbyteri Sacerdotali honore conjuncti*, &c. Ubi indicare videtur Cyprianus, inquit Lombertus in Præfatione ad Opera S. Cypriani, persecutionem Romæ excitatam *ad confundendos Hæreticos*, nempe Novatianos, & ut *ostenderet Dominus quæ esset Ecclesia*, Romana nempe, de qua sola ibi agitur, utpote in qua Novatianus, non obstante Cornelii ordinatione, sese eligendum Episcopum voluerat. Præterea neque in epistola citata ad Lucium, neque in altera ad Cornelium, alicujus Christiani in Africa sub Gallo passi meminit Cyprianus; qui cum dicat, ideo permisisse Deum brevem hanc & sitbitam persecutionem, *ut ostende-*

NOTÆ [1] Vix impetrare a me possum, quin cum fere omnibus ætatis nostræ Criticis ac præsertim cum clarissimo Benedictino editore operum S. Cypriani, in vita illis præfixa pag. 66. agnoscam turbinem persecutionis sub Gallo & Volusiano ipsam quoque Africam corripuisse. Probant id revelationes factæ Cypriano hoc anno 252. de imminente quadam persecutione, quæ enim intelligi vix possunt de persecutione Valeriani post quinque vel sex annos in Christianos mota. Insuper & huc spectare Epistolam 81. contra alios diversa sentientes idem Cl. Editor egregie probat. Namque ibi sermonem non esse de persecutione Decii ex eo intelligimus, quod obiisse jam Rogatianum (qui post Decii persecutionem in carcere perseveravit) & Felicissimum aperte designat S. Cyprianus, dum rogat Fideles ut sequantur in omnibus Rogatianum presbyterum *gloriosum senem, qui excipiens ferocientis populi impetum*, ait, *primum hospitium vobis in carcere præparavit, & metator quodam modo vester nunc quoque vos antecedit. Quod ut consummetur in vobis assiduis orationibus Dominum deprecamur, ut initiis ad summa pergentibus, quos confiteri faciat, & coronari.* Suadet hic Cyprianus Confessores ut sequantur Rogatianum presbyterum, a quo præparatum fuisse illis dicit primum hospitium in carcere, & nunc pariter illos antecedere, nempe in Cœlo. Insuper si tunc in carcere superfuisset Rogatianus, admonuisset illos, ut præsentem intuerentur, & solatium ab illo reciperent. Igitur si tunc jam obierat Rogatianus, in hac epistola designari non potest Decii persecutio in qua non mortem, sed carcerem Rogatianus toleraverat. Nec etiam sermo ibi esse potest de persecutione sub Valeriano, cujus primos impetus ipse Cyprianus tulit. Nec tot annis detentus fuisse in carcere Rogatianus videtur, quot a Decio usque Valerianum excurrunt. Igitur si Rogatianus cum socio Martyr decessit, ejus passio non ad aliam quam ad persecutionem Galli & Volusiani referenda est. Sicut etiam sub Gallo & Volusiano in carcere detenti videntur Confessores illi, ad quos epistola hæc Cypriani dirigitur; nam si Valeriani persecutio illos corripuisset, tunc utique Cyprianus suarum etiam perpessionum, quas statim exoriente persecutione toleravit, meminisset. Nec est cur ab exilio, quod sub Valeriano sustinuit, scripta hæc censeat Pearsonius, eo quod asserit Cyprianus, ex loci conditione impediri, ne ad illos veniat. Loci enim conditio nihil est aliud hic, quam dignitas & munus Episcopi, nam Martyres in carcere adire, non Episcopos, nec Presbyteros, sed Diaconos tantummodo mos erat.

& infirmos illos milites, qui in illo conflictu clypeum turpiter abjecerant (lapsos inquam illos, qui negando fidem perdiderant, hostibusque manus ignominiose dederant, qui & prævia pœnitentia in Ecclesiam recepti fuerant) redintegrato certamine, seipsis fortiores redditos, compendioso vitæ dispendio, nonnullis de hostibus superatis, glorioſas coronas promeruisse; illos vero, quibus nullum indictum certamen esset, doluisse, quod experiendi vires ex pœnitentia in Ecclesia comparatas, intercepta esset occasio. Id quidem auctor (*a*), qui post redditam Ecclesiæ pacem

(*a*) *Apud Cypr. lib. ad Novat. hæret.*

PAGIUS XX. *Persecutio Cypriano revelata, sed non tempus persecutionis.*

deret, non Novatianum, sed Cornelium verum esse Pontificem, insinuat, necessarium non fuisse, ut aliæ Provinciæ affligerentur.

Quod si quis opponat revelationes, quas de hac persecutione Cyprianus habuit, imo & Pœnitentes subito ab eo reconciliatos dicat, respondet Lombertus, Deum quidem Cypriano revelasse futuram persecutionem, non vero tempus, quo ea contingeret, & utrum adversus universam Ecclesiam decernenda foret. Cujus rei ratio ex epistola LVII. Cypriani, Pamelio LIV. deducenda. In ea is scribit, eam persecutionem Deciana acerbiorem futuram sibi a Domino revelatum esse: *Nos*, inquit, *quod Fidei, & charitati & solicitudini congruebat, qua erant in conscientia nostra, protulimus; diem certaminis appropinquasse, hostem violentum cito contra nos exurgere: pugnam non talem qualis fuit, sed graviorem multo & acriorem venire. Hoc nobis divinitus frequenter ostenditur*, &c. Idem habet in epistola LVIII. Pamelio LVI. ad plebem Thibarensem scripta. Certum tamen, Galli persecutionem Deciana longe minus violentam fuisse. Quare Deus qui similes gratias certa mensura concedere solet, Cypriano aliquid de hac persecutione detexerat, & aliquid celarat. Sic Cypriano Curubi in exilio existenti, in visione qua eum dignatus est, sententiam passionis quasi jamjam futuram ostendit. Sed cum ille frequenter peteret, ut ea vel uno die differretur, mox ea concessio revelata; sed ille dies dilationis annum revera denotavit, quem Cyprianus post eam visionem vivere debebat. Nam eo die post annum exactum martyrio coronatus est, ut testatur Pontius in ejus Vita. Cyprianus igitur eum diem annum significare non capiebat. Neque etiam obstat, quod in libro contra Demetriadem aliqua contineantur, quæ ostendere videntur, Christianos Africæ, vel tunc vexatos fuisse, vel saltem a paucis diebus persecutionem cessasse. Nam Cyprianus de iis tantum intelligendus, quæ Decio regnante passi essent, eo scilicet modo, quo de rebus magni momenti, (ut fuit persecutio Deciana) quæ nuper acciderunt, sæpe sermo habetur.

XXI. *Imperium Galli infaustum.*

Denique, ut ab hac persecutione me expediam, ita breve *Galli* Imperium fuit, totiesque Barbari in Romanorum terras irruerunt, ut existimandum sit, omnium Provinciarum Imperii Romani Præfectos, potius in propriam conservationem & populorum quietem, quam in Christianorum perniciem intentos fuisse, ut recte Lombertus loco citato.

XXII. *Lucii Papæ exilium breve fuit.*

Baron. ibid.

Lucius cum comitibus suis haud diu in exilio fuit. Causa relaxationis a nemine exprimitur; Pearsonius tamen circa finem Novembris currentis anni eos Romam rediisse non improbabiliter existimat. Cyprianus enim iisdem literis, quibus Lucii reditum celebrat, sub eadem persecutione adhuc durante eum rediisse clare ostendit: *Regredientibus vobis breviata non est in Episcopo confessionis suæ dignitas, sed magis crevit Sacerdotalis auctoritas, ut altari Dei assistat Antistes, qui ad confessionis arma sumenda & faciendæ martyriæ non verbis plebem, sed factis cohortetur, & imminente Antichristo paret ad prælium milites non solum sermonis & vocis incitamento, sed fidei & virtutis exemplo.* In media igitur persecutione Galli, cum nondum pax expectaretur, Lucius cum comitibus ab exilio reversus est, idque hoc ipso anno, post admodum breve exilium, quod ex Cypriani literis post Lucii reditum sibi & Collegis suis cognitum exaratis, certo colligi autumavit Pearsonius. Nam primo, *nuper* se Lucio gratulatum esse de ordinatione & confessione significat: diu igitur in exilio esse non potuit. Secundo, non tantum Lucium nuper relegatum, sed & Cornelium etiam nuper exilio multatum, & persecutionem ipsam Romæ nuper exortam fuisse iisdem literis tradit: *Intelligimus, frater charissime, & tota curæis nostri luce perspicimus divinæ majestatis salutaria & sancta consilia, unde illinc repentina persecutio nuper exorta est, unde contra Ecclesiam Christi & Episcopum Cornelium, beatum Martyrem, vosque omnes, secularis potestas subito proruperit.* Quisquis hæc animadvertit, nunquam majus quam semestre spatium inter persecutionis hujus exordium & epistolæ Cyprianicæ scriptionem, nunquam quinquemestre plenum inter exilium Cornelii & reditum Lucii interfuisse putabit. Ita Pearsonius, cujus tamen ratio infirma.

XXIII. *Adversum nuper gnam latitudinem habet.*

Hoc enim temporis adverbium, *nuper*, de longiori tempore aliquando dicitur, ut ex ipsomet Cypriano liquet. Is ad Stephanum Papam adversus Marcianum Arelatensem Episcopum Novatiano studentem, epistolam LXVIII. Pamelio LXVII. scribens ait: *Quam vanum est, frater charissime, ut Novatiano nuper revicto & refutato, nunc adulatores adhuc nobis patiamur illudere*, &c. Data ea Epistola anno CCLIV. ipso Pearsonio teste, & Novatianus anno CCLI. retusus; quando missi in Africam a Novatiano Maximus Presbyter, & Augendus Diaconus, & Macheus & Longinus, ut apparet ex epistola Cypriani LXIV. Pamelio XLI. eo anno scripta, ut recte Fellus in Notis observavit. Plura alia passim exempla occurrent, ex quibus patebit, illud adverbium ad plures quandoque annos referri. Quamobrem incertum, an sub hujus anni finem, vel initio sequentis, ut Baronius credidit, Lucii reditus contigerit. Certum tamen, Cyprianum de eo certiorem factum scripsisse epistolam LXI. quæ Pamelio est LVIII. in qua ei de eodem mognopere gratulatur. Is ordo Epistolarum hoc anno a D. Cypriano datarum juxta Pearsonium laudatum.

XXIV. *Pestis quindecim annorum.*

Restat, ut de pestilentia hoc anno exorta agamus. Cedrenus de Gallo & Volusiano loquens ait: *Eo tempore pestis invaluit, ab Æthiopia in Occiduam usque terræ partem propagata: neque ulla fuit urbs ejus expers, multa etiam bis ea lue infestata. Obtinuit annos XV. capit autumno, & desiit sub ortum Caniculæ.* Quæ Cedrenus ab aliquo antiquo Auctore mutuatus, & forsan a Philostrato, de quo Evagrius lib.4. cap.29. dum loquitur de peste, quæ Justiniano imperante, per plures annos sæviit: *Lues ista*, inquit, *per duos & quinquaginta annos grassata est, cunctas, quæ prius grassatæ sunt lues, supergressa. Nam Philostra-*

pacem in Novatianum commentarium scripsit, testatur his verbis: *Nulli enim nostrum dubium vel incertum est, fratres dilectissimi, illos qui prima acie, ideſt, Deciana persecutione, vulnerati fuerunt; hos postea, id est, secundo prælio, ita fortiter perseverasse, ut, contemnentes edicta sæcularium Principum, hoc invictum* * *haberent, quod & non metuerunt, exemplo boni pastoris, animam suam tradere, & sanguinem fundere, nec ullum insanientis tyranni sævitiam recusare*: Hæc ibi. Atque hic tandem rerum gestarum præsentis anni finis esto.

* *al.* invitum.

Chri-

PAGIUS *stratus quidem miratur, quod sua ætate pestis quindecim annis grassata sit.* Georgius Syncellus anno primo Aureliani Imperatoris meminit Philostrati Athenienſis Historici, cujus tamen nulla mentio apud Vossium lib.2. de Historicis Græcis, ubi de variis ejusdem nominis Historicis sermonem habet. Zonaras eandem sub Gallo & Volusiano pestem recitat, annosque etiam XV. duravisse tradit. Quod vero Baronius hanc pestem decennalem fuisse scribit, acceptum id a *Pomponio Lato* recenti futilique Historico.

XXV. *Pestis sub Gallo, non vero sub Decio orta.*

Eam vero sub Gallo & Volusiano ortam præter citatos Scriptores diserte testantur uterque Victor, Eutropius, Jordanus lib. de Rebus Geticis cap.19. ac Paulus Orosius. Valesius tamen in Notis ad lib.7. Eusebii cap.II. contendit eam sub Decio grassari cœpisse, Eusebiumque deceptum, qui, quæ scribit Dionysius Alexandrinus in epistola ad Didymum & Domitium, Valeriano & Gallieno imperantibus contigisse narraverit. Ibi Dionysius duo dicit. Primum se cum Caio & Fausto vinctos ductos, sed supervenientibus Mæotis per vim abstractos esse. Secundo ait Dionysius: διάπονοι δὲ οἱ μεταλλῆς ἐν τῷ νόσῳ τελευτήσαντας ὑπολειφθέντες, φαύστος, εὐσέβιος, καὶ χαιρήμων, id est, ut vertit Valesius, *Diaconi vero post illos, qui morbo consumpti sunt, superstites Faustus, Eusebius, Charemon.* Dionysius, inquit Valesius, in persecutione sub Valeriano deducta non est in exilium, nec supervenientes *Mæotæ* eum in libertatem asseruerunt; nec Caium & Faustum Presbyteros tunc secum habuit. Sed hæc contigerunt in persecutione paulo ante Imperium Decii incepta, ut ipse testatur in Epistola adversus Germanum, quam refert Eusebius in lib.6. cap.40. Deinde dicit Valesius, Dionysium *morbi* nomine pestem intelligere, quæ Galli & Volusiani temporibus grassata est. At licet verum sit, Eusebium per vocem, νόσος, pestem intelligere, cum luem & gravius malum semper denotet, ea tamen, quæ in epistola ad Didymum & Domitium scribit Dionysius, partim sub Decio, partimque sub Valeriano & Gallieno acciderunt.

XXVI. *Decio imperante pestis nondum exorta.*

Quare non Eusebius, sed ipsemet Valesius fallitur, qui putat, eam ad Didymum & Domitium epistolam datam esse, regnante Decio, ut ipsemet ait in Notis ad lib.6. cap.40. & lib.7. cap.20. Ea enim Valeriano & Gallieno imperantibus scripta, ut testatur Nicephorus lib.6. cap.18. *Dionysius Alexandrinus nondum pace Ecclesiis a Gallieno reddita, alias quoque de Paschate festas composuit epistolas, quarum unam quidem ad Flavianum dedit, aliam ad Didymum & Domitium.* Imo ipsemet Eusebius lib.7. cap.20. idem manifeste insinuat, dum ait: *Præter supradictas epistolas idem Dionysius Paschales illas quas habemus epistolas tunc temporis conscripsit. Harum unam Flavio nuncupavit; alteram Domitio ac Didymo*, ubi Eusebium de rebus imperante Gallieno gestis loqui certissimum. In ea itaque epistola Dionysius, quæ in persecutione Deciana pertulit, obiter narrat, ac postea dicit se nunc in deserto Libyæ loco concludi, Faustum vero, Eusebium, & Chæremonem Diaconos superstites esse, post illos, *qui morbo consumti sunt*, regnante scilicet Valeriano, quo tempore, quemadmodum & sub Decio Dionysius in *Libyam* relegatus est. Unde Dionysius in epistola adversus *Germanum*, quæ extat apud Eusebium lib.7. cap.II. loquens de secunda sua persecutione scribit, Faustum, Eusebium, & Chæremonem secum fuisse, quando ab Æmiliano Præfecto in exilium missus est. Hanc autem Epistolam Gallieno imperante datam, indubitatum. Denique non tantum antiquos Scriptores omnes, qui de hac peste locuti sunt, sed etiam Nummos Valesius contrarios habet. Nam in postica parte quorumdam Galli & Volusiani legitur: APOLLO SALUTARIS. Quæ etiam verba tam Æmiliani, quam Valeriani Augustorum Nummis inscripta, cum tamen nullum Decii Augusti Numisma *Apollinem Salutarem* repræsentet, ut videre est apud Mediobarbum in Numismatis Imperatorum, & quæ eam inscriptionem præferunt, ab Antiquariis in studium horum Imperatorum ad restinguendam pestem merito referantur. Decio itaque imperante pestis nondum exorta.

XXVII. *Hostiliani Aug. obitus.*

Cum *Hostilianus* Augustus peste consumtus fuerit, ut cum utroque Victore initio ejus Imperii diximus, regnavit usque ad autumnum præsentis anni, quo pestilentia orta. Multa ejus supersunt Numismata tam Græca quam Latina apud Antiquarios videnda. Sed de rebus ab eo gestis nulla apud Scriptores Historiæ Augustæ mentio. Extat Hostiliani Nummus apud Goltzium, in quo dicitur: AUG. PONTIF. TR. P. COS. DESIG. Quare in annum sequentem Consul designatus fuerat cum Volusiano Augusto, qui eo anno secundum Consulatum gessit.

I. CHristi anno ducentesimo quinquagesimo sexto, ponitur Maximi Consulatus, sed male cum collega Volusiano secundum: nam ex antiquis inscriptionibus corrigitur error, quibus secundus Volusiani Consulatus cum secundo Galli recensetur anno superiori, cum Tribunitia potestate pro annis Imperii, ex more, secundo aucta. Nec est quod tertius hic Volusiani Consulatus possit apponi, cum nonnisi secundum gessisse, ex iisdem antiquis nummis appareat; nam ultimo anno ejus Imperii, quo Tribunitia potestas quarta ponitur, secundi item Consulatus, quem biennio ante gesserat, repetita mentio habetur. Sed ejusmodi inscriptiones in fine hujus anni, cum de quoto tempore, quo ii regnarunt, agemus, a nobis ponentur. Porro loco Volusiani, restituendus est Valerianus, qui hoc anno primum suum Consulatum gessisse, ex antiquis nummorum inscriptionibus reperitur; qui item ex iisdem anno sequenti secundum gessisse Consulatum habetur. Quomodo autem, regnantibus adhuc Gallo & Volusiano, ipse pariter acclamatus est Imperator, dicemus inferius.

Consulatus primus Valeriani.

Hoc ipso anno Lucius Papa confessor antea relegatus, ab exilio relaxatus, Romam revertitur. Cur autem illi indultum sit, ut Romam, ex qua exulabat, rediret, haud facile est exploratu; quandoquidem persecutio adhuc instaret, in qua idem postea martyrium est consecutus. Porro de reditu ejus nulla alia affertur causa in libro de Romanis Pontificibus, nisi quod divino nutu id accidisse dicatur. Reversus Lucius cum esset in Urbem, mox tum Cyprianus, tum collegæ Episcopi Africani ei congratulantes, ad ipsum scripserunt epistolam, haud diu post priores litteras ad illum datas, quam hic libuit recitare, quod multa habeat ad rerum atque temporum elucidationem maxime opportuna. III.

II. Lucius Papa Romam redit.

Cyprianus (a) cum collegiis Lucio fratri (a) Cypr. epist. 58.

PAGIUS Anno Urbis 1006. Olymp. 258. an. I. A. C. 253.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5746.

☉ 10. B. ☽ 7. P. 3. April. Indict. I.

JESU CHRISTI 253. *secund. Baronium* 256.

STEPHANI PAPÆ I.

VALERIANI ET GALLIENI IMPP. I.

I. Consules. [1] AD num. I. Coss. *C. Vibius Volusianus Aug. II. & M. Valerius Maximus*. Sumtus is a Volusiano Consulatus juxta primam Consulatuum Cæsareorum regulam: anno enim præcedenti Augustus dictus, idque ante mensem Augustum, ut ex Inscriptione initio illius anni recitata manifestum fit. Baronius, Volusiano expuncto, Maximum & Valerianum, qui postea imperavit, Consules proponit; sed contra omnium antiquorum Chronicorum Consularium fidem, in quibus hoc anno *Volusianus II. & Maximus* Consules exhibentur. Ita Auctor Fragmenti Consularis apud Bucherium, Auctor Chronici Alexandrini, Victorius, & Cassiodorus. Certe cum in Nummis Volusianus Cos. II. dicatur, annoque præcedenti priorem Consulatum cum Gallo iterum Consule gesserit, ut ex Inscriptione Onuphriana tunc relata certum redditur, secundus ille Consulatus ad præsentem annum omnino pertinet. Pearsonius in Annalibus Cyprianicis scribit, *Valerianum* Imperatorem hoc anno factum, se Consulem statim suffectum declarasse; nec eum ante sumtam purpuram Consulem, sed Censorem fuisse. Vulgari errore a nobis anno superiori confutato, decipitur Vir doctissimus; Zosimus enim lib. I. de Maximino Imperatore loquens ait: *Afri Gordiani, eique cognomine filio designatis Imperatoribus, cum alios Romam Legatos misere, tum Valerianum virum Consularem, qui deinceps Imperio potitus est*. Quibus verbis tam Pearsonii, quam Baronii opinio plane evertitur, constatque, jam ab annis amplius sedecim Valerianum primum suum Consulatum, qui suffectus fuit, gessisse.

II. Lucii Papæ obitus. A num. II. ad VI. Incertum, an *Lucius* Papa sub finem præcedentis anni, vel hujus initio, in libertatem assertus fuerit, ideoque & an Cyprianus ad eum epistolam gratulatoriam LXI. quæ Pamelio est LVIII. scripserit. Existimo tamen, Lucium die quarta Martii currentis anni e vivis excessisse, & postridie sepultum fuisse. In Indiculo enim Depositionis Episcoporum apud Bucherium legitur: *Tertio Nonas Martii, Lucii in Callisti*. Auctor Chronici Damasi: *Decessit tertio Nonas Martias*. Consentit Auctor auctioris Chronici veterum Pontificum. *Solus liber Pontificum*, inquit Pearsonius in Annalibus Cyprianicis hoc anno, IV. *Nonas affignat. Unde error unius diei in Martyrologia irrepsisse videtur*. Verum Martyrologia diem obitus, Chronicon Damasi, & Chronicon auctius veterum Pontificum diem sepulturæ notarunt; & ex illo unius diei discrimine manifestum fit, Lucii mortem die quarta Martii contigisse, juxta regulam a nobis sæpius inculcatam. Baron. n. 111. & seqq.

III. De anno major est difficultas; verum ex iis, quæ in Chronico Damasi sana sunt, quando agit de

---

NOTÆ [1] Coss. C. *Vibius Volusianus Aug. II. & M. Valerius Maximus*. Fasti Idatiani, Vindebonenses, Prosperi Chronicon, & Bucherii laterculus: *Volusiano II. & Maximo*. Æmiliani Cæsaris nomina in nummis Græcis apud Bandurium tom. I. pag. 97. *Imp. Æmilius Æmilianus Aug.* & in nummis Latinis in coloniis cusis: *M. Æmilius Æmilianus*. Item in nummis ibidem pag. 99. cum Epigraphe:

P. M. TR. P. IMP. COS. II. P. P.

Cypriani & aliorum Episcoporum ad Lucium Papam litteræ.

tri salutem. Et nuper quidem tibi, frater carissime, gratulati sumus, cum te, honore geminato, in Ecclesiæ suæ administratione confessorem pariter & sacerdotem constituit divina dignatio. Sed & nunc non minus tibi & comitibus tuis, atque universæ fraternitati gratulamur, quod cum eadem gloria & laudibus vestris reduces vos denuo ad nos fecerit benigna Domini & larga protectio; ut pascendo gregi pastor, & gubernandæ navi gubernator, & plebi regendæ rector redderetur, & appareret relegationem vestram sic divinitus esse dispositam, non ut Episcopus relegatus & pulsus Ecclesiæ deesset, sed ut ad Ecclesiam major rediret. Neque enim in tribus pueris minor fuit martyrii dignitas, quia morte frustrata, de camino ignis incolumes exierunt; aut non consummatus Daniel extitit in suis laudibus; quia qui leonibus missus fuerat ad prædam, protectus a Domino, vixit ad gloriam. In confessoribus Christi dilata martyria non meritum confessionis minuunt, sed magnalia divinæ protectionis ostendunt. Repræsentatum videmus in vobis, quod apud Regem fortes atque illustres pueri prædicaverunt; ipsos quidem paratos esse ardere flammis, ne diis ejus servirent, aut imaginem, quam fecerat, adorarent: Deum tamen quem colebant, quemque & nos colimus, potentem esse ut eos de camino ignis eximeret, & de Regis manibus ac pœnis præsentibus liberaret. Quod invenimus in confessionis vestræ fide & in Domini circa vos protectione nunc gestum; & cum vos parati fueritis & prompti omne subire supplicium, Dominus tamen vos pœnæ subtraheret, & Ecclesiæ reservaret.

IV. Persecutio verum ostendit Sacerdotem.

Regredientibus vobis, abbreviata non est Episcopo confessionis suæ dignitas, sed magis crevit sacerdotalis auctoritas; ut altari Dei assistat Antistes, qui ad confessionis arma sumenda, & facienda martyria, non verbis plebem, sed factis cohortetur, & imminente Antichristo paret ad prælium milites non solum sermonis & vocis incitamento, sed fidei & virtutis ex-

emplo. Intelligimus, frater carissime, & tota cordis nostri luce perspicimus divinæ majestatis salutaria, & sancta consilia, unde illic repentina persecutio nuper exorta sit, inde contra Ecclesiam Christi & Episcopum Cornelium beatum martyrem, vosque omnes sæcularis potestas subito proruperit; ut ad confundendos hæreticos & retundendos, ostenderet Dominus, quæ esset Ecclesia; quis Episcopus ejus unus, divina ordinatione electus; qui cum Episcopo presbyteri sacerdotali honore conjuncti; quis adunatus & verus Christi populus Dominici gregis charitate connexus; qui essent, quos inimicus lacesseret: qui contra, quibus diabolus, ut suis, parceret. Neque enim persequitur & impugnat Christi adversarius nisi castra & milites Christi. Hæreticos prostratos semel & suos factos contemnit & præterit; eos quærit dejicere, quos videt stare.

V. *Atque utinam nunc facultas daretur, frater carissime, ut interesse illic vobis regredientibus possemus, qui vos mutua charitate diligimus, ut adventus vestri lætissimum fructum præsentes cum cæteris ipsi quoque caperemus. Quæ illic exultatio omnium fratrum? qui concursus atque complexus occurrentium singulorum? Vix oculis adhærentium potest satisfieri; vix vultus ipsi atque oculi plebis possunt videndo satiari. De adventus vestri gaudio cognoscere illic fraternitas cœpit, qualis & quanta sit secutura, Christo veniente, lætitia; cujus quia cito appropinquabit adventus, imago jam quædam præcessit in vobis; ut quo modo Joannes præcursor ejus & prævius veniens prædicavit Christum venisse, sic nunc Episcopo confessore Domini & sacerdote redeunte, appareat & Dominum jam redire. Vicarias vero pro nobis ego & collegæ & fraternitas omnis has ad vos litteras mittimus, frater carissime, & repræsentantes vobis per epistolam gaudium nostrum, fida obsequia charitatis expromimus; hic quoque in sacrificiis atque in orationibus nostris non cessantes Deo Patri & Christo filio ejus Domino nostro gratias*

PAGIUS Annus mortis ejus. de Cornelio & Stephano, tempus, quo sedit *Lucius* inter utrumque, satis certo colligit Pearsonius loco citato. Nam Cornelius juxta illud Chronicon decessit, Gallo II. & Volusiano Coss. hoc est, anno superiori; *Stephanus* ordinatus est secundum idem Chronicon, Volusiano II. & Maximo Coss. id est, præsenti anno. Neque enim inter primum Volusiani & secundum ejus Consulatum alii Consules in Fastis habentur. Quare Lucius anno elapso post decessum Cornelii ordinatus, ante Pontificatum Stephani, currenti anno decessit. Henschenius quidem hunc Cornelii exitum, & Stephani initium recte agnovit. Sed annis Lucii, quos ex corrupto Damasi Catalogo sumserat, mire conciliavit. Docet enim, *Stephanum* per biennium fere Lucii Vicarium, & mensibus tantummodo quinque verum Pontificem fuisse. Sed Vicariatus ille veterum Pontificum sæpe a nobis confutatus, & peculiaris Lucii Vicariatus a Pearsonio laudato profligatus.

Baron. an. 257. n. 11. & seqq.

Baronius sub anni sequentis Consulibus *Lucium* passum credit, innixus auctoritate libri Pontificalis, qui tradit, eum duas ordinationes per mensem Decembrem fecisse. Sed, ut observat Pearsonius in Præfatione ad Annales Cyprianicos, illius Operis Auctor numerum ordinationum a posterioribus Pontificibus factarum scire potuit; annuarum vero ordinationum priorum Pontificum nullam notitiam habere potuit, ideoque hac in re vix ei fides adhibenda. Unus Nicephorus lib. 6. cap. 7. Sedis Lucii durationem accurate notavit; ait enim: *Non integris septem mensibus Ecclesia administrata, Stephanum habuit successorem*. Qui quidem menses utrimque incompleti fuere, ut ex dictis liquet.

IV. Refellitur opinio Baronii.

Sancto Lucio *S. Stephanus* successit, de quo in Chro- V.

tias agere, & orare pariter ac petere, ut qui perfectus est atque perficiens, custodiat atque perficiat in vobis confessionis vestræ gloriosam coronam; qui & ad hoc vos fortasse revocavit, ne gloriæ esset occulta, si foris essent confessionis vestræ consummata martyria. Nam victima, quæ fraternitati præbet exemplum virtutis & fidei, præsentibus debet fratribus immolari: Optamus te, carissime, semper bene valere: Hæc Cyprianus ac collegæ, simulque populus ad Lucium Papam, quem sequenti anno martyrio coronatum dicemus.

VI. Pestis immanis.

Quod vero, duabus quas diximus exceptis, nulla sit mentio, Cyprianum ad Lucium alias dedisse litteras, illud in causa fuisse credimus, quod peste exorta, atque per totum Orbem grassante, interceptus fuisse videtur usus scribendarum litterarum, ac omnis quæ alias esse solet humanæ vitæ consuetudo; cum Ethnici (a) Eutr. in Gallo & Volus. (b) Euseb. in Chron. (a) quoque scriptores & alii (b) æque consentiant, luem immensam sub Gallo & Volusiano Orbem vexasse; quam non ante persecutionem in Christianos ab illis instauratam, exortam fuisse, quod nulla antehac ejus mentio habeatur, existimamus. Ab Æthiopia eam originem sumpsisse, in universumque prope Orbem progressam, vix intra decennium quievisse (c) (c) Pomp. Lat. in Gallo & Volusiano. tradunt; de qua hæc Orosius (d): *Exoritur ultio violati nominis Christiani; & usque adeo ad profligandas Ecclesias edicta Decii cucurrerunt, eatenus incredibilium morborum pestis extenditur; nulla fere Provincia Romana, nulla civitas, nulla domus fuit, quæ non illa generali pestilentia correpta atque vastata sit:* Hæc ipse. Ejusmodi clades, nonnisi impietatem numine ulciscente, per angelos malos immitti solere, sed ad Evangelii profectum a Deo permitti, plane demonstrat (d) Oros. lib. 7. c. 21. Gregorius Nyssenus (e), dum luem Neocæsareæ in Ponto exortam, cum Gregorius Thaumaturgus illam suscepisset Ecclesiam administrandam, & causam ejus, atque progressum, simulque modum describit his verbis:

(e) Greg. Nyss. orat. in Gregor. Thaumat.

VII. Pestis in Ponto quo modo exorta & curata.

Cæterum quod universa natio repente a Græcanica vanitate ad agnitionem veritatis traducta est, admiretur quidem quicumque hoc scriptum leget. Nemo vero fidem detrahat, sed ad dispositionem atque consilium respiciat, quo tanta mutatio facta est eorum qui a mendacio ad veritatem traducti sunt. Nam quod in primis sacerdotii ejus temporibus accidit, quod ad reliqua miracula festinans oratio prætermisit, nunc repetitum atque resumptum exponam. Feriæ quædam publicæ & universales erant in urbe dæmoni cuidam domestico, patrio quodam ritu ac more solemni celebrari consuetæ; ad quas una cum urbanis celebrandas universa propemodum gens ex tota ea regione confluebat; atque eorum qui concurrerant, theatrum plenum erat, & eorum qui postremi affluxerant, multitudo subselliis undique superfundebatur; atque omnibus ad spectacula atque acroamata orchestram intueri cupientibus, plena scœna tumultus & trepidationis, irrita præstigiatoribus mirabiliumque spectaculorum artificibus ostentatio erat; tumultu sese mutuo constipantium, non modo oblectationem musicæ impediente, sed ne circulatoribus quidem & præstigiatoribus suas artes ostentandi tempus concedente. Tum vero communis ab omni multitudine erumpit vox, dæmonem, cujus diem festum agebant, implorantium, & ab illo sibi lætitatem fieri petentium. Posteaquam autem omnibus simul loquentibus, in altum vox tollebatur, ac totius civitatis velut unius oris sermo esse videbatur, quo hæ preces dæmoni adhibebantur; erat autem precatio (ut ipsa verba ejus audiantur) Jupiter, fac nobis locum: audito sane Magnus ille vir sono nominatim invocantium dæmonem, a quo lætitatem civitati fieri petebant: quodam ex adstantibus ad eos misso, lætitatem ait ipsis mox datum iri majorem quam optarent.

VIII.

Hac autem ab eo voce tamquam tristi quasi

Dæmon invocatus infert pestem.

quadam sententia prolata, pestilentia frequentem illum ferias agentium & ludos celebrantium conventum excipit. Ac statim tripudiantium choris lamentatio miscebatur; adeo ut in luctus & calamitates ejus voluptates converterentur; cum pro plausibus & cantu tibiarum, aliæ super alias næniæ, cantusque lugubres urbem passim invasissent. Cum enim semel morbus homines aggressus esset, opinione citius propagabatur, atque serpebat ignis in modum domos depascens, adeo ut ædes quidem sacræ, quo spe sanationis atque remedii confugiebant, iis qui morbo peribant, repletæ; fontes vero, aquæductus, scaturigines que ac putei, eorum quos atrocitate morbi sitis exurebat, referti essent; in quibus aqua morbi incendium restinguere non valebat; qui semel morbo correpti essent, perinde post aquam sumptam, atque antequam eam sumpsissent, affectis; multi item ultro transierunt ad sepulcra, eo quod superstites sepeliendis mortuis non amplius sufficerent. Nec inopinato malum homines invadebat; sed si spectrum quoddam ad eas ædes, quibus pernicies imminebat, accederet, ita certum exitium subsequeretur.

IX. Percussi peste Gentiles ad Gregorium confugiunt.

Ut igitur causa morbi omnibus patefacta est, nempe quod dæmon ab ipsis invocatus male stultorum ac miserorum preces impleret; qui hanc, quæ morbum secuta esset, lætitatem in urbe efficeret: Magno isti viro supplices fiunt, orantes, ut per eum quem ipse Deum agnosceret ac prædicaret, cum solum re vera Deum esse & in omnes imperium habere confiterentur, mali impetum sisteret & inhiberet. Nam cum spectrum illud ante futuram pestem alicui domui appareret, ac protinus desperationem vitæ habitatoribus injiceret; una periclitantibus salutis ratio erat, si ædes illas Magnus Gregorius ingrederetur, ac per preces morbum, qui domum invasisset, repelleret atque summoveret. Cum autem celeriter per eos, qui primi ea ratione servati erant, ad omnes fama permanasset; omnia quæ prius vanitate atque stultitia adducti curabant, omittebantur oracula, sacrificia peculiaria, in delubris simulacrorum commoratio; omnibus magnum sacerdotem intuentibus, & unoquoque eum ad se, totius familiæ suæ servandæ gratia, alliciente. Mercedem autem ab iis qui servabantur, salutem animarum consequebatur.

X. Gentiles ad Christum conversi.

Cum ergo ejusmodi experimento pietas sacerdotis patefieret; non amplius differendum censebant, quin mysterium approbarent, qui per opera virtutem fidei cognoscebant; adeo illis omnibus sanitate morbus validior erat; qui enim in sanitate ad approbationem mysterii rationibus infirmi essent, corporali morbo ad fidem convaluerunt. Atque ita simulacrorum cultus errore deprehenso, omnes ad nomen Christi traducebantur; pars urgente morbo ad veritatem quasi manuducti: pars etiam fidem in Christum, quasi munimentum quo tuti essent, adversum pestem objicientes: Hucusque Nyssenus de lue Pontica, atque ejus curatione divinitus facta. Totam insuper Ægyptum his temporibus a peste vexatam fuisse, Eusebius tradit in Chronico; sed quo modo vehementior recruduerit, cum sub Gallieno Imperatore Ægyptii fame & bello, civilique discordia dirissima pressi sunt, & quæ erga morbidos fuerint officia Christianorum, ex Dionysii (a) Episcopi Alexandrini tunc scriptis litteris suo loco dicemus inferius.

(a) Euseb. lib. 7. cap. 17.

XI. De peste Africam vastante.

De eadem quoque lue Africam infestante, deque sancti Cypriani sedulo officio tunc erga Fideles impenso, hæc Pontius (b) tradit: *Erupit postmodum lues dira, & detestabilis morbi vastitas nimia, innumeros per diem populos a sua quemque sede abrupto impetu rapiens; continuatas per ordinem domos vulgi trementis invasit. Horrere omnes, fugere, vitare contagium, exponere suos impie, quasi cum illa peste morituri, etiam mortem ipsam aliquis posset excludere. Jacebant interim tota civitate non tam corpora, sed cadavera plurimorum, & misericordiam in se transeuntium contemplatione sortis mutuæ flagitabant. Nemo aspexit illud, præterquam lucra crudelia: nemo similis eventus recordatione trepidavit; nemo fecit alteri, quod sibi fieri voluit.*

(b) Pontius in vita Cypr.

XII. Cypriani officia tempore pestis.

Quid inter hæc egerit Christi & Dei Pontifex, qui Pontifices mundi hujus tanto plus pietate, quanto religionis veritate præcesserat, scelus est præterire. Aggregatam primo in loco uno plebem de misericordiæ bono instruit; docens divinæ lectionis exemplis, quantum ad promerendum Deum prosint officia pietatis. Tunc deinde subjungit, non esse mirabile, si nostros tantum debito charitatis obsequio foveremus; eum perfectum posse fieri, qui plus aliquid Publicano vel Ethnico fecerit; qui malum bono vincens, & divinæ clementiæ instar exercens, inimicos quoque dilexerit; qui pro persequentium salute, sicuti Dominus monet & hortatur, orarit. Oriri facit Deus jugiter solem suum, & pluvias subinde nutriendis seminibus impertit (c), exhibens cuncta ista non suis tantum, sed etiam alienis. Et qui se Dei etiam filium esse profitetur, cur non exemplum Patris imitatur? Respondere nos decet natalibus nostris: & quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit; sed probari potius in sobole traducem boni partus æmulatione bonitatis. Multa alia & quidem magna prætereo, quæ temperandi voluminis ratio non patitur prolixiore sermone replicari; de quibus hoc tantum dixisse satis est; quod si illa Gentiles pro nostris audire potuissent, forsitan statim credidissent. Quid Christiana Plebs faceret, cui de fide nomen est?

(c) Matt. 5.

PAGIUS S. Stephanus fit Papa. Baron. ibid. n. VI.

Chronico Damasi legitur: *Stephanus annos quatuor, menses duos, dies viginti unum. Fuit temporibus Valeriani & Gallieni, a Consulatu Volusiani & Maximini usque Valeriano III. & Gallieno II.* Sed locus ille depravatus. Loco enim *Maximini*, legendum, *Maximi*. Præterea loco horum verborum, *usque Valeriano III. & Gallieno II.* legendum ex libro Pontificali, *usque Valeriano IV. & Gallieno III.* Dubitari enim non potest, quin *Stephanus* diu post Consulatum Valeriani III. & Gallieni II. anno CCLV. gestum vixerit, ut infra demonstrabitur. Præterquam quod in eodem Chronico dicitur, Lucium fuisse *usque Valeriano III. & Gallieno II.* Quo pacto Lucius & Stephanus uno eodemque anno e vivis excessissent, quod prorsus absurdum. Cum itaque Stephanus fecerit, *annos quatuor, menses duos, dies viginti unum*, præsenti anno die decimo tertio mensis Maii Pontifex Romanus ordinatus est, sicque vacavit Sedes post Lucii obitum menses duos, dies sex; neque *Stephanus* electus, nisi postquam *Valerianus* imperavit, quantum conjectura assequi possumus. Ceterum, cum Lucii obitus in Indiculo *Depositionis Episcoporum*, non vero in Indiculo *Depositionis Martyrum* memoretur, is inter Confessores numerandus. Nec refert, quod S. Cyprianus a Baronio citatus scribat: *Servandus est antecessorum nostrorum beatorum Martyrum Cornelii & Lucii honor gloriosus.* Nam ex modo loquendi illorum temporum Lucius vocatur Martyr, quia pro Fide in exilium missus fuit, multaque pro ea pertulit. Quod & de Stephano ejus successore propter eamdem rationem dicendum, cum præfati Libelli auctoritas major sit, quam Actorum ac Martyrologiorum post aliquot secula a morte sanctorum Pontificum elucubratorum.

Distributa sunt ergo continuo pro qualitate hominum atque ordinum ministeria.

XIII. Quid Fideles tempore pestis.

Multi qui angustiæ paupertatis beneficia sumptus exhibere non poterant, plus sumptibus exhibebant, compensantes proprio labore mercedem divitiis omnibus cariorem. Et quis non sub tanta doctore properaret inveniri in parte aliqua talis militiæ, per quam placeret & Deo Patri, & judici Christo, & tam bono interim sacerdoti? Fiebat itaque exuberantium operum largitate quod bonum est ad omnes, non ad solos domesticos fidei. Fiebat plus aliquid quam de Tobiæ incomparabili pietate signatum est. Ignoscat ille, & ignoscat iterum, & frequenter ignoscat; aut (ut verius dixerim) merito concedat, tametsi ante Christum plurimum licuit plus aliquid licuisse post Christum, cujus temporibus plenitudo debetur: necatos illos a Rege & projectos sui tantum generis colligebat: Hucusque Pontius de Cypriani & Christianorum officiis tum exhibitis. Quod vero subdit: *His tam bonis & tam piis actibus supervenit exilium*: Haud sic accipiendum est, ut hoc anno Cyprianus exulaverit; sed quod (ut demonstratum est) cum lues illa multis annis perduraverit, his se officiis pie Cyprianus exercuit, quamdiu pestis illa in Africa viguit, quam postea secuta est persecutio in Ecclesiam a Valeriano commota.

XIV. S. Cypriani liber de mortalitate.

Quod igitur ait Pontius, ea urgente mortalitate, adhæc toleranda, & ex officiis pietatis ad divinam gratiam promerendam ipsum suos instituisse; ejus plane argumenti illa quoque oratio est, cujus est titulus, *De Mortalitate*: qua cum debiles ad tolerantiam excitet, & ad contemptum humanæ vitæ, amore cælestis; tum etiam angusti pectoris homines, qui offenderentur, quod debitum Gentilium crudelitati supplicium Christianos quoque pertingeret, his alloquitur verbis: *Movet quosdam, quod sit nobis cum cæteris mortalitas ista communis. Quid enim nobis in hoc mundo non commune cum cæteris, quamdiu adhuc secundum legem primæ nativitatis manet caro ista communis?* & post aliqua: *Quinimmo si qua conditione, qua lege crediderit Christianus, noscat & teneat; sciet, plus sibi, quam cæteris in hoc sæculo laborandum, cui magis sit cum diaboli impugnatione luctandum.* Sed quam dispar accideret utrisque hæc, quæ ejusdem cladis videretur, Gentilibus ac Christianis collata æqua mensura, post multa declarat, sic dicens: *Multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur; hoc est, multi ex nostris de sæculo liberantur. Mortalitas ista ut Judæis & Gentilibus & Christi hostibus pestis est, ita Dei servis salutaris excessus est*: & paulo inferius.

XV. *Improvidi & ingrati sumus, fratres dilectissimi, ad divina beneficia; nec, quid nobis conferatur, agnoscimus. Excedunt* Pestis prolifica multis.

ecce in pace tutæ cum gloria sua virgines, venientis Antichristi minas & corruptelas & lupanaria non timentes; pueri periculum lubricæ ætatis evadunt, ad continentiæ atque innocentiæ præmium feliciter perveniunt; tormenta jam non timet delicata matrona, metum persecutionis, & manus cruciatusque carnificis moriendi celeritate lucrata. Pavore mortalitatis & temporis accenduntur tepidi, constringuntur remissi, excitantur ignavi, desertores compelluntur ut redeant, Gentiles coguntur ut credant: annumerat & alia multa quæ ex ea peste Christianis in compendium cederent; ac subdit: *Sed fortasse aliquis opponat, & dicat: Hoc me ergo in præsenti mortalitate contristat, quod qui paratus ad confessionem fueram, & ad tolerantiam passionis toto me corde & plena virtute devoveram, martyrio meo privor, dum morte prævenior. Primo in loco, non est in tua potestate, sed in Dei dignatione martyrium; nec potes te dicere perdidisse quod nescis an merearis accipere:* Hæc ipse.

Quid tunc vero homini luem formidanti fuerit divinitus exprobratum, inferius tradit, sic dicens: *Denique ut manifestius divinæ providentiæ judicia clarescerent, quod Dominus præscius futurorum suis consulat ad veram salutem; cum quidam de collegis & consacerdotibus nostris jam infirmitate defessus, & de appropinquante morte solicitus, commeatum sibi precaretur; astitit deprecanti & jam pene morienti juvenis honore, & majestate venerabilis, statura excelsus, & clarus aspectu, & quem assistentem sibi vix posset humanus aspectus oculis carnalibus intueri; nisi quod talem videre jam poterat de sæculo recessurus. At ille non sine quadam animi & vocis indignatione infremuit, & dixit: Pati timetis; exire non vultis; quid faciam vobis? Increpantis vox & monentis est; qui de persecutione solicitis, de accersitione securis, non consentit ad præsens desiderium, sed consulit in futurum.*

XVI. Divina visio ostensa morienti.

Audivit frater noster collega moriturus, quod cæteris diceret; nam qui moriturus audivit, ad hoc audivit ut diceret; audivit non sibi ille, sed nobis. Nam quid disceret jam recessurus? didicit immo nobis remanentibus; ut dum Sacerdotem Dei, qui commeatum petebat increpitum esse comperimus, quid cunctis expediat, agnosceremus. Nobis quoque ipsis minimis, & extremis quoties revelatum est, quam frequenter atque manifeste de Dei dignatione præceptum est, ut constanter, assidue, & publice prædicarem, fratres nostros non esse lugendos accersitione Dominica de sæculo liberatos, cum sciamus non eos amitti, sed præmitti, recedentes præcedere, ut proficiscentes, ut navigantes solent; desiderari

XVII. Non lugendi Fideles.

eos debere, non plangi; nec accipiendas esse hic atras vestes, quando illi sibi indumenta alba jam sumpserint; occasionem dandam non esse Gentilibus, ut nos merito ac jure reprehendant; quod, quos vivere apud Deum dicimus, ut extinctos & perditos lugeamus: Hæc & alia id genus multa Cyprianus.

XVIII. Color niger usu receptus a Christianis.

Sed non puto ex eo tantum illos reprehensione dignos habitos, quod in funere nigris se induerent vestimentis, qui communi vitæ usu atrati solerent incedere; sed potius quod instar Gentilium ejus coloris, & ad luctum compositis vestibus uterentur. Nam & cum Gentilium viri nigris, fœminæ vero albis amicti essent in funere indumentis (ut Herodianus (*a*), & ante eum Plutarchus (*b*) affirmant) nullo modo potuissent de colore vitare calumniam. Cæterum complura exempla legimus, Christianos in communiorem atque frequentiorem usum recepisse colorem nigrum, ea nimirum ex causa, quod modestior ac decentior videretur, dignusque ab illo sumi, qui a moribus vulgi discretus, altiorem affectaretur philosophiam. Nam & in actis sanctorum martyrum Indes & Domnæ hæc leguntur (*c*): *Aderant quidem impii candidis & magnificis vestibus celebrantes festum sui interitus; solus autem Indes atris indutus vestibus.* Rursus etiam in Actis sanctorum martyrum Galationis & Epistemes (*d*), qui in Syria passi sunt, de Honoratio legitur, quod, ne detegeretur Christianus, alba induit vestimenta. Et sanctus Asterius de S. Euphemia Chalcedonensi nobilissima martyre (*e*): *Abstabat*, inquit, *virgo pulla veste & pallio philosophiam profitente.*

(*a*) Herod. lib. 4.
(*b*) Plut. quæst. Rom. 26.
(*c*) Apud Metaphr. 28. Decembr.
(*d*) Apud eumdem 5. Nov.
(*e*) Conc. Nican. 2. Act. 4.

XIX. Ægypti fideles candidati.

Verum non videtur fuisse hac in re omnium Ecclesiarum una atque eadem observantia. Nam Clemens Alexandrinus Christianus pædagogus (*f*), qui Ægypti optimis moribus imbuere curavit Ecclesiam, magnopere suadet, ut Fideles candidis vestimentis utantur; cujus quidem institutione Christianos in Ægypto candidis usos esse vestibus existimamus. Hinc illud accidit, cum S. Antonius martyrii subeundi immenso ardens desiderio, ut cognosceretur esse Christianus, alba induit indumenta, de quo Athanasius (*g*): *Candente præcinctus veste procedentem judicem suo provocabat aspectu, flagrans cupiditate martyrii.* Cæterum omnes ubique Christianos baptismi tempore candidis amicti solitos vestimentis, cum innumera Patrum testimonia de his suppetunt, tum etiam Rituales antiqui libri apertissime docent.

(*f*) Clem. Alex. Pædag. l. 2.
(*g*) Athanas. in Vita S. Antonii.

XX. Novatiani candidati.

Reliquo autem tempore communiter nigris consuevisse uti indumentis, dum de Sysinio Novatiano Episcopo Sozomenus scribit, demonstrat his verbis (*h*): *Rursum quod assidue utebatur veste candida, ex Catholicis quispiam ipsum dicterio perstrinxerat. Ad quem ille: Tu, inquit, dicito ubi præceptum sit atram vestem indui oportere? Eo hæsitante, subjiciens, Tu quidem, inquit, istud ostendere non poteris: Mihi vero Salomon ille sapientissimus præcepit, inquiens: Sint vestimenta tua semper candida:* Hæc Sozomenus, & ipse Novatianus homo, Novatiano favens. Sed quod Asterius ait de Euphemia virgine pullo induta pallio; excultius vitæ genus eo indumento significatum esse; id ipsum quoque Romæ usu receptum, Asellæ exemplo testatur S. Hieronymus (*i*), dicens: *Tunicam fusciorem, quam a matre impetrare non poterat, induta, pio negotiationis auspicio, se repente Domino consecravit.* Sic igitur quod nigri coloris indumentum, tessera quædam Christianæ philosophiæ esse videretur; non puto colorem tantum, sed luctuosæ vestis genus in illis reprehensum; nisi dicamus instar Ægyptiorum veste alba Christianos Afros solitos amiciri; ob idque datum illis crimini, quod in funere nigram acciperent. Sed jam cœptam de peste prosequamur orationem.

(*h*) Sozom. lib. 8. cap. 1.
(*i*) Hier. epist. 15.

XXI. Pestis, fames, ac bella.

Grassabantur una cum peste fames pariter (ut ex Dionysio vidimus) atque bella; nam Persarum motus recrudescebant, jamque Armeniam occupabant, Tyridate Rege fuga elapso, cujus filii ad hostes transierant. Scythæ prioribus victoriis audaciores facti, jam Macedoniam, Thes-

PAGIUS VI. Imperium Romanum a Scythis atrisque vastatum. Baron. n. XXI.

Ad num. XXI. Motus Scytharum & Persarum, qui Gallo imperante contigere, cum fine illius Imperii Baronius conjunxit, eosque tunc accidisse, omnibus qui post eum scripsere, persuasit. Certum tamen, illius Imperii initio, annoque præcedenti incursiones illas factas; antequam nempe lues, quæ autumno illius anni cœpit, grassata esset. Hujus inundationis testes tres habemus, qui mire in hac narratione inter se conveniunt. Primus est Dionysius Alexandrinus, qui tum vivebat, qui apud Eusebium lib. 7. cap. 22. calamitates, quas passi essent Alexandrini, narrans, postquam egit de oppressionibus sub Decio toleratis ait: *Post hæc bellum & fames excepit: quæ quidem nos cum Gentilibus junctim pertulimus. Et ea quidem mala, quibus nos attriverunt, soli sustinuimus. Quæ autem ipsi sibi vicissim intulerunt ac passi sunt, eorum partem toleravimus. Sed rursus oblectavit nos pax illa, quam Christus nobis solis indulsit. Cum autem brevissimo temporis spatio nos & illi respirassemus; repente ingruit lues illa*, &c. Quare hæc bella lues non præcessit, sed subsecuta est. Secundus est Zosimus pag. 644. ubi scribit: *Cum autem negligenter Imperium Gallus administraret, primum quidem Scythæ nationibus sibi finitimis turbas dabant: deinde paulatim progressi ad ipsum usque mare sita rapinis exhauriebant, adeo quidem, ut nulla Romanæ ditionis gens ab eis non vastata manserit; sed omnia prope dixerim oppida*

Thessaliam, & Græciam incursabant; aliæque nationes barbaræ sese in Romanum Imperium infuderant. Recenset hæc Zonaras (*a*), dum res prosequitur Galli & Volusiani. Cum vero tot acerbissimis clades Romanum afflictaretur Imperium, iis potissimum temporibus, quibus ejus Imperatores publicis edictis deorum cultum magis magisque instaurare, qui jam propemodum frequentia Christianorum præterlapsus erat, & restituere conabantur, imperatisque omnibus sacrificiis, & vel iis, vel eorum sanguine, qui non facerent, deos placare studebant; tantum abest ut Gentiles facti sint prudentiores, explorata malorum causa, fuerintque his eruditi; ut potius Christianis acerbius insultarent; ipsosque, quod deos contemnerent, malorum omnium esse causam, solito more jactarent, ac procacius exprobrarent,

(*a*) Zonar. tom. 2. in Volusiano.

XXII. Cum vero hæc in Christianos per Demetrianum in Africa his diebus Proconsulem, atque alios Ethnicos, in dies magis magisque ipsorum omnium ore diffamarentur, S. Cyprianus (*b*) haud diu-

(*b*) Cypr. ad Demetrian.

tius ferenda censuit; qui eo argumento ad eumdem apologeticam & invectivam pariter scripsit orationem; in cujus exordio vir licet studio modestissimus, & natura placidissimus, tamen divinæ religionis ardore succensus, sacerdotali vigore pollens, hæc prima celsiori animo intorquet in hostem insultantem fortissima verborum jacula: *Oblatrantem te, & adversus Deum, qui unus & verus est, ore sacrilego & verbis impiis obstrepentem, frequenter, Demetriane, contempseram; verecundius ac melius existimans, errantis imperitiam silentio spernere, quam loquendo dementis insaniam provocare:* ac post aliqua: *Sed enim cum dicas, plurimos conqueri, quod bella crebrius surgant, quod lues, quod fames sæviant, quodque imbres & pluvias serena longa suspendant, nobis imputari; tacere ultra non oportet; ne jam non verecundiæ, sed diffidentiæ esse incipiat, quod tacemus; & dum criminationes falsas contemnimus refutare, videamur crimen agnoscere. Respondeo igitur & tibi, Demetriane, pariter & cæteris, quos tu forsitan concitasti, & adversum nos odia tuis*

Quid S. Cyprianus in Demetrianum Proconsulem.

PAGIUS *data destituta manibus & iisdem munitorum magna pars capta fuerint. Nec minus bello, quod undique scaturiendo velut emerserat, lues etiam pestilens in oppidis atque vicis subsecuta, quidquid erat humani generis reliquum absumsit: ac nunquam sane superioribus ea seculis tantam hominum stragem ediderat.*

VII. *Antequam pestis exoriretur.* Narrat postea, Gothos aliosque populos, civitates in Europa diripuisse, *Persas* in Syriam progressos *Antiochiam* totius Orientis Metropolim vastasse ac diruisse. Vides, antequam lues exorta esset, *Scythas* in Imperium Romanum influxisse, urbesque ac oppida depopulatos esse. Denique Zonaras ait, sub Imperatore Gallo motus Persarum recruduisse, Scytharum multitudinem pene innumerabilem, in Italiam, Macedoniam, Thessaliam, & Græciam impressionem feciisse. Additque: *Sunt & aliæ plures gentes contra ditiones Romanorum concitatæ. Pestis quoque tum Provincias invasit*, &c. Certum itaque, antequam pestis sæviret, *Scythas* Provincias Romanas incursasse, & graviter afflixisse, ac devastationes illas continuatas, donec sub præcedentis anni finem Barbari ab Æmiliano legionum Pannoniæ Duce Romano fusi fugatique sunt, ut mox dicetur.

VIII. *Epistola S. Cypriani ad Episcopos Numidiæ.* His Imperii Romani vastationibus suo anno reditis, liquet, epistolam D. Cypriani LXII. quæ Pamelio est LX. in qua agitur de dira illa Barbarorum incursione in Numidia facta, qua Christiani captivi abducti sunt, scriptam esse ad Numidiæ Episcopos, non anno CCLIV. ut Baronius, neque currenti, ut Pearsonius citatus existimavit, sed anno CCLII. Difficultas inde oritur, quod Cyprianus refert, fratres a Barbaris in captivitatem abductos fuisse; quos alii Gothos sive Scythas, alii Persas, qui Antiochiam diripuerunt, fuisse putant. Pearsonius miratur, cuiquam in mentem venire potuisse, aut Scythas, aut Persas in Africam pervenisse, aitque Barbaros, de quibus conqueruntur Numidæ, alios non fuisse, quam *Mauros* Barbaros Numidiæ finitimos, Imperio Romano minime subjectos,

Baron. an. 254. num. CVIII. & seqq.

hoc anno fame & pestilentia sævientibus, Gallo negligenter & supine Imperium administrante, in Numidiam militum copiis haud bene munitam ingressos, qui eam late populati sint, & Christianos complures captivos abduxerint, qui ob hostium viciniam haud difficulter redimi potuerint. Observat enim Vir doctissimus fuisse in Africa ante ætatem Augustini varias gentes barbaras, & Romanis infestas, præsertimque Mauros, de quibus Herodianus lib. 7. de rebus Maximini agens hæc narrat: *Erat enim quidam nomine Capellianus ex Senatorio ordine. Præsidebat autem Mauris Romano Imperio subjectis, qui Numidæ vocantur. Hac autem gens castris munitæ est propter multitudinem Maurorum Barbarorum circumjacentium, ut eorum incursus & populationes coercerent.* Hæc Pearsonius, qui plura in eamdem rem congerit. Verum cum Zosimus testetur, antequam pestis exoriretur, Scythas *ad ipsum quoque mare sita rapinis* exhausisse, ut videre est numero præcedenti, frustra ad Mauros Numidis vicinos recurrit Pearsonius; cum eos per hæc tempora in Numidas irruisse nullus Veterum tradat, contra vero Scythas per Galli Imperium omnes Romanæ ditionis regiones vastasse, tam Zosimus, quam Zonaras scribant.

IX. *Quando scripta.* Quidquid sit non sub finem Imperii Galli, sed sub ejus initium quæ in laudata Cypriani epistola continentur, acciderunt, ideoque & ea anno præcedenti data. Si enim, ut vult Pearsonius, Mauri Numidiam invaserint, factum id ab eis, cum viderunt subjectas Imperio Romano Urbes a Scythis aliisque Barbaris direptas ac devastatas.

X. *Cyprianus scribit bellum ad Demetrianum.* A num. XXII. ad XXXI. Pearsonius citatus ad annum CCLII. num. XIV. arbitratur, eo anno, cum jam lues & fames sævirent, scripsisse Cyprianum libellum ad *Demetrianum*, qui ei vulgare illud argumentum objecerat, omnia nempe mala, quæ Rempublicam premebant, propter Christianos, qui sacra Deorum negligebant contigisse. Verum rectius Fellus in Notis ad illum librum cum Baronio tenet, hunc librum

Baron. n. XXII. & seqq.

suis maledicis vocibus seminando, comites tibi plures radicis atque originis tuæ pullulatione feciisti; quos tamen sermonis nostri admittere credo rationem; nam qui ad malum motus est fallente mendacio, multo magis ad bonum movebitur veritate cogente. Dixisti per nos fieri, & quod nobis debeant imputari omnia ista, quibus nunc mundus quatitur & urgetur, quod dii vestri a nobis non colantur, &c.

XXIII. *Cypriani libertas in dicendo.* Hanc autem calumniam cum pluribus diluit, tum etiam in ipsum ac reliquos impios cladium omnium culpam jure rejicit, cum ait: *Imperiosus, & nimius servitutis exactor flagellas, verberas; fame, siti, nuditate, ferro frequenter & carcere affligis & crucias, & non agnoscis miser Dominum Deum tuum, cum sic exerceas innocentes dominatum? Merito ergo incursantibus plagis non desunt Dei flagella, nec verbera*: & post multa quæ de immanibus eorum sceleribus prolocutus est, ad ipsum sic orationem convertit: *Satis non est, quod ipse tu Deum non colis; adhuc insuper eos qui colunt, sacrilega infestatione persequeris. Deum nec colis, nec coli omnino permittis; & cum cæteri, qui non tantum ista inepta idola, & manu hominis facta simulacra, sed & portenta quædam, & monstra venerantur, tibi placeant, solus displicet Dei cultor. Fumant ubique in templis vestris hostiarum busta, & rogi pecorum; & Dei altaria vel nulla sunt, vel occulta. Crocodili, & cynocephali, & lapides, & serpentes a vobis coluntur; & Deus solus in terris aut non colitur, aut non est impune quod colitur. Innoxios, justos, Deo caros domo privas, patrimonio spolias, catenis premis, carcere includis, bestiis, gladio, ignibus punis. Nec saltem contentus es dolorum nostrorum compendio, & simplici ac veloci brevitate pœnarum; admovcs laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas lacerandis visceribus numerosa supplicia; nec feritas atque immanitas tua usitatis potest contenta esse tormentis; excogitat novas pœnas ingeniosa crudelitas. Quæ hæc est insatiabilis carnificinæ rabies? quæ inexplebilis libido sævitiæ?*

XXIV. Quæ Gentiles tempore pestis. His plane Cyprianus demonstrat, hæc a se scripta, persecutione sæviente, quæ nec adveniente peste, penitus remissa fuisse videtur; nam & de facinoribus, quæ

graſſante peſte Gentiles admitterent, spretis legibus, jureque naturali convulso, his verbis ante meminerat: *Pestem & luem criminaris, cum peste ipsa & lue vel detecta sint, vel aucta crimina singulorum, dum nec infirmis exhibetur misericordia; & defunctis avaritia inhiat ac rapina; idem ad pietatis obsequium timidi, ad impia lucra temerarii, fugientes morientium funera, & appetentes spolia mortuorum; ut appareat, in ægritudine sua miseros ad hoc forsitan derelictos esse, ne possint, curantur, evadere.*

XXV. Ac rursus de ejus injustitia & immanitate in quæstionibus exhiberi solitis, hæc addit: *Quin potius elige tibi alterum de duobus. Christianum esse, aut est crimen, aut non est. Si crimen est, quid non interficis confitentem? Si crimen non est, quid persequeris innocentem? Torqueri enim debui, si negarem; si pœnam tuam metuens, id quod prius fueram, & quod deos tuos non colueram, mendacio fallente celarem, tunc torquendus fuissem; tunc ad confessionem criminis vi doloris adigendus; sicut in cæteris quæstionibus torquentur rei, qui se negant crimine quo accusantur, teneri; ut facinoris veritas, quæ indice voce non promitur, dolore corporis exprimatur. Nunc vero cum sponte confitear & clamem, & crebris ac repetitis idemtidem vocibus Christianum me esse contester; quid tormenta admoves confitenti, & deos tuos non in abditis & secretis locis, sed palam, sed publice, sed in foro ipso, magistratibus & Præsidibus audientibus, destruenti? ut, etsi parum fuerat quod in me criminaberis, creverit quod & odisse & punire plus debeas? quod dum me Christianum celebri loco, & populo circumstante pronuncio, & vos, & deos vestros clara & publica prædicatione confundo. Quid te ad infirmitatem corporis vertis? quid cum terrenæ carnis imbecillitate contendis? Cum animi vigore congredere, virtutem mentis infringe, fidem destrue disceptatione, si potes, vince, vince ratione. Vel si quid diis tuis numinis & potestatis est, ipsi in ultionem suam surgant, ipsi se sua majestate defendant; aut quid præstare colentibus possunt, qui se de non colentibus vindicare non possunt?* Hæc & alia Cyprianus, eodem plane argumento, quo & Tertullianus in Apologetico in Pontifices invehitur. Ex-

S. Cypriani Dilemma.

PAGIUS brum non ante secundum a morbi initiis annum, hoc est currentem, scriptum fuisse; quandoquidem fames cessanti agriculturæ, hoc est pesti adultæ & diutinæ succedere diguscitur. Baronius hunc Demetrianum Africæ Procorsulem fuisse dicit; sed longe probabilius Pearsonius & Fellus scribunt, *Demetrianum* hunc fuisse tantum Judicem aliquem Cypriano familiariter notum. A Cypriani enim moribus longe videtur abesse, ut principem virum verbis parum honorificis exciperet, *ut oblatrantem eum*

& ore sacrilego & verbis impiis obstrepentem, contemnere se profiteretur; & *indocilem, impium, furentem, cæcum, surdum, & brutum* compellaret. Certe Pontius in Vita Cypriani non alio illum titulo ornat, quam *gentilis blasphemi*. Et Lactantius fine aliqua honoris præfatione appellat *hominem veritatis ignarum*.

XI. *Æmilianus perator.* Æmilianum Zosimus supra laudatus, postquam vastitates a Scythis, Persisque illatas narravit, ait: *Scythæ vero cum quidquid occuparant in Europa, securi plane possiderent, etiam in Asiam quoque* transi-

nus sit Imp. Baron. ann. 257. num. VI.

XXVI. Exorcismis Christianorum dæmones torqueri.

Exprobrans deinde pluribus imbecillitatem ipsorum deorum, ad experimentum Demetrianum provocans, hæc invicto robore animi improperat, dicens: *Pudeat te eos colere, quos ipse defendis; pudeat tutelam de iis sperare, quos tu ipse tueris. O si audire eos velles, & videre quando a nobis adjurantur, & torqueniur spiritalibus flagris, & verberum tormentis de obsessis corporibus ejiciuntur; quando ejulantes & gementes voce humana, & potestate divina, flagella & verbera sentientes, venturum judicium confitentur. Veni, & cognosce vera esse quæ dicimus. Et quia sic deos colere te dicis; vel ipsis, quos colis, crede: aut & si volueris & tibi credere; de te ipso loquetur, audiente te, qui nunc tuum pectus obsedit, qui nunc mentem tuam ignorantiæ nocte cæcavit; videbis nos rogari ab eis, quos tu rogas; timeri ab eis, quos tu adoras; videbis sub manu nostra stare vinctos, & tremere captivos, quos tu suscipis & veneraris ut dominos. Certe vel sic confundi in istis erroribus tuis poteris; quando conspexeris & audieris deos tuos, quid sint, interrogatione nostra statim prodere, & præsentibus licet vobis, præstigias illas & fallacias suas non posse celare*: Hæc magnis spiritibus Cyprianus, simulque ingenti fiducia, probe sciens Ethnicum hominem a dæmone possideri, qui, Christi audito nomine, quis sit, fateri (licet ipso obsesso adversante) cogatur.

XXVII. Dei vindicta in persecutores semper in promptu.

Quod demum numquam Deus inultam Christianitatem tormentis expositam reliquerit, eadem libertate, qua cætera, demonstrans, hæc ait: *Lædere servos Dei & Christi persecutionibus tuis desine, quos læsos ultio divina defendit. Inde est enim quod nemo nostrum, quando apprehenditur, reluctatur; nec se adversus injustam violentiam vestram, quamvis nimius, & copiosus noster sit populus, ulciscitur. Patientes facit de secutura ultione securitas; innocentes nocentibus cedunt; insontes pœnis & cruciatibus acquiescunt; certi & fidentes quod inultum non remaneat quodcumque perpetimur; quantoque major fuerit persecutionis injuria, tanto & justior fiat & gravior pro persecutione vindicta. Nec umquam impiorum scelere in nostrum nomen exurgitur, ut non statim divinitus vindicta comitetur. Ut memorias taceamus antiquas, & ultiones pro cultoribus Dei sæpe repetitas, nullo vocis præconio revolvamus, documentum recentis rei satis est, quod sic celeriter, quodque in tanta celeritate sic grauditer nuper secuta defensio est, ruinis Regum, jacturis opum, dispendio militum, diminutione castrorum. Nec hoc casu accidisse aliquis existimet, aut fuisse fortuitum putet; cum jampridem Scriptura divina posuerit, & dixerit: Mihi (a) vindictam, ego retribuam*: Hæc Cyprianus, plane intelligens de nece Deciorum patris & filii Imperatorum, quando (ut dictum est) tam ingens clades pessumdedit Romanum Imperium, non autem de occisione Galli & Volusiani Augustorum, quorum obitu (ut demonstrabimus) pariter persecutio extincta est.

(a) Deut. 32.

XXVIII. Diversa causa Gentilium & Fidelium in patiendo.

Sed cum ejusmodi inflictæ divinitus plagæ in ultionem effusi sanguinis Christiani a Cypriano dicerentur; iisdemque æque Christiani affligi viderentur, ac proinde non pro eis ulciscendis quæ eos quoque pertingerent, dici possent immissæ; ad hæc Cyprianus respondens satisfacit his verbis: *Nec ideo quis putet Christianos iis quæ accidunt non vindicari, quod & ipsi videantur accidentium incursatione perstringi; pœnam de adversis mundi ille sentit, cui lætitia, & gloria omnis in mundo est; ille mœret & deflet, si sibi male sit in sæculo, cui bene non potest esse post sæculum; cujus vivendi fructus omnis hic capitur; cujus omne solatium hic finitur; cujus caduca & brevis vita hic aliquam dulcedinem computat & voluptatem; quando istinc excesserit, pœna jam sola superest ad dolorem. Cæterum nullus iis dolor est de incursatione malorum præsentium, quibus fiducia est futurorum bonorum. Denique nec consternamur adversis, nec frangimur, nec dolemus, neque in nulla aut rerum clade, aut corporum valetudine mussitamus, spiritu magis quam carne viventes, firmitate animi infirmitatem corporis vincimus. Per ipsa quæ vos cruciant & fatigant, probari & corroborari nos scimus & fidimus. Putatis nos adversa vobiscum æqualiter perpeti, cum eadem adversa videatis a nobis & vobis non æqualiter sustineri?*

XXIX.

Apud vos impatientia clamosa semper & querula est; apud nos fortis & religiosa patientia quieta semper, & semper in Deum grata

PAGIUS *transgressi essent, omniaque ad Cappadociam & Pessinuntem, & Ephesum usque diripuissent: Æmilianus legionum Pannonia Dux .... prater exspectationem Barbaros in iis locis repertos, aggressus est*: additque, postquam illos vicisset, Italiam versus movisse, & milites qui cum Gallo erant, hunc cum filio Volusiano necasse. Sed Valerianum cum transalpinis viribus in Italiam venisse, Æmilianum debellasse, & Imperium adeptum esse. Vides ut id obiter dicam, Scythas *quidquid occuparant in Europa*, securos possedisse ideoque non currenti anno, ut communiter creditum, sed præcedenti, initioque Imperii Galli, in Romanorum terras irrupisse. Æmilianus imperavit *menses tres*, ut habent Victor de Cæsaribus, Eutropius & Zonaras, vel *menses quatuor*, ut legitur in Epitome Victoris; sed non post Galli & Volusiani interitum, ut recentiores Chronologici passim tradunt, verum partim sub Gallo & Volusiano, partim sub Valeriano & Gallieno, licet nullus ex Historiæ Augustæ Scriptoribus id expressis ver-

grata est; nec quisquam istinc lætum aut prosperum sibi vendicat; sed mitis & lenis, & contra omnes fluctuantis mundi turbines stabilis, divinæ pollicitationis tempus expectat: & paulo post: *Non ergo idcirco compares vobis & æquales sumus, quia in isto adhuc mundo & carne hac constituti, mundi, & carnis incommoda vobiscum pariter incurrimus; nam cum in sensu doloris sit omne quod punit; manifestum est, eum non esse participem pœnæ tuæ, quem tecum videas non dolere. Viget apud nos spei robur, & firmitas fidei, & inter ipsas labentis sæculi ruinas erecta mens est, & immobilis virtus, & nunquam non læta patientia, & de Deo suo semper anima secura*: Hæc & alia multa Cyprianus adversus Demetrianum inculcat, dignam plane tanto sacerdote adversus Gentiles pro Christianis scriptam defensionem.

Quæ patientes mala roborent Christianos.

XXX. (a) Lactant. lib. 5. cap. 4. Cypriani defensio de scripto Libello.

Lactantius (a) autem aliquid amplius in ea desideravisse se dicit; nimirum ut aliis argumentis, quam ex Scriptura petitis, cui ille non crederet, usus esset; eumque rudem communioribus rationibus informasset, & facilioribus principiis instituisset. Verum (ut apparet) non ejus generis ea fuit oratio, nec Cyprianus illud habuit in consilio, ut Demetrianum vel alios Gentiles ad Christianam fidem capessendam ea præcipue instrueret, sed ut ab eis in Christianos objectas calumnias confutaret. At nec in eo opere eam visus est suscepisse provinciam, ut omnia a Gentilibus objici solita, oratione illa refelleret; sed tantum quæ ingruentis pestis, famis, & belli occasione in Christianos a Gentilibus jactabantur; utiturque ad ea redarguenda cum ex ratione petitis argumentis, tum divinis Scripturis ratione quoque nitentibus, atque prophetice aliquid pronunciantibus, ac proinde ad persuadendum valde accommodatis, cum demonstret jam impletum, quod fuerat ante prædictum. Nisi enim prophetiæ undecumque petitæ, magnam vim ex divino numine comparatam, ad persuadendum habere, ab ipsis quoque Gentilibus noscerentur; nequaquam (quod dictum est superius) proscriptæ fuissent Imperatorum edictis.

XXXI.

Hoc eodem anno, qui sedis Cypriani sextus adnumeratur, rursus ipse a schismaticis pressuram patitur, novis calu-

PAGIUS verbis scripserit. Nam cum certum indubitatumque sit, Claudium die vicesima quarta mensis Martii anni ducentesimi sexagesimi octavi jam imperasse, & Gallienum ejus decessorem annos quindecim integros, vel saltem fere integros regnasse, tardius quam mense Maio præsentis anni Imperium is non suscepit; nec etiam citius quam eo mense Gallus & Volusianus hoc anno de medio sublati. Ne itaque Galli & Volusiani mors, ac Valeriani & Gallieni initium a loco suo removeantur, pro certo ponendum tres aut quatuor Imperii menses, qui Æmiliano attribuuntur, inter Galli & Valeriani Imperium intermedios nullomodo fuisse, sed Æmilianum regnare cœpisse ante Galli & Volusiani cædem. Supersunt varia Æmiliani Numismata, in quibus Augustus vocatur, apud Mediobarbum videnda.

mniis eum insectantibus; quas unus ex illis nomine Florentius Pupianus scriptis ad eum litteris, consarcinavit; magnoque fastu, perinde ac si judex illius esset, ut se illis purgaret, admonuit. Ad quem S. Cyprianus (b) rescribens (ut par erat) ironia semper elusit; & sui erroris, quo se emendaret, prudenter admonuit. Sed quod ad tempus spectat, quo hæc acciderunt, insinuandum: ea ad ipsum scripta pertinent, quibus ait (c): *Quis enim hic est superbiæ tumor, quæ arrogantia animi, quæ mentis inflatio, ad cognitionem tuam præpositos & sacerdotes vocari; ac nisi apud te purgati fuerimus, & sententia tua absoluti, ecce jam sex annis nec fraternitas habuerit Episcopum, nec plebs præpositum, nec grex pastorem, nec Ecclesia gubernatorem, nec Christus Antistitem, nec Deus sacerdotem? Subveniat Pupianus, & sententiam dicat, & judicium Dei & Christi in acceptum referat; ne tantus Fidelium numerus, qui sub nobis accersitus est, sine spe salutis & pacis exisse videatur; ne novus credentium populus nullam per nos consecutus esse baptismi & Spiritus sancti gratiam judicetur; ne tot lapsis & pœnitentibus pax data, & communicatio nostra examinatione concessa, judicii tui auctoritate solvatur. Annue aliquando, & dignare pronunciare de nobis, & Episcopatum nostrum cognitionis tuæ auctoritate firmare; ut Deus & Christus ejus agere tibi gratias possint, quod per te sit Antistes & rector altari eorum pariter & plebi restitutus*: His & aliis sane perquam lepidis ironiis superbæ mentis tumorem procaciissimi hominis gravissime deprimit.

Cyprianus quomodo agat cum Schismaticis.

(b) Cypr. ep. 69.

(c) Cypr. ibid.

XXXII. Schismatum & hæresum causa.

At rursum inferius: *Quare Ecclesiæ denique universæ per totum mundum nobiscum unitatis vinculo copulatæ? nisi si omnes isti communicantes, mecum secundum quod scripsisti, polluto nostro ore polluti sunt, & spem vitæ æternæ communicationis nostræ contagione perdiderunt; Pupianus solus integer, inviolatus, sanctus, pudicus, qui nobis miscere se noluit, in Paradiso & in regno cælorum solus habitavit*: Scripsisti quoque, *quod Ecclesia nunc propter me portionem sui in disperso habeat; quando omnis Ecclesiæ populus & collectus sit, & adunatus, & individua concordia sibi junctus; soli illi foris remanserint, qui, etsi intus essent, ejiciendi fuerant*. Sed & ejus

retundit audaciam, dum superius ait: *Inde enim schismata & hæreses obortæ sunt, & oriuntur, dum Episcopus, qui unus est & Ecclesiæ præest, superba quorumdam præsumptione contemnitur; & homo dignatione Dei honoratus, indignus hominibus judicatur*: & post multa: *Loquitur* (inquit) *ille Petrus, super quem ædificata fuerat Ecclesia, Ecclesiæ nomine docens & ostendens, quia etsi contumax & superba obaudire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamen a Christo non recedit; & illi sunt Ecclesia, plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhærens. Unde scire debes, Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo; & si qui cum Episcopo non sit, in Ecclesia non esse: & frustra sibi blandiri eos qui pacem cum Dei sacerdotibus non habentes obrepunt, & latenter apud quosdam communicare se credunt.*

XXXIII. Sine satisfactione neminem recipi. Quid demum ipse agere debeat, ut in Ecclesiasticam communionem, a qua abhorreret, recipi mereretur, hic docet: *Quamobrem, frater, si majestatem Dei, qui sacerdotes ordinat, cogitaveris; si Christum, qui arbitrio & nutu ac præsentia sua & Præpositos ipsos, & Ecclesiam cum Præpositis gubernat, aliquando respexeris; si de innocentia sacerdotum non humano odio, sed divino judicio credideris; si temeritatis & superbiæ atque insolentiæ tuæ agere vel sero pœnitentiam cœperis; si Deo & Christo ejus, quibus servito, & quibus puro atque immaculato ore sacrificia & in persecutione pariter & in pace indesinenter offero, plenissime satisfeceris; communicationis tuæ poterimus habere rationem; manente tamen apud nos divinæ censuræ respectu & metu, ut prius Dominum meum consulam, an tibi pacem dari, & te ad communicationem Ecclesiæ suæ admitti sua ostensione & admonitione permittat*: Hæc ipse.

Sane quidem sic comparati erant sanctissimi Præsules, ut in omnibus Deum consulerent; & quid agere deberent, ab eodem æque responsum acciperent; nam subdit: *Memini enim quid jam mihi sit ostensum, immo quid servo obsequenti & timenti de Dominica & divina auctoritate præceptum; qui inter cætera quæ ostendere & revelare dignatus est, & hoc addidit*: ITAQUE QUI CHRISTO NON CREDIT SACERDOTEM FACIENTI, POSTEA CREDERE INCIPIT SACERDOTEM VINDICANTI. *Quamquam sciam somnia ridicula & visiones ineptas quibusdam videri; sed utique illis, qui malunt contra sacerdotes credere, quam sacerdoti*: Hæc & alia Cyprianus; qui denique hac periodo claudit epistolam: *Habes tu litteras meas, & ego tuas. In die judicii ante tribunal Christi utræque recitabuntur.* Videas igitur ex his sanctissimum Præsulem eodem tempore Cyprianum persecutione, peste, & schismaticorum calumniis exagitatum adversa omnia invicto animi robore superantem. Sed jam cætera prosequamur. XXXIV. Vindicat Deus Sacerdotes suos.

Quod ad Demetrianum Proconsulem scribens, fuerat contestatus, numquam insultum sivisse Deum Christianum sanguinem, re ipsa impletum est, occisis ipsis Imperatoribus Gallo atque Volusiano. De quorum necis tempore quod diversæ reperiantur scriptæ sententiæ, hic paulo accuratius, ad rectam chronologiam statuendam, agendum est. Aurelius Victor (*a*) hos imperasse biennium tradit; Eutropius (*b*) vero dictum tempus non expleſse testatur; id ipsum Orosius (*c*), & Eusebius in Chronico tribuit eisdem annos duos, & menses quatuor; in historia (*d*) autem vix biennio integro imperasse affirmat. Consentit (*e*) Epiphanius cum Eusebio in eo, quod in Chronico dicit de annis duobus & mensibus quatuor pariter & Cassio- XXXV. Gallus & Volusianus occisi.

(*a*) *Aurel. Vict. in Gallo.* (*b*) *Eutrop. lib. 9.* (*c*) *Oros. lib. 7. cap. 21.* (*d*) *Euseb. lib. 7. c. 9.* (*e*) *Epiph. lib. de mens. & ponderib.*

PAGIUS XII. *Valerianus fit Imperator.* A num. XXXV. ad XXXVIII. Valerianum *in Rhætia & Norico* agentem, *ab exercitu* Imperatorem, & mox Augustum esse factum, testatur Eutropius. Victor vero in Epitome de Gallo & Volusiano agens, ait: *Sub his etiam Æmilianus in Mœsia Imperator effectus est, contra quem ambo profecti, apud Interamnam ab exercitu suo cæduntur.* Quare antequam Gallus & Volusianus a propriis militibus trucidarentur, Æmilianus pro Imperatore se gerebat. Victori suffragatur Zosimus, qui postquam narravit Æmiliani de Scythis Romanum Imperium affligentibus victoriam, ait, eum a militibus Imperatorem electum, ac postea Italiam versus movisse, cum Imperatore Gallo manum conserturum. Certum itaque maneat, post Gallum & Volusianum interfectos, statim Valerianum Transalpinarum legionum Ducem a militibus, *quo contracti undique apud Rhætias ob instans bellum morabantur*, ut Victor de Cæsaribus scribit, dictum fuisse Imperatorem. Antea Victor de Æmiliano dixerat, *Proceres primo hostem, dein extinctis superioribus*, (nempe Gallo & Volusiano) *Augustum* appellavisse. Jam itaque ante Galli & Volusiani interitum invito Senatu sese Imperatorem Æmilianus dicebat. Hinc in postica parte Nummi Æmiliani apud Mediobarbum legitur: PACI AUG. in postica alterius: PAX AUG. Quæ Numismata, postquam a Senatu Augustus agnitus, percussa.

XIII. *Galli & Volusiani Imp. interius.* Galli porro & Volusiani qui sub finem anni ducentesimi quinquagesimi primi Imperium inierant, interitum præsenti anno circa mensem Maium contigisse, certum indubitatumque esse debet. Primo, quia Eutropius eos *non completo biennio* interfectos prodit. Idem habet Victor de Cæsaribus, ubi de Gallo, Hostiliano, Volusiano, & Æmiliano simul agit. *His sane*, inquit, *omnibus biennio profecit*. His adde Eusebium lib. 7. cap. 10. ubi ait, Gallum e medio sublatum, ὡσ' ὅλους ἔτεσι δύο τλὼ ἄρχειν ἐπικαταλάσχοντες, id est, *non integris duobus annis Imperio occupato*. Denique Orosius lib. 7. tradit, Gallum *vix duobus annis* Regnum obtinuisse. Ve-

Cassiodorus in Chronico. Quod vero horum tempora obscura, scriptorum antiquorum res ab eis gestas fusius tractantium inopia, remanserint; ea ratione in eam visi sunt de biennii tempore sententiam conspirasse, quod duo tantum repetiantur ab iis administrati Consulatus. Sed ex iteratis Consulatibus numerare annos Imperatorum, quam sit fallax, nemo non videt. Quamobrem alia longe certior ac exploratior de horum Imperii annis ratio est ineunda, eademque ex antiquioribus inscriptionibus comparata. Qui enim diligenti studio nummorum antiquorum, aliorumque veterum monumentorum collegerunt inscriptiones, plane habent unde certa de Imperii Galli & Volusiani annis possit haberi cognitio. Nam, ut de Gallo primum agamus, a secundo ejus Consulatu ejusmodi inscriptione numismata notata habentur:

XXXVI. De annis Imperii Galli & Volusiani Numismata. 2. IMP. CAES. C. VIB. TREBONIANUS GALLUS. P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. & Græce item:

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΟΥΙΒΙΟΣ ΤΡΕΒΩΝ. ΓΑΛΛΟΣ ΣΕΒ. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥΣ Β.

Hic est secundus ejus Imperii annus, cum secundum gessit Consulatum. Tertius vero sic exprimitur:

3. IMP. C. C. VIB. GALLUS P. F. AUG. P. M. TR. P. III. C. II. P. P. qui autem Græce est inscriptus, sic habet:

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΤΡΕΒΩΝΙΑΝ. ΓΑΛΛΟΣ ΣΕΒ. ΔΗΜΑΠΧ. ΕΞΟΥΣ Γ.

Hic igitur est tertius annus ejus Imperii. Sequitur & quartus, qui iisdem litteris consignatur:

4. IMP. C. C. VIB. TREB. GALLUS P. F. AUG. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. Græce sic:

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΤΡΕΒΩΝΙΑΝ. ΓΑΛΛΟΣ ΣΕΒ. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥΣ Δ.

Sed & in Volusiano ejus filio quatuor item anni ejus Imperii revoluti leguntur, his scilicet litteris ex antiquis numismatibus scriptis:

IMP. C. C. VIB. VOLUSIANUS AUG. PONTIF. TR. P. COS. Hic primus annus ejus Imperii, quo Consul suffectus habetur, quod tunc tertius Consulatus Decii nomen anno dedisset. Eadem quoque inscriptio Græce sic habet:

ΑΥΤΟΚ. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΟΥ Ω. ΛΟΥΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥΣ ΤΠΑΤΟΣ.

Secundus vero annus sic exprimitur:

2. IMP. CAES. C. VIB. VOLUSIANO AUG. PONT. TR. P. II. COS. II. Tertius in hunc modum:

3. IMP. C. C. VIB. VOLUSIANUS. AUG. P. M. TR. P. III. COS. II. sed & quartus sic:

4. IMP. CAES. C. VIB. VOLUSIANO AUG. P. M. TR. P. IIII. COS. II.

Ex his igitur videas, Gallum & Volusianum, quos omnes biennio vel paulo amplius regnasse tradunt, ad quatuor annos Imperium propagasse; & ne quis imposturam suspicetur de nummorum inscriptione quæ a nobis sunt posita, habet quos consulat, nempe Huberti Goltzii Thesaurum Rei Antiquariæ, & Adolphum Occonem: edidit utrumque Plantinus anno salutis M. D. LXXIX. His igitur tam perspicue de-

PAGIUS Verum est, Eusebium in Chronico, Cassiodorum, S. Epiphanium, & alios quosdam, annos duos & menses quatuor Gallo & Volusiano assignare. Sed hi ab Eusebio in Chronico decepti, dum non animadverterunt, illum in Historia, quæ perperam in Chronico scripsit, sepe corrigere. Secundo, Dexippus a Georgio Syncello pag. 366. laudatus, de Gallo & Volusiano loquens ait: *οἱ καὶ βασιλεύσαι κατὰ Δέξιππον μῆνας ιή*, id est, *qui & imperant mensibus decem & octo*, quod & in Anastasio legitur. Progressu temporis numeri ab aliis immutati; Zonaras enim scribit, utrumque occisum, *cum biennium & menses octo imperasset*; quod ex dictis falsum esse constat. Dexippo quippe eo major fides adhibenda, quo Gallieni tempore floruerit, & Historiam suam, quæ periit, scripserit, ut discimus ex Pollione in duobus Gallienis cap. 13. Tertio, Valerianum & Gallienum, qui Gallum & Volusianum excepere, currenti anno Imperium auspicatos esse, Numismata demonstrant. Mediobarbus enim pag. 374. tres Gallieni Nummos in medium adducit in postica inscriptos: P. M. TR. P. VIIII. COS. IIII. P. P. Quæ Tribunitia Potestas nona anno ducentesimo sexagesimo secundo inchoata fuisset, si Gallienus anno dumtaxat sequenti Imperator acclamatus esset: nam inter omnes convenire debet, Gallienum anno ducentesimo sexagesimo secundo Consulatum quintum capessisse, quartum vero anno ducentesimo sexagesimo primo.

XIV. *Cades Gallieni, & Valeriani initium ab hoc anno removeri non possunt.* Quarto, quæcumque a Baronio in Annalibus, a Cointio in Annalibus Ecclesiasticis Francorum, & a Petavio lib. 11. de Doct. Temp. afferuntur ad ostendendum, Gallum & Volusianum quartam Tribunitiam Potestatem inchoasse, ideoque & quartum Imperii annum, licet infolubilia videantur, facilem tamen explicationem habent. Producunt illi varia utriusque Imperatoris Numismata, in quibus uterque dicitur: P. M. TR. P. III. COS. II. vel P. M. TR. P. IIII. COS. II. Et quod Antiquariis observatum, hujusmodi Numismata in cimeliis Principum passim obvia, eaque indubitatæ antiquitatis & fidei. Verum de Philippo Imperatore loquentes diximus, in aversa parte Nummi alicujus Imperatoris inscriptionem quandoque legi alteri Imperatori convenientem, non vero illi, qui in antica parte repræsentatur. Nunc addo, *id* sæpe etiam contigisse Monetariorum errore, uti in casu, de quo agitur. Pars enim illa aversa Nummorum præfatorum Galli & Volusiani referen-

demonstratis, de eorum obitu sequenti anno, qui numeratur eorumdem Imperii quartus, suo loco dicemus.

XXXVII. *Erroris occasio unde orta.*

Sed unde etiam error irrepserit, ut, quod certum sit annos quatuor eosdem imperasse, nonnisi biennium eorum Imperio tribuatur, aperiam. Quoniam enim accidit, ut iisdem imperantibus, Valerianus ab Alpinis militibus acclamatus Imperator, consecutus sit pariter Tribunitiam potestatem, ex qua anni (ut dictum est sæpius) cujusque Imperatoris numerari consueverunt: qui legerunt, primum Consulatum Gallieni (qui regnabat una cum patre) in antiquis inscriptionibus poni cum Tribunitia potestate tertium iterata, auspicati sunt Valeriani & Gallieni Imperium in fine anni superioris: nam qui sequenti anno ponitur Consulatus Gallieni una cum patre, tertiam habet inscriptam Tribunitiam potestatem, & sic eodem incremento reliquos Consulatus auctos itidem Tribunitia potestate sæpius repetita: qua ratione qui præ-

PAGIUS ferenda vel ad Gordianum juniorem, vel ad Philippum etiam juniorem, qui cum Consulatu secundo tertiam & quartam Tribunitiam Potestatem junxere.

XV. *Fons erroris eorum qui aliter crediderunt.*

Et ne quis gratis hoc a me dictum asserat, videri potest Begerus in Thesauro Palatino pag. 338. ubi delineat posticam partem Nummi Galli Imperatoris, in quo visitur Templum sex columnarum idolo medio, cum his verbis circum: SAECULUM NOVUM. Quam posticam cum simili inscriptione præfert Nummus Philippi junioris apud Begerum, qui non advertens, errore Monetarii, nummo Galli eam posticam inscriptam, nonnisi Philippo juniori anno, quo Ludos Seculares cum patre celebravit, convenientem, ait, Gallum in his Nummis fine Historiæ fulcro jactare novum seculum, quod quidem sub Philippo novum erat, sed sub eo, inquit Begerus, *post exactos aliquot annos jam novitas deferbuerat*. At Gallus novitatem non jactavit, sed Monetarius posticam partem Nummi Philippi junioris ei per errorem attribuit. Similis erroris tot infra exempla in medium adducemus, ut certum indubitatumque esse debeat, Numismata Galli & Volusiani Tribunitiam Potestatem tertiam vel quartam cum Consulatu secundo in aversa parte præferentia nullo modo indicare, eos tertium vel quartum Imperii annum exorsos esse, sed tantum Monetarios *in iis* Nummis cudendis erasse, aversam partem Nummorum unius Imperatoris alterius Imperatoris Nummis imprudenter tribuentes.

XVI. *Tribunitia Potestas absolute posita Baronium & Pearsonium decepit.*

Ultimum argumentum a Baronio in medium adductum, ex Gallieni Nummis desumitur. Duos enim hujus Imperatoris exhibet, in quorum priori Gallienus dicitur; P. M. TR. P. III. COS. in posteriori: P. M. TR. P. IIII. COS. II. Ex quibus infert, Gallienum secundum Consulatum gessisse, quando jam a triennio imperabat; secundum vero quarto Imperii anno Pearsonius in Annalibus Cyprianicis tam hoc anno, quam insequenti utrumque Nummum adulterinum esse contendit. Sed tam ipse, quam Baronius manifeste hallucinantur. In primo enim Nummo Consulatus absolute, ut plerumque fit, memoratur; alioquin dicendum esset, Gallienum septimo Imperii anno nondum secundum Consulatum gessisse, cum in Nummo ejus a Mediobarbo producto legatur: P. M. TR. P. VII. COS. Et tamen jam tertium Consul fuerat. Unde in alio ejusdem Imperatoris Nummo habetur: P. M. TR. P. V. COS. III. Gallienus itaque currenti anno Imperium certissime iniit, annoque insequenti primum Consul processit; tum anno CCLV. secundum Consulatum gessit, & tertiam Tribunitiam Potestatem capessit; quo pariter anno prior Nummus a Baronio adductus, percussus est, Consulatu sine numerali nota ac simpliciter exprés-

Baron. ann. 257. num. 1.

so. Anno vero CCLVI. secundus Nummus a Baronio recitatus, cujus fuit, & Consulatus non amplius simpliciter & absolute, sed cum numerali nota descriptus. Neque de hac re difficultas esse potest.

XVII. *Valerianus & Gallienus ante æstatem Impp. dicti.*

Cum itaque certum sit, Valerianum & Gallienum currenti anno imperare cœpisse, dici non potest, Gallum & Volusianum usque ad sequentem annum Imperium prorogasse, & omnino incredibile quod statuit Baronius, Gallum & Volusianum annos duos solos imperasse, & per alterum biennium simul cum Valeriano & Gallieno Rempublicam rexisse. Qualis enim, inquit Pearsonius, Christianorum conditio fuisset sub quatuor Imperatoribus, quorum duo eos atrociter persecuti sunt, duo autem maxime fovebant? Legendus Card. Norisius in Dissert. de Votis Decennalibus cap. 5. ubi Baronii Chronologiam per Gallieni tempora ex ipsomet Baronio corruptam esse ostendit. Quo die, quove mense Valerianus & Gallienus regnare cœperint, incompertum est. Tardius tamen quam mense Maio purpuram non sumsere: tum quia Gallus & Volusianus, qui menses octodecim, ut diximus, imperarunt, anno CCLI. exeunte Novembri aut Decembri incipiente ad mensem circiter Maium præsentis anni pervenerunt, utroque extremo mense, etiam incompleto, pro completo numerato; tum quia Victor de Cæsaribus, ubi Valerianum & Gallienum Imperatores renuntiatos narravit, subjungit: *Statimque Tiberis adulta æstate diluvii facie inundavit*. Ex quibus tamen verbis a Viris doctis male deductum, Valerianum & Gallienum *æstate* dictos Imperatores. Nam *statim, subito*, simillime adverbia brevissimum tempus non semper designant, ut manifeste patet ex hoc loco Anonymi Valesiani: *Postquam vero Constantius in Britannia mortuus est, & Constantinus filius successit, subito in Urbe Roma Pratoriani milites Maxentium filium Herculi Imperatorem creârunt*. Et tamen Constantius Chlorus die XXV. Julii anni CCCVI. obiit, & Maxentius nonnisi die XXVIII. mensis Novembris ejusdem anni Romæ Augustus appellatus. Denique Mediobarbus Nummum Gallieni producit inscriptum: P. M. TR. P. XVI. COS. VII. non quod decimam sextam Tribunitiam Potestatem inierit, sed quia cum anno CCLXVIII. exeunte Martio, in Italia occisus est, mense Maio, quo Tribunitiam Potestatem XVI. suscipere debebat, a Monetariis ab Urbe dissitis mors ejus adhuc ignorata fuit, post duos nempe menses quam contigerat; quod dici non posset, si currenti anno adulta æstate imperandi initium fecisset. Sic enim Tribunitia Potestas XVI. Nummis inscripta fuisset post quatuor aut quinque menses ab ejus cæde exactos; quod nullus sibi persuaserit.

Valerianus cum videret hostes undique in Imperium XVIII.

præsentem annum numerabant secundum Valeriani & Gallieni Imperatorum, dixerunt, ut Eutropius, Gallum & Volusianum imperasse non expleto biennio. Citatas vero a nobis inscriptiones suo loco ponemus. Sic igitur (ut dictum est) qui annos Valeriani & Gallieni numerarunt a prima Tribunitia potestate, tot annos ab Imperio Galli & Volusiani dempsisse oportuit, quot viventibus adhuc illis tri-

buerunt regno Valeriani & Gallieni. Valerianum vero, viventibus Gallo & Volusiano, Imperatorem ab exercitu acclamatum (cum ejus Imperii exordia obscurissima sint) ex nummorum inscriptionibus exploratum redditur. Sed de his pluribus anno sequenti.

XXXVIII. *Origenis obitus. (a) Euseb. lib. 7. cap. 1.*

Hoc eodem anno Domini ducentesimo quinquagesimosexto, testatur, (a) Eusebius Origenem extremum clausisse diem:

PAGIUS *Gallienus fit Cæsar ac dein Augustus.*

perium Romanum ingruere, *Gallienum filium Imperii consortem deligit, & quod publicæ res infestarentur, ipse versus Orientem movet, ut Persis resisteret: Europæos exercitus filio tradit*, inquit Zosimus pag. 646. quod ipso Imperii Valeriani initio factum fuisse oportet. Victor vero de Cæsaribus, Galli & Volusiani morte narrata, ait: *Milites Licinio Valeriano Imperium deferunt: ejus filium Gallienum Senatus Cæsarem creat*. Cui consentit Eutropius lib. IX. ubi Æmiliani morte memorata subdit: *Hinc Licinius Valerianus in Rhætia & Norico agens, ab exercitu Imperator, & mox Augustus est factus. Gallienus quoque Romæ a Senatu Cæsar est appellatus*. Gallienus itaque qui a Senatu Cæsar creatus fuerat, a Valeriano patre Imperii, nempe Augustei, consors dictus est: & hæc intra brevissimum tempus facta, quia præsens rerum Romanarum status ita exigebat. Quare non mirum si nulla Gallieni Imp. Numismata, in quibus Cæsar tantum appelletur, in Gazis Principum, aut privatorum museis extent.

XIX. *Initium & finis Galli, Volusiani, Æmiliani, ac initium Valeriani & Gallieni unico nummo confirmantur.*

Quæcumque de initio & fine tam *Galli, Volusiani*, & *Æmiliani*, quam de initio *Valeriani* & *Gallieni* hic, & antea in priori editione hujus Tomi a nobis dicta sunt, certo confirmantur Nummo *Aemiliani Aug.* nuper in Gazam Regiam adducto, in quo legitur, AMIAIANOT CEB. in altera parte AIΓEΩN, id est *Agensium*, & in area qqc, id est, CCXCIX. Hanc Aegensium seu urbis Egarum in Cilicia epocham ab anno Urbis DCCVII. ineundam esse demonstrat Em. Card. Norisius in Dissert. IV. de Epochis Syro-Maced. cap. 1. Quare annus CCXCIX. hujus epochæ mense Maio superioris Christi anni inchoatus, & mense Maio currentis anni absolutus fuit, ideoque *Aemilianus* citius imperium non arripuit, quam post mensem Maium anni Christi superioris, nec *Gallus & Volusianus* Tribunitiam Potestatem IV. incipere potuere. Ex quibus tandem omnibus intelligimus, Viros doctissimos, qui Fastos Consulares depravarunt, & omnia per hos annos susdeque verterunt, hac commentitia Tribunitia potestate III. & IV. Galli & Volusiani deceptos fuisse. Porro Vaillantius in Numismatis Græcis Imperatorum pag. 211. duo alia Numismata Æmiliani Augusti eodem anno Aegensium CCXCIX. signata repræsentat, aitque eam Æram exordiri a Vere seu mense Maio anni Urbis DCCVII. quod licet gratis & sine probatione asserat, probabilius tamen mihi videtur, quam quod scribit Card. Norisius citatus ejus initium repetendum esse ab autumno ejusdem anni Urbis DCCVII.

XX. *Valerianus pacem Ecclesiæ dedit.*

Ubi Valerianus ad imperium pervenit, statim Ecclesiæ pacem concessit. Nam, ut scribit Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. 7. cap. 10. *De hoc vero* (nempe Valeriano Aug.) *qua tradat Dionysius ex epistola ad Hermammonem licet cognoscere, in quo ita scribit. Joanni quoque similiter revelatum est* (Apocalyp. 13.) Ait

Baron. an. 257. n. XXX.

enim: *Et datum est illi os* loquens magna & impia: & data est illi potestas & menses quadraginta duo. *Utrumque porro in Valeriano impletum miravi licet, illudque ante omnia considerare, cujusmodi ante persecutionem fuerit: qualiter mansuetus quidem ac benignus erga famulos Dei. Neque enim ullus superiorum Principum, ne illi quidem ipsi, qui palam Christiani fuisse dicuntur, tanta humanitate ac benevolentia nostros complexus est, quantum ille præ se ferebat initio principatus sui. Totaque ejus familia piis hominibus abundabat, ac Dei Ecclesia esse videbatur*. Ita Eusebius ex versione Valesii, ex qua illa corrigenda, qua Baronius usus est, quæ habet: *Nam quamdiu mansueto animo & benigno erga sanctos Dei homines affectus erat, nemo Imperatorum qui eum anteiverat tantam benevolentiam & comitatem adversus illos declaravit; imo vero ne illi quidem qui Christiani erant, eoque nomine palam appellati*. Non dicit itaque Dionysius illos Imperatores fuisse reapse Christianos, sed tantum dictos & existimatos fuisse Christianos: intelligere videtur utrumque Philippum, quod Eusebium decepit, qui primus omnium docuit utrumque Philippum fuisse Christianum, licet *Dionysius Alexandrinus*, cui innixus fuisse videtur, id minime dicat, sed tantum Christianos existimatos esse. Quod si, ut aliqui volunt, Dionysius intelligat *Philippum patrem* in Christianos beneficum, & *Alexandrum Severum*, qui teste Lampridio imaginem Christi habuit in larario suo, inde tamen non sequitur existimasse Dionysium Philippum patrem, ideoque & Philippum filium, fuisse Christianos, quod tamen vulgaris opinio a nobis anno CCXLIV. confutata statuit.

XXI. *Ea usque ad ejus Quinquennalia duravit.*

Pax a *Valeriano* Ecclesiæ reddita non tantum per biennium, ut Cointius in Annalibus Francorum cum Baronio scribit, sed usque ad ejus Quinquennalia anno CCLVII. celebrata duravit. Ex quo & sequitur, erasse Viros doctissimos, qui Lucii Papæ, aliorumque quorundam Sanctorum martyrium secundo vel tertio Imperii Valeriani anno contigisse crediderunt. Sed de his, & loco Dionysii Alexandrini citato infra agetur.

Baron. ibid. num. VIII.

XXII. *Cyprianus innocentiam suam adversus Pupianum defendit.*

Cum in epistola S. Cypriani ad *Florentium Pupianum*, quæ inter Cyprianicas est LXVI. Pamelio LXIX. dicatur, Cyprianum *jam sex annis* Episcopum esse, & valde verosimile sit, eum anno tantum CCXLIX. Carthaginiensem Episcopatum adeptum, ea epistola anno sequenti scripta, quod etiam hac ratione Pearsonius anno sequenti ostendit, quod Cyprianus longum tempus interfuisse significet, ex quo *Pupianus* Episcopus, ut videtur Africanus turpia de Cypriano concepisset, ob quæ sanctus Doctor *Pupianum* acriter & vehementer corripit, ac innocentiam suam ordinationemque copiose defendit.

XXIII. *Origenis obitus.*

A num. XXXVIII. ad XLIV. Annus emortualis *Origenis* in controversiam vocatus. Eu-

se-

nam ait: *Origenes eodem tempore, cum ad ſexagintanovem annos vitam propagaſſet, ex hac luce migravit.* Cum autem ejuſdem Euſebii teſtimonio de Origene conſtet, anno decimo Severi Imperatoris, quo Leonides ejus pater vita functus eſt, ipſum tunc egiſſe annum ætatis decimum ſeptimum; ſi his quinquagintaduos addas annos, qui intercurrunt ab eo tempore uſque in præſentem annum, plane numerabuntur ætatis Origenis anni ſexagintanovem. Qui igitur vivens (ut vidimus) in ſcribendo ſæpe eſt redarguitus erroris, nempe a Demetriano Alexandrino Epiſcopo & aliis, adeo ut apud Fabianum Papam cauſam dicere coactus fuerit; multo amplius poſt mortem eſt hæreſeos accuſatus. Quamobrem pluribus opus habuit Apologiis, quarum primam a Pamphilo martyre conſcriptam Euſebius (*a*) teſtatur. At Hieronymus (*b*) licet aliquando id affirmarit, tamen non levibus rationibus in dubium poſtea revocavit, ad Pammachium & Oceanum (*c*) ſcribens de erroribus Origenis; & in Apologia adverſus Ruffinum, ubi de ea Pamphili nomine vulgata, errore ſe deceptum tradit, ut hoc diu exiſtimarit; ſic enim ait:

(*a*) *Euſeb. lib. 6. cap. 26.*
(*b*) *Hier. de Script. Eccleſ. in Pamph. c. 65.*
(*c*) *Hier. epiſt. 65.*

XXVIX. De Apologia Pamphili pro Origene.

Poſtquam Euſebii aſſeruerim illum eſſe non Pamphili; ad extremum dixerim etiam me annos plurimos hoc putaſſe, quod Pamphili fuerit, & ad exemplar hujus voluminis mutuatum: vide quantum timeam chachinnos tuos, ut etiam nunc eadem ingeram de tuo codice, quod quaſi Pamphili exemplar accepimus. Credidi Chriſtiano, credidi monacho; non putavi a te tantum ſceleris poſſe confingi. Poſtea vero per interpretationem tuam, quæſtione contra Origenem toto orbe commota, in quærendis exemplaribus diligentior fui. Et in Cæſarienſi bibliotheca Euſebii ſex voluminareperi ἀπολογίας Ὠριγένους: quæ cum legiſſem, primum eum librum deprehendi, quem tu ſolus ſub nomine martyris edidiſti de Filio & Spiritu ſancto, in bonam partem pleriſque blaſphemiis commutatis: & hoc vel Didymum, vel te, vel alium feciſſe neſcio quem: quod tu apertiſſime in libro Periarchon feciſſe convinceris: maxime cum idem Euſebius (ut in duobus libris docui) ſcribat Pamphilum nihil proprii operis edidiſſe. Dic ergo & tu, a quo exemplar acceperis: nec mihi ad ſubterfugiendum crimen mortuos aliquos nomines, ut, cum auctorem oſtendere non potueris, illum proferas qui non poſſit reſpondere: Hucuſque Hieronymus.

XL.

Sane quidem ſuam eſſe Apologiam teſtatur Euſebius, quam tamen ſcripſerit adiutus a Pamphilo martyre. Hæc enim ſunt verba Euſebii (*d*): *Quæ autem de ejus rebus geſtis ſunt ad cognoſcendum neceſſaria, ea ex Apologia, quæ a nobis Pamphili ſancti noſtri temporis martyris opera adiutis elucubrata eſt (illam enim ego & Pamphilus, quo ora malevolorum obtrectatorum famæ Origenis detrahentium, obturaremus, mutuis vigiliis accurate elaboravimus) licet facile colligere.* Et inferius (*e*) eam a ſe ſcriptam docet his verbis: *Horum certa habes argumenta in libro ſextæ Apologiæ, quæ in Origenis defenſionem a nobis ſcripta eſt:* Hæc ipſe. Sicque obtinuit uſus, ut Euſebii potius, quam Pamphili nomine ea diceretur Apologia. Meminit ejuſdem lucubrationis Gelaſius (*f*), qui eam nominat, Euſebii librum pro excuſatione Origenis. Vulgata quoque extat pro eodem Ruffini Apologia, ſed a S. Hieronymo in multis reprehenſa. Hæc vero olim ad Hieronymi uſque tempora fortaſſe licite facta ſunt. Sed miratus ſum vehementer, poſt damnationem ejus ab Anaſtaſio Papa Pontificia auctoritate inflictam, poſt ejuſdem reprobationem in Sexta Synodo pronunciatam, poſt tot antiquorum Patrum in idipſum conſpirantes ſententias, adhuc recentiores quoſdam auſos eſſe pro eodem novas edere Apologias, & auctoritate totius Catholicæ Eccleſiæ judicatas ſæpius controverſias denuo temere excitare; quod viſus eſt feciſſe haud pridem Sixtus Senenſis.

(*d*) *Euſeb. lib. 6. cap. 20.* Apologia Euſebii pro Origene.
(*e*) *Euſeb. lib. 6. cap. 29.*
(*f*) *Gelaſ. in Concil. Rom. de cret. de lib. apocr.*

XLI. Non lectio penitus, ſed tantum errores Origenis vetiti.

Cæterum ejus operum lectionem, ſicut nec Tertulliani, vel horum ſimilium, non invenimus penitus improbatam; licet, quod ſpectat ad dogmata, ea ſit de ejus ſcriptis cenſura Gelaſii, ut illa tantum quæ S. Hieronymus non repudiat, dicat eſſe ſuſcipienda, reliqua vero cum ſuo auctore rejicienda. Sed de his alias pluribus, cum ea controverſia ſæpius in Eccleſia agita-

gitata eſt, & errores ejus omnes ſigillatim enumerati: agitur enim de his pluribus inferius quarto, quinto, atque ſexto Annalium tomis. Seriem librorum ejus tum Euſebius, tum alii plures deſcripſerunt, quæ primo ipſius tomo habetur præfixa. Quod autem tradat Epiphanius (*a*) & alii, ſcripta fuiſſe ab eo librorum ſena millia, S. Hieronymus (*b*) haud facile credidit.

(*a*) *Epiph. hæreſ. 64. & Ruffin. in Apolog.*
(*b*) *Hier epiſt. 61. & Apolog. adverſ. Ruffin. l. 2.*

XLII.

Magnam ſane fuiſſe tanti viri lapſum in Eccleſia Dei offenſionem atque tentationem, pluribus docet Vincentius (*c*) Lirinenſis. Fuiſſe eam pariter conſtat, & ſaluberrimam commonitionem; ne videlicet quempiam quantumlibet eruditum virum ſibi quis ſequendum ſuſcipiat, quem non inſiſtere veſtigiis ſanctorum Patrum invenerit. Sed quæ hoc argumento ab eo dicta ſunt, hic, cum de ejuſdem Origenis morte agitur, veluti corollarium ex inſignioribus animi ejus dotibus intextum proferre, tractatione noſtra dignum ducimus atque proficuum. Offenſo igitur pluribus primum magnam eſſe in Eccleſia tentationem, cum magiſter, qui alios docet, errat, idem hæc ſubdit:

(*c*) *Vincent. Lirinenſ. contra hæreſ. cap. 23.*

Lapſus Origenis aliorum cautio fuit.

XLIII. Origenis excellentia.

Sed ego ita arbitror, quod cum multos in hoc tentandi genere proferre valeamus, nemo pene ſit, qui Origenis tentationi valeat comparari; in quo plura adeo præclara, adeo ſingularia, adeo mira extiterunt, ut inter initia habendam cunctis aſſertionibus ejus fidem, quivis facile judicaret. Nam ſi vita facit auctoritatem; magna illi induſtria, magna pudicitia, patientia, tolerantia. Si genus, vel eruditio; quid eo nobilius, qui primum in ea domo natus eſt, quæ eſt illuſtrata martyrio? Deinde pro Chriſto non ſolum patre, ſed omni quoque facultate privatus, tantum inter ſanctæ paupertatis profecit anguſtias, ut pro nomine Dominicæ confeſſionis ſæpius (ut ferunt) affligeretur. Neque vero hæc in illo ſola erant, quæ cuncta poſtea tentationi forent; ſed tanta vis ingenii, tam profundi, tam acris, tam elegantis, ut omnes pene multum longeque ſuperarit; tanta doctrina, ac totius eruditionis magnificentia, ut pauca forent divinæ, pene fortaſſe nulla humanæ philoſophiæ, quæ non penitus aſſequeretur. Cujus ſcientiæ cum Græci non cederent, & Hebræa quoque elaborata ſunt. Eloquentiam vero quid memorem, cujus fuit tam amœna, tam læta, tam dulcis oratio, ut mihi ex ore ipſius non tam verba, quam mella quædam fluxiſſe videantur? Quæ non ille perſuaſu difficilia diſputandi viribus elimuit? Quæ factu ardua, non ut facillima viderentur, effecit? Sed forſitan argumentorum tantummodo nexibus aſſertiones ſuas texuit. Immo plane nemo unquam magiſtrorum fuit, qui pluribus divinæ legis uteretur exemplis.*

* *al.* crederent.

XLIV. Scripta ab Origene.

Sed, cedo, pauca conſcripſit? Nemo mortalium plura; ut mihi ſua omnia non ſolum non perlegi, ſed ne inveniri quidem poſſe videantur. Cui ne quicquam ad ſcientiæ inſtrumenta deeſſet, etiam plenitudo exabundavit ætatis. Sed forſitan diſcipulis parum felix. Quis umquam felicior? nempe innumeri ex ſinu ſuo doctores, innumeri ſacerdotes, confeſſores, & martyres extiterunt. Jam vero quanta apud omnes illius admiratio, quanta gloria, quanta gratia fuerit, quis exequi valeat? Quis non ad eum paulo religioſior ex ultimis mundi partibus advolavit? Quis Chriſtianorum non pene ut prophetam, quis philoſophorum non ut magiſtrum veneratus eſt? Quam autem non ſolum privatæ conditioni, ſed ipſi quoque fuerit reverendus Imperio, declarant hiſtoriæ, quæ eum a matre Alexandri Imperatoris accitum ferunt, cæleſtis utique ſapientiæ merito, cujus, & ille gratia & amore flagrabat. Sed & ejuſdem epiſtolæ teſtimonium perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Principum Chriſtianus fuit, Chriſtiani magiſterii auctoritate conſcripſit. De cujus incredibili quadam ſcientia, ſi quis, referentibus nobis, Chriſtianum non accipit teſtimonium, ſaltem teſtificantibus philoſophis, Gentilem recipiat confeſſionem. Ait namque impius ille Porphyrius, excitum ſe fama ipſius, Alexandriam fere puerum perrexiſſe, ibique eum vidiſſe jam ſenem, ſed plane talem tantumque, qui arcem totius ſcientiæ condidiſſet.

XLV. Origenis excellentia.

Dies me citius defecerit, quam ea, quæ in illo viro præclara extiterunt vel ex minima ſaltem parte perſtringam; quæ tamen non ſolum ad religionis gloriam, ſed etiam ad tentationis magnitudinem pertinebant. Quotus enim quiſque tanti ingenii, tantæ doctrinæ, tantæ gratiæ virum a ſe facile deponeret; ac non potius illa uteretur ſententia, ſe cum Origene errare malle, quam cum

PAGIUS

ſebius lib. 7. cap. 1. ait: *Quo tempore* (Galli nempe Imperatoris) *Origenes ſeptuageſimo ætatis anno ex hac vita migravit.* Inde Valeſius in Notis ad eum locum, Origenem anno ducenteſimo quinquageſimo ſecundo mortuum deducit. Petavius in Animadverſionibus Epiphanianis hæreſi LXXXIV. vitam ejus producit uſque ad currentem Chriſti annum, vel inſequentem, quo Gallum & Voluſianum interfectos credit. Huetius lib. 1. Origenianorum cap. ultimo ſequenti pariter anno Origenem e vivis exceſſiſſe arbitratur. Verumenimvero, cum Gallum & Voluſianum currenti anno trucidatos, Origenemque anno centeſimo octogeſimo quarto in lucem prodiiſſe ex dictis conſtet, mortalitatem exuit Origenes prioribus currentis anni menſibus, paulo ante Galli & Voluſiani interitum, vixitque annos ſeptuaginta utrimque incompletos. Si enim ſeptuaginta anni, qui ei ab Euſebio tribuuntur, hoc modo numerentur, Gallique & Voluſiani cædes anno ſuo reddatur, omnis difficultas evaneſcet; ſin minus, ſuperari nullo modo poterit. Hieronymus in epiſtola ad Pammachium, quæ ordine LXV. eſt Origenem *Tyri* mortuum teſtatur, cujus ſepulcri veſtigia hodie ſupereſſe dicuntur.

PAGIUS XXIV. *Libri Origenis.*

Baron. n. XLIV.

Ad num. XLIV. Petrus Daniel Huetius Epiſcopus Abricatenſis, linguarum & Antiquitatis Eccleſiaſticæ peritia clariſſimus, libris tribus, quæcumque ad Origenis Vitam, ſcripta, erroreſque ſpectant, ſolide enucleavit, & quod diu a Viris doctis optatum fuerat, Opera ejus Græco-Latina Notis illuſtrata duobus tomis ab aliquot annis publicavit. Alii Origenis Tractatus, qui in variis Bibliothecis deliteſcebant, ſeorſim in lucem poſtmodum editi: libri *adverſus Celſum* & *Philocalia* a Spencero in Anglia cum aliquot Notis publicati; liber *de Exhortatione ad Martyrium*, cum Opuſculo *adverſus Marcionitas* falſo Origeni adſcripto, Baſileæ impreſſus, & in Anglia Opuſculum *de Oratione Dominica*; ita ut quæcumque Opera Græca Origenis ſuperſunt, typis mandata ſint.

Ad

cum aliis vera sentire? Et quid plura? eo res decidit, ut tantæ personæ, tanti doctoris, tanti prophetæ, non humana aliqua, sed (ut exitus docuit) nimium periculosa tentatio plurimos a fidei integritate deduceret. Quamobrem hic Origenes tantus, ac talis, dum gratia Dei insolentius abutitur; dum ingenio suo nimium indulget, sibique satis credit; cum parvipendit antiquam Christianæ religionis simplicitatem; dum se plus cunctis sapere præsumit; dum Ecclesiasticas traditiones & veterum magisteria contemnens, quædam scripturarum capitula novo more interpretatur; meruit ut de se quoque Ecclesiæ Dei diceretur: Si surrexit in medio tui propheta. Et paulo post: Non audies (inquit) verba prophetæ illius. Et item: Quia tentat vos, inquit, Dominus, utrum diligatis eum, an non. Vere non solum tentatio, sed etiam magna tentatio, deditam sibi atque a se pendentem Ecclesiam admiratione ingenii, scientiæ, eloquentiæ, conversationis & gratiæ, nihil de se suspicantem, nihil se verentem, subito a veteri religione in novam profanitatem sensim paulatimque traducere. Sed dicet aliquis, corruptos esse Origenis libros. Non resisto, quin potius & malo; nam id est a quibusdam & traditum & scriptum, non catholicis tantum, sed etiam hæreticis.

XLVI. Origenes multis causa ruinæ.

Sed illud est, quod nunc debemus advertere; etsi non ipsum, libros tamen sub nomine suo editos magnæ esse tentationi; qui multis blasphemiarum vulneribus scatentes, non ut alieni, sed quasi sui & leguntur, & amantur; ut etsi in errore concipiendo Origeni non fuit sensus, ad errorem tamen persuadendum Origenis auctoritas valere videatur: Hucusque Vincentius. Cujus de Origene sententiam, non ea tantum quæ ad suam usque ætatem (æqualis enim fuit Augustini) de magnorum virorum lapsu contigerunt, sed & quæ postmodum secuta sunt innumera Orthodoxorum funera ex Origenis lectione illata, vera esse, quamplurima experimenta probarunt. Invaluit penes antiquos de Origene illa quoque sententia a Cassiodoro (*a*) recitata, qua ait: *De Origene conclusive dictum est: Ubi bene, nemo melius: Ubi male, nemo pejus. Et ideo caute, sapienterque legendus est; ut sic inde succos saluberrimos assumamus, nec pariter ejus venena perfidiæ, vitæ nostræ contraria, sorbeamus. Cui & illud convenienter aptari potest, quod Virgilius, dum Ennium legeret, a quodam quid faceret inquisitus, respondit: Aurum ex stercore quæro.* Hæc Cassiodorus; qui (ut ibidem testatur) ejusdem Origenis opera (ne inter legendum quis incautus offenderet) crucis signo ✠ ea notavit loca, quæ lector prudens, ut pravæ doctrinæ foveam, sibi transilienda cognosceret.

(*a*) *Cassiod. de instit. divin. lect.*

Scimus a nonnullis duos constitui Origenes; quorum alter Adamantius, de quo est sermo, dictus sit; alter vero plane ignotus, ex quo Origenistæ Turpes sunt cognominati, quod sese Gnosticis turpissimis addixerint; hi enim, cum matrimonium damnarent, in omnium libidinum cœno velut sues volutabantur: horum meminerunt Epiphanius (*b*) & Augustinus (*c*). Qui autem sectati sunt Origenis Adamantii errores, Origenistæ simpliciter dicti sunt, adversus quos longa admodum & periculosa fuit Ecclesiæ concertatio; diutius enim hi perseverarunt, ac damnati sæpius revixerunt; de quibus opportuniori loco dicendum erit. Quod ad dublices Origenistas spectat; existimamus hæc quæ dicuntur de duobus Origenibus, esse commentum, nec nisi unum Adamantium extitisse aliquando Origenem. Qui vero alium effinxere; ideo feciss putamus, ut de Origene labes aspersas in illum egererent; vel quod Gnostici fortasse, pertæsi sui nominis tot sceleribus longo tempore infamati, ab Origene nomen sint mutuati; vel etiam qui Origenis errores sectati, in deterius prolapsi, etiam Gnosticorum sordibus sint infecti; & ad differentiam aliorum Origenistarum, Turpes a dogmate, non ab auctore, Origenistæ (quod verius existimamus) sint dicti. At hæc jam de Origene, cujus obitum hoc anno recensuimus, satis. Decuit plane ejusdem admonitione Vincentii, veluti sepulcrali titulo, sic tanti viri memoriam prosequi, ut ejusdem erudiamur exemplo, in Ecclesia Catholica illam regiam esse viam, quæ antiquarum traditionum recto deducta filo, & sanctorum Patrum noscitur esse impressa vestigiis; ex qua qui pedem efferat; ut alium aliquem, qui sibi visus est magnus, sequatur, patere casui ac certæ ruinæ se expositum, certo sciat.

XLVII. De duobus Origenibus opinio.

(*b*) *Epiph. hæres.* 63.

(*c*) *August. de hæres.* 43.

PAGIUS XXV. *An plures fuerint Origenes.*

Ad num. XLVII. Quemadmodum ex duplici Origene, Adamantio nempe, & Plotini discipulo, communis opinio unum confinxit, ut supra ostendimus; sic ex uno eodemque *Origene* duo facti, ut notavit Huetius lib. I. Origenian. cap. I. verum alterum, a quo orti sunt Origenistæ simpliciter dicti; alterum Origenistarum, qui *Fœdi* cognominati sunt, principem & antesignanum. Quod mirum a nonnullis affirmari, cum Epiphanius hæresi LXIII. & LXIV. id ignorare se testetur. Epiphanii verba parum sincere reddidit Augustinus lib. de Hæresibus cap. 42. Cum enim conceptis verbis nescire se professus fuisset Epiphanius, an ab Adamantio Origene, an ab alio impuri Origenistæ propagati sint, hæc ita reddidit Augustinus: *Origeniani a quodam Origene dicti sunt, non ab illo qui fere omnibus notus est, sed ab alio nescio quo, de quo vel sectatoribus ejus Epiphanius loquens*, &c. Atque ita duone extiterint Origenes, Origenistarum principes, addubitavit Epiphanius, temporum illorum proximus; asseverarunt Augustinus, Sophronius Hierosolymorum Episcopus in epistola ad Sergium, ut notat Photius codice 231. Joannes Damascenus lib. de Hæresibus; tresque denique finxit Origenes Auctor Prædestinati a Sirmondo publicatus. Qua de re plura Huetius laudatus, qui addit, Baronium acute perveſtigare, cur duplex Origenes efficius fuerit.

JESU CHRISTI ANNUS 257. LUCII PAP. ANNUS 2. GALLI & VOLUSIANI IMPP. ANNUS 4.

I. Ratio Imperii Valeriani.

QUi sequitur Christi annus ducentesimus quinquagesimus septimus, a Cassiodoro adscriptus est Fastis Consulatu Valeriani & Gallieni; ab aliis quoque eorundem Consulatus, post Maximi & collegæ, quem diximus, æque ponitur; licet ex Græcis Fastis Consulatus hic Valeriani cum Gallieno secundus ponatur. Porro cum ex antiquis inscriptionibus, IMP. GALLIENUS P. F. AUG. G. M. P. M. TR. P. III. COS. subnectitur ab auctore alia idem significans, atque mox hanc subdit: IMP. C. P. LICIN. GALLIENUS P. P. AUG. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. Hæc exscripsimus ex Adolphi commentario Numismatum Romanorum Impp. quem facta collatione cum nummis qui Romæ extant, fideliorem invenimus. Si igitur idem Gallieni primus Consulatus jungatur ejusdem tertiæ Tribunitiæ potestati, ex iis quæ dicta sunt, redditur manifestum, anno hoc eorumdem Valeriani & Gallieni numerari cœptum tertium Imperii; qui tamen ex iis quæ anno superiore notata sunt, quartus habetur Galli & Volusiani Imperatorum. Sed reddamus hic citatas a nobis inscriptiones:

Ann. Eccl. Tom. III.

Hæc exscripsimus ex Adolphi commentario Numismatum Romanorum Impp. quem facta collatione cum nummis qui Romæ extant, fideliorem invenimus. Si igitur primo Consulatu Gallieni, quem anno præsenti Consulares Fasti habent adscriptum, tertia potestas Tribunitia numeratur; & secundus ejus Consulatus, quem iidem

PAGIUS Anno Urbis 1007. Olymp. 258. an. 2. A. C. 254.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5747.

☉ 11. A. ☽ 8. P. 23. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 254. *secund. Baronium* 257.

STEPHANI PAPÆ 2.

VALERIANI ET GALLIENI IMPP. 2.

I. *Consules.*

[1] AD num. I. Coss. *P. Licinius Valerianus Aug. II.* & *P. Licinius Gallienus Aug.* Cum Valerianus anno sequenti iterum Consul processerit, non dubium, quin ad præsentem Consulatum a Gallo & Volusiano, antequam occiderentur, designatus fuerit, quemadmodum de secundo Consulatu ordinario tam Claudii, quam Hadriani suis locis ostendimus, & infra de primo Probi Imperatoris videbitur. Valerianus enim non solum jam suffectum Consulatum gesserat; sed etiam Censor ac Transalpinarum legionum Dux erat, quando Æmilianus Gallo & Volusiano adhuc viventibus Imperium usurpavit. Ex duobus itaque Consulatibus continentibus a Valeriano gestis secundus tantum ad secundam Consulatuum Cæsareorum regulam revocandus. *Gallieni* vero Consulatus juxta regulam tertiam sum-

NOTÆ [1] *Coss. P. Licinius Valerianus Aug. II. & P. Licinius Gallienus Aug.* Nummi Valeriani apud Banduriun tom. I. pag. 109. cum

TR. P. II. COS. II.

Lapis Gruterianus pag. CCLXXIV. Offonobæ in Lusitania:

IMP. CAES. P. LICINIO
VALERIANO. P. F. AUG.
PONT. MAX. P. P. TR. POT.
III. COS. RESP. OSSON. &c.

Sed hæc inscriptio pertinet ad A. D. 255. ut & nummus apud Bandurium, ut supra, pag. 109. Ibidem pag. 174. in nummis *P. Licinii Gallieni* cum

TR. P. COS.

& cum

TR. P. II. COS.

Gudiana inscriptio apud Relandum:

KAL. MAI. P. LICIN. GAL
LIENO. AUG. ET. IMP.
CAES. VALERIANO.
AUG. COS.

Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii laterculus: *Valeriano II. & Gallieno*

ponunt anno sequenti, quartam reddit: hic plane tertius, quartus vero ille annus est numerandus Imperii ejusdem una cum patre regnantis. Qui vero (ut dictum est) mox ut Valerianus & Gallienus creati ab exercitu sunt Imperatores, eorum annos numerare cæperunt; duos saltem annos Galli & Volusiani, quos diximus in hunc usque annum Imperium propagasse, prætermiserunt.

II. Lucii Papæ martyrium.

At vero antequam de ipsorum agamus interitu, de Lucii Papæ martyrio dicendum: ac in primis illud quomodo intelligendum est, quod dicitur, sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus Lucium martyrio coronatum: quem, cum adhuc Gallus & Volusianus imperarent, necatum fuisse, Eusebius in Chronico & in Historia (*a*) testatur. Sed qui de tempore indubitatam plane fidem facit, est Dionysius Episcopus Alexandrinus: qui cum his ipsis temporibus vixerit, ad rerum gestarum veritatem probandam instar omnium esse debet, immo quem unum cæteris prætermissis auscultare debeamus. Hic igitur absque aliqua ambiguitate testatur (*b*), Valerianum permultis ab exordio Imperii sui annis de Christianis optime meritum, nihil illis negotii facessivisse. Quamobrem nihil est quod ad Valeriani Imperium Lucii martyrium, quod furente persecutione, Cypriano auctore, factum esse constat, referre jure possimus: præsertim si Eusebio assentiamur dicenti (*c*) ipsum octo vix mensibus sedisse. Verum cum in libro de Romanis Pontificibus duæ a Lucio ordinationes factæ dicantur, in hunc usque annum propagatam fuisse illius sedem oportuit: quod & positi ibi Consules manifeste significant, cum sub hujus anni Consulibus Valeriano & Gallieno Lucius desiisse ponatur.

(*a*) *Euseb. lib. 7. cap. 2.*

(*b*) *Apud Euseb. lib. 7. c. 9.*

(*c*) *Euseb. in Chronic. & in hist. lib. 7. c. 2.*

III. Ratio persecutionis Valeriani.

Quod autem vel ibi, vel in Ecclesiasticis tabulis ipse in persecutione Valeriani dicatur consummasse martyrium, id ea ratione tam in ipso Lucio quam in aliis factum diximus, quod, licet aliquo temporis interstitio pax fuerit in Ecclesia, tamen legibus Decii & Valeriani Censuram agentis, & leges ferendi potestatem habentis, persecutio semel promulgata sic semper perseveravit in posterum, ut omnis illa reliquorum temporum persecutio Decii & Valeriani nomine diceretur: cum alioqui a secundo Consulatu Galli & Volusiani in publicis monumentis cœptos numerari annos Imperii Valeriani & Gallieni, satis perspicue sit superius demonstratum. Si quibus igitur placuit res gestas horum duorum annorum consignare annis Imperii Valeriani & Gallieni, haud convinci possunt errasse; cum plures extent, quas sequantur, antiquæ inscriptiones. Quod autem in nostris Notis ad Romanum Martyrologium negatum est, Lucium esse passum sub Volusiano: ex Annalibus errorem corrige; sicque semper cum videris discrepare ab iisdem Notis Annales, eas ex his emenda. Numquam hactenus concessum doleo ut easdem singulas recognoscerem, licet lucri cupidus Typographus eas ab auctore posuerit esse recognitas in pagina liminari.

IV.

Idem vero Lucius capite truncatus habetur tam in dicto libro de Romanis Pontificibus, quam etiam tabulis Ecclesiasticis, quarto Nonas Martii. De eodem hæc ibi leguntur: *Hic omnem potestatem Ecclesiæ dedit Archidiacono sub Stephano, dum ad passionem pergeret*: eidem quoque Stephano Cornelium Papam, antequam duceretur, omnia pariter bona Ecclesiæ tradidisse, ex eodem libro in Cornelio diximus. Sed & hæc rursum de Lucio: *Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros quatuor, diaconos quatuor, Episcopos per diversa loca septem; qui etiam sepultus est in cœmeterio Callisti, via Appia. Cessavit Episcopatus ejus dies triginta quinque*: Hæc ibi. Quod vero alius his ipsis temporibus ejusdem nominis reperiatur Episcopus nomine Lucius, ut in ea quæ ad Cyprianum (*d*) scripta habetur epistola, vel quæ ad Lucium Papam data perperam inscribitur in Cypriano (*e*): creditum fuit ab aliquo, Lucium illum fuisse Romanum Pontificem; sed de iis dicemus suo loco.

(*d*) *Apud Cypr. epist. 79.*

(*e*) *Cypr. epist. 77.*

V. De Cornelio atque Lucio Cypriani elogium.

Extat S. Cypriani (*f*) de Cornelii & Lucii Romanorum Pontificum scriptis decretis præclarum his verbis elogium: *Servandus est enim antecessorum nostrorum beatorum martyrum Cornelii & Lucii honor glorioſus; quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu frater charissime, honorificare & servare gravitate & auctoritate tua debes, qui vicarius & successor eorum factus es. Illi enim pleni Spiritu Dei; & in glorioso martyrio constituti, dandam esse lapsis pacem censuerunt; & pœnitentia acta fructum*

(*f*) *Cypr. epist. 67.*

ctum communicationis & pacis negandum non esse, litteris suis signaverunt; quam rem omnes omnino ubique censuimus; neque enim poterat esse apud nos sensus diversus, in quibus unus esset Spiritus: Hæc Cyprianus. Sed & illud a Lucio statutum habet liber de Romanis Pontificibus; ut duo presbyteri & tres diaconi in omni loco Episcopum assectarentur, nec defererent propter testimonium (ut ait) Ecclesiæ. Calumniæ enim in Cornelium a Novatiano confictæ, hujus sanciendi decreti causam dedisse putantur. Alia præter hæc apud Gratianum decreta Lucii alibi (*a*) in unum simul collecta habentur.

(*a*) *Tomo primo Concil. sub Lucio.*

VI. Stephanus Papa.

Lucio igitur martyrio coronato, post dies triginta quinque, nempe nona die Aprilis, Stephanus patria Romanus creatus est Pontifex; quot vero annis sederit, dicemus inferius. Quod vero ad Gallum atque Volusianum Imperatores spectat; quam divinam ultionem fuso Christiano sanguine antea provocarunt, patrata nuper nece Lucii Papæ, vehementiorem in se concitando accelerarunt. Siquidem rebellantes milites, & Æmiliano faventes, eosdem Imperatores adversus Æmilianum proficiscentes, apud Interamnam occiderunt; iidem tamen haud passi sunt Æmilianum ultra menses quatuor imperare, sed eum etiam necaverunt. Valerianus vero, quem ex antiquioribus monumentis testati sumus jam anno secundo Galli & Volusiani acclamatum fuisse ab Alpino exercitu Imperatorem, ipsumque mox sibi filium adscivisse collegam; una cum eodem, hoc ipso anno, integro atque secuto est potitus Imperio, quos ex Tribunitia potestate hoc eorum Consulatu (ut vidimus) tertio repetita, hoc pariter anno tertium auspicatos esse annum Imperii, satis aperte noscitur; nosque eodem ordine numerabimus.

Gallus & Volusianus occisi.

Licinii Valeriani Aug. & Gallieni Imp.

VII.

Quam vero decipiantur, qui existimant Valerianum, simulac administrandum suscepit Imperium, Christianos persequi aggressum esse, Dionysius (*b*) Alexandrinus Episcopus suorum temporum scriptor accuratissimus, his verbis declarat in epistola quam scripsit ad Hermammonem: *Joanni simili ratione per revelationem de Valeriano significatum est; ait* (*c*) *enim: Datum est ei os magna, & blasphema loquens; & data est ei potestas faciendi per menses quadraginta duos. Cum ista utraque in Valeriano videre completa, tum ejus vitæ rationem, antequam ita animo affectus erat, ut a Joannis revelatione didicimus, considerare, non parum sane habet admirationis. Nam quamdiu mansueto animo & benigno erga sanctos Dei homines affectus erat, nemo Imperatorum qui eum anteiverat, tantam benevolentiam & comitatem adversus illos declaravit; immo vero ne illi quidem qui Christiani erant, eoque nomine palam appellati, ita hos sunt amplexati, ut ille: qui quidem initio Imperii sui quam familiarissime & amicissime, idque in oculis omnium, eosdem excepit, & tota domus ejus piis hominibus complebatur, eratque plane Dei Ecclesia.*

(*b*) *Apud Euseb. lib. 7. c. 9.*

(*c*) *Apoc. 13.*

Valerianus favet Christianis.

VIII. De Mago infenso Christiano nomini.

Verum doctor quidam & princeps magorum Ægypti illum tandem perdito consilio depravavit; & non impulit solum ut homines culpa vacuos ac sanctos Dei, utpote scelestorum ac execrabilium incantamentorum adversarios & oppugnatores (satis namque virium ac potentiæ præsentia, aspectu, spiritu, & voce solum ad detestabilium dæmonum insidias dissipandas & habent, & semper habuerunt) acerbe persequeretur, necique traderet: verum etiam ut impuras cærimonias obiret, profanas exerceret præstigias, execranda mysteria exequeretur, mactaret pueros miseros, prolem infelicium parentum exsacrificaret, tenera infantium dissecaret viscera, Dei denique creaturas discinderet discerperetque, vehementer cohortatus est, perinde ac si eo pacto res omnes prospere ac feliciter succederent: Hæc summatim Dionysius de rebus gestis Valeriani; quibus plane significatur persecutionem sub ipso cœptam esse tribus annis ac sex mensibus, antequam a Persis caperetur. Nam cum dicat eum ad instar Antichristi persecutum esse Ecclesiam Dei mensibus quadr agintaduobus; constetque persecutione durante, imperare desiisse; jam perspicuum redditur, non ante dictum tempus Christianos persequi aggressum esse; sicque ferme biennio Dei Ecclesiam quievisse.

Reddita igitur (ut dictum est) post necem Galli & Volusiani Ecclesiæ pace, S. Cyprianus more suo invigilans saluti Fidelium; cum, quos violenta persecu-

IX. Hæresis Aquariorum.

tio reliquisset illæsos, dolosa hæresis captivos abriperet; & inter alios scisset quosdam errore inductos, in sacrificio aquam tantum offerre absque commixtione aliqua vini, studuit emendare. Consentiens erat hæc hæresis ac plane connivens Encratitis (a), qui aqua tantum utebantur in sacrificio, sicut hi, qui explosо vino aquam tantum adhibendam esse jactabant; quos tamen ignorantiæ, vel simplicitatis nomine Cyprianus excusat, cum longiori tractatione ejusmodi errorem confutat ad Cæcilium scribens (b); qua quidem de sacratissimo a Christo relicto in Ecclesia sacrificio Missæ ab Apostolis frequentato, & in omnibus Catholici orbis Ecclesiis ad sua tempora ex majorum traditione inviolabiliter custodito, multa atque præclara ingerit, quibus, non illorum tantum hæresis tolleretur; sed omnes quæ adversus sacramentum sanctissimæ Eucharistiæ & offerri solitum incruentum pariter sacrificium, e portis inferorum emergentes hæreses insurrexissent, penitus auferrentur. Ex quibus saris sit unam illam Cypriani hic referre sententiam (c) qua de Missæ sacrificio hæc dicit:

(a) Epiph. hæres. 46.

(b) Cypr. epist. 63.

(c) Cypr. epist. 63.

X. Missæ Sacrificium.

Si Jesus Christus Dominus & Deus noster ipse est summus sacerdos Dei Patris & sacrificium Patri se ipsum primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit; utique ille sacerdos vice Christi vere fungitur, qui id, quod Christus fecit, imitatur; & sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum videat obtulisse: Hæc Cyprianus, germane intelligens quod Christus Apostolis dixerat: *Hoc* (d) *facite in meam commemorationem*; eis tunc idem sacrificium offerendi tradidisse potestatem. At non in his immorandum, cum prolixior de eadem veritate tractatio habita sit, cum de Ecclesiasticis traditionibus actum est tomo primo Annalium; sed & quod illud, *facere*, idem sit quod *offerre*, in nostris quoque Notis ad Romanum Martyrologium satis reddidimus exploratum. Sed unde provenerit ejusmodi erroris occasio, ex ejusdem Cypriani epistola patefacimus.

(d) Luc. 22. 1. Cor. Cor. 11.

Quod enim persecutione urgente, summo mane, seu potius nocturno tempore convenientes secreto ad sacram Synaxim atque Eucharistiam, Christi sanguinem in vini specie bibentes, ex vini odore possent detegi Christiani, loco vini aquam offerre consultius existimarunt; ne odore vini, veluti quodam Christianitatis indicio, palam fierent. Quod quidem ut indignum nimis homine Christiano Cyprianus exprobrans, sic ait: *Cæterum omnis religionis & veritatis disciplina subvertitur, nisi id quod spiritualiter præcipitur, fideliter reservetur; nisi si in sacrificiis matutinis hoc quis veretur, ne per saporem vini redoleat sanguinem Christi. Sic ergo incipit & a passione Christi in persecutionibus fraternitas retardari, dum in oblationibus discit de sanguine ejus & cruore confundi. Porro autem Dominus in Evangelio* (e) *dicit: Qui confusus me fuerit, confundet eum filius hominis. Et Apostolus* (f) *loquitur, dicens; Si hominibus placerem, Christi servus non essem. Quomodo autem possumus propter Christum sanguinem fundere, qui sanguinem Christi erubescimus bibere?* Quod vero ii cum sero offerrent, quod eo tempore non possent Ethnici ex vini odore de Christiano homine conjecturam facere, tunc iidem mixta aqua vinum in sacrificio adhiberent; hisce plane monstrat, duplicem fuisse apud eos oblationem, matutinam scilicet, & vespertinam: hæcque in nonnullis Ecclesiis usu retenta, ut in die Cœnæ Domini vespere sacras Missas agerent, alibi pluribus demonstravimus.

XI. Causa offerendi tantum aquam.

(e) Matth. 10.

(f) Galat. 1.

Porro quod alias semper factum est, ut, persecutione cessante, ad componendam quassatam Ecclesiam Episcopi convenirent (quod a Cypriano potissimum factitatum sæpius reperitur) hoc quoque tempore eumdem Cyprianum cum suis collegis ex more habuisse Concilium, ex multis colligi potest. In ejusmodi quidem Conciliis non tantum quæ ad rectam fidem & Catholicam unitatem spectarent, tractare solebant; sed & quæ ad bonos mores instituendos, collapsamque Ecclesiasticam disciplinam restituendam pertinere viderentur. Perlatæ sunt igitur tunc inter alia ad Synodum litteræ Rogatiani Episcopi, de-

XII. Concilium Africanum.

PAGIUS Dominico se Ethnicis profituros Christianos, & argumentum illud a persecutione deductum ibidem Cyprianus retorquet. Quare ea epistola anno præcedenti, antequam Valerianus imperaret, durante adhuc persecutione, scripta. Porro non hæc epistola *Aquarios* confutat Cyprianus, ut existimat Baronius, quorum error in hoc maxime versabatur, quod vinum quasi rem profanam & abominandam averfarentur, ut ait Epiphanius; sed aliquos, qui vel ex ignorantia aut simplicitate delinquebant, ut ait Cyprianus, vel qui hoc non semper faciebant, ut Aquarii, sed in matutinis sacrificiis tantum, ut Aquarii, sed in matutinis sacrificiis tantum, neque in illis semper, sed persecutionis tempore.

Ad num. XII. & seqq. Nullum hoc anno a S. Cypriano Concilium in Africa celebratum videtur. Nam epistola tertia, Pamelio LXV. & epistola prima, Pamelio LXVI. quibus innititur Baronius, anno CCXLIX. initio Episcopatus Cypriani scripta. Itaque in epistola, quæ modo prima est ad Clerum & plebem *Furnitanorum* de Victore, qui *Faustinum* Presbyterum tutorem nominavit, tempore, quod persecutionem præcessit, data, ut Cyprianus lib. de Lapsis exprimit & describit: *Quando Episcopi plurimi, quos & hortamento esse oportet ceteris & exemplo; Divina procuratione contempta, procuratores rerum se-*

V. Concilium Africanum fictitium.

de diacono suo protervo expostulantis, a quo fuerat conviciis impetitus. Quid vero ad eum rescripserit sancta Synodus, redditæ a Cypriano (a) ad eum nomine omnium litteræ produnt, nimirum ut in eum (ut par erat) animadverteret, vel abstinendo, vel penitus deponendo. Quam vero sit periculosa in subditis clericis contumacia, ex qua in hæresim facile prolabantur, eædem ibi docent his verbis: *Hæc sunt enim initia hæreticorum, & ortus atque conatus schismaticorum male cogitantium, ut sibi placeant, ut præpositum superbo tumore contemnant. Sic de Ecclesia receditur, sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atque unitatem Dei rebellatur. Quod si ultra te contumeliis suis exacerbaverit, & provocaverit; fungeris circa eum potestate honoris tui, ut eum vel deponas, vel abstineas*: Hæc Synodus decrevit; quæ & de admissis eum pœnitentiam agere, & Episcopo voluit satisfacere.

(a) Cypr. epist. 65.

XIII. A tutelarum munere procul clerici.

Memorabilis illa quoque ad sanctum Concilium perlata querela est, quod moriens Christianus homo presbyterum filiis suis tutorem ex testamento nominasset. Quam acriter autem Synodus ulta sit talem facinus perinde ac impium & detestabile, scriptæ ex eadem a Cypriano (b) litteræ testantur, quibus res quoque gesta his verbis exprimitur: *Graviter commoti sumus ego & collegæ mei qui præsentes aderant, & compresbyteri nostri qui nobis assidebant, fratres carissimi, cum cognovissemus quod Geminius Victor frater noster de sæculo excedens, Geminum Faustinum presbyterum tutorem testamento suo nominaverit; cum jampridem in Concilio Episcoporum statutum sit, ne quis de clericis & Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo constituat; quando singuli divino sacerdotio honorati, & in clerico ministerio constituti, omnibus altari & sacrificiis deservire, & precibus atque orationibus vacare debeant.* Et inferius de bene instituto Clero hæc subdit: *Quæ nunc ratio & forma in Clero tenetur, ut qui in Ecclesia Domini ordinatione clerica promoventur, in nullo ab administratione divina avocentur, nec molestiis & negotiis sæcularibus alligentur; sed in honore Sportulantum fratrum, tamquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificiis non recedant, sed die ac nocte cœlestibus rebus & spiritualibus serviant*: Hæc ille.

(b) Cypr. epist. 66.

XIV. Decretum Synodi.

Ne igitur aliquis ex Fidelibus id amplius tentare præsumeret, eidem S. Synodo placuit ejusmodi delictum graviori censura percelli, delinquentemque severissime olim decretæ subjici pœnæ, quam refert idem Cyprianus, sic dicens: *Quod Episcopi antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter providentes, censuerunt, ne quis frater excedens, ad tuteiam vel curam clericum nominaret; ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur; neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes, & ministros voluit avocare. Et ideo Victor cum contra formam nuper in Concilio a sacerdotibus datam, Geminium Faustinum presbyterum, ausus sit tutorem constituere; non est quod pro dormitione ejus apud nos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in Ecclesia frequentetur; ut sacerdotum decretum religiose, & necessario factum servetur a vobis; simul & cæteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes & ministros Dei, altari ejus & Ecclesiæ vacantes, ad sæculares molestias devocet*: Hucusque decretum Synodi.

XV. Ecclesiastica libertas immunis a civilibus oneribus.

Ex iis sane complura antiquitatis Ecclesiasticæ monumenta, nec obiter præterenda, consideranda se offerunt; nempe exstipendiis Ecclesiæ solitos vivere clericos, quos ea de causa Sportulantes appellat. Rursus illud, eos excommunicasse defunctum, quem viventem jam vinxisset delictum. Itemque illud, peculiare fuisse pro defunctis offerre Deo sacrificium, eorumque nomina apud altare nominari solere. Sed illud plane consideratione ac observatione dignissimum, Episcopos nullam habuisse rationem quarumcumque legum civilium, quæ aliqua ex parte officere & impedimento esse viderentur Ecclesiasticis functionibus; quin eas contrariis legibus editis irritas prorsus rederent, ac penitus abolerent. Publica namque hæc cura erat, immo (ut Severus Augustus (c) testatur) Imperatoris præcipua, ut haberent pupilli tutores; a quo quidem munere non ipsam Senatoriam dignitatem, & nec a tutela eorum qui inferioris ordinis essent, excusare, M. Aurelius

(c) l. 3. ff. qui petunt tutores.

PAGIUS *seculi fierent*. Nec refert, quod Cyprianus de sacra Synodo loquatur, quia eam *Collega, qui præsentes aderant*, apud Cyprianum semper facere non solent. Propter eandem rationem epistola, quæ nunc tertia ordine est, ad *Rogatianum* Episcopum de superbo sive contumelioso Diacono, qui eum contumeliis & injuriis suis exacerbaverat, eodem tempore ac præcedens scripta. Quæ contra hanc sententiam dici possent, soluta a Pearsonio in Annalibus Cyprianicis anno CCXLIX. num. IX. & a Fello in Notis ad epistolam primam Cypriani [1].

NOTÆ [1] QUæ de Actis Smyrnensibus a Baronio produntur, expendit Norisius in Epochis Syro-Maced. pag. 26.

relius (*a*) & Commodus rescripserunt, non Ædilitatem (*b*); non collegia (*c*): nec diversam religionem liberare: ac proinde (quod Modestinus (*d*) testatur) Judæi non Judæorum etiam cogerentur administrare tutelam; immo nec qui immunitatem nacti essent civilium ac publicorum munerum, a tutela excusari (*e*) possent; nec denique eximi a gentilium suorum tutela, quibus etiam ex Senatusconsultis, & constitutionibus Principum immunitas a tutela concessa esset, respondit Callistratus (*f*) ex Antonini Pii rescripto.

XVI. His licet tot legibus pupillis prospicientibus Episcopi nihilominus in Concilio semel atque iterum his adversantem legem statuunt (quam & maxima omnium, quæ apud eos esset, pœna apposita muniunt) ne clerici a Christianis tutores nominarentur in testamento, quo ad subeundum tutelæ munus a Præsidibus cogi possent

(*a*) *l. spadonem ff. de excus. tut.*
(*b*) *l. non tantum. §. is qui ædil.*
(*c*) *ead. l. §. non omnia.*
(*d*) *l. spadonem. ff. de excus. tut.*
(*e*) *ead. l. §. qui accepit.*
(*f*) *l. non tantum. §. Ilienſibus ff. eod.*

Quamvis igitur ejusmodi decretis & editis sanctionibus facile esset, Gentiles magistratus & ipsos Principes alioqui Christianis semper infestos, in Ecclesiam concitari, & ad conflandam persecutionem leves eorum animos permoveri; sanctissimi tamen Episcopi, nullam horum rationem habentes, sacras leges edere non prætermiserunt, quas Ecclesiasticæ libertati viderent fore proficuas: pro quorum quoque viridi ac suo robore perstante observatione (ut vidimus) communi studio solertius invigilarunt. Faverunt postea Christiani Imperatores (*g*) ejusmodi Episcoporum decreto, sancientes ne clerici vel monachi ad tutelam suscipiendam compelli possent. Sacrosanctum vero Concilium Chalcedonense (*h*) a legitima tutela & dativa, quæ ab Episcopo imperata esset, noluit clericos excusari. Sed de rebus gestis in Synodo hactenus.

Episcopi edunt leges Civilibus adversarias.

(*g*) *l. generaliter sancimus. C. de Epiſc. & cler.*
(*h*) *Concil. Chal. c.3.*

JESU CHRISTI ANNUS 258. STEPHANI PAP. ANNUS 2. VALER. & GALLIENI IMPP. ANNUS 4.

I. SEquenti anno Domini ducentesimo quinquagesimooctavo, Valerianus tertium, & Gallienus secundum Consulatum gessit. Reperitur (ut dictum est anno superiori) hujusmodi Consulatus Gallieni una cum Tribunitia potestate ejusdem quarto jam repetita his verbis (*i*): IMP. C. P. LICIN. GALLIENUS. P. F. AUG. TR. P. IIII. COS. II. P. P. qua ratione, atque aliis superius adductis, hunc annum quartum numeramus Imperii Valeriani & Gallieni; quo schismaticorum prœlia adversus Ecclesiam concitata, sed persecutione urgente paululum intermissa, acriori sunt impetu renovata. Erant horum (ut demonstratum est) contrariæ factiones, quæ tamen ad oppugnandam Ecclesiam unanimes conspirabant; illorum nempe, qui post lapsum, nulla exomologesi facta, in Ecclesiam irruentes, ab ea recipi absque ullo gradus & honoris dispendio, temerario ausu contendebant; quorum dux in Africa Felicissimus erat. Sicut & tunc accidit in Hispania, ut Basilides & Martialis, quorum alter Legionensis, alter vero Asturiensis Ecclesiæ Episcopus erat, amboque libellatici lapsi, non solum in Ecclesiam recipi, sed & in ea, ut prius, præsidere satagerent. Sed his obnitentes Fideles, loco ipsorum substituendos curarunt Episcopos Sabinum atque Felicem. Aliorum vero schismaticorum, quorum princeps Novatianus Romæ fuerat, pertinax erat illa sententia & dura severitas, ut lapsis quantumlibet pœnitentibus occlusa semper remaneret Ecclesia, totaque illorum causa esset de judicio reservanda: Harum vero sectarum assecla longe

(*i*) *Apud Adolphum lib. Antiq. Imp. Numiſ.*

Contrariæ schismaticorum factiones.

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 1008. Olym. 258. an. 3. A. C. 255.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5748.

☉ 12. G. ☽ 9. P. 8. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 255. *secund. Baronium* 258.

STEPHANI PAPÆ 3.

VALERIANI ET GALLIENI IMPP. 3.

I. Consules.

[1] AD num. I. Coss. *P. Licinius Valerianus Aug. III. & P. Licinius Gallienus Aug. II.* ut libellus de Præfectis Urbi, Idacius in Chronico Consulari, aliique habent. Sumtus hic ab utroque Consulatus juxta priorem Consulatuum Cæsareorum regulam, ut anno præcedenti explicavimus. A num.

NOTÆ [1] *Coss. P. Licinius Valerianus Aug. III. & P. Licinius Gallienus Aug. II.* Nummus *Valeriani* apud Bandurium pag. 109. tom. I. cum TRIB. POT. III. COS. III. & cum TRIB. POT. IIII. COS. III. Ibid. pag. 174. in nummis *Gallieni* cum

TR. POT. IIII. COS. II.

Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii fragmenta: *Valeriano III. & Gallieno II.*

ge lateque vagantes, ubicumque essent, negotium facessebant Catholicæ communionis Fidelibus.

II. Causa Basilidis & Martialis. At quænam fuerit causa Basilidis Episcopi, ex Cypriani epistola ad Hispanos scripta accipienda est. Hic libelli labe primo conspersus, alia facinora superaddidit; de quibus hæc Cyprianus (*a*): *Basilides adhuc insuper præter libelli maculam, cum in infirmitate decumberet, in Deum blasphemaverit, & se blasphemasse confessus sit; & Episcopatum pro conscientiæ suæ vulnere sponte deponens, ad agendam pœnitentiam conversus sit, Deum deprecans, & satis gratulans si sibi vel laico communicare contingeret*: Bene hucusque Basilides, qui lapsus se in pœnitentium classem conjecit, laicam exoptans communionem, quod pii cæteri facerent. At quid postea? Cum videret in sedem suam subrogatum fuisse Sabinum; livore tabescens, quod jure non posset, dolis atque fallaciis explere conatus est; quippe qui ad Apostolicam sedem Romam se contulit, seque injuste sede privatum conquerens, ut in Episcopatum restitueretur, Stephanum Romanum Episcopum multis mendaciis interpellat; quod Cyprianus eadem epistola docet his verbis post recensitam ordinationem Sabini legitime factam:

(*a*) *Cypr. epiſt. 68.*

III. Vetus usus appellandi ad Rom. Pont. *Nec rescindere ordinationem jure perfectam potest, quod Basilides post crimina sua detecta, & conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longe positum, & gestæ rei, & tacitæ veritatis ignarum fefellit; ut exambiret reponi in Episcopatu, de quo fuerat juste depositus. Hæc eo pertinent, ut Basilidis non tam abolita sint, quam cumulata delicta, ut ad superiora peccata ejus etiam fallaciæ & circumventionis crimen accesserit. Neque enim tam culpandus est ille, cui negligenter obreptum est; quam hic accusandus, qui fraudulenter obrepsit*: Hæc Cyprianus, nihil summi Sacerdotis detrahens potestati, Episcoporum causas judicantis, & quæ ab aliis Episcopis facta essent destruentis ac penitus irritantis; sed tantum de obreptione facta, non tam in ipsum, quam in Basilidem jure quidem expostulans. Videas hoc exemplo antiquissimum usum Ecclesiæ, ex remotissimis Orbis partibus Episcopos, qui aliquid injusti a collegis passos esse prætexerent, provocare solere ad Romanum Pontificem, tamquam primarium Ecclesiæ universalis Antistitem.

IV. De Martiale autem, quod Apostolicam sedem adierit, nihil habetur expressum: de cujus causæ meritis idem Cyprianus scribit; & cum eum nefando idololatriæ libello infamatum dixit, hæc addit: *Martialis quoque præter Gentilium turpia & lutulenta convivia & collegia diu frequentata, & filios in eodem collegio, exterarum gentium more, apud profana sepulcra dopositos, & alienigenis consepultos; Actis etiam publice habitis apud Procuratorem Ducenarium obtemperasse se idololatriæ, & Christum negasse, contestatus sit, &c.* Hæc de Martialis causa Cyprianus. In quo (quod ad pristinos Ecclesiæ mores pertinet) illud est observandum, inter alia crimini datum Martiali, quod filios in profanis sepulcris Gentilium sepeliisset: quibus plane significatur, Christianos a Gentilibus sepulcra discreta habere solitos, nefasque fuisse se illis post obitum commiscere, a quibus viventes abhorruissent: quæ obsignasse voluimus ob aliquos leviter nimis dicentes, in Urbis cœmeteriis una cum Christianis Gentiles quoque sepeliri consueviſſe; nam immane scelus id (ut vidimus) esse censebatur.

Sepulturæ gentilium discretæ a Christianis.

V. Cum igitur hunc in modum Basilidis & Martialis causa se haberet; haud putandum Episcopos Hispaniæ, qui hos deposuerant, & alios Episcopali judicio subrogaverant, aut Ecclesias, quæ hos susceperant, quieviſſe; sed apud Stephanum Romanum Pontificem causam audentius esse prosecutos, atque hæc eadem sancto Cypriano Episcopo Carthaginensi innotescere voluisse. Etenim suffectos in lapsorum locum Episcopos Sabinum ac Felicem miserunt, quibus litteras ad Cypria-

Cyprianus sequester apud Rom. Pont.

num dederunt; his quoque & suas privatas in eadem causa scriptas addidit S. Felix Cæsarauguſtanus Episcopus; de quo hæc præclare idem S. Cyprianus: *Felix de Cæsarauguſta fidei cultor, & defensor veritatis*, &c. Verisimili quidem & vehementi ducimur conjectura, ut existimemus hos electos in Africam missos fuisse Episcopos, ut sic Cypriani quoque suffragio sua ipsorum electione probata, inde tum ipsius, tum aliorum ipsius collegarum litteris pariter communiti, Romam ad refellenda Basilidis mendacia adnavigarent, sedisque Apostolicæ auctoritate comprimerent contumaces, qui Hispaniæ Episcopos contempsissent. Quæ autem hæc secuta sint, nulla prorsus memoria, scriptorum jactura remansit.

Concilium Africanum in causa Basilidis & Martialis.

VI. His acceptis litteris ab Hispanis Sabino atque Felice legatis Episcopis: placuit Cypriano colligere collegas Antistites, & in sacro eorum consessu scriptas ab

PAGIUS II. *Epistola Cypriani de Basilide & Martiale Hispanis Ep.*

A num. II. ad VIII. Epistola Cypriani LXVII. quæ Pamelio est LXVIII. quæque continet responsum Synodicum Ecclesiæ Africanæ ad Episcopos Hispanos in causa Basilidis & Martialis Episcoporum, in nova editione Operum S. Cypriani a Joanne Fello curata, collocatur anno Christi CCLIV. sed nulla allata ratione, quæ id innuat. A num.

ab Episcopis Hispaniæ ad eos litteras recitari, ab iisdemque legatis suam ipsorum prosequentibus causam cuncta narrari. Quibus auditis & cognitis, Cyprianus omnium collegarum nomine ad Legionensem & Asturiensem Ecclesias, quarum illi erant Episcopi, & ex quibus litteras acceperant, de his quæ Synodo placuissent, litteras reddidit (a), quarum est exordium:

(a) Cypr. epist.68.

VII. Episcopi lapsi non restituendi ad honores.

Cum in unum convenissemus, legimus litteras vestras, fratres dilectissimi, quas ad nos per Felicem & Sabinum Episcopos nostros, pro fidei vestræ integritate, & pro Dei timore fecistis; significantes Basilidem & Martialem libellis idololatriæ commaculatos, & nefandorum facinorum conscientia vinctos, Episcopatum gerere, & sacerdotium Dei administrare non oportere. Et desideraſtis rescribi ad hæc vobis, & justam pariter ac necessariam solicitudinem vestram, vel solatio, vel auxilio nostræ sententiæ sublevari. Ac demum post alia, quæ sit sua ac collegarum, immo & totius Catholici orbis Episcoporum sententia, quidve de eadem re antea Cornelius Papa decreverit, his verbis significat:

Frustra tales Episcopatum sibi usurpare conantur; cum manifestum sit, ejusmodi homines nec Ecclesiæ Christi posse præsse, nec Deo sacrificia offerre debere; maxime cum sampridem nobiscum, & cum omnibus omnino Episcopis in toto mundo constitutis, etiam Cornelius collega noster, sacerdos pacificus ac justus, & martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreverit ejusmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem Cleri atque sacerdotali honore prohiberi: Hæc Synodus Africana; quæ non nunc primum, sed ante sæpius cum Cypriano, ad Felicissimi ac sociorum conatus claustra Ecclesiæ effringentium, & omnem Ecclesiasticam disciplinam proculcantium, comprimendos, sedulo laboravit.

VIII. De Marciano episcopo Arelatensi.

At nec quievit (ut dictum est) his opposita hæresis Novatiani, quæ longe lateque progressa, in Galliis quoque magnas conflavit discordias; siquidem patrocinio Marciani Episcopi Arelatensis, qui magnopere Novatiano studebat, multos in errorem induxit. Quod videntes Galliarum Episcopi, ac præcipue Lugdunensis Ecclesiæ Faustinus Antistes, ad Romanum Pontificem Stephanum adversus eum scripserunt epistolam; dederuntque ejusdem argumenti alias litteras ad Cyprianum quem scirent adversus Novatianos impigre la-

Marcianus studet sectæ Novatianæ.

PAGIUS III. *Epistola Cypriani de causa Marciani Episc. Arelatensis.*

Ann. Eccl. Tom. III.

laboraſſe, ac ubique locorum scriptis suis eosdem hæreticos profligasse. His permotus litteris Cyprianus; quod nosset, deponere Metropolitanum Episcopum, juris esse principis omnium Episcoporum Romani Pontificis; mox ad Stephanum, qui his temporibus Romanæ Ecclesiæ præerat Antistes, litteras dedit adversus eumdem Marcianum Arelatensem Episcopum, rogans eum, ut in Galliis consistenti Ecclesiæ consulens, illum deponat, & alium Catholicæ communionis Præsulem in locum ejus subrogandum procuret. Extant ejusmodi Cypriani ad Stephanum Papam scriptæ litteræ (a), quarum hoc est exordium: *Faustinus collega noster Lugduni consistens, frater carissime, semel atque iterum mihi scripsit, significans eaque etiam vobis scio utique nunciata, tam ab eo, quam a cæteris Coepiscopis nostris in eadem provincia constitutis, quod Marcianus Arelate consistens, Novatiano se conjunxerit, & a Catholicæ Ecclesiæ veritate, atque a corporis nostri & sacerdotii consensione discesserit, tenens hæreticæ præsumptionis durissimam pravitatem, ut servis Dei pœnitentibus & dolentibus, & ad Ecclesiam lacrymis & gemitu & dolore pul-*

(a) Cypr. ep.67

santibus, *divinæ pietatis & lenitatis paterna solatia & subsidia claudantur; nec ad fovenda vulnera admittantur vulnerati, sed sine spe pacis & communicationis relicti, ad luporum rapinam & prædam diaboli projiciantur:* Hæc de impietate Marciani, Novatiani hæresim propagantis, ad Stephanum Papam Cyprianus.

IX.

Ut autem Arelatensi Ecclesiæ, ab hujusmodi schismatico atque hæretico homine eam dissipante, remedio opportuno prospiciat, idem Cyprianus Stephanum monet his verbis: *Cui rei nostrum est consulere & subvenire, frater carissime, qui divinam clementiam cogitantes, & gubernandæ Ecclesiæ libram tenentes, sic censuram vigoris peccatoribus exhibemus, ut tamen lapsis erigendis, & curandis vulneratis, bonitatis & misericordiæ divinæ medicinam non denegemus.* Hanc quidem curam imminere omnibus sacerdotibus cum dicat Cyprianus, postea quod proprium est Romani Episcopi, & non aliorum, ab eo implorat auxilium, & requirit officium, dicens: *Quapropter facere te oportet plenissimas litteras ad Coepiscopos nostros in Galliis constitutos, ne ultra Marcianum pervicacem & superbum, & divinæ pietatis*

Auctoritas Romani Pontificis.

G

PAGIUS *S. Trophimus Decio Imperante in Galliis non missus.*

Trophimum a Pontifice Romano Episcopum factum, & Decio ac Grato Coss. anno nempe CCL. Arelatem missum, primum ejus Sedis Antistitem fuisse. Quamobrem quis ferre possit, epistolam S. Cypriano attribui, quæ tradit, Marcianum quendam, cujus nomen in Historia alibi inauditum, Decio imperante, Arelates Antistitem sedisse, Novatiano Antipapæ adhærentem; multos ab eo Christianos ad Novatiani schisma adductos esse; multos etiam Catholicos ei minime consensisse? Sed hæc objectio non multum roboris habet, cum una Gregorii Turonensis auctoritate nitatur, aliaque extet celebrior traditio, quæ *Trophimum* Apostolorum ætate Roma Arelatum missum docet. Ex qua saltem intelligitur, traditionem alteram de adventu Trophimi, Decio & Grato Coss. haud esse satis firmam.

VI. *Ante Marcum Aurelium martyria in Gallis visa.*

Duo quidem afferuntur pro tuenda Gregorii auctoritate testimonia, primum Sulpitii Severi, secundum Auctoris Passionis Saturnini: sed neutrum id quod intendit Launoius, præstat. Sulpitii testimonium his verbis continetur: *Sub Antonini filio perfecutio quinta agitata; ac tum primum intra Gallias martyria visa, serius trans Alpes Dei Religione susceptæ.* Verum, cum Sulpitius in Historia quarti seculi Ecclesiæ, quo vixit, sæpius erraverit, ut suo loco videbimus, cum in antiquiori nunquam hallucinatum, nullus, ut puto, sibi facile persuaserit. Sulpitius itaque, qui Eusebii Historiam in compendium redigebat; cum videret in Historia Eusebiana, ante Imperium Marci Aurelii, Fidei in Galliis annuntiatæ mentionem non fieri, quemadmodum nec aliquorum Martyrum in ea regione ante Irenæum passorum, credidit tum primum intra Gallias martyria visa esse, & serius Religionem Christianam trans Alpes susceptam, cum in Historia Ecclesiastica Eusebii, quæ Sulpitii Severi seculo tantum non adorabatur, nullum ejus prædicationis in Galliis vestigium extaret. Unde hæc Sulpitii auctoritas epistolæ Cypriani de Marciano sub Decio, Gallo & Valeriano, Episcopo Arelatensi existenti minime officit. Imo ex ea auctoritas Gregorii Turonensis plane evertitur. Si enim jam anno CLXXVII. visa sunt in Galliis martyria, falsum est quod scribit Turonensis, anno nempe Christi CCL. imperante Decio, Fidem in Gallias primum illatam. Turonensis enim usque ad eum Christi annum Fidem Gallis annuntiatam non fuisse supponit.

VII. *Ex Vita S. Saturnini non recte deducitur, Fidem tarde in Galliis prædicatam.*

Secundo, Auctor Passionis Saturnini, quisquis fuit, non satis firmiter probat, inquit Pearsonius citatus, Trophimum primum Arelatensem Episcopum fuisse, aut Decio & Grato Coss. illuc primo perveniſſe. Nam Gregorius ipse, qui tam secure docet, *Sixtum* Pontificem Romanum, & *Laurentium* Archidiaconum, & *Hippolytum* sub Decio passos esse, & *Valentinianum* & *Novatianum* sub eodem Hæreticorum principes extitisse; satis etiam confuse reliqua pertexit: *Hujus tempore septem Presbyteri Episcopi ordinati in Gallias missi sunt. Sicut Historia Passionis S. Martyris Saturnini denarrat. Ait enim, sub Decio & Grato Consulibus, sicut fideli recordatione retinetur, primum ac summum Tholosana civitas S. Saturninum habere cœperat Sacerdotem. Hi ergo missi sunt, Turonicis Gratianus Episcopus, Arelatensibus Trophimus Episcopus, Narbona Paulus Episcopus, Tholosa Saturninus Episcopus, Parisiacis Dionysius Episcopus, Arvernis Astremonius Episcopus, Lemovicinis Martialis est destinatus Episcopus.* Sed Gregorius citat quidem Historiam Passionis S. Saturnini. Verum verba, quæ refert, ad Saturninum solum pertinent, quæ adhuc etiam in ejus Passione reperiuntur. Reliqua vero, *Hi ergo missi sunt*, &c. non sunt verba Passionis, sed ipsius Gregorii, qui hanc epocham *Saturnini* indenactus, reliquorum sex Episcoporum tempora, quorum certa initia ignoravit, ad eam referenda esse duxit. Neque si Auctor Passionis reliqua etiam addidisset, satis firma esset ejus auctoritas de primis tot Sedium Episcopalium initiis, qui quæ

habet

PAGIUS A n. VIII. ad XI. Epistola Cypriani LXVIII. quæ Pamelio est LXVII. quam Cyprianus *Faustini* Lugdunensis Episcopi literis solicitatus ad Stephanum Pontificem Romanum scribit, quave eum hortatur, ut *Marciano* Arelatensi Episcopo Novatianarum partium patrono se opponat, subleſtæ fidei & diu post Cypriani ætatem scripta dicitur a Joanne Launoio in libello de ea epistola scripto. Verum Pearsonius laudatus anno Christi CCXLIV. ea, quæ a violatione temporum argumenta deducit *Launoius*, ad examen revocat. Hoc præcipuum *Launoii* fundamentum. Si Cypriani ea sit epistola, oportet, eam scriptam esse, antequam inter eum & Stephanum oriretur dissensio. Nam postquam eorum animi exarserant, nec *Faustinus* ad Cyprianum tanquam favorabilem in Urbe patronum literas dedisset, neque Cyprianus eo modo in causa Marciani Stephanum compellasset. Quam argumenti partem cum omnes admittant, ulterius objicit *Launoius*, ante eam dissensionem hanc epistolam scribi non potuisse, quia istud jurgium secundo statim Stephani anno ortum; ea autem, quæ in his literis continentur, clare ostendunt, primo ejus Pontificatus anno perfici ista non potuisse, quæ Cyprianum ad scribendum pepulerunt. Nam Episcopi in Provincia constituti ad Stephanum de Marciano Novatiano scripserant; ad eumdem etiam scripserat *Faustinus* Episcopus Lugdunensis, nec ab eo quicquam obtinere potuerant: de eadem igitur re ad Cyprianum scribit *Faustinus*, semel atque iterum. Intra primum Stephani annum nemo putabit, hæc omnia contigisse: præsertim si simul cogitetur sub initio Pontificatus Stephani, pacem Ecclesiæ nondum redditam fuisse. Quis enim existimabit, Episcopos Gallicanos sub ipsa persecutione, communi consilio aliquid molitos esse; aut Stephanum post recens Lucii martyrium in eadem conditione positum solicitare voluisse; aut de his rebus componendis tum cogitasse, cum *Valerianus* in colligendis Celticis legionibus versaretur, ut cum Æmiliano confligeret? Sine dubio pax plena a Valeriano Ecclesiæ reddita & confirmata est, antequam Episcopi Gallicani de rejiciendo *Marciano*, superbo & contumace Hæretico, consilium commune inierunt.

Epistola Cypriani de causa Marciani Episc. Arelatensis.

IV. *Scripta anno II. Pontificatus Stephani III.*

Præterea alia sunt de Marciano ipso dicta, quæ ostendunt, epistolam hanc sub initio Pontificatus *Stephani* scribi non potuisse. Ut cum de eo Cyprianus dicit; *Jampridem jactat & prædicat, quod Novatiano studens a communicatione se nostra segregaverit.* Hoc enim tempus aliquod haud exiguum postulat; quod quam longum fuerat, aliis verbis satis diserte indicatur: *Sufficiat multos illic ex fratribus nostris, annis istis superioribus excessisse sine pace.* Anni igitur aliquot intercesserant, ex quo *Marcianus Novatiano* studens pacem fratribus denegaverat. At sub initio Pontificatus Stephani nondum biennium elapsum erat, ex quo Marcianus Novatiano adhærere potuit, si ab ipso istius schismatis exordio in illius partes transiisset. Nam ante mensem Junium anni CCLIII. Pontificatum iniit Stephanus. Superiores igitur anni, quibus tot fratres sine pace sub Marciano mortui sunt, longius profecto temporis intervallum postulant. Et revera qui secundo statim Stephani anno Marcianum abstentum esse concedunt, huic argumento satisfacere non poterunt. Ad quod argumentum Pearsonius respondet, hanc epistolam non esse scriptam ante secundum Pontificatus Stephani annum jam adultum; sed simul asserit, jurgium inter Stephanum & Cyprianum minime ortum esse ante tertium Stephani annum, & quidem jam affectum. Nulla itaque hujus argumenti vis est, quod in errore communi, sed manifesto fundatur.

V.

Secundum argumentum a missione S. *Trophimi* Arelatensis Episcopi deductum. Volunt enim, Tro-

tis ac fraternæ salutis inimicum, collegio nostro insultare patiantur, quod necdum videatur a nobis abstentus, qui jampridem jactat & prædicat, quod Novatiano studens, & ejus pervicaciam sequens, a communicatione se nostra segregaverit. Ac post aliqua,

X. Romani Pontificis esse deponere lapsos Episcopos.

Dirigantur in provinciam & ad plebem Arelate consistentem a te litteræ, quibus abstento Marciano, alius in locum ejus substituatur, & grex Christi, qui in hodiernum ab illo dissipatus & vulneratus contemnitur, colligatur. Sufficiat multos illic ex fratribus nostris annis istis superioribus excessisse sine pace; vel cæteris subveniatur, qui supersunt, & diebus ac noctibus ingemiscunt: & ad extremum: *Significa plane nobis, quis in locum Marciani Arelate fuerit substitutus; ut sciamus ad quem fratres nostros dirigere, & cui scribere debeamus:* Hæc Cyprianus. Quibus liquido cernitur, tum ab ipso, tum ab aliis Episcopis cognitam esse auctoritatem Romani Pontificis; dum in eo suam quisque, & in communi cæteri omnes Episcopi suam ipsorum potestatem limitibus coarctatam intellexere; quandoquidem Gallicani Episcopi haud tantum virium ac facultatis in se esse cognoscerent, ut hominibus invisum hæreticum hominem (quod adeo optarent) deponerent, & alium in ejus locum subrogarent; sed tum illi, tum Cyprianus ad id peragendum Romani Episcopi appellarent auctoritatem, qua Marcianus Episcopus Novatianus deponeretur e sede, & alius Catholicus in ejus locum subrogaretur Antistes.

XI. De Baptismo Hæreticorum exoritur quæstio.

Sed & Novatianorum & Cataphrygarum occasione illa his temporibus magna inter Episcopos agitata est controversia. Num qui ab hæreticis baptizati erant, cum ad Catholicam Ecclesiam se conferrent, essent denuo baptizandi? Sæpius enim contingebat, ut, quos baptizassent Novatiani, iidem persuasi unam esse tantum Ecclesiam, ac proinde eam non posse in schismate reperiri, ad Catholicam convolantes, ab iisdem recipi, atque mundari (quod se illorum baptismate pollutos existimarent) expeterent novo baptismo.

XII. Prætextus baptizandi hæreticos.

Quod insuper Novatiani, & ante eos Cataphrygæ soliti essent, quos ab Ecclesia Catholica divulsissent, ut immundos denuo baptizare, id provocavit ad æmulationem quosdam Episcopos in Africa potissimum

PAGIUS habet de suo *Saturnino*, ita tantum narrat, *Sicut fideli recordatione retinebatur.*

VIII. *Gregorius Turon. vel explicandus vel reiiciendus.*

Quamobrem sive Gregorius Turonensis ad eposcham *Saturnini* reliquorum sex Episcoporum tempora retulerit, quod maxime probabile est; sive Auctor Passionis & notæ & temporis incerti vir, ipse ad sui Martyris Historiam obiter adjunxerit, neuter sufficit ad probandum, tot Sedium Gallicarum primos Antistites uno anno missos & receptos esse; quod, cum per se sit minus credibile, tum vero ex anno, quo ordinati esse dicuntur, & loco a quo missi esse putantur, omnem fidem amittere videtur. Cum enim Decius ipse persecutioni exercendæ severissime Romæ incumberet, cum Romanus Pontifex Fabianus statim passus sit, cum Presbyteri Sedem Romanam per anni spatium & amplius supplere per novi Episcopi electionem ausi non sint, ut eo ipso tempore septem Presbyteri ordinationem Episcopalem Romæ acciperent, & in Gallias fervente persecutione mitterentur, & nulla tam præclaræ actionis, vel a Presbyteris Romanis, vel ab aliis mentio fieret, quis credet? Hæc docte Pearsonius. Ceterum, ut de celebri hac ætate controversia, an scilicet Fides primo Ecclesiæ seculo in Galliis prædicata fuerit, vel tantum sub Imperio Decii iisdem Evangelium innotuerit, hic fuse agamus, hujus Operis brevitas non patitur. Sufficient igitur quæ jam supra diximus, & infra dicemus; interimque legenda Epistola Petri de Marca doctissimi Archiepiscopi Tolosani, ac deinde Parisiensis ad Henricum Valesium data, & præfixa ejus Adnotationibus in Hist. Eccles. Eusebii, ubi opinionem Launoii & sequacium solide refellit. Acta vero S. Saturnini Episcopi Tolosani & Martyris extant apud Ruinartum virum eruditissimum in Actis primorum Martyrum sinceris & selectis. Colitur in Martyrologiis die XXIX. Novemb.

IX. Ad num. XI. & seqq. Pearsonius in iisdem Annalibus Cyprianicis recte observavit, pessime Vi-

ros doctos hactenus conjecisse quinque Synodos de Baptismo Hæreticorum in annum unum, & intra menses octo ejusdem anni concluisse, *Carthaginienses* tres, *Orientales* duas. Quarum duæ posteriores diu ante habitæ sunt; tres autem reliquæ intra tam breve tempus compingi non debuerunt, ut literæ utrimque datæ inter primam & ultimam aperte ostendunt. Motus ad id faciendum Baronius, quia *Stephani* Papæ ordinationem tardius consignavit: sic enim biennium necessario tribuendum ejus Pontificatui, in pace Ecclesiæ ante ortam de Baptismo Hæreticorum dissensionem; & alterum biennium, quo illa controversia, & ortum suum & progressum, *Stephano* adhuc vivente & sedente, habuit, invenire non potuit; coactusque fuit, totum de *Basilide* cum Hispanis, & de *Martiale* cum Gallis negotium, & tria etiam Concilia de controversia in causa Baptismi in præsentem annum, vel potius in novem hujus anni menses conferre, quod ex re ipsa & ex Cypriano plane evertitur. Quare, ut hæc nostra Critica clarior evadat, & in majorem Lectorum utilitatem cedat, hic rursus ordinem Baronii derelinquemus, & quæ ad præsentem annum pertinent, ex Pearsonio laudato explicabimus, ceteris a Baronio hoc anno tractatis, ad tempora quibus contigere, remissis.

Controversia de Baptismo Hæreticorum confuse tractata.

X. *Ea controversia hoc anno orta.*

Hoc itaque anno novæ in dies de *Baptismo* ortæ sunt controversiæ, & in iis judicium *S. Cypriani* petitum. Ut ante *Fidus* de infantibus recens natis quæsiverat, an omnino baptizari posset; ita *Magnus* quidam de Clinicis quærit: *An qui in infirmitate & languore gratiam Dei consequuntur, habendi sint legitimi Christiani, eo quod aqua salutari non loti sint, sed perfusi.* Quod argumentum sic expressit Augustinus de Baptismo lib. 6. cap. 7. *Sic in epistola, quam scripsit ad Magnum, cum de Baptismo tinctorum & perfusorum quæreretur, utrum aliquid interesset.* Rursus ut *Antonianus* ante quæsiverat, quam hæresim *Novatianus* introduxit; ita nunc *Magnus* quærit an inter ceteros Hæreticos, eos quoque, qui a *Novatiano* venerunt, baptizari oporteret. Et hæc videtur de hoc negotio primo scripta a Cypriano epistola, ut Baronio observatum est: non tantum, quod nulla in ea mentio habeatur de scriptis ante literis ad diversos Episcopos, aut de Conciliis in Africa ea de causa collectis, quorum necessaria citatio videri poterat: sed etiam quia Cyprianus ipse ex sua tantum sententia tum de *Clinicis*, tum de *Novatianorum* Baptismo se rescripsisse significat. *Quantum Fidei*, inquit, *nostra capacitas, & Scripturarum Divinarum sanctitas ac veritas suggerit.* Et rursus: *Rescripsi, quantum parva nostra mediocritas valuit, & ostendi quid nos, quantum in nobis est, sentiamus.* Pearsonius locum, ex quo quidam Viri docti collegerunt, hanc epistolam post ceteras ejusdem argumenti scriptam esse, recte interpretatur, ut in Annalibus Cyprianicis hoc anno num. II. videre est.

Baron. an. 258. num. XXII.

tissimum consistentes, eorumque Primatem sanctissimum Cyprianum; ut & ipsi quos ad Ecclesiam redeuntes susciperent baptizatos primum a Novatianis, tamquam illo baptismate inquinatos potius quam mundatos, denuo baptizarent, rati apud se solum, nempe in Catholica Ecclesia verum esse sanctum baptisma; ne, secus facientes, probare viderentur quæ essent apud hæreticos sacramenta, & ea ex parte illorum censerentur communicare impietati. Perurgebat namque eos ille tunc stimulus, quod Novatiani Catholicos iterum baptizarent, quodque vilioris videretur æstimationis Catholica Ecclesia esse, si id sibi minus facere licuisset; & quod factum esset ab illis, ut recte factum, acciperent; unde & Novatianis in Catholicos insultandi ansa libera data esset; atque etiam Catholicorum testimonio comprobari ipsi viderentur vere esse qui dicerentur, mundi atque Catholici, dum collatum ab illis sanctum baptisma, ratum ab iis haberetur. His accedebat, quod omnes propemodum Scripturæ divinæ tum ex veteri, tum ex novo Testamento petitæ, in hoc ipsum una sententia vitæ sint conspirare; dum quæ ab impiis facta essent, quo sacratiora, eo execrabiliora Deus habuerit ac penitus improbarit.

XIII. Magna tentatio totius Ecclesiæ.

Tam magna, tamque potens ac valida fuit tentatio hæc in Ecclesia, ut veluti quodam vehementissimo turbine, etsi non prostratæ omnino, magnopere certe ex-

agitatæ & quassatæ fuerint altissimæ atque firmissimæ Ecclesiæ turres, quæ inconcussæ olim tot persecutionum impetus pertulissent, & ad se confugientium factæ causa salutis essent; tunc enim toto Catholico orbe subita ac improvisa quadam tempestate concusso, de Ecclesiæ Africanæ ruina potissimum mirum in modum trepidatum est.

XIV. Synodus Iconiensis.

At non quidem (ut multi putant) in Africa hoc tempore a Cypriano tantum ejusmodi cœpta est controversia agitari; sed primo tempestatis hujus fluctus moti sunt in Oriente; ea nimirum occasione, quod ex Cappadocia, Cilicia, Galatia, aliisque proximis regionibus Iconium convenientes Episcopi, statuerant, nihil eorum, quæ ab hæreticis facta essent, ab Ecclesia Catholica recipiendum esse, non ordinationes, non baptismum, non manuum impositionem, nec aliud quodvis sacrum. Meminit hujus Synodi Firmilianus (*a*) Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, ad sanctum Cyprianum scribens his verbis: *Quod totum jampridem in Iconio, qui Phrygiæ locus est, collecti in unum, convenientibus, & Galatia & Cicilia & cæteris proximis regionibus, confirmavimus, tenendum contra hæreticos firmiter, & vindicandum, cum a quibusdam de ista re dubitaretur.* Occasione enim Cataphrygarum hæreticorum eam Synodum collectam fuisse, significare videtur; quod & inferius demonstrat post multa, cum ait: *Plane quoniam*

(*a*) *Apud Cypr. epist.* 75.

PAGIUS *vatianus* introduxit; ita nunc *Magnus* quærit an inter ceteros Hæreticos, eos quoque, qui a *Novatiano* venerunt, baptizari oporteret. Et hæc videtur de hoc negotio primo scripta a Cypriano epistola, ut Baronio observatum est: non tantum, quod nulla in ea mentio habeatur de scriptis ante literis ad diversos Episcopos, aut de Conciliis in Africa ea de causa collectis, quorum necessaria citatio videri poterat: sed etiam quia Cyprianus ipse ex sua tantum sententia tum de *Clinicis*, tum de *Novatianorum* Baptismo se rescripsisse significat. *Quantum Fidei*, inquit, *nostra capacitas, & Scripturarum Divinarum sanctitas ac veritas suggerit.* Et rursus: *Rescripsi, quantum parva nostra mediocritas valuit, & ostendi quid nos, quantum in nobis est, sentiamus.* Pearsonius locum, ex quo quidam Viri docti collegerunt, hanc epistolam post ceteras ejusdem argumenti scriptam esse, recte interpretatur, ut in Annalibus Cyprianicis hoc anno num. II. videre est.

XI. *Qua ratione motus Cyprianus ad reiterationem Baptismi defendendam.*

Deceptus est autem Baronius, quando scripsit, *Cyprianum*, quia *Novatianus* Catholicos ad se venientes, ut immundos denuo baptizavit, *provocatum ad æmulationem* idem de *Novatianis* statuisse. Non enim existimandum, sanctissimum Antistitem tali stimulo ad sententiam suam ferendam incitatum esse. Illud potius dicendum, nihil illum post hanc ortam controversiam de *Novatianis* aut hic, aut alibi scripsisse, nisi quod semper verum esse putavit, quodque ab ipsa hujus Schismatis origine diserte scripserat. Sic enim mentem suam ante triennium in libello *de Unitate* clare expresserat: *Quando aliud Baptisma præter unum esse non possit, baptizare se posse opinantur. Vitæ fonte deserto, vitalis & saluaris aqua gratiam polli centur. Non abluuntur illis homines, sed potius sordidantur: nec purgantur delicta, sed imo cumulantur. Non Deo nativitas illa, sed diabolo filios generat.* Hac ille primum doctrina imbutus fuit, hanc a prædecessore *Agrippino*, hanc a magistro suo *Tertulliano*, qui & Catholicus & Montanista eandem docuit, hauserat. Quare non *provocatus ad æmulationem*, sed *Agrippini* successor, *Tertulliani* admirator, Scripturarum de unitate & privilegiis sanctæ Ecclesiæ, & de odio omnium hæreseon assiduus scrutator, illis præsidiis satis munitum se putans in hanc arenam descendit, & præsenti anno scripsit ad *Magnum*, eos qui a *Novatiano* ad Ecclesiam venerunt, legitimo & Ecclesiastico Baptismo tingendos esse, epistola LXIX. quæ Pamelio est LXXVI.

Baron. an. 258. num. XXII.

XII. *Synodum de reiteratione Baptismi Cyprianus celebrat.*

Cum jam *Cyprianus* sententiam suam de *Schismaticis* tam aperte explicuisset, quæ adeo *Novatianos* feriebat, ut plerique eos ad Ecclesiam venientes sine Baptismo admittere nollent; res tota in dubium vocatur, disputatumque, an Hæreticorum non minus, quam Schismaticorum Baptisma ratum haberi deberet. Hæc controversia primum in Numidia publice ventilata, ubi octodecim Episcopi simul convenientes, & quid statuerent aut facerent, incerti, Cyprianum & Africanæ Provinciæ Episcopos per literas suas, quæ non extant, consulunt. Quare suam sententiam Cyprianus & Collegæ in Concilio conscribunt, & ad Collegas quosdam, ut loquitur Augustinus, mittunt. Erat autem Concilium plurimorum

Baron. an. 258. num. XIV.

quidam de eorum baptismate dubitant, quietsi novos prophetas recipiunt, eosdem tamen Patrem & Filium nosse nobiscum videntur; plurimi simul convenientes in Iconio, diligentissime tractavimus & confirmavimus, repudiandum esse omnino baptisma, quod sit extra Ecclesiam constitutum: Hæc de Iconiensi Synodo Firmilianus.

XV. Sed testatur Dionysius (*a*) Alexandrinus Episcopus, Stephanum Papam hos omnes in ea sententia persistentes communicatione privasse; ait enim: *Stephanus antea scripserat epistolam de Heleno, de Firmiliano, de omnibus Episcopis qui erant ex Cilicia, & Cappadocia & Galatia, & ex omnibus gentibus quæ erant finitimæ; quod neque cum illis quidem ob eam causam omnino communicare vellet; nam illi (inquit) hæreticos rebaptizant:* Hæc Dionysius de Stephano improbante quæ ab illis statuta essent. Idem de aliis quoque Conciliis tunc habitis hæc subdit: *Decreta enim in maximis Episcoporum Conciliis (sicuti audio) facta fuerunt; uti qui ab hæresis impietate recedunt, debeant primum in fide institui, deinde veteris & impuri fermenti eluvie ac sordibus ablui, purgarique:* Hæc de his ipse.

(*a*) *Apud Euseb. lib. 7. c. 4.*

Stephanus Papa excommunicat Episcopos Synodi Iconiensis.

XVI. Firmilianus quid in Stephanum Papam.

Post hæc autem Orientales Episcopi, qui hæc statuentes Apostolicæ sedis communione privati erant, legatos Episcopos ad Stephanum Romam miserunt, redditurosque rationem de iis quæ in Synodo a collegis Episcopis gesta essent. Sed (quod queritur Firmilianus) ab eo nec auditi nec recepti fuerunt; ipse enim in epistola quam postea scripsit ad Cyprianum, quod communione Apostolica interceptus fuisset, stomachatus vehementer, multa obloquutus in Stephanum Papam, hæc de eo per ironiam magna animi amaritudine affectus, ait: *Quid enim humilius, aut levius, quam cum tot Episcopis per totum mundum dissensisse; pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem, modo cum Orientalibus (quod nec vos latere confidimus) modo vobiscum qui in meridie estis? a quibus legatos Episcopos patienter satis, & leniter suscepit, ut eos nec ad sermonem saltem colloquii communis admitteret: adhuc insuper dilectionis & charitatis memor, præciperet fraternitati universæ, ne quis eos in domum suam reciperet, ut venientibus non solum pax & communio, sed tectum & hospitium negaretur. Hoc est servasse unitatem spiritus in conjunctione pacis, abscindere se a charitatis unitate, & alienum se per omnia fratribus facere, & contra sacramentum & fidem contumacis furore discordiæ rebellare?* Hæc quidem in Stephanum Firmilianus, cum ille Apostolicam traditionem nullo novitatis accessu ab aliquo passus sit irritari, atque convelli. At de Firmiliano inferius pluribus.

Meminit & Dionysius (*b*) Alexandrinus de eadem Synodo Iconii habita, aliisque Synodis celebratis, sic dicens: *Hoc tamen didici, quod non Episcopi in Africa solum istam consuetudinem de hæreticis rebaptizandis jam invexerunt; verum etiam longo tempore ante, Episcoporum memoria qui antegressi sunt, in Ecclesiis maxima hominum frequentia celebratis, & Synodis fratrum tum Iconii, tum Synadis, tum aliis multis in locis convocatis istud decretum fuit, quorum judicia & sententias condemnare, irritaque facere non audeo, sicque illos in odium & invidiam conjicere:* Hæc Dionysius.

XVII. (*b*) *Apud Euseb. lib. 7. cap. 6. in fine.* Synodus alia Synadis habita.

XVIII. Post hæc autem, hoc item tempore, re ipsa in controversiam ubique deducta, Ecclesia Africana nutavit; quippe quæ tantum, quem intrepide sequeretur, haberet Antistitem Cyprianum; & ipse, cujus affectaretur, invenisset prædecessoris Agrippini impressa vestigia; sed & Tertullianum incaute nimis hanc secutum fuisse sententiam, superius est demonstratum. Sed dubium est an id illi acceperint a Mon-

PAGIUS tanum Episcoporum, cum Compresbyteris, qui aderant, ut ipse loquitur Cyprianus epistola ad Quintum. In hoc Concilio Patres censuerunt: *Neminem foris baptizari extra Ecclesiam posse; ideoque de errore & pravitate venientibus per omnia Divinæ gratiæ Sacramenta unitatem & Fidei veritatem dari debere;* quia neque apud Hæreticos, neque apud Schismaticos Baptismum fieri potuisse putabant, ut ex ipsa Synodali epistola constat, quæ novo ordine est LXX. quemadmodum & Pamelio.

XIII. *Epocha hujus Synodi magis explicata.* Pearsonius hoc Concilium *Carthaginiense* de Baptismo *primum* hoc anno celebratum existimat adversus Baronium, aliosque, qui illud ad annum sequentem dejecere. Imo Cointius in Annalibus Ecclesiasticis Francorum habitum esse statuit anno sequenti in autumno, quod Acta ejus Cyprianus ad Firmilianum statim scripserit, & *Firmilianus* nulla mora responsionem fecerit, hieme jam imminente. Sed licet verum sit, anno sequenti, hieme imminente, respondisse *Firmilianum*, non tamen inde sequitur, *primum* hoc Concilium ejusdem anni autumno celebratum. Apparet enim ex responsione *Firmiliani*, scripsisse ad eum Cyprianum post Concilium *secundum*, post Stephani literas acceptas, post suas ad *Jubajanum* & *Pompeium* datas, quas omnes per Rogatianum misit, quasque *Firmilianus* in sua epistola semper respexit. Meliori itaque jure, quia Firmilianus sequenti anno, imminente hieme, ad Cyprianum scripsit, Pearsonius concludit, *primum* hoc Concilium sub hujus anni autumno celebratum esse.

XIV. *Aliqui Africæ Episcopi huic Synodo contradicunt.* Baron. n. XIV. & XIX. Quamvis hæc de Baptismo Hæreticorum ab Episcopis Provinciæ Africæ in Concilio Carthaginiensi, ut diximus, decreta fuerant; a nonnullis tamen Africæ Episcopis consensum minime obtinuerunt. Qui duobus argumentis, de uno Baptismo, & de veteri consuetudine ducti, potius statuebant, eos qui apud Hæreticos tincti sunt, quando ad Ecclesiam venerint, baptizari non oportere. Unde *Lucianus* Presbyter retulit

Montano, vel transierit in scholam Montani; Montanistas enim rebaptizare consuevisse illos qui ante in Ecclesia Catholica baptizati ad suam ipsorum hæresim defecissent, Philastrius quoque testatur, cum de erroribus agit Montanistarum. Sed in eo Cyprianus vindicandus est a Nicephori (*a*) calumnia, qua mendacissime ait, eum non aliter recipere consuevisse lapsos, qui in persecutione negassent, quam per santum baptismum. At quantum hæc a Cypriano abhorreant, nemo non videt; eos enim ipse baptizare tantum redeuntes ad Ecclesiam consuevit, quos hæretici antea baptizassent, negans ullum apud hostes Ecclesiæ reperiri posse baptismum, quod unum tantum esset, & in una Ecclesia collocatum.

(*a*) *Nicephor. lib. 6. cap. 2.*

Diluitur Nicephori calumnia.

XIX. Romana Ecclesia traditionis auctoritate omnes superat.

Tam diro exagitata Ecclesia terræmotu, illa quæ supra firmam petram a Christo fundata, de promissione ipsius solidam stabilemque firmitatem accepit, remansit penitus inconcussa. Tunc plane enituit, quanta in Petri successore esset auctoritas; cum nullis aliis ferme armis quam majorum traditione vallatus, omnem Orientalium & Occidentalium impetum sustinuerit Episcoporum, undique valida confertim jacula ex divinis Scripturis petita vibrantium; quorum fortissimos ictus unus ille semper objectus clypeus traditionum excepit, atque adamantina firmitate rejecit, redditque prorsus inanes. Hæc autem quo modo se habuerint, jam enarrare aggrediamur. Cœpta hæc esse temporibus Stephani Papæ cum omnes affirment, erroris plane Ruffinus (*b*) arguitur, qui ad Eusebium addidit, sub Cornelio Papa exortam fuisse ejusmodi in Ecclesia controversiam, ipso refragante Eusebio, quem invitum cogit adstipulari mendacio, cum aliter se habeat Græca lectio, & quæ ex Græco fidelior facta est accurata translatio (*c*). Porro nonnisi Stephani Papæ tempore hanc in Occidentem cœptam esse a-

(*b*) *Euseb. lib. 7. cap. 2. vers. Ruffin.*

(*c*) *Version. Christophor. ead. loc.*

PAGIUS tulit ad Cyprianum, *Quintum* in Mauritania Episcopum desiderasse, ut illi significaret, quid ea de re sentiret. Quare *Cyprianus* circa hujus anni finem scribit ad Quintum epistolam LXXI. tam novo, quam veteri ordine, qua duobus illis argumentis secundum suam sententiam respondet, simulque literarum, quæ a Concilio ad Episcopos *Numidas* datæ fuerant, exemplar transmittit, ut illæ non tantum *Quinto*, sed & reliquis *Mauritaniæ* Episcopis innotescerent. Quæ epistola recte hoc anno etiam a Baronio configuata. Hæc de ista controversia ex Pearsonio.

XV. *Synodus Iconiensis rebaptizationem statuit.* Baronius erroris arguit *Rufinum*, qui ad lib. 7. Eusebii cap. 2. addidit, sub Cornelio Papa exortam fuisse de Baptismo controversiam *ipso refragante*, inquit, Eusebio, *quem invitum cogit adstipulari mendacio, cum aliter se habeat Græca lectio.* Verum, ut notat Lombertus in Præfatione ad opera Cypriani, immerito culpatur *Rufinus*. Præterquam enim quod Græcum Eusebianum præcise non determinat hanc quæstionem in Oriente agitatam, certum est, Concilium *Iconiense*, in quo rebaptizatio Hæreticorum decreta, ante *Stephani* Pontificatum celebratum. Id enim diserte testatur *Firmilianus* in epistola ad Cyprianum, quæ novo ordine LXXV. est, ubi de Iconiensi Synodo ita loquitur; *Quod totum nos jampridem in Iconio, qui Phrygiæ locus est, collecti, in unum convenientibus ex Galatia & Cilicia, & ceteris proximis regionibus, confirmavimus.* Ubi pronomen *nos*, non de ipsius Firmiliani persona, sed potius de ejus decessoribus accipiendum; cum Firmilianus eam Synodum jampridem collectam affirmet, & in fine ejusdem epistolæ Synodi hujus vetustatem manifestissime indicet, ut observavit Valesius in Notis Eusebianis ad lib. 7. cap. 7. Nam cum *Stephanus* Papa Cypriano scribens, antiquam Ecclesiæ consuetudinem in recipiendis Hæreticis adversus assertores novi dogmatis opposuisset, *Firmilianus* hoc argumentum adversus

Baron. n. XIV. & XIX.

XX. Verum ipsam rebaptizationem in Ecclesia Africana non recens sub Stephano Papa, sed longe ante temporibus Agrippini, cui successit Donatus, in cujus locum suffectus est Cyprianus cœptam esse, jam satis superius dictum est; quam quidem æmulatum fuisse Novatianum, Cyprianus scribens ad Jubaianum (*d*), tradit his verbis: *Nec nos movet, frater carissime, quod in litteris tuis complexus es Novatianenses rebaptizare eos quos a nobis solicitant, quando ad nos omnino non pertineat, quid hostes Ecclesiæ faciunt, dummodo teneamus ipsi potestatis nostræ honorem, & rationis ac veritatis firmitatem. Nam Novatianus, similiarum more, quæ cum homines non sint, homines tamen imitantur, vult Ecclesiæ Catholicæ auctoritatem sibi & veritatem vindicare, quando ipse in Ecclesia non sit, immo adhuc insuper contra Ecclesiam rebellis & hostis extiterit. Scitus etenim unum esse baptismum, hoc unum sibi vindicat, ut apud se esse Ecclesiam dicat, & nos hæreticos faciat.* Et paulo post: *Quod si in Ecclesia baptizatos, rebaptizandos foris extra Ecclesiam Novatianus existimat; a se incipere debuerat, ut prior extraneo & hæretico baptismo rebaptizaretur, qui post Ecclesiam immo & contra Ecclesiam baptizandos foris opinatur. Quale est autem, ut quia hoc Novatianus facere audet, nos putemus non esse faciendum?* At non recens ad imitationem Novatiani id factum esse in Ecclesia Africana, sed longe ante Novatianum, docet, cum subdit: *Apud nos autem non nova aut repentina res est, ut baptizandos censeamus eos qui ab hæreticis ad Ecclesiam veniunt; quando multi jam anni sint, & longa ætas, ex quo sub Agrippino, bonæ memoriæ viro, convenientes in unum Episcopi plurimi, hoc statuerint, atque exinde in hodiernum tot millia*

(*d*) *Cypr. epist. 2.*

Novatiani rebaptizantes.

lia hæreticorum in provinciis nostris ad Ecclesiam conversi non aspernati sint, neque cunctati, immo & rationabiliter & libenter amplexi sunt, ut lavacri vitalis & salutaris baptismi gratiam consequerentur: Hæc Cyprianus de Novatianis iterum baptizantibus.

XXI. Ratio Novatiani rebaptizantis.

Cæterum diversam de iterando baptismate, ab ea quam Cyprianus ad Jubaianum scribens adducit, Novatianus rationem iniisse visus est. Nam cum ipse Romæ ageret, seque Romanæ Ecclesiæ esse professeretur Episcopum, quo modo ad imitationem Catholicæ Ecclesiæ potuit denuo baptizare? cum etsi id facerent Africani, secus tamen Romana Ecclesia agere videretur, quæ antiquis innitens traditionibus, baptizatos legitime ab hæreticis, non novo baptismate, sed aliis adhibitis ritibus reconciliare soleret? Verum Novatiani illud putamus fuisse consilium: nimirum quod Catholicos omnes, qui lapsos recepissent, diceret immundos esse, se autem suosque puros ac sanctos; ne viderentur illorum, qui ex Catholica venirent Ecclesia, sordibus inquinari, eos novo statuerit sanctificare baptismate. Conducebat mirum in modum ipsorum impietati, qua lapsis pœnitentibus aperiendam negarent Ecclesiam, novum hoc de secundo baptismate excogitatum commentum. Nam si ipsi non reciperent lapsos, quo modo recepturi erant, qui ad eum ab Ecclesia Catholica venirent, quos sciebant lapsorum communicatione fœdatos, immo & existimarent esse lapsos in hæresim, cum se solos Catholicos esse gloriose dicerent; nisi per suum baptismum traderent quos reciperent, esse mundandos? Erat ergo illis loco pœnitentiæ secundum hoc ab eis adinventum baptisma, quo non tantum (a) Apud Euseb. lib. 7. cap. 7. (quod ait Dionysius *a*) Alexandrinus sacrosanctum Ecclesiæ lavacrum abrogarent, sed & rejicerent fidem & confessionem, quæ lavacrum præcedere consueverunt.

Occasione igitur Novatianorum (quod demonstratum est) tunc cœptum est in Africa dubitari, an consulto rebaptizare deberent, quos revertentes ad Ecclesiam, sciissent ab hæreticis baptizatos. Sed & de baptizatis a Novatiano id primum a Magno, non quidem Episcopo, sed laico homine (nam eum Cyprianus filium nominat) dubitatum fuisse videtur; quod nimirum illi eamdem tunc formam ac ritum viderentur in ejusmodi sacramenti collatione servare, quam Catholici. Quamobrem ea de re consuluit Cyprianum; qui nullum prorsus esse a Novatiano impertitum baptisma respondit epistola ad eum (b) scripta; quam non ultimo loco, sed primam omnium ejus argumenti a Cypriano datam existimo, ea nimirum ratione, quod nulla in ea mentio habetur de scriptis ad diversos Episcopos ante litteris, nec de Conciliis in Africa ea causa collectis, quorum necessaria citatio videri poterat. Sed & quod accidisset, ut in odium Novatiani, qui (ut dictum est) baptizatus esset in lecto, ejusmodi baptismo eo modo ægrotanti per aspersionem aquæ collato, nonnihil detraheretur (iidem namque sic baptizati ab aliquibus non Christiani sed Clinici dicebantur) inde quoque accidit, ut idem Cyprianus eidem Magno hæc roganti eadem epistola plenius satisfecerit.

XXII. Magnus consulit Cyprianum.

(b) Cypr. epist. 76.

Verum quod pertinet ad propositam quæstionem de hæreticorum baptismate iterando; ex Episcopis primi reperiuntur fuisse Numidæ, qui de ea re ad Cyprianum aliosque Episcopos ad Synodum coactos Carthagine litteras conscripserunt. An autem unus hic idemque fuerit conventus Episcoporum cum eo in quo suscepta est legatio (quam diximus) Legionensis & Asturiensis Ecclesiæ, an vero alius, incertum est. Putatur tamen, ipsum hoc anno habitum esse; ex quo Synodica (c) scripta est ad Januarium & so-

XXIII. Episcopi Numidiæ consulunt concilium Carthaginense.

(c) Cypr. epist. 74.

PAGIUS Afros fortasse valere dicit; & quomodo Afri id refutare possint, ibidem docet. Contra Orientales nullam vim illud habere demonstrat apud quos semper rebaptizati fuerint Hæretici, jam inde ab *Iconiensi* Synodo, quæ ob Montanistas fuerat indicta.

XVI. Concilii Iconiensis epocha.

Firmiliani verba hæc sunt: *Quod quidem adversus Stephanum vos dicere Afri potestis, cognita veritate, errorem vos consuetudinis reliquisse. Cæterum nos veritati & consuetudinem jungimus, & consuetudini Romanorum consuetudinem, sed veritatis opponimus; ab initio hoc tenentes, quod a Christo & ab Apostolo traditum est. Nec meminimus, hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper istic observatum sit, ut nonnisi unam Dei Ecclesiam nossemus, & sanctum Baptisma nonnisi sanctæ Ecclesiæ computaremus. Plane quoniam quidem de eorum Baptismo dubitabant, qui etsi novos Prophetas recipiunt, eosdem tamen Patrem & filium nosse nobiscum videntur; plurimi simul convenientes in Iconio diligentissime tra-*

focios Episcopos in Numidia constitutos, quando controversiam de hæreticorum baptismate exortam definierunt his verbis:

XXIV. De rebaptizando decretum.

(a) Cypr. epist. 70.

Cum (a) simul in Concilio essemus, fratres carissimi, legimus litteras vestras, quas ad nos fecistis de iis qui apud hæreticos & schismaticos baptizari videntur; an ad Ecclesiam Catholicam, quæ una est, venientes baptizari debeant. De qua re quamquam, & ipsi illic veritatem & firmitatem Catholicæ regulæ teneatis, tamen, quoniam consulendos nos pro communi dilectione existimastis, sententiam nostram non novam promimus: sed jampridem ab antecessoribus nostris statutam, & a nobis observatam, vobiscum pari consensione conjungimus; censentes scilicet & pro certo tenentes, neminem foris baptizari extra Ecclesiam posse; cum sit baptismum unum in sancta Ecclesia constitutum; & scriptum

(b) Hieron. 2. *sit, Domino (b) dicente: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & effoderunt sibi lacus detritos, qui non possunt aquam portare:* His autem & aliis divinæ scripturæ locis, quibus non modo baptismum, sed & sacri Chrismatis, & Eucharistiæ sacramenta nonnisi in Ecclesia reperiri monstrare conabantur, eamdem epistolam consignatam ad Episcopos Numidas dederunt, qua & professi sunt, unam sanctam Ecclesiam a Domino (ut ajunt) super Petrum origine unitatis & ratione fundatam. Meminit hujus Concilii & epistolæ ab eo datæ idem Cyprianus (c) scribens postea ad Jubaianum, ostenditque hanc primam omnium fuisse Synodum in Africa a se in hac causa coactam. Post quam etiam

(c) Cypr. epist. 73.

(d) Cypr. epist. 71.

aliam eodem argumento scripsit (d) ad Quintum in Mauritania Episcopum de eadem re ipsum consulentem; ad quem & Synodicæ ad Numidas scriptæ mittit exemplum, sic dicens: *Retulit ad me, frater carissime, Lucianus compresbyter noster, te desiderasse, ut significaremus tibi, quid sentiamus de his qui apud hæreticos & schismaticos baptizari videntur. De qua re quid nuper in Concilio plurimi Coepiscopi, cum compresbyteris qui aderant, censuerimus, ut scires, ejusdem epistolæ exemplum tibi misi.*

XXV. Vetus traditio de non rebaptizando.

Declarat Cyprianus eadem ad Quintum epistola, non alibi tunc quam in Africa viguisse ejusmodi de hæreticorum baptismate controversiam; cum nonnulli, memores pristinæ illius ante Agrippini Episcopi tempora consuetudinis, illi magis cuperent inhærescere, quam iis quæ ab eo & aliis postea fuissent in Africa instituta, de quibus hæc ibidem Cyprianus: *Dicunt se in hoc veterem consuetudinem sequi, quando apud veteres hæreseos & schismatum prima adhuc fuerint initia, ut hi illic essent, qui de Ecclesia recedebant, & hic baptizati prius fuerant; quos tunc tamen ad Ecclesiam revertentes, & pœnitentiam agentes, necesse non erat baptizare. Quod nos quoque hodie observamus; ut quos constet hic baptizatos esse, & a nobis ad hæreticos transisse; si postmodum peccato suo cognito, & errore digesto, ad veritatem & matricem redeant, satis sit in pœnitentiam manum imponere:* Hæc Cyprianus, sic eludens eorum argumentationem, qui obtentu veterrimæ consuetudinis negarent, baptizatos ab hæreticis, iterum baptizandos, si redeant ad Ecclesiam; dicens id de his esse intelligendum, qui primo a Catholicis baptizati, cum ad hæreticos defecissent, & ab illis ad Ecclesiam rediissent, non esse amplius baptizandos, sed cum manus impositione Ecclesiæ reconciliandos.

XXVI. Firma assertio de rebaptizando.

At hæc (ut demonstratum est) eluso potius erat, quam solutio argumenti; cum constet testificatione Stephani, & aliorum Episcoporum (ut suo loco dicemus) in Ecclesia antiquitus observatum, ut rite ab hæreticis baptizati, nullo alio baptismate ad Ecclesiam redeuntes imbuerentur. Porro qui hujus veritatis in Africa

PAGIUS Primum ante Stephani Pontificatum, sive in Africa sub Agrippino, sive in Oriente, dum Iconii & Synnadæ Concilia celebrata, contigit; secundum præsenti anno, aut tardius insequenti, Stephano Ecclesiam administrante, sine dubio evenit. Cetera quæ in Annalibus, hoc anno tractantur, ex dictis, annoque sequenti dicendis quivis proprio marte suis temporibus reddere poterit.

XVII. Gallienus junior Cæsar creatur.

Valerianus Augustus Gallienum filium ad Imperium evexisse non contentus, hoc vel præcedenti anno Gallienum juniorem ex eodem filio nepotem, qui & Cornelius Valerianus, ac etiam Saloninus dicebatur, Cæsarem nuncupavit, & ut ex Nummis mox recitandis, in quibus Imperii ejus Cæsarei anni notantur, conjicere est, Tribunitia Potestate exornavit. *Hic filium suum Gallienum Augustum fecit, Gallienique filium Cornelium Valerianum Cæsarem*, inquit Victor in Epitome. Hanc dignitatem alterutro anno Gallienum juniorem consecutum esse plura ostendunt. Primum, Consulatus suffectus anno CCLIX. ab eo gestus, ad Quinquennalia nempe edenda. Secundum, ejus interitus, qui anno CCLX. contigit sexto Imperii ejus Cæsarei anno. Patinus enim in Thesauro Numismatum Mauroceniano pag. 14. Nummum Cornelii Valeriani, Gallieni Augusti filii exhibet, in quo legitur: L. 5. id est, *anno sexto*, ideoque hoc vel præcedenti anno Valerianus Cæsar appellatus. Hallucinatur autem ibidem pag. 16. Patinus, ubi duos alios Nummos Græcos Valeriani Cæsaris recitat, in quorum altero visitur Aquila cum his litteris L. T. id est, *anno tertio*; in altero Fortuna stans, cum his literis, L. E. id est, *anno quinto*, & utrumque Valeriano Cæsari Valeriani Augusti filio attribuit. Hic enim *Valerianus* sub finem tantum Imperii Gallieni Augusti fratris Cæsar abdicatus est, vixque secundum Imperii Cæsarei annum inchoare potuit.

XVIII.

Antequam Differt. Hypaticam elucubrarem, is error vulgaris fuit, passimque creditum *Valeria-*

ca erant propugnatores Episcopi, sic erant animo comparati, ut, salva pace Ecclesiæ, ab ea sententia nullatenus divelli possent, cui semel firmiter inhæsissent. (a) Cypr. epist.72. De quibus idem Cyprianus (a) paulo post scribens ad Stephanum, antequam eum sibi penitus adversantem expertus esset, hæc ait: *Cæterum scimus quosdam, quod semel imbiberint, nolle deponere, nec propositum suum facile mutare; sed, salvo inter collegas pacis ac concordiæ vinculo, quædam propria, quæ apud se semel sint usurpata, retinere*: Ita ipse; quibus plane significat, omnes has mutuas inter Episcopos Catholicos contentiones sic agitatas esse, ut numquam tamen inter eos Catholicæ communicationis pacis vinculum fuerit dissolutum.

XXVII. Concilium Africanum LXXI. Episc. Intelligens autem Cyprianus adeo fixum alta radice multorum animis insidere, ut, quas accepissent de ea re majorum traditiones, vellent illibatas custoditasque servari; existimans hos omnes errore seduci, paulo post (ut ipse ait) scriptam ad Quintum memoratam epistolam, majori remedio conatus malo, quod putabat, occurrere, celebriorem collegit conventum septuaginta unius Episcoporum. Meminit hujus Concilii ipse scribens ad Jubaianum his verbis (b): *Exemplum earumdem literarum tibi misi: quid in Concilio, cum plures adessemus decreverimus; quid item postea Quincto collegæ nostro de eadem quærenti rescripserimus; & nunc quoque, cum in unum convenissemus tam provinciæ Africæ, quam Numidiæ Episcopi numero septuaginta & unus, hoc item denuo sententia nostra firmavimus*: Hæc ipse: qui & in epistola tunc ad Stephanum (c) Papam scripta plane testatur, paulo post datam ad Quintum epistolam, fuisse eamdem Synodum congregatam. In quo quidem Concilio, quod olim sub Agrippino, ac nuper in prima Synodo fuerat definitum, ut hæreticorum baptisma nullius momenti penitus haberetur, fuit omnium sententia confirmatum. Sic igitur quod in hoc pleniori Concilio fuisset omnium calculo stabilitum, placuit de iis omnibus reddi certiorem Stephanum Papam, hactenus rerum gestarum inscium. Synodica itaque in hunc modum tunc ab eis ad Stephanum scripta epistola est (d):

(b) Cypr. epist.73.

(c) Cypr. epist.72.

(d) Ead. epist.72.

XXVIII. Synodica Epistola ad Stephanum Papam. *Ad quædam disponenda, & consilii communis examinatione limanda, necesse habuimus, frater carissime, convenientibus in unum pluribus sacerdotibus, cogere & celebrare Concilium. In quo multa quidem prolata atque transacta sunt; sed de eo vel maxime tibi scribendum, & cum tua gravitate ac sapientia conferendum, fuit, quod magis pertineat & ad sacerdotalem auctoritatem, & ad Ecclesiæ Catholicæ unitatem pariter & dignitatem de divinæ dispositionis ordinatione venientem: Eos qui sint foris extra Ecclesiam tincti, & apud hæreticos & schismaticos profanæ aquæ labe maculati; quando ad nos atque ad Ecclesiam, quæ una est, venerint, baptizari oportere; eo quod parum sit eis manum imponere ad accipiendum Spiritum sanctum, nisi accipiant & Ecclesiæ baptismum.* Et paulo inferius: *Baptismum autem non esse, quo hæretici utuntur; nec quemquam apud eos qui Christo adversantur, per gratiam Christi posse proficere; diligenter nuper expressum est in epistola, quæ ad Quintum collegam nostrum in Mauritania constitutum, super ea rescripta est, item in litteris, quas collegæ nostri ad Episcopos in Numidia præsidentes ante fecerunt: cujus utriusque epistolæ exempla subdidi*: Hæc ibi.

Decretum Synodi.

XXIX. Meminit hujus Synodi & epistolæ ab ea ad Stephanum scriptæ S. Hieronymus agens adversus Luciferianos, dicens: *Conatus est & beatus Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena; & idcirco hæreticorum baptisma reprobans, ad Stephanum tunc Romanæ urbis Episcopum, qui a beato Petro vigesimus sextus fuit, super hac re Africanam Synodum direxit; sed conatus ejus frustra fuit. Denique illi ipsi Episcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo statuerant, ad antiquam consuetudinem revoluti, novum emisere decretum*: Hæc Hieronymus. Quid

PAGIUS *Valerianus Gallieni Aug. filius ab illius fratre distinguendus.*

vianum Cæsarem, cujus mentio in Codice Justinianeo, in Nummis, Actisque publicis, alium non esse, quam *Valerianum* Valeriani Augusti filium; qua ex prava interpretatione alii errores exorti, quos infra profligabimus. Tertium in lib.2. Codicis Justinianei tit. 4. Lex 11. dicitur *PP. XV. Kalend. Decemb. Valeriano & Gallieno AA. utriusque II. Coss.* inscribitur vero *Imp. PP. Valerianus, Gallienus AA. & Valerianus nobilis Cæsar Cajano militi*, qui Consulatus in præsentem annum incidit, primusque Valeriani, qui suffectus fuit, ut sæpe fit, ibidem prætermittitur. Ante hunc annum nulla in Codice Justinianeo Valeriani Cæsaris mentio, quæ postea sæpe in eo occurrit. Denique Jornandes lib. de Regnorum Successione. cap.84. de Claudio Imperatore scribit: *Qui Gothos jam per quindecim annos Illyricum Macedoniamque vastantes bello adortus incredibili strage delevit.* Quæ victoria anno ducentesimo sexagesimo nono reportata, ut suo loco videbimus. A quo Christi anno, si per quindecim retrocedas, ad currentem, vel superiorem pervenies, quorum ideo alterutro Gothi Illyricum Macedoniamque vastare cœperunt, & ad eos felicius repellendos *Valerianus* Gallienum juniorem nepotem Cæsarem renuntiavit, & *Postumi* fidei ac tutelæ commissum in Gallias misit, ubi per sexennium imperavit. Quæ diligenter explicanda fuere, non solum, ut Consulatus suffectus *Gallieni* Cæsaris & *Valeriani* patrui, in quo viri doctissimi cum magno Fastorum detrimento offenderunt, facilius infra explicari possit, sed etiam, ut Historia Gallica per hæc tempora negligenter ab iis, qui illam illustrandam suscepere, tractata aliquam lucem accipere possit.

XXX. Alia decreta Synodi. Quid præterea in ea Synodo statutum fuerit, iidem Episcopi in eadem epistola ad Stephanum his verbis significant: *Addidimus plane, & adiunximus, frater carissime, consensu & auctoritate communi, ut etiam, si qui presbyteri, aut diaconi, qui vel in Ecclesia Catholica prius ordinati fuerint, & postmodum perfidi ac rebelles contra Ecclesiam steterint, vel apud hæreticos a Pseudoepiscopis & Antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sint, ut contra altare unum atque divinum, sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre conati sint; eos quoque hac conditione suscipi, cum revertuntur; ut communicent laicis, & satis habeant quod admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint; nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint.* Ac post multa: *Hæc ad conscientiam tuam, frater carissime, & pro honore communi, & pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei veritate placere, quæ religiosa pariter & vera sunt*: Hæc & alia ex Synodo septuaginta unius Episcoporum ad Stephanum Cyprianus & alii. Quod vero pertinet ad posterius hoc Synodi decretum, de non recipiendis nisi ad laicam communionem, qui in Ecclesia ordinati ad hæreticos defecissent; quo modo postea ejus occasione iterum contigerit turbari vehementer Ecclesiam, & obortum sit Luciferianum schisma, suo loco dicemus.

XXXI. Communicatio inter dissidentes Episc. sem per retenta. Demum cum hæc omnia a se in Synodo statuta fuisse dicant, Christiana modestia omnia moderantes, ne viderentur sic ea decernere, ut vellent Christiano orbi leges præscribere, & pacis dispendio ea statuere ab omnibus observanda; hæc in fine Synodicæ addiderunt: *Qua in re nec nos vim cuiquam facimus, aut legem damus; cum habeat in Ecclesiæ administratione voluntatis suæ arbitrium liberum unusquisque præpositus, rationem actus sui Domino redditurus*: Hæc Synodus; quod existimaret hoc non esse de fide, ut ob eam causam, qui secus facerent, dicendi essent hæretici; nam in his quæ ad fidem Catholicam spectant, haud liberum est cuique Episcopo pro arbitrio servare quod velit; sed eam licentiam interdum usurpare concessum est in iis quæ ad diversos Ecclesiarum ritus secundum diversarum Ecclesiarum consuetudinem pertinent.

XXXII. Catholicorum altercantium modestia. Hæc ad calcem ab Africana Synodo posita S. Hieronymus exacte considerans, & accurate perpendens, adversus Luciferianos agens, hæc ait, cum loquitur de Cypriano, qui Synodo præfuit: *Sciant illum hæc non cum anathemate eorum, qui se sequi noluerant, edidisse; siquidem in communione eorum permansit, qui sententiæ suæ contraierant; sed hortatum potius fuisse propter Novatum & alias tunc hæreses multas enascentes, ne quisquam ab eo sine damnatione erroris sui reciperetur. Sermonem denique suum, quem super hac re ad Stephanum Romanum Pontificem habuit, tali fine complevit. Hæc ad conscientiam tuam, frater carissime, pro honore communi, &c.* Refert quæ sequuntur usque ad finem epistolæ a nobis nuper recitatæ. Addit & illam Cypriani sententiam in epistola ad Jubaianum (a) post Synodum proxime scriptam, his verbis:

(a) Cypr. epist.79.

XXXIII. Contestatio Cypr. *Ad Jubaianum quoque de hæreticis rebaptizandis scribens, in fine libelli sic locutus est: Hæc tibi breviter pro nostra mediocritate scripsimus, frater carissime, nemini præscribentes, aut præjudicantes, quo minus unusquisque Episcoporum, quod putat, faciat, habens arbitrii sui liberam potestatem. Nos quantum in nobis est, propter hæreticos, cum collegis & Coepiscopis nostris non contendimus, cum quibus divinam concordiam & Dominicam pacem tenemus; maxime cum Apostolus* (b) *dicat: Si quis autem putaverit se contentiosum esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei. Servatur a nobis patienter & leniter charitas animi, collegii honor, vinculum fidei, concordia sacerdotii*: Hucusque ex Cypriani epistolis Hieronymus. Recitat & S. Augustinus (c), agens contra Cresconium eamdem ad Jubaianum Cypriani sententiam, & eam qua in Synodo fuerat contestatus, dicens: *Neminem judicantes, nec a jure communionis aliquem, si adversus senserit, amoventes*; ut ostendat in tanta Episcoporum altercatione numquam pacis vinculum fuisse perfractum.

(b) 1. Cor. 11.

(c) Aug. contra Cresc. lib.3. c.2.

XXXIV. Cyprianus Jubaiano quid respondeat. Ejusdem quoque Synodi tempore Cyprianus de eadem quæstione a Jubaiano Episcopo rogatus litteras (d) dedit, quibus hujus Synodi mentionem habet his verbis: *Et nunc quoque cum in unum convenissemus, tam provinciæ Asiæ, quam Numidiæ Episcopi numero septuaginta & unus, hoc idem denuo sententia nostra firmavimus, statuentes unum baptisma esse, quod sit in Ecclesia Catholica constitutum; ac per hoc non rebaptizari, sed baptizari a nobis, &c.* Caute quidem Cyprianus, se non rebaptizare baptizatos ab hæreticis tradit, sed tantum baptizare; quod sibi constare putaret, numquam baptizatos vere fuisse, sed aqua hæreticorum (ut putabat) amplius sordidatos. Adeo enim Catholici exhorruerunt anabaptismum, ut dixerit Augustinus (e): *Quid sit autem pernitiosius, utrum omnino non baptizari, an rebaptizari, judicare difficile est*: plane affirmans, pios execrari magis anabaptismum. Studuit Cyprianus ea epistola ad Jubaianum suam ea de re sententiam multis Scripturæ locis apud eumdem testatam reddere, & rationibus confirmare, &

(d) Cypr. epist.73.

(e) August. de bapt. contr Donat. lib.2. c.14.

quæ ex adverso objecta essent, penitus confutare.

XXXV. Cyprianus cur scripsit de bono patientiæ.

Verum quod (ut demonstratum est) in omnibus his in primis Ecclesiæ paci consultum fore quam maxime vellet; ut quisque adversantem sibi fratrem æquanimiter ferret, de Bono patientiæ se libellum scripsisse testatur; quem ad eumdem Jubaianum mittens, sic in ea epistola peroravit: *Propter hoc etiam libellum de Bono patientiæ, quantum valuit nostra mediocritas, permittente Domino & inspirante conscripsimus, quem ad te pro mutua dilectione transmisimus.* Veritus enim magnopere Cyprianus, ne, hisce inter Episcopos obortis contentionibus, magno aliquo schismate Catholica scinderetur Ecclesia; præter id quod de mutua servanda concordia est sæpius contestatus, ad antevertenda futura mala egregium illud prophylacticon præparavit antidotum, libellum illum scribens, quo demonstraret, absque patientia impossibile esse servari inter fratres mutuam charitatem, & unitatem spiritus in vinculo pacis. Nam in eodem commentario ait: *Impatientia etiam in Ecclesia hæreticos facit, & ad Judæorum similitudinem contra Christi pacem & charitatem rebelles ad hostilia & furiosa odia compellit:* Hæc & alia plura id genus ibi.

XXXVI. Pax perpetuo conservata.

Quod autem ad Cypriani de servanda pace firmum mentis propositum pertinet; nequis existimet, quod bene cœptum est, fuisse convulsum; & de pace tenenda firmissimum ejus consilium multis postea adversantibus, potuisse labefactari certum esse; sicut tam ipsum, quam reliquos Africanos Episcopos, de pace Ecclesiæ conservanda, in eadem usque ad finem perstitisse sententia; nam in postrema Synodo, eadem ex causa celebrata, recitata, & comprobata fuit dicta ad Jubaianum epistola, in qua de servanda pace contestatio legebatur asserta. Sed & in eadem (*a*) Synodo Cyprianus præfando, eamdem a se sæpe factam contestationem præmisit; quam (ut nuper dictum est) Augustinus (*b*) agens adversus Cresconium recitat, & contra Donatistas agens rursum allegat. Egit porro his scriptis ad Jubaianum litteris Cyprianus, ut ipsum a priori sententia dimoverit, & in suam de baptismate hæreticorum perduxerit; quod ipse testatur in eadem sua ad Synodum Carthaginensem præfatione, cum ait: *Item lectæ sunt vobis & aliæ Jubaiani litteræ, quibus pro sua sincera & religiosa devotione ad epistolam nostram rescribens, non tantum consensit; sed etiam institutum se esse gratias egit:* Hæc ipse.

(*a*) *Concil. African. in princ. apud Cypr.*

(*b*) *Aug. de bapt. contr. Donatist. lib. 2. c. ult.*

XXXVII. Quid Stephanus Papa rescripserit.

Sed quid ad Synodicam a dicto Concilio Africano ad se missam Stephanus Papa rescripserit, licet ipsæ litteræ non extent, ex iis tamen quæ Cyprianus scribens ad (*c*) Pompeium Sabratensem in Africa Episcopum, ex illis recitat, satis intelligi posse videtur, cum ait: *Quia desideraſti in notitiam tuam perferri, quæ mihi ad litteras nostras Stephanus frater noster rescripserit; misi tibi rescripti ejus exemplum. Quo lecto, magis ac magis ejus errorem denotabis, qui hæreticorum causam contra Christianos & contra Ecclesiam Dei asserere conatur; nam inter cætera, vel superba, vel ad rem non pertinentia, vel sibi ipsi contraria, quæ imperite atque improvide scripsit, illud etiam adjunxit, &c.* O infelicem humanæ imbecillitatis conditionem! sic enim tragice exclamare libet. Vir sanctissimus, qui ne vel leviter læderet charitatis fraternæ concordiam, crebrius fuerat contestatus; eaque de causa de Bono patientiæ libellum se scripsisse professus, quo & alios vehementius admoneret; modo, simulac legit a Stephano ad se redditas litteras, plus satis excandescens, ac jurgans, nec ab ipsis conviciis abstinet; sed inopinato (ut videmus) a contumeliis exorsus, adversus eum aggreditur disputare. At quænam essent verba Stephani, mox recitans subdit:

(*c*) *Cypr. epist. 74.*

XXXVIII. Stephani de baptismo hæretic. decretum.

Si quis ergo a quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est; ut manus illi imponatur in pœnitentiam; cum ipsi hæretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum: Hæc ergo sententia fuit Stephani Papæ, ut nihil innovaretur ab eo quod traditum esset. In his igitur definitis a Stephano confutandis, Cyprianus totam longiorem illam insumit epistolam, nihilque in ea temperantius agens, Stephano etiam notam inurit, quod patrocinaretur hæreticis. Sed ad hæc Augustinus ait (*d*): *Stephanus non propterea communicavit hæreticis, quia baptisma Christi, quod in eorum perversitate integrum manssisse cognovit, improbare non ausus est.* Et paulo post: *Sed consuetudo illa, quæ opponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est; sicut sunt multa, quæ universa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta bene creduntur, quamquam scripta non reperiantur:* Hæc ipse.

(*d*) *Augustin. de baptis. contra Donat. l. 5. c. 23.*

XXXIX. Quid Cyprianus in Stephanum.

At Cyprianus non in eo versatur epistola illa sua, ut legitimas traditiones impugnet; sed tota ejus argumentatio ea conclusione perstringitur, ut, quam Stephanus traditionem prætendebat, ipse Cyprianus eam de Apostolico fonte dimanare non crederet; sed obrepentem errorem esse & corruptelam, pravamque consuetudinem. Quod vero subdidisset Stephanus, nec ipsos hæreticos rebaptizare qui ex aliis hæresibus ad se venirent; non in illum deteriorem sensum, quo ea acceperat Cyprianus, fuerant intelligenda, nempe quod Stephanus voluisset (quod ait) hæreticorum exempla sectari; sed potius eo

eo tetendisse argumentum, ut demonstraret adeo fuisse insolens, & ab omnibus existimatum plane portentum, baptizatos consueto ritu ab hæreticis, iterum baptizare, ut nec hæretici ipsi, qui præcessissent, licet omni ex parte Catholica dogmata infringere nisi sint, eo temeritatis pervenerint, ut adversus Apostolorum traditionem ausi sint baptizatos denuo baptizare. Oportuisset sane Cyprianum integram ipsam Stephani epistolam recitasse; in qua multa fuisse non dubito, quæ ejusdem Pontificis sententiam plenius declarassent; nam nec hoc absolute potuit Stephanus ipse dixisse, quod hæretici ad se venientes non rebaptizarint; cum inter alios id olim facere solitos Montanistas, & his temporibus Novatianos, jam satis superius sit demonstratum.

XL.

Agens vero S. Augustinus de ea epistola ad Pompeianum paulo ardentius adversus Stephanum scripta; cum nec sibi tantum virium ac jurium inesse sentiret, ut de singulis ab eo in Stephanum jactatis ipsum excusare potuisset; honesta & laudabili tergiversatione maluit ea relinquere obvoluta silentio, quam ipsa, nondum obductis cicatricibus, refricare; & inter eos potius amicabili transactione litem componere, quam rem ipsam per singula subtilius judicare. Ait enim (*a*): *Jam illa quæ Cyprianus in Stephanum irritatus effudit, retractare nolo, quia nec opus est; eadem quippe ipsa dicuntur, quæ jam satis discussa sunt; & ea præterire melius est, quæ periculum pernicioſæ dissensionis habuerunt. Stephanus autem etiam abstinendos putaverat, qui de suscipiendis hæreticis priscam consuetudinem convellere conarentur, iste autem quæstionis ipsius difficultate permotus, & sanctis charitatis visceribus largissime præditus, in unitate cum eis manendum, qui diversa sentirent. Ita quamvis commotius, sed tamen fraterne indignaretur; vicit tamen pax Christi in cordibus eorum, ut in tali disceptatione nullum inter eos malum schismatis oriretur:* Hæc Augustinus.

(*a*) *Aug. de baptis. contra Donat. lib. 5. c. 25.*

XLI. Qualis causa Cypriani.

Idemque defendens atque propugnans Stephani de baptismo sententiam; quæ adversus eam Cyprianus congesserat, pluribus confutat; excusans tamen exemplo Petri, quicquid Cyprianus erraſſet, hæc subdit (*b*): *Magnum quidem meritum novimus Cypriani Episcopi & martyris, sed numquid majus quam Petri Apostoli & martyris?* Et paulo post: *Si potuit*, inquit, *Petrus contra veritatis regulam, quam postea Ecclesia tenuit cogere Gentes judaizare; cur non potuit Cyprianus contra regulum veritatis, quam postea Ecclesia tenuit, cogere hæreticos vel schismaticos denuo baptizari? Puto autem quod sine ulla sui contumelia Cyprianus Episcopus Petro Apostolo comparetur, quantum attinet ad martyrii coronam. Cæterum magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosius existam. Quis enim nescit illum Apostolatus principatu cuilibet Episcopatui præferendum?* Ita ipse. Cæterum nec minimum quidem Petrum ea in re peccasse, primo tomo Annalium fusius demonstravimus. Sed cætera prosequamur.

(*b*) *Aug. de baptis. contra Donatist. lib. 2. c. 1.*

XLII. Cypriani in sententiam Stephani conatus.

Cum igitur Cyprianus vidisset Stephanum Papam obnitentem iis quæ in Concilio Africano de baptismate hæreticorum statuta fuerant, haud cunctatus est majori numero Episcoporum Carthagine aliud Concilium celebrare. Convocatis igitur ex Africa, Numidia, ac Mauritania Episcopis octoginta-septem, iisdemque Carthagine coeuntibus Kalendis Septembris, recitatis quæ hactenus a Cypriano in ea causa scriptæ fuissent litteræ ad Jubaianum, necnon quas Jubaianus rescripsisset ad Cyprianum; idem ipse Cyprianus (*d*) rogans singulorum sententias, non sine stomacho, tacito tamen Stephani nomine, de eo mentionem parum honorifice suggessit his verbis: *Superest ut de hac ipsa re singuli, quid sentiamus, proferamus; neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem, si diversum senserit, amoventes.* Neque enim quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad observandi necessitatem collegas suos adigit: Hæc ipse, alludens nimirum, quod Stephanus decretum edidisset, cui more majorum (ut dictum est ex Tertulliano) præfigi soleret titulus ille, Episcopus Episcoporum, summa Pontificia auctoritate; & quod aliter sentientibus excommunicationis pœnam fuisset acriter comminatus. Sed quod ibi Cyprianus in Synodo dixerat: *Quando habeat omnis Episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium; tamque judicari ab alio non possit, quam nec ipse potest alterum judicare:* S. Augustinus ita (*e*) recte interpretatur: *Opinor*, inquit, *utique in his quæstionibus, quæ nondum eliquatissima perspectione discussæ sunt;* id scilicet concessum esse: & subdit: *Noverat enim quantam sacramenti profunditatem tunc omnis Ecclesia varia disputatione versabat; liberumque faciebat quærendi arbitrium, ut examinata veritas intueretur:* Hæc & alia Augustinus; qui recensens ejusdem Concilii sententias singulorum, eas omnes scite quidem impugnat, errorisque redarguit (*f*).

Concilium Carthaginense LXXXVII. Episcoporum.

(*d*) *Concil. Carth. apud Cyprian. & August. de baptis. contra Donat. lib. 6. & 7.*

Sensus verborum Cypriani.

(*e*) *Aug. de baptis. contra Donat. lib. 3. c. 3.*

(*f*) *Aug. ib. lib. 3. c. 4. 5. 6. & seq. & lib. 7. c. 1. & usque ad finem libri.*

XLIII. Legatio ad Firmilianum Episc. Cæsareæ Cappad.

Hac habita Synodo, Cyprianus ad se venire satagens Orientales Episcopos, legationes ad eos misit. Qui enim ad remotiores partes, nempe in Cappadociam, sibi legavit Rogatianum diaconum, mittens eum ad Firmilianum Cæsareæ metropolis ejus provinciæ Episcopum, ad alios certe Episcopos propinquiorum locorum alios mittere minime prætermisit. Statim igitur post Synodum celebratam Kalendis

Septembris miſſum fuiſſe Rogatianum a Cypriano in Cappadociam, illucque perveniſſe ingruente jam hieme, ex Firmiliani ad Cyprianum redditis litteris (*a*) aperte ſatis colligi poſſe videtur, quibus dicitur: *Quoniam vero legatus iſte a vobis miſſus regredi ad vos feſtinabat, & hibernum tempus urgebat; quantum potuimus, ad ſcripta veſtra reſcripſimus*. Eodem plane argumento contra epiſtolam Stephani ad Firmilianum Cyprianum ſcripſiſſe, quo ad Pompeium antea ſcripſerat, ex dictis Firmiliani ad eum reſcriptis litteris facile dignoſci poteſt; ſed & ipſas integras Stephani litteras ſuis alligaſſe, atque ad eum miſiſſe, confutatio illarum, Firmiliani intexta litteris, abunde teſtatur.

(*a*) *Apud Cypr. epiſt. 75.*

XLIV. Firmilianus quid in Stephanum.

Videas hominem jam antea in Stephanum agitatum, quod (ut dictum eſt) ab eo communione privatus eſſet; acceptis Cypriani de eodem pariter quærentis litteris, veluti violento ſuperaddito ventorum flatu, ſemel iracundiæ igne ſuccenſum vehementius inflammatum. Dicam in præſentiarum hic opportune illud Gregorii (*b*) Nazianzeni: *Non viles tantum & plebejos, ſed etiam præſtantiſſimos quoſque viros Momus interdum attingit; ut ſolius Dei ſit, omni prorſus peccato atque animi perturbatione vacare*. Conſpicias namque ipſum furore concitum erumpere in convicia, in contumelias & probra ferri præcipitem, ſemelque mente tetri odii offuſa caligine, falſa a veris minus valuiſſe diſtinguere. Nam & quod ſpectat ad hiſtoricam rerum geſtarum veritatem, de Baſilide ait, poſt longam ætatem ab Apoſtolorum tempore vixiſſe; quem Ignatii (*c*) teſtimonio conſtat eodem cum illis tempore extitiſſe. Sed & quod ſæpe inculcat, Stephanum rupiſſe pacem cum Epiſcopis Africanis, ipſumque Cyprianum nominaſſe Pſeudochriſtum & Pſeudoprophetam, operariumque doloſum; cum de his nec leviter conqueſtus ſit Cyprianus; & Auguſtinus, qui cuncta quæ eo tempore acciderunt ab eodem ſcripta exacte pervidit, frequentius tum in ſuperius citatis locis, tum aliis abſque aliqua dubitatione teſtetur, numquam pacem inter Cyprianum & Stephanum eſſe violatam, aut communicationem Eccleſiaſticam interciſam; patentis certe mendacii redarguitur.

(*b*) *Greg. Nazianz. orat. in laud. Baſil.*

(*c*) *Ignat. ad Trall. ep. 5. & ad Smyrnenſ. ep. 10.*

XLV. Diſpar cauſa Firmiliani & Cypriani.

Putavit quidem Firmilianus ex Cypriani querelis in Stephanum, æque actum eſſe cum illo, ac ſecum factum fuerat, ejuſque collegis. Atqui non par erat utraque cauſa. Nam illi (ut vidimus) non tantum quod auctores fuiſſent obortæ contentionis, ſeveriore digni animadverſione videri poterant; ſed & quod nulla habita ratione majorum, jam decretum contra antiquam conſuetudinem calculo omnium firmiter obſignaſſent; contra vero Cyprianus (quod ſæpe diximus) cum ea decerneret, ſæpius fuerat conteſtatus, ſe in omnibus ac cum omnibus pacem ſervaturum, quantumlibet eſſent ſuæ ipſius ſententiæ adverſantes.

XLVI. Firmilianus Quartadecimanus.

Sed tandem rem jam palam detegamus. Dum ea epiſtola Firmilianus Romanam Eccleſiam calumniatus eſt, quod non omnia obſervaret quæ ab origine fuiſſent ab Apoſtolis tradita, nempe quod diverſa die celebraret Paſcha ab ea quæ inſtituta fuerat ab Apoſtolis; quis non videat ipſum ſtetiſſe a parte Quartadecimanorum, jam antea ab Eccleſia proſcriptorum? aperte enim nimis viſus eſt id ipſe profiteri; ut non ſit mirum obloqui in Stephanum, & in Romanam inſurgere Eccleſiam, quam negat ex Apoſtolorum traditione præſcripta Paſcha celebrare; atque adeo (dicam pace ſua) procaciter in Stephanum invehi Firmilianum, libera fronte judaizantem cum Montaniſtis ac Quartadecimanis a Romana Eccleſia condemnatis. At non eſt noſtri conſilii cuncta in ea epiſtola perperam poſita caſtigare; ſed ex his paucis, quantum ſat eſt, in cæteris judicandis viam aperire. Scripta eſt (ut apparet) ea epiſtola a Firmiliano in fine anni hujus, nimirum, ut ait, cum fere vigeſimus ſecundus annus eſſet ab obitu Alexandri Imperatoris, quod regnante Maximino ea contigerit quam recenſet hiſtoria.

XLVII.

Magnam profecto attulit offenſionem cunctis Eccleſiis illud Firmiliani naufragium, qui & doctrina & ſanctitudine morum nulli propemodum illorum temporum videbatur eſſe ſecundus. Quem poſtea ad meliorem frugem redditum, & communioni Catholicæ reſtitutum, ac in Eccleſiæ pace pie ſanecteque defunctum Græci colunt ac venerantur; cujus natalem diem, perinde ac aliorum ſanctorum, in Menologio (*d*) conſignatum anniverſaria memoria celebrant. Cæterum quod ad eam contra Stephanum ipſius ſententiam ſpectat, ab omnibus Orthodoxis fuit penitus improbata. Nam ut taceam cæteros, Magnus ille Baſilius, qui Firmiliano poſt evolutum ferme ſæculum in ſede ſucceſſit, rogatus ab Amphilochio de his ſcribere quid ſentiret, famoſam illam de ea re ad eum epiſtolam ſcripſit, quam Græci Canonicam vocant (*e*), qua ait, ſe nec Firmiliani, nec Cypriani probare ſententiam, indiſtincte omne rejicientium baptiſmum illorum, qui extra Eccleſiam per hæreſin vel ſchiſma poſiti eſſent; ſed antidoto diſtinctionis adhibito, Encratitarum, Hydropariſtarum, Novatianorum, ac his ſimilium recipiendum tradit eſſe baptiſmum; qui licet ab Eccleſia receſſiſſent, illud tamen ut erat Eccleſiæ integrum, forma ſervaſſent; ſecus autem illorum, quorum fides diverſa diverſum quoque ab Eccleſiæ ritu faciebat eſſe baptiſmum, ut Cataphrygum

(*d*) *Menol. die 28. Oct.* Firmiliani ſententia improbata.

(*e*) *Baſil. ad Amphil. epiſt. canon. cap. 1.*

gum qui licet de Patre & Filio recte ſentirent, Spiritum ſanctum tamen dicebant eſſe Montanum: verum quod eo canone Baſilius dicat ſchiſmaticos adhuc eſſe Eccleſiæ, idemque inferius collatum a laicis baptiſmum improbare videatur, ſunt hujuſmodi recta interpretatione digna. Cæterum quod rurſum ad Firmilianum ſpectat ut nulla de eo ſuſpicio obrepere poſſit, cum in ſchiſmate atque excommunicatione perſeveraſſe, ſicque pariter deceſſiſſe, præter ea quæ dicta ſunt, illud eſt ejus orthodoxiæ exploratiſſimum teſtimonium, etſi alia deeſſent, quod in Catholicorum Epiſcoporum celebri illo Antiocheno conventu ipſe cum aliis adverſus Paulum Samoſatenſem ſederit; ſed de his dicemus inferius. Conſtat certe eundem reliquiſſe etiam poſt ſe de Catholica fide nobilis * ingenii ſui clara monumenta, quæ idem Baſilius (*a*) citat.

* al. nobis.

(*a*) *Baſil. de Spirit. ſancto ad Amphil. c. 29.*

XLVIII. Dionyſius favet Cypriani & aliorum ſententiæ.

At eadem de baptiſmate hæreticorum ſententiam, quam Cyprianus in Africa, Firmilianus cum collegis in Aſia & Cappadocia propugnabant, Dionyſius quoque Epiſcopus Alexandrinus, hujus ſæculi S. Eccleſiæ ornamentum (quippe qui confeſſione celebris, & eruditione clariſſimus haberetur) in Ægypto acerrimo ſtudio defendere conatus eſt, ſcriptis pro eo compluribus fortiſſimis literis; quarum S. Hieronymus (*b*) his verbis meminit: *Hic in Cypriani & Africanæ Synodi dogma conſentiens, de hæreticis rebaptizandis ad diverſos plurimas miſit epiſtolas, quæ uſque hodie extant*: Hæc Hieronymus. Cum Stephano pariter ipſum de eadem re egiſſe, teſtatur Euſebius (*c*), & ex ejus epiſtola hanc recitat ſententiam: *Atque ut pro his omnibus illum* (Stephanum ſcilicet) *deprecarer, epiſtolam ſcripſi*: ut appareat ex his, Dionyſium ſic patrocinatum eſſe adverſæ ſententiæ, ut tamen apud Stephanum pro Epiſcopis eidem reconciliandis ſequeſter acceſſerit; qui & de his ad Romanos presbyteros Dionyſium & Philemonem ſe etiam ſcripſiſſe teſtatur.

(*b*) *Hieron. de Script. Eccleſ. in Dionyſ.*

(*c*) *Euſeb. lib. 7. c. 4.*

XLIX. Epiſcoporum cum Cypriano ſentientium numerus.

Licet autem (ut dictum eſt) ex Oriente, Ægypto, & Africa complures Epiſcopi patrocinari videantur ſententiæ de rebaptizandis hæreticis; tamen illi ipſi qui extra Eccleſiam poſiti eidem ſententiæ poſtea ſtuduerunt Donatiſtæ, vel alii, nonniſi quinquaginta Orientales Epiſcopos, & Africanos ſeptuagintaunum numerare potuerunt. Certe quidem nonnullos Aſianos Epiſcopos in eamdem cum Stephano ſententiam conſpiraſſe, ne ab hæreticis collatum baptiſma rejiceretur, S. Baſilius (*d*) ad Amphilochium ſcribens teſtatur. Rurſum vero multos in Africa Cypriani collegas eadem cum illo ſentire noluiſſe, S. Auguſtinus (*e*) tradit, qui & multa Epiſcoporum millia ejuſdem cum Stephano Papa ſententiæ fuiſſe affirmat. Sed & qui in Oriente (*f*) ſententiam Cypriani ſecuti fuerant, eamdem eos recidiſſe, idem confirmat Donatiſtarum quoque teſtimonio. Quin & Cyprianum non mutaſſe ſententiam, dici poſſe negat (*g*): *Sed fortaſſe* (inquit) *factum eſt ut ſuam correxerit ſententiam, ſed neſcimus; neque enim omnia, quæ eo tempore inter Epiſcopos geſta ſunt, memoriæ litteriſque mandari potuerunt: aut omnia, quæ mandata ſunt, novimus*: Hæc Auguſtinus.

(*d*) *Baſil. ad Amphil. epiſt. canonic. c. 1.*

(*e*) *Aug. contr. Creſcon. lib. 3. c. 1. in fine.*

(*f*) *Ibid. c. 2. 3.*

(*g*) *Aug. de baptiſ. contra Donat. lib. 2. c. 4.*

L. Revocati Epiſcopi ad rectam ſententiam.

Utcumque acciderit, illud conſtat, Cyprianum nequaquam a Stephano Papa Apoſtolica communicatione privatum, ſed in eadem cum Romana Eccleſia unitate, Sixti ſucceſſoris Stephani tempore, uſque ad martyrium perſtitiſſe. Certe quidem Africanos item Epiſcopos, qui in id ipſum conſenſerant, mutaſſe ſententiam, & contraria prioribus ſtatuiſſe, S. Hieronymus (*h*) teſtatur his verbis: *Denique illi ipſi Epiſcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo ſtatuerant, novum emiſere decretum;* Idemque in Eccleſia Catholica ante hæc tempora & poſt eſſe ſervatum, adverſariorum quoque teſtimoniis docet. Certe quidem quod ſpectat ad eos, qui erant ejuſdem ſententiæ in Oriente Epiſcopi rebaptizantes, propediem, anno ſequenti, relicta falſa ab eis aſſerta ſententia, adhæſerunt Stephano Papæ, ut ſuo loco dicemus.

(*h*) *Hieron. contra Luciferian.*

LI.

Sed quod ad Cyprianum, de quo agitur, ſpectat; hæc rurſum de eo S. Auguſtinus ad Vincentium ſcribit in hæc verba (*i*): *Correxiſſe autem iſtam ſententiam, non invenitur; non incongruenter tamen de tali viro exiſtimandum eſt, quod correxerit, & fortaſſe ſuppreſſum ſit ab eis qui hoc errore nimium delectati ſunt, & tanto velut patrocinio carere noluerunt; quamquam non deſint, qui hoc Cyprianum prorſus non ſenſiſſe contendant; ſed ſub ejus nomine a præſumptoribus atque mendacibus fuiſſe confictum*. Et paulo poſt: *Nos autem duas ob res non negamus illud ſenſiſſe Cyprianum; quod & ſtylus ejus habet quandam propriam faciem qua poſſit agnoſci; & quod ibi magis contra vos noſtræ cauſæ monſtratur*: Cum vero S. Eccleſia tam Occidentalis quam Orientalis (ut conſtat ex Gregorio Nazianzeno) diem natalem Cypriani martyris ſemper celebrare conſueverit; eum correxiſſe quod erraſſet, & in Eccleſiæ Catholicæ communicatione martyrium ſubiiſſe, nemo jure poterit dubitare. In quam ſententiam hæc etiam Auguſtinus (*k*): *Non ſolum* (inquit) *malos Catholicos nullo modo comparamus, ſed nec bonos facile coæquamus beato Cypriano, quem inter raros & paucos excellentiſſimæ gratiæ viros numerat pia mater Eccleſia*. Sic Auguſtinus. At hoc elogio celebrat eundem S. Hieronymus (*l*), dicens: *Ne longo ſermone ſenſum trahам, vir ſanctiſſimus & eloquentiſſimus*

(*i*) *Aug. epiſt. 48.* S. Cyprianus an Catholicæ conſenſerit Eccleſiæ.

(*k*) *Aug. de baptiſ. contra Donat. lib. 6. c. 2.*

(*l*) *Hier. in Iſai. c. 60.*

mus martyr Cyprianus, & nostri temporis confessor Hilarius, nonne tibi videntur excelsæ quondam in sæculo arbores ædificasse Ecclesiam Dei? Sed deficeret me plane dies, si omnia de S. Cypriano a sanctis Patribus decantata præconia singillatim hic vellem intexere.

LII. Traditionum vis maxima.

Quod vero ad Stephanum pertinet; quas antiquorum Patrum traditiones summo studio & intrepido animo acerrime propugnavit; eædem, his turbinibus superatis, sincere in Ecclesia Catholica custoditæ permanserunt. Enituit plane in hoc tanto certamine, quanta in traditionibus vis, & quanta sedi Apostolicæ ineesset auctoritas. Quæ considerans Vincentius Lirinensis; plane admirabundus hæc ait (*a*): *Cum ergo undique ad novitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaquaversum sacerdotes pro suo quisque studio reniterentur; tunc beatæ memoriæ Papa Stephanus, Apostolicæ sedis Antistes, cum cæteris quidem collegis suis, sed tamen præ cæteris restitit; dignum (ut opinor) existimans, si reliquos omnes tantum fidei devotione vinceret, quantum loci auctoritate superabat. Denique in epistola, quæ tunc ad Africam missa est, idem his verbis sanxit:* NIHIL NOVANDUM: NISI QUOD TRADITUM EST (*nempe servetur*). *Intelligebat etenim vir sanctus & prudens, nihil aliud ratione pietatis admittere, nisi ut omnia, qua fide a Patribus suscepta forent, eadem fide filiis consignarentur; nosque religionem, non qua vellemus, ducere, sed potius qua illa duceret, sequi oportere; idque esse proprium Christianæ modestiæ & gravitatis non sua posteris tradere, sed a majoribus accepta servare. Quis ergo tunc universi negotii exitus? quis utique, nisi usitatus & solitus? Retenta est scilicet antiquitas, & explosa * novitas.*

(*a*) *Vincent. Lirin. contra hæres. c. 9.*

* *al. explorata.*

LIII.

*Sed forte tunc ipsi novitiæ adinventioni patrocinia defuerunt. Immo vero tanta vis ingenii adfuit, tanta eloquentiæ flumina, tantus assertorum numerus, tanta verisimilitudo, tanta divinæ legis oracula, sed plane novo ac malo more intellecta, ut mihi illa conspiratio nullo modo destrui posse videatur, nisi solam tanti moliminis causam ipsa illa susceptæ, ipsa defensa, ipsa laudata novitatis professio * destituisset. Postremo ipsius Africani Concilii, sive decreti quæ vires? donante Deo, nullæ: sed universa tamquam somnia, tamquam fabulæ, tamquam superflua, abolita, antiquata, calcata sunt:* Hæc Vincentius: idemque de Donatistis, qui postea eamdem de rebaptizandis hæreticis damnatam sententiam tuendam suscepissent, hæc subdit:

* *al. professio.*

LIV. Quam diversa cum sa Donatistarum ab aliis ejusdem olim sententiæ.

Et o mira rerum conversio! auctores ejusdem opinionis, Catholici; consectatores vero, hæretici judicantur. Absolvuntur magistri; condemnantur discipuli; conscriptores librorum filii regni erunt, assertores vero gehennæ suscipiet. Nam quis illud sanctorum omnium & Episcoporum & martyrum lumen beatissimum Cyprianum cum cæteris collegis suis in æternum dubitet regnaturum esse cum Christo? Aut quis contra tam sacrilegus, qui Donatistas, & cæteras pestes, quæ illius auctoritate concilii rebaptizare se jactitant, in sempiternum neget arsuros esse cum diabolo? Hæc & alia ibi Vincentius, sane gravissime.

LV. Stephanus ab omnibus laudatus.

Sed & illud stupore dignum, quod, cum iidem Donatistæ postea adversariam Stephano Papæ sententiam defensarent, in ipsum tamen Stephanum, ob eminentem judicii cum sanctitate conjunctam auctoritatem, ne mutire quidem ausi sint, immo, & laudare compulsi. Quamobrem hæc itidem miratus S. Augustinus, agens adversus Petilianum eorum principem, hæc ait: (*b*) *Sed volo solvat mihi iste quæstionem: Quandoquidem cum Romanæ Ecclesiæ per ordinem commemoraret Episcopos, inter eos commemoravit & Stephanum, quos episcopatum illibate gessisse confessus est. Cum ergo Stephanus non solum non rebaptizaret hæreticos, verum etiam hoc facientes, vel ut fieret decernentes, excommunicandos esse censeret, sicut aliorum Episcoporum & ipsius Cypriani litteræ ostendunt; tamen cum eo Cyprianus in unitatis pace permansit. Quid hic dicturi sunt? excutiant ingenia sua quantum possunt; & utrum valeant respondere, considerent:* Hæc Augustinus.

(*b*) *Aug. de unic. bapt. contra Petil. c. 14.*

LVI. Hilarius Diaconus Anabaptista.

At non Donatistæ solum, sed & Hilarius diaconus ejusque sectatores consopitam ac plane damnatam eam de rebaptizandis hæreticis sententiam sectati sunt, quos omnes S. Ecclesia ut hæreticos condemnavit. Stephanus igitur ob Catholicam traditionem egregie propugnatam meruit omnium præconiis celebrari, cujus natalem diem non Latini modo, sed & Græci (quod de aliis Occidentalis Ecclesiæ sanctis martyribus raro accidere, consuevit) anniversaria celebritate habent in Menologio consignatum. Quomodo autem sequenti anno dissidentes ab eo Episcopi, in eamdem cum eo sententiam abeuntes, eidem reconciliati fuerint, proxime dicturi sumus.

Du-

I. DUcentesimus quinquagesimus nonus Christi annus a Cassiodoro adscribitur Fastis Valerio Maximo & Acilio Glabrione Coss. quo Episcopi, qui sententiam de rebaptizandis his qui fuissent ab hæreticis baptizati, hactenus pugnaciter defendissent, tandem Stephano consentientes, eidem Christianæ concordiæ fœdere reconciliati sunt; quod Eusebius (*a*) ex litteris Dionysii Episcopi Alexandrini testatur his verbis, dissensionem prius paucis repetens: *Cyprianus* (inquit) *Ecclesiæ Carthaginensis pastor, primus inter homines ejus ætatis, non aliter quam per lavacrum baptismatis hæreticos erroris maculis ante ablutos, in Ecclesiam admittendos existimavit. Verum Stephanus nihil novi, aut alieni a traditione ex Apostolorum temporibus derivata moliendum arbitratus, hac de re animo vehemen-*

(*a*) *Euseb. l. 7. c. 3. 4.*

Dissidentes Orientales consentiunt Stephano.

PAGIUS SÆC. III.

Anno Urbis 1009. Anno Urbis 1010. *secundum Baron.* Olymp. 258. an. 4. Olymp. 259. *secundum Baronium.* A.C. 256. I. *Consules.*

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5749.

☉ 13. F. E. ☽. 10. P. 30. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 256. *secund. Baronium* 259.

STEPHANI PAPÆ 4.

VALERIANI ET GALLIENI IMP. 4.

I. AD num. I. Coss. *Valerius Maximus*, & *M. Acilius Glabrio*. Maximum cum numerali nota edit Onuphrius, quia illum eumdem putat cum Maximo Volusiani in secundo Consulatu Collega. Sed Auctor libelli de Præfectis Urbis, Anonymus Cuspiniani, Idacius Victorius, Fasti Græci Theonis & Heraclii, ac Auctor Chronici Alexandrini diversum esse ostendunt, cum Maximum hoc anno Consulem sine nota numerali profiteantur. Illum *Valerium* vocavi, quia in libello de Præfectis Urbi *Valerius Maximus* anno præcedenti Præfectus urbi dicitur, qui ideo currenti anno Consulatum post præfecturam Urbis adeptus videtur. Quare deceptus Onuphrius, quando M. Valerium Maximum Volusiani Collegam vocavit.

II.

Per totum hunc annum, Maximi & Glabrionis Consulatu notatum, nihil ferme habuit Baronius, quod de Cypriano, aut Ecclesia Africana

NOTÆ [1] Coss. *Valerius Maximus & M. Acilius Glabrio*. Hos consules ita exhibet Relandus: *Valerius Maximus II. & Glabrio*. Lapis apud Fabrettum pag. 723.

DEDIC. IDIB. NOV. MAXIMO. ET GLABRIONE. COS.

Effossa est A. D. 1731. Romæ in villa Casali ad Cœlium montem vetus inscriptio; in qua hæc leguntur:

BALBINO. MAXIMO. COS. ORD.
PR. K. TUT. Q. K. LEG. PROV. ASIAE.
CUR. R. P. LAUR. LAVINAT. &c.

Simillima est veteri lapidi apud Gruterum pag. MCI. 8. ad D. Martini in montibus, ubi legitur:

L. VALERIO. L. F. CL.
POPLICIO BAL. BINO.
MAX. COS. ORD. PR.
(F. TUC. Q. F.)

mendose, legendum enim

P. R. K. TVT. Q. K. LEG. PROV.
ASTYR. CUR. REIP.
LAUR. LAVINAT.

Ex titulis dignitatum vides, unum eumdemque esse, qui in utroque lapide prostat, licet pluribus nominibus in Gruteriano lapide designetur. Ex *Valerii* nomine, Valerium Maximum hujus anni consulem indicari conjicio. Norisius in Epistola consulari pag. 140. A. D. 227. ubi consules *Albinus & Maximus* memorantur, Gruterianum lapidem supra allatum profert; annum tamen quo hic *Maximus*, de quo Gruterianus lapis, ordinarium consulatum gesserit, sibi hactenus incompertum esse fatetur. Ex forma litterarum inscriptionis in vinea Casali, quam non semel oculis lustravi, eam ad hanc ætatem referendam puto. Litterarum singularium hæc est significatio: *Prætori Kandidato Tutelari Quæstori Kandidato*. Si mea ergo me conjectura non fallit, consul *Maximus* ita est exhibendus, *L. Valerius Poplicius Balbinus Maximus*.

Vulgares Fasti; *Maximo & Glabrione*. In aliquot juris civilis libris legitur *Maximo II. & Glabrione* Coss. ut & apud Cassiodorum. Hinc nota geminati per *Maximum* Consulatus, apud Relandum posita.

Consul suffectus hoc anno *Antoninus Gallus* dicitur, de quo *Valeriani Augusti* epistola *Antonino Gallo* Consuli, apud Vopiscum in Aureliano, Cap. VIII.

menter commotus est. Dionysius igitur ubi longum sermonem cum Stephano per litteras de hac controversia contulit, tandem declarat, quo pacto perturbationis fluctibus sedatis, omnes ubique Ecclesiæ, nova ac perversa Novati hæresis pravitate repudiata, pacem inter se conciliassent. Appellat Eusebius sententiam de rebaptizatione pravitatem Novati, seu potius Novatiani hæresim; ea nimirum ex causa quod Novatianus id temporis rebaptizare aggressus esset, nec (ut dictum est) reciperet quempiam apud alios baptizatum, absque secundo a se administrato baptismate. Sed qui hi fuerint, qui, exposa novitate Novatianorum, inierint concordiam, idem mox ex Dionysio recitat dicens: *Jam scito, frater, omnes Orientales Ecclesias, quæ antea fuerant propter errorum perversitatem nonnulla dissensione distractæ, ad concordiam denuo esse reductas. Omnes etiam Ecclesiarum Præsides, quæ*

PAGIUS *Cyprianus scribit libellum de Bono patientiæ.*

Baron. anno 258. n. XXXV. & XXXVII.

cana, de Dionysio, aut Ecclesia Alexandrina, aliisve Asiaticis aut Orientalibus scriberet. Nam postquam locutus est de reconciliatione, quam cum Stephano Papa factam credit, fuse de persecutione agit, quam certum est, anno tantum sequenti fuisse decretam. Quare Annales Ecclesiastici ex Pearsonio in Annalibus Cyprianicis, aliisque supplendi, & quæ Baronius anno præcedenti, loco scilicet non suo, narravit, huc revocanda. Cyprianus itaque, cum videret nonnullos etiam Episcopos, nec nuperi Concilii, nec vetustioris sub *Agrippino* prædecessore Synodi decreto motos, sed veteri quadam consuetudine, quæ ante *Agrippinum* obtinuerat, potius ductos docere, homines ab hæreticis venientes non Baptismo Ecclesiastico, sed sola manuum Impositione recipiendos esse, scripsit libellum *de Bono patientiæ*, præsentem controversiam, ne nimis molestus Collegis suis videretur, parcissime perstringens, eumque ad *Jubaianum* postea pro mutua dilectione transmisit. Baronius anno præcedenti hujus Operis meminit, nec male, post motam enim de Hæreticorum Baptismo litem, illud exaratum; sed an hoc anno vel præcedenti, incompertum.

III. *Concilium II. a Cypriano de Baptismo celebratum.*

Baron. an. 258. num. XXVII. & seqq.

Propter eamdem rationem, ut nempe exacerbatis hinc inde partium animis aliquod remedium afferret, necesse tunc habuit cogere & celebrare Concilium de hoc negotio secundum, cui præsentes statim erant LXXI. Episcopi non tantum ex Provincia Africæ, sed ex Numidia, ubi controversia maxime fervebat, quæ nuperi Concilii ex solis Africæ Proconsularis Episcopis conflati auctoritate sopiri non potuit. Hujus Concilii epocha incerta, ideoque anno superiori a Baronio, ab aliis hoc anno memoratur. Cyprianus & Collegæ in Concilio Synodicas literas ad *Stephanum* Romanum Pontificem miserunt, transmissis etiam Cypriani literis ad *Quintum*, ipsisque Synodicis in priori Concilio ad Episcopos Numidiæ scriptis. Atque hæc est epistola LXXII. etiam Pamelio. *Jubaianus* scripsit ad Cyprianum de hac controversia literas, quæ non extant; & cum iis simul misit exemplum epistolæ contra sententiam Cypriani scriptæ quæ pariter periit. Cyprianus vero Jubaiano plene respondit, & ad argumenta epistolæ incerti Auctoris solutiones suas adhibuit, epistola LXXIII. etiam secundum ordinem a Pamelio statutum. Et *Jubaianus* statim iis literis, quæ nunc non extant, sed in proximo Concilio recitabantur, sibi satisfactum esse docuit, Cyprianoque gratias egit. Mox etiam Stephanus scripsit ad Cyprianum epistolam, quæ non extat, cujusque pauciissima fragmenta in literis ad Pompeium, nec alibi supersunt. In ea autem sententiam Concilii Carthaginiensis rejicit & condemnat, ipsumque Cyprianum, & reliquos Africanos Episcopos, qui in eo Concilio consenserant, abstinendos docet, & est hæc epistola LXXIV. etiam Pamelio.

IV. *Quæ fuerit Stephani PP. de Baptismo Hæreticorum sententia.*

Pearsonius citatus existimat, Cypriani & Stephani Papæ sententiam universali propositione constasse: si Stephanum spectes, omnes ab Hæreticis quibuscumque baptizati, reversi ab hæresi, in Ecclesia recipi debent sine legitimo Baptismo: si Cyprianum spectes, nullus in aliqua hæresi aut schismate primo baptizatus, ab hæresi aut schismate reversus, sine Baptismo legitimo recipi debet: quæ Blondelli, imo & aliquorum Catholicorum sententia fuit. Existimarunt enim, *Stephanum*, damnando morem Cypriani & Africanorum Antistitum, necnon *Firmilianî* & Orientalium de rebaptizandis Hæreticis, in extremum errorem lapsum esse, ac decrevisse, quorumcumque Hæreticorum Baptisma, etiamsi consueta & solenni Ecclesiæ forma & ritu collatum non esset, ratum esse ac legitimum, proindeque non iterandum. Verum hæc opinio improbabilis. Si enim in eum errorem lapsus fuisset Stephanus, universa Ecclesia his temporibus versata esset in errore: omnes quippe Episcopi vel Cypriani, vel Stephani sententiam tuebantur; & utraque secundum Blondelli hypothesim erronea erat.

V. *Magis explicatur.*

Præterea Cyprianus in epistola laudata ad Pompeium testatur, *Stephanum* Baptismum Hæreticorum ratum habuisse ob vim & efficaciam verborum Evangelicorum, quibus confertur: *Aut si*, inquit Cyprianus, *effectum Baptismi majestati nominis tribuunt, ut qui in nomine Christi ubicumque & quomodocumque baptizantur, innovati & sanctificati judicentur*, &c. Quare semper Stephanus supposuit, Baptismum verbis Evangelicis, ut ratus esset, conferri debere. Ad hæc, Vincentius Lirinensis in Commonitorio, ubi de errore ab Agrippino invecto loquitur, ait: *Cum ergo undique ad novitatem rei cuncti reclamarent, huic beatæ memoriæ Stephanus, cum ceteris Collegis fuit, sed tamen præ ceteris, vestitit. Quis ergo tunc universi negotii exitus, nisi ustratus & solitus? Retenta est scilicet antiquitas, exposa novitas.* Stephanus itaque, qui antiquitatem retinuit, & novitatem exposit, in errorem lapsus non est. Legendus Schelstratius parte 2. Antiq. Illustratæ Dissert. I. art. II. ubi fuse ostendit, totam quæstionem Stephanum inter & Cyprianum fuisse de Baptismo Hæreticorum, supposito quod in nomine Christi seu Trinitatis Baptismum conferrent.

VI. *Non docuit Stephanus, omnes Hæreticos non esse amplius baptizandos.*

Neque quis dicat cum Pearsonio Stephanum in epistola ad Cyprianum quæ non extat, suam sententiam proferre, qua a quacumque hæresi venientes baptizari in Ecclesia vetat. Hæc Stephani verba: *Si quis ergo a quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam: cum ipsi Hæretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum.* Quod & confirmat, inquit Pearsonius, S. Augustinus cap. 14. contra Petilianum, ubi ait: *Baptismum Christi*

quæ ubique locorum sunt, summo animorum consensu conspirare, & ob pacem hanc præter omnium expectationem constitutam incredibili lætitia affici. Hæc quidem a Dionysio ad Stephanum scripta, non de alia dissensione, quam de ea quæ de rebaptizatione excitata, totum plane Orientem commoverat; non de Novatiani schismate, quod nonnisi Antiochenam Ecclesiam exagitavit, esse intelligenda, ne-

mo non videt; sed hæc inferius dilucidiora reddentur.

II. Episcoporum Orientalium pax cum Ecclesia Catholica.

Sed quinam essent illi Episcopi, qui mutuam inierant concordiam, numerat, dicens: *Demetrianum dico Antiochiæ Episcopum, Theoctistum Cæsareæ, Mozabanem Æliæ, Marinum Tyri, mortuo Alexandro, Episcopum, Heliodorum Laodiceæ, defuncto Thelymidro, Episcopum, Helenum Tarsi, & cunctas Ciliciæ Ecclesias,*

PAGIUS *Christi in nullo iterandum esse censebat*, nempe Stephanus. Sed jam Vir doctissimus ad has similesve auctoritates respondit, his sc. verbis, *a quacumque hæresi*, solas illas hæreses Stephanum intellexisse, qui Baptismi formam integram servaverant: eundem ferme loquendi modum Hieronymum usurpasse in finem Dialogi adversus Luciferianos, ubi Baptisma Hæreticorum receptum semper fuisse in Ecclesia Romana asserit, nec illos excipit, qui Baptismi formam violabant: neque tamen illorum Baptisma S. Hieronymi temporibus ab Ecclesia fuisse susceptum, aliquem affirmasse. Stephanus itaque alio modo locutus non est, quam post ipsum S. Hieronymus: *Si Hæretici*, inquit S. Doctor, *Baptisma non habent, & ideo rebaptizandi ab Ecclesia sunt, quia in Ecclesia non fuerunt: ipse quoque Hilarius non est Christianus: in ea quippe Ecclesia baptizatus est, quæ semper ab Hæreticis baptismum recepit.* Et infra: *Quod si negandum quispiam putaverit, Hæreticos a majoribus nostris semper fuisse susceptos, legat B. Cypriani epistolas, in quibus Stephanum Romanæ urbis Episcopum, & inveteratæ consuetudinis lacerat errorem, Legat & ipsius Hilarii libellos, quos adversus nos de rebaptizandis Hæreticis edidit, & ibi reperiet, ipsum Hilarium confiteri a Julio, Marco, Silvestro, & ceteris veteribus Episcopis, similiter in pœnitentiam* OMNES HÆRETICOS *susceptos.* Denique laudat Hieronymus Nicænum Concilium, *quod* OMNES HÆRETICOS *susceperit, exceptis, Pauli Samosateni discipulis*: id est, omnium Hæreticorum, præterquam Paulianistarum, Baptisma ratum habuit.

VII. *Quanta fuerit S. Cypriani celebritas.*

Launoius in epistola ad Jacobum Bevilaquam dicit, Cyprianum pluris quam Stephanum semper in Ecclesia habitum fuisse, ideoque, ipsa Ecclesia judice, videri Stephanum, errorem Cypriani damnando, in contrarium errorem abreptum. Suam propositionem probat ex laudibus, quibus Sancti Patres pene universi prosecuti sunt Cyprianum, non Stephanum: ex Canone Missæ, in quo adscriptum habetur nomen Cypriani, non Stephani: ex veteribus Litaniis, in quibus Cyprianus invocatur, non Stephanus; quas Litanias ex Romano Ordine, & XIX. Ritualibus Ecclesiarum Galliæ Launoius laudat. Quod in S. Gregorii Sacramentario, & in antiquis Missalibus habeatur Præfatio in festo Sanctorum Cornelii & Cypriani, non in festo S. Stephani. Quod festum S. Cypriani ritu solenniori celebretur. Quod in Kalendario veteri, quod sub Romani nomine Joannes Fronto publici juris fecit, post Natale Apostolorum Petri & Pauli ponatur: *Hebdomada I. II. III. IV. V. & VI. post Natale Apostolorum.* Et similiter post Natale Sanctorum Cornelii & Cypriani XIV. Septemb. continuo subjungitur: *Hebdomada I. II. III. IV. V. & VI. post Natale S. Cypriani*: sed non ponatur quid simile post festum Stephani Papæ. Quod Anastasius Bibliothecarius in Vita Stephani aliarum ejus Constitutionum meminerit; non illius, quæ ad Baptismum Hæreticorum pertinet; quasi qui Romæ scribunt, illud eloqui non auderent: vel etiam erubescerent. Quod in Romano Breviario, Clementis VIII. & Urbani VIII. auctoritate recognito, decretum de non rebaptizandis Hæreticis aliter quam a Stephano editum est, referatur: *Baptizatos ab Hæreticis iterum baptizari vetuit, rescribens S. Cypriano verbis illis: Nihil innovetur, nisi quod traditum est*, ut refertur Lect. 2.

VIII. *Ex ea nihil inferri potest contra Stephani decretum.*

Verum hæc solum probant, majorem Ecclesiæ de S. Cypriano existimationem, veneratione nemque propensiorem, tum ob sanctitatem, dum vixit, illustriorem, cum ob Christianæ disciplinæ studium & animi fortitudinem in ea propugnanda, sæviente persecutionum tempestate, eximiam; cum ob amorem Ecclesiæ universæ & Catholicæ unitatis; cum ob doctrinæ præstantiam ac famam, quæ ipsi inter Ecclesiæ Patres nobilem locum obtinuit, quæ doctrina, si errorem de Hæreticorum Baptismo exceperis, Fidei propugnaculum, Traditionum promptuarium, disciplinæ palladium, Moralis Evangelicæ firmamentum est; tum denique ob martyrii claritatem, celebritatemque majorem. At quantumvis Stephani obscurior sit in Ecclesia, quam Cypriani memoria, inferri inde non potest, Stephani decretum ab ea non probari. Nec movere debet, vel Anastasii Bibliothecarii silentium de hujusmodi decreto, vel Romani Breviarii Lectio 2. cum iis prævaleat veterum monumentorum fides, ut jam ad Launoium a Viro eruditissimo responsum.

IX. *Historia dissidii Stephanum inter & Cyprianum ac Orientales magis elucidatur.*

Baron. an. 258. num. XIV. & XVIII.

Cum jam responsum *Stephani* Papæ ad manus Cypriani perveniisset, *Pompeius* quidam Episcopus Africæ a Cypriano petiit, ut ea, quæ Stephanus rescripserat, ad notitiam suam perferrentur. Quapropter *Cyprianus*, qui aliarum epistolarum ad eum exempla transmiserat, hujus etiam rescripti exemplum Pompeio misit, ac ne eo moveretur, literis suis ad Stephani argumenta respondit. Stephanus scripsit etiam ad Orientales, eosque excommunicandos fore pariter minatur. Hanc epistolam perstringit Dionysius Alexandrinus literis postea ad Xystum datis, in quibus de Stephano agens, hæc habet: *Ante quidem literas scripserat de Heleno & Firmiliano, ὡδὲ ἐκείνοις κοινωνήσων, neque cum illis communionem habiturus*; quibus verbis significat, Stephanum Afris idem prius minatum esse. Verumtamen Baronius hæc omnia invertit, & jurgium Stephani primo loco proponit cum Orientalibus, ejusque iram contra eos, ac præcipue Firmilianum, summopere exaggerat. Quamobrem *primos tempestatis hujus fluctus motos esse in Oriente* docet, & (cum tunc temporis celebraretur *Iconiense* Concilium) Stephanum Papam omnes Patres illius Concilii communione privasse tradit. Quin etiam Orientales Episcopos, Apostolicæ sedis communione privatos, Legatos Episcopos ad Stephanum Romam misisse vult,

Firmilianum etiam, & totam Cappadociam. Illuſtriores ſolum Epiſcopos nominatim perſtrinxi, ne vel litteræ videantur aliquanto prolixiores, vel nominum enumeratio lectori ſatietatem & moleſtiam afferat. Syria porro univerſa & Arabia, quibus veſtra doctrina & conſilio ſemper magno adiumento fuiſtis, & quibus etiam modo ſcripſiſtis epiſtolas, Meſopotamia quoque, Pontus, atque Bithynia, & ne longum faciam, omnes ubique gaudio exultant, & uno animorum conſenſu ac fraterna charitate Deo gloriam impertiunt: Hucuſque ex epiſtola Dionyſii Euſebius: quæ quidem haud potuit ſcripta eſſe de pace ex ſchiſmate Novatiani. Nam eſto quod illud ſchiſma deſierit: attamen ſuborta mox de rebaptizatione ſub Stephano controverſia, & ſciſſo (ut demonſtratum eſt) in diverſas ſententias Oriente; nihil eſt quod ea de mutua omnium concordia & pace Eccleſiæ ad Stephanum ſcribere Dionyſius potuiſſet; niſi hoc anno, cum nondum a Valeriano fuerat adverſus Chriſtianos

PAGIUS vult, redditurosque rationem de iis, quæ in Synodo ab Epiſcopis geſta eſſent. Hos etiam Legatos ab Orientalibus Epiſcopis miſſos, a Stephano nec auditos, nec receptos eſſe, & *Firmilianum* quod communione Apoſtolica interceptus eſſet, ſtomachatum vehementer poſtea ad Cyprianum ſcripſiſſe. *Poſt hæc autem*, inquit Baronius, *re ipſa in controverſiam ubique deducta, Eccleſia Africana nutavit.* Sed hæc omnia de primo cum Orientalibus jurgio ipſi hiſtoriæ a Cypriano, Firmiliano, & Dionyſio Alexandrino proditæ aperte repugnant.

X. *Stephano ſedente diſſidium de Baptiſmo Hæreticorum in Africa cœpit.*

Euſebius enim, qui Dionyſii ſcripta diligenter legerat, in hunc modum narrationem ordiri lib. 7. cap. 3. ut eum Valeſius ex MSS. recte reſtituit. Πρῶτος τῶν τότε κυπριανὸς, τῆς κατὰ καρχηδόνα παροικίας ποιμὴν, δι' ἔθνους ἡ διὰ λατρὸ πρότερον τῆς πλάνης ἐκκαθηρημένης προσιέσθαι δεῖν ἡγεῖτο, id eſt, ex nova verſione Pearſonii: *Primus omnium ea tempeſtate Cyprianus Carthaginienſis Epiſcopus*, Hæreticos *nonniſi per Baptiſmum ab errore prius purgatos admittendos eſſe cenſuit.* In Africa igitur primum hæc ſub Pontificatu Stephani orta eſt controverſia; & a Cypriano pro Baptiſmo Hæreticorum ſententia primum ea tempeſtate lata eſt, quæ Stephanum commovit. Valeſius pluribus fruſtra probat, Cyprianum hujus ſententiæ primum auctorem non fuiſſe. Ipſe enim priora illa verba Græca male vertit: *Primus omnium Cyprianus, qui tunc temporis Carthaginienſem regebat Eccleſiam*; dum non perciperet, quo illud, τότε, referre debuit. Certe, inquit Pearſonius, πρῶτος τῶν τότε, aliud Græce non ſonat, quam *primus eorum qui tunc temporis extitere, vel floruere.* Neque *Iconienſe* Concilium ad tempora Stephani pertinebat, ut omnes Iconienſis Concilii Patres communione privaret.

XI. *Legati Africani ad Stephanum PP. miſſi.* Baron. an. 258. num. XVI.

Quod etiam de Legatis Epiſcopis ab Orientalibus Romam miſſis tradit Baronius, ſubſiſtere non poteſt. Firmilianus enim, quem pro ſe adducit, clare docet, non ab Orientalibus, ſed ab Afris eos Legatos miſſos eſſe. *Quid enim*, inquit, *humilius aut lenius, quam cum tot Epiſcopis per totum mundum diſſenſiſſe, pacem cum ſingulis vario diſcordiæ genere rumpentem, modo cum Orientalibus, quod nec vos latere confidimus; modo vobiſcum qui in Meridie eſtis, a quibus Legatos Epiſcopos patienter ſatis & leniter ſuſcepit, ut eos nec ad ſermonem ſaltem colloquii communis admitteret.* Quid enim ex illorum verborum ſerie exploratius eſſe poteſt, quam Legatos eos Epiſcopali honore conſpicuos, non ab Orientalibus, ſed ab iis, qui in Meridie erant, hoc eſt, Afris, miſſos fuiſſe? Neque aliter hæc Firmiliani verba, quæ citata præcedunt, intelligenda: *Niſi quod nos gratiam referre Stephano in iſto poſtumus, quod per illius inhumanitatem nunc effectum ſit, ut Fidei & ſapientiæ veſtræ experimentum caperemus.* Illa enim *inhumanitas* nihil aliud erat, quam Legatorum rejectio, per quam nec confabulatio jam poſſet eſſe, aut ſermo communis. Qui Legati a Synodo Carthaginienſi ſecunda miſſi. Hæc Pearſonius.

XII. *Stephanus nec Afros nec Orientales communicavit.*

Tertio, non admittunt Eruditi quod ſcribit Baronius, *Stephanum* nempe, *Firmilianum*, cum Coepiſcopis excommunicaſſe. Nam nec Firmilianus cum Orientalibus, nec Cyprianus cum Afris ob diſcordiam de Hæreticorum Baptiſmate, fuerunt re ipſa excommunicati. Certe *Stephanum* ultra minas non proceſſiſſe ex eo apparet, quod *Dionyſius* Alexandrinus poſt ejus obitum ad Xyſtum Papam iterum ſcripſit, ut ejus ſententiam ſupra ea re flagitaret. Nam Dionyſius in Afrorum & Orientalium ſententiam magis propendebat, teſte Hieronymo in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Præterea *Firmilianus* adfuit celebri Concilio contra Paulum *Samoſatenum* Antiochiæ convocato, & ſecundi Concilii Antiocheni adverſus eundem Paulum celebrati Patres, in ſua epiſtola Synodica ad Dionyſium Romanum Pontificem, Maximum Alexandrinum, omneſque Orbis Catholici Epiſcopos data, vocant Firmilianum æque ac Dionyſium Alexandrinum: *Beatæ recordationis virum: Nam*, inquiunt, *& ad Dionyſium Alexandrinum & ad Firmilianum Cappadociæ Antiſtitem, beatæ recordationis viros, literas dedimus.* Quod ſi Firmilianus excommunicatus fuiſſet, eum Epiſcopi *beatæ recordationis virum* non appellaſſent, nec Eccleſia Græca, quæ die XXVIII. Octobris in Menologio ejus memoriam celebrat, hominem ab Apoſtolica Sede excommunicatum Faſtis ſuis inſeruiſſet. Firmilianus quidem in epiſtola ad Cyprianum ſub finem, loquens de epiſtola, quam Stephanus Papa ad Orientales ſcripſerat, ait: *Pacem cum ſingulis vario diſcordiæ genere rumpentem: modo cum Orientalibus, (quod nec vos latere confidimus) modo vobiſcum qui in Meridie eſtis.* Sed Firmilianus Oratorum more rem amplificat. Neque enim Stephanus aut cum Afris, aut cum Orientalibus pacem rupit, ſed tantum minatus eſt, ſe pacem cum iiſdem rupturum, ut diſerte teſtatur Dionyſius Alexandrinus in epiſtola ad Xyſtum Papam apud Euſebium lib. 7. cap. 5. *Seſe ob eam cauſam ab illorum communione diſceſſurum, quod Hæreticos rebaptizarent.* Quod ſi Stephanus excommunicationis ſententiam in eos protuliſſet, non utique vario genere pacem cum utriſque rupiſſet, ſed uno eodemque modo, excommunicationis videlicet ſententia, tam Afros, quam Orientales percuſſiſſet, inquit Valeſius in Notis ad citatum Euſebii locum.

Baron. an. 258. n. 15. & 46.

XIII. *Stephanus PP. Legatos Africanos Concilii duriuſ habet.*

Sed videamus cum eodem Valeſio, quo modo cum Afris pacem, Stephanus ruperit. Declarat hoc Firmilianus his verbis: *Modo vobiſcum, a quibus Legatos Epiſcopos patienter ſatis & leniter ſuſcepit: ut eos nec ad ſermonem ſaltem colloquii communis admitteret: adhuc inſuper præciperet*

nos perſecutio promulgata, pax in omnibus inter Epiſcopos ſtabilita fuiſſet.

III. Dionyſius Sixtum conſuluit.

Porro de inita concordia, & in ſententiam Stephani omnium acceſſione, ex ejuſdem Dionyſii (a) epiſtola, quam poſtea ad Stephani ſucceſſorem Sixtum Pontificem ſcripſit facile poteſt intelligi. Nam cum ipſe tenacius Cypriani & aliorum idem ſentientium ſententiam defendiſſet; occurrente caſu de baptizato ab hæreticis non ſecundum ritum Catholicæ Eccleſiæ, *licet* eum libere baptizare potuiſſet: tamen, ne videretur aliqua levi ſuſpicione perſtare in ſententia quam damnarat, valde trepidans, non auſus eſt hominem id enixius expoſcentem baptizare; ſed de re, quam putavit ambiguam litteris Sixtum conſuluit; quod certe minime feciſſet, niſi prius in ſententiam Stephani pedibus iviſſet. Sed de epiſtola ab eo ad Sixtum ſcripta, ſuo loco agendum erit.

(a) *Apud Euſeb. l. 7. c. 8.*

IV. Si igitur (ut vidimus) omnes Orientales Eccleſiæ in unam eamdemque conſpi-

PAGIUS *ret fraternitati univerſæ, ne quis eos in domum ſuam reciperet, ut venientibus non ſolum pax & communio, ſed & tectum & hoſpitium negaretur.* Quæ Firmiliani verba rem quidem ipſam magnopere exaggerant; ſed nullum in illis excommunicationis a Stephano prolatæ indicium reperitur, Graviter commotus eſt *Stephanus*, & indigne tulit, quod Africana Synodus adverſus receptam totius Eccleſiæ conſuetudinem Hæreticos rebaptizandos eſſe ſtatuiſſet, remque tanti ponderis ac momenti, non conſulto prius Romanæ urbis Epiſcopo decernere auſa eſſet. Itaque Epiſcopos, quos Cyprianus & reliqui Collegæ ad ipſum miſerant una cum decretis illius Synodi, primo quidem admittere noluit, ut docet Firmilianus. Poſtea vero eos admiſit, & ad literas Cypriani reſcripſit, ſicut colligitur ex epiſtola Cypriani ad Pompeium. Quæ quidem Stephani literæ, licet paulo acerbiores & iniquiores viſæ tunc fuerint Cypriano, nihilominus tamen pacem inter ſe ambo retinuerunt. *Cyprianus* certe etiam poſt illas Stephani literas, eum fratrem nominat in epiſtola ad Pompeium ſub initium. Idque aperte confirmat Hieronymus in Dialogo adverſus Luciferianos, de Cypriano ita loquens: *Scient illum hæc non cum anathemate eorum, qui ſe ſequi noluerant, edidiſſe: ſiquidem in communione eorum permanſit, qui ſententiæ ſuæ contraierant.* Hæc Valeſius loco citato.

XIV. *Epiſcopi Orientales Schiſma Novati abdicant.* Baron. an. 259. num. 1. & ſeqq.

A num. I. ad VI. Quarto, hallucinatus eſt Cardinalis doctiſſimus, quando ſcripſit hanc de Baptiſmate Hæreticorum quæſtionem ſopitam fuiſſe tempore Cypriani & Firmiliani, quod Euſebius lib. 7. cap. 4. narret de Dionyſii Alexandrini ad Stephanum Papam ſuper hac quæſtione epiſtolis: *Ad hunc igitur, ut dixi, multa de hoc argumento Dionyſius per literas ſcripſit, in quibus id tandem illi indicat, omnes ubique Eccleſias, mollito jam perſecutionis furore, Novati turbulentam novitatem deteſtantes inter ſe pacem iniiſſe.* Sic autem ſcribit: *Scias autem, frater, cunctas per Orientem & ulterius poſitas Eccleſias, quæ prius erant diſciſſæ, nunc autem ad unitatem reverſas eſſe: & omnes Eccleſiarum ubicumque Antiſtites unum idemque ſentire, & ob redditam inſperato pacem, incredibili gaudio exultare: Demetrianum ſcilicet Epiſcopum Antiochiæ, Theoctiſtum Cæſareæ, Ælia poſt mortem Alexandri Mazabanem, Marinum Tyri, Laodiceæ vero poſt Thelymidris obitum Heliodorum: Helenum Tarſi, cunctaſque Ciliciæ Eccleſias: Firmilianum denique cum univerſa Cappadocia.* Ex quibus Baronius infert, omnes Orientales, mutata ſententia, Stephani Papæ decretum amplexos fuiſſe, poſtquam Stephanus tam Firmilianum Cappadocem, quam Helenum Tarſenſem cum finitimis Epiſcopis excommunicationis ſententia innodare minatus eſſet: Appellat autem Euſebius, inquit Baronius, ſententiam de rebaptizatione pravitatem Novati, ſeu potius Novatiani hæreſim, ea nimirum ex cauſa, quod *Novatianus* hoc tempore rebaptizare aggreſſus eſſet.

XV. *Controverſia de rebaptizatione Stephani PP. tempore non ſopita.*

Verum, ut notavit Schelſtratius parte 2. Antiquit. Illuſtrat. Diſſert. I. cap. 5. art. 3. hæc conjectura admitti non poteſt; cum aliud ſit *Noſtra* Schiſma, aliud de rebaptizatione Hæreticorum contentio. De Schiſmate enim *Novati* diviſas fuiſſe Orientis Eccleſias conſtat, & de hac diviſione ſcribit ad Stephanum Dionyſius Alexandrinus, quod ſciret, hoc non parum Pontificem permoturum ad relinquendam pacem Eccleſiæ, quæ antea tam fæde diſrupta, nunc primum nova facie ad gaudium Fidelium incipiebat floreſcere. Significat itaque Dionyſius concordiam Eccleſiarum Orientis, quæ *Novatiani* hæreſim damnaverant, & *Lapſos* recipiendos eſſe ſtatuerant; nuntiatque, huic ſententiæ *Demetrianum* Epiſcopum Antiochiæ, quæ caput erat Orientis, & reliquos ſubſcripſiſſe. Quare Euſebius tantum loquitur de unione Eccleſiarum Orientis inter ſe, non vero cum Stephano: & deinde ipſe Dionyſius, qui hæc ſcripſit ad Stephanum, quique Firmiliani, & Cypriani ſententiæ, teſte Hieronymo adhæſit, nondum ſententiam ſuam mutarat initio Pontificatus Xyſti ſucceſſoris Stephani, utpote cui hanc rem perpendendam objicit apud Euſebium lib. 7. *At vide, quæſo, gravitatem negotii: revera enim in maximis, ut audio, Epiſcoporum Conciliis decretum eſt; ut qui ab Hæreticis ad Catholicam Eccleſiam accedunt, primum Catechumeni fierent, ac deinde vetteris & impuri fermenti ſordibus per Baptiſmum purgaventur.* Magis ſeſe explicat Dionyſius in epiſtola, quam ſcripſit ad Philemonem Eccleſiæ Romanæ Presbyterum apud Euſebium lib. 7. cap. 7. Unde, cum poſt Stephani mortem has duas Dionyſius ſcripſerit epiſtolas, apparet, quæ de unione Eccleſiarum ſcripta erant ad Stephanum, nor de Hæreticorum rebaptizatione, ſed, ut verba ſonant, de *Novati* Schiſmate intelligenda eſſe.

XVI. *Tertium Concilium Cypriani de Baptiſmo Hæreticorum.* Baron. an. 258. num. XLIII.

Cyprianus poſtquam Stephani decretum accepit, *Concilium* convocavit ex omnibus Provinciis cum Africæ, tum Numidiæ, atque Mauritaniæ, in quo Epiſcopi comparebant minimum octoginta ſeptem, qui omnes unanimiter Cypriani ſententiam confirmarunt. Celebratum illud Kalendis Septembribus, ut ex ipſomet patet, & quidem hoc anno; eſtque tertium a Cypriano de Hæreticorum Baptiſmate coactum. Omnes porro Synodi Africanæ ſub Cypriano a Concilio VI. in Trullo can. 2. fuere confirmatæ.

XVII. Cum *Cyprianus* non dubitaret, quin *Stephanus* de eadem controverſia ad Orientales Epiſcopos etiam ſcriberet, dedit ad Firmilianum Cæſareæ

in

Pax & concordia Ecclesiæ.

spirantes sententiam (ut ait Dionysius) sunt pacis vinculo copulatæ, quis tam vecors & emotæ mentis poterit vel leviter suspicari, unum Cyprianum pertinacem in sententia obstinatius perstitisse, & non potius (quod sæpe est suis litteris contestatus, sic se de quæstione proposita altercari, ut in omnibus voluerit mutuæ paci ac concordiæ esse consultum) Romanæ Ecclesiæ & totius Orientis Episcoporum vestigiis institisse? Quod vero nullum existat de ejusdem Cypriani mutata sententia a se editum testimonium; quæ mox secuta est persecutio, illud, sicut multa alia vetustatis monumenta potuit evertisse, ac omnem ejus rei memoriam penitus deleviſſe.

V. Discrimen inter Catholicos invicem altercantes & hæreticos.

Ex his plane intueri licet, quam dispares esse soleant controversiæ, quibus inter se Catholici invicem adversantur, ab illis quibus hæretici conflictantur. Est enim innatum iis cum sibi altercantibus vehemens ac prorsus implacabile odium, cum livore conjunctum; ut nullo possint officio demulceri, aut ratione convinci. Isti vero instar columbarum, postquam mutuo rixati fuerint, mox osculo sanctæ pacis, Catholicæ concordiæ symbolo, se invicem complectentes, amice fraterneque salutent; & quod nonnisi veritatem omnes cupiant, ea semel elucidata atque perspicue demonstrata, ad eam velut optatam expositam escam, depositis penitus omnibus simultatibus, convolent. Atque de his hactenus.

VI. Persecutio Valeriani.

Hoc eodem anno Valerianus Imperator adversus Christianos Romæ diram persecutionem excitavit, quæ octava ordine numeratur a S. Hieronymo (a), Augustino (b). Orosio (c), atque Severo (d) Duraſſe hanc annos tres & menses sex, auctor est Dionysius Alexandrinus, qui eam tradit quievisse, cum Valerianus a Persis captus est; quod contigit anno ab hinc quarto. Quo auctore permotus fuerit Valerianus, antehac de Christianis optime meritus, ut quam acerbissime in eos sæviret, ex Dionysio (e), quem diximus, qui ea, quæ scripsit, ob oculos habuit, demonstratum est superius, ipso Imperii Valeriani exordio; nimirum ad hæc agenda permotum fuisse ab Ægyptio quodam mago, cui semel admovens aures, adeo est depravatus, ut ad magiam humanas victimas immolaret, visceraque scrutaretur infantium; quem & illum fuisse magum Ægyptium nos existimare diximus, qui anno ante Imperium Decii Ægyptios in Christianos ferociter grassari persuasit. Romamque veniens innotuit Plotino, quem & magiæ præstigiis dementavit.

(a) Hieron. de Script. Eccl. in Cypr.
(b) Aug. de Civit. Dei l. 18. c. 52.
(c) Oros. l. 7. c. 22.
(d) Sever. l. 2.
(e) Apud Euseb. l. 7. c. 9.

VII. Sæva persecutio.

Hæc autem persecutio usque adeo sæviit ut Dionysius Alexandrinus, quem diximus, qui & tunc multa perpessus est, tempora illa omnium infelicissima, de Antichristo prædicta, in Valeriano esse putaret expleta. Cæterum lento gradu Romæ primum cœpta est, cum absque edicto pro abitrio in Christianos Imperator ageret, ut Acta sanctorum martyrum, qui hoc anno sub dictis Consulibus Romæ passi sunt, declarant. Quæ quidem hic subjicere, operæpretium duximus; tum quod legitima esse sciamus; tum etiam quod quasdam res gestas a Stephano Papa habeant simul intextas; eademque diebus & Consulibus consignata sint; quæ ex manuscripto antiquo codice vetustate prope consumpto, cujus in Notationibus meminimus, a temporis edacitate vindicata, & mendis compluribus, quantum licuit, emaculata, nunc primum in lucem prodeunt. Sunt vero hæc:

VIII. * al. Lucillo.

*Valerio & Acilio * Consulibus, Hippolytus civis Romanus Christianus vitam solitariam agebat in cryptis; ad quem, ob Apostolicam eruditionem, quamplures con-*

*fluebant Gentilium, qui dantes nomen Christo, baptizabantur. Veniebat frequenter idem Hippolytus ad pedes Stephani Episcopi, ducens secum conversos Christianos, ut baptizarentur; cumque id crebrius fieret, delatores ad Mummium * Urbis Præfectum deferunt; is detulit Valeriano Imperatori. Id cum resciſſet Hippolytus, retulit S. Stephano Episcopo. Tunc beatus Stephanus, collecta multitudine Christianorum, cœpit monitionibus sanctis & eruditione Scripturarum omnes imbuere, inter alia dicens: Filioli mei, audite me peccatorem. Dum tempus habemus, operemur bonum, & nobis ipsis: tamen primum moneo, ut unusquisque tollat crucem suam, & sequatur Dominum nostrum Jesum Christum, qui dignatus est nobis dicere (a): Qui amat animam suam, perdet eam; qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam in æternum. Unde etiam rogo vos omnes, ut non nostri tantum, sed etiam nostrorum solicitissimi, ut si quis vestrum habet amicum, aut propinquum Gentilem adhuc, non moretur eum ducere ad me, ut baptizetur. Tunc Hippolytus misit se ad pedes beati Stephani Episcopi, dicens: Pater bone, rogo te, habeo nepotem meum, & germanam ejus, adhuc Gentiles, quos enutrivi; est autem hic parvulus annorum plus minus decem, puella autem annorum tredecim; horum mater Paulina dicta, & ipsa Gentilis; pater itidem nomine Adrias, qui aliquando prædictos ad me mittit. Tunc beatus Stephanus ei suasit, ut, cum iterum mitteret, eos retineret; ut ea occasione etiam parentes veniant, quos simul hortetur.*

(a) Joan. 12.

IX. Stephanus Papa roborat debiles.

Transacto biduo, prædicti pueri venerunt ad Hippolytum, cibaria quædam ferentes; quos ille retinuit, & id nunciavit beato Stephano Episcopo; qui veniens amplexatus est parvulos, demulcens eos. Accurrerunt parentes soliciti pro filiis; quos allocutus est Stephanus de horrore futuri ac tremendi judicii, & de gloria beatorum, hortans pluribus eos idola relinquere, id ipsum etiam fecit Hippolytus. Quibus Adrias pater, se spoliari bonis & cædi gladio (quæ omnia parata erant iis qui se Christianos dicerent) timere se ait; id ipsum inculcavit soror Hippolyti Paulina, invehens in Hippolytum, qui hæc suaderet. Erat soror Hippolyti Paulina religionem Christianorum abhorrens. Cumque illos loquentes audissent, re tamen infecta, sed non prorsus desperata, recesserunt.

Acta Hippolyti Eusebii & sociorum Martyr.

X. Eusebius Missam in crypta agit.

Tunc beatus Stephanus, vocans ad se virum doctissimum Eusebium presbyterum, & Marcellum diaconum, misit eos ad Adriam & Paulinam; quos in Arenarium vocavit, ubi erat Hippolytus; quos advenientes hisce verbis compellat Eusebius: Expectat vos Christus, ut cum ipso introeatis in regnum cœlorum. Contradicente autem Paulina, & obiiciente gloriam mundi hujus, pluribus insinuavit illis gloriam regni cœlestis, quam non essent assecuturi, nisi per fidem, in qua etiam baptizarentur. Paulina autem in sequentem diem responsum distulit. Eadem nocte parentes quidam Fideles adduxerunt ad Eusebium in Arenarium Pontianum filium suum paralyticum, petentes ut baptizaret eum, qui orans, eumdem baptizavit; qui etiam una cum baptismate sanatus est; & soluto etiam vinculo linguæ, laudabat Deum. Tunc Eusebius obtulit sacrificium, & participati sunt omnes corpore & sanguine Christi. Quod cum cognovisset Stephanus Episcopus, venit ad eos, & gavisi sunt simul.

XI. Adrias & Paulina facti Christiani.

Mane autem facto, redierunt Adrias & Paulina; qui cum ea accepissent de sanitate pueri, mirati sunt admodum; & corde compuncti, sternentes se, petierunt & ipsi se baptizari. Hæc videns Hippolytus, gratias agens Deo, dixit ad beatum Stephanum: Domine sancte, ne tardes eos baptizare. Beatus Stephanus Episcopus dixit: Compleantur solemnia, & interrogatio celebretur; si vere credant, & nulla trepidatio in corde eorum remaneat, ut baptizentur. Facta autem interrogatione, indixit eis jejunium & catechizavit omnes, & baptizavit eos in nomine Trinitatis; & posito signaculo Christi, vocavit puerum Neonem, puellam Mariam; &

PAGIUS *Responsum Firmiliani ad Cyprianum de Baptismo Hæreticorum.* Baron. an. 258. num. XLIII. & seqq.

in Cappadocia Episcopum literas, easque cum suis ad Stephanum & Jubaianum per Rogatianum Diaconum misit, quæ desiderantur. Firmilianus autem in eadem controversia diu ante versatus, & eamdem cum Africana Ecclesia sententiam amplexus respondet Cypriano, ipsi in omnibus consentiens, epistola LXXV. etiam juxta Pamelium, per Rogatianum hoc eodem anno, ingruente hieme, transmissa. Ipse & annum, & anni tempus indicat: primum his verbis: *Ante viginti & duos fere annos, temporibus post Alexandrum Imperatorem, multa iste constitutiones & pressura acciderunt;* secundum autem istis: *Quoniam vero Legatus ille a vobis missus regredi ad vos festinabat, & hibernum tempus urgebat; quantum potuimus ad scripta vestra rescripsimus.* Occisus Alexander Imperator mense Martio anni ducentesimi tricesimi quinti. Quamobrem annos illos viginti duos utrimque incompletos pro integris numerat *Firmilianus*, qui nullo modo de anno sequenti intelligi potest; cum eo anno persecutio orta sit, & *Stephanus* decesserit, & *Cyprianus* exilio multatus sit.

XVIII. *Persecutio anno sequenti cœpta.* Baron. n. VI. & ante ann. 257. num. VII. & seqq.

Ad num. VI. Persecutio, quæ *octava* ab Hieronymo aliisque dicitur, non hoc anno, ut existimavit Baronius, sed tantum sequenti, excitata. Decepere Annalistam Doctissimum verba Dionysii Alexandrini, apud Eusebium lib. 7. cap. X. ubi ait eam duraſſe *per menses quadraginta duos*, & quievisse, quando Valerianus a Persis captus; quod contigit anno abhinc quarto. Loquitur enim Dionysius non de persecutione generali, ut eum Baronius, aliique Viri eruditissimi hactenus interpretati sunt; sed de persecutione peculiari, quæ *Ægyptum* afflixit, etiam post captum Valerianum & redditam ceteris Ecclesiis a Gallieno pacem; ita ut eodem quidem tempore, quo in aliis regionibus, persecutio in *Ægypto* suscitata fuerit; sed in ea diutius durarit: quod revera contigisse infra demonstrabimus.

XIX.

Ad num. VII. & seqq. Si Acta S. *Eusebii* Pres-

PAGIUS *Eusebii & sociorum martyrium* Baron. n. VII. & seqq.

Presbyteri & sociorum, a quibus Baronius persecutionem orditur, legitima germanaque essent, ut ipse existimat, persecutio jam ab anno præcedenti inchoata fuisset, cum in iis dicatur, *Maximum* Commentariensem, qui Christianam Fidem amplexus erat, Valerianum jussisse præcipitari per pontem: *Postea autem*, inquiunt Acta, *corpus inventum Eusebius sepelivit in Cœmeterio via Appia XIII. Kal. Febr.* Quod si *Eusebius*, qui iisdem Consulibus mense octobri passus esse dicitur, corpus illud, & quidem postea inventum, XXII. Januarii sepeliverit; aut ipso initio horum Consulatus, aut etiam antea, Valeriano nempe III. & Gallieno II. Coss. inceperit persecutio. Ante enim Valerianus Imperator jusserat, illos, qui Christianam Religionem amplexi fuerant, inquiri; & *Maximus* eos invenire fatagens, a dæmone correptus est, & mox curatus, & demum baptizatus cum Stephano habitavit aliquot diebus; & post multos dies requisitus, & captus, tandem de ponte præcipitatus est. Præterea, ut observat Pearsonius in Annalibus Cyprianicis hoc anno, multa in illis Actis continentur parum credibilia. Quare omnino dicendum, aut Acta illa longo post illorum martyrium tempore consarcinata, aut notam Consularem, quod non raro contigit, mendosam esse. Ruinartus in Actis primorum Martyrum sinceris illa prætermisit, utpote dubiæ fidei.

& obtulit pro eis sacrificium, & participati sunt omnes; & discessit beatus Stephanus. Tunc iidem recenter baptizati, cœpere habitare in eodem Arenario cum Hippolyto, Eusebio presbytero, & Marcello diacono; bona autem, quæ in Urbe habebant, erogavere pauperibus.

XII. Cumque jam res vulgaretur, delataque esset ad Valerianum Imperatorem; statim jussit illos inquiri, spondens eis, qui eos invenirent, dimidium bonorum ipsorum. Tunc Maximus Commentariensis hac usus est arte, ut eos invenire posset. Finxit se Christianum esse, ac stipe egentem: & veniens in Cœlium montem ad Aream Carbonianam *, mansit ibi mendicans. Cum autem transiens cum sociis Adrias eleemosynas erogaret; Maximus volens experiri an ille esset quem quæreret, ait: Per Christum, quem credo, rogo ut faciatis misericordiam super egestatem meam. Tunc Adrias misertus illius, jussit se illum sequi. At dum intraret domum, Maximus corripitur a dæmone, & clamavit: Viri Dei, ego divulgator sum vestri; video super me ignem densissimum; orate pro me, quia crucior igne. Mox illis orantibus cum lacrymis, & sternentibus se, Maximus curatus est. Cumque elevarent eum de terra, clamare cœpit: Pereant deorum cultores, ego baptismum peto. Duxerunt eum ad beatum Stephanum, qui illum erudiens demum baptizavit; factusque Christianus habitare voluit una cum Stephano Episcopo aliquot diebus.

* al. Carbonariam. Qua arte inventi Christiani.

XIII. Maximi martyrium. Post multos autem dies requisitus Maximus Commentariensis, & non inventus, nunciatur Valeriano, ipsum factum esse Christianum; qui missis aliis ex Scrinio in domum ejus, invenerunt eum prostratum orantem; tenentesque duxerunt ad Valerianum. Cui ille: Sic, inquit, cæcatus es pecuniis, ut promissionibus tuis me falleres? At Maximus: Hactenus, inquit, cæcus fui; modo illuminatus video. Quo lumine? inquit ille. Respondit Maximus: In fide Domini nostri Jesu Christi. Tunc iratus Valerianus jussit eum præcipitari per pontem. Postea autem corpus inventum Eusebius sepelivit in cœmeterio Callisti, via Appia, decimotertio Kalendas Februarias. Intra Catacumbas invisitur etiam hodie locus Maximi, ejus inscriptione notatus; sed sublato corpore, titulus hic tantum supereſt, LOCUS MAXIMI.

XIV. Quæstio habita de Christianis. Post hæc Valerianus, magna adhibita diligentia, misit septuaginta milites; qui inventos Eusebium, Adriam, Hippolytum, Paulinam & filios, tentosque adduxerunt ad Forum Trajanum. Marcellus vero diaconus occurrens exprobravit Valeriano quod amici veritatis ab illo jussi sint teneri. Tunc Secundianus Togatus dixit: Hic est Christianus, sicut & iste. Intromissus primum Eusebius presbyter; interrogavit eum Judex: Tu es qui conturbas Urbem; tamen declara nomen tuum. Tum ipse: Eusebius dicor & presbyter. Tunc Judex præcepit eum segregari, & intromitti Adriam; qui ingressus, rogatus de nomine suo, dixit: Adrias; quæ requiris, vel tardius pervenerunt ad te: Tunc Judex: Ex quo, inquit, jure tibi abundantia divitiarum & pecuniarum affluentia, ut seducas populum? Respondit Adrias: In nomine Domini mei Jesu Christi, de labore parentum meorum. Judex dixit: Ergo si parentum tibi hæreditates relictæ sunt, tu ipsis utere; & non ad subversionem aliorum uti debes. Adrias dixit: Ad meam & filiorum meorum utilitatem expendo, & integre & sine fraude utor. Judex dixit: Habes filios vel conjugem? Respondit: Hi sunt mecum catenati, Judex ait: Introducantur.

XV. Confessores detrusi in carcerem. Introducta est intra velum Paulina cum filiis Neone & Maria; sequebantur eos Marcellus diaconus & Hippolytus. Judex dixit: Ista est conjux tua, & hi filii tui? Respondit Adrias: Hi sunt. Judex dixit. Hi duo qui sunt? Iste beatus Marcellus diaconus, hic autem frater meus, (a) servus Christi singularis. Tunc judex ad illos conversus dixit: Dicite ex ore vestro quo nomine vocaminî? Respondit Marcellus: Dicor Marcellus diaconus. Judex dixit ad Hippolytum: Dic tu nomen tuum. Hippolytus dixit: Hippolytus servorum Dei servus Christi. Tunc Judex jussit Paulinam & filios segregari, & dixit ad Adriam: Divulga thesauros, & cum iis quibus intromissus es, sacrificate, & vivite, alias citius exhalabitis animam amittendo vitam vestram. Respondit Hippolytus: Nos amisimus vana consilia, & invenimus veritatem. Dixit Judex: Quæ consensio fuit amissionis? Respondit: Ut projiceremus vana idola, & inveniremus Dominum cœli, terræ, & maris abyssi, Christum Filium Dei, quem credimus. Tunc jussit Judex omnes in custodia publica poni, & non separari; ductique sunt in custodiam Mamertini (a).

(a) De carcere Mamertino consule quæ a nobis dicta sunt in Notationibus ad Rom. Martyr. die 14. Mart. h. ubi in edit. Plantin. refellimus opinionem ejus qui asseruit a nobis sententiam de carcere Tulliano confutare conatus est.

XVI. Post triduum, adhibito in consilium Secundiano & Probo, in Tellude sibi tribunal parari fecit, ibique omnia genera tormentorum afferri. Et introducto Adria, iterum quæstio habita est de pecuniis. Et non inventis, ara jussa est incendi ante Palladem; jussitque eos thus offerre. Qui omnes expuentes *, Judicem deridebant. Tunc jussi spoliari, nudi extensi, fustibus cædebantur. Tunc beata Paulina, cum acrius cæderetur, reddidit Deo spiritum. Hoc videns Judex sententiam capitis dixit in Eusebium & Marcellum: qui ducti sunt ad Petram sceleratam (b), juxta amphitheatrum, ad lacum Pajoris; ibidem decollati sunt beatus Eusebius presbyter, & Mar-

* al. respuentes. (b) De Petra scelerata consule quæ a nobis superius notata sunt; locum Index suppeditabit.

Marcellus diaconus, decimotertio Kalendas Novembris. Corpora illorum relicta sunt canibus, corpus Paulinæ foras jactatum est; quæ cuncta alius Hippolytus, qui & diaconus, collegit, & sepelivit via Appia, milliario ab Urbe, in Arenario ubi frequenter conveniebant.

XVII. Secundianus post hæc susceptit Adriam & filios in domum suam cum Hippolyto, solicite perquirens de pecunia. Responderunt illi: Quod habuimus, in pauperes expendimus; thesauri nostri, animæ nostræ sunt, quas perdere nullatenus volumus; Fac quod tibi præceptum est. Tunc Secundianus fecit torqueri filios. Ad quos pater inquit: Constantes estote filii. Quidum cæderentur, dicebant tantum: Christe adjuva nos. Post hæc præcepit subjici tormentis Adriam & Hippolytum; eosque lampadibus præcepit inuri lateribus. Hippolytus dicebat: Fac quod facis. Secundianus dixit: Sacrificate, consensum præbete, dicentes, Facimus. Ille dicebat: Ecce epulæ sine corruptione. Cumque multa passi essent, dixit Secundianus: Cito leventur e terra, & ducantur ad Petram sceleratam Neon filius & Maria soror, & necentur in conspectu parentis. Quo ducti, gladio cæsi sunt, jactataque ibi sunt corpora eorum. Quæ collecta a Fidelibus, sepulta postea sunt in Arenario eodem, ubi consueverant convenire, via Appia, milliario ab urbe, sexto Kalendas Novembris.

XVIII. Quæstio cum tormentis. (a) Arbitrio Principis diversis in locis Senatum cogi jus dici, causas agi, sententias ferri, consuevisse, innumera sunt exempla. * al dirissime.

Secundianus autem cum omnia renunciasset Valeriano, post dies octo jussit parari sibi tribunal in Circo Flaminio (a), atque adduci ad se Hippolytum & Adriam vinctos catenis, & voce præconis clamari: Isti sunt sacrilegi, isti sunt sacrilegi, qui evertunt Urbem. Et cum introducti fuissent, Judex de pecuniis rursus habuit quæstionem, dicens: Date pecunias, per quas vulgus ducebatis in errorem. Respondit Adrias: Nos Christum prædicamus, qui nos de errore dignatus est liberare, non ut homines occidamus, sed vivificemus. Cum videret Secundianus Togatus se nihil proficere, jussit maxillas eorum plumbatis diutissime * cædi, ac sub voce præconis dici: Sacrificate diis, thura incendentes. Tripodem enim cum thure illuc fecerat Secundianus portari. Hippolytus cruentatus clamabat: Fac miser quod facis, noli cessare. Tunc Secundianus cædentibus parci jussit, dixitque ad eos: Jam consulite vobis ipsis; ecce parco stultitiæ vestræ. Responderunt illi: Nos parati sumus omnia tormenta sustinere; & quod tu, vel Princeps jubet, facturi non sumus. Retulit Secundianus ad Valerianum; qui eos jussit consumi citius in conspectu populi.

XIX. Consummatio martyrii. Tunc Secundianus præcepit eos adduci ad Pontem Antonini, & plumbatis cædi diutissime usque ad consummationem eorum; cumque diutius cæderentur, emiserunt spiritum. Et relicta sunt corpora eodem loco, juxta insulam Lycaonium (b). Noctu venit Hippolytus diaconus Romanæ Ecclesiæ, atque sublata corpora Via Appia, milliario ab urbe, in Arenario juxta corpora sanctorum sepelivit quinto Idus Decembris. Post menses novem Romam venit fœmina Marta * nomine, Græca genere, una cum filia Valeria, ambæ Christianæ, Adriæ & Paulinæ consanguineæ; cumque eos quærerent, nec invenirent; audientes eos martyrio coronatos esse, gavisæ sunt vehementer. Et inquirentes de corporibus illorum, cum invenissent, ibidem diebus ac noctibus vigilantes in orationibus permanserunt usque ad annos tredecim, reddentes in pace spiritum Deo. Sepultæ ibidem sunt quarto Idus Decembris in honorem Christi Jesu Domini nostri, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum Amen. Hucusque horum Martyrum Acta, quorum omnium dies anniversaria quarto Nonas Decembris, licet diversis diebus passi sint, habetur in Ecclesiasticis tabulis consignata.

(b) Lycaonia dicta insula inter duos pontes sita, sic appellata, quod ibi Jovis quoque Lycaonis templum esset. * al. Martana.

XX. Acta Stephani Papæ. Sed quid de Stephano Papa actum sit, modo dicendum est. Extant quoque ejus passionis Acta, quæ visa sunt nobis fidelissima; collationeque facta plurium exemplarium, quantum licuit, emaculata reddidimus, quæ his adjicere, argumenti ratio postulat; styli vero simplicitate, quo candidiora, eo veriora redduntur. Fuerunt hæc quæ dicta sunt, veluti quædam immanioris persecutionis præludia, quæ majoribus in dies incrementis aucta desæviit; nam quibus a Valeriano (ut vidimus) promissum fuerat dimidium bonorum Christianorum, quos prodidissent, iisdem ipse auxit præmium, concedens ut illis integris potirentur, & militiæ etiam honoribus augerentur. Declarant hæc Acta Stephani Papæ, quæ germana cognita (ut dictum est) atque legitima, non tantum Occidentalis Ecclesia complexa est, sed & Orientalis eadem Græce (c) reddita in ipsorum martyrum natalitiis legere consuevit. Nos autem Latinis antiquioribus, ac proinde fidelioribus exemplaribus usi sumus, quæ parum a Græcis discrepare noscuntur. Hic igitur ex iis tantummodo referemus, quæ (ut eadem declarant Acta) hoc anno sub dictis Consulibus Valerio Maximo & Acilio Glabrione facta leguntur; reliqua autem, quibus Stephani martyrium enarratur, quod subsequentis anni Consulibus notata habeantur, suo loco ponemus. Sed modo ista:

(c) Habet Metaphr. quæ Lipomanus Latinitate donavit. De iisdem quoque martyribus Græci pariter agunt in Menologio.

XXI. Stephanus quid ad Clerum. *Temporibus Valeriani & Gallieni Imperatorum, multi Christianorum, declinantes ipsorum sævitiam, occultabantur; alii vero se prodentes, martyrii palmam consequebantur. Data enim fuerat lex, ut, quicumque proderet Christianum occultum, omnes facultates ejus acciperet, & honorem mi-*

militiæ obtineret. Tunc beatus Stephanus Episcopus Urbis, congregato universo Clero, sic eos allocutus est, dicens: Fratres & commilitones mei, audistis præcepta diabolica sæva vulgari. Si quis Christianus a Gentili proditus fuerit, omnes ille facultates ejus accipiat. Vos itaque, fratres, respuite facultates terrenas, ut cœleste regnum accipiatis; nolite timere Principes sæculi, sed orate Dominum Deum cœli, & Jesum Christum filium ejus, qui potest nos eripere de manibus inimicorum & diaboli sævitia, & suæ gratiæ sociare. Tunc presbyter Bonus respondens ait: Nos non tantum parati sumus facultates terrenas relinquere, sed etiam sanguinem propter nomen Domini nostri Jesu Christi fundere, ut sic ejus mereamur adipisci gratiam. Cumque hæc locuti fuissent, omnes clerici prostraverunt se ad pedes beati Stephani; atque dixerunt esse apud Christianos infantes adhuc Gentiles, & alios illis proximos nondum baptizatos; quos ad se perduci, atque baptizari petierunt. Jussit itaque beatus Stephanus ut altera die in crypta Nepotiana omnes congregarentur.

XXII. Facto sequenti die conventu in eadem crypta, inventi sunt promiscui sexus viri & mulieres numero centum & octo, quos omnes idem Stephanus in nomine Domini nostri Jesu Christi baptizavit, & signo sacri mysterii consecravit; obtulitque pro eis sacrificium, quo participati sunt omnes. Altera autem die ordinavit idem Stephanus res Ecclesiæ, committens eas tribus presbyteris, diaconis septem, ac clericis sexdecim, sedensque docebat omnes de regno Dei, & vita æterna; ad quem etiam veniebant Gentiles, ut audirent, & baptizarentur ab eo. Interea dum hæc agerentur, venit Nemesius Tribunus militum, Nemesius ad Stephanum. habens filiam unicam, quæ a cunabulis ipsis apertos habens oculos, lumen penitus non videbat; & prostravit se ad pedes Stephani Episcopi, dicens: Obsecro domine mi Papa, baptiza me & filiam meam, ut, & illa illuminetur, & nostras animas eruas de tenebris sempiternis; quia nunc usque semper in afflictionibus pro cæcitate filiæ meæ fui. Cui beatus Stephanus dixit: Si credideris in toto corde tuo, omnia tibi credenti ministrabuntur. Nemesius dixit: Ego vero ab hac die ex toto corde meo credo, quod Dominus noster Jesus Christus ipse est Deus, qui & aperuit oculos cæci nati; & ego non invitus, aut hominum persuasione, sed ejus vocatione ad tuam adveni sanctitatem.

XXIII. Vetus baptizandi ritus. His dictis, statim jubet Stephanus eum duci ad Titulum Pastoris; ubi cum cathechizasset eum, & filiam ejus, secundum consuetudinem Christianorum, & indixisset jejunium usque ad vesperum; cum diei hora appropinquasset vespertina, in eodem Titulo fontem benedixit, & deponens Nemesium in aquam, dixit: In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizo te. Et ad filiam Nemesii conversus: Credis, ait, in Deum Patrem omnipotentem? Respondit: Credo. Et in Jesum Christum Dominum nostrum? Respondit: Credo. Remissionem omnium peccatorum? Respondit: Credo. Carnis resurrectionem? Respondit, Credo, domine. Dumque levaretur de aqua, cœpit clamare: Ecce video hominem qui tetigit oculos meos, & lumen splendidum circa eum. Tunc baptizatam filiam, nominavit Lucillam, quam ipse elevavit de fonte. Tunc etiam cœperunt multi ad vestigia beati Stephani Episcopi prosternere se, & flagitare cum lacrymis, ut baptizarentur ab eo. Baptizavit itaque eadem die, qua Lucilla illuminata est, promiscui sexus numero sexagintaduos; & deinde multi, qui rem cognovissent, ex Gentilibus occurrere Beato Stephano viri honesti, potentes baptizari ab eo. Beatus vero Stephanus repletus gratia Spiritus sancti, per cryptas martyrum Missas atque Concilia celebrabat.

XXIV. Maximi consulis interitus miserandus. Tunc Valerianus comperto quod Nemesius Tribunus cum omni domo sua Christo credidisset, & baptizatus esset, ejusque filia illuminata esset, cæcitate depulsa; vocavit ad se Glabrionem & Maximum Consules, ac retulit omnia; initoque consilio decreverunt, ut ubicumque inventus esset Nemesius, sine audientia puniretur. Nemesius autem gratia Christi roboratus, circumibat cryptas, & concilia martyrum; & ubicumque reperisset Christianum egentem, de suis facultatibus ei ministrabat. Veniens autem quadam die sub noctis silentio conperit in Via Appia ad Templum Martis (a) Valerium Maximum sacrificare dæmoniis. Hæc sciens Nemesius, flexis genibus oravit dicens: Domine Deus creator cœli & terræ, dissipa consilia diaboli, & in nomine Domini nostri Jesu Christi, quem misisti in hunc mundum, contere satanam, ut resiliant hi a laqueis ejus, & relinquant manufacta idola; & te Deum creatorem Patrem omnipotentem, & Jesum Christum Filium tuum agnoscant. His dictis, statim Maximus a dæmone corripitur, & magna voce clamans dixit: Nemesius Christianus me incendit; ecce ejus oratio me affligit: Eadem hora egressi Gentiles tenuerunt Nemesium. Dumque teneretur, & contumeliis afficeretur, Maximus Consul suffocatus a dæmone expiravit.

(a) De templo Martis extra macenia via Appia dictum est superius.

XXV. (b) Erant ædes Claudii una cum templo in Caelio monte, quas ab Agrippinæ captas Vespasianus absolvit. Suet. in Vesp. Duxerunt illi Nemesium ad Valerianum in palatium Claudii (b) ad quem dixit Valerianus: Nemesi, ubi est prudentia tua quam semper novimus consilio, & actibus roboratam? Numquid nos nescimus, quid sit melius, quidve deterius? Tu tamen fac quod tibi melius est. Nos te hortamur, ut cognita veritate, non deseras deos quos ab incunabulis coluisti. Nemesius dixit cum lacrymis: Ego quidem infelix atque

Confessio Nemesii. atque peccator semper deservi veritatem, & effudi sanguinem innocentem; misericordiam Christi Filii Dei adeptus, cognovi jam creatorem meum (licet sera pœnitudine) Dominum cœli & terræ, & Jesum Christum Filium ejus, cujus baptismo sum redemptus, qui aperuit oculos filiæ meæ, quod nullus medicorum potuit facere umquam; qui etiam oculos nostrorum cordium illuminavit, ut resipiscentes a superstitione Idololatriæ, ad verum lumen Christi unitatis converteremur: Hunc timeo, hunc adoro, ipsi cultum meæ servitutis offero, ejusque auxilium semper requiro, omniaque idola manufacta abjicio, quæ dæmonia esse cognovi, hominesque decipere, perdere, & in mortem æternam damnare. Valerianus dixit: Cognovi carmina tua, per quæ homicidium perpetrasti in Consulem Maximum ut magicis artibus eum interficeres, & Christianos ritos adversus salutem nostram & Rempublicam nitaris exercere. His dictis iratus jussit eum privatæ custodiæ mancipari. Fecit & præsentari Sempronium Creditarium (a) ejus, requirens ab eo facultates Nemesii; filiam ejus Lucillam cuidam sacrilegæ fœminæ Maximæ nomine fecit deputari custodiæ.

(a) Creditarium vocat, cui bonorum omnium credita cura esset.

XXVI. Alia die jussit Sempronium tradi Olympio (b) Tribuno & discuti sub pœnarum examinatione. Ad quem ille: Cognovisti quare nobis ex præsentatus? Illo tacente, subjungit Olympius: Audi me Semproni, & fac quod jubent Principes, alias variis pœnis interibis: Offer nobis facultates ex integro Nemesii; & sacrificabis, & vive feliciter. Sempronius dixit: Si facultates quæris Nemesii domini mei, cuncta pro Christo tradidi; ejus enim fuerunt, & erunt. Si sacrificium me offerre compellis; faciam illud unum cum domino meo Nemesio, Christo offerens sacrificium laudis. Tunc iratus Olympius dixit: Extendite eum in catasta, & mactate fustibus (c). Afferte ante eum tripodem & deum Martem (d), ut sacrificet. Allatum est simulacrum æreum Martis una cum tripode. Quod cum vidisset Sempronius, dixit: Conterat te Dominus Jesus Christus Filius Dei vivi. Sensimque liquefactum simulacrum defluxit. Stupefactus Olympius jussit eum in custodiam domus suæ perduci, dicens: Hac nocte universa tormenta in te experiar.

(b) Quid Olympius Tribunus militum, Prætorianorum fuisse Tribunus arguitur.

(c) Erat fustigatio militare supplicium, de quo in Notationibus in Marcyrol. actum est plurib.

(d) Huic præcipue jubebantur milites sacrificare.

XXVII. (e) Qui uxorem & filium habebat Romæ Olympius Tribunus militum. Venientesque Olympius ad Exuperiam uxorem suam, dixit ei de simulacro Martis in Christi nomine resoluto; Cui illa ait: Si tanta est virtus Christi, quam tu enarras, melius est nobis relinquere deos qui nec se nec nos possunt adjuvare; & illum quærere qui illuminavit Nemesii Tribuni filiam. Tunc Olympius (e) dixit Tertulliano domestico suo, ut Sempronium in honore habeat, & thesauros ab eodem requirat: Sed eadem nocte ipse cum uxore sua Exuperia & filio suo ad Sempronium venit; omnesque prosternentes se ad pedes ejus, dixerunt: Cognovimus virtutem Christi; petimus a te baptismum. Sempronius dixit Olympio; Si pœnitentiam egeris una cum uxore tua & filio tuo, omnia vobis ministrabuntur. Olympius dixit: Modo cognosces quia ex toto corde credo in Dominum, quem tu prædicas. Et statim aperuit cubiculum suum, ubi habebat Lararium, & in eo simulacra aurea, & argentea, & lapidea, dixitque Sempronio: Ecce in tua sunt potestate; faciam quod jubes: Sempronius ad eum: Hæc omnia idola manu tua confringe; aurea & argentea igne confla, & in necessitates pauperum eroga; & tunc sciam quia ex toto corde credis. Cum hoc faceret Olympius, audita est vox dicentis: Requiescet in te Spiritus meus. Hæc audiens Olympius cum uxore, cœperunt nimium roborari, ac magis Spiritus calore fervere, & ad baptismi mysteria quantocyus properare. Olympius credit in Christum.

XXVIII. Stephanus baptizat Olympium cum suis. Nunciavit hæc omnia Sempronius Nemesio, qui relaxatus festinans perrexit ad sanctum Stephanum, & omnia per ordinem pandit. Beatus Stephanus hæc audiens, gratias retulit Deo omnipotenti, ac Jesu Christo Filio ejus, perrexitque noctu ad domum Olympii. Cum pervenisset, procidit ad vestigia (f) beati Stephani Olympius cum uxore & filio; flagitansque baptismi sacramentum, ostendit confracta idola universa. Hoc videns beatus Stephanus Episcopus dixit. Gratias tibi agimus Domine Jesu Christe qui dignatus es servis tuis misericordiam condonare, ut eos erueres a dæmonum erroribus, & congregares velut triticum in horreo tuo. Tunc catechizavit eos Ecclesiastica traditione, & baptizavit quotquot crediderunt in domo Olympii, una cum ipso Olympio, uxore Exuperia, & filio, quem Theodulum nominavit; obtulitque sacrificium pro eorum redemptione.

(f) Videsapius retantsque baptismi sacramentum petitam veterem consuetudinem procidendi ad pedes Summi Pontificis.

XXIX. Martyrium Nemesii & Lucillæ. Factum est autem post diem tertium, ut audirent hæc omnia Valerianus & Gallienus, & nimio furore succensi dixerunt: Ablata est deorum cultura a superstitione Christianorum. Moxque Nemesium ac Lucillam absque aliqua audientia ductos via Appia ad templum Martis, ipsam Lucillam fecit ante patris oculos jugulari; quam pater ad cœlestem gloriam martyrio coronatam præeuntem videns, magno gaudio affectus est; ipse vero Nemesius capite truncatur inter viam Latinam & Appiam, octavo Kalendas Septembris; cujus corpus collectum beatus Stephanus sepelivit juxta locum ubi decollatus est, via Latina non longe ab Urbe.

XXX. Alia vero die Valerianus jussit sibi Sempronium, Olympium, Exuperiam, & Theo-

Olympii & sociorum Martyrium. (a) *In Tellude frequenter cogi solitum Senatum, dictum est superius.*

dulum filium in Tellude (a) ad publicam audientiam voce præconis adduci. Quibus Valerianus: Cur non consulitis vobis ipsis, & adoratis deos, quos scimus gubernare Rempublicam, nostramque salutem? Sempronius respondit: Nos gubernat Christus, qui nos ad hanc perduxit gloriam. Gallienus dixit Olympio: Adhuc differo pœnarum inferre supplicia, quod tu semper deos adoraſti, & alios ad hoc ipsum compellebas. Ad hæc Olympius: Feci: fateor, & me pœnitet, & incessanter lacrymas fundo. Tunc ad Valerianum Gallienus conversus ait: Si isti mox extincti non fuerint, omnis Urbs ad sectam ipsorum concurret. Decreta itaque in eos sententia, ut igne comburerentur, ad statuam Solis juxta Amphitheatrum ducti sunt; ibique fixis stipitibus, congestis sarmentis, navium stupa, igne appositio, cremari jussi, cum illi flammis vallati dicerent: Gloria tibi Christe, qui nos dignatus es cum sanctis martyribus congregare. Quorum corpora a clericis noctu sublata, cum hymnis ex more a Stephano Episcopo sepulta sunt pridie Kalendas Novembris: Hæc ibi de iis quæ sub dictis Consulibus gesta sunt. Cætera vero quæ sequuntur, quoniam sequenti anno contigere, ordine temporum suo loco dicturi sumus. Atque hactenus de rebus gestis Stephani Papæ hoc anno, & de martyribus eodem tempore Romæ passis, quo cœpta est persecutio in Christianos.

JESU CHRISTI ANNUS 260. STEPHANI PAP. ANNUS. 4. VALER. & GAL. IMPP. ANNUS. 6.

I. Corriguntur Fasti Cassiodori.

CHristi anno ducentesimo sexagesimo apponitur Fastis Valeriani quartus & Gallieni tertius Consulatus, licet apud Cassiodorum mendose tertius utriusque Imperatoris positus habeatur. Est numi vetus inscriptio, qua cum Gallieni tertio Consulatu Tribunitia potestas sextum ponitur iterata, plane significans, tertium Consulatum Gallieni in annum sextum ejus Imperii contigisse. Est autem ipsa inscriptio hujusmodi (b): IMP. GALLIENUS P. F. AUG. P. M. TR. P. VI. COS. III. P. P. quæ optime consentit cum inscriptione ante superiorem annum posita, ubi secundus ejus Consulatus quartam junctam habet Tribunitiam potestatem, & cum ea quæ quarto Consulatui ejus, qui contigit post sequentem annum, octavam adjungit Tribunitiam potestatem.

(b) *Thes. rei. antiq. Hubert.*

Hoc

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1010. Olymp. 259. an. 1. A. C. 257.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5750.

☉ 14. D. ☽ 11. P. 19. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 257. *secund. Baronium* 260.

SIXTI PAPÆ 1.

VALERIANI ET GALLIENI IMPP. 5.

I. *Quinquennalia Valeriani & Gallieni.*

AD num. I. Coss. P. *Licinius Valerianus Aug. IV.* & P. *Licinius Gallienus Aug. III.* Baronius, qui præsentem annum sextum Gallieni esse credebat, ait: *Est Nummi vetus inscriptio, qua cum Gallieni tertio Consulatu Tribunitia Potestas sextum ponitur iterata*, (recte quidem, nec Nummus improbandus) *plane significans, tertium Consulatum Gallieni in annum sextum ejus Imperii contigisse.* Sed hæc inscriptio, ut habet Pearsonius in Annalibus Cyprianicis hoc anno, nec plane, nec ullo modo hoc significat. Tertius enim Gallieni Consulatus cum singulis annis Tribunitiæ Potestatis conjungendus fuit, donec quartum Consul esset. Tres autem anni post Consulatum Gallieni tertium, & ante ejusdem quartum interfuerunt, ut ex Fastis certissimum redditur. Quinto itaque Imperii sui anno, Christi vero CCLVII. Valerianus quartum, & Gallienus tertium inierunt Consulatum, & quidem juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam, ad Quinquennalia scilicet exhibenda. Valerianus Augustei & Gallienus Cæsarei imperii. Quo ex Consulatu, Quinquennalibusve intelligimus, Valerianum & Gallienum anno CCLIII. imperandi initium feciſſe, & hoc anno persecutionem excitatam esse. In Dissert. Hypatica parte II. cap. 12. num. 11. retuli Nummum Gallieni Trib. Pot. V. & Consulatu III. notatum, cum hac epigraphe in postica, *Secur. tempo. n.* 5. Verum per errorem; sunt enim partes duorum diversorum Nummorum, non vero unius. Persecutionem vero hoc anno cœpisse certum esse debet.

A num.

NOTÆ [1] COss. P. *Licinius Valerianus Aug. IV.* & P. *Licinius Gallienus Aug. III.* Nummi *Gallieni* apud Bandurium tom. I. pag. 174. cum

TR. P. V. COS. III.

Vulgares Fasti: *Valeriano IV. & Gallieno III.*

Hoc anno Consules suffecti feruntur ex *Kal. Jul. M. Ulpius Crinitus II. & L. Domitius Aurelianus.* Epistola Valeriani ad Aurelianum apud Vopiscum in Aureliano, cap. XI. *Neque enim minor est, in cujus locum fidemque te legi Consulatum cum eodem Ulpio Crinito in annum sequentem a die XI. Kalend. Juniarum, in locum Gallieni & Valeriani, sperare te convenit sumptu publico.*

II. Tempus Martyrii Stephani Papæ.

Hoc ipso anno, quarto Nonas Augusti, Stephanus Papa martyrio coronatur, cum sedisset annos tres, menses tres, & dies viginti duos. Cum autem sciamus de annis Stephani, quibus sedit, diversas esse sententias, tamen tum ex Consulibus in libro de Romanis Pontificibus positis, tum ex Actis ipsius martyrii emendatioribus, quæ iisdem Consulibus consignantur, repetito sedis ejus exordio, dicto temporis spatio eum sedisse oportuit. Perveniſſe quidem usque ad Consulatum Valeriani quartum, & Gallieni tertium, alias secundum, tam citatus liber de Romanis Pontificibus, quam dicta martyrii Acta manifeste testantur, licet perperam in iisdem Actis positus habeatur Valeriani tertius annus, & Gallieni secundus. Cæterum in codicem mendum irrepsisse, ex eo aperte convincitur, quod, cum ipsum passum esse anno sequenti a Consulatu Maximi & Glabrionis (quo recensiti superius in iisdem Actis Martyres passi leguntur, quibus & dies ipsorum martyrii notatus habetur) certo certius cognoscatur, ipsum cum sociis hoc anno dicta die martyrium subiisse necesse est affirmare. Quo modo autem ingravescente Romæ adversus Christianos persecutione, Valerianus & Gallienus omne studium adhibuerint ut Stephanum Papam e medio tollerent, Acta martyrii ejus his verbis significant:

Ann. Eccl. Tom. III. K 2

III. Inquiritur Stephanus Papa.

Post multos dies Valerianus & Gallienus, ut Stephanus ac Romanæ Ecclesiæ clerici inquirerentur, pœnisque afficerentur, proposito edicto jusserunt. Tunc accidit ut duodecim ex Clero Romano tenerentur, nempe Bonus, Faustus, Maurus, Primitivus, Calumniosus, Joannes, Exuperantius, Cyrillus, Theodorus, Basilius, Castulus, & Honoratus, qui absque audientia statim capitibus truncari jubentur; decollatique sunt via Latina juxta Formam aquæductus; quorum corpora collegit Tertullinus, & posuit juxta corpora Jovini & Basilei, via Latina, Kalendis Augusti. Hoc audiens Stephanus, vocat ad se Tertullinum, ac de regno Dei & vita æterna eum erudiens baptizavit, & in albis positum presbytera consignavit, cui inter cætera sancta monita præcipue illi mandavit ut sancta martyrum corpora requireret. Qui post biduum a baptismo suo ductus est ad Valerianum, jussusque est ut Olympii facultates proderet. Cui Tertul-

li-

PAGIUS II. *Martyrium S. Stephani Papæ.*

[1] A num. II. ad VII. Sancti *Stephani* Papæ obitus accurate hoc anno a Baronio consignatus. Recte enim in libro Pontificali sedisse dicitur *usque Valeriano IV. & Gallieno III.* Obiit secundo die mensis Augusti. In Indiculo quippe *Depositionis* Episcoporum apud Bucherium legitur: *Quarto Nonas Augusti Stephani in Callisti.* In Chronico quidem auctiori veterum Pontificum dicitur: *Sepultus in Cœmeterio Callisti Via Appia, III. Nonas Augusti. Cessavit Episcopatus dies viginti duos*, quia scilicet Auctor illius Chronici diem, quo sepulturæ *Stephanus* mandatus, non vero quo ad Deum migravit, notat. *Sixtus* die vicesimo quarto Augusti, aut circiter, in ejus locum subrogatus. *Stephano* duæ adscribuntur Decretales, quæ Viris doctis adulterinæ habentur. Prima est ad Hilarium Episcopum, & incipit cum verbis Leonis primi epistola XLVI. juxta veterem ordinem: *Quamquam sperem, dilectionem tuam ad omne opus bonum*, &c. in eaque habentur plura testimonia ex Codice Theodosiano, aliisque desumta. Secunda est ad universos Episcopos, incipitque cum verbis Leonis I. epistola XL. juxta veterem ordinem; meminit *Patriarcharum*, quod nomen Stephani tempore nondum usurpatum, refertque loca ex epistolis XXV. & XXVI. Bonifacii, & aliorum.

III. *Macrianus auctor persecutionis.*

Baronius anno elapso scribit, auctorem, qui Valerianum impulit, ut adversus Christianos persecutionem excitaret, fuisse Magum Ægyptium, & cum ipsum, qui persecutionem illam, quæ Decianam prævertit Alexandriæ movit. Verum stylus Dionysii Alexandrini tam illic, quam hic rhetoricus, rectequæ a Valesio & Pearsonio intellectus. Sic loquitur Dionysius de Valeriano in Epistola ad Hermammonem, apud Eusebium: ἀποσκευάσασθαι δὲ παρέπεμψεν αὐτὸν ὁ διδάσκαλος καὶ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου μάγων ἀρχισυνάγωγος, id est: *Magister autem & Magorum, qui ex Ægypto erant, archisynagogas, Valeriano persuasit, ut Christianos desereret atque rejiceret.* Magister ille, neque Magus, neque Ægyptius fuisse dicitur, sed Magorum ex Ægypto archisynagogus, hoc est, maximus patronus, utpote qui illis frequenter & familiariter usus est, & auctoritate sua, quapollebat apud Imperatorem maxima, protexit. Erat autem iste non alius, quam notissimus ille *Macrianus*, eo nomine ab ipso Dionysio stationi indigitatus; qui a Magis admonitus, fore se aliquando Imperatorem, & novarum rerum exinde cupidus, hanc illis gratiam reppendit, ut Christianis, qui illorum malis artibus maxime adversati sunt, Valerianum infensum redderent. Hoc volunt illa verba Dionysii: Καλὰ γὰρ ἄνδρὸς Μακριανοῦ τῆς ἐλπιζομένης βασιλείας προσήνεγκε χαριστήρια, id est: *Egregium vero gratiam ob speratum Imperium & præclara munera Macrianus eis obtulit.* Et paulo post: ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προαχθεὶς, εἰς ὕβρεις καὶ ἀνειδισμοὺς ἐκδοθεὶς, id est: *Etenim Valerianus ad hujusmodi facinora ab hoc homine* (Macriano nempe) *impulsus, contumeliis & opprobriis expositus fuit, se-*

Baron. an. 257. num. VIII.

NOTÆ [1] PLerique alii assentiuntur, hoc anno *Stephani* martyrium contigisse, ii præsertim, qui Concilium Carthaginense III. de iis, qui de hæresi ad Ecclesiam veniunt, quod Epistolam Stephani ad Cyprianum proxime excepit, habitum volunt A. D. 256. hinc recte in lib. Pontificali adnotari, *Stephanum* passum *Valeriano IV. & Gallieno III. Coss.* nempe A. D. 257. qua quidem ratione recte componuntur *quatuor* Pontificatus *anni*, qui ei in Bucheriano catalogo tribuuntur.

lianus: Si facultates domini mei cupis, æternam vitam consequi poteris, quas ille pro Christo moriens in æterna vita suscepit. Cui Valerianus: Ergo, inquit, facultates domini tui vitam præstant? Respondit Tertullianus: Regnum perenne est Christi Domini nostri, qui habet potestatem mortis & vitæ. Valerianus ad suos conversus ait: Videtur hic effectus insanus. Jussitque illum fustibus cædi, & latera ejus facibus inflammari. Post hæc traditur Sapricio Judici, qui tribunal sibi parari fecit in loco qui dicitur Mamertini; inde post multa ac varia tormenta ductus est, & via Latina, secundo ab Urbe lapide, decollatus Kalendis Augusti. Ejus reliquias beatus Stephanus Papa collegit, ac in crypta arenaria sepelivit.

IV. Stephani Papæ Martyrium.

*Sequenti die Valerianus misit milites, qui tenerent beatum Stephanum, & eos qui cum eo erant clericos; ductique sunt ad Valerianum: qui Stephanum tantum ad se perduci jussit, ac dixit: Tu es qui Rempublicam conaris evertere, & suasionibus tuis populum a deorum cultu recedere suades? Ad quem Stephanus: Ego quidem Rempublicam non everto; sed populum moneo atque hortor, ut relictis dæmoniis, quæ in idolis colli solent, Deum verum agnoscant, & quem misit Jesum Christum. Tunc jussit Valerianus eum duci ad templum Martis, ibique sententiam ex tabella recitari. Tunc beatus Stephanus ductus extra Urbem via Appia, cum pervenisset ad Martis templum, elevatis in cælum oculis dixit: Domine Deus Pater, qui, destruxisti turrim confusionis in Babylone, destrue locum hunc, in quo diabolus superstitione decipit populos. Tunc facto tonitruo una cum fulgure & coruscatione, percussoque templo, ex parte corruit; cum milites fugientes reliquerunt Stephanum solum; qui una cum suis perrexit ad proximum cœmeterium Lucillæ, *, ubi multis exhortatus est suos ad tolerantiam martyrii. Post hæc obtulit sacrificium Deo omnipotenti. Audiens hæc omnia Valerianus, misit ad eum capiendum milites; inveneruntque eum sacrificium Deo offerentem. Qui intrepidus & constans perficiens cœpta mysteria, in eodem loco ante altare in sua decollatus est sede, quarto Nonas Augusti. Factus est ibi planctus maximus Christianorum, quod tanto pastore essent orbati. Sepelierunt corpus ejus cum ipsa sede sanguine ejus aspersa in eodem crypta, in loco qui dicitur Cœmeterium Callisti.*

* al. Lucina.

*Alia autem die milites invenerunt Tarsicium acoluthum †, Christi corporis sacramenta portantem. Discutientibus quid gereret; ille, indignum judicans porcis prodere margaritas, nequaquam voluit detegere sacrosancta mysteria; qui eum tamdiu fustibus & lapidibus mactaverunt, quousque spiritum exhalaret; revolutoque ejus corpore, nihil valuerunt de sacris mysteriis reperire. Eadem die collegerunt corpus S. Tarsicii, & sepelierunt eum in cœmeterio Callisti, via Appia; coadunataque Ecclesia Christianorum, ordinaverunt in locum beati Stephani Sixtum natione Græcum, patria Athenienſem, Episcopum, nono Kalendas Septembris, Valeriano * quartum & Gallieno secundum Consulibus; apud nos autem regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.* Hucusque Stephani passionis Acta, ex manuscriptis (ut diximus) exemplaribus restituta.

V. De Tarsicio.

† Non acoluthus tantum, sed & laicus olim, persecutione urgente, concessum esse accepta in Ecclesia Eucharistiam domum ferre, tom. primo pluribus dictum est.

* al. Valeriano tertium & Gallieno secundum.

De eodem S. Stephano hæc præterea leguntur in libro citari solito nomine Damasi de Romanis Pontificibus: *Hic constituit, Sacerdotes & Levitas vestibus sacratis in usu quotidiano non uti, & nisi in Ecclesia tantum. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos quinque, & Episcopos per diversa loca tres.* Ex iis unus fuit Melanius (*a*) Episcopus Rotomagensis, sanctitate celebris. Rursum ibidem de Stephano: *Sepultus est in cœmeterio Callisti, via Appia, quarto Nonas Augusti; & cessavit Episcopatus ejus dies viginti duos;* quando (ut dictum est) Sixtus successit vigesimaquarta die mensis Augusti.

VI. Res gestæ a Stephano.

(*a*) Martyrol. Rom. die 28. Octobr.

Sixtus Papa.

Iisdem quoque Consulibus ante Stephanum Papam passæ Romæ sunt nobiles virgines duæ, ambæ sorores, Ruffina atque Secunda, desponsatæ viris Armentario ac Verino Christianis; sed cum hi persecutionis metu recessissent a fide, eædem ambæ a sponsalibus quoque pactis resiliebant; quæ ab illis Christianitatis accusatæ sunt apud Arcesilaum Comitem Assessorem; ab eoque delata est causa ad Junium Donatum Urbis Præfectum. Extant harum glorioſæ confessionis atque consummati martyrii Acta, & quidem fidelia, quorum

VII. Ruffina & Secunda Martyres.

secundum Prophetam; nempe cum a Persis caperetur. Et vero non tantum hominem diserte nominavit; sed & in illo nomine lusit Dionysius. Nam cum eum Καταλυόν aliquando fuisse, nempe summæ rei *Rationalem*, & tamen nihil rationale aut catholicum sensisse ludens dixisset, in eodem genere scribendi pergit: *Alienum autem & extorrem se a misericordia Dei fecit, & quam longissime a sua se salute fugavit, in hoc exprimens veritatem nominis sui*, quod scilicet ἀπὸ τῆ μακρὸν, deductum esse voluit. Hic certe *Macrianus*, quo nemo eo tempore sapientior Ducum habebatur, hic Vir tantus in Republica Romana, non Magus Ægyptius, cum Valerianus periculosissimo tempore optimos Duces quæreret, ei facile persuasit, ut Christianos desereret & ad surgentium bellorum impetus quamprimum præpararet.

A num.

quorum meminimus in Notationibus nostris. Quod spectat ad Junium Donatum Præfectum Urbis; videas iisdem Actis consentientem esse antiquitus scriptam seriem Præfectorum Urbis, a Cuspiniano editam, in qua hæc notata habentur: *Valeriano quartum & Gallieno tertium Consulibus, Junius Donatus Præfectus Urbis fuit.*

VIII. Præfecti plures in Urbe contra Christianos.

Quod si interdum Acta martyrum alios nominent Urbis Præfectos diversos ab illis qui ibi scripti sunt; ea ratione id accidisse putamus, quod qui sub aliis magistratibus, nempe sub iis qui Vicariam gererent Præfecturam, vel a Judicibus Assessoribus, vel aliis, ut, si miles erat, a Tribuno militum, vel cui quæstio demandata esset, paterentur; iidem omnes, quod Romæ judicarentur, ab Urbis Præfecto tradi quæstionibus, atque damnari dicerentur. Certe quidem non sub uno Urbis Præfecto, sed a pluribus, Præfectis itidem nominatis, damnari Romæ martyres, Cyprianus certa (*a*) delatione nunciorum suorum scripsit ad Successum epistolam, qua ait: *Huic persecutioni quotidie insistunt Præfecti in Urbe.*

(*a*) Cypr. epist. 82.

IX. Dionysius Alex. Episcopus consulit Sixtum Papam.

Creato Sixto Rom. Pontifice, Dionysius Alexandrinus, qui (ut diximus) illorum sententiæ suffragabatur, qui dicerent ab hæretico bapizatos iterum baptizandos; quod a Stephano reprehensus esset; erroris pœnitens, novo emergente casu, nihil temere ausus est sua sponte decernere; sed quid agendum esset in re dubia, sedem Apostolicam ex more statuit consulendam, scriptis ad eundem Sixtum litteris. Recitat ex iis fragmentum Eusebius (*b*); sic dicens: *Quinta item illius de Baptismate epistola ad Sixtum Episcopum Romanum scripta est, in qua cum multa dixerit contra hæreticos, tale quoddam facinus suo tempore gestum exponit: Revera frater, quoniam ejusmodi quædam causa ad me delata est, in qua veritus ne per errorem labar, consilium quæro, tuamque vehementer exposco sententiam.*

(*b*) Euseb. l. 7. c. 8.

X. Dionysii epistola ad Sixtum Pap.

Frater quidam ex nostro conventu communioneque fidelis judicatus, ætate admodum provectus, & priusquam ego jam creatus eram Episcopus, & (ut arbitror) antequam beatus Heraclas in Episcopatus gradu collocatus fuerat, conventus communionisque particeps factus, cum forte baptismo eorum, qui nuper apud nos baptizarentur, adesset, & rogata responsaque audiret; venit ad me lugens, & graviter suam vicem deplorans, se ad pedes meos abjicit, & ex animo confitetur, & sancte dejerat, baptisma quo erat apud hæreticos tinctus, non hujus generis esse; illud namque plenum esse impietatis, plenumque blasphemiæ, neque ullam omino cum isto nostro habere similitudinem; affirmatque animam suam propterea acerbis dolorum stimulis compunctam; & quoniam nefario ac profano cum verborum tum factorum scelere pollutus erat, nec libere suos oculos ad Deum posset elevare; & propterea obtestatus est, ut hac purissima lavacri purgatione, vera susceptione in Ecclesiam, & divina in eo lavacro oblata gratia potiretur.

XI.

Quod plane ego non audebam præstare, sed diuturnam illam communionem, qua fuerat cum Fidelibus sociatus, satis habere virum ad ejus animum purgandum, affirmabam. Nam qui gratiarum actiones audivisset, qui Amen una pronunciasset, qui adstitisset mensæ, qui manus ad sanctum illud alimentum capessendum porrexisset, qui illud recepisset, qui tam longo tempore corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi particeps, ejus baptisma non audebam de integro renovare, sed bono animo esse jubebam, & solida ac constanti fide, conscientiaque pura, sinceraque ad sanctorum mysteriorum perceptionem accedere. Iste tamen lamentis & mœrore se conficere non destitit; ad mensam accedere præ metu exhorruit; & vix oratus, precibus interesse sustinuit: Hucusque ex epistola Dionysii ad Sixtum, qua consuluit quid de eo agendum foret.

XII. Dionysius cautior redditus.

Quid Sixtus responderit, non apparet. Sed ex præposita rogatione facile potest intelligi; nimirum quod cum hic baptizatus sit ab hæreticis longe diversa forma, ac soleret in Ecclesia Catholica baptismum confici, nullum plane ac prorsus irritum esse ejusmodi collatum baptismum, certum est Sixtum Episcopum respondisse. Et si quem constaret vere atque legitime baptizatum esse, illum in Ecclesia Catholica debere recipi. Videas plane ex iis Dionysium (quod dictum est) quod eamdem cum Cypriano, & aliis sententiam propugnasset, tamen ab ea cum receſſisset, ne baptizando illum qui jure baptizandus erat, videri posset priori sententiæ inhærescere, magna cautela adhibita, in casu licet admodum perspicuo nihil

IV. *Dionysius in exilio variis scribit epistolas.*

A num. IX. ad XIX. Dionysius Alexandrinus Episcopus Alexandria per Æmilianum Præfectum pulsus, & in *Cephro* constitutus ad *Sixtum* secundam suam de Baptismo scribit epistolam; primam enim ad *Stephanum* miserat. Scribit etiam ad *Philemonem* Romæ Presbyterum quartam; eodemque tempore utramque, quo scripsit ad Sixtum secundam, ut patet ex literis ad Sixtum datis lib. 7. cap. 7. Scripserat quidem ante ad *Philemonem* & *Dionysium* Romanum, sed breviter, dum illi *Stephano* adhærebant; unde illæ epistolæ non extant; nunc autem copiosius sub Sixto scripsit. Baronius epistolam ad *Philemonem*, cujus pars insignis extat cum altera ad Dionysium Presbyterum, tradit exaratam & missam esse sub Pontificatu Stephani; sed contra mentem ipsius Dionysii Alexandrini, qui breviter tantum ad *Philemonem* se scripsisse sub Ste-

nihil pro arbitrio agere, ſed Sixtum Papam conſulere voluiſſe; ut ex his poſſit intelligi, tum Dionyſium, tum cæteros in Stephani ſententiam pedibus iviſſe. Nam ſi hactenus priori adverſariæ opinioni ſtuduiſſet; nihil eſt cur ſedem Apoſtolicam, in re præſertim adeo perſpicua, ſtatueret conſulendam.

XIII. Scripta Dionyſii

Rurſum de Dionyſio ibi ſubdit Euſebius: *Extat præterea alia hujus de Baptiſmate epiſtola, ipſiuſque Eccleſiæ perſonæ, cui præfuit, Sixto & Eccleſiæ Romanæ dicata, in qua multis argumentis & prolixo ſermone de quæſtione propoſita diſputat. Alia porro ejus epiſtola eſt poſt has conſcripta ad Dionyſium Romanum, quæ de Luciano inſcribitur*: Hucuſque Euſebius; qui & ſuperius meminit ejuſdem ad Sixtum epiſtolæ ſcriptæ de Baptiſmo, cum, jam Pontifex creatus eſſet; qua (inquit) tum Stephani, tum reliquorum ſimul Epiſcoporum ſententiam ac judicium explanat, in qua meminit epiſtolarum, quæ ea de re ad Dionyſium & Philemonem Romanæ Eccleſiæ præsbyteros tempore Stephani datæ ſunt. Porro ex epiſtola ad Philemonem hæc idem Euſebius recitat (*a*):

(*a*) *Euſeb. l. 7. c. 8.*

XIV. De legendis hæreticorum libris.

Idem Dionyſius in tertia epiſtola de Baptiſmate, quam ſcribit ad Philemonem preſbyterum Romanum, iſta tradit: Equidem tametſi hæreticorum libros & traditiones perlegebam, & meum ipſius animum ad tempus ſceleſtiſſimis eorum opinionibus quodammodo inquinare videbar; hoc tamen ab illis capiebam commodi, ut non modo eos interiori animi mei cogitatione condemnarem ac refellerem, ſed multo vehementius in poſterum deteſtarer. Ac cum quidam ex numero presbyterorum me vetaret, deterreretque a legendo, ne turpi pravitatis & perverſæ eorum doctrinæ cœno contaminarer (meam enim mentem errorum labe pollui aſſeruit) cumque vera meo quidem judicio diceret; viſio quædam cælitus ad me dimiſſa me confirmavit, & vox ad aures allapſa manifeſto præcepit in hunc modum: Omnes libros, quos ſumis in manus, evolve ſedulo; nam ſatis habes virium & firmitatis ad quæque tum convincenda, tum exploranda; atque hæc cauſa erat, cur ab initio ad fidem Chriſti vocatus fueris. Viſionem, utpote rite conſentientem voci Apoſtolicæ, ſic ad potentiores dicenti: Sitis diligentes animadverſores, & veluti trapezitæ, qui argentum probant; lubens equidem approbavi: Hæc de epiſtola Dionyſii ad Philemonem, tempore (ut dictum eſt) Stephani Papæ ſcripta.

Verum quod ſpectat ad ſententiam illam de trapezitis argentum probantibus: non ſic dicit Apoſtolicam vocem, quaſi ab aliquo Apoſtolorum primum dictam, ſed potius ex verbis Domini recitatam; a Domino enim id dictum fuiſſe, Origenes (*b*) in primis teſtatur, cum agit de Gazophylacio, dicens: *Gazophylacium locus cum ſit numiſmatum, quæ offeruntur ad honorem Dei, & ad diſpenſationem requiei pauperum; quid aliud ſunt numiſmata, quam divini ſermones, imaginem magni Regis impreſſam habentes? qui conſiderantur a menſatis probatis, gnaris dividendi probata ab improbatis, quæ mentiuntur ſe eſſe probata, & ſervantibus illud Jeſu mandatum: Eſtote boni trapezitæ; & Pauli (c) doctrinam, dicentis: Omnia probantes, quod bonum eſt tenete.*

XV. De Trapezitis ſententia.

(*b*) *Orig. in Joan. tom. 19.*

(*c*) *1. Theſſal. 5.*

Sed ad Dionyſium de quæſtione propoſita revertamur. Conſtat ipſum penitus ſecutum eſſe eam (ut par erat) ex reſcripto, puto, Sixti Papæ ſententiam; ut qui ab hæreticis non eadem forma, qua ſoleret Eccleſia, baptizatus eſſet; rediens ad Eccleſiam Catholicam, ſecundum legitimum Eccleſiæ ritum baptizari deberet, quod nullum prorſus ab illis fuiſſet collatum diverſa forma baptiſmum. Quamobrem cum alios complures hæreticos, tum Cataphrygas, Pepuzenos cognominatos, quod viderentur ſecundum formam ab Eccleſia præſtitam baptizari, ad Eccleſiam redeuntes non eſſe rebaptizandos affirmabat. Sed quod ad Pepuzenos ſpectat, ab eo ſancti Patres diſcreparunt; quippe qui licet ſcirent Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum ab illis in collatione baptiſmatis nominari; tamen, quod per Spiritum ſanctum illi Montanum intelligerent, nullum plane eſſe collatum a Pepuzenis baptiſmum, in ſacroſancta Nicæna (*d*) Synodo definierunt, nempe cum Pauliani-ſtas, tum Cataphrygas ad Eccleſiam confugientes eſſe rebaptizandos, quod etiam in Synodo (*e*) Laodicenſi reperitur fuiſſe decretum. Sed & S. Baſilius (*f*) in epiſtola canonica ad Amphilochium de eadem re Dionyſium erroris arguit, dicens: *Pepuzenorum autem baptiſmus nullam habere rationem videtur; & miratus ſum quomodo hoc Dionyſium, qui fuit canonicus, præterierit:* Et inferius: *Pepuzeni ergo ſunt aperte hæretici; in ſanctum enim Spiritum blaſphemarunt, Montano & Priſcillæ Paracleti appellationem nefarie & impudenter attribuentes.* Et paulo poſt: *Quare etiam ſi hoc magnum Dionyſium præteriit,*

XVI. Quorum hæreticorum ratum eſſet baptiſma.

(*d*) *Nic. Conc. c. 19.*

(*e*) *Conc. Laodic. c. 8.*

(*f*) *Baſil. epiſt. can. ad Amphil. c. 1.*

PAGIUS Stephano indicat; cum fuerit hæc epiſtola, ut ex ipſis fragmentis patet, ſane prolixa. Sic enim, cum haud pauca recitaſſet, loquitur Euſebius: *Rurſus autem, cum quæſtionem abunde ventilaſſet, hæc addit*, vel, *ſubdit*; non vero, *concludit in hunc modum*, ut Valeſius perperam interpretatur. Qua de re legendus Pearſonius citatus, qui etiam exiſtimat, ſub hujus anni finem Dionyſium quintam ordine ad *Sixtum* ſcripſiſſe epiſtolam de Baptiſmo, quæ quoad ipſum Sixtum ſecunda erat; quam inverſo ordine Baronius, creato Sixto Romano Pontifice quaſi ſtatim ſcriptam adducit.

iit, nobis tamen non eſt erroris imitatio: Hæc Baſilius. At ſatis de his quæ antiquitus de hæreticorum baptiſmate Eccleſia docuit. Quæ autem idem Dionyſius ad Sixtum Papam de ortu hæreſis Sabellianæ ſcribit, dicemus in fine hujus anni. Primum enim de ſemel cœpta Chriſtianorum perſecutione agere inſtituimus. Sed & quod hoc anno, cum a Valeriano adverſus Chriſtianos in provincias datum fuit edictum, paſſus eſt tum ipſe Dionyſius, tum alii plures ex Chriſtianis Alexandrinis, ex ejus epiſtola, quam ſcripſit tunc ad Germanum, ab Euſebio recitata, jam enarremus. At prius de Imperatoriis edictis dicendum.

XVII. Edicto Valeriani quæ prohibita Chriſtianis.

(*a*) *Pont. in Act. paſſ. ſanct. Cyprian.*

Illud quidem hoc anno a Valeriano primum in orbis Romani provinciis conſtat fuiſſe promulgatum edictum (*a*), ut Chriſtiani compellerentur ſuam religionem deſerere, ne item conventus agerent, vel cœmeteria adirent, ut apud Pontium Proconſularia Acta declarant, in quibus hæc leguntur: *Proconſul dixit; Juſſum eſt* (de Chriſtianis ſcilicet) *ut nulla conciliabula faciant, neque cœmeteria ingrediantur; quod qui facere comprehenſus fuerit, capite plectatur.* Meminit & Dionyſius (*b*) ejuſmodi Valeriani decreti in nuper citata epiſtola. Quod enim (ut ex Actis martyrum, qui Romæ ſunt paſſi, ſuperius recitatis apparet) ex conventibus Chriſtianorum, qui edebantur in cœmeteriis, magna fieret ex Gentilibus acceſſio ad Chriſtianam religionem, quorum occaſione Romæ (ut dictum eſt) perſecutio cœpta eſt; permotus videtur fuiſſe Valerianus, ut primum omnium ſuo edicto, conventus fieri, & cœmeteria adiri prohiberet.

(*b*) *Apud Euſeb. l. 7. c. 10.*

XVIII. Scriptæ litteræ de perſecutione fidelium.

(*c*) *Treb. Pol. de 30. Tyran. c. 20.*

Verum non tantum ejuſmodi ſatis illi fuit promulgaſſe edictum; ſed & ab eo litteræ privatæ dabantur ad Præſides, quibus Chriſtianos ad Chriſtum negandum ut compellerent, & renuentibus Præſulibus exilium decerni jubebatur; ut ſic illis longius amandatis, nulla reliquis Chriſtianis conventus agendi daretur facultas; quod de Cypriano factum eſſe, atque Dionyſio Epiſcopo Alexandrino, proxime dicturi ſumus. Sed prius de Dionyſio, de quo alia occaſione opportuna ſemel eſt oratio inſtituta, dicendum. Adminiſtrabat hoc tempore Auguſtalem Præfecturam Ægypti Æmilianus, cujus prolixa mentio habetur apud Trebellium (*c*) Pollionem; hic ille qui adverſus Gallienum in Ægypto poſtea acclamatus eſt Imperator, de quo ſuo loco dicturi ſumus. Quæ igitur Dionyſius ab eodem Æmiliano ſit paſſus, ipſemet in dicta ad Germanum epiſtola narrat. Sed hæc primum Euſebius.

XIX. Dionyſii Epiſcop. Alex. confeſſio.

De perſecutione autem, quæ vehementiſſime, regnante Valeriano, exarderſcebat; quas & afflictationes, & incommoda idem Dionyſius cum aliis propter verum cultum Dei univerſarum reum opificis ſubierit; verba ejus, quibus in Germanum, ſuæ ætatis Epiſcopum, qui illius famam maledictis lædere tentaſſet, invehitur, ſatis perſpicue declarant, quæ ita ſe habent: *Videbor equidem nonnullis fortaſſe, dum admirabilem Dei providentiam erga nos oſtentatam cogor neceſſario explicare, in magnam amentiam inſcitiamque eſſe prolapſus. Verum quoniam ſecretum Regis occultare (inquit Scriptura d) præclarum, & Dei opera prædicare, cum primis eximium eſt; ego cum Germano manus conferere aggrediar. Veni ad Æmilianum non quidem ſolus, ſed me comitati ſunt compresbyter meus Maximus, & diaconi Fauſtus, Euſebius, & Cheremon; & quidam e fratribus, qui Roma ad nos venerant, nobiſcum una profectus eſt.*

(*d*) *Tob. 12.*

XX. Dionyſius relegari jubetur.

Æmilianus autem non dixit mihi conceptis verbis, Ne conventus agas; hoc enim illi fuiſſet fere ſupervacaneum, & in eo, quod ille moliebatur, poſtremas ſane tuliſſet; præſertim cum ad id, quod caput eſt noſtræ religionis, omnem ſuam curam & cogitationem convertiſſet. Nam non de hoc, nimirum ne conventus agerem, ab eo ſermo erat inſtitutus; ſed de eo, ne me ipſum deinceps Chriſtianum eſſe profiterer. Atque ab hoc quidem, me deſiſtere mandavit, ratus id quidem, ſi ego fidem commutarem, alios eamdem mecum ſententiam ſecuturos. Non abſurde quidem, neque circuitione ulla uſus reſpondi (e), Deo obtemperandum magis, quam hominibus. Quin palam etiam conteſtatus ſum, me illum, qui ſolus Deus eſt, & nullum alium venerari; neque ſententiam velle mutare, neque aliquando deſiſtere eſſe Chriſtianum. Deinceps juſſit ut in pagum nomine Cephron, prope locum quemdam deſertum ſitum, recta abſcederemus. Verum verba quæ ab utriſque ultro citroque habita ſunt, uti fuerunt a quibuſdam in commentarios relata, accipitote, &c. Ex iis quæ Dionyſius de ſingulis verbis exceptis a Notario tradit, de cæteris quoque ſanctorum martyrum rebus geſtis fidem aſtruere poſſumus, cum in illis interrogationes ſingulas, ac reſponſiones verbis ſingulis expreſſis legimus. At quænam fuerint ea, quæ relata dicit in commentarios, ſic proſequitur:

(*e*) *Act. 5.*

XXI. Secunda quæſtio de Dionyſio.

Dionyſio & Fauſto & Maximo & Marcello & Chæremone in Concilium introductis, Æmilianus, qui Præfecturam gerebat, ſic locutus eſt: Vobiſcum jam coram abſque ſcripto lubet diſſerere de Imperatorum dominorum noſtrorum humanitate atque clementia, quam erga vos declarant. Nam ſalutis veſtræ ac vitæ poteſtatem vobis fecerunt; modo ad id, quod eſt ſecundum naturam, velitis voſmetipſos convertere; & deos, qui illorum regnum ſervant incolume, ſancte adorare; eorum autem

tem penitus oblivisci deorum, qui naturæ repugnare videantur. Quid igitur ad ista respondetis? neque enim vos ingratos fore arbitror, cum tanta benignitas ab illis sit vobis ostentata; quandoquidem ad res meliores vos amice & benevole cohortantur. Dionysius respondit. Non omnes colunt omnes deos, sed singuli singulos pro arbitratu. Nos proinde unum Deum, rerum omnium fabricatorem, qui Valeriano & Gallieno Cæsaribus Augustis, viris sanctissimis, Imperium largitus est, & colimus, & veneramur; Huic etiam sine intermissione pro eorum regno, ut stabile & firmum maneat preces adhibemus: Hæc ipse.

XXII. Cur sanctissimi dicti Imperatores.

At ne mireris, cum audis Dionysium, sacrilegos Imperatores, dicere viros sanctissimos; non enim eo sensu, quo nunc usurpatur, vox illa dici consuevit. Utitur Dionysius solitis tribui tunc temporis Imperatoribus titulis; quod constat tum ex plerisque Ethnicorum scriptorum locis, tum ex inscriptione Veronensi, ubi inter alia hæc (a) de eodem Gallieno: JUBENTE SANCTISSIMO GALLIENO AUG. Porro sic ex consuetis titulis Dionysius dicit Imperatores illos, Sanctissimos quo & Paulus Apostolus scelestissimum hominem Felicem alloquens (b), ait, *Optime Felix*. Cum alioqui ex proprietate quoque vocis, Imperatores, licet nefandissimos, tamen sanctissimos appellare potuisset; nam Cicero ait (c): *Quare suo jure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur.* Si igitur quod a Deo datum creditur, sanctum dicitur; cum constet ex Christianæ legis præscripto, Principes etiam malos a Deo dari in ultionem peccatorum, secundum illud (d): *Dabo vobis Regem in furore meo*: Et (e) *Qui regnare facit hominem hypocritam*: hac quidem ratione utique potuit illos nominasse sanctissimos. Quod si impii sic dicti sunt; quomodo non etiam hac saltem ex parte quique Episcopi, quamtumlibet moribus depravati, sanctissimi jure dicendi? Sed Acta ipsa jam prosequamur:

(a) *Inscript. antiq. edit. Plant. p. 145.*

(b) *Act. 24.*

(c) *Cicer. pro Archia Poeta.*

(d) *Osea. 13.*

(e) *Job. 27.*

XXIII. Sententia relegationis.

Tunc Præfectus Æmilianus: Qui vos, inquit, prohibet, quo minus hunc, si Deus sit, cum aliis diis qui sunt secundum naturam, cultu & reverentia observetis? Vobis enim præceptum est, ut deos adoretis, quos omnes norunt. Ad quæ Dionysius: Nos (inquit) nullum præter unum Deum honore & observantia prosequimur. Æmilianus Præfectus iterum: Video, inquit; vos non modo ingratos esse, sed singularis Augustorum mansuetudinis prope immemores. Quapropter in hac civitate non liberum erit vobis versari; sed eritis in partes Libyæ relegati, in locum videlicet qui Cephron nuncupatur, quem ex Augustorum nostrorum jussu vobis assignavi. Neque usquam omnino vel vobis, vel aliis quibusque potestas erit aut celebrandi conventus, aut in ea quæ cœmeteria appellantur ingrediendi. Quod si quis vestrum in eum locum, ad quem vos ire præceperim, minime proficiscatur, aut in aliquo reperiatur conventu; suo ipsius capiti creabit periculum: non deerit namque accurata ad vos observandos industria. Abite igitur quo jussi estis.

XXIV. Multi secuti Dionysium exulantem.

Sic Æmilianus me etiam morbo laborantem abire compulit, & ne ad unum quidem diem meam profectionem differre voluit. Quodnam ergo mihi superat otium, vel ad conventus agendos, vel secus? Deinde addit: Attamen nos juvante Deo, non a conventu palam inter nos celebrando abstinuimus; quin ipse quidem quosdam in civitate fratres, perinde ac si simul cum illis versatus fuissem, ad conventus perstudiose agendos impuli. Et quamvis ab illis corpore abessem (ut inquit Apostolus f) spiritu tamen semper aderam. Ad Cephron autem non exiguus cœtus nobiscum una migravit, tum fratrum qui ab urbe nos sequebantur, tum aliorum qui ex reliqua Ægypto convenerant. Atque ibi Deus quasi januam ad verbum suum prædicandum nobis patefecit. Ac primum quamquam persecutione eramus divexati, & lapidibus obruti postea; tamen non parva Gentium multitudo, idolis relictis, ad Deum colendum se convertebat. Nam tunc primum verbum Dei, quod numquam antea accepissent, sed per nos inter eos disseminatum fuit, & Deus, perinde atque hujus rei causa solum illo nos deduxisset, eo completo ministerio, iterum inde abduxit. Quippe Æmilianus (ut videbatur) habuit in animo nos in asperiora interioraque Lybiæ ac magis deserta loca transferre. Omnino enim in Mareotidem commigrare mandavit, & singulis nostrum per varias regiones pagos præscripsit singulos; me autem proprius ad regiam viam, ut primus prehenderer, collocavit; sic enim res ab illo dispensata, sicque comparata fuit, ut, quando visum foret nos comprehendere, omnesque facile occupare posset.

(f) 1. Cor. 5.

XXV. Dionysius de agendis conventibus solicitus.

Ego autem cum in Cephron abire jussus essem, tametsi locum, ubi esset situs, ignorabam, & nomen numquam antea fere audiveram; tamen libenter, & absque animi perturbatione eo abscessi. At ut primum nunciatum erat mihi, ut in Colluthionis agros demigrarem; qui mihi aderant, norunt quo pacto (hoc enim mihi ipse vitio vertendum puto) animo affectus essem. Primum enim rem valde acerbe tuli admodumque succensui; nam quamvis loca illius regionis magis mihi cognita essent, ac magis familiaria, quam Cephron; tamen ipsum Colluthionem desertum a fratribus, desertum a probis viris esse dicebam; & non solum molestiis a crebro viatorum transitu exhibitis, sed periculosis etiam latronum incursionibus objectum. Cæterum cum mihi fratres significassent, Colluthionem non tam longe ab Alexandria distare; & licet Cephron magnam fratrum societatem ex Ægypto profectorum nobis attulisset, adeo ut majores conventus celebrare potuissemus; ibi tamen, quia proprius inde aberat Alexandria, crebrius hominum summo amore, familiaritate, & amicitia nobiscum conjunctorum aspectu re vera frui licere; permagnam animi cepi consolationem. Ad nos enim velle accedere, nostrosque animos recreare, & ita tamquam in suburbiis paulo remotioribus nos aliquoties conventus agere posse dixerunt; ac sic plane contigit. Post ista de aliis rebus quæ sibi acciderant, sic scribit:

XXVI. Germanus confessor.

At multis fidei confessionibus gloriatur Germanus, ac multa mala contra se patrata habet dicere ille quidem. Sed quot, quæso, judicum sententias contra nos pronunciatas potest enumerare? quot publicationes, proscriptionesque bonorum, quot fortunarum direptiones, quot abdicationes dignitatum, quantas inanis, & popularis gloriæ contemptiones, quantas laudum a Præfectis & Senatoribus nobis tributarum despicationes? quantum minarum nobis objectarum, adversarum vociferationum, periculorum, persecutionum, exilii, angustiæ, & variæ cujusque modi afflictionis tolerantiam; ut illa quæ sub Decio & Sabino, & quæ hactenus sub Æmiliano mihi obtigerunt? Ubi Germanus comparuit? quis sermo de eo pervagatus? Verum magnam istam scitiam, in quam ob Germanum modo prolapsus sum, missam facio. Quocirca rerum singularum explicationem fratribus, qui eas tenent, singillatim prosequendam permitto. Idem etiam in epistola ad Domitium & Didymum conscripta, eorum, qui istius persecutionis procellis agitati fuissent, hoc modo mentionem facit:

XXVII. Martyres plures.

Christianos autem, qui & permulti sunt, & nobis minime cogniti, nominatim citare supervacaneum arbitror. Sed hoc sciatis velim, viros & mulieres, juvenes & senes, puellas & vetulas, milites & privatos, cujusque generis, cujusque ætatis exititisse, quorum alii flagris cæsi, alii ignis incendio cremati, alii ferro percussi, parta victoria coronas martyrii adepti sunt. Nonnullis autem longinquum hoc persecutionis tempus non satis fuit, ut Domino viderentur accepti, ipseque illos ad se reciperet; in quorum numero (ut verisimile est) ego ipse sum, cui adhuc vita supputit. Ac propterea ipse qui dicit (a): Tempore accepto audivi te, & in die salutis adiuvi te; me ad illud tempus distulit, quod mihi idoneum opportunumque fore norit. Quoniam autem de me meisque sociis rogatis, & quo loco sit vita nostra constituta, certiores fieri cupitis; accepistis, credo, qua ratione quidam ex Mareotide me, Gajum, Petrum, & Paulum a Centurione, Duce, militibus, & servis captivos abductos de improviso adorti, invitos, & minime sponte sequentes vi abstraxerint, & a militibus avulsos secum abripuerint. Jam vero ego cum Gajo & Petro soli a cæteris fratribus separati, in desertum & squallentem locum Libyæ concluси sumus, tridui iam a Paretonio distantes. Quinetiam paulo longius progressus dicit:

(a) *Isa. 49.*

XXVIII. Sedulum studium Clericorum erga martyres.

In urbem clam & ex occulto ingressi sunt alios fratres invisuri presbyteri quidam, Maximus, Dioscorus, Demetrius, Lucius. Faustinus enim & Aquila, qui hominum sermone celebriores sunt, in Ægypto vagi oberrant. Diaconi autem post illos, qui pestis contagione infecti interierunt, relicti, Faustus, Eusebius, Chæremon: Eusebium dico, quem ab initio persecutionis Deus sua gratia roboraverat, & non modo ad ministeria confessorum, qui carceribus detinebantur, summo studio & omni animi contentione explenda, sed etiam ad lintea, quibus corpora beatorum martyrum jam vita defunctorum involverentur, neglecto vitæ periculo, conficienda præparavit. Præfectus vero nihil adhuc in sanctos remittit acerbitatis; sed alios qui ad eum adducuntur, e medio (ut dixi) tollit, quosdam tormentis dilaniat, nonnullos arcta custodia, & vinculis contabefacit. Et quamquam præcipit, ne quisquam illos adeat, atque adeo curiose inquirit, ecquis repeviatur, qui eos velit adire: Deus tamen propenso fratrum studio, & assidua eorum curatione, illos istis rerum angustiis oppressos reficit, sublevatque: Post hæc ibidem (b):

(b) *Euseb. lib. 7. cap. 10.*

XXIX. De Eusebio & Maximo creatis Episcopis.

Intelligendum est porro, Eusebium illum, quem paulo ante diaconum nominavit, non multo post Ecclesiæ Laodiceæ, quæ est in Syria, Episcopum creatum fuisse: Maximum vero, quem tum presbyterum dixit, mortuo eodem Dionysio; in ministerium Ecclesiæ, & fratrum qui sunt Alexandriæ successisse; verum Faustum, qui eodem tempore cum ipso Dionysio ex fidei confessione non parum laudis collegerat, ad persecutionem, quæ nobis viventibus ciebatur, reservatum, jam plane grandem, & longo multorum dierum decursu confectum, securi percussum, beato martyrio occubuisse. Sed de iis, quæ illo tempore Dionysio acciderunt, hactenus: Hucusque Eusebius.

XXX. (c) *Ado die 17. Novembr.* Verba Dionysii ad Præfectum.

Præter hæc autem, quæ ab eo de Dionysio recitata sunt, ex aliis Actis hæc apud Adonem (c) adduntur: *Denique refertur, insectantibus se persecutoribus, cum ipse adstaret, Judici respondisse: Quid insectando laboratis? caput meum, pro quo tantopere fatigamini, avulsum cervicibus fumite, & donum magnum ad tyrannum,*

& Imperatorem vestrum ferte: Hæc ibi, & alia; quæ tamen unde sint accepta, nescimus. At de Dionysio hæc modo satis. Quo modo vero Æmilianus Præfectus Augustalis de persecutione in Christianos exercita dignas dederit pœnas, cum, quod a Gallieno rebellasset, & sibi arrogasset Imperium, captivus Romam ductus est, & in carcere strangulatus; ex Trebellio Pollione, qui rem gestam enarrat, suo loco dicemus.

XXXI. Persecutio Ecclesiæ Cæsariensis.

Quid autem tunc temporis Cæsareæ Palæstinæ acciderit, Eusebius (*a*) paucis describit, sic dicens: *In hac persecutionis clade, quam regnante Valeriano passim manasse supra demonstratum est, tres viri, ob veram Christi confessionem insigniter prædicati, Cæsareæ Palæstinæ bestiarum rictibus velut præda objectati, divino & cælesti martyrio non sine maxima commendatione decorati fuerunt. Quorum unus Priscus vocabatur, alter Malchus, tertio nomen erat Alexander. Fertur vero, istos ruri degentes, primum seipsos tamquam inertes & desides probris affecisse; quod cum temporis opportunitas præmium vitæ æternæ his qui cælesti ejus desiderio gliscebant, dispertire videretur, ipsi præ negligentia quadam & segnitie martyrii coronam non præripuissent. Deinde cum inter se ita deliberassent; absque mora Cæsaream versus ire pergunt, ibique extemplo proficiscuntur ad Judicem; & eum vitæ exitum, qui supra demonstratus est, assequuntur. Mulierem quamdam præterea, quam Marcionis errore ante lapsam fuisse fama loquitur, eadem persecutionis tempestate, in eadem civitate persimile certaminis genus subiisse memorant*: Hucusque Eusebius.

(*a*) *Euseb. lib. 7. cap. 11.*

XXXII. Persecutio in Syria & Cilicia.

Sed & in Syria inter alios martyres, qui ibi passi sunt, celebrior est Nicephori fama, cujus martyrium Antiochiæ magna gloria exhibitum; cum in locum Sapricii presbyteri, qui negarat, se sufficiens, desertoris militis damna reparavit, hostemque prostravit. Extant Acta (*b*) tunc scripta, & quidem fidelissima; agiturque natalis dies ejus martyrii quinto Idus Februarii. Perspicuum tunc plane, sed pavendum editum est exemplum, quo Fideles omnes admonerentur, frustra quæque magna conari hominem Christianum, nisi fraternæ charitatis compage fuerit solidatus; cum Sapricius presbyter, vita jam oppignerata martyrio, quod odio flagraret in Nicephorum, ipsum prope ictum vibrante carnifice, Christum negans, idolis sacrificavit. Quod vero ad Cilices martyres spectat; inter alios plures in Cilicia passos, Tarsi martyrium consummarunt Athanasius Episcopus, & Anthusa nobilis fœmina, & duo servi ipsius, undecimo Kalendas Septembris; alii quoque Corinthi, aliisque Græciæ locis, atque aliis Orientalis Ecclesiæ regionibus, quorum memoria ut plurimum excidit. Sed jam ad ea quæ hoc eodem anno, eadem urgente persecutione, in Africa contigerunt, quæ & certis scriptorum monumentis certiora redduntur, orationem convertamus.

(*b*) *Ex Metaph. apud Sur. tom. 1. die 9. Febr.*

XXXIII. Cypriani exilium.

Quæ enim passus est Dionysius in Ægypto, eadem plane passus est in Africa Cyprianus, ac cæteri subinde Episcopi, quod una eademque sententia omnes coegerit exulare; tametsi de cæteris Præsulibus nulla sit adeo certa ac explorata testatio; nihilominus ex iis quæ tum de Dionysio, tum Cypriano sunt certa assertione litteris commendata, quid de reliquis diversarum Ecclesiarum Episcopis dignum sit existimare, omnes arbitror intelligere. Primus ergo omnium qui hac persecutione in Africa vexaretur, fuit S. Cyprianus Episcopus, cujus exemplo & reliqui Fideles sunt ad martyrium subeundum incensi, ut litteræ ad ipsum exulem scriptæ (*c*) testantur. De Cypriani exilio hoc anno litteris imperato, agente Paterno Proconsule in Africa, tum Pontius diaconus exilii comes scripsit; tum etiam Acta ipsa, tunc a Notariis diligenter excepta, fidem in omnibus exploratam faciunt. Extant quidem eadem Acta, a majoribus accepta, & ut fidelia comprobata, sed duplicis generis; quæ a Pamelio viro impense erudito cognita, & emendata, ac post libellum Pontii de eadem re sunt posita. Quæ autem primo loco ibi edita habentur, ejusmodi habent præfationem (*d*):

(*c*) *Apud Cypr. epist. 78.*

(*d*) *Posita habentur a Pamelio ante opera Cypr.*

XXXIV. Acta Cypriani elucidata.

Tempore Valeriani & Gallieni, cum gloriosum nomen Christi a Gentilibus exosum intentione maxima conaretur auferri, & esset persecutio apud Urbem Romam, beatissimus Cornelius Pontificatum prædictæ urbis summis virtutibus præditus tunc regebat; comprehensusque a Præside, & diuturnis tormentis afflictus, gladio finivit temporalem vitam, percepturus a Deo sine fine perpetuam: Hæc ibi. Sed quæ de sede Cornelii sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus, deque martyrio ab eodem sub eorumdem persecutione suscepto feruntur, maximam historicæ veritati inferunt difficultatem. Nam dicentibus Cornelium perveniſſe ad tempora Valeriani & Gallieni, & sub eorum persecutione,

S. Cyprianus in exilium mittitur.

A num. XXXIII. ad XL. Tricesimo Augusti die, S. Cypriani confessio secuta est, ut referunt ejus Acta; *Imperatore Valeriano quartum, & Gallieno tertium Coss. tertio Kalendarum Septembrium*, &c. Hanc autem Cypriani confessionem primam omnino fuisse in Africa sub hac

Valeriani persecutione factam, testantur literæ a Confessoribus reliquis ad ipsum postea scriptæ, qui habent, eum *primos impetus non timuisse, & in acie prima* pugnantem spiritali gladio diabolum interfecisse; unde colligitur, hanc Valeriani persecutionem in Africa ante mensem Augu-

ne, quæ non ante tertium eorum Imperii annum (ut auctore Dionysio apertissime est demonstratum) cœpta est, martyrium consummasse, non tantum superiores omnes antiqui pariter refragantur; sed & ipsa temporum ratio adeo hujusmodi assertioni repugnat, ut id affirmare velle portentum propemodum habeatur. Si enim Cyprianus ipso persecutionis exordio missus est in exilium, ubi anno insumpto perfecti martyrii coronam accepit, cum antea (ut ipse testatur Cyprianus) Sixtus (*a*) Romanus Pontifex jam Romæ martyrium suscepisset; sique ea sententia dicendum esset, eodem anno, quo Papa Cornelius, Sixtum etiam martyrium consummasse; ubi quæso, tempus sedis Lucii? ubi annii sedis Stephani, quibus tot tantaque gesta esse reperiuntur? & ubinam, rogo, ejus successoris Sixti Papæ tempus & locus? Nec est quod quis, ut horum sedis tempora valeat ulterius propagare, differre possit in posteriores annos exilium Cypriani; cum tam Pontii, quam ipsorum ejus passionis Actorum testimonio compertissimum habeatur, sequenti anno, Basso & Fusco Consulibus, Cyprianum martyrium subiisse.

(*a*) *Cypr. ep. 82.*

XXXV. Acta passionis Cypriani additione corrupta.

Ne igitur lector ex iis errore labatur, admonemus, ea omnia quæ iisdem Actis continentur usque ad rogationem Paterni Proconsulis, non esse ejusdem, qui ea scripsit, auctoris germana, sed ab alio ante descripta Acta præmissa; nec illa ipsa esse, quorum Pontius & Augustinus memineruntur; ac proinde spuria esse & illegitima, atque errore enormi plane deformia. Sed & quod certum exploratumque habetur, Cyprianum primum omnium tentum coram Proconsule confessum esse; in illis tamen Actis trecenti martyres, Massa candida dicti, ante Cyprianum passi esse ponuntur. Cæterum Cyprianum primum omnium iniisse certamen, litteræ (*b*) ad eum scriptæ declarant; cum iisdem in primis dicitur: *Quasi bonus & verus doctor, quid nos discipuli secuti apud. Præsidem dicere deberemus, prior apud Acta Proconsulis pronunciasti, & tuba canens, Dei milites cælestibus armis instructos ad congressionis prælium excitasti; & in acie prima pugnans, spiritali gladio diabolum interfecisti*: Et sequenti epistola: *Ante passionem a te sumus ad gloriam provocati, qui prior nobis ducatum ad confessionem nominis Christi præbuisti, &c.* Prætermissis igitur actis illis ea additione sic depravatis, illa sequemur Acta legitima atque germana, quæ secundo loco

(*b*) *Apud Cypr. ep. 78. & 79 Cyprianus primus Martyr.*

sunt a Pamelio posita, die ac Consulibus consignata in hæc verba:

XXXVI. Acta legitima passionis S. Cypriani.

Imperatore Valeriano quartum & Gallieno tertium Consulibus, tertio Kalendarum Septembrium Carthagine in Secretario, Paternus Proconsul Cypriano Episcopo dixit: Sacratissimi Imperatores Valerianus & Gallienus litteras ad me dare dignati sunt, quibus præceperunt, eos qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas cærimonias recognoscere. Exquisivi ergo de nomine tuo; quid mihi respondes? Cyprianus Episcopus dixit: Christianus sum, & Episcopus; nullos alios deos novi, nisi unum verum Deum, qui fecit cælum & terram, mare, & quæ in eis sunt omnia. Huic Deo nos Christiani deservimus, hunc deprecamur diebus ac noctibus pro nobis, & pro omnibus hominibus & pro incolumitate ipsorum Imperatorum. Paternus Proconsul dixit: In hac ergo voluntate perseveras? Cyprianus Episcopus respondit: Bona voluntas, quæ Deum novit, immutari non potest. Paternus Proconsul dixit: Poteris ergo secundum præceptum Valeriani & Gallieni exul ad urbem Curubitanam proficisci? Cyprianus Episcopus dixit: Proficiscor.

XXXVII. Cypriani confessio.

Paternus Proconsul dixit: Non solum de Episcopis, verum etiam de presbyteris mihi scribere dignati sunt. Volo ergo scire ex te, qui sint presbyteri qui in hac civitate consistunt. Cyprianus Episcopus respondit: Legibus vestris bene atque utiliter censuistis delatores nos non esse; itaque detegi & deferri a me non possunt; in civitatibus autem suis inveniantur. Paternus Proconsul dixit: Ego hodie in hoc loco exquiro. Cyprianus dixit: Cum disciplina prohibeat ne quis se ultro offerat, & tuæ quoque censuræ hoc displiceat; nec offerre se ipsi possint; sed a te exquisiti invenientur. Paternus Proconsul dixit: A me invenientur. Et adjecit: Præceperunt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula fiant, nec cœmeteria ingrediantur. Si quis itaque hoc tam salubre præceptum non observaverit, capite plectetur. Cyprianus Episcopus respondit: Fac quod tibi præceptum est. Tunc Paternus Consul jussit beatum Cyprianum Episcopum in exilium deportari.

XXXVIII. Fides actorum Cypr.

Quæ autem post hæc ibi sequuntur de ejus martyrio, dicemus anno sequenti, quo perfici contigit. Porro non tantum litteræ (*c*) Episcoporum qui ad metallum damnati sunt, sed & Pontius & Augustinus horum Actorum meminerunt. Etenim Augustinus scribens contra (*d*) duas epi-

(*c*) *Apud Cypr. ep. 78.*

(*d*) *Lib. 1. c. 31.*

gustum non cœpisse. Locus exilio destinatus erat *Curubis*, ut testantur Pontius, Acta passionis & S. Augustinus; erat autem *Curubis* in Zeugitana Provincia sub jurisdictione Proconsulis posita. Decimo quarto Septembris ad hunc locum exilio destinatum, comitante Pontio Diacono deductus est, eodem mensis die, quo post anni spatium passus est. Quamobrem, inquit Pearsonius citatus, nihil inter Sixtum & Cyprianum commercii legitur, quod sententiam de undecim mensibus Pontificatus Sixti maxime confirmat.

epistolas Gaudentii, ex eis locum citat his verbis: *His sacris litteris eruditus beatus Cyprianus in confessione sua dixit: Disciplinam prohibere, ne quis se offerat.* (a) Pontius *in Vita S. Cypriani.* de eisdem Actis meminit Pontius (*a*), cum ait: *Quid sacerdos Dei, Proconsule interrogante responderit, taceam; sunt Acta quæ referant; & Episcopi ad metalla damnati: Prior apud Acta Proconsulis pronunciasti.*

XXXIX. Cypriani exilii locus. Pervenit Curubium locum exilii Cyprianus decimooctavo Kalendas Octobris, qua ipsa die sequenti anno (ut colligitur ex Pontio) martyrium subiit; quod sibi prima die divinitus ostensum fuit. Erat Curubis oppidum in promontorio Mercurii contra Siciliam spectante, a Carthagine ad quinquaginta millia passuum distans. Amœnum illum fuisse locum, haud durum ac difficilem ad habitandum, idem Pontius, qui ab illo assumptus est comes, testatur, cum ait: *Jam nunc, quod secundo posueram loco, cum gratiarum actione repetamus: Provisum esse divinitus etiam pro animo tanti viri apricum & competentem locum, hospitium pro voluntate secretum, & quicquid apponi eis, ante promissum est, qui regnum, &* (b) Matth. 6. *justitiam* (*b*) *Dei quærunt. Atque ut omittam frequentiam visitantium fratrum, & ipsorum inde civium charitatem, quæ præsentabat omnia, quibus videbatur esse fraudatus; admirabilem visitationem Dei non præteribo, qua Antistitem suum sic in exilio esse voluit de secutura passione securum; ut imminentis martyrii plenore fiducia non exulem tantummodo Curubi, sed & martyrem possideret.*

XL. Visio Cypriani. Eo enim die, quo primum in exilii loco mansimus (*nam & me inter domesticos comites dignatio charitatis ejus delegerat exulem voluntarium, quod utinam & in passione licuisset*) *Apparuit mihi, inquit, nondum somni quiete sopito, juvenis ultra modum hominis enormis; qui cum quasi ad prætorium duceret, videbar mihi tribunali sedentis tum Proconsulis admoveri. Is, ut in me respexit, annotare statim cœpit in tabula sententiam, quam non sciebam; nihil enim de me solita interrogatione quæsierat. Sed enim juvenis, qui a tergo ejus stabat, admodum curiosus legit quicquid fuerat annotatum. Et quia id verbis proferre non poterat, nutu declarante monstravit quid in litteris tabulæ illius haberetur. Manu enim expansa, & complanata ad spathæ modum ictum solitæ animadversionis imitatus, quod volebat intelligi, ad instar liquidi sermonis expressit. Intellexi sententiam passionis futuram. Rogare cœpi, & petere continuo, ut dilatio mihi vel unius diei prorogaretur, donec res meas legitima ordinatione disponerem. Et cum preces frequenter iterassem, rursus in tabula cœperat nescio quid annotare. Sensi tamen de vultus serenitate Judicis mentem quasi justa petitione commotam. Sed & ille juvenis, qui jamdudum de passionis indicio gestu potius quam sermone prodiderat; clandestino identidem nutu, concessam dilationem quæ in crastinum petebatur, contortis post indicem * digitis, significare properavit. Ego, quamvis non esset lecta sententia, etsi de gaudio dilationis acceptæ læto admodum corde gauderem; meta tamen interpretationis incertæ sic tremebam, ut reliquiæ formidinis cor exultans adhuc toto pavore pulsarent:* Hucusque visio. Sed prosequitur Pontius: * al. improperavit. vicem.

XLI. Declaratio visionis. *Quid hac revelatione manifestius? quid hac dignatione felicius? Ante illi prædicta sunt omnia, quæcumque postmodum subsecuta sunt; nihil Dei verbis imminutum, nihil de tam sancta promissione mutilatum. Singula denique, secundum quod ostensa sunt, recognoscite. Dilationem petit crastini, cum de passionis sententia cogitaretur; postulans ut res suas de illo, quem impetraverat, ordinaret. Hic dies unus significabat annum, quo ille post visionem actûrus in sæculo fuerat. Nam, ut manifestius dicam, eo die post exactum annum coronatus est, quo hoc illi ante annum fuerat ostensum. Diem autem Domini, etsi non annum in divinis litteris legimus; promissioni tamen futurorum debitum illud tempus accipimus:* & paulo post: *Dilationis autem petendæ ratio, de ordinatione rerum, & de voluntatis dispositione veniebat. Quæ vero res illi, aut quæ voluntas ordinanda, nisi Ecclesiastici status? Suprema idcirco acceptæ dilatio est, ut, quicquid circa pauperum fovendorum curam supremo judicio disponendum fuerat, ordinaretur. Et puto, propter nil aliud, immo vero propter hoc tantum, etiam indulgentia ab ipsis qui ejecerant, & qui occisuri erant, admissa est; ut præsens præsentes pauperes, novissimæ dispensationis extremis, &* (*ut plenius dixerim*) *totis sumptibus relevaret*: Hucusque de visionis interpretatione Pontius. Cætera, quæ de ejus martyrio subdit, sequenti anno dicemus.

XLII. Sævit persecutio in reliquos Africanos. Quod autem in interrogatione Cypriani Paternus Proconsul se quæsitu rum dixerat presbyteros & alios Ecclesiæ ministros, haud segniter adimplevit; quippe qui complures Africanos Episcopos atque presbyteros, diaconos, & alios Ecclesiæ ministros, ab Ecclesiis ipsorum avulsos, fustibus cæsos, aliisque pœnis affectos, ad metalla damnavit; nec ministros Ecclesiarum solum, sed & fidelem plebem secutam pastorum exemplum, & ex eis pueros atque virgines Christum confitentes, eadem quoque pœna mulctavit. Locus in quem deportati sunt, dictus erat, Metallum Siguense, aliter Sigense, apud Sigam civitatem

tatem Mauritaniæ Tingitanæ ex adverso Malachæ in Hispania sitæ. Ex Sigiensi namque metallo iidem scripsere ad Cyprianum, ut indicat scriptio litterarum (*a*), quas ad ipsum illi reddiderunt; proximi enim Sigæ erant montes Chalconichii dicti, apud quos erant æris fodinæ, quarum meminit Strabo (*b*). Hos omnes Cyprianus, ab exilio scriptis litteris, studuit consolari. Extant ipsæ, ac dignissimæ plane quæ Annalibus intexantur; quidem mirifice elucet in ipsis Christiani nominis excellentia; quæ eo glorio sior redditur atque præclarior, quo magis fuerit afflictata molestiis, ac rebus fatigata contrariis. Præstat eas audire, utpote novissimos cygneos viri sanctissimi cantus, qui mirificum quemdam reddunt flagrantis spiritus cum suavitate concentum. Sunt hujusmodi:

(*a*) *Apud Cypr. epist.* 80.

(*b*) *Strabo lib.* 17.

XLIII. (*c*) Cypr. ep. 77. Cyprianus ad Confessores. *Cyprianus* (*c*) *Nemesiano, Felici, Lucio, alteri Felici, Litteo, Poliano, Victori, Jaderi, Dativo Coepiscopis, item compresbyteris, & diaconibus, & cæteris fratribus in metallo constitutis; martyribus Dei Patris omnipotentis, & Jesu Christi Domini & Dei conservatoris nostri, æternam salutem. Gloria quidem vestra poscebat, beatissimi ac dilectissimi fratres, ut ad conspectum atque ad complexum vestrum venire ipse deberem; nisi me quoque ob confessionem nominis relegatum præfiniti loci termini coercerent. Sed quo modo possum, repræsento me vobis, & ad vos etiam si corpore & gressu venire non datur, dilectione tamen & spiritu venio, exprimens litteris animum meum, quo in istis virtutibus & laudibus vestris lætus exsulto; participem me computans vobis, etsi non passione corporis, consorto charitatis:* Hæc idcirco Cyprianus, quod, etsi ipse relegatus fuisset, non tamen sicut illi fustibus verberatus, & metalli pœna probatus esset. Tum prosequitur:

XLIV. *An ego possim tacere, & vocem meam silentio premere, cum de carissimis meis tam multa & gloriosa cognoscam, quibus vos divina dignatio honoravit; ut ex vobis pars jam martyrii consummatione præceserit, meritorum suorum coronam de Domino receptura; pars adhuc in carcerum claustris, sive in metallis & vinculis demoretur, exhibens per ipsas suppliciorum moras corroborandis fratribus & armandis majora documenta; ad meritorum titulos ampliores, tormentorum tarditate proficiens; habitura tot mercedes in cœlestibus præmiis, quot nunc dies numerantur in pœnis.*

XLV. *Quæ quidem vobis, fortissimi ac beatissimi fratres, pro merito religionis ac fidei vestræ accidisse non miror; ut vos sic Dominus ad gloriarum sublime fastigium clarificationis suæ honore provexerit, qui semper in Ecclesia ejus, custodi-*

to fidei tenore, viguistis, conservantes firmiter Dominica mandata, in simplicitate innocentiam, in charitate concordiam, modestiam in humilitate, diligentiam in administratione, vigilantiam in adjuvandis laborantibus, misericordiam in fovendis pauperibus, in defendenda veritate constantiam, in disciplinæ severitate censuram. Ac ne aliquid ad exemplum bonorum factorum deesset in vobis, etiam nunc in confessione vocis & passione corporis fratrum mentes ad divina martyria provocatis, duces vos exhibendo virtutis; ut dum grex pastores suos sequitur, &, quod fieri a præpositis cernit, imitatur; paribus obsequiorum meritis a Domino coronetur. Quod autem fustibus cæsi prius graviter & afflicti, per ejusmodi pœnas initiastis confessionis vestræ religiosa primordia; exsecranda nobis ista res non est, neque ad fustes Christianum corpus expavit, cujus est spes omnis in ligno. Sacramentum salutis suæ Christi servus agnovit; redemptus ligno ad vitam æternam, ligno provectus est ad coronam. Quid vero mirum, si vasa aurea & argentea in metallum, id est, auri & argenti domicilium, dati estis; nisi quod nunc metallorum natura conversa est; locaque quæ aurum & argentum dare antè consueverant, accipere cœperunt?

Gloria Martyrum.

XLVI. Tormenta sunt ornamenta. *Imposuerunt quoque compedes pedibus vestris, & membra felicia ac Dei templa infamibus vinculis ligaverunt, quasi cum corpore ligetur & spiritus, aut aurum vestrum ferri contagione maculetur. Dicatis Deo hominibus, & fidem suam religiosa virtute testantibus, ornamenta sunt ista non vincula; nec Christianorum pedes ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam. O pedes feliciter vincti, qui non a fabro, sed a Domino resolvuntur! O pedes feliciter vincti, qui itinere salutari ad paradisum diriguntur! O pedes in sæculo ad præsens ligati, ut sint semper apud Dominum liberi! O pedes compedibus & transversariis interim cunctabundi, sed celeriter ad Christum glorioso itinere cursuri! Quantum vult hic vel invida crudelitas, vel maligna nexibus vos suis & vinculis teneat; cito a terris & pœnis istis ad cœlorum regna venietis.*

XLVII. Consolatio Martyrum. *Non fovetur in metallis lecto, & culcitris corpus, sed refrigerio & solatio Christi fovetur: humi jacent fessa laboribus viscera; sed pœna non est cum Christo jacere: squallent sine balneis membra situ, & sordè deformia: sed spiritaliter intus ablutur, quod foris carnaliter sordidatur: panis illic exiguus; at non* (*d*) *in solo pane vivit homo, sed in sermone* (*e*) *Dei: vestis algentibus deest; sed qui Christum induit, & vestitus abundanter, & cultus est: semitonsi capitis capillus horrescit; sed sicut caput viri* (*f*) *Christus,* (*d*) Deut. 8. (*e*) Luca 4. (*f*) 1. Cor. 11.

qua-

qualecumque illud caput deceat necesse est, quod ob Domini nomen insigne est. Omnis ista deformitas detestabilis & terna Gentilibus, quali splendore pensabitur? Sæcularis hæc & brevis pœna, quam clari & æterni honoris mercede mutabitur, cum,

(a) Philip. 3. *secundum beati Apostoli (a) vocem, transformaverit Dominus corpus humilitatis nostræ conformatum corpori claritatis suæ?*

XLVIII. Quid loco sacrificii offerant. *Sed nec in illo, fratres dilectissimi, aliqua potest aut religionis aut fidei jactura sentiri, quod illic nunc sacerdotibus Dei facultas non datur offerendi & celebrandi sacrificia divina; celebratis immo, atque offertis sacrificium Deo & pretiosum pariter & gloriosum, & plurimum vobis ad retributionem præmiorum cælestium profuturum, cum Scriptura (b) divina loquatur, & dicat: Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum & humiliatum Deus non despicit. Hoc vos sacrificium Deo offertis; hoc sacrificium sine intermissione die ac nocte celebratis, hostiæ facti Deo, & vosmetipsos sanctas atque immaculatas victimas exhibentes,*

(b) Psal. 50.

(c) Rom. 12. *sicut Apostolus (c) adhortatur, & dicit: Oro ergo vos, fratres, per misericordiam Dei, ut constituatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, placentem Deo; nec configuremini sæculo huic, sed transformemini in renovatione sensus, ad probandum quæ sit voluntas Dei bona & placens & perfecta.*

XLIX. Martyrii excellentia. *Hoc est enim quod præcipue Deo placeat; hoc est in quo majoribus meritis ad promerendam voluntatem Dei opera nostra proveniant; hoc est quod solum Domino de beneficiis ejus grandibus & salutaribus, fidei ac devotionis vestræ obsequia retribuant, prædicante in Psalmis (d) & contestante Spiritu sancto: Quid retribuam, inquit, Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Pretiosa in conspectu Domini mors justorum ejus. Quis non libenter & prompte calicem salutis accipiat? Quis non appetat gaudibundus & lætus, in quo aliquid & ipse Domino suo retribuat? Quis non pretiosam in conspectu Domini mortem fortiter & constanter excipiat, placaturus ejus oculis qui nos in congressione nominis sui desuper spectans, volentes comprobat, adjuvat dimicantes, vincentes coronat, retributione bonitatis ac pietatis paternæ remunerans in nobis quicquid ipse præstitit, & bonorans quod ipse perfecit? Ipsius enim esse, quod vincimus, & quod ad maximi certaminis palmam, subacto adversario, pervenimus, declarat, & docet Dominus in Evangelio*

(d) Psal. 115.

(e) Matt. 10. (f) Luc. 21. *(e), dicens: Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quo modo, aut quid loquamini, &c. Et iterum (f): Ponite in cordibus vestris non præmeditari excusare; ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere adversarii vestri. In quo quidem & credentium magna fiducia est, & culpa gravissimæ perfidorum, non credere ei qui se opem suam daturum confitentibus pollicetur, nec rursus eumdem timere, qui æternam pœnam negantibus comminatur.*

L. *Quæ vos omnia fortissimi ac fidelissimi milites Christi, insinuastis fratribus nostris, implentes factis, quod verbis ante docuistis, futuri maximi in regno cœlorum, pollicente Domino (g) & dicente: Qui fecerit, & sic docuerit, maximus vocabitur in regno cœlorum. Denique exemplum vestrum secuta multiplex plebis portio confessa est vobiscum pariter, & pariter coronata est, connexa vobis vinculo fortissimæ charitatis, & a præpositis suis nec carcere nec metallo separata; cujus numero nec virgines desunt, quibus ad sexagenarium fructum centenus accessit, quasque ad cælestem coronam gloria geminata provexit. In pueris quoque virtus major ætate annos suos confessionis laude transcendit, ut martyrii vestri beatum gregem & sexus & ætas omnis ornaret.*

(g) Matt. 5. Plebs imitata Pastores.

LI. Lætitia Martyrum. *Qui nunc vobis, dilectissimi fratres, conscientiæ victricis vigor? quæ sublimitas animi? quæ in sensu exultantia? qui triumphus in pectore? unumquemque vestrum stare ad promissum Dei præmium? de judicii die esse securum? ambulare in metallo, captivo quidem corpore, sed corde regnante? scire Christum secum esse præsentem, & gaudentem tolerantia servorum suorum, per vestigia & vias suas ad regna æterna gradientium? Expectatis quotidie læti profectionis vestræ salutarem diem; & jam jamque de sæculo recessuri ad martyrum munera & domicilia divina properatis, post has mundi tenebras visuri candidissimam lucem, & accepturi majorem passionibus omnibus & conflictationibus claritatem, Apostolo (h) contestante, & dicente: Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad superventuram claritatem, quæ revelabitur in nobis. Plane quia nunc vobis in precibus efficacior sermo est, & ad impetrandum quod in pressuris petitur, facilior oratio est; petite impensius, & rogate, ut confessionem omnium nostrum dignatio divina consummet; ut de istis tenebris & laqueis mundi nos quoque vobiscum integros & glorioso Deus liberet; ut, qui hic charitatis, & pacis vinculo copulati contra hæreticorum injurias & pressuras Gentilium simul stetimus, pariter in regnis cœlestibus gaudeamus. Opto vos, beatissimi ac dilectissimi Fratres, in Domino bene valere, & nostri semper & ubique meminisse. Valete.* Hactenus epistola Cypriani, data (ut apparet) hoc anno hiemis tempore; nam cum in regione percalida eos frigore quoque cruciari testetur; plane declarat, eas dicto tempore datas esse.

(h) Rom. 8.

Por-

LII. Eleemosynis adjuvat damnatos ad metalla. Porro una cum litteris vir sanctissimus Cyprianus legavit ad eos Herennianum, subdiaconum Lucianum *, Maximum, & Amantium acoluthos; quibus dedit etiam ad eosdem perferenda quædam fraternæ charitatis subsidia; iisdem quoque legatis Quirinus etiam (quem illum puto, ad quem idem Cyprianus scripsit duos libros adversus Judæos, & tertium Testimoniorum) alias quoque addidit ad sublevandam ipsorum egestatem pecunias, prout litteræ ab illis redditæ ad Cyprianum testantur; quas hic attexere, haud fuerit onerosum. Suavissime enim demulcent audientium animos distentæ persecutionibus spirituales citharæ fides, fidem Christi, divini Spiritus pulsatæ plectro, sublimius personantes. Quod vero ad metalla damnatos Episcopos, aliosque Fideles, loco divisos inveniissent litteræ Cypriani: qui eas acceperunt, ad eumdem Cyprianum separatim ab invicem rescripserunt. Nemesianus vero, Dativus, Felix, & Victor Episcopi, quod simul essent, seorsum ab aliis ejusmodi dederunt litteras (a); quibus primum totos se charitatis ardore in laudes ejus effundunt, sic exordientes:

* al. Lucanum.

(a) Apud Cypr. epist. 78.

LIII. Confessores ad Cyprianum. *Semper magnis sensibus, pro temporis conditione, litteris tuis locutus es, Cypriane dilectissime; quibus assidue lectis, & pravi corriguntur, & bonæ fidei homines corroborantur. Dum enim non desinis tractatibus tuis sacramenta occulta nudare; sic nos in fide facis crescere, & de sæculo homines ad credulitatem accedere. Nam quæcumque bona in multis libris tuis intulisti, nescius ipsum te nobis designasti. Es enim omnibus in tractatu major, in sermone facundior, in consilio prudentior, in patientia simplicior, in operibus largior, in abstinentia sanctior, in obsequio humilior, & in actu bono innocentior. Scis & ipse carissime, nostrum optabile votum esse, quod te videamus doctorem & amatorem nostrum ad coronam magnæ confessionis pervenisse. Nam quasi bonus & verus doctor, quid nos discipuli secuti apud Præsidem dicere deberemus, prior in Acta Proconsulis pronunciasti; & tuba canens Dei milites cælestibus armis instructos ad congressionis prælium excitasti; & in acie prima pugnans, spiritali gladio diabolum interfecisti: agmina quoque fratrum hinc & inde verbis tuis composuisti; ut insidiæ inimico undique tenderentur, & cadavera ipsius publici hostis nervis concisis calcarentur.*

LIV. Laudatur confessio Cypriani. *Crede nobis, carissime, quoniam non est a centesimo præmio minor tua innocens anima; quæ nec sæculi primos impetus timuit, nec ire in exilium recusavit, nec relinquere civitatem dubitavit, nec in deserto loco commorari horruit: & quoniam multis documentum confessionis dedit, ipsa martyrium prior dixit: alios enim ad martyria facienda exemplo suo provocavit, & non tantum martyrum de sæculo jam excedentium socia esse cœpit, sed & cum futuris cælestem amicitiam copulavit. Agunt ergo tibi nobiscum damnati maximas apud Deum gratias, Cypriane dilectissime, quod litteris tuis laborantia pectora recreasti; fustibus vulnerata membra curasti; compedibus pedes ligatos resolvisti; semitonsi capitis capillaturam adæquasti; tenebras carceris illuminasti; montes metalli in planum deduxisti; naribus etiam fragrantes flores imposuisti; & tetrum odorem fumi exclusisti.*

LV. De eleemosynis acceptis. *Fecit autem & prosecutum ministerium tuum & Quirini dilectissimi nostri, quod per Herennianum hypodiaconum, & Lucianum * & Maximum & Amantium acoluthos distribuendum misisti, quæcumque necessitatibus corporum defuerant, expediri. Simus ergo orationibus nostris alterutrum adjutores: & rogemus, sicut mandasti, ut Deum & Christum & Angelos in omnibus actibus nostris habeamus fautores. Optamus te, domine frater, semper bene valere, & nostri meminisse. Saluta omnes qui tecum sunt. Omnes nostri, qui nobiscum sunt, te amant, & salutant, & videre desiderant:* Hucusque illi. Cæteri autem collegæ, Lucius Episcopus & alii ad metalla damnati, seorsum positi, ad eumdem Cyprianum litteras (b) breviter rescripserunt in hæc verba:

* al. Lucanum.

(b) Apud Cypr. epist. 79.

LVI. Alii Confessores ad Cyprianum. *Exultantibus nobis & lætantibus in Deo quod nos ad congressionem armaverit, & in prælio victores sua dignatione fecerit; supervenerunt litteræ tuæ, frater carissime, quas per Herennianum hypodiaconum, & Lucianum * & Maximum & Amantium acoluthos misisti nobis; quibus lectis, recepimus in vinculis laxamentum, in pressura solatium, in necessitate præsidium, & excitati sumus, & robustius animati ad si quid amplius fuerit pœnarum. Nam ante passionem a te sumus ad gloriam provocati, qui prior nobis ducatum ad confessionem nominis Christi præbuisti. Nos vero secuti vestigia confessionis tuæ, parem gratiam tecum speramus. Nam qui prior est in cursu, prior est & ad præmium; & qui prior occupasti, de quo cœpisti, inde hoc nobis communicasti, demonstrans scilicet individuam charitatem, qua semper nos dilexisti; ut, quibus unus fuit spiritus in conjunctione pacis, esset precum tuarum gratia, & una corona confessionis.*

* al. Lucanum.

LVII. Præconia Cypriani. *Accessit autem tibi, frater carissime ad confessionis coronam retributio operum, abundans mensura, quam accipies a domino in die remunerationis; qui te nobis litteris tuis præsentasti, ut pectus illud tuum candidum & beatum, quod semper novimus, manifestares, & secundum latitudinem*

dinem ejus nobiscum laudes Deo diceres; non quantum nos meremur audire, sed quantum tu potes dicere. Tuis enim vocibus, & quæ minus in nobis instructa erant, exornasti, & confirmasti ad sustentationem earumdem passionum, quas patienter ferimus, securi de præmio cælesti & de corona martyrii, & de regno Dei, ex prophetia quam litteris tuis Spiritu sancto plenus spopondisti. Hoc totum fiet, dilectissime, si nos orationibus tuis in mente habueris; quod te facere confido, sicut & nos utique facimus. Accepimus itaque, frater desideratissime, id quod a Quirino & a te ipso misisti sacrificium ex omni opere mundo. Sicut & Noe obtulit Deo, & delectatus est Deus in odorem suavitatis, & respexit in sacrificium ejus; ita & in vestrum respiciat & delectetur reddere vobis hujus tam boni operis mercedem. Peto autem, ut litteras, quas ad Quirinum facimus, transmitti præcipias. Opto te, frater carissime ac desideratissime, semper bene valere & nostri meminisse. Saluta omnes qui tecum sunt. Valete.

LVIII. Sed & Felix, Jader, & Polianus Episcopi una cum presbyteris & aliis commorantibus in Siguensi metallo, pauca hæc reddiderunt per eosdem nuncios ad Cyprianum destinatos:

*Resalutamus te, frater carissime, per Victorium Herennianum hypodiaconum, Lucianum * & Maximum fratres nostros fortes, & incolumes, adjuvantibus orationibus tuis; a quibus accepimus oblationis nomine quantitatem una cum litteris quas scripsisti: in quibus dignatus es de verbis cælestibus nos tamquam filios confortare; & Deo Patri omnipotenti per Christum ejus gratias egimus & agimus, quod sic confortati & corroborati sumus per tuam allocutionem; petentes de animi tui candore, ut nos assiduis orationibus tuis in mente habere digneris; ut confessionem vestram & nostram, quam Dominus in nobis conferre dignatus est, suppleat. Saluta omnes qui tecum commorantur. Optamus te frater carissime, in Deo semper bene valere. Jader subscripsi, Polianus legi. Dominum meum Eutychianum saluto.* Scripserunt hæc sanctissimi illi ac præclarissimi confessores manibus obductis callis ex metalli opere; ac proinde quot sunt apices, tot videantur esse impressa confessionis sigilla. Qui omnes in metallo consummantes agonem suum, de longo exantlato martyrio parem martyribus coronam retulerunt; quos omnes anniversaria commemoratione Dei Ecclesia antiquitus venerata est quarto Idus Septembris.

* al. Lucanum. Aliæ litteræ Confessorum.

LIX. At non satis visum sanctissimo Cypriano, si quos ad metalla damnatos esse sciebat, esset litteris consolatus; nisi eos etiam, quos sæviens persecutio carceri mancipasset (quorum sane ingens erat numerus inde ad supplicium duci quotidie expectantium) pari charitatis officio prosecutus, ad ipsos scriberet ejusmodi litteras (*a*): (*a*) Cypr. epist. 81.

Consolatur detentos in carcere Cyprianus.

Cyprianus Sergio, Rogatiano, & cæteris confessoribus in Domino perpetuam salutem: Saluto vos, fratres carissimi, optans ipse quoque conspectu vestro frui, si me ad vos pervenire loci conditio permitteret. Quid enim mihi optatius & lætius posset accidere, quam nunc vobis inhærere; ut complecterer manus illas, quæ puræ & innocentes, & Dominicam fidem servantes, sacrilega obsequia respuerunt? Quid jucundius & sublimius, quam oscular nunc ora vestra, quæ gloriosa voce Dominum confessa sunt? conspici etiam præsentem ab oculis vestris, qui despecto sæculo, conspiciendo Deo digni extiterunt? Sed quoniam huic lætitiæ interesse facultas non datur, has pro me ad aures & ad oculos vestros vicarias litteras mitto: quibus gratulor pariter & exhortor, ut in confessione cælestis gloriæ fortes & stabiles perseveretis; & ingressi viam Dominicæ dignationis, ad accipiendam coronam spiritali virtute pergatis, habentes Dominum protectorem & ducem, qui dixit (b): Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem mundi. O beatum carcerem, quem illustravit vestra præsentia: O beatum carcerem, qui homines Dei mittit ad cælum: O tenebras lucidiores Sole ipso, & luce hac mundi clariores; ubi modo constituta sunt Dei templa, & sanctificata divinis confessionibus membra vestra? Nec quicquam nunc versetur in cordibus, & mentibus vestris, quam divina præcepta, & mandata cælestia, quibus vos ad tolerantiam passionis Spiritus sanctus semper animavit. Nemo mortem cogitet, sed immortalitatem; nec temporariam pœnam, sed gloriam sempiternam, &c. (b) Matth. 28.

LX. De Rogatiano & Felicissimo.

Tum multa subdit ex divinis Scripturis accepta, quibus eos ad strenue subeundum martyrium cohortatur, ac demum hæc habet in calce: *Quam fidem nos quoque retinentes, & die ac nocte meditantes, toto corde ad Deum prompti, contemptu præsentium, futura tantummodo cogitemus, fructum regni æterni, complexum & osculum Domini, conspectum Dei, ut sequamini in omnibus Rogatianum presbyterum gloriosum senem, viam vobis ad gloriam temporis nostri religiosa virtute & divina dignatione facientem: qui cum Felicissimo fratre nostro quieto semper & sobrio excipiens ferocientis populi impetum, primum hospitium vobis in carcere præparavit, & metator quodammodo vester nunc quoque vos antecedit. Quod ut consummetur in vobis, assiduis orationibus Dominum deprecamur, ut initiis ad summa per-*

gentibus, quos confiteri fecit, faciat & coronari. Opto vos fratres carissimi ac beatissimi in Domino semper bene valere, & ad coronam cælestis gloriæ pervenire: Hæc Cyprianus, qui dum Rogatiani præsbyteri tunc passi meminit, plane indicat non præteritæ persecutionis tempore, sed præsentis, has a se scriptas fuisse litteras: nam Rogatianum superstitem fuisse aliis persecutionibus, ex aliis tunc datis litteris satis manifeste apparet, sicut & Feliciſſimum: quorum una die passorum natalis solemnitas in tabulis Ecclesiasticis consignata est septimo Kalendas Novembris. Cætera autem, quæ ad Cyprianum pertinent, dicemus anno sequenti.

LXI. Sabellius Hæresiarcha.

His de persecutione Valeriani enarratis, reliquum est, ut de oborta hoc tempore Sabelliana hæresi orationem instituamus. Dionysius Episcopus Alexandrinus iisdem litteris, quas de baptismate ad Sixtum Romanum Pontificem scripsisse hoc eodem anno superius dictum est, de eadem progrediente hæresi meminit; recitat hæc ex eo Eusebius (*a*), cum ait: (*a*) Euseb. l. 7. c. 5. *Deinceps in eadem epistola Dionysius de hæreticis, qui Sabellium ducem habuerunt, ejusque temporibus prodierunt in lucem, mentionem facit hoc pacto: Quoniam de erroris dogmate Ptolemaide Pentapolis jam suborto, quod plane impium est, quod detestabilem de Deo omnipotente Patre Domini nostri Jesu Christi blasphemiam continet; quod multum falsæ doctrinæ de unigenito Filio ejus, primogenito omnis creaturæ, Verbo incarnato, complectitur; quod cæcam de Spiritu sancto ignorationem comprehendit; ex utriusque partibus cum litteræ me certiorem facturæ, tum fratres mecum de ea re communicaturi, ad me veniebant; quasdam epistolas (ut poteram) divina largiente gratia, quo accuratius obscuras erroris latebras aperirem, conscripsi: quarum exemplaria descripta ad te misi:* Hæc ad Sixtum Dionysius.

LXII. Romanæ Ecclesiæ primatus.

Videas ex his antiquum in Ecclesia morem (quod alias sæpe attigimus) cum nova aliqua hæresis emergeret, ab Episcopis ejus regionis, in qua quid hujusmodi accidisset, diligenter curari, ut cuncta quamprimum significarentur Romano Pontifici, & quæ argumento scripta essent, ad eumdem mitti solita examinari, ut nunc a Dionysio, primæ sedis post Romanum Episcopo, factum apparet. Quid ni id facerent minorum sedium ubique terrarum Episcopi, quod a maxima omnium præstari Ecclesiæ Romanæ cognoscerent? Viguit sane, firmaque semper ea consuetudo mansit penes Catholicos, quos una fides atque concordia in unum corpus consolidavit. Illi solum id ignorare professi sunt, qui ab Ecclesiæ capite Christo divulsi, se esse corporis ejus nempe Ecclesiæ membrum, impia rebellione negarunt. Quo modo autem idem Dionysius de iis quæ adversus Sabellium scripsit, in crimen aliquando vocatus, causam dixit apud Dionysium Papam, Sixti Pontificis successorem, suo loco dicendum.

LXIII. Antiquitas hæresis Sabellianæ.

Cæterum quod ad Sabelli hæresin pertinet: non ipse ejus impietatis auctor, sed potius dicendus est propagator: affirmant enim Patres, eum Noeto usum esse præceptore. Verum haud consentire possumus S. Epiphanio (*b*), qui de Noeto agens, affirmat, neminem ante Noetum dicere ausum Patrem esse passum; nam diu ante innotuerat hæresis Patripassiana, sic dicta, quod qui in Trinitate unam tantum affirmarent esse personam Patrem simul, & Filium, & Spiritum sanctum, eam passam affirmarent. Meminit Cyprianus (*c*) de Patripassianis, ut antiquis hæreticis; sed & ante ipsum Tertullianus (*d*) Patripassianos a Praxea exortos tradit. Verum altiores ejus radices ostendere possumus ex Ignatio, qui testatur suo tempore diabolum ore suorum jactasse ejusmodi impietatem, ut dicerent, Patrem natum & passum; docet enim hæc ipse de his scribens ad Philippenses (*e*). (*b*) Epiph. hæres. 57. (*c*) Cypr. epist. 73. (*d*) Tertul. de præscr. cap. ult. & adv. Prax. c. 1. (*e*) Ignat. epist. 8.

LXIV. Errores Sabellii.

Erat igitur Sabellii hæresis, quæ Trinitatem negaret, personarumque distinctionem exploderet; diceretque ea tantum esse nomina ad diversos effectus divinitatis insinuandos composita; & unam tantum personam esse, quam personarum distinctione sanctissimam in una divinitatis essentia dicimus Trinitatem; quamobrem illud deducebatur in consequentiam, ut sicut Filius, ita & Pater & Spiritus sanctus ab eis æque dicerentur (proh scelus!) incarnati & passi. Hæc erat præcipua Sabellii blasphemia, cui & alteram adjecit ex Hermogene mutuatus, nempe ut diceret materiam ingenitam esse; testatur de eo hoc in primis Eusebius (*f*) ex Dionysio: hac enim ex parte, & non alia, Sabellius cum Hermogene jungebatur. Hæc de Sabellio & Sabellianis, eorumque hæresis origine altius repetita. (*f*) Euseb. de præpar. Evangel. l. 7. c. 8.

LXV. Noetus hæresiarcha.

Verum impietatem hanc Sabellium a Noeto didicisse cum omnes affirment; scribit de Noeto Epiphanius (*g*) in hæc verba: *Alius rursus post hunc* (Bardesanem scilicet) *Noetus nomine surrexit non ante multos annos, sed ante hoc nostrum tempus centum triginta plus minus annis, Asianus, Urbe Epheso existens: qui alieno spiritu ductus, voluit a se ipso, quæ neque Prophetæ, neque Apostoli, neque Ecclesia ab initio obtinuit, neque cogitavit, dicere & docere; hic a se ipso insaniæ elationibus sublevatus, ausus est dicere; Patrem passum esse. Insuperque ad majorem fastum ac dementiam elatus, se ipsum dixit esse Moysem, & fratrem suum Aaron. Verum interim dum hæc fama de* (*g*) Epiph. hæres. 57.

ipso ferebatur, beati Ecclesiæ presbyteri accitum ipsum de his omnibus examinabant; & an hanc blasphemiam de Patre protulisset, interrogabant. Ipse vero primum quidem negabat coram presbyteris constitutis, eo quod nemo ante ipsum horrendam ac pernicio sam hanc amarulentiam evomuisset: postea vero ex rabie, quam habebat, in alios quosdam immittens (ut ita dicam) & secum decem viros trahens, in majorem arrogantiam & temeritatem elatus ac audax factus, palam deinceps hæresim docuit.

LXVI. Magna Noeti impietas.

Rursum itaque iidem presbyteri accitum ipsum, & homines illos ab ipso corruptos, de iisdem rursum interrogabant. Ipse vero cum seductis ab ipso perfricta fronte deinceps palam contradicebat, dicens: Quid enim mali feci? Unum Deum glorifico, unum novi & non alium præter ipsum genitum passum, mortuum. Ubi igitur in his permansisset, expulerunt ipsum de Ecclesia una cum discipulis suis. Moritur autem idem paulo post una cum proprio fratre non velut Moyses in gloria, neque ipsius frater Aaron ille sepultus est in honore: abjecti enim sunt velut transgressores, & nemo ex piis ipsos cooperuit. Postea vero sequaces ejus, mente corrupti, corroborarunt hoc dogma, per ea subducti quibus etiam præceptor ipsorum ab initio: Hæc Epiphanius de Noeto, quem Theodoretus (*a*) non Ephesum, sed Smyrnensem patria fuisse tradit; qui eam hæresim ab Epigonio quodam primo excogitatam fuisse dicit. Discrepat in eo Philastrius (*b*), ab Epiphanio, qui Noeti fratrem non Aaron, sed Eliam ab eo fuisse dictum testatur.

(*a*) *Theodor. hæret. fab. lib. 3.*

(*b*) *Philastr. de hæres. c. 53.*

LXVII. Hæresis Sabellii ubique diffusa.

Ex dictis Noeti discipulis, qui impietate reliquos antecelluit, Sabellius fuit, ex Ptolemaide Libyæ (ut dictum est) oriundus. Factus hic potentissimus impii dogmatis propugnator, multos sibi sectarios cito conjunxit; usque adeo, ut non Ptolemaide tantum aliisque proximis locis impiam hæresin proposuerit, sed longius in Macedoniam quoque diffuderit, immo & in Urbem se quoque furtim immiserit. Porro hi eo quod non possent divinis Scripturis mendacia omni ex parte fulcire) Ægyptiorum pseudoevangelio & & aliis apochryphis libris utebantur; ut de illis scribens Epiphanius (*c*) tradit. Miratur S. Augustinus (*d*), cum iidem esse videantur Noetiani & Sabelliani, cur tam Epiphanius, quam Philastrius, eos ab invicem distinctos posuerint. Plane accidit sæpe, unius hæresis diversa solere esse nomina: quod de Montanistis, Donatistis, Pelagianis, & aliis eveniisse idem tradit.

(*c*) *Epiph. hæres. 62.*

(*d*) *August. de hæres. c. 4.*

LXVIII. Quod rursus ad hanc rem pertinet; contigit ut S. Gregorius Thaumaturgus, Ecclesiæ Neocæsarienſis Episcopus, his propè temporibus commentarium illum de Expositione fidei adversus Ælianum conscripserit; quo ut illatam ab illo calumniam confutaret, qua dicebat Christianos plurium deorum esse cultores, eo quod Trinitatem colerent personarum; dum Gentilem hominem sic insultantem arguit unam essentiam divinam. Ethnico homini demonstrare conatus, quibusdam impropriis vocibus visus est divinas confudisse personas, ac hæresi favisse Sabellii. Sed S. Basilius (*e*), eum excusans, sic ait: *Quod Gregorius in expositione fidei dixerit, Patrem & Filium juxta mentis quidem considerationem duos esse, hypostasi vero unum: hoc autem non dogmatice, sed contentiose in disputatione adversus Ælianum dictum esse, intelligere nequiverunt, qui propter intelligendi subtilitatem beatos sese reputant: in qua concertatione multi sunt eorum, quæ descripta sunt, lapsus; quemadmodum, si Deus volet, ex ipsis verbis ostendemus. Quandoquidem sane qui Gentilem ad credendum persuadere nititur, is non putat sibi circa verba exactius disceptandum esse; sed alicubi consuetudini ejus, quem ad fidem inducit, nonnihil condonat, dummodo principalibus ac necessariis non reluctetur. Quapropter & multas invenias illic voces, quæ jam hæreticis plurimum addant roboris, utpote, Creatura, & Factura, ac si quid aliud ejusmodi est:* Hæc Basilius, qui eadem epistola ad Neocæsarienſem Ecclesiam scripta, cum superius hæc ait: *Sabellii namque pestem olim quidem motam, traditione vero Magni Gregorii consopitam, renovare conantur*: Satis aperte declarat ipsum Gregorium sententiam suam adversus Sabellium probe reliquisse testatam. Quo modo autem Dionysius eumdem Sabellium confundentem personas scriptis suis exagitans, in distinguendis eisdem personis visus sit eas interdum etiam substantia divisisse, ac proinde Arianis arma parasse, paulo post suo tempore & loco dicturi sumus.

Gregorius Thaumaturgus calumniam passus.

(*e*) *Basil. epist. 64.*

LXIX. Angelici sic dicti hæretici.

Quod vero S. Epiphanius inter Noetum atque Sabellium ejus discipulum aliquas recenseat hæreses; eas his ipsis temporibus emersisse, facile potest intelligi. Jam diximus de ea quæ a Valesio provenit Eunuchorum secta, & quæ a Novatiano exorta est hæresis Catharorum: quibus qui subduntur hæretici, Angelici nominati, quo auctore sint progressi, S. Epiphanius non meminit: obscuri plane, quorum tantummodo nomen ad se perveniſse ipse testatur; quippe quorum secta ad modicum temporis spatium duraverit, citiusque extincta fuit, quam nomen ejus cum auctore latius potuerit diffamari: nam nec quæ essent eorum dogmata, tradit se habere potuisse comperta: ait enim (*f*): *At vero quam ob causam id hæresis nomen*

(*f*) *Epiph. hæres. 60.*

nomen accepit, nescimus; sive ex eo quod aliqui mundum ab Angelis factum esse dicunt, & ipsa hoc asserens hoc nomine appellata est, non possum dicere; sive quod se ipsos in ordine Angelorum esse jactant, & vitam eminentissimam degant, neque hoc affirmo; sive etiam a loco nomen acceperunt; nam locus quidam est Angelina, ultra Mesopotamiam regionem situs. Hæc Epiphanius. At S. Augustinus (*a*) Angelicos dicit in Angelorum cultum fuisse inclinatos. Quinam autem olim receptus quive improbatus fuerit jam ab Apostolorum temporibus Angelorum cultus, jam satis primo Annalium tomo diximus.

(*a*) *Aug. de hæres. c. 39.*

LXX. Apostolici sic dicti Hæretici.

Post Angelicos S. Epiphanius (*b*) hæreticos ponit Apostolicos, quos putat germen fuisse Encratitarum & Catharorum, hoc se nomine appellantes ob exactum disciplinæ studium: sed & Apotactícos se dici voluisse tradit, a renunciatione, eo quod bonorum possessionibus renunciaverint. At non in hoc error ipsorum; sed quod renunciantes ipsi damnarent cæteros qui ea possiderent, itidemque ipsi cælibes rejicerent nuptiis obligatos; de quibus hæc S. Augustinus (*c*): *Isto se nomine arrogantissime vocaverunt; eo quod in suam communionem non reciperent utentes conjugibus, & res proprias possidentes; quales habet Catholica Ecclesia & monachos & clericos plurimos: sed ideo isti hæretici sunt, quoniam se ab Ecclesia separantes, nullam spem putant eos habere, qui utuntur his rebus, quibus ipsi carent:* Hæc Augustinus. Porro usos fuisse ejusmodi hæreticos ad suam impietatem roborandam Actis Andreæ ac Thomæ ab Ecclesia rejectis, S. Epiphanius tradit (*d*), ex quibus nuptias & bonorum temporalium usum perperam didicerint improbare. Sic enim egregie ait:

(*b*) *Epiph. hæres. 61.*

(*c*) *Aug. de hæres. c. 40.*

(*d*) *Epiph. hæres. 64.*

LXXI. Quæ legitima renuntiatio, & continentia.

Habet quidem Ecclesia renunciationem, sed non abominatur nuptias; & habet inopiam, sed non attollitur adversus eos qui juste possident & quæ ex propriis parentibus habent, quæ sibi ipsi & egentibus sufficiant. Et abstinentes quidem multi a cibis, sed non inflantur contra non abstinentes: Qui enim edit, non edentem non spernat (*e*): Ac subdit: *Vides unam concordiam, & unam spem, & unam fidem in Ecclesia unicuique gratificantem juxta propriam facultatem, & juxta proprium laboris certamen. Similis est autem S. Dei Ecclesia navi; navis autem non ex uno ligno constat, sed ex diversis; & carinam quidem ex uno ligno habet, sed non uno modo; anchoras autem ex alia materia; mali item & tabulata & puppis partes, parietumque ac transtrorum, velorum item, ac remorum, &c.* Hæc Epiphanius; atque de Apostolicis satis, quorum numerum haud multum creviſse ait (*f*); quippe qui sæpius pullulantes, æque semper pulsi sunt, secundum quod a Domino dictum fuit: *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus, eradicabitur*: cum alioqui paupertas & continentia in agro Ecclesiæ semel legitime seminatæ, amplissimos semper in horrea Domini proventus inferant, & fœcundis germinibus latissime propagentur.

(*e*) *Rom. 14.*

(*f*) *Matth. 15.*

JESU CHRISTI ANNUS 261. DIONYSII PAP. ANNUS. I. VALER. & GAL. IMPP. ANNUS. 7.

1. Sixti Papæ Martyrium.

DUcentesimus ac sexagesimus primus volvebatur Christi Domini nostri annus, Consulibus Aurelio Memmio Fusco & Pomponio Basso; cum octavo Idus Augusti, Sixtus Papa, ubi sedisset annum *Annal. Eccl. Tom. III.* unum minus diebus decem & octo in cæmeterio positus, capite truncatus, martyrio coronatus est: novoque a Valeriano absente dato ad Senatum rescripto, persecutio in Christianos acrior sæviorque

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1011. Olymp. 259. an. 2. A. C. 258. I. *Consules.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5751.

⊙ 15. C. ☽ 12. P. 15. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 258. *secund. Baronium 261.*

Sedes vacat.

VALERIANI ET GALLIENI IMPP. 6.

[1] ANum. I. ad XII. Coss. *M. Aurelius Memmius Tuscus*, & *Bassus*. Ita omnes antiqui Fasti, in quibus etiam pluribus prior dicitur *Tuscus*, non vero *Fuscus*, ut perperam quandoque vocatur; quam depravatam lectionem Baronius secutus est. Sed tam Chronicon Alexandrinum, quam Cassiodorus, Fasti Græci tam Theonis quam Heraclii, Fasti Cæsarei, Auctor Chronici Damasi, & Acta passionis S. Cypriani *Tuscum* exhibent; & Card. Norisius in Dissert. de Votis Decennalibus cap. 5. observat, extare antiquum epigramma dicatum TUSCO ET BASSO

NOTÆ [1] COss. *M. Aurelius Memmius Tuscus*, & *Bassus*. Relandus ita habet: *Memmius Tuscus, & Bassus*, omissis ceteris nominibus, ac prænominibus. Vopiscus in Aureliano, cap. XIII. *Memmio Fusco* (codices plerique habent *Tusco*) *Consule ordinario*. Trebellius Pollio in triginta tyrannis, cap. IX. *Fusco & Basso* Coss. Vulgares Fasti: *Tusco & Basso*.

decreta est. Extant tum de Valeriani rescripto, tum de Sixti martyrio ad Successum Episcopum Cypriani in exilio agentis litteræ in hæc verba (*a*):

(*a*) Cypr. epist. 82.

II. Epistola Cypriani ad Successum.

Ut non vobis incontinenti scriberem, frater carissime, illa res fecit; quod universi clerici, sub ictu agonis constituti, recedere istinc omnino non poterant, parati omnes pro animi sui devotione ad divinam & cœlestem gloriam. Sciatis autem eos venisse, quos ad Urbem propter hoc miseram, ut quomodocumque de nobis rescriptum fuisset, exploratam sibi veritatem ad nos referrent. Multa enim varia & incerta opinionibus ventilantur: quæ autem sunt in vero, ita se habent: Rescripsisse Valerianum ad Senatum, ut Episcopi & presbyteri & diacones incontinenti animadvertantur; Senatores vero, & viri egregii & equites Romani, dignitate amissa, etiam bonis spolientur; & si ademptis facultatibus Christiani esse perseveraverint, capite quoque mulctentur; matronæ, ademptis bonis, in exilium relegentur; Cæsariani quicumque vel prius confessi fuerant, vel nunc confessi fuerint, confiscentur, & vincti in Cæsarianas possessiones descripti mittantur. Subjecit etiam Valerianus Imperator orationi suæ exemplum litterarum quas ad Præsides Provinciarum de nobis fecit: quas litteras quotidie speramus venire, stantes secundum fidei firmitatem ad passionis tolerantiam; & expectantes de ope & indulgentia Domini vitæ æternæ coronam.

III. Quo die passi Sixtus & Quartus.

Sixtum autem in cœmeterio animadversum sciatis, octavo Iduum Augustarum die & cum eodem Quartum. Sed & huic persecutioni quotidie insistunt Præfecti in Urbe, ut, si qui sibi oblati fuerint, animadvertantur, & bona eorum fisco vindicentur. Hæc, peto, per vos & collegis nostris innotescant, ut ubique hortatu eorum possit fraternitas corroborari, & ad agonem spiritalem præparari: ut singuli ex nostris non magis mortem cogitent, quam immortalitatem; & plena fide ac tota virtute Domino dicata, gaudeant magis, quam timeant in hac confessione, in qua sciunt Dei & Christi milites non perimi, sed coronari. Opto te, frater carissime, semper bene valere: Hæc Cyprianus.

IV.

In cœmeterio quidem Callisti capite truncatum fuisse Sixtum Papam, & cum eo Quartum, aliosque itidem Romanæ Ecclesiæ ministros eadem die Romæ fuisse martyrio coronatos, docent Ecclesiastica monumenta (*b*), quibus hi nominati habentur, Felicissimus & Agapitus diaconi, Januarius, Magnus, Innocentius, & Stephanus subdiaconi: quorum mentio a Cypriano idcirco prætermissa videtur, quod non eodem loco, quo Sixtus, passi videantur; nam quod Sixtus in cœmeterio Callisti passus dicatur atque sepultus, hi vero in cœmeterio Prætextati sepultura donati: diversis quoque locis passi esse noscuntur. At qui de Sixti, & Quarti, qui cum eo erat, martyrio, ad Cyprianum

(*b*) Martyrol. Rom. die 6. Augusti.

Alii Martyres Romæ passi.

PAGIUS

II. *Martyrium S. Sixti PP.*

BASSO COSS. Quinquennalia Imperii Augustei Gallieni in hunc annum incidunt.

S. Sixti Papæ martyrium sub hujus anni Consulibus a Baronio recte recitatum; qui in eo tantum errat, quod Tusci & Bassi Consulatum, qui in annum Christi CCLVIII. incidit, cum anno CCLXI. ejusdem Eræ perperam copulet, sicque prochronismi triennio peccet, ob tertium nempe Decii Augusti Consulatum ordinarium suppositititium in Fastos infartum. De Sixto in Chronico Damasi legitur: *Sixtus annis duobus, mensibus undecim, diebus sex. Cœpit a Consulatu Maximi & Glabrionis, usque Tusco & Basso & passus est VIII. Idus Augusti a Consulatu Tusci & Bassi, usque in diem XII. Kalendas Augusti, Æmiliano & Basso Coss.* Sed duo illi anni per errorem additi, ob Consulatum prius corruptum Valeriani III. & Gallieni II. loco Valeriani IV. & Gallieni III. Sedit itaque tantum *menses undecim, dies sex.* Eusebius in Historia annos XI. Pontificatui ejus assignat, cum menses totidem ei tribuendi fuissent; quia novum non est, inquit Pearsonius in Annalibus Cyprianicis hoc anno, annos pro mensibus ponere, ut Georgius Syncellus, qui triennium Imperio Æmiliani assignat, qui per tres menses aut quatuor tantum imperavit. Quod Græcis in rebus Romanis hospitibus non tantum contingit, quando res Latinas tractant, ut credebat Pearsonius; sed etiam quando de rebus in Oriente gestis agunt. Imo Scriptores Latinos in eumdem errorem quandoque incidere, variis exemplis in

NOTÆ

[1] DE die, quo passus est S. *Sixtus, nempe VIII. Idus Augusti*, testatur S. Cyprianus; de anno quoque plerique in sententiam Baronii & Pagii abeunt, scilicet passum esse A. D. 258. eodem & quo S. Cyprianus, ut Pontius Diaconus in Cypriani vita. Constantius pag. 258. n. 4. Bucheriani catalogi locum mutilum restituens, sententiam illorum, qui decessisse aiunt S. *Sixtum* A. D. 258. confirmat. Bucherianus enim catalogus habet: *Passus est* (Sixtus) *VIII. Idus Augusti a Consulatu Tusci, & Bassi usque in die XII. Kal. Augusti, Æmiliano, & Basso Coss.* Ut tenebræ ab hoc loco dispellantur, ex codice Fossatensi, ante verba *a Consulatu Tusci, & Bassi*, supplendum monet: *Presbyteri præfuerunt*; cujus supplementi ope comperimus, clerum Romanum *a mense Augusti* anni 258. usque ad *XXI. Julii* anni 259. quo consulatum gerebant *Æmilianus & Bassus*, Romanam Ecclesiam administrasse. Hinc lux affertur catalogis Corbeiensi atque Fossatensi, in quibus *Sixto* tribuitur *annus I. menses X. dies XXIII. aut XXIV.* habita fortasse ratione a *Sixti* ordinatione ad ejus Successoris Dionysii electionem. In Fossatensi, & Reginæ Svecorum Catalogo apud Bollandum *cessasse* dicitur Pontificatus *annos duos*, intellige partem anni 258. & aliam insequentis anni partem. In libro Pontificali, ubi de annis sedis *Sixti* agitur, mira oscitantia detegitur, ut observat Constantius.

num festinanter nuncii redeuntes; retulerunt; cæteros omnes eadem die in Urbe passos, haud facile compertos habuisse videntur.

V. (*a*) Prudent. hymn. 2.

Quod vero ad ejusdem Sixti martyrium spectat, unus Prudentius (*a*) eum cruci affixum tradit his versibus:

Jam Sixtus affixus cruci,
Laurentium flentem videns
Crucis sub ipso stipite,) &c.

Causa Sixti martyrii.

sed id ab aliis minime confirmatur. Cum autem priori Valeriani edicto vetiti Christiani essent ingredi cœmeteria; Sixtum, ceu legis transgressorem, eodem in cœmeterio, ubi visus esset in legem peccasse capite truncandum, Præfectus, ad absterrendos cæteros a cœmeteriorum latebris, consulto præcepit.

VI. Laurentii certamen.

Post triduum a Sixti martyrio, nempe quarto Idus Augusti, primarius diaconorum Laurentius, clarissimus athleta fidei, illustre certamen obiens, post diversa tormenta, demum craticulæ impositus, igne assatus, insignem martyrii coronam consecutus, admiranda plane animi virtute de persecutorum perfidia triumphavit. Extant ejus Acta, quæ quod præ sui excellentia, diverso scriptorum genere contestata, nempe oratione soluta sanctorum Patrum encomiis celebrata, atque poesi egregie decantata, quodque ore omnium pervulgata, & auribus illapsa noscantur, hic prætermittimus recensere: sed ea tantum ex iisdem ab Ambrosio (*a*) recitata, quæ & ad Sixti martyrium pertinent, hic describere, operæpretium existimamus. Ait ergo:

(*a*) Ambr. de offic. l. 1. c. 41.

VII. Quæ ex Actis S. Laurentii Ambrosius.

Non prætereamus S. Laurentium, qui, cum videret Sixtum Episcopum suum ad martyrium duci, flere cœpit, non passionem illius, sed suam remansionem. Itaque his verbis appellare cœpit: Quo progrederis sine filio pater? Quo sacerdos sancte sine diacono properas? Numquam sacrificium sine ministro offerre consueveras. Quid in me ergo displicuit, pater? Num degenerem probasti? Experire certe utrum idoneum ministrum elegeris; cui commisisti Dominici sanguinis dispensationem; cui consummandorum consortium sacramentorum, huic consortium tui sanguinis negas? Vide ne periclitetur judicium tuum, dum fortitudo laudatur; abjectio discipuli, detrimentum est magistri. Quid? quod ipsi illustres & præstantes viri discipulorum certaminibus, magis quam suis vincant? Denique Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum præmisit; & tu pater in filio ostende virtutem tuam; offer quem erudisti, ut securus judicii tui, comitatu nobili perveniat ad coronam.

VIII.

Tunc Sixtus: Non ego te, fili, derelinquo ac desero; sed majora tibi debentur certamina. Nos quasi senes levioris pugnæ cursum recipimus; te quasi juvenem manet glorioſior de tyranno triumphus; mox

PAGIUS

III. *S. Sixtus corpora SS. Apostolorum transfert.*

in hoc Opere passim afferendis constat. Porro duas Decretales Sixto attributas adulterinas esse earum lectio manifestat.

[1] Nihil a *Sixto* in suo Pontificatu gestum reperimus, nisi quod in Indiculo Depositionis Martyrum habetur: *Tertio Kalendas Julii, Petri in Catacumbas, & Pauli Ostiense, Tusco & Basso Coss.* Bucherius cum hoc arcanum non intelligeret, scripsit in margine: *Nescio quid hic sibi velint hi Consules, forte aliunde huxati.* Verum non de Sanctorum Apostolorum passionis, sed de Translationis tempore hic agitur. Idem habet Gestorum Pontificalium Auctor, sed Pontifices permutavit, ut sæpe solet, & pro Sixto Cornelium posuit, indeque Pseudo-Isidorus eamdem historiam fictitiæ Cornelii epistolæ inseruit. Caius, qui circa annum Christi CC. scripsit, tradit, Apostolorum trophæa tunc temporis in Vaticano & Ostiensi asservata fuisse. Hæc igitur trophæa in Catacumbas transtulisse videtur *Sixtus*, magis in dies sæviente persecutionis ardore, ut ibi tutius stationes haberi possent. Ita recte Pearsonius, qui subjungit: *Hujus observationis utilitas diem respicit, quo facta esse dicitur Translatio, nempe tertium Kalendas Julii; quo die vulgo putant, eos Apostolos passos esse contra Veterum sententiam, qui ultimo Neronis anno eorum Martyrium adscribunt. Ultimo enim Neronis anno vicesimo nono Junii pati non potuere, quia ipse Nero sexto die Junii periit. Sed si alio die depositio facta est, alio Translatio, quam secuta est postea solennitas, salva erit Veterum sententia. Et sane ante Pseudo-Isidori ætatem, ante Gesta Pontificalia alius dies assignabatur. Nam Polemius Sylvius in Laterculo suo sacra prophanaque festa continente, anno Christi CCCCXLIX. evulgato, hæc habet:* VIII. Kal. (*Martii*) Depositio SS. Petri & Pauli. *De quæ varietate alibi latius a nobis disputatum est:* Hæc Pearsonius, cujus librum, in quo de ea varietate agit, non vidi. Verumenimvero observatio hæc vanissima. Petrus enim non ultimo Neronis anno, sed undecimo martyrium subiit, ut suo loco demonstravi, ejusque Natale die vicesimo nono Junii celebratum. Sed quia Translationes Sanctorum eo sæpe die, quo ad Deum migrarunt, vel colebantur, fieri solitæ erant, is dies a Sixto ad eam Translationem faciendam electus, quod etiam in S. Urbani Papæ Translatione præstitum fuisse anno CCXXXI. notavimus.

IV. *Alia eorumdem Translatio.*

Neque refert quod in Laterculo Sylvii legitur. Hinc enim tantum inferendum, aliam SS. Apostolorum Translationem, quæ etiam *Depositionis* nomine ab Antiquis designatur, in festo Cathedræ S. Petri factam esse. Nam VIII. Kalendas Martii Cathedram S. Petri, non vero Natalem ejus celebratum fuisse, certum fit ex Indiculo Depositionis Martyrum, Laterculo Sylvii anti-

NOTÆ

[1] VIde quæ monet Constantius, ubi supra pag. 258. n. 5.

Cur dilatum Laurentii martyrium.

mox venies, flere desiste: post triduum me sequeris: inter Sacerdotem & Levitam medius hic numerus decet: non erat tuum sub magistro vincere, quasi adjutorium quæreres. Quid consortium passionis meæ expetis? totam tibi hæreditatem ejus dimitto. Quid præsentiam meam requiris? infirmi discipuli magistrum præcedunt, fortes sequuntur, ut vincant sine magistro qui jam non indigent magisterio. Sic & Elias Eliseum reliquit. Tibi ergo commendo nostræ virtutis successionem. Hucusque S. Ambrosius; qui & alibi (*a*) declarat, non fuisse clementiæ judicis, ut ejus differretur martyrium; sed avaritiæ Præsidis, ut thesauros Ecclesiæ, cujus minister erat, ab eo requisitos abriperet. Hæc omnia ex Ambrosio recitata, ab aliis quoque Patribus repetita, nempe Augustino, Maximo Taurinensi, Leone Papa, Petro Chrysologo, Prudentio, & aliis egregie testata habentur. Quæ autem Laurentii Acta a Metaphraste sunt recitata, haud sane pristina illa a Notariis excepta videntur; sed ab aliquo alio scripta, quibus & quæ ab Ambrosio vel aliis de S. Laurentio scripta essent, una texuerit; siquidem nonnulla habent, quibus historica veritas refragatur. Porro ipsum S. Laurentium fuisse Hispanum, in rebus gestis S. Damasi, quæ in Ecclesiis recitari consueverunt, expressum habetur; de cujus consanguineis, qui res Hispaniarum prosecuti sunt, agunt.

(*a*) *Ambr. de Offic. l. 2. c. 28.*

IX.

Quod vero multorum testificatione tum Sixtus, tum etiam Laurentius in persecutione Decii passus dicatur, quos constat hoc anno sub ductis Consulibus martyrio occubuisse; unde error irrepserit, pluribus demonstravimus in Notationibus ad Martyrologium Romanum appositis, quas consulat qui hæc cupit. Sic igitur Sixtus, cum hoc anno, dicta die, constet consummasse martyrium; nec annum integrum in sede egisse, videri potest. Quamobrem, respectu habito ad tempus quo sedit Stephanus, & ingressus est Sixtus, erroris arguuntur, qui longum tempus tribuunt Sixti sedi, pluresque ei quam unam ordinationem adscribunt, quod Eusebius ejus sedem prorogatam dicit usque ad annos octo, quod habet in Chronico; vel annos undecim, quod in historia (*b*) tradit; ubi videtur plane hallucinatus, & (ut existimo) numerasse loco mensium annos. Undecimum enim mensem exegisse, & duodecimum Sixtum auspicatum in sede fuisse, deducta superius ex Consulibus exacta temporis ratio perspicuum satis reddit. Fecit ergo unam tantummodo ordinationem, non duas, ut perperam ponitur in libro de Romanis Pontificibus, qua creavit presbyteros quatuor, diaconos septem, & Episcopos per diversa loca duos. Sepultus est (ut idem habet liber) in cœmeterio Callisti, via Appia, & sex diaconi ejus in cœmeterio Prætestati, via Aurelia *: beatus vero Laurentius sepultus est via Tiburtina in crypta, in agro Verano, quarto Idus Augusti.

Tempus sedis Sixti Papæ.

(*b*) *Euseb. l. 7. c. 22.*

De tempore sedis Sixti.

* *al.* Appia.

X.

Certamen Hippolyti.

Triduo post S. Laurentium passus est Romæ Hippolytus miles; cui in hoc illud profuit nomen, ut, quod vocaretur Hippolytus, instar Hippolyti illius, qui Phedræ novercæ insidiis proditus est, equis & ipse discerpi indomitis juberetur. Passa est tunc & Concordia ejus nutrix, quæ inter cruciatus fæliciter animam exhalavit. Sed & qui corpus Hippolyti sepulturæ mandarunt, occisi sunt quoque Irenæus atque Abundius; quorum omnium certus natalis dies in tabulas Ecclesiasticas relatus habetur. Cessavit Episcopatus Sixti dies trigintaquinque. Substitutus est in locum ejus die duodecima Septembris Dionysius ex monacho: solitariam enim vitam aliquando egit.

Dionysius Papa.

XI.

Qui aliam (*a*) rationem inierunt temporis vacationis sedis Sixti, in sequentem annum producunt Dionysii ordinationem, ea scilicet ratione, quod in libro de Romanis Pontificibus dicatur Dionysius sedisse temporibus Æmiliani & Bassi, nempe anno sequenti. Verum primus ibi sedis annus, non sedis principium, videtur esse descriptus: nam quod tam diu Sixti sedes vacaverit, nulla est penes antiquos memoria. Creatum Dionysium, consecratum fuisse a Maximo Episcopo Ostiensi, habent Acta S. Laurentii prope finem. Sane quidem antiqui moris fuisse, ut Romanus Episcopus consecraretur ab Episcopo Ostiensi, auctor est S. Augustinus (*b*) in Breviculo collationum cum Donatistis.

(*a*) *Euseb. l. 7. c. 22.*

(*b*) *August. in Brevic. coll. tit. die 3. c. 16.*

Hoc eodem anno, iisdemque Consulibus Pomponio Basso & Aurelio Fusco, decimo octavo Kalendas Octobris, S. Cyprianus Episcopus Carthaginensis apud Chartaginem obtruncatione capitis nobili corona martyrii decoratur. Quomodo autem hæc se habuerint, Pontius (*c*) diaconus, qui aderat, in hæc verba rem gestam memoriæ commendavit: *Ordinatis ergo tam pie rebus, & sic voluntate disposita, proximabat dies crastinus (nempe secundum acceptam divinitus visionem anni finis, & æterni diei beata requies) Jam de Sixto bono & pacifico sacerdote, ac propterea beatissimo martyre ab Urbe nuncius venerat: sperabatur jam jamque carnifex veniens, qui devota sanctissimæ victimæ colla percuteret; & sic erant omnes dies illi quotidiana expectatione moriendi, ut corona singulis posset adscribi. Conveniebant interim plures egregii & clarissimi ordinis & sanguinis, sed & sæculi nobilitate generosi; qui propter amicitiam ejus antiquam, secessum subinde suaderent; &, ne parum esset nuda suadela, etiam loca, in quæ secederet, offerebant. Ille vero jam mundum, suspensa ad cœlum mente, neglexerat; nec suadelis blandientibus annuebat. Feciisset fortasse tum etiam, quod a pluribus Fidelibus petebatur, si & divino imperio juberetur.*

(*c*) *Pont. in Vita S. Cypr.*

XII.

Cypriani ultimum certamen.

XIII.

Cyprianus frequens in concionib.

Sed nec illa sublimis tanti viri gloria sine præconio transeunda est, quæ jam sæculo tumescente, & de fiducia Principum infestationem nominis anhelante, ille servos Dei prout dabatur occasio) exhortationibus Dominicis instruebat, & ad calcandas passiones hujus temporis, contemplatione superventuræ claritatis animabat. Videlicet tanta illi fuit sacri cupido sermonis, ut optaret sic sibi passionis vota contingere, ut, dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur. Et hi erant quotidiani actus destinati ad placentem Deo hostiam sacerdotis. Hæc Pontius. Sed & testimonio ipsius etiam Cypriani constat, nihil antiquius penes eum

PAGIUS Baron. an. 221. num. III. & seqq.

antiquiore; in eo enim legitur: *Octavo Kalendas Martii, Natale Petri de Cathedra*; ubi vides etiam Natalis nomen cuilibet festo attributum fuisse. Ex hac Translatione apparet, immerito negasse Baronium, SS. Apostolorum corpora ad Catacumbas sæpius fuisse translata. Vide dicta in morte S. Petri.

V. *Martyrium Quarti, Agapiti & Felicissimi.* Baron. n. XV.

S. Cyprianus de martyrio Sixti certior factus, eodem die cum Sixto passum esse *Quartum* docet, in epistola ad Successum statim scripta, quod ex hoc loco Auctor Martyrologii Bedæ recte colligit, neque aliunde hausit, ut ex ipsius verbis apparet: *Passus est cum eis & beatus Quartus, ut scribit S. Cyprianus.* Sed dum *Felicissimum* & *Agapitum* Sixti Diaconos fuisse, & eodem die passos esse tradit, omnino fallitur, inquit Pearsonius. Aliud verba Cypriani, quæ sequuntur, suadent: *Sed & huic persecutioni quotidie insistunt Præfecti in Urbe, ut si qui oblati fuerint, animadvertantur, & bona eorum Fisco vindicentur.* Institisse persecutioni quotidie Præfectos docet, sed præter Sixtum & Quartum neminem tunc, cum literæ Roma scriptæ sunt passum esse innuit. Auctorem auctioris Chronici veterum Pontificum hujus erroris fontem fuisse ex Beda constat: *Decollati sunt cum eis & alii quatuor, ut in Gestis Pontificalibus agitur, Januarius, Magnus, Vincentius, Stephanus, Subdiaconi.* Error ejusdem Chronici quod Felicissimum & Agapitum spectat, ex mala vetustissimi Indiculi Depositionis Martyrum interpretatione ortus est: cujus hæc verba sunt: *Octavo Idus* (nempe Augusti) *Xysti in Callisti, & Prætextati Agapiti & Felicissimi.*

VI. *Non fuere Diaconi, neque eodem die ac Sixtus passi sunt.*

Sed nullum ex his Diaconum fuisse dicit, nullum cum Sixto passum esse tradit; eodem tantum die horum omnium stationes habitas esse ostendit, quod recte fieri potuit, licet nec eodem loco, nec eodem anno passi sint. Hæc, ut defenderet Baronius, ait primo, mentionem Diaconorum & Subdiaconorum a Cypriano, qui solius *Quarti* cum Sixto passi meminit, idcirco prætermissam, quod Sixtus in Cœmeterio Callisti, reliqui in Cœmeterio Prætextati sepulti sint. Sed *illud* prorsus incertum. Primus, qui hos Diaconos in eo Cœmeterio sepultos esse docuit, est Auctor auctioris Chronici Pontificum qui errorem eum ex verbis Depositionis Martyrum nuper citatis derivasse videtur: Ubi legimus, *& Prætextati*, quod indicat, Prætextatum eodem die passum esse) ille legisse videtur, *& in Prætextati*, (quod significaret in ejus Cœmeterio celebratos esse Natales Agapiti & Felicissimi. Sed demus, veriorem ibi lectionem esse, *& in Prætextati*, non tamen loci distantia aut diversitas tanta fuit, ut qui certo cognosceret, Sixtum passum esse in Cœmeterio Callisti, nescire posset, Diaconos ejus in Cœmeterio Prætextati truncatos esse. Nam utrumque Cœmeterium in Via Appia fuit; imo hoc Prætextati illi Callisti adhærebat, & quasi pars fuit, ut testatur Aringhus in Roma Subterranea. Ait secundo Baronius, nuntios Cypriani adeo festinanter rediisse, ut omnes præter Sixtum & Quartum eadem die in Urbe passos, haud facile compertos habuerint. Verum quomodo *Laurentius* septem Diaconorum primus Sixti jamjam morituri lateri adhærere potuit, eum reliqui omnes capite mulctati sunt? Quomodo duo Diaconi, & quatuor Subdiaconi, vel, ut alii volunt, sex Diaconi, eodem die truncari potuere; & nuntios illos, qui nihil aliud in mandatis habuerunt, quam ut omnia diligenter observarent, latere, ut inquit Pearsonius? Horum itaque Sanctorum martyrium alio die contigisse videtur.

VII. *Dionysius anno sequenti Papa ordinatus.* Baron. n. XI.

Dionysius hoc anno Pontifex ordinatus non fuit, ut perperam dicitur in Annalibus. Sed post martyrium S. Sixti vacavit Sedes anno fere uno, nempe, *usque in diem* XI. *Kal. Augusti, Æmiliano & Basso Coss.* ut legitur in Chronico Damasi, ad diem videlicet XXII. Julii anni insequentis. Chronicon Damasi ex auctiori Chronico Pontificum, ac libro Pontificali ita supplendum: *Et Presbyteri pr efuerunt a Consulatu Tusci & Bassi, usque in diem XI. Kal. Augusti, Æmiliano & Basso Coss.* Dionysium ante eum annum & diem Pontificatum non iniisse ex iis, quæ in morte ejus dicemus, magis constabit. Hic solum observandum, ex cessatione Sedis usque ad præfatum diem & annum apparere, pacem anno insequenti mense Julio redditam, statimque novum Pontificem electum. Nam Valerianum circa illud tempus captivum in Persidem abductum, non vero anno CCLX. me demonstraturum spero.

VIII. *Martyrium S. Cypriani.*

A. num. XII. ad LII. Martyrium S. Cypriani Episcopi Carthaginiensis, *Tusco & Basso Co.* ut in ejus Passione legitur, idque XVIII. Kal. Octobris, ut ibidem legitur, certissime contigit, id est, anno Christi ducentesimo quinquagesimo octavo, non vero, ut perperam Baronius numerat, anno ducentesimo sexagesimo primo. In eadem S. Cypriani Passione ex Manuscripto S. Victoris extracta Proconsul reprobrat Cypriano, quod *pii & sanctissimi Principes Valerianus & Gallienus Augusti & Valerianus nobilissimus Cæsar, ad cæremonias percolendas* eum revocare non potuerint. Ex quibus verbis liquet, Gallieni junioris Cæsaris, qui Valerianus Cæsar etiam nuncupabatur, in Actis publicis & Rescriptis plerumque mentionem factam.

IX.

Opera *S. Cypriani* anno CIↃIↃCLXXXII. Oxonii edi-

cum fuisse, quam Dei verbum assidue prædicare; quippe qui soleret quotidie illud populo annunciare, ut ipse in exordio libri de Disciplina & bono pudicitiæ tradit, dum ait: *Semper enitor vel maxime quotidianis Evangeliorum tractatibus aliquando vobis fidei & scientiæ per Dominum incrementa præstare. Quid enim aliud in Ecclesia Domini utilius geri, quid accommodatius officio Episcopi potest inveniri, quam ut doctrina divinorum per ipsum insinuata collataque verborum, possint credentes ad repromissum regnum pervenire cælorum? hoc certe mei & operis & muneris quotidianum votivum negotium, absens licet, obtinere conitor.* Hæc ipse, per litteras, exhibens quotidianum pensum, quod præsens tunc reddere minus posset; qui verbo Dei semper intentus, inter concionandum extremum diem claudere haberet in votis.

XIV. Galerius Maximus Proconsul.

(a) *Acta pass. S. Cyr.*

Cumque Cyprianus (addunt Acta *a*) *diu ibidem moraretur, successit Aspasio Paterno Proconsuli Galerius Maximus Proconsul; qui S. Cyprianum Episcopum ab exilio revocatum sibi jussit præsentari. Cumque Cyprianus sanctus martyr electos a Deo de civitate Curubitana, in qua exilio, præcepto Aspasii Paterni tunc Proconsulis, datus fuerat, regressus esset in sacro præscripto; in hortis suis manebat. Inde quotidie sperabat venire ad se, sicut illi ostensum fuerat:* Hæc ibi. Contigit autem dum illic moraretur, ad ipsum perferri nuncium, ut perduceretur Uticam, ubi ageret Proconsul, ut ibidem capitis subiret supplicium. Quod cum ipse accepisset; quia iniquo animo ferret, se alibi, quam in Ecclesia sua martyrio coronari; ut, quod sciret jussum esse, vitaret; paululum secessit, donec scilicet Proconsul reverteretur Carthaginem; tunc se proditurum, cum sciret Carthaginem ad Proconsulem perducendum. Ne autem in deteriorem partem animi sui consilium de secessione quis acciperet, perbrevem ad suos tunc scripsit epistolam (*b*), qua mentis suæ initium propositum aperit. Hæc est omnium novissima Cypriani epistola, quam martyrii jam candidatus, martyrque designatus, conscripsit his verbis:

(b) *Cypr. epist.* 83.

XV. Ultima Epistola Cypriani.

Cyprianus presbyteris & diaconibus & plebi universæ salutem. Cum perlatum ad nos fuisset, fratres carissimi, Frumentarios esse missos, qui me Uticam perduterent; & consilio carissimorum persuasum esset, ut de hortis nostris interim secederemus; justa interveniente causa, consensi; eo quod congruat, Episcopum in ea civitate, in qua Ecclesiæ Dominicæ præest, illic Dominum confiteri, & plebem universam Præpositi præsentis confessione clarificari. Quodcumque enim sub illo confessionis momento confessor Episcopus loquitur, aspirante Deo, ore omnium loquitur. Cæterum mutilabitur honor Ecclesiæ nostræ tam gloriosæ, si ego Episcopus alterius Ecclesiæ præpositus, accepta apud Uticam super confessione sententia, exinde martyr ad Dominum proficiscar; quando quidem ego & pro me & pro vobis apud vos confiteri, & ibi pati, & exinde ad Dominum proficisci, orationibus continuis deprecer, & votis omnibus exoptem & debeam.

XVI. Admonitio Cypr.

Expectamus ergo hic in secessu abdito constituti adventum Proconsulis Carthaginem redeuntis; audituri ab eo quid Imperatores, sub Christianorum laicorum & Episcoporum nomine mandaverint: & dicturi, quod ad horam dici voluerit. Vos autem, fratres carissimi, pro disciplina, quam de mandatis Dominicis a me semper accepistis, & secundum quod, me tractante, sæpissime didicistis, quietem & tranquillitatem tenete; nec quisquam vestrum aliquem tumultum de fratribus moveat, aut ultro se Gentilibus offerat. Apprehensus enim & traditus loqui debet; siquidem in nobis Dominus positus illa hora loquatur: qui nos confiteri magis voluit, quam profiteri. Quid autem de cætero vos observare conveniat, antequam in me super confessione nominis Dei Proconsul sententiam ferat, instruente Domino, in commune disponemus. Incolumes vos, fratres carissimi, Dominus noster in Ecclesia sua permanere faciat, & conservare dignetur. Hucusque Cyprianus ad suos, quod est ultimum ab eo scriptis mandatum, amoris erga illos adeo immensi testatum elogium.

XVII.

Sed antequam reliqua ejus martyrii prose-

PAGIUS

Opera S. Cypriani.

edita, cura & studio *Joannis Fell* Oxoniensis Episcopi, e Secta Protestantium, in quorum cumulum accessit Historia Cyprianica tredecim annorum, quibus post susceptam Fidem usque ad martyrium Cyprianus vixit, Auctore *Joanne Pearsonio* Cestrienſi Episcopo, etiam Protestante. Utriusque laborem supplevit variis Dissertationibus seorsim editis, *Henricus Dodwellus*, Hiberniæ suæ ornamentum, ejusdem etiam Sectæ, solus ex illis superstes, Fello & Pearsonio magnis Literarum in Anglia patronis anno CIↃIↃCLXXXVI. vita functis, & quod magis dolendum, in Secta Protestantium, quam vivendo professi sunt. Eo in Opere epistolæ Divi Cypriani ordine Chronologico digestæ; genuina & legitima ejus Opera a dubiis & spuriis distincta cum mantissa quorundam huc usque ineditorum. Sed prætermisit observare Fellus, Auctorem Tractatus adversus eos, qui Hæreticos rebaptizandos decernunt, a Rigaltio primum publicati, fuisse Ursinum Monachum Afrum, cujus Gennadius & Honorius Augustodunensis meminere, cuique librum illum ex fide Codicis MS. attribuit Labbeus tomo 1. Conciliorum pag. 770. Hujus Operis titulus ex Trithemio lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, ubi dicit, se reperisse eum

sequamur, & dum agit in secessu eumdem paululum quiescere sinamus; obscura vox illa, quæ ex Cypriano est superius recitata, elucidanda videtur, quam nonnullorum scimus mentes dubitatione pulsasse, quinam illi fuerint, quos Frumentarios nominat, eosque ad se capiendum missos fuisse dicit. Si enim voces ignoramus, quo modo res gestas illis descriptas intelligemus? Quod item Dionysius Alexandrinus Episcopus, furente Decii persecutione, a Sabino Præfecto missum quoque ad se perquirendum Frumentarium, in Epistola (*a*) quam ad Germanum scripsit, testatur; ut de hac voce solertius inquiramus, oportet. Scimus penes Ethnicos scriptores eam vocem usurpari pro frumenti inquisitoribus, ut inter alios apud Livium (*b*); dictos item scimus Frumentarios frumenti mensores a Paulo (*c*) Jurisconsulto, qui de Frumentariis negotiatoribus alibi meminit (*d*), qui & Sitoniæ (*e*) dicti sunt. At nequaquam de his intelligi posse videntur, quos Cyprianus ac Dionysius Frumentarios dicunt; sed potius eos alicujus militiæ ordinis fuisse milites, qui & ad exequenda mandata Principum in diversa loca mitterentur; nam & Julius Capitolinus in Maximo & Albino hæc ait: *Scriptum est præterea ad omnes provincias, missis Frumentariis, justumque ut quicumque Maximinum juvissent, in hostium numero duceretur.* Ejusdem quoque militiæ milites illi fuisse videntur, de quibus Lampridius in Commodo dicit, Anterum amicissimum Commodo a Præfectis Prætorio jussum esse occidi inopinato per Frumentarios.

Frumentarii qui sint.

(*a*) *Apud. Euseb. l.6. c.33.*

(*b*) *Liv. Dec.1. l.4.*

(*c*) *L. Mensores Frumentarios, ff. de excus. tut. & l. his oneribus de vacat. muner.*

(*d*) *L. eos qui ff. eodem.*

(*e*) *L.2. ff eadem.*

XVIII. Milites Frumentarii.

Fuisse igitur in militia ordinem eorum, qui Frumentarii dicerentur, nulla penitus dubitatio esse potest; nam id quoque hæc vetus docet inscriptio his scilicet verbis:

T. AURELIO. PIO
MIL. LEG. VI. VICTR.
FRUMENTARIO.
VIXIT. ANNIS. XLVII
MILITAV. ANN. XXV.
AURELIUS. VERECUNDUS
H. B. M. F.

Extat Romæ in ædibus Bufalorum ad

Columnam Antonini in arula marmorea. Rursum alibi:

CLOD. MARIANO.
FRVMENTARIO
LEG. VII. GAL.
LVCANIVS LAVRENTIVS
FACIVNDVM CVRAV. (*f*)

(*f*) *Smetius formis Plantin. pag. 166. n.24.*

Rursum vero fuisse horum militum muneris explorare, idem affirmare videtur Lampridius (*g*) dum ait, Hadrianum omnia domorum arcana per Frumentarios exploraſſe; & Julius Capitolinus hoc idem in Macrino: *Cum quidam*, inquit, *milites ancillæ hospitis pudorem depravasse suspecti essent, atque per quemdam Frumentarium ille didicisset, adduci eos jussit.* In eodem quoque sensu a Trebellio in Claudio eadem vox accipitur, cum ait de Gallieno: *Cum nunciatum esset, per Frumentarios, Claudium iratsi, quod ille mollius viveret* &c. Porro militasse ejusmodi Frumentarios in Romana militia in schola Speculatorum, vetus docet inscriptio his verbis (*b*):

XIX. Munus frumentariorum.

(*g*) *Lamprid. in Hadrian.*

SCHOLA SPECULATORUM.
LEGIONUM. I. ET. II. ADIUTRICUM.
PIARUM. FIDELIUM.

(*b*) *Habet Smetius lib. Antiq. inscript. pag.146. n.12.*

Et in fine post recensita nomina plurimorum hæc habet:

CURANTE. AUR. PERTINACE.
FRUMENTARIO.

Quod autem iidem Frumentarii dicerentur; non inde certe accidit, quod hi soli frumentatum mitterentur: nam id cæteris militiæ ordinibus, cum opus esset, imperatum esse, plurima sunt exempla. Cæterum quod delatorum nomen odiosum esset (ut pluribus docet Julius Capitolinus, dum Maximini ac Gordiani res gestas enarrat) honesto titulo Frumentariorum hos puto nominatos, quos constat tam in castris quam in curia militasse: nisi inde fortasse nomen acceptum, quod ad singulorum explorandum frumentum, quo rei annonariæ consultum foret, exercitui & ubique Reipublicæ inservirent: ac proinde liberos accessus habuisse ad singulorum civium domos, & alia quæcumque loca; qua occasione ad singula quæque domestica exploranda, honesta satis facilisque via pateret. Hos præterea ad man-

XX. Unde nomen Frumentariorum.

PAGIUS

eum claruisse sub Theodosio juniore anno Domini CCCCXL. restituendus. Testatur enim ibidem Trithemius, ejus titulum esse: *De modo rebaptizandi Hæreticos*; & *Ursinum* multos alios Tractatus a se non visos edidisse. Opus *de Singularitate Clericorum*, quod Baronius, aliique Viri docti Cypriano tribuerunt, eidem perperam, quemadmodum & Augustino & Origeni, attributum ostendit Fellus, qui quod habeat aliqua Fidei Catholicæ repugnantia, Opus ejus notatur in novo Decreto Librorum Prohibitorum Romæ emisso, ut mihi per literas significavit Vir eruditissimus Antonius Magliabechius

Magni Etruriæ Ducis Bibliothecæ Præfectus.

Hoc anno Valerianus Aurelianum, antequam is exercitum adversus Gothos duceret, in locum Ulpii Crinniti subrogavit, ut *exercitum duceret, limitem restitueret, pradam militibus daret*, &c. idque dum *apud Byzantium* Valerianus esset, ut scribit Vopiscus in Aureliano cap. 10. qui cap. sequenti epistolam Valeriani Augusti ad Aurelianum tunc scriptam refert, in qua Valerianus eum alloquens ait: *Consulatum eum eodem Ulpio Crinito in annum sequentem a die Kalendarum Juniarum in locum Gallieni & Valeriani sperare te convenit, sumtu publico.* Quæ epi-

X. *Aurelianus & Crinitus in annum sequentem Consules suffecti designantur.*

data Principum ac Præsidum obeunda præsto esse consueviſſe, citata superius loca demonstrant. Ex his igitur non tantum Cypriani, sed & Dionysii locus elucidatus habetur. Per Frumentarios itaque Cyprianus, Uticam perduci cum jussus esset, ne eo perduceretur (ut dictum est) ad modicum temporis spatium secessit; Carthagine enim pati, quod id sciret suæ Ecclesiæ expedire, in proposito habuit.

XXI. Nobilitas Ecclesiæ Carthaginensis.

Nobilissimam plane ac florentissimam fuisse Carthaginensem Ecclesiam tunc temporis, patet, cum ipse eadem epistola eam tam gloriosam appellet. Si ex amplitudine Urbium Ecclesias quoque in eis positas metiri licet; quod scribit de his prope temporibus Herodianus (*a*), Carthaginem instar Alexandriæ fuisse, & nemini nisi Romæ multitudinem habitantium cessisse; Ecclesiæ quoque ejus possumus claritudinem contemplari. Quos igitur Cyprianus tractando assidue (ut demonstratum est) sanctis imbuisset disciplinis, quosque amantissimos filios jugiter verbi lacte potasset; eisdem in præsentiarum totius Christianæ doctrinæ compendium, absolutissimam virtutum omnium formam, sinceriſſimamque perfectionem sanguine consignatam, atque hisce martyrii illustribus notis suum erga illos immensum amorem testatum relinquere, nihil antiquius habuit.

(*a*) Herod. l. 7.

XXII. Locus Martyrii Cypriani.

Res accidit ex sententia; nam etsi non intra Carthaginis mœnia passus est; tamen, cum sese tota urbs effunderet ad locum martyrio constitutum, perinde fuit ac si in meditullio ejusdem amplissimæ urbis passus esset. Erat locus ille, Sexti, nominatus, quod (ut habet Romanum Martyrologium) sexto lapide a Carthagine distaret. Quamobrem fallitur Paulus diaconus (*b*), cum ad Acta quæ recolit Cypriani, addit locum illum, Sexti dictum, quarto milliario longe a Carthagine positum. Hæc de loco. Quæ autem ante Cypriani passionem acciderint, Pontium omnia spectantem oculis audiamus; sed prius intelligamus (quod habent passionis Acta) Galerium Maximum Proconsulem, ad Sexti dictum locum, instaurandæ gratia valetudinis, commigrasse, illucque Cyprianum in hortis hactenus commorantem ad se perduci jussisse.

(*b*) Paul. diacon. in Vita & passione S. Cypr.

Cum ecce (inquit Pontius) *Proconsulis jussu ad hortos ejus* (*ad hortos inquam, quos inter initia fidei suæ venditos, & Dei indulgentia restitutos, pro certo iterum ad usus pauperum vendidisset, nisi invidiam de persecutione vitaret*) *cum militibus suis Princeps repente subitavit, immo* (*ut verius dixerim*) *subitasse se credidit. Unde enim posset tam improviso impetu mens semper parata subitari? Processit ergo jam certus expungi, quod diu fuerat retardatum; processit animo sublimi, & in domum Principis a Prætorio revertebatur; cum subito per Carthaginem totam sparsus rumor increbuit, productum esse jam Thascium, quem, præter celebrem & gloriosa opinione notitiam, etiam de commemoratione præclarissimi operis nemo non noverat. Concurrebant undique versus omnes ad spectaculum, nobis pro devotione fidei gloriosum, Gentilibus & dolendum. Receptum eum tamen & in domo Principis constitutum, una nocte continuit custodia delicata; ita ut convivæ ejus & cari in contubernio ex more fuerimus. Plebs interim tota solicita ne per noctem aliquid sine conscientia sui fieret, ante fores Principis excubabat. Concessit ei divina tunc bonitas, vere digno ut Dei populus etiam in sacerdotis passione vigilaret.*

XXIII. Cyprianus ad Proconsulem perducitur.

Forsitan tamen quærat aliquis, quæ causa fuerit a Prætorio revertendi ad Principem; & volunt hoc scilicet quidam de suo tunc Proconsulem noluisse. Absit ut in rebus divinitus gestis segnitiem, sive fastidium Proconsulis conquerar; absit ut malum hoc intra conscientiam religiosæ mentis admittam, ut de tam beatissimo martyre ructus hominis judicaret. Sed crastinus dies ille, quem ante annum dignatio divina prædixerat, vere crastinus esse debebat: Hæc Pontius, subobscure tamen significans, Cyprianum ad Prætorium, ut mortis sententiam ibi ex more acciperet, fuisse productum; sed re infecta, in domum Principis revocatum, ejusque judicium fuisse dilatum in crastinum. At hæc ex iis, quæ dicentur inferius, clariora reddentur. Interim autem quæ ante crastinum illum, qui erat decimo octavo Kalendas Octobris, facta fuerint, quæ a Pon-

XXIV. Cyprianus in domum Principis revocatus.

epistola hoc anno, non vero præcedenti data, ut perperam putavit Pearsonius in Annalibus Cyprianicis, quod Aurelianus exercitum duxerit, limitem restituerit, & prædam militibus dederit, & post hæc omnia contigerit quod ibidem scribit Vopiscus: *Tunc enim Ulpius Crinitus, publice apud Byzantium sedenti Valeriano in thermis egit gratias, dicens, magnum de se judicium habitum, quod eidem vicarium Aurelianum dedisset.* Subjungit Pearsonius, Vopiscum cap. 13. tradere: *Cum consedisset Valerianus Augustus in thermis apud Byzantium, præsente exercitu, præsente etiam officio Palatino, assidentibus Mommio Fusco Consule ordinario, Babio Marco Præfecto Prætorii, &c. Ulpio Crinito Duce Illyriciani limitis & Thracii, Valerianus Augustus dixit: Gratias tibi agit, Aureliane, Respublica, quod eam Gothorum potestate liberasti. Abundamus per te præda, abundamus gloria*, &c. Et ibidem jubet Valerianus, Aurelianum inter alia victoriæ præmia, sellam eboratam capere: *Nam te Consulem, inquit, hodie designo, scripturus ad Senatum, ut tibi deputet scipionem, deputet etiam fasces.* Ita, quod anno priori Valerianus promiserat, præsenti, dum Byzantii esset, perimplendum curavit, eo ipso anno quo Fuscus & Bassus Consula-

Pontio sunt prætermissa, ab aliis vero, qui aderant, diligenter in Acta relata; hic describere, ordo rerum gestarum postulat. In illis enim secundo loco (*a*) positis hæc leguntur:

(*a*) Apud Cypr. edit. Pamel.

XXV. * al. Tusco.

Cum illic (nempe in hortis suis) *demoraretur; repente, Idibus Septembris, * Fusco* (sic legendum ex Trebellio Pollione, non Tusco) *& Basso Consulibus, venerunt ad eum Principes duo, unus Stator * Officii Galerii Maximi Proconsulis, qui Aspasio Paterno successerat; & alius Equistrator a custodiis ejusdem Officii; qui & in curriculum eum levaverunt, in medioque posuerunt, & in Sexti perduxerunt, ubi idem Galerius Maximus Proconsul bonæ valetudinis recuperandæ gratia secesserat; & ita idem Galerius Maximus Proconsul in alium diem Cyprianum sibi reservari præcepit. Et eo tempore beatus Cyprianus ductus ad Principem & Statorem ejusdem Officii Galerii Maximi Proconsulis clarissimi viri secessit, & in hospicio ejus cum eo, in vico qui dicitur Saturni, inter Veneriam & Salariam, mansit.*

* al. Stator. Stator officii ad se recipit Cyprianum.

XXVI. Qui Statores & Principes.

Hæc cum ibi legantur, jam planius declarantur quæ superius a Pontio descripta sunt, quibus Cyprianum ea nocte mansisse ait in domo Principis; nam per Principem (ut apparet) non Proconsulem intellexit, sed illum notum omnibus Principem ejus ordinis, dictum Statorem Officii. Quod vero hic dicatur Stator Officii ministrasse Proconsuli; erant hi milites, de quibus Ulpianus (*b*) sic scripsit de Officio Proconsulis: *Nemo Proconsulum Statores * suos habere potest; sed vice eorum milites ministerio in provinciis fungantur*: At non Stratores, sed Statores legendum est; nam & in superioribus Actis martyrii Cypriani, Stator, & non Strator legitur: sic enim habent alia fidelia exemplaria; licet in eo qui citatus est a nobis textus, Stratorem pro Statore mendose irrepserit. At vero quod is dicatur Stator Officii; satis significari videtur, non fuisse Statores exercitus, qui paraturi loca castrorum præcedere consueverant; nam quod additur, Officii; per Officium intelligi magistratus apparituram, ipsamque Palatinam militiam, in (*c*) Notationibus demonstravimus. Sic etiam alius

(*b*) lib. 4. §. 1. ff. de offic. Proconsul.

* al. Stratores.

(*c*) Die 27. Maii c.

textus (*d*) ejusdem Ulpiani libri duodecimi. Ad edictum esset restituendus, Statoribus, pro Stratoribus, ut & germane legitur in Pandectis Florentinis. Erant enim Statores Proconsulum ac Præsidum ministri, qui eis adstabant, & ad delinquentes carceri mancipandos obsequio præsto erant; dicti Statores a stando, veluti Apparitores ab apparendo. Utitur ea quoque voce Tullius (*e*), dicens: *Existimavi esse faciundum, ut te ad Statores meos ac lictores cum litteris mitterem.* Qui vero inter eos primus esset, cæterisque præesset, hunc Principem, Statorem dicebant, qui (ut ex dictis Actis vidimus) Cyprianum ad Proconsulem duxit, reductumque penes se ea nocte, quæ diem martyrii præcessit, domi retinuit.

(*d*) l. 10. ff. ex quibus causis majores. Statoris munus.

(*e*) Cicer. ep. famil. lib. 2. epist. ult.

XXVII. Cyprianus solicitus de custodia Virginum.

Quid autem illic positus egerit Cyprianus, ipsa Acta declarant, quæ sic habent: *Illuc universus populus fratrum convenit. Et cum hoc S. Cyprianus comperisset, custodiri puellas præcepit; quoniam omnes in vico ante januam hospitii Principis manserant.* S. Augustinus (*f*) vero hæc de ejus pastorali cura solicita: *Quid* (inquit) *illud, quod cum in alium diem dilatus apud custodes esset, atque illuc se multitudo fratrum & sociorum congregans pro foribus pernoctaret, custodiri puellas præcepit? quanta intentione considerandum? quanta laude prædicandum? quanto præconio commendandum est? Vicina corporis morte non moriebatur in animo pastoris vigilantia pastoralis*: Quod enim militibus omnia conferta essent; ne quid dispendii pateretur virgineus pudor, puellas custodiri mandavit. Fuisse namque Ecclesiam Charthaginensem fœcundam prole sacrarum virginum, commentarii ab eo conscripti eo argumento, nempe de Disciplina & habitu virginum, de Disciplina & bono pudicitiæ, absque aliis quæ in diversis ejus epistolis sparsim leguntur, aperte significant.

(*f*) Aug. Ser. 12. edition. Parisiensis.

XXVIII. Dies Martyrii Cypriani.

Quid autem illucescente illo tamdiu ante prænunciato atque expectato crastino factum fuerit, Pontius narrat his verbis: *Sed crastinus dies ille quem ante annum dignatio divina prædixerat, vere crastinus esse debebat. Illuxit denique dies alius, ille signatus, ille promissus, ille*

Sed tantum in annum sequentem.

fulatum ordinarium gerebant. Hæc Pearsonius. Verum enim vero fallitur Vir doctissimus; Aureliani enim Consulatus suffectus, non præsenti anno Tusci vel Fusci & Bassi Consulatu notato; sed insequenti, quo Æmilianus & Bassus annum aperuerunt, susceptus. Quod manifestissime verbis laudatis indicat Vopiscus, quando ait, Valerianum apud Byzantium, præsente Memmio Fusco Consule ordinario, Aureliano dixisse: *Te consulem hodie designo.* Designatio enim ad Consulatum nonnisi in annum sequentem fieri solita, & quidem, ut Valerianus in epistola citata ad Aurelianum scribit: *Consulatum cum eodem Ulpio Crinito in annum sequentem a die undecimo Kalendarum Juniarum in locum Gallieni & Valeriani sperare te convenit.* Vides Consulatum Aureliano in ea epistola ab Imperatore tantum promissum; sed post debellatos Gothos Aurelianum Byzantii existentem ad eundem a Valeriano designatum fuisse, quod is istis verbis diserte exprimit: *Nam te Consulem hodie designo*, &c. Quare verum est quod scribit Pearsonius, prius ad Aurelianum scripsisse Valerianum, eumque in locum Ulpii Criniti suffecisse, ac postea tam Aurelianum, quam Ulpium Crinitum Consules suffectos designatos fuisse, sed non

divinus; quem si tyrannus ipse differre voluisset, numquam prorsus valeret; dies de conscientia futuri martyris lætus, & discussis per totum mundi ambitum nubibus, claro Sole radiatus. Egressus est domum Principis, sed Christi & Dei princeps & agminibus multitudinis mixtæ ex omni parte vallatus est. Sic autem comitatui ejus infinitus exercitus adhærebat, quasi ad expugnandam mortem, manu facta, veniretur. Eundi autem interfuit transitus stadii. Bene vero & quasi de industria factum, ut & locum congruentis certaminis præteriret, qui ad coronam justitiæ consummato agone currebat; sed ubi ad Prætorium ventum est, nondum procedente Proconsule, secretior locus datus est. Illic cum post iter longum nimio sudore madidatus sederet; sedile autem erat fortuito linteo tectum, ut & sub ictu passionis Episcopatus honore frueretur: His plane Pontius velatas Episcoporum sedes esse solere demonstrat; sed de his nos primo Annalium tomo pluribus.

XXIX. Studium in colligendis sacris reliquiis.

Subdit Pontius hæc de uno ex tesserariis (dicebantur illi milites tesserarii (*a*) qui tesseram, nempe præceptum ducis per contubernia militum nunciabant): *Quidam*, inquit, *ex tesserariis, quondam Christianus, res suas obtulit, quasi vellet ille vestimentis suis humidis sicciora mutare; qui videlicet nihil aliud in rebus oblatis ambiebat, quam ut proficiscentis ad Deum martyris sudores jam sanguineos possideret. Cui ille respondit, & dixit: Medelas adhibemus querelis quæ hodie forsitan non erunt. Mirum, si contempsit laborem corpore, qui mortem mente contempserat. Quid plura? subito proconsuli nunciatum est; producitur, admovetur. Interrogatus de suo nomine, se esse respondit, & hactenus verba:* Quæ in Actis passionis sic singillatim habentur expressa, sed a Pontio prætermissa;

(*a*) *Veget. de re milit. l. 2. c. 7.*

XXX. Iterum Cyprianus interrogatus.

Et ita altera die octavadecima Kalendarum Octobrium mane multa turba convenit ad Sexti, secundum præceptum Galerii Maximi Proconsulis; & ita idem Galerius Maximus Proconsul eadem die Cyprianum sibi offerri præcepit in atrio Sauciolo sedenti. Cumque oblatus fuisset, Galerius Maximus Proconsul Cypriano Episcopo dixit: Tu es Thascius Cyprianus? Cyprianus Episcopus respondit; Ego sum. Galerius Maximus Proconsul dixit: Tu Papam te sacrilegæ mentis hominibus præbuisti? Cyprianus Episcopus respondit: Ego. Galerius Maximus Proconsul dixit; Jusserunt te sacratissimi Imperatores cæremoniari. Cyprianus Episcopus dixit: Non facio. Galerius Maximus ait; Consule tibi. Cyprianus Episcopus respondit; Fac quod tibi præceptum est; in re tam justa nulla est consultatio.

XXXI. Sententia in Cyprianum lata.

*Galerius Maximus collocutus cum concilio, sententiam vix ægre dixit verbis hujusmodi: Diu sacrilega mente vixisti, & plurimos nefariæ tibi conspirationis homines aggregasti, & inimicum te diis Romanis & sacris legibus constituisti; nec te pii & sacratissimi Principes Valerianus & Gallienus Augusti & Valerianus nobilissimus Cæsar ad sectam * cæremoniarum suarum revocare potuerunt. Et ideo cum sis nequissimorum criminum auctor & signifer deprehensus, eris ipse documento iis quos scelere tecum aggregasti; sanguine tuo sanctetur disciplina. Et his dictis, decretum ex tabella recitavit:* THASCIUM CYPRIANUM GLADIO ANIMADVERTI PLACET. *Cyprianus Episcopus dixit:* DEO GRATIAS. (*Addunt hæc alia Acta*) *Qui me a vinculis hujus corporis dignatur absolvere.* Confirmant hæc quæ his verbis a Pontio scripta sunt.

* *al.* consensum

XXXII Gloria Cypriani etiam ab hoste.

Legit itaque de tabula jam sententiam judex, quam nuper in visione non legerat, sententiam spiritalem non temere dicendam, sententiam Episcopo tali & tali teste condignam; sententiam gloriosam, in qua dictus est secta suæ signifer, & inimicus deorum, & quod suis futurus esset ipse documento, & quod sanguine ejus inciperet disciplina sanciri. Nihil hac sententia plenius, nihil verius. Omnia quippe quæ dicta sunt, licet a Gentili dicta, divina sunt. Nec mirum utique, cum soleant de passione Pontifices prophetare. Signifer fuerat, qui de ferendo signo Christi docebat. Inimicus deorum, qui idola destruenda mandabat. Documento autem suis fuit, qui multis pari genere secuturis prior in provincia martyrii primitias dedicavit. Sanciri etiam cœpit ejus sanguine disciplina, sed

PAGIUS non in præsentem annum, ut ipse perperam autumat; verum in annum CCLIX. At, inquit Pearsonius, statim Aurelianus Imperatori sic respondit: *Ago ergo tibi gratias, & accipio Consulatum, quem das.* Et mox Ulpius Crinitus: *Jube igitur, ut lege agatur, sitque Aurelianus hæres sacrorum, nominis & bonorum; totiusque juris Ulpio Crinito jam Consulari viro, ipse actutum, te judice, Consularis.* Fuit igitur Aurelianus Consul suffectus, inquit Pearsonius, post Gallienum & Valerianum Consules honorarios, seu suffectos: sed eo ipso anno, quo Fuscus & Bassus Fastis nomen dabant. Sed vana hæc effugia; Aurelianus enim accepit quidem Consulatum, Memmio Fusco Consule ordinario præsente, sed in annum sequentem gerendum, id est, admisit, ac non recusavit. Crinitus vero petit, *ut lege agatur*, id est, ut in Ulpiam familiam transeat, ibi enim de Aureliani adoptione fermo est, diciturque Ulpius Crinitus jam *Consularis* vir, non quod tunc Consulatum acceperit ac gesserit, ut perperam Pearsonius; sed quod ab anno CCXXXVIII. quo Consulatum ordinarium gessit, Consularis esset. Sic Aurelianus dicitur *actutum Consularis*, quia quamprimum, id est, intra aliquot menses Consulatum initurus esset; si

sed martyrum, qui doctorem suum imitatione gloriæ consimilis æmulati, ipsi quoque disciplinam exempli sui proprio cruore sanxerunt.

XXXIII. Cyprianus Episcopus Carthaginensium primus martyr.

Quod autem dicat Pontium, Cyprianum in provincia ante alios martyrii primitias dedicasse; non quod ipse primus in hac persecutione sanguinem fuderit, licet prior confessus fuerit primus omnium tentus, accipiendum est; nam ipsiusmet Cypriani testimonio satis constat complures antehac, eadem ipsa persecutione urgente, martyrium consummasse, dum ad damnatos ad metalla scribens, ait (*a*): *Et ex vobis pars jam martyrii sui consummatione præcesserit*: Et alia epistola tunc scripta ad detentos in carcere meminit Rogatiani & Felicissimi, qui jam tunc martyrium obiissent; sed id sic intelligendum (quod idem Pontius infra declarat) ipsum Episcoporum Carthaginensium primum primitias sanguinis martyrio consecrasse, quod nullus Carthaginensium Episcoporum, qui ipsum fuerunt antegressi, martyrium consummassent; quod (ut puto) se persecutionis tempore subduxissent. Pergit Pontius:

(*a*) *Cypr. epist. 77.*

XXXIV. * *al.* inæquali.

*Et cum exiret Prætorii fores, ibat comes militum turba; & ne quid in passione deesset, Centuriones & Tribuni latus texerant: ipse autem locus æqualis * est, ubi pati contigit, ut arboribus ex omni parte densatis sublime spectaculum præbeat; sed per enormitatem spatii longioris visu denegato per confusam nimis turbam, personæ faventes in ramos arborum repserunt; ne vel hoc illi negaretur, ut ad Zachæi similitudinem de arboribus viderentur:* Hæc Pontius. Acta porro hæc amplius: *Post hanc vero sententiam, turba fratrum dicebat: Et nos cum ipso decollemur. Propter hoc tumultus fratrum exortus est; & multa turba eum prosecuta est. Et ita idem Cyprianus in agrum Sexti perductus est; & ibi se lacerno birro expoliavit, & genua in terram flexit, & in orationem se Domino prostravit. Et cum se dalmatica expoliasset, & diaconibus tradidisset, in linea stetit, & cœpit speculatorem sustinere.* De vestimentorum expoliatione superiora Acta sic: *Exuit se lacernum birrum, quem indutus erat, complicans, & posuit ad genua sua; deinde tunicam tulit, & diaconibus tradidit; & stans in linea expectabat speculatorem; cui & viginti * aureos dare præcepit. Fratres vero flentes linteamina & oraria ante eum ponebant, ne sanctus cruor defluens absorberetur a terra.* Tanti enim faciebant Fideles sacras reliquias martyrum, ut sudoris, si possent, guttas haurirent, & stillas sanguinis, etiam persecutore vidente, & invidente, atque exerto gladio minitante, qualibet arte susciperent, atque reconderent. Mira res! eodem plane tempore duplici victoria vincitur crudelis impietas, sanguine martyris, & fide credentium. Sed subdunt & hæc alia Acta inferius posita:

* *al.* vigintiquinque.

Vigens cultus sacrarum reliquiarum.

XXXV. Passio S. Cypriani.

Cum venisset autem speculator; jussit suis, ut eidem speculatori viginti quinque aureos darent; Linteamina vero & manualia a fratribus ante eum mittebantur. Postea vero beatus Cyprianus manu sua oculos sibi texit; qui cum lacinias manuales ligare sibi non potuisset, Julianus presbyter & Julianus subdiaconus ei ligaverunt, & ita S. Cyprianus passus est. Addit Pontius hæc de carnifice: *Ligatis per manus suas oculis, moram carnificis urgere tentabat, cujus munus est ferrum, & labente dextera gladium vix trementibus digitis circumibat, donec ad perpetrandam pretiosi viri mortem, clarificationis horæ matura, Centurionis manum, concesso desuper vigore, firmatam, permissis tandem viribus, expediret:* Hæc Pontius. Quod vero pertinet ad sanctissimi martyris sepulturam, citata superius Acta sic habent:

XXXVI. Cypriani sepultura.

Et ita beatus Cyprianus passus est, ejusque corpus propter Gentilium curiositatem in proximo positum est cum cereis & scholaribus in areis Macrobii Candidi procuratoris (quæ sunt in via Mappalensi juxta piscinas) cum voto & triumpho magno. Pristinus hic mos referatur Christianos spectandi, præcedente clero diversarum classium atque scholarum, accensas faces gestantibus singulis, magna plane pompa, & (ut habent Acta) magno triumpho. Nequicquam plane consueti officii voluerunt imperterriti Christiani magna agentes constantia in Cypriani funere ante persecutoris oculos prætermittere; quod cupe-

rent

PAGIUS si enim tunc actu illum suscepisset, non *Consularis*, sed *Consul* ab Ulpio Crinito appellatus fuisset; neque dixisset Valerianus, se scripturum ad Senatum, ut Aureliano scipionem & fasces deputaret; quia hæc cum Consulatu, non vero post illum gestum tradi mos erat. Verum itaque est, quod Pearsonius primus omnium observavit, Valeriani ad Aurelianum epistolam, in qua de hujus cum Crinito ad Consulatum designatione agitur, scriptam fuisse, antequam Aurelianus in Gothos movisset, ac postquam Byzantium rediit, Valerianum Imperatorem, eum coram Memmio Fusco Consule ordinario, aliisque summis laudibus ob reportatas victorias exornasse; sed falsum, hæc diversis annis acta esse, & Aurelianum cum Crinito currenti Consulatum suffectum gessisse. Hoc enim anno insequenti factum esse certum & indubitatum, ut ex dicendis anno sequenti magis patebit; hujus enim temporis Historia Chronologiaque, nisi Consulatus Aureliani ac Gallieni cum Valeriano recte explicentur, confusæ, perturbatæque.

XII. *Valerianus Antiochiam a Scythis vastatam venit.*

Anno itaque præsenti, *Valerianus*, qui cum exercitu apud *Byzantium* fuit, ut mox ex Vopisco in Aureliano ostendimus, cum eodem exercitu æstate *Antiochiam* pervenit, ut videre est apud

rent omnes (ut eadem Acta testantur) una cum suo ipsorum Episcopo decollari. Sed & hæc ibi demum : Post paucos autem dies Galerius Maximus Proconsul decessit. Passus est autem beatissimus Cyprianus martyr die octavadecima Kalendarum Octobrium, sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus, regnante vero Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen: Hucusque Acta. Eodem quoque fine cætera quæque Acta legitima consignari solita, nempe Christi regno, multis exemplis sæpius observavimus.

XXXVII. Loca a S. Cypriano illustrata.

Quæ autem priori loco Acta sunt posita, hanc amplius habent appendicem, loca singula relegentem : *Curubitana civitas dicitur ubi in exilio fuit ; vicus ubi in domo Principis Officiorum habitavit, dicitur Saturni, inter Veneriam & Salariam ; atrium quoque Proconsulis dicitur Sauciolum ; locus in quo decollatus est, vocatur Sexti*: Sed & Pontius diaconus, Episcopi sui amantissimus, ad vitam & passionem Cypriani hoc addit, velut appositum mensæ nobilissimæ corollarium : *Sic consummata passione, perfectum est, ut Cyprianus, qui bonorum omnium fuerat exemplum etiam sacerdotales coronas in Africa * primus imbueret ; quia & talis esse post Apostolos prior cœperat* : Insinuans plane, jam a tempore Apostolorum Carthaginensem erectam fuisse Ecclesiam. Moxque subdit : *Ex quo enim Charthaginis Episcopatus ordo numeratur, numquam aliquis, quamvis ex bonis & sacerdotibus, ad passionem venisse memoratur ; licet semper Deo mancipata devotio dicatis hominibus pro martyrio deputetur. Cyprianus tamen etiam ad perfectam coronam, Domino consummante, profecit, ut in vivitate ipsa, in qua taliter vixerat, & in qua prior fecerat multa præclara, prior etiam sacerdotii cælestis insignia glorioso cruore decoraret* : Ac demum hæc de se ipso :

* sanguine.

XXXVIII. De Pontii animi affectu & instituto.

Quid hoc loco faciam inter gaudium passionis, & remanendi dolorem ? in partes divisus animus, & angustum nimis pectus affectus duplices onerant. Dolebo, quod non comes fuerim ? sed illius victoria triumphanda est. Dei victoria triumphabo ? sed doleo, quod comes non sim. Verum vobis tamen & simpliciter confitendum est, quod & vos scitis, in hac me fuisse sententia. Multum ac nimis multum de gloria ejus exulto ; plus tamen doleo, quod remansi : Hucusque ultimum Pontii de Cypriani triumpho, & animi sui affectu scriptum elogium ; idemque in suæ narrationis exordio, cur ea scribendi consilium inierit, declarat his verbis, insinuans antiquam in Ecclesia consuetudinem Actorum sanctorum martyrum scribendorum : *Certe* (inquit) *durum erat, ut cum majores nostri plebeiis & cathecumenis martyrium consecutis tantum honoris pro martyrii ipsius veneratione dederint, ut de passionibus eorum multa aut prope dixerim pene cuncta conscripserint, ut ad nostram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, pervenirent ; Cypriani, tanti sacerdotis & tanti martyris passio præteriretur* :

XXXIX. Pontii scripta probata.

Hujus Pontii lucubrationis S. Hieronymus (*a*) meminit dicens : *Pontius diaconus, Cypriani, usque ad diem passionis ejus cum ipso exilium sustinens, egregium volumen vitæ & passionis Cypriani reliquit*. Sed & de ipso Pontio hæc adduntur in Martyrologio die octava Martii, qua natalis ejus inter martyres conscriptus habetur his verbis : *In passionibus suis Dominum semper glorificans, coronam vitæ promeruit*. Eadem Acta a nobis superius sæpe citata, ac pariter recitata æque fulciuntur testimonio Augustini (*b*) eadem in sua tractatione in natali die S. Cypriani, attexentis, & fidelissima comprobantis ; quæ itidem recensuit Paulus (*c*) diaconus. Sed etsi nulla ab aliis suppeterent testimonia, ipsa sibi certam atque finceram in omnibus sui candore fidem vendicant. Sed jam reliquum est, ut amantissimi Patris & præclarissimi martyris dulces exuvias perlegamus.

(*a*) *Hier. de Script. Eccles. in Ponto.*

(*b*) *Aug. serm. 12. edit. Parisiens.*

(*c*) *Paul. diac. in pass. S. Cypr.*

XL. De linea tunica Cypriani.

Quæ enim in eis legimus, & ex eisdem superius recitavimus Actis, S. Cyprianum collum gladio subjecturum, primum exuisse birrum, inde vero se spoliasse dalmatica, vel (ut alia Acta habent) tunica, atque in linea remansisse, sicque expectasse spiculatorem ; diligentiori sunt hæc consideratione pensanda. Etenim

PAGIUS apud Zosimum pag. 648. & 649. *Antiochiam* cum inveniret misere devastatam, accersivit *Successianum*, qui tunc Dux exercitus circa Hellespontum fuit, & Scythas in ea loca irrumpentes nuperrime vicerat, abegeratque. Hunc *Præfectum Prætorio* dixit, *& cum eo res Antiochena civitatis, & instaurationem ejus* ordinavit, inquit Zosimus. Ex quo intelligimus, *Successianum* Bæbio Macro currenti anno Præfecto Prætorii, ut mox ex Vopisco diximus, successisse. Absente *Successiano* Scythæ priores, qui abacti fuerunt, in Hellespontum redeunt, Pityuntem & Trapezuntem capiunt. Scythæ autem alii prioribus finitimi *expectato hiemis tempore*, pedestri exercitu ad fretum Byzantinum contenderunt, ubi de hieme hoc anno inchoata fermo, non vero de anni præteriti fine, ut Zosimus interpretatur Pearsonius citatus. Nam, cum Valerianus postquam *Antiochiam* venit, & *Successianum* Præfectum Prætorio renuntiavit, amplius Byzantium non redierit, ut manifeste ibidem insinuat Zosimus, ac denique Bæbius Macrus præsenti anno Præfectus Prætorio fuerit, ac Byzantii cum Valeriano aliquam moram fecerit, profectio hujus Imperatoris Antiochena, & collatio Præfecturæ Prætorii in *Successianum* ad præsentem annum

Etenim ex iis adeo certis antiquitatis Ecclesiasticæ monumentis, qualis esse soleret Episcoporum habitus, probe possumus intelligere. Sed illud primum de tunica linea, qua cæteris vestibus expoliatus, ictum gladii excepturus remansit indutus, exacte considerandum. Ex iis enim quæ ex dictis Actis sunt superius recitata, neminem certe puto adeo obtusum ingenio, ut cum ipsa dicant, Cyprianum exutum birro atque tunica remansisse in linea, existimet de linea interula intelligendum, quæ super nudum indui consuevit ; non enim decebat sacerdotalem decorem, Cyprianum ad interulam usque denudari, dum præsertim ad hoc non cogeret magistratus, nec carnificina functio postularet ; quid enim opus erat ad capitis obtruncationem, ad subuculam usque exui, cum præsertim nullum ea de re extet exemplum ? Sic igitur nihil aliud est quod dici possit, nisi lineam illam Cypriani commune illud omnibus Episcopis lineum indumentum fuisse, quod ephod alii dicunt, Italice vero *rocchetto*. Quod vero ad dalmaticam pertinet, alio nomine tunicam simpliciter nominatam : diversa namque dalmaticarum fuisse genera, quarum aliæ manicatæ, chirodatæ dicerentur, aliæ vero sine manicis, quibus diaconi uterentur, pluribus in Notationibus (*a*) diximus. Sine manicis itaque eam fuisse tunicam super lineam indutam putamus.

(*a*) *Notation. in Martyrol. Rom. die 31. Maii, b.*

XLI. Birrus & Lacerna indumenta.

His de linea atque tunica explicatis, de birro remanet exquirendum. In quo illud in primis animadvertendum, non simpliciter dici birrum, sed lacernum birrum ; licet Sulpitius (*b*) Severus birrum a lacerna, utroque tamen existente habitu clericali, distinguat, cum invehitur in voluptuosos clericos, dicens : *Hæc caris viduis, ac familiaribus mandat tributa virginibus ; illa ut birrum rigentem, hæc ut fluentem texat lacernam*. At primum quod pertinet ad lacernam, si Ethnicos consulas, reperies eam breve fuisse indumentum ad arcendam pluviam, ut ex his quæ Cicero (*c*) ac Plinius (*d*) tradunt, evidenter apparet. Porro ad humeros brachiaque tegenda fuisse compositum ejusmodi vestimenti genus, docet Festus (*e*) Pompeius, dum de lacerna agens, ait eam minorem fuisse capitio ; capitium vero ait Varro (*f*) fuisse muliebre pectoris indumentum, ita dictum, quod pectus capiat & comprehendat brachia ; quæ enim sine eis incedebant, pectore & brachiis erant apertis ; super tunicam vero superduci lacernam, Gellius (*g*) testatur, cum ait : *Cum me præsente, discipulos quosdam suos Senatores vidisset die feriato tunicis & lacernis indutos, & gallicis calceatos : Equidem* (inquit) *maluissem vos togatos esse ; pigitum est cinctos saltem esse & penulatos*.

(*b*) *Sulp. Dialog. lib. 1. cap. 14. in fine.*

(*c*) *Cic. Philipp. 2.*

(*d*) *Plin. lib. 18. cap. 25.*

(*e*) *Fest. in verb. Lacerna.*

(*f*) *Varro de ling. Latin. lib. 4.*

(*g*) *Gell. lib. 13. cap. 20.*

XLII. Lacerna rufa.

Quod vero habent Acta, lacernum birrum ; vox, birrum, ad colorem pertinet ; nam notat Festus (*h*), apud antiquos rufum colorem dictum esse birrum, ac proinde lacernam rufi fuisse coloris. Sive dicere velimus lacernum birrum, hoc est fericum : βύρσις enim veteres dixere ferica, ut Zonaras (*i*) & Theodorus interpretantes duodecimum canonem Gangrensis Concilii, tradunt. Sive magis placeat, lacernum birrum significare birrum ipsum in modum lacernæ compositum. Porro birrus, & birrum, masculino & neutro genere dictum reperitur. Utcumque sit, constat quidem testimonio S. Augustini, etiam clericos in Africa uti consuevisse linea atque birro, sed Episcopos birro pretiosiore ; nam eo sermone, quo clericorum suorum disciplinam componit, hæc ait (*k*) : *Nemo det birrum, vel lineam tunicam, seu aliquid, nisi in commune ; de communi accipiam mihi ipsi* : & paulo post : *Offeratur mihi verbi gratia birrum pretiosum, forte decet Episcopum, quamvis non deceat Augustinum, ideest, hominem pauperem de pauperibus natum*. Utuntur ex institutione S. Augustini Canonici Regulares tunica linea, atque cum volunt, diebus præsertim solemnibus in Italia, etiam birro, quem in Hispania semper gestant. Eandem quoque consuetudinem viguisse in Ecclesia Orientali, ut Episcopi super tunicam birro induerentur, ex iis quæ scribit Palladius (*l*) de S. Athanasio Episcopo Alexandrino, possumus intelligere, dum ait, eum tunica birroque vestitum secessisse. Meminit & Gregorius Turonensis de S. Britio, qui ardentes prunas in birro suo posuit, ad declarandam sui animi innocentiam. Cæterum propter ejus indumenti brevitatem Venantius Fortunatus nominat birrum ipsum palliolum, cum agit de sancto Germano Parisiorum Episcopo visitante Clotarium Regem ; atque de ipso Rege ait : *Allambit sancti viri palliolum* :

(*h*) *Fest. in verb. Birrum.*

(*i*) *Vide Cuiac. in l. 4. Cod. de vest. holoserica. lib. 11.*

(*k*) *Aug. serm. de diversis. 50.*

(*l*) *Palladius in Lausiac. c. 51.*

Quod vero S. Gangrense (*m*) Concilium monachos Eustathianos incedentes palliatos, atque damnantes birris utentes,

XLIII. (*m*) *Concil. Gangr. c. 12.*

PAGIUS num in finem tendentem omnino spectant ; cum Valerianus æstate anni insequentis vel circiter a Persis captus sit.

XLIII. Cum *Antiochiam* peteret Valerianus, *Macriano* totam Rempublicam credidit, ut ipse oratione ad Senatum e Persidis finibus missa testatur apud Pollionem : *Ego P. S. bellum Persicum gerens, Macriano totam Rempublicam credidi . . . . Ille vobis fidelis, ille mihi devotus, illum & amat & timet miles*. Unde ratio optima redditur, inquit Pearsonius citatus, cur hoc potissimum tempore persecutio maxime sub Valeriano sæviret. Nam

Marcianus auctor & promot. persecr.

Locus Gangrenſis Concilii elucidatus.

tes, anathematis ſententia perculerit; non placet quod per birrum alii interpretati ſunt veſtem pretioſam ſimpliciter: ſed potius quod illi amicti pallio ſui longitudine & latitudine diffluente, eos damnarent, qui birro, nempe breviori uterentur indumento; quod vile vel pretioſum (ex ſententia Auguſtini ſuperius recitata) ad libitum cujuſque eſſe potuiſſe, certiſſimum eſt: pretioſiores vero fuiſſe birros Atrebatenſes & Canuſinos, Flavius Vopiſcus in Carino teſtatur. Cum itaque eadem Acta Cypriani paſſionis habeant, ipſum lacernum birrum complicuiſſe, & ad genua poſuiſſe; illud fuiſſe perbreve, ac parvi negotii operam egiſſe demonſtrant; nam non ſic de tunica eum feciſſe, ſed diaconis dediſſe tradunt.

XLIV. Habitus Epiſcoporum.

Ex his itaque jam exploratum haberi videtur, Epiſcoporum fuiſſe antiquum habitum, ut poſt veſtem ſuperinduerent lineam, & deſuper eam ſolutam tunicam, ac denique humeros tantum tegens & brachia lacernum birrum: quo genere indumenti hodie videmus uti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, atque Epiſcopos illos, qui ex Regularibus ad eam dignitatem provecti ſunt: Romanum vero Pontificem birro abſque tunica ſuper lineam, ſed ſerico atque rufo, interdum vero albo pro temporis ratione. Porro ex dignitatis ordine birrum pretioſius fuiſſe, Auguſtini ſententia dictum eſt. Quid autem hæc indumenta myſticum præſeferrent, relinquimus aliis. At de his hactenus.

XLV. Memoriæ S. Cypriani.

Quod vero pertinet ad martyris Cypriani memoriam, quam poſteri honorificentiſſime omni officiorum genere ſunt proſecuti; auctor eſt Victor Uticenſis (*a*) Epiſcopus, duas inſignes baſilicas, veluti egregia tanti viri victoriæ monumenta, fuiſſe erectas; alteram ad Sexti, ubi ſanguinem fudit; alteram vero in Mappalienſi via, ubi fuit ſepulturæ mandatus. Sed locus ille ubi ſanguinem fudit, a majoribus Menſa Cypriani appellatus reperitur: de qua hæc Auguſtinus (*b*): *In eo quippe loco, ubi poſuit carnis exuvias, ſæva tunc multitudo convenerat, quæ propter odium Chriſti ſanguinem funderet Cypriani; ibi hodie venerans multitudo concurrit, quæ propter natalem Cypriani bibit ſanguinem Chriſti; & tanto dulcius in illo loco propter natalem Cypriani bibit ſanguinem Chriſti, quanto devotius ibi propter nomen Chriſti ſanguinis effuſus eſt Cypriani. Denique ſicut noſtis, qui-*

(*a*) *Victor. de perſec. Vvand. lib.* 1.

(*b*) *Aug. de diverſ. ſerm.* 113.

Menſa Cypriani.

cumque Carthaginem noſtis, in eodem loco menſa Deo conſtructa eſt, tamen menſa dicitur Cypriani; non quia ibi eſt umquam Cyprianus epulatus, ſed quia ibi eſt immolatus; & quia ipſa immolatione ſua paravit hanc menſam, non in qua paſcat, ſive paſcatur; ſed in qua ſacrificium Deo, cui & ipſe oblatus eſt, offeratur. Sed ut menſa illa, quæ Dei eſt, etiam Cypriani vocetur, hæc cauſa eſt, quia ut illa modo cingitur ab obſequentibus, ibi Cyprianus cingebatur a perſequentibus: ubi nunc illa ab amicis orantibus honoratur, ibi Cyprianus ab inimicis frementibus calcabatur: poſtremo ubi illa erecta eſt, ibi proſtratus eſt. Hucuſque Auguſtinus, quibus ſolitum exhiberi martyribus cultum perbelle demonſtrat; nimirum Eccleſiam, & ibi Deo altare, in quo ſacrificium offerretur, erigi ſolitum, & de eo Fideles ad diem natalem martyris confluentes ſacratiſſimam Euchariſtiam participare. At non ſolum Eccleſia Africana, ſed & totus Catholicus orbis Cypriani memoriam proſecutus eſt; cum tam Occidentales quam Orientales natalem diem ejus annua celebritate frequentent, ut Gregorius Nazianzenus eſt teſtis, qui in ejus die natali egregiam in ejus laudem habuit orationem: ſed de aliis ejus memoriis alibi in futurum. Qui autem Cypriano in ſede Carthaginenſi ſubrogatus fuerit; quantum ex Optato (*c*) Milevitano colligere licet, ſucceſſit eidem Lucianus; poſt Lucianum vero Menſurius, qui tempore Diocletiani ſedit; cui Cæcilianus ſubrogatus eſt.

Cultus martyrum.

Succeſſores S. Cypriani.

(*c*) *Optat. Milevit. contra Parmen. lib.* 1.

XLVI. De Cypriani ſcriptis.

Cæterum cum lucubrationes ab eo relictæ, ore omnium in Eccleſia ſint celebratæ; quidnam autem eſt quod Gelaſius Papa in Romano Concilio, ſtatuto canone de libris apocryphis, cenſuerit Cypriani Opuſcula apocrypha eſſe? At per Opuſcula certe non alia ab eo eſſe opera ſignificata, quam editos ab illo de rebaptizatione hæreticorum tractatus, exiſtimamus; qui uno volumine, Opuſculorum titulo inſcripto, continerentur. In eamdem quoque claſſem apocryphorum rejicitur ab eodem liber, cujus erat titulus, de Pœnitentia Cypriani. Illis igitur demptis, quibus adverſatus eſt Stephano; reliqua ſunt ejuſmodi (quod dictum eſt ſuperius) quæ cum Latini, tum Græci fuerint inoffenſo pede magna admiratione ſectati; ut merito de eo Prudentius (*d*) hos cecinerit verſus:

(*d*) *Prudentius hym.* 13.

De-

PAGIUS Nam ea unius *Macriani* ſuaſu primo incepit: nunc autem ab eodem incitatus Imperator, cum ei totam Rempublicam certe militarem credendam eſſe duxit, multo in Chriſtianos acerbior & crudelior evaſit. Atque ita tandem: *Reſcripſit Valerianus ad Senatum, ut Epiſcopi, Presbyteri, & Diacones animadvertantur; Senatores vero & viri egregii, & equites Romani, dignitate amiſſa, etiam bonis ſpolientur*, &c. ut habet Cyprianus in Epiſtola ad Succeſſum, quæ nunc LXXX. eſt, Pamelio vero LXXXII. ſcripta.

Elogium de ſcriptis S. Cypriani.

Deſine flere bonum tantum: tenet ille regna cœli,
Nec minus involitat terris, nec ab hoc recedit Orbe:
Diſſerit, eloquitur, tractat, docet, inſtruit, prophetat:
Nec Libyæ tantum populos regit, exituſque in ortum
Solis & uſque obitum, Gallos fovet, imbuit Britannos,
Præſidet Heſperiæ, Chriſtum ſerit ultimis Iberis:
Denique doctor humi eſt: idem quoque martyr in ſupernis:
Inſtruit hic homines, illinc pia dona dat patronus.

Sed & Caſſiodorus, qui poſt Gelaſium vixit, exceptis illis quæ ab eo de ratione baptiſmatis ſcripta ſunt, cætera edita diverſis epiſtolis & opuſculis monumenta digno commendat encomio.

XLVII.

Quo die paſſus eſt S. Cyprianus apud Charthaginem, eodem quoque die & loco martyrium ſubiiſſe quatuor ſanctos martyres, Creſcentianum, Victorem, Roſulam, & Generalem, teſtantur (*a*) tabulæ Eccleſiaſticæ. Adeo namque incaluerunt corda Fidelium martyrio Cypriani, ut omnes optarent una cum ipſo mori, ac pariter coronari. Sed & illud fecit plane mirandum ſanguis ejus effuſus, ut divitiarum poſſeſſores, quos idem Cyprianus (ut ſuo loco demonſtratum eſt) ingemuit in perſecutione ſub Decio, ne divitiarum ſuarum diſpendium paterentur, fidei feciſſe jacturam: magnis ſumptis animis, forti conſtantia, Chriſti amore ſuccenſi, divitias ut lutum contempſerint, inſuper & vitam ejus exemplo prodegerint. Ingentem porro collegiſſe proventum ex Cypriani martyrio Eccleſiam Africanam, S. Auguſtinus (*b*) cum de die natali ejus tractaret in populo, teſtatur his verbis: *Inde tam magnum & electum granum hic beatiſſimus Cyprianus; quam multi divites tunc contempſerunt quod habuerunt, &c.*

(*a*) *Martyrolog. Rom. & alia die* 14. *Sept.*

Lapſi iterum pugnant.

(*b*) *Aug. de diverſ. ſerm.* 115.

XLVIII.

Paſſi ſunt, eadem perſecutione urgente, apud Carthaginem trecenti martyres nono Kalendas Septembris (*c*), quo tamen anno, ignoratur. At quoniam tum a Prudentio (*d*), tum ab aliis ejus rei geſtæ hiſtoria adjungitur ſimul martyrio Cypriani; de iiſdem hic agere, more majorum, conſultius viſum eſt. Clariſſimi tunc iidem effulſerunt martyres; qui inter alia ſupplicia, cum Præſes fornacem calcariam accendi juſſiſſet, & juxta eam tripodem, thuſque ſimul ac prunas exhiberi præcepiſſet, optionemque illis Proconſul dediſſet, ut vel Jovi thus incenderent, vel ipſi injicerentur in ignem; reſpuentes illi eam ut indignam oblatam conditionem, factoque potius quam verbo da-

(*c*) *Martyrolog. Rom. die* 24. *Auguſti.*

(*d*) *Prudentius hymn.* 13. Martyres dicti maſſa candida.

to reſponſo, in eamdem pariter ſententiam conſpirantes, ſeſe rapidiſſimo curſu, impellente divino Spiritu, in fornacem incenſam conjecerunt; atque igne ſuccenſi, calceque permixti, appellati ſunt Maſſa candida.

XLIX.

Porro horum memoria celebris viguit in Eccleſia Africana pariter & tranſmarina, animadverſaria ubique celebritate ſolemnis; in qua & S. Auguſtinus (*e*) ad populum tractatum habuit; celebrat eoſdem Prudentius (*f*) ſacro hymno. Cæterum ut hoc nomine iidem martyres dicerentur, Auguſtinus ait: *Maſſa dicta eſt de numeri multitudine, Candida de cauſæ fulgore.* Sed & ea plane cauſa præceſſit, quod in calcaria fornace iidem cremati cum eſſent, cineribus eorum calci permixtis, ex iis omnibus una candida maſſa conflata eſt. Trecentos hos fuiſſe numero, habent tabulæ Eccleſiaſticæ; ſed de numero & aliis pluribus in notationibus diximus; verum fefellit plures ſcriptus titulus, dum Pontius auctor Actorum illorum citatur. Qui autem ex Eccleſiæ Carthaginenſis miniſtris poſt Cyprianum martyrium ſubierint, ſequenti anno (quod ratio temporis poſtulat) dicturi ſumus.

(*e*) *Aug. de diverſ. ſerm.* 112.

(*f*) *Prudentius hymn.* 13.

L. De Novatiano aſſerto martyre.

Hic autem dicere non prætermittimus, faſtu glorioſos Novatianos falſo jactare ſolitos, Novatianum ſchiſmaticum, ſuæ ipſorum ſectæ auctorem, ante S. Cyprianum martyrium conſummaſſe; ſed id ex nullis Actis prodidere, quæ in re adeo comperta nec fingere potuerunt, niſi ex verbis quibuſdam (ut dicebant) Cypriani, quæ a Symproniano Novatiano jactari Pacianus (*g*) ad eum ſcribens, tradit his verbis; *Nam quod ante paſſum Novatianum putas, & Cyprianum dixiſſe ſubjungis: Præceſſit me adverſarius meus; vide quam manifeſto reſpondeam: Novatianus martyrium numquam tulit; nec ex verbis Cypriani auditum iſtud, aut lectum eſt: habes ejus epiſtolas:* & inferius: *Porro etiam ſi paſſus eſt aliquid Novatianus, non tamen etiam occiſus; etiam ſi occiſus, non tamen coronatus. Quid ni? extra Eccleſiæ pacem, extra concordiam, extra eam matrem, cujus portio debet eſſe qui martyr eſt, &c.* & paulo poſt de Cypriano vere martyre:

(*g*) *Pacianus de Cathol. nomine epiſt.* 2.

LI. Cypriani martyrium in communione Eccleſiæ.

Cyprianus autem in concordia omnium, in pace communi, in confeſſorum grege paſſus eſt, & ſæpe confeſſus iteratis perſecutionibus, & multa laceratione vexatus, & noviſſime ſalutari calice propinatus eſt; hoc fuit coronari. Quare ſibi habeat Novatianus epiſtolas ſuas, ſibi tumorem, ſibi ſuperbiam, qua dum in altum levatur, eliſus eſt: dum nemini parcit effuſus: Hæc Pacianus. Socrates (*h*) & ipſe Novatianus, Novatianum ſuum quem Novatum nominat, martyrio ſub Valeria-

(*h*) *Socrat. lib.* 4. *cap.* 23.

no occubuiſſe teſtatur; ſed ſicut nec Sympronianus, nullo certo id affirmat auctore. Sane quidem ſicut de nonnullis Marcionitis, qui martyrium ſubierunt, & aliis diverſarum hæreſum aſſertoribus ſcriptores Eccleſiaſtici abſque invidia ſcriptis prodiderunt: non exiſtimandum de Novatiano tacuiſſe, ſi id aliquo modo factum noviſſent; ſicut S. Hieronymus dum de eo ait, ſcriptos hos reliquiſſe libros *de Paſchate, de Sabbato, de Circumciſione, de Sacerdote, de Oratione, de Cibis Judaicis, de Inſtantia, de Attalo, de Trinitate grande volumen, quaſi ἐπιτομὴν operis Tertulliani faciens; quod plerique neſcientes, Cypriani exiſtimant*: Hæc Hieronymus. At de Novatiano hactenus.

LII. De Ingenuo.

Hoc eodem anno, iiſdemque Conſulibus Fuſco & Baſſo, Ingenuus, qui Pannonias tunc regebat a Mæſiacis legionibus Imperator appellatus eſt; ſed per Celerem Verianum victus atque proſtratus eſt, ulciſcente Gallieno ſeveriſſime in omnes, uſque ad ſenes & pueros, qui ab ejus parte ſtetiſſent; ſed hæc fuſius Trebellius (*a*) Pollio.

(*a*) *Trebell. Poll. de 30. Tyran. in Ingen.* 8.

LIII. De epiſtola Dionyſii.

Iiſdem quoque Conſulibus ſed mendoſe poſitis, data reperitur Dionyſii epiſtola ad Urbanum Præfectum, hominem Chriſtianum; ſed cum quarto Nonas Februarii data ponatur, niſi in menſem error irrepſit, alterius potius quam Dionyſii eſſe convincitur; nam eo tempore Sixtus Pontifex adhuc ſuperſtes erat.

JESU CHRISTI ANNUS 262. DIONYSII PAP. ANNUS 2. VALER. & GAL. IMPP. ANNUS 8.

I. De anni hujus Conſulibus.

CHriſti anno ducenteſimo ſexageſimo ſecundo perperam Faſtis a Caſſiodoro & aliis eum ſecutis Fulvius Æmilianus & Pomponius Baſſus, varia (ut puto) deſcriptione deceptis, ponuntur Conſules; eoſdem enim eſſe reor cum Conſulibus anni ſuperioris; nam de Pomponio Baſſo conſtat, & pro Fuſco Fulvium poſitum exiſtimamus (ut ſæpe accidere conſuevit) cui fuerit quoque cognomentum Æmilianus: niſi loco Memmii, Æmilianus ſit poſitum; cum præſertim Conſulatus Baſſi cum Æmiliano, non ſecundus notatus in antiquis monumentis habeatur, ſicut adſcribendus erat, ſi diverſus a priore fuiſſet. In Codice namque Juſtiniani Baſſus ſemel tantum cum collega Æmiliano Conſul poſitus (*b*) invenitur; hæc enim quam veriſſima eſſe, quæ dicturi ſumus, perſpicue demonſtrabunt. Hoc namque anno adſcribendos eſſe Conſularibus Faſtis Gallienum quarto & Valerianum *, tum epiſtola Valeriani Imperatoris ad Aurelianum, tum ejus quoque acta a Flavio Vopiſco narrata (*c*), ſatis aperte ſignificant; quæ auctor his verbis recitat: *Ex libris Acholii, qui Magiſter admiſſionum Valeriani Principis fuit, libro Actorum ejus nono. Cum conſediſſet Valerianus Auguſtus in Thermis apud Byzantium, præſente exercitu, præſente etiam officio Palatino, aſſidente Memmio Fuſco Conſule ordinario*: & poſt recenſita nomina aliorum, in ejus ad Aurelianum allocutione hæc habet: *Te Conſulem hodie deſigno, ſcripturus ad Senatum, ut tibi deputet ſcipionem, deputet etiam faſces*: Ita ibi. Videas ex his plane Aurelianum anno ſuperiori ſub Conſulatu Memmii Fuſci Conſulem fuiſſe deſignatum, ſed ſuffectum, non ordinarium. Quibuſnam vero ſufficiendus eſſet, epiſtola ejuſdem Valeriani Imperatoris ad eum ſcripta declarat his verbis: *Conſulatum*

(*b*) *L. ſi ſervus. C. quod cum eo.*

* *al.* Voluſianum.

(*c*) *Vopiſc. in Aureliano.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5752.

SÆC. III. Anno Urbis 1012. Olymp. 250. an. 3. A. C. 259.

⊙ 16. B. ☽ 13. P. 28. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 259. *ſecund Baronium vacat.*

DIONYSII PAPÆ 1.

VALERIANI ET GALLIENI IMPP. 7.

I. *Conſules.*

[1] COss. *Æmilianus & Baſſus*, ut teſtantur libellus de Præfectis Urbi, Fragmentum Conſulare, quo uſus Cuſpinianus, Faſti Græci

tam Theonis, quam Heraclii, Faſti Idatiani, & varia reſcripta Codicis Juſtinianei ab Em. Card. Noriſio in Diſſert. de Votis Decennalibus cap. 5. & Pearſonio in Annalibus Cyprianicis citata; in quibus omnibus reſcriptis, libriſque *Baſſus* ſine numerali nota effertur. Quare idem non eſt cum *Baſſo* anno præcedenti Conſule, ut putabat Onuphrius in Faſtis. Neque enim duo Conſulatus non interrupti aliis, quam Auguſtis & Cæſaribus concedebantur. Cum autem in Diſſert. Hypatica tanquam principium certiſſimum ſtatuerim, Conſules omnes, quibus Leges, tam Codicis Juſtinianei, quam Theodoſiani notantur, ordinarios fuiſſe, liquet, Conſulatum Æmiliani &

NOTÆ [1] COſſ. *Æmilianus & Baſſus*. Sine prænominibus ac nominibus, præter extremum, quod ea numquam ſint hactenus detecta; nam in libris juris: *Æmiliano & Baſſo*. ut & in Faſtis vulgatis. Suffecti hoc anno conſules Pagio videntur: *Ulpius Crinitus, & Aurelianus*. *Ulpius Crinitus* conſul ordinarius ſtatuitur a Blanchino A. D. 238.

latum cum eodem Ulpio Crinito in annum ſequentem a die undecimo Kal. Junii-arum in locum Gallieni & Valeriani ſperare te convenit ſumptu publico: Hæc Acta.

II. Reſtituuntur faſti.

Si igitur anno ſuperiori Aurelianus Conſul eſt deſignatus in præſentem annum, ſufficiendus una cum Crinito a dicta die & menſe, Gallieno atque Valeriano conſulibus ordinariis; apertiſſime plane ſignificatur hoc anno adſcribendos eſſe Gallienum quarto Conſulem, atque Valerianum minorem, quem alii legunt Voluſianum. Quos quidem Conſules magno ſane præjudicio rectæ chronologiæ, ex qua etiam hiſtorica veritas confirmatur, alii rejecerunt poſt ſequentem annum: cum iidem non præſentem tantum annum dictis Conſulibus falſo appoſitis inſcribant, ſed & ſequentem Conſulatu Sæcularis atque Donati perperam notent. Nec eſt quod poſt ſequentem annum Gallieni & Valeriani Conſulatus poſſit Faſtis adſcribi: quos anno præterito conſtat fuiſſe Conſules deſignatos, & hoc anno poſt dictum Memmii Fuſci Conſulatum apparet fuiſſe creatos Conſules ordinarios, quibus menſe Junio ſuffecti ſunt Aurelianus atque Crinitus. Nec eſt rurſum quod quis vel fingere poſſit dictas litteras de eorumdem ſuffectione datas eſſe a Valeriano Imperatore anno ſequenti; quem liquet hoc ipſo anno a Perſis victum atque captivum ductum, ut inferius ſuo loco teſtificationibus apertiſſimis demonſtrabimus.

III. Conſulatus Gallieni tertius cum Valeriano.

(*a*) *Apud Addl. lib. Antiq. nuniſ. Rom. Imp.*

Exploſis igitur tum a præſenti tum a ſequenti anno Conſulibus adſcititiis; recipiant Faſti Conſulares ſuos legitimos Conſules ordinarios, Gallienum quarto atque Valerianum juniorem; cujus quidem Conſulatus Gallieni ejuſmodi extat inſcriptio (*a*); IMP. GALLIENUS P. F. AUG. P. M. TR. P. VIII. COS. IV. P. P. ſicque jure cum anno ejus Imperii octavo, ex octava Tribunitia poteſtate monſtrata, jungatur ejus quartus Conſulatus. Habes hic quoque, lector, exacte (ni fallimur) redditam rationem noſtræ ex Faſtis Conſularibus etiam recte deductæ per annos ſingulos chronologiæ; eam-

demque aliis innumeris teſtificationibus ſuperius, tam primo quam hoc ſecundo tomo Annalium confirmata; ſimulque etiam declaratum, quam longe a veritatis ſcopo aberrare neceſſe ſit, qui dictos addiderunt duos ſupervacaneos Conſulatus.

IV. Perſecutio magis ſævit in Africa.

Quod vero ad res geſtas anni hujus pertinet: aucta novis edictis in Chriſtianos perſecutio, in reliquos Eccleſiarum miniſtros graſſari non deſtitit; nos modo cœptam ſemel proſequimur hiſtoriam de Eccleſia Africana. Quoniam vero (ut dictum eſt) Galerius Maximus Proconſul in Africa poſt Cypriani martyrium defunctus eſt; Solon Procurator Fiſcalis cœptam ab eo perſecutionem novo mandato Imperatorum, in Eccleſiam Carthaginenſem auxit majoribus incrementis. Quid autem ſub ipſo, antequam Roma alius cum faſcibus mitteretur Proconſul, Carthagine actum ſit, epiſtola a confeſſoribus ab ipſo in carcerem detruſis, & in eodem quoque carcere ſcripta, ſignificat; quam ex antiquioribus ſcriptis codicibus erutam, & collatione facta cum ea quæ edita (*b*) eſt, ut fideliſſimam, omnique ex parte ſibi conſtantem, hic attexere ut inſigne antiquitatis monumentum, perutile, jucundum, gratumque fore exiſtimamus; quippe quæ ab iis ſcripta eſſe reperiatur, qui S. Cypriani doctrinæ ac diſciplinæ aſſueverunt, utpote qui diſcipuli ejus fuiſſent, eoque uſi ſint familiariſſime. Eſt autem hujuſmodi:

(*b*) *Apud Sur. tom. 1. die 24. Feb. & MS. cod.*

V. Epiſtola confeſſorum.

Lucius, Montanus, Flavianus, Julianus & Victoricus &c. fratribus univerſis ſalutem. Dilectiſſimi fratres, nobis nihil aliud eſt agendum, quam ut de ſervis Dei & Chriſto ejus dicamus, & de multitudine fratrum cogitandum; qua quidem ratione hic amor per hoc officium ad has non ſcribendas impulerit litteras, ut fratribus poſt futuris, & magnificentiæ Dei fidele teſtimonium, & laboris tolerantiam per Dominum, memoriam relinqueremus. Poſt popularem tumultum, quem ferox vultus Præſidis in necem concitavit, poſtque ſequentis diei acerrimam perſecutionem Chriſtianorum, apprehenſi ſumus Lucius, Montanus, Flavianus, Julianus,

& Baſſi omnino retinendum eſſe. Baronius e Faſtis expungere eum non potuit, quin annum illi reſpondentem etiam abjiceret. Quare in poſterum non triennio, ut antea, ab Era vulgari diſtabit, imo neque biennio, ut ei ante Imperium Decianum mox fuit, ſed unico tantum anno, quod, ut viſuri ſumus, anno ſequenti alium Conſulatum reſecarit. At dicit Baronius, in Codice Juſtinianeo *Baſſus* ſemel tantum cum Collega Æmiliano poſitus invenitur, & *Æmilianus* idem fuit cum Aurelio Memmio Fuſco, *cui fuerit quoque cognomentum Æmilianus*. Verum Æmiliani & Baſſi Conſulatus non tantum ſæpius in eo Codice memoratus; ſed etiam ter in Excerptis Codicis Gregoriani, ideoque a Conſulatu Tuſci & Baſſi ſæpius in Legibus Codicis Juſtinianei, etiam expreſſo diverſus, ut ex dictis conſtat.

II. Conſulatus Gallieni & Valeriani, de quo Vopiſcus, ſuffectus fuit. Baron. ann 262. n. 2.

Baronius, Petavius & Cointius Æmiliani & Baſſi loco *Gallienum IV.* & *Valerianum* (Cæſarem nempe) proponunt, Æmiliano & Baſſo a Baronio penitus rejectis, & a Petavio Cointioque in alios annos dilatis. Hujus Faſtorum inverſionis & perturbationis cauſa & origo, locus Vopiſci in Aureliano cap. II. ubi Valerianus Aurelianum alloquens ait: *Conſulatum cum eodem Ulpio Crinito in annum ſequentem a die undecimo Kalendarum Juniarum in locum Gallieni* &

Victoricus, Primolus, Renus, & Donatianus catechumenus, qui baptizatus in carcere, statim spiritum tradidit; nec non & circa Primolum similis consummationis exitus contigit; nam & ipsum ante paucos menses habita confessio baptizavit.

VI. * *al.* Regionates. Oratione dilatum martyrium.

*Igitur apprehensis nobis, & apud Regionantes * in custodia constitutis sententiam Præsidis milites nunciabant, quod die hesterno ardentem nobis interitum minaretur. Nam (ut postea quoque verissime cognovimus) exurere nos vivos cogitavit. Sed Dominus, qui solus de incendio servos suos potest liberare, in cujus manu sermones & corda sunt Regis (a), furentem a nobis Præsidis sævitiam avertit; & incumbentes precibus assiduis tota fide, statim, quod petivimus, accepimus, accensusque in exitium nostræ carnis ignis extinctus est, & flamma caminorum ardentium Dominico rore sopita est. Nec difficile credentibus fuit, nova posse ad vetera exempla contingere, Domino in spiritu pollicente, quia qui gloriam istam operatus est in tribus pueris (b), vincebat & in nobis.*

(a) Prov. 21.

(b) Daniel. 3.

VII. Confessores detrusi in carcerem.

Tunc a proposito suo, Domino volente, confractos, mitti nos in carcerem jussit; quo deducti non expavimus fœdam illam loci caliginem; moxque carcer tenebrosus, spiritu prælucente, resplenduit; & contra obscuritatis deformia, & cæca nocte contecta, instar diei, fidei devotio candida luce vestivit; & sic ad summum descendebamus locum pœnarum, quasi ascenderemus in cœlum. Quales illic dies duximus, quales transegerimus noctes, exponi nullis sermonibus possunt, nec tormenta carceris ulla affirmatione capiuntur. Sed veremur atrocitatem loci, ut est, dicere; quia ubi tentatio est grandis, ille ibi major est, qui eam vincit in nobis, & non est pugna, in qua non sit, Domino protegente, victoria. Nam & occidi, servis Dei leve est; ideo mors nihil est, cujus aculeos convellens, contentionemque devincens Dominus, per Crucis trophæum triumphavit: sed & causa nulla armorum est, nisi quando miles armandus est; nec armatur, nisi quando congressio est: & in coronis nostris præmium: ideo est, quia certamen præcessit; nec datur palma, nisi congressione perfecta. Sed paucis diebus visitatione fratrum nos refrigeravimus; nam omnem noctis laborem diei solatium lætitiaque abstulit.

VIII. Visio de martyribus.

Tunc Reno, qui nobiscum fuerat, somno apprehenso, ostensum ei est, produci singulos; quibus prodeuntibus lucernæ singulæ præferebantur; cujus autem lucerna non præcesserat, nec ipse procedebat; & cum processimus nos cum lucernis nostris, expergefactus est. Et ut nobis retulit, lætati sumus, fidentes nos cum Christo ambulare, qui est lucerna pedibus nostris, & sermo Dei (c). Post ipsam noctem dies nobis hilaris augebatur; & continuo, eadem die, subito rapti sumus ad Procuratorem, qui defuncti Proconsulis partes administrabat. O diem lætum! gloriam vinculorum! o optata votis omnibus catena! o ferrum honorabilius atque pretiosius optimo auro! o stridor ille ferri, qui strepebat dum trahitur per aliud ferrum, & loqui nostrum futurum solatium videbatur! Atque ne hac jucunditate tardius frueremur, a militibus, ubinam nos Præses audire vellet, huc atque illuc per totum forum circumducti sumus. Tunc nos in Secretarium vocavit, quia necdum hora passionis advenerat, unde prostrato diabolo, victores sumus in carcerem reversi, & ad alteram victoriam reservati.

(c) Psal. 118.

IX. Fame cruciantur martyres.

*Hoc itaque prælio victus diabolus, ad alteras se astutias vertit, fame nos & siti tentare molitus; & hoc suum prælium multis diebus fortissime gessit; ita ut quod magis secum facere adversarius putabat, quod ægrotabant corpora ob Solonem Fiscalem, qui aquam frigidam post laborem non daret. Hic autem labor, hæc inopia, hoc necessitatis tempus ad Deum pertinuit, dilectissimi fratres; nam qui nos tentari voluit, ipsum ut * alleviationem in ipsa tentatione haberemus, se ostendit. Nam Victori presbytero, commartyri nostro, qui statim post hanc eamdem visionem passus est, ostensum est hoc. Videbam, inquit, puerum huc in carcerem introisse, cujus fuit vultus perlucidus super splendorem enarrabilem; qui nos deducebat per omnia loca, ut exiremus; egredi tamen non potuimus: & ait mihi: Adhuc modicum laboratis; quia*

* *al.* allocutionem.

X. Visio alia. Visiones Martyrum.

De hoc enim sorori nostræ Quartillosiæ hic nobiscum positæ ostendit, cujus mulieris & maritus & filius ante triduum passi erant. Ipsa quoque hic residens, propinquitatem suam velociter subsecuta est; quæ in hunc modum, quod vidit, exposuit: Vidi, inquit, filium meum, qui passus est, venisse ad carcerem, qui sedens super labrum aquarium, ait: Vidit Deus pressuram vestram & laborem. Et post hunc introvit juvenis miræ magnitudinis, qui ferebat phialas duas singulis manibus, easque lacte plenas, & ait: Bono animo estote; commemoratus est vestri Deus. Et ex phialis illis, quas ferebat, dedit omnibus bibere; quæ phialæ non deficiebant. Et subito ablatus est lapis, qui fenestram dividit medius; sed & claræ fenestræ, ipso medio sublato, liberam cæli faciem admiserant. Et posuit juvenis ille, qui ferebat phialas, unam ad dexteram, & alteram ad sinistram, & ait: Ecce & satiati estis, & abundat, & tertia adhuc phiala superveniet vobis.

XI. Herennianus Subdiaconus Cypriano notus.

Et abiit altera dies, quæ post hanc visionem eluxit. Expectantes autem eramus horam illam, quando fiscalis non cibus, sed penuria & necessitas inferretur; quia cibus nullus nobis suberat; nam & altera die jejuni manseramus. Subito autem, ut sitientibus potus, & esurientibus cibus desiderantibus martyrium obvenit; ita laboribus nostris refrigerium Dominus per Lucianum carissimum nobis præbuit, qui disrupto catenarum obice, velut per duas phialas, per Herennianum hypodiaconum & Januarium catechumenum, alimentum indeficiens omnibus ministravit.

XII.

Sed antequam ulterius progrediamur, hic meminisse lector debet, in ultimis litteris ad Cyprianum a confessoribus in metallis agentibus scriptis, haberi mentionem de Herenniano hypodiacono; at hunc illum ipsum esse putamus, per quem Cyprianus anno superiori, cum exul esset, pecuniarum subsidia misit ad eosdem confessores ad metalla damnatos. Porro ipsum nomen, par ministerium, facer ordo, ac denique tempus, hunc eumdem esse cum illo, ut dicamus, facile persuadent; mentio ejus est in tribus (*b*) epistolis ad Cyprianum ab illis tunc datis. Sed & ex collega idem cum illo esse deprehenditur; nam qui hic Lucianus nominatur, idem ille videtur esse, qui tunc eadem cum Herenniano ministeria exhibens, in dictis epistolis Lucanus scriptus habetur; sed ad epistolam martyrum redeamus:

(b) Apud Cypr. epist. 78. 79. 80.

XIII. Admonitio confessorum.

Hoc subsidium ægros & laborantes nimium suffulsit; eos quoque qui per eumdem laborem, hoc est, per incommodum Solonis Fiscalis & penuriam frigidæ aquæ in ægritudinem jam inciderant, ab infirmitate revocavit; cujus tam gloriosis operibus omnes apud Deum gratias agimus. Jam nunc dilectissimi fratres, & de amore quem in nos invicem habemus, aliqua dicenda sunt. Nec instruimus, sed admonemus; quia sicut simul unanimes fumus, ita apud Dominum una vivimus, & oramus. Tenenda est concordia charitatis; & dilectionum vinculis inhærendum est; tunc diabolus prosternitur, tunc a Domino quicquid postulatur accipitur, ipso pollicente ac dicente (c): Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcumque petierit a Patre meo, continget vobis. Nec alio modo vitam æternam accipere, & cum Christo regnare poterimus, nisi fecerimus quod præcepit faciendum; pro quo & vitam promisit & regnum. Eos denique hæredi-

(c) Mat. 19.

quia nunc impedimini; sed confidite, quia ego vobiscum sum; & adjecit: Dic illis, qui gloriosiorem coronam habebitis. Nec non ad Deum suum spiritus properans, & anima jam proxima passioni sedes suas requisivit: nam hunc eumdem Dominum de paradiso interrogavit, ubi esset. Cui ille ait: Extra mundum est. Ostende illum, inquit, mihi. Qui ait illi: Et ubi erit fides? Cumque hic per humanam pusillitatem diceret, Quod mihi mandas, tenere non possum. Dic signum quod eis dicam. Respondit ei Dominus, & ait: Dic illis signum Jacob. Lætandum est, fratres dilectissimi, ut Patriarchis, etsi non justitia, laboribus adæquari possimus. Sed qui dixit: Invoca me in die pressuræ, & eximam te, & clarificabis me (a); ad clarificationem fuit flexus: post preces ad se habitas commemoratus est nostri, prius miserationis suæ denuncians munus.

(a) Psal. 49.

Et abiit altera dies, quæ post hanc visionem eluxit. Expectantes autem eramus horam illam, quando fiscalis non cibus, sed penuria & necessitas inferretur; quia cibus nullus nobis suberat; nam & altera die jejuni manseramus. Subito autem, ut sitientibus potus, & esurientibus cibus desiderantibus martyrium obvenit; ita laboribus nostris refrigerium Dominus per Lucianum carissimum nobis præbuit, qui disrupto catenarum obice, velut per duas phialas, per Herennianum hypodiaconum & Januarium catechumenum, alimentum indeficiens omnibus ministravit.

Sed antequam ulterius progrediamur, hic meminisse lector debet, in ultimis litteris ad Cyprianum a confessoribus in metallis agentibus scriptis, haberi mentionem de Herenniano hypodiacono; at hunc illum ipsum esse putamus, per quem Cyprianus anno superiori, cum exul esset, pecuniarum subsidia misit ad eosdem confessores ad metalla damnatos. Porro ipsum nomen, par ministerium, facer ordo, ac denique tempus, hunc eumdem esse cum illo, ut dicamus, facile persuadent; mentio ejus est in tribus (*b*) epistolis ad Cyprianum ab illis tunc datis. Sed & ex collega idem cum illo esse deprehenditur; nam qui hic Lucianus nominatur, idem ille videtur esse, qui tunc eadem cum Herenniano ministeria exhibens, in dictis epistolis Lucanus scriptus habetur; sed ad epistolam martyrum redeamus:

Hoc subsidium ægros & laborantes nimium suffulsit; eos quoque qui per eumdem laborem, hoc est, per incommodum Solonis Fiscalis & penuriam frigidæ aquæ in ægritudinem jam inciderant, ab infirmitate revocavit; cujus tam gloriosis operibus omnes apud Deum gratias agimus. Jam nunc dilectissimi fratres, & de amore quem in nos invicem habemus, aliqua dicenda sunt. Nec instruimus, sed admonemus; quia sicut simul unanimes fumus, ita apud Dominum una vivimus, & oramus. Tenenda est concordia charitatis; & dilectionum vinculis inhærendum est; tunc diabolus prosternitur, tunc a Domino quicquid postulatur accipitur, ipso pollicente ac dicente (c): Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcumque petierit a Patre meo, continget vobis. Nec alio modo vitam æternam accipere, & cum Christo regnare poterimus, nisi fecerimus quod præcepit faciendum; pro quo & vitam promisit & regnum. Eos denique hæredi-

(b) Apud Cypr. epist. 78. 79. 80.

(c) Mat. 19.

PAGIUS *& Valeriani sperare te convenit.* Quæ designatio, Memmio Fusco Consule ordinario anno præcedenti, Byzantii facta, ut tunc ostendimus, & tanquam certissimum Baronius, Petavius & Cointius ponunt. Quare cum alium Gallienum, quam Gallienum Augustum, aliumque Valerianum, quam Valerianum Augustum, & Valerianum ejus filium non agnoscerent, hunc que Valerianum juniorem jam Cæsarea dignitate exornatum fuisse, ac præterea apud Vopiscum sermonem esse de Consulatu ordinario Gallieni Augusti & Valeriani Cæsaris, existimarent, ex Vopisco manifestissimum fieri concluserunt, post Consulatum Memmii Fusci anno præcedenti gestum, Gallieni Augusti IV. & Valeriani Cæsaris Consulatum omnino edendum esse. Verum jam in prima parte Differt. Hypaticæ demonstravi, in præfato Vopisci loco sermonem esse de Consulatu suffecto Gallieni junioris Cæsaris, Gallieni Augusti filii, & Valeriani ejus patrui, qui tantum ultimis Gallieni Imperatoris annis Cæsar nuncupatus est. Et quia ex hac licentia in eradendis, commutandis, transponendisve Fastis, Christiana Chronologia per hæc temporum prorsus labefactata fuerat, ad eam in integrum clarius certiusque restituendam aliqua huc ex eadem Dissertatione in hanc Criticam transferenda.

III.

Valeriano Augusto duo filii fuere; *Gallienus*, qui

PAGIUS

Genealogia Valeriani senioris.

qui cum ipso, & post ipsum imperavit, ac *Valerianus*, in Nummis appellatus *P. Licinius Valerianus*, quem Gallienus Augustus aliquot annis post patris captivitatem primum Cæsarem, ac dein Imperatorem nuncupavit, ut suo loco videbitur. *Gallienus* Augustus duos pariter filios habuit, Valerianum, in Nummis *P. Licinium Cornelium Saloninum Valerianum* vocatum, & *Q. Julium Saloninum Gallienum*, post fratris mortem Cæsarem nuncupatum. Valerianum majorem natu Gallieni Augusti filium jam ab anno CCLV. Cæsarem appellatum ostendimus; & ne quis cum vulgari sententia dicat, Valerianum illum Cæsarem dictum, Gallieni Augusti fratrem, non filium fuisse, audiendus Victor in Epitome, qui de Valeriano Augusto loquens ait: *Hic filium suum Gallienum Augustum fecit, Gallienique filium Cornelium Valerianum Cæsarem.* Valerianus autem Gallieni Augusti frater nullibi Cornelius nominatus. Sed aliis mox argumentis patebit, eum diu post patris captivitatem ad Cæsaream dignitatem evectum esse. *Cornelius* porro Valerianus, *Gallienus* etiam dictus. Pollio librum de duobus Gallienis composuit, patre nempe Augusto & filio Cæsare, & in Valeriani Gallieni Augusti fratris Vita ait: *Saloninus filius etiam Gallieni, qui & Gallienus dictus est.* Tum in Salonino Gallieno inquit: *Multi cum Gallienum, multi*

veditatem Dei consequi, qui pacem cum fratribus tenuerunt; suo magisterio ipse Dominus enunciat, dicens (a): Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Quod exponens Apostolus ait (b): Ut simus filii Dei. Si autem filii, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: siquidem compatimur, ut commagnificemur. Si hæres non potest esse nisi filius; filius autem esse non potest nisi pacificus; hæreditatem Dei habere non poterit, qui pacem Dei rumpit. Et hoc non quasi non admoniti dicimus, aut sine divina ostensione suggerimus.

(a) Mat. 5.
(b) Rom. 8.

XIV. Nam cum Montanus cum Juliano habuisset sermones aliquos ob eam mulierem quæ ad communionem accessit *, quæ nec communicabat; cumque post correptionem quam in eam congesserat, in rigore ipso discordiæ mansisset; ostensum est eadem nocte Montano hoc: Visum est (inquit) mihi venisse ad nos Centuriones: cumque deducerent nos per viam longam, pervenimus in campum immensum, in quo occurrunt nobis Cyprianus & Leutius *. Pervenimus autem in locum candidum: & facta sunt vestimenta nostra candida, & caro nostra commutata candidior facta est vestimentis nostris candidis: ita autem pellucida fuit caro nostra, ut oculorum visum ad intima cordis admitteret. Et respiciens in pectus meum, video quasdam sordes; & experrectus sum in visione, & occurrit mihi Lucianus, & retuli illi visionem, & aio illi: Scis quoniam sordes illæ, illud est, quod non statim concordavi cum Juliano? & ad hoc experrectus sum.

* al. oppressit.
Montanus visione monetur.
* al. Lucius.

XV. Qua de re, fratres dilectissimi, concordiam, pacem, unitatem omni virtute teneamus. Enitamur jam hic esse, quod futuri sumus. Sic invitant justos promissa præmia; sic terret injustos pœna prædicta. Si cum Christo esse & regnare cupimus; quæ ad Christum & regnum ducunt, illa faciamus. Optamus vos bene valere: Hucusque confessorum in carcere detentorum & martyrii jam candidatorum epistola. Quid autem de illis, qui hæc scripserunt, subsecutum sit; eos qui iis aderant, oculisque spectarunt, ea perpetuæ memoriæ commendasse gaudemus: nam de rebus post-

ea gestis in hunc modum narrationem, perjucundam atque fidelem attexuerunt:

XVI. Acta martyrum. Hæc omnes de carcere simul scripserunt. Sed quia necesse erat omnem actum martyrum beatorum pleno sermone complecti; quia de se & ipsi minus dixerant, & Flavianus quoque privatum hoc nobis munus injunxit, ut quicquid litteris eorum deesset, adderemus: necessario aliqua subjunximus. Cumque per plurimos menses recluſi fuissent in carcere, & fame ac siti diu laborassent; tandem sero produci jubentur, & ad prætorium Præsidis admoveri. Et omnibus quidem gloriosa voce professis, cum Flaviani adjutorium reclamaret amore perverso, negans * eum diaconum, quod confitebatur; inter cæteros, idest, Lucium, Montanum, Julianum, Victoricum, dicta sententia est, Flavianusque rursus receptus est. Et quamvis haberet plenam dolorir materiam, quod scilicet de tam bono collegio separatus est, tamen fide & devotione, qua vixit, credebat id fieri quod Deus vellet; & tristitiam solitudinis destitutæ religione sapientiæ temperabat. Dicebat etiam: Cum cor (a) Regis in manu Dei sit, quæ causa mœroris est, aut quare succensendum putem homini, qui hoc loquitur, quod jubetur? Sed de Flaviano postmodum plenius. Quod vero ministri Ecclesiæ teneri a Præside jussi essent; qui amicitia & cognatione Flaviano conjuncti erant, apud Præsidem de illo dicebant, ut eum eriperent, quod non esset diaconus, cum ipse se diaconum esse sæpius profiteretur; quare factum est, ut rursum (quod diximus) duceretur in carcerem, & causa ejus plenius cognosceretur. Sed de eo dicturi postea; qui scripserunt, hæc prosequuntur:

* al. negans.
(a) Prov. 21.

XVII. Ducuntur Martyres. *Interim cæteri ducebantur ad victimæ locum; concursus undique Gentilium & omnium fratrum fuit; qui quamvis obsequentes aliis & cæteris Dei testibus pro religione & fide, quam Cypriano docente didicerunt; tunc tamen officio pleniore & copia majore convenerant. Erat illic videre martyres Christi, felicitatem gloriæ suæ vultus hilaritate testantes; ita ut possent provocare ad propriæ virtutis exempla, etiam si tacerent. Sed nec sermonis lar-*

PAGIUS *multi Saloninum in Historiis prodiderunt.* Imo Valerianus Augustus in epistola ad Antoninum Gallum Consulem scripta, quæ extat apud Vopiscum in Aureliano cap. 8. Cornelium Valerianum, seu Saloninum non alio, quam Gallieni nomine indigitat: *Culpas me familiaribus literis, quod Postumio filium meum Gallienum magis quam Aureliano commiserim; cum utique & severiori & puer credendus fuerit, & exercitus.* Ubi cum Gallienum puerum vocet, Saloninum intelligit, quem Postumio Valerianum Augustum commisisse certum; non vero Gallienum Augustum, ut perperam Casaubonus interpretatur.

Nec aliquem movere debet, quod *Saloninus* major natu filius Gallieni Augusti nunquam in Nummis Gallieni nomine appelletur; jam enim anno CCXXVI. de Ælio Vero Cæsare verba facientes demonstravimus, distinguendum esse usum vulgarem loquendi, a modo loquendi in Nummis usurpari solito, in cujus rei probationem non tantum adduximus exemplum *Saloninı* seu Valeriani Cæsaris, Caligulæ, qui nunquam in Nummis Latinis eo nomine appellatur; sed & aliorum. In Actis quidem publicis reperitur vocatus *Valerianus Cæsar*, nec forsan in iis alio nomine donabatur. Hæc verba quippe quæ leguntur in sententia adversus sanctum Cyprianum lata

IV. *Valerianus Gallieni Aug. filius Gallienus etiam dictus.*

largitas defuit; nam exhortationibus suis singuli plebem corroboraverunt. Et Lucium quidem, præter ingenitam lenitatem, & probam ac modestam verecundiam, infirmitas etiam gravis & labor carceris fregerat; ac propterea cum comitibus paucioribus solus ante processit, ne multitudo nimiæ pressuræ de fusione sanguinis invideret. Qui tamen & ipse non tacuit; sed comites suos, quo modo potuit, instruxit. Cui cum dicerent, fratres: Memento nostri. Vos, inquit, mei mementote. Quanta martyris humilitas de gloria sua, nec soli sub ipsa passione præsumere? Julianus quoque & Victoricus, insinuata diu fratribus pace, & commendatis omnibus clericis, maxime eis qui famem carceris visitaverant, ad passionis locum cum gaudio & sine pavore venerant.

XVIII. Montani Martyris vigor & disciplina. Sed enim Montanus corpore & mente robustus; quamquam & ante martyrium gloriosus, quicquid semper veritas postularet, constanter & fortiter dixerit, sine ulla exceptione personæ; tamen de martyrio proximo crescens, & prophetica voce clamabat: Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli. Et hoc frequenter iterabat; insinuans & inculcans, non licere, deserto Deo, ad simulacra & manu facta figmenta accedere. Hæreticorum quoque superbiam & improbam contumaciam retundebat; contestans eos, ut vel de copia martyrum intelligerent Ecclesiæ veritatem, ad quam redire deberent. Deinde lapsorum abruptam festinanter negotiationem (*) pacis, ad plenam pœnitentiam, & Christi sententiam differebat. Ex quibus sane potest intelligi, hos a S. Cypriano esse imbutos disciplina, dum lapsorum negotium nolunt perfunctorie pertractari; sed eos primum ad pœnitentiam redigendos, ut sic pacem Ecclesiæ valeant promereri, decernunt.

(*) al. negationem.

XIX. Montani exhortatio. Sed quid insuper Montanus martyr jam designatus? Subdunt: *Necnon integros quoque ad tutelam integritatis exhortans: State fortiter, fratres, & constanter militate, dicebat. Habetis exempla; nec vos lapsorum perfidia destruat ad ruinam, sed nostra tolerantia magis ædificet ad coronam. Virgines quoque singulas admonebat, ut sanctitatem suam tuerentur. Generaliter omnes docebat, ut præpositos venerarentur. Præpositis quoque ipsis concordiam pacis insinuans, nihil esse melius ajebat, quam præpositorum unanimem voluntatem: tunc & plebem posse ad sacra obsequia provocari, & ad vinculum dilectionis animari, si rectores plebis pacem tenerent. Hoc enim est propter Christum pati, Christum etiam exemplo sermonis imitari, & esse probationem maximam fidei, & exemplum grande credendi.*

XX. Vaticinium de Martyrio Flaviani. *Cum autem jam carnifex immineret, & gladius super cervices ejus, libramento nutante, penderet; expansis ille manibus ad Deum, voce clara, ita ut non tantum ad totius sanctæ plebis aures, sed ad Gentiles quoque ipsos sonus vocis evaderet, oravit, rogans & deprecans, ut Flavianus, qui per suffragium populi de comitatu eorum remanserat, sequeretur die tertio. Et quo precis suæ fidem faceret, manualem, quo oculos fuerat ligaturus, in partes duas discidit, & jussit alteram reservari, qua Flaviano oculi post crastinum ligarentur. Sed & in medio eorum in area solum servari jussit, ut nec sepultura consortio separaretur. Et perfectum est sub oculis nostris, quod Dominus (a) in Evangelio suo repromisit; ut qui tota fide peteret, quicquid peteret, impetraret; nam post biduum (secundum quod postulatum fuerat) Flavianus quoque productus, gloriam suam passione perfecit.*

(a) Mar. 11.

XXI. Martyris Flaviani robur invictum. *Quoniam tamen (ut supra dixi) etiam ipse mandavit, ut bidui moram, memoratis causis, juberemus; faciendum erat necessitate majore, quod fieri merito deberet etiam si non juberetur. Post suffragia illa, post voces quibus quasi pro salute ejus amicitia inimica surrexerat, revocabatur in carcerem virtute robusta, mente invicta, fide plena. Nihil de animi ejus vigore mutilaverat remanendi quidem contemplatio, quæ quemvis posset movere. Ita fides, quæ imminentem passionem tota devotione præsumpserat, temporanea impedimenta calcabat. Hærebat lateri ejus incomparabilis mater; quæ præter fidem, qua ad Patriarchas pertineret, in hoc etiam se Abrahæ filiam comprobavit, quæ & filium suum & optabat occidi, & quod interim*

PAGIUS lata in Actis Proconsularibus sancti Cypriani Episcopi & Martyris: *Diu sacrilega mente vixisti, & plurimos nefaria tibi conspirationis homines aggregasti, & inimicum te Diis Romanis & sacris legibus constituisti, nec te pii & sacratissimi Principes Valerianus & Gallienus Augusti, & Valerianus nobilissimus Cæsar, ad sectam ceremoniarum suarum revocare potuerunt*, ubi Valeriani Cæsaris nomine sine dubio intelligitur Cornelius Saloninus Valerianus, filius Gallieni, licet aliqui Antiquarii Valerianum Gallieni fratrem perperam intelligant; sed quem Numismata & Acta publica Valerianum, tam Pollio mox citatus in duobus Gallienis, quam Zonaras Gallienum diserte appellant, ut mox diximus. Cumque Pollio ibidem affirmet multos eum Gallienum, multos Saloninum *in Historiis* prodidisse, conjicere licet Saloninum in Actis publicis nunquam Gallienum dictum fuisse.

V. *Gallienus Egnatius a Gallieno adoptatus simplicitet dicto non distinguitur.*

Reinesius in Syntagmate antiquarum Inscriptionum pag. 317. ex eo quod Pollio in Gallienis duobus cap. II. epithalamium refert a Gallieno Augusto compositum, *cum fratrum suorum filios conjugaret*, scribit, *Valerianum* seniorem patrem fuisse, & Gallieni Augusti, & P. Licinii *Ignatii* Gallieni, Augusti etiam in Nummis appellati. Patet id ex isto apud Trissanum tom. 3. pag. 90. ΠΟΤ. ΑΙΚ. ΙΓΝΑ. ΓΑΛΛΗΝΟC. id est,

Pu-

rim remanſiſſet, contriſtabatur glorioſo dolore. O matrem religioſe piam! O matrem inter vetera exempla numerandam! O Machabæicam matrem! Nihil enim intereſt de numero filiorum, cum perinde & hæc in unico pignore totos affectus ſuos Domino mancipavit. Sed ille collaudans matris animum, ut dilationem ſuam non doleret: Scis, inquit, mater merito caſtiſſima, ut ſemper tentaverim, ſi confiteri contigiſſet, martyrio in eo frui, & frequenter catenatus videri, & ſæpe differri. Si ergo contigit quod optavi, gloriandum eſt potius quam dolendum.

Et cum ad carceris januam veniretur, difficilius multo, & tardius quam ſolebat, aperiebatur, obnitentibus etiam carcerariorum miniſtris: ita ut videretur obfirmatum, ſpiritu quodam repugnante, atque teſtante, indignum eſſe carceris ſordibus eum fœdari, cui cœleſte habitaculum pararetur. Quia tamen, divinitatis corona dilata, dignas cauſas habebat; jam cæli & Dei hominem invitus carcer admiſit. Qualis illic mens fuit biduo illo, quæ ſpes, quæve fiducia, cum martyris Dei animus & de collegarum petitione præſumeret, & de ſua crederet paſſionem futuram? XXII.

PAGIUS *Publius Licinius Ignatius Gallienus.* Viſitur in eo effigies Gallieni laureati. In poſtica legitur: ΠΡΟΥΤΙΕΩΝ ΠΡΟΒΕΙΝΩ. id eſt, *Pruſienſium Probino.* Extat alius Nummus Græcus apud Gruterum pag. 275. in quo Gallienus dicitur etiam *Ignatius.* Denique Reineſius citatus hanc Inſcriptionem exhibet:

IMP.
EGNATI
PII. FEL. AUG.
MAX. TRI. P.
P. P. COS. II. P.

Verum *Ignatius* Gallienus alius non eſt ab eo, qui Gallienus abſolute & ſine addito vocatur, & ex his ac ſimilibus Inſcriptionibus non duos Gallienos Auguſtos fuiſſe, ſed unum eumdemque, quod & de Gallieno Cæſare contigiſſe diximus, diverſa nomina habuiſſe inferendum erat. Quoad fratres Gallieni Auguſti, ejuſdemque nepotes, ii nobis penitus incogniti, uno excepto P. Licinio Valeriano, quem ante mortem Cæſarem primum, ac poſtea Auguſtum ipſe Gallienus dixit. Pro certo itaque tenendum, tres Valerianos, treſve Gallienos fuiſſe, *Valerianum* nempe ſeniorem Auguſtum, *P. Licinium Valerianum juniorem* ejus filium ac Gallieni Auguſti fratrem, & *P. Cornelium Valerianum Saloninum*, Gallienum juniorem etiam appellatum: Gallieni vero nomen tuliſſe, & *Gallienum* Auguſtum Valeriani ſenioris filium natu majorem, *Ignatium* vel *Egnatium* etiam nuncupatum, & duos hujus filios; quorum prior Valeriani & Saloninі nominibus etiam indigitatus; poſterior vero *Q. Julius Saloninus Gallienus* vocatus; ac denique, antequam Valerianus ſenior captivus in Perſidem duceretur, unum Licinium Cornelium Valerianum, ſeu Gallienum juniorem Gallieni Auguſti filium Cæſarem fuiſſe; quod manifeſtiſſime liquet ex literis a *Balero* Caduſiorum Rege ad Saporem Perſarum Regem ſcriptis, & a Pollione in Valeriano cap. 5. relatis. In iis *Balerus*, ut Saporem ad Valerianum Auguſtum in libertatem aſſerendum inducat, ait: *Age, ut prudentem decet: nec fortuna te inflet, quæ multos decipit. Valerianus & filium Imperatorem habet, & nepotem Cæſarem. Et quid? Habet & omnem Orbem illum Romanum, qui contra te totus inſurget.* In epiſtola vero ad eundem Saporem ab *Artabaſde* Armeniorum Rege miſſa, ibidemque cap. 6. recitata, *Artabaſdes* ait: *Valerianum & filium repetet & nepos.* Quid clarius? Omiſiſſetne uterque Rex Valerianum Valeriani ſenioris filium, ſi tum Cæſar, quemadmodum Gallienus Saloninus fuiſſet.

VI. Anno itaque ducenteſimo quinquageſimo quinto *Gallienus* junior, ſeu *Valerianus Saloninus* Cæſar appellatus, ut eo anno diximus, & in Galliam ſub Poſtumi cura miſſus, ut ex Zonara, aliiſque conſtat. Tum anno præcedenti Conſul ſuffectus Valeriano patruo Collega in præſentem annum deſignatus, juxta ſecundam nempe Conſulatuum Cæſareorum regulam, ob Quinquennalia Imperii Cæſarei celebranda. Et de hoc ſuffecto utriuſque Conſulatu intelligendus Vopiſcus cap. II. in Vita Aureliani, ubi Valerianus ad Aurelianum ſcribit; *Conſulatum cum eodem Ulpio Crinito in annum ſequentem a die undecimo Kalendarum Junіarum in locum Gallieni & Valeriani ſperare te convenit.* Certe Conſulatus ille non potuit eſſe ordinarius, cum in nullis antiquis Faſtis memoratus fuerit, primuſque Baronius ſit, qui ex prava eorum verborum interpretatione illum eduxerit. Quod ſi ordinarius fuiſſet, eum Gallienus & Valerianus circa Kalendas Martias, ut moris erat, depoſuiſſent; neque uſque ad undecimum Kalendas Junias continuaſſent. Denique Valerianus, cujus mentio in citata epiſtola, erat quidem filius Valeriani ſenioris, ac frater Gallieni Auguſti; ſed nondum Cæſaream dignitatem obtinebat. Gallienus itaque qui primo loco nominatur, non *Gallienus Auguſtus*, ut perperam omnibus hactenus perſuaſum fuerat, ſed *Gallienus junior* Gallieni Auguſti filius, qui ideo primus nominatur, quia jam ab aliquot annis Cæſar erat, & Poſtumo creditus Gallias adminiſtrabat. Sed cum Baronius hunc Conſulatum Gallieni & Valeriani præſenti anno geſtum, ordinarium crederet, illum in Faſtos inſarſit, & *Æmilianum* cum *Baſſo*, qui huic anno nomen dedere, e Faſtis erаſit. *Conſulatus Gallieni & Valeriani ſeniоris.*

Pearſonius in Annalibus Cyprianicis hunc Gallieni & Valeriani Conſulatum ſuffectum fuiſſe vidit: ſed valde hallucinatus eſt; quando eum anno præcedenti, quemadmodum & Conſulatum Ulpii Criniti & Aureliani, geſtum fuiſſe autumavit; & hunc Gallienum, filium Valeriani Auguſti credidit. Hic enim Conſulatus, ut anno elapſo demonſtravi, currenti anno ſuſceptus, & *Gallienus* ille, de quo Vopiſcus, non *Gallienus* pater, ſed *Gallienus* filius erat. Quod ſi *Gallienus Auguſtus* præter ſeptem Conſulatus ordinarios in Faſtis, Nummis & Inſcriptionibus memoratos, octavum illum ſuffectum iniiſſet, cum quartus ordine fuiſſet, aliqua ejus vel in Nummis, vel in Libris mentio extaret. Licet enim Conſulatus ſuffecti ſæpe in Nummis & publicis monumentis prætermittantur; tamen ſæpe etiam in iiſdem exprimuntur; ſed Gallieni Auguſti IV. & Valeriani Cæſaris Conſulatus a nemine ante Baronium repertus, nihilque de eo in Vopiſco, cui uni innititur, ſcriptum, Petavii, aliorumque hoc in Conſulatu hallucinationes in prio- *Conſulatus Gallieni & Valeriani ſeniоris.* VII. *In annum ſequentem retrahi non poteſt.*

ram? Dicam quid ſentio. Dies ille poſt biduum tertius, non quaſi paſſionis, ſed quaſi reſurrectionis dies ſuſtinebatur.

XXIII. Flavianus paſſurus qualis. *Admirans erat denique turba Gentilium, qui vocem Montani petentis audierant. Poſtquam vero produci tertio die juſſus eſt, rumore cognito, confluebant increduli & perfidi fidem martyris probaturi. Egrediebatur de carcere Dei teſtis, jam ad carcerem non reverſurus. Communis omnium magna lætitia. Sed magis habebat in animo ſuo certum, quod & fides propria & petitio anteceſſorum ſuorum extorqueret*

Præſidi vel invitam, licet populo vociferante, ſententiam. Unde & concurrentibus fratribus, & ſalutare cupientibus, fide tota pollicebatur, quod in Fuſciano cum omnibus pacem facturus eſſet. O magna fiducia, fides vera!

Ingreſſus deinde Prætorium, cum miraculo omnium in cuſtodiarum loco ſtabat, expectans donec vocaretur. Illic nos in latere ejus conſtituti eramus, juncti penitus inhærentes: ita ut manus manibus teneremus, exhibentes martyrii honorem, & contubernii charitatem. Ibi condiſcipuli ejus XXIV. Tentatur fides martyris.

PAGIUS priori parte Diſſert. Hypaticæ detexi, & fuſius confutavi.

VIII. *Valerianus ſenior a Perſis captus.* Baron. an. 262. num. LXXI. *Valerianus Auguſtus* hoc anno a Perſis captus. Res geſta varie narratur; ſed Zoſimus, rerum per hæc tempora geſtarum diligentiſſimus Scriptor, audiendus. Valerianus, inquit, cum intelleXiſſet, Bithyniam a Scythis invaſam, ejuſque civitates deletas, Nicomediam, aliaſque urbes ſuccenſas, miſit. Felicem, *qui Byzantium tueretur, ipſe ab Antiochia ad Cappadociam uſque progrediebatur, & tranſitu dumtaxat attritis oppidis, pedem referebat. Cumque peſtis invaſiſſet exercitus, eorumque majorem partem abſumſiſſet, Sapores Orientem aggreſſus exitio dabat omnia.* Valerianus Legatos ad Saporem miſit, ut data pecunia bello finem imponeret. Sed *Sapores*, ut Imperator ipſe ſecum in colloquium veniret, poſtulavit. Ille vero inconſulto cum paucis ad *Saporem* profectus, ab hoſtibus ſubito comprehenſus eſt. Ita Zoſimus. *Valerianus* a Cappadocia pedem retulit, ſed Antiochiam non rediit, ut Zoſimum interpretatur Pearſonius citatus; verum in Meſopotamiam, ubi Eutropius eum captum aſſerit. Zonaras ait, *Valerianum* cum Edeſſæ in Meſopotamia ageret, ne a ſuis militibus occideretur, *ad Saporem profugum hoſti ſe tradidiſſe.* Et poſtea Perſas Antiochiam ad Orontem, Tarſum, & Cæſaream Cappadociæ cœpiſſe. Huc referenda, quæ Lactantius lib. de Mortibus Perſecutorum a paucis annis a Baluzio V. C. in lucem edito hac de re habet. Lactantius poſtquam de Decio & perſecutione ab eo ſuſcitata locutus eſt, cap. 5. ait: *Non multo poſt Valerianus quoque non diſſimili furore correptus, impias manus in Deum intentavit, & multum, quamvis brevi tempore, juſti ſanguinis fudit. At illum Deus novo ac ſingulari pœne genere affecit, ut eſſet poſteris documentum, adverſarios Dei ſæpe dignam ſcelere ſuo recipere mercedem. Hic captus a Perſis, non modo Imperium, quo fuerat inſolenter uſus, ſed etiam libertatem, quam ceteris ademerat, perdidit, vixitque in ſervitute turpiſſime. Nam Rex Perſarum Sapores, qui eum ceperat, ſi quando libuerit, aut vehiculum aſcendere, aut equum, inclinare ſibi Romanum jubebat, ac terga præbere, & impoſito pede ſuper dorſum ejus, illud eſſe verum dicebat, exprobrans ei cum riſu, non quod in tabulis aut parietibus Romani pingerent. Ita ille digniſſime triumphatus, aliquamdiu vixit, ut diu Barbaris Romanum nomen ludibrio ac deriſui eſſet. Etiam hoc ei acceſſit ad panam, quod cum filium haberet Imperatorem, captivitatis ſuæ tamen ac ſervitutis extremæ non invenit ultorem, nec omnino repetitus eſt. Poſtea vero quam pudendam vitam in illo dedecore finivit, diruptæ eſt ei cutis, & exuta viſceribus pellis, infectæ rubro colore, ut in templo Barbarorum Deorum ad memoriam clariſſimi triumphi poneretur, Legatiſque noſtris ſemper eſſet oſtentui, ne nimium Romani viribus ſuis fiderent, cum exuvias capti Principis apud Deos ſuos cernerent.*

IX. *Quot annos in ſervitute vixerit.* Vixit in ea ſervitute Valerianus uſque ad annum CCLXIX. Auctore Chronici Alexandrini teſte, cui hac in re fides habenda: *His Coſſ.* (Claudio nempe & Paterno) *Valerianus Auguſtus a Perſis oppreſſus periit. Vixit annos LXI.* Pollio tamen in Valeriano cap. 1. ait, eum annos ſeptuaginta natum factum eſſe Imperatorem: quod verum non exiſtimo, niſi forte numero rotundo loquatur. Valerianum anno CCLXIV. adhuc in vivis fuiſſe, ſub Conſulatu ſc. Gallieni VI. & Saturnini, teſtatur Pollio lib. de duobus Gallienis cap. 10.

X. *Valerianus a Perſis captus hoc anno.* Quo anno *Valerianus* a *Sapore* captus fuerit, hactenus in controverſiam vocatum, quod Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium lib. 7. cap. 10. de perſecutione ab eo excitata loquens hæc verba Apocalypſis 13. eidem applicet. *Et data eſt illi poteſtas faciendi per menſes quadraginta duos*, quibus ex verbis Baronius intulit, hanc perſecutionem per annos tres ac menſes ſex continuata fuiſſe. Quare cum eam Maximo & Glabrione Coſſ. anno nempe Chriſti CCLVI. cœptam exiſtimarit, currenti anno finem ejus conſignavit, ideoque & Valeriani captivitatem; eo enim in Perſidem adducto, Gallienus Eccleſiæ pacem reddidit. Pearſonius, aliique, qui perſecutionem anno CCLVII. ſuſcitatam fuiſſe deprehenderunt, ſervitutem *Valeriani* & Eccleſiæ pacem anno inſequenti contigiſſe autumarunt; neque defuere, qui utrumque in annum CCLXI. magno errore diſtulerint. Sed Dionyſius Alexandrinus a Viris doctiſſimis non intellectus. Quod enim de ſua Eccleſia, Ægyptoque ſcripſit, illi de univerſa Eccleſia interpretati ſunt; quamvis certiſſimum ſit, perſecutionem in Ægypto, præſertimque Alexandriæ, etiam poſt *Valeriani* captivitatem arſiſſe, ut mox demonſtrabimus. Annus itaque capti Valeriani independenter ab illa prophetia explicandus. Quo pacto certum eſt currenti anno Valerianum *ad manicipii fortunam*, ut Zoſimi verbis utar, redactum fuiſſe, inchoato ſeptimo Imperii anno, ideoque æſtate circiter ineunte. Primo, quia Dionyſius Romæ die viceſima ſecunda Julii Pontifex creatus, poſtquam Sedes fere per annum integrum vacaſſet; quæ diuturnior vacatio perſecutioni adſcribenda, ejus vero finis Valeriani captivitati attribuendus. Secundo, ex Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptoribus alii, ut Pollio & Victor de Cæſaribus, Imperii anno ſexto, Victor in Epitome anno ſeptimo captum tradidere, extantque tam in Cimeliis Principum, quam apud Antiquarios, Numiſmata Græca Valeriani, in quibus legitur, L. Z. id eſt, *anno ſepti-*

*suadebant cum lacrymis etiam, ut præsumptione depositâ, sacrificaret interdum, postea quicquid vellet facturus: nec incertam illam & secundam mortem plus quam præsentem vereretur. Et hæc Gentilium verba sunt, qui dicebant ultimi furoris esse, magis mortem velle *temere*, quam vivere. Sed ille gratias agens, quod amicitia duce, quantum in ipsis erat, consultum sibi vellent; tamen & de fide & de Divinitate non tacuit, dicens, multo melius esse primo in loco, quantum ad libertatem integritatis pertineret, occidi, quam lapides adorare. Tunc deinde, summum esse Dominum, qui omnia imperio suo fecerit, ac propterea solus colendus sit; addens & illud, quod Gentiles minus credunt, etiam si de Divinitate quid sentiunt; vivere nos etiam, cum occidimur; nec vinci morte, sed vincere; ipsos*

* al. male.
* al. timere.

PAGIUS *septimo*. Quare septimum Imperii annum inchoavit per aliquot menses, qui ab Historicis negliguntur, qui eum anno Imperii sexto superatum scripsere.

XI. *Refellitur Sententia Pearsonii.*

Sed, inquit Pearsonius, Secularis & Donatus, qui ante septimum ejus Imperii annum Consules non fuere, toties Rescriptis Valeriani & Gallieni subscribuntur, ut anni CCLX. aliqua parte eum adhuc libertate gavisum esse necesse sit. At si hæc ratio valeret, sequeretur, anno CCLXI. Valerianum adhuc in libertate positum fuisse; cum in Codice Justinianeo Leges reperiantur, quæ in titulo præferunt *Gallienum & Valerianum* Augg. mendosæ itaque eæ, ac similes Inscriptiones, & ab eo, qui Leges collegit, perperam additæ, ut notavit Baronius, loquens de quodam Rescripto Imperatoris Severi anno primo Imperii ejus dato, quod Severi & Antonini ejus filii nondum Imperatoris nomen exhibet. Similes errores tam in Caro, quam in Diocletiano infra indicabimus. Affert secundo Pearsonius hunc Victoris in Epitome de Gallieno loquentis locum: *Regnavit annis quindecim, cum patre septem, solus octo.* Sed Victor septem annos, quibus cum patre Gallienus imperavit, utrimque incompletos ac Julianos, non vero Imperii annos enumerat; contra vero, dum annos quibus sine patre regnavit, notat, annos tantum Julianos integros, utroque extremo incompleto prætermisso, in summam confert; qui numerandi modus ab aliis Antiquis, quamvis rarius, etiam usurpatus. Sed Valerianum præsenti anno in Persidem abductum, ex dicendis certius constabit.

XII. *Macrianus cum filiis in Oriente & Ægypto Imperium usurpat.*

Gallieno igitur & Volusiano Coss. Macrianus & Balista in unum exercitus reliquias convocant, & cum Romanum in Oriente nutaret Imperium, quem facerent Imperatorem requirunt, Gallieno tam negligenter se agente, ut ejus ne mentio quidem apud exercitum fieret; inquit Pollio in Gallienis duobus cap. 1. Consilii hujus finis erat, ut Macriano cum filiis *Macriano* & *Quieto* deferretur Imperium, qui statim cum filio *Macriano* contra Gallienum venire cœpit, Balista & Quieto in Oriente relictis. Sed Consulatus ille Gallieni & Volusiani anno CCLXI. gestus, in citatum locum Pollionis sine dubio infartus. Neque enim Pollio, qui diserte scribit, *Valerianum* anno sexto Imperii captum, asserere potuit, anno tantum octavo in finem vergente, Gallieno nempe & Volusiano Coss. *Macrianum* & *Balistam* de Imperatore eligendo deliberare cœpisse, cum tam eodem Pollione, quam Zosimo testibus, post illam cladem *omnia, velut destituta Principe, confusa pariter & indefensa* jacerent, & undique Tyranni insurgerent. Præterea infra Nummum Græcum *Macriani* recitabo, in quo secundus Imperii ejus annus exprimitur, locumque *Dionysii Alexandrini* asseram, ex quo constat, nono Imperii Gallieni anno, eoque ac Volusiano Coss. *Macrianum* jam periisse. Quomodo itaque existimare poterimus, scripsisse Pollionem, *Valerianum* anno sexto Imperii captum, ac tantum biennio post de Imperatore creando tractatum fuisse. Hoc igitur Pollio in literas non misit, vel si scripsit, valde deceptus est. Sed Consulatum illum non apposuisse liquet ex iis, quæ habet Salmasius in Notis ad librum de duobus Gallienis, ubi ait, priora illius libri verba usque ad ista, *Gallieno igitur & Volusiano Coss.* ex officina Correctorum prodiisse, qui ista sic conglutinarunt, ut tegerent & dissimularent labem, quæ hunc locum temporum injuria, Codicumque vitio insedit. Unde, inquit Salmasius, in Palatino Codice lacer & mutilus totus hic locus est relictus, usque ad illa verba, *Gallieno igitur & Volusiano Coss.* Verumenimvero hæc ultima verba non minus spuria & additicia, quam ea, quæ in Palatino Codice desiderantur, ideoque non minus rejicienda, licet in eo illa reperiri negari non possit, verumque existimem quod apud se constare affirmat Salmasius, alios omnes, quotquot Historiæ Pollionis exarati Codices reperiuntur, a Palatino exscriptos fuisse. Macrianum autem anno jam affecto Imperatorem dictum ex eo liquet, quod post *Aureolum* Imperium arripuerit, illudque toto octavo Gallieni anno in Oriente gesserit, ac secundo regni anno perierit, ut infra ostendetur.

XIII. *Ante Macrianum Aureolus in Illyrico purpuram sumserat.* Baron. an. 262. num. LXXV.

Antequam *Macrianus* purpuram in Oriente sumeret, jam Aureolus *Illyricianos exercitus regens*, ut testatur Pollio in libro de Triginta Tyrannis cap. 11. Imperium arripuerat. Quando enim cap. sequenti Pollio refert, *Macrianum*, & *Balistam* de creando Imperatore consilium iniisse, ait: *Tunc que constitit, Gallieno longe posito, Aureolo usurpante Imperium, debere aliquem Principem fieri, & quidem optimum, ne quispiam Tyrannus existeret.* Et postea *Macrianum* cum filiis dictum Imperatorem fuisse narrat. *Valens* etiam Ponconsul Achaiæ, cum accepisset *Gallienum* adversum se *Pisonem* mittere, sumsit Imperium, sed brevi a militibus interemptus est, postquam ipsemet *Pisonem*, qui in Thessalia Imperator appellatus fuerat, occidendum jussisset; sed *Piso* anno sequenti tantum interfectus, ut tunc dicemus. Baronius inter Tyrannos, qui hoc anno insurrexere, *Æmilianum* Ægypti Præfectum numerat; sed Pollio eum post *Macriani* interitum, anno nempe CCLXI. Imperium in Ægypto usurpasse docet. Certe, cum totus fere Oriens cum Ægypto *Macrianum* Imperatorem agnoverit; isque secundum Imperii annum inchoarit; nonnisi eo occiso *Æmilianus* in Ægypto Imperator nuncupatus. Ægyptum vero *Macriano* paruisse ostendit Nummus Græcus a Tristano recitatus, in cujus postica legitur: ΑΤΤ. Κ. Μ. ΦΟΤΛ. ΜΑΚΡΙΑΝΟΣ. id est, *Imperator Cæsar Marcus Fulvius Macrianus*; in altera parte: ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. id est, *Alexandria*.

XIV.

Parte alia, ut scribit Zosimus pag. 650. Scythæ parte quadam copiarum suarum *Illyricum* agebant, & civitates ejusdem vastabant; cum alia

ipsos quoque, si vellent pervenire ad conscientiam veritatis, etiam Christianos esse debere. His illi retusi & revicti, postquam nihil per suadelas obtinere potuerunt, ad crudeliorem se misericordiam contulerunt: certi eum a proposito voluntatis suæ vel tormentis deponi posse.
Ann. Eccl. Tom. III.

PAGIUS *Imperium Romanum peste & hostium incursionibus devastatum.*

alia vero parte *Italiam* ingressi ad ipsam usque Romam perrexerunt, sed *Gallieno* Transalpina loca, ut Romam defenderet, relinquente, Romam illi quidem reliquere, sed universam prope pervagando afflixerunt *Italiam*. Interim *tanta pestis in civitatibus exorta, quanta unquam prius ullo tempore extiterat.* Hæc Zosimus.

XV. *Pace Ecclesiæ concessa Alexandrini & Ægyptii non potiuntur.* Baron. an. 262. num. LXXVI.

Gallienus, dum res Romana in tantis versaretur periculis, pacem Christianis concessit, sed edictum illud periit: quod enim refert Eusebius lib. 7. cap. 13. datum in favorem Ægyptiorum, postquam *Macrianus* & filii occisi sunt. Quare neque Ægyptus, nempe Alexandria pacis beneficio potitæ; & persecutio, quæ hoc anno in aliis regionibus desiit, ibidem continuata, & quidem usque ad mensem quadragesimum secundum, ut testatur Dionysius in epistola ad Hermammonem, quem Baronius, Pearsonius, & Lombertus in rebus Cyprianicis explicandis, Valesius aliique passim male interpretantes, scripsere, persecutionem Valerianeam per annos tres & menses sex Ecclesiam afflixisse: quod tamen nonnisi de Alexandria & Ægypto asseruit Dionysius, qui in citata epistola de rebus tantum in suo Patriarchatu gestis, non vero de iis, quæ in universa Ecclesia contigere, mentionem facit, ut magis anno CCLXI. explicabo.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5753.

SÆC. III. Anno Urbis 1013. Olymp. 259. an. 4. Æ. C. 260.

☉ 27. AG. ☽ 14. P. 15. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 260. *secund. Baronium vacat.*

DIONYSII PAPÆ 2.

GALLIENI IMP. 8.

I. *Consules.*

[1] COSS. *Cornelius Secularis II. & Julius Donatus.* Hos Consules omnes antiqui Fasti exhibent, & in Codice Justinianeo tredecim Leges iisdem notantur. Certum autem, Consulatus in eo Codice memoratos, ordinarios fuisse, non vero suffectos. Contra quod chronologicum principium Onuphrius in Fastis, Baronius in Annalibus, Petavius in lib. 12. de Doct. Temp. & Cointius in Annalibus Ecclesiasticis Francorum peccantes, in Fastis ordinandis aliquos Consules vel expunxere, vel prætermisere, vel loco suo movere & in alienum transtulere. Baronius, qui anno elapso *Æmilianum* & *Bassum*, currenti *Secularem* & *Donatum* exposuit, & cum duobus illis Consulum paribus annos duos, quibus Magistratum gessere, resecavit, eoque pacto annos Urbis, Olympiadum, & ceterarum omnium Errarum mutilavit, ut videre est in annis Urbis, in margine hujus Operis descriptis, qui post Imperium Decii annis Christi diversi generis a prioribus respondent, v. g. annus Urbis 1000. respondet vero anno Christi CCXLVII. Baronius CCXLIX. Quare annus Urbis 1010. respondere deberet vero anno Christi CCLVII. anno autem Baroniano CCLIX. & tamen, ut videre est in illius anni margine, jungitur quidem cum vero anno Christi CCLVII. sed cum anno Baroniano CCLX. propter scilicet Consulatum primum Decii tanquam ordinarium in Fastos a Baronio infartum.

XXV. De Notaria.

Et cum admoveri jussus esset, interrogatus a Præside, quare mentiretur se diaconum, cum non esset. Mentiri se, negavit. Et cum Centenarius diceret, Notariam sibi datam esse, qua contineretur eum fingere; respondit: At non est verisimile me mentiri, & illum verum dicere, qui

II. *Baronius posthac annis tantum uno ab Era vulgari dissidet.*

Sequentibus annis ante Imperii Diocletianei initium, unico tantum anno a vera Era Christiana Baronius dissidebit, ob Consulatus anno elapso, currentique prætermissos. Imo anno sequenti veram Dionysianam Eram assecutus esset, nisi primum *Decii* Consulatum, quem suffectum esse constat, suis Annalibus inseruisset. Ut tamen meæ Animadversiones ejus narrationi congruere possent, Consulatum illum fictitium rejeci, & cum vero anno Christi CCLI. annos duos Baronianos, scilicet CCLIII. & CCLIV. copulavi, seu, ut accuratius loquar, unum ex illis annis expunxi. Quo pacto mea narratio Baronianæ consonare & consentire potuit. Verum,

NOTÆ [1] COS. *Cornelius Secularis II. & Julius Donatus.* Relandus legit, *Juntus*; & recte quidem; nam in æreis tabulis, ætate *Gallieni* incisis, in quibus S. C. Sentinatium exaratum est, legitur in principio:

P. CORNELIO SAECV-
LARE II. ET IVNIO.
DONATO. II. COS.
KAL. IVLIS.

In secunda tabula:

P. CORNELIO. SAECV-
LARE II. ET. C. IVNIO.
DONATO. II. COS.
IIII. NON. DEC.

Hæ tabulæ oblatæ sunt venales Alexandro Card. Albano A. D. 1728. easque V. C. Franciscus Blanchinus exscripsit, & luci donavit in Chronologia Pont. præfixa tom. III. Anastasii Bibliothecarii pag. CXXVI. nunc exstant in ædibus capitolinis, n. 79. Hæ tabulæ prænomina utriusque consulis, hactenus ignorata, nobis pandunt; ac *Junii* nomen, non *Julii*, ut Pagius exaravit. Itaque efferendi erunt ita: P. *Cornelius Secularis II.* & C. *Junius Donatus II.* Leges juris Justinianæi pleræque datæ sunt *Saculare & Donato Coss.* & *Saculari II. & Donato.* Fasti vulgares: *Saculare & Donato.* Libellus de Præf. Urbi. *Saculari II. & Donato.*

Notariam *falsam dedit*. Quam hic auctor dicit Notariam, idem est quod Notoria. Apuleius (*a*) & ipse Afer sic nominat. Eadem quoque nomenclatura utitur Augustinus in epistola (*b*) ad Apringium, cum ait: *Donatistas cura eorum, qui disciplinæ publicæ inserviunt, præmissa Notaria, ad judicia legesque perduxit*. Sed interdum Notoriam pro Notaria habet in epistola ad Marcellinam (*c*). Est autem

(*a*) *Apul. de Asin. aur. l. 7.*
(*b*) *Aug. epist. 160.*
(*c*) *Aug. epist. 159.*

Notaria, sive Notoria, scripta relatio, quæ ab aliquo (*d*) fit Judici. Sed jam cœpta prosequamur Acta:

(*d*) *l. accusatores. §. Nunciatores. ff. ad S.C. Turp.*

Qui cum reclamante populo, atque dicente, Mentiris, iterum a Præside interrogaretur, an vere mentiretur; respondit: Quod est compendium mentiendi? Ad hoc populus exasperatus, torqueri eum iteratis clamoribus postulavit. Sed Dominus, qui servi sui fidem sciebat, non est passus proba- XXVI.

PAGIUS

rum, supposititius ille annus a me quidem rejectus, sed non a Baronio, ut fieri debuit; indeque factum, ut mea quidem narratio Baronianæ respondeat; sed ipse adhuc unum annum amplius quam me numeret; donec tertium Consulatum abjecerit, ob priorem nempe *Decii* suffectum in Fastos suos perperam insitum. Porro *Secularem* cum nota numerali edendum ostendunt varia rescripta Codicis Justinianei, & libellus de Præfectis Urbi, & Fasti Græci Heraclii.

III. *Postumus in Galliis Imperium usurpat.*

Hoc anno Postumus in *Galliis* Imperator creatus, de quo Eutropius ait: *Tum jam desperatis rebus, & deleto pene Imperio Romano, Postumus in Gallia obscurissimo natus purpuram sumsit*. Quare non statim post Valerianum in Persidem abductum, Postumus Imperium usurpavit; sed hoc, & non alio anno: cujus rei validum argumentum deduco ex Pollione lib. de XXX. Tyrannis cap. 20. ubi legitur, *Pisonem* a *Mariano* missum ad interficiendum *Valentem*, qui in *Achaia* Imperium sumserat, ipsum etiam in *Thessalia* sese Imperatorem appellasse, & *Valentis* jussu peremtum fuisse. Post quam mortem, *Senatusconsultum de Pisone factum*, inquit Pollio die *septimo Kalendas Julias*, & *Atellium Fuscum* Consularem primæ sententiæ consultum dixisse: *Divinos honores Pisoni decerno, Patres Conscripti: Gallienum, & Valerianum & Saloninum Imperatores nostros esse confido*. Sed non dubito quin locus ille in omnibus editionibus depravatus sit, quin Pollio scripserit, *Gallienum & Valerianum Saloninum Imperatores nostros esse confido*; ibi enim Gallienus junior, qui & Valerianus ac Saloninus vocatus fuit, perperam in duos divisus, ut certo demonstrant literæ Baleri Caduiorum Regis ad Saporem, & Artabasdis Armeniorum Regis ad eumdem datæ anno præcedenti num. V. ex parte recitatæ, quibus utergue Saporem monet, ut Valerianum captivum in libertatem restituat: *Valerianus & filium Imperatorem habet* (nempe Gallienum), *& nepotem Cæsarem*, nempe Valerianum Saloninum in corrupto Pollionis loco in duos male divisum. Neque dici potest in loco Pollionis intelligi Valerianum Gallieni Augusti fratrem, quia is nonnisi sub finem imperii Gallieni Cæsar & postea Augustus appellatus fuit, ut infra demonstrabimus. Neque etiam dici potest, Pollionem ibi Salonini nomine intelligere *Quintum Julium Saloninum Gallienum* alterum Gallieni Augusti filium, is enim hoc tantum anno post fratris cædem Cæsar a Gallieno Aug. patre dictus est, Victore teste in Epit. *Gallienus in locum Cornelii filii sui Saloninum alterum filium subrogavit*. Quæ ad intelligentiam loci, qui tot viros Eruditos in errorem traxit, obiter dicta sunto.

IV. *Et quidem hoc anno.*

Redeo itaque ad tyrannidem *Postumi*, qui Imperium in Galliis non arripuit, nisi postquam Gallienum juniorem seu Valerianum Saloninum occidit, quique ideo nondum imperabat quando Senatusconsultum illud factum. Neque illud anno præcedenti conditum, quia Valerianus Aug. septimum Imperii annum attigerat, quando superatus est, ideoque non ante mensem Maium anni superioris. Eo capto non statim *Macrianus* Imperator dictus, sed post unum, aut alterum mensem. Dein *Macrianus Pisonem* in Achaiam misit, sed ipse in Thessaliam se contulit seque Imperatorem dixit. Ubi cum peremptus, fuisset nuntium Romam perlatum, quæ omnia ante diem XXVI. mensis Junii, quo Senatusconsultum laudatum scriptum, anno elapso minime fieri potuere. Præterquam quod illo Senatusconsulto facto statim *Gallienus junior* in Galliis interfectus non est; quamobrem illud die XXVI. Junii præsentis anni emissum, eoque die ac mense Valerianus Cæsar, seu Gallienus junior adhuc in vivis erat, sed non multo post a Postumo de medio sublatus est.

V. *Non vere insequenti.*

Neque in annum sequentem *Postumi* usurpatio differri potest, ut ex iis quæ in morte ejus dicemus, apparebit. Denique Zosimus pag. 651. de quibusdam Tyrannis, qui post Valeriani servitutem insurrexere, loquens subjicit: *Cæteri propemodum omnes panas dederunt, solus Aureolus infesto erga Imperatorem animo esse perrexit. Secundum hac Postumus quoque, cui magisterium militum apud Celtas commissum fuerat, animum ad res novas adiecit: sumtisque secum militibus, qui cum ipso defecerant, Agrippinam contendit, urbem maximam ad Rhenum sitam, ubi Saloninum Gallieni filium obsedit, minatus obsidionem se minime soluturum, nisi deditus sibi ille fuisset. Militibus obsidionis necessitate compulsis, ut & ipsum & ipsius custodia Præfectum a patre Silvanum traderent; utroque Postumus interfecto, rerum apud Celtas potitus est*. Eamdem rem narrat Zonaras nisi quod loco *Silvani* Albanum habet & Saloninum filium Gallieni *juniorem Gallienum* appellat. Coloniæ itaque Gallienus junior Cæsar interfectus.

VI. *Gallienus junior confecratus.*

Gallienus junior qui semper in Nummis *Valerianus* appellatur, a Gallieno patre post mortem apotheosi donatus est, ut ostendunt paria Numismata ejus confecrationem repræsentantia, in quibus legitur: DIVO VALERIANO CÆS. vel, DIVO CÆSARI VALERIANO; in postica parte, CONSECRATIO S. C. Qui Nummi, cum Cæsaris tantum nomine signentur, de Valeriano Valeriani Augusti filio, & ante mortem a Gallieno fratre Augusto nuncupato intelligi non possunt; cum Augusti titulus ei in confecratione denegatus non fuisset.

VII. *Nunquam Augustus fuit.*

Andreas Morellius Vir clarissimus in Specimine universæ rei antiquæ nummariæ pag. 117. Nummum Græcum refert inscriptum: ATTOIK. OTAAEPIANOC. ΓΑΛΛΙΗΝΟC. OTAAEPIANOC. CEBBB. id est, *Imp. Valerianus, Gallienus, Valerianus Auggg.* In eo cernuntur tria capita, Valeriani nempe Imperatoris & filii ejus Gallieni, & Valeriani Gallieni Augusti filii; non vero Valeriani senioris filii, ut explicat Morellius, qui etiam ex titulo, CEBBB. cum triplici BBB. infert, Valerianum junio-

*probati martyris corpus tormenti alicujus vel levi laceratione pulsari: cor enim Regis ad sententiam statim flexit; & testem suum usque ad mortem fidelem, consummato cursu, & agone perfecto, coronavit. Exinde jam gaudens, quia per sententiam datam passionis suæ erat certior, etiam jucundo colloquio fruebatur. Et sic effectum est, ut juberet hæc scribi, & ad propria verba conjungi: addi quoque ostensiones suas voluit, quarum pars ad moram bidui pertineret. Cum adhuc (inquit) Episcopus noster solus passus fuisset, ostensum est mihi hoc: quasi Cyprianum ipsum interrogarem, an pati ictus doleret martyr futurus; de passionis tolerantia consulebat dicens ille: Nulla * caro patitur, cum animus in cælo est, & nequaquam corpus hoc sentit, si se Deo tota mente devovit. O verba martyris, martyrem cohortantis ne-* Visio Flaviani. * *al.* aliæ

PAGIUS

rem, vivente adhuc patre, Augustum dictum, & tres illas litteras denotare, hanc appellationem omnibus tribus attribuendam esse. At *Valerianum* Valeriani filium, quemadmodum & *Valerianum* Gallieni Augusti filium in eo Nummo expressum ante hujus captivitatem Augustos non fuisse certissimum. Valerianus autem Cæsar ibidem Augustus appellatur juxta regulam jam a nobis statutam, quod nempe Cæsares junctim cum Augustis in Nummis memorati, Augusti & ipsi in Nummis sæpe vocentur. Verum est, in Cimelio Regio duos Gallieni junioris Nummos æreos asservari, in quorum antica legitur: II. AIK. KOP. OTAAEPIANOC. KAIC. CEB. id est, *Publius Licinius Cornelius Valerianus Cæsar Augustus*; qui titulus eidem Saloninо in alio Nummo Græco ab Occone pag. 476. inter Nummos Valeriani Gallieni Augusti fratris relato, etiam attributus. Sed id adulationi tribuendum videtur; neque enim aliam rationem inpræsentiarum assignare possum.

VIII. *Gallienus Augustus dictus Junior Aug. respectu patris.*

In secunda parte Dissert. Hypaticæ cap. 6. n. VII. hoc Nummo Occoniano & hac Inscriptione, quæ etiamnum in territorio Niciensi extat, innixus:

CORNELIÆ SALO
NINÆ
SANCTISSIM. AUG.
CONJUG. GALLIENI
JUNIORIS AUG. N.
ORDO CEMENEL-
CUR. ANT. AURELIO
JANUARIO. V. E.

scripsi, *Gallienum juniorem* ante mortem Augustum nuncupatum fuisse, & uxorem duxisse *Cornelium Saloninam* de nomine matris mariti appellatam. Sed *Gallienum juniorem* puerum & valde juvenem in Nummis postea repræsentatum deprehendi, eamque inscriptionem de *Gal-*

[1] A Num. I. ad IV. Coss. *Gallienus Aug. IV. & Petronius Volusianus*. Sumtus hic a Gallieno Consulatus juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam, seu propter imperii ejus Cæsarei Decennalia hoc anno celebrata, eum enim anno sequenti imperii Augustei Decennalia exhibuisse, & ob id Consulatum V. capessisse ibidem videbimus. I. *Consules.*

Baronius currenti anno, quem CCLXII. appellat, Gallienum IV. & Valerianum Cæsarem Consules proponit, quod Vopiscus in Aureliano cap. 13. ex Actis publicis hæc verba recitet: *Cum consedisset Valerianus Augustus in thermis apud Byzantium, assidentibus Memmio Fusco Consule ordinario*, &c. Aurelianum Consulem suffectum declaravit, ut Vopiscus cap. 11. jam retu-le- II. *Fasti Baronii emendantur.*

NOTÆ [1] COSS. *Gallienus Aug. IV. & Petronius Volusianus*. Nummi *Gallieni* apud Bandurium, tom. I. pag. 159. cum epigraphe. Cos. IIII. & pag. 174. cum TR. P. V. COS. IIII. *Petronio* adde etiam *Tauri* nomen, & *Lucii* prænomen. Gruterus pag. MXXVIII. 3. ex quo Fabrettus pag. 356. n. 69.

L. PETRONIO. L. FIL.
SAB. TAURO. VOLUSIA
NO. V. COS. ORDINARIO.
PRAEF. PRAET.

Tertia ærea tabula Sentinatium, de qua nos anno superiori:

IMP. GALLIENO. AUG. IIII.
ET VOLUSIANO. COS.
XV. KAL. SEPTEMBRES.

Trebellius Pollio in Gallienis: *Gallieno igitur & Volusiano Coss.* Fasti vulgares: *Gallieno IV. & Volusiano.*

negavit esse in passionis ictu dolorem; ut, qui & ipse habebat occidi, animari constantius posset, quod ne parvum quidem sensum doloris de passionis ictu haberet.

XXVII. Alia Visio Flaviani.

Postea (inquit) cum plures paterentur, contristabar in visu noctis, quod quasi a collegis meis remansissem; & apparuit mihi vir quidam, dicens: Quid contristaris? Cui cum causam tristitiæ meæ dicerem, ait Confessor es tertio, martyr eris per gladium. Et sic impletum est. Nam confessus Christum primo in Secretario, secundo publice, reclamante populo, jussus recludi a collegio suo secundum ostensionem remansit; & productus post confessiones duas, tertio passionem perfecit. Subdit post hæc auctor ex Flaviano mentionem de martyrio Successi Episcopi, & Pauli. Porro hunc Successum illum puto, ad quem Cyprianus paulo ante suum martyrium scripsit epistolam (*a*) cujus suo loco fecimus mentionem; erat ille Episcopus Abbirrensis Germanicianæ, unus ex Episcopis qui interfuerunt Magno illi Concilio Carthaginensi. Prosequitur auctor verba Flaviani:

(*a*) *Cypr. epist.* 82.

XXVIII. De Paulo & Successu visio.

Deinde (inquit) cum jam Successus & Paulus cum comitibus suis coronati fuissent, & ego post infirmitatem convalescerem; video ad domum meam venisse Successum Episcopum vultu pariter, & cultu nimis claro, cujus effigies difficulter agnosceretur, eo quod carnales oculi angelico splendore rutilarent; quem cum vix agnoscerem, ait mihi: Missus sum nunciare tibi, quoniam tu passurus sis. Et cum hoc dixisset, statim venerunt duo milites, qui me perduxerunt in locum quemdam, ubi erat fraternitatis multitudo collecta; inter quos apparuit mater mea, dicens: Laudo te, quia nemo sic martyrium duxit. Et vere nemo; nam ut omittam carceris abstinentiam singularem, & ut accipientibus cæteris vel modicum cibum, qui de sordibus penuriæ Fiscalis exhibebatur, solus se ab ipso modico continuit; tanti habens jejuniis multis & legitimis fatigari, dummodo alios victu proprio faginaret.

XXIX. *Ad illa igitur veniam, quod cum tanto honore deductus est; qui a tot sacerdotibus comitatus, ejus disciplinis omnibus ordinatis, ad instar Ducis dirigi meruit. Sic regnaturum cum Deo martyrem, jam spiritu ac mente regnantem, etiam itineris tota dignitas exprimebat. Sed nec de cœlo testimonium defuit; Imber largus, & lenis, temperato rore descendens fluebat, ad multa proficiens; primo ut Gentiles perniciter curiosos interventu pluviæ refrenaret; & ut divertendi daretur occasio, ut sacramentis legitimæ pacis nullus profanus arbiter interesset; & quod Flavianus ipse ore suo dixit, ad hoc placebat, ut Dominicæ passionis exemplo, aqua sanguine jungeretur. Sic confirmatis* * *omnibus fratribus, & pace perfecta, processit de stabulo, quod Fusciano de proximo*

* *al.* consummatis.

PAGIUS

sed *Gallienus Cæsar* ejus filius & *Valerianus* Gallieni junioris Collega, & Valeriani Augusti filius per hæc tempora nondum Cæsaream dignitatem adeptus esset; quod extra controversiam me posuisse existimo. Vides interim, ob duos præfatos Consulatus rejectos, Baronium, qui res gestas annis CCLIX. & CCLX. alieno loco recitavit, jam anno dumtaxat uno ab Era vulgari distare.

III. *Martyrium S. Laurentii.*

A num. VI. ad X. Acta sancti Laurentii supposititia esse certum esse debet, propter rationes a Baronio aliisque in medium adductas; sed vere scripsit Leo Magnus in sermone de hoc sancto Martyre, *a Solis ortu usque ad occasum Leviticorum hominum coruscante fulgore, quam clarificatam esse Jerosolymam Stephano, tam illustrem factam fuisse Romam Laurentio.* Ejus martyrium, quod Baronius huic anno illigavit, pertinet ad annum Christi CCLVIII. in Epistola enim sancti Cypriani LXXX. ad Successum eo anno data, Sixtus *in cameterio animadversus* dicitur *octavo Iduum Augustarum*, sexta scilicet ejus mensis die; ideoque cum inter sancti Sixti Pontificis Romani mortem & Laurentii martyrium triduum interceserit, ad diem ejusdem mensis decimam illud referendum: qua quidem die ejus festum in Calendariis Bucheriano & Carthaginensi, in Martyrologiis tam vetustis quam recentioribus recolitur. Divus Augustinus passim variis in locis *Laurentium* laudat, & Ruinartus Vir Cl. in Actis primorum Martyrum sinceris & selectis pag. 180. multa exhibet de sancto Laurentio ex aliorum sanctorum Patrum & veterum Scriptorum Opusculis excerpta.

Flaviani novissima verba.

mo junctum est. Ibi cum editiorem locum, & sermoni aptum consenderet; silentio manu facto, hujusmodi verba emisit: Habetis, inquit, fratres dilectissimi, nobiscum pacem, si Ecclesiæ noveritis pacem, & dilectionis unitatem servaveritis. Nec putetis pauca esse quæ dixi, cum & Dominus noster Jesus Christus passioni proximus hæc (*a*) *Joann.* 15. *novissime dixerit (a): Hoc est mandatum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Et supremum illud adjunxit, & in testamenti modum ultima sermonis sui fide signavit; quod Lucianum* * *presbyterum commendatione plenissima prosecutus (quantum in illo fuit) sacerdotio destinavit, nec immerito; non enim difficile fuit, spiritu jam cœlo, & Christo proximante, habere notitiam.*

* *al.* Lucinum.

XXX. Lucianus creatus Episcopus Carthaginensis.

Ex his videre est morem illum pristinum; consuevisse nempe Fideles a martyre designato pacem petere, & illum pacem Catholicis libentissime impertire; quod apud Cyprianum sæpe expressum jam diximus. Insuper quod spectat ad Lucianum, cujus auctor meminit, Flaviani suffragio dignum sacerdotio comprobatum: in sententiam Flaviani itum est postmodum in comitiis Ecclesiasticis habitis de electione successoris Cypriani, electusque est Episcopus Carthaginensis. Nam (ut diximus, auctore Optato) post Cyprianum creatus ponitur Lucianus.

XXXI. Martyrium Flaviani.

At quid tandem de martyrio Flaviani? subdit hæc auctor Actorum, sic finem imponens: *Deinde ad locum victimæ, expleto sermone, descendit; & ligatis oculis ea vittæ parte, quam Montanus servare ante biduum jusserat, fixis tamquam ad preces genibus, passionem suam cum oratione perfecit:* hic martyrii finis. Et auctor hæc ad extremum: *O martyrum gloriosa documenta! O testium Dei experimenta præclara! quæ ad memoriam posterorum merito scripta sunt; ut quemadmodum de scripturis veteribus exempla dum discimus, sumimus etiam de novis alia quæ discamus:* Hucusque auctor; & finis martyrii dictorum ministrorum Ecclesiæ Carthaginensis, quorum una dies, nempe sexto Kalend. Martii, licet post biduum ab aliis Flavianus passus sit, Ecclesiasticis tabulis anniversaria celebritate recolitur.

XXXII. Persecutio in ministros Ecclesiæ.

Ex his igitur declaratum quoque habetur, hoc ipso anno dictos martyres Ecclesiæ Carthaginensis passos esse, nondum missio in Africam Vibio Passieno, qui defuncto Proconsuli succederet; nec creato adhuc in locum Cypriani Episcopo Carthaginensi. Rursum vero (quantum ex his & aliis superioribus Actis martyrum intueri licet) non sic grassabatur persecutio in Carthaginensem Ecclesiam, ut omnes, quos scirent esse Christianos magistratus ad negationem compellerent. Cum enim civitates omnes, ac loca cuncta Christianis referta essent; in omnes animadvertere, factu impossibile videbatur; sed in ministros Ecclesiarum, quos præcipue inter illos enitere conspicerent, qui & fidei capessendæ auctores cæteris viderentur, vel aliquo alio modo provocassent magistratus invidiam, animadverterent. At non sic accidit in Numidia, ubi acerbior persecutionis furor exarsit, ut paulo inferius dicturi sumus.

XXXIII. Theogenes Episcopus Hipponensis Martyr.

Passus quoque est eodem tempore Theogenes Hipponensis Episcopus, qui numeratus reperitur inter Episcopos, qui interfuerunt Concilio Carthaginensi in causa baptismatis celebrato. Cum igitur Catholica Ecclesia ipsum & alios ejus Synodi Episcopos martyrio vita functos alleget inter martyres, celebrerque natalitia eorumdem; satis exploratum habuisse constat, eosdem, sicut Cyprianum, in pace & communicatione ejusdem Ecclesiæ Catholicæ recessisse. Passi sunt cum eo triginta fere alii martyres, quorum dies natalis septimo Kalend. Februarii celebratur. In memoriam sancti Theogenis erecta fuit basilica Hippone Regio, cujus S. Augustinus (*b*) ejusdem civitatis Episcopus meminit, cum ait: *Quando audistis apud Memoriam sancti Theogenis, Offero tibi Petre, Offero tibi Paule? Numquam audistis:* significans nimirum, in Ecclesiis martyrum non ipsis, sed Deo in ipsorum memoriam sacrificium offerri consuevisse.

(*b*) *Aug. de diver. serm.* 101.

XXXIV. (*c*) *Martyrol. Roman. die* 30. *Junii.*

In eadem quoque Provincia, civitate Tuburbi Lucernariæ, illustre martyrium subierunt nobiles fœminæ, Maxima (*c*), Donatilla, atque Secunda duodecim annos nata. Sed inter totius Africæ Provinciæ carnificinas hac persecutione peractas, illa cæteris immanior fuisse videtur, quæ in Numidia hoc ipso anno (qui ultimus hujus persecutionis censetur) mensibus Aprilis & Maii facta comperitur (*d*). Extat quippe de ea ab uno ex confessoribus illis jam martyre designato scripta epistola, qua ipse concaptivus Jacobi diaconi & Mariani lectoris præcipue conscribens historiam, aliorum quoque martyrum meminit, nempe Agapii & Secundini Episcoporum, Æmiliani viri clarissimi, Tertullæ & Antoniæ virginum, & cujusdam matris cum suis geminis, & aliorum plurium. Quantum autem ex stylo conjicere licet, videtur fuisse discipulus Cypriani, cujus in scribendo nonnihil imitatus est dictionem; nobile plane antiquitatis monumentum, a nobis recognitum, atque magno studio adhibito (quantum licuit in rebus adeo pervetustis & codicibus depravatis) diligenter emendatum.

(*d*) *Apud Sur. die* 30. *April. tom.* 2. *& 3. & manuscr. Vatic.*

XXXV. Acta Martyrum inter se similia.

Eam igitur tum ob rerum gestarum præclaram cognitionem, tum etiam ut ex iis quæ fideliter scripta sunt, cætera quæ non scripta, vel injuria temporis perierunt, contemplari possimus Acta martyrum

rum, hic describere, operæpretium existimamus. Hac enim ex parte etiam Dei Ecclesia regno cœlorum assimilatur. Nam ex sententia Joannis Chrysostomi (*a*), si, cum unam cœli partem videris, quocumque ieris, talem contigit contemplari; vel si non aspexeris prope eamdem esse, mente tamen concipi posse datur; sic plane cum paucorum martyrum unius Provinciæ res gestas quis intuetur, quid cæteri in eadem Provincia passi sint, facile contemplabitur. Sed & ex unius Provinciæ Actis martyrum, quæ sunt in totius Orbis Ecclesia, exantlata martyria, consummata certamina, auctæ victoriæ, coronæ redditæ, erecta trophæa, æque meditari licebit; ipsiusque Ecclesiæ pulcherrimæ faciei, instar cæli, hisce semper vernantibus atque fulgentibus astris ornatæ aspectu jucundissimo frui. Hoc igitur consilio quædam interdum Acta martyrum nostris Annalibus intexere consuevimus, quæ eo ipso tempore, quo gesta sunt fidelissime scripta esse cognovimus; cujus plane generis tum alia superius recitata, tum etiam quæ hic describimus, esse perspeximus; quorum auctor quædam præfatus rem gestam sic narrat (*b*).

(*a*) *Chrysost. in Act. Apost. hom. 55.*

(*b*) *Extant etiam apud Sur. die 1. Maii tom. 3.*

XXXVI. Acta Numidarum Martyrum.

Pergebamus in Numidiam simul, ut semper antea, socio parique comitatu viam ingressi, quæ nos ad exoptatum fidei & religionis obsequium, illos jam ducebat ad cælum. Et venerunt in locum qui appellatur Muguas, cui est Cirthensis coloniæ suburbana vicinitas. In qua tunc maxime civitate Gentilium cæco furore ex Officiis militaribus persecutionis impetus, quasi fluctus sæculi tumescebant; & avidis faucibus ad tentandam fidem justorum rabies diaboli infestantis inhiabat. Unde Marianus & Jacobus beatissimi martyres certissima & exoptata divinæ in se dignationis signa tenuerunt; qui in ea regione, in qua persecutionis tempestas turbulentius fureret, hora jam maturante, sua, Christo gubernante, ad ipsum coronæ locum direxerunt vestigia. Namque omnes dilectos Christo cruenti, & cæcati Præsidis furor per militares manus requirebat.

XXXVII. Exules reddili martyres.

Nec in hos solos crudelitatis exercebatur insania, qui in superioribus persecutionibus inconcussi Deo vixerant; sed in illos quoque manum diabolus insatiabilem porrigebat, quos jamdudum in exilia submotos, etsi non sanguine, mente jam martyres ferox Præsidis amentia coronavit. Cum scribat auctor damnatos exilio revocatos esse ad martyria confessores; hinc intelligas jure ab Ecclesia celebrari martyres, quos ad metalla amandatos, martyrio quoque coronatos tabulæ Ecclesiasticæ tradunt; ad quos extant scriptæ epistolæ Cypriani superius recensitæ. De exulibus namque ad pœnam quæsitis, patens est Cypriani exemplum, qui ab exilio ad martyrium abreptus est. At iidem qui passi sunt in Numidia Episcopi Agapius & Secundinus, de quibus hic agitur scripti leguntur in dicto Concilio de baptismate a Cypriano celebrato. Quid vero his ambobus contigerit, eadem acta declarant his verbis:

XXXVIII. Agapii & Secundini certamen.

In iis ab exilio perducebantur ad Præsidem Agapius & Secundinus Episcopi, prædicandi ambo speciali dilectione, alter etiam carnalis continentiæ sanctitate; quippe qui virgo vixisset: Perducebantur inquam, non a pœna (sicut Gentilibus videbatur) ad pœnam, sed a gloria potius ad gloriam, a certamine ad certamen aliud; ut qui captivos a sæculi pompis in obtinendo Christi nomine subegissent, etiam mortis aculeos consummatæ fidei virtute calcarent; neque enim fas erat, ut tardius quærerent in terrena colluctatione victoriam, quos jam Dominus secum habere properabat. Et contigit, ut fratres Agapius & Secundinus ex illustri sacerdotio martyres glorioso in eo transitu, quo ad beatum passionis suæ prælium Præsidis quidem temporanea potestate, sed Christi electione pergebant, nostrum interim dignarentur hospitium: Hæc cum dicat auctor, fratresque Episcopos nominet, quos suscepit hospitio, se quoque Episcopum fuisse prodit.

XXXIX. Charitas martyrum.

Tum de illis prosequens historiam, subdit: *Quibus inerat spiritus vivificationis & gratiæ; ut cum sanctis & præclaris Dei testibus jam parum esset, quod ipsi martyrio pretiosum sanguinem destinassent, nisi etiam alios martyres fidei suæ inspiratione fecissent. Horum tanta charitas fuit & tanta dilectio, ut, licet taciti possent jam devotæ & obsignatæ * virtutis exemplis fidem fraternitatis extruere; tamen ad stabilitatem perseverantiæ latius consulentes, pectoribus nostris rorem tractatus salutaris infunderent, neque enim tacere poterant, qui Dei sermonem videbant. Nec mirum si paucis illis diebus tam large nostrum omnium mentes eorum tractatus salubris animavit; in quibus jam Christus, micante gratia de proxima passione, fulgebat.*

* *al.* obstinatæ.

XL. Mariani & Jacobi certamen.

Denique ita proficiscentes illi, Marianum & Jacobum exemplo & magisterio suo dispositos reliquerunt, ut recentissima gloriæ suæ vestigia dimitterent secuturis illorum viam. Dum enim biduum fluxerat, ecce Marianum & Jacobum carissimos nostros sua palma quærebat. Nec ut aliis in locis unus hoc aut alius Stationarius miles agebat Subcenturio (c); nam violenta manus & improba multitudo sic ad villam, quæ nos habebat, quasi ad famosam sedem fidei convolarat. O exoptanda nobis incursio! O felix & digna exultatione trepidatio! sic quidem ad nos ventum est propter

(*c*) *Dicebatur miles Subcenturio, qui subiiciebatur Centurioni. Liv. lib. 8. ab Urbe condita.*

ter hoc tantum, ut Dei dignationem Mariani & Jacobi justus sanguis expleret. Vix hoc in loco possumus, fratres dilectissimi, gaudia cumulata frenare; qui alios ante biduum ad ipsum passionis exitum a nostris amplexibus miseramus, alios adhuc nobiscum futuros martyres habebamus; quos cum jam matura dignatione fortis Deus quæreret, etiam nos aliqua fraternæ gloriæ pars perstrinxit, quia pertrahebamur a Muguis in Cirthensem coloniam. Sequebantur autem carissimi nobis, & ad palmam passionis electi, quos & nostri amor ducebat, & Christi matura dignatio. Ita miro modo, & immutato pergendi ordine, sequebantur illi qui fuerant antecessuri.

XLI. Stationarii milites.

Denique illis non fuit longa dilatio; namque dum nos exultantius adhortantur, se quoque Christianos esse liberiori gaudio prodiderunt. Mox interrogati, cum in fortissima nominis Christi confessione præstarent, deducuntur ad carcerem. Tunc attentantur numerosis durisque cruciatibus per Stationarium militem, justorum piorumque carnificem, adhibitis in auxilium crudelitatis ejus Centurionum & Cirthensium magistratibus, hoc est, diaboli sacerdotibus; tamquam membrorum laceratione frangeretur fides, cui cura corporis vilis est. Quod hic auctor iterum meminit militis Stationarii: erant Stationarii (ut colligitur ex Ulpiano *a*) apparitores, qui certis locis dispositi, exorientes tumultus ac rixas comprimerent; quidque ubique ageretur, Præfecto deferrent; & (ut ex dictis apparet) carnificinæ etiam inservirent. At post hæc rursum Acta:

(*a*) *l. 1. §. Quies ff. de offic. Præfect. Urb.*

XLII. Immanes cruciatus.

Et Jacobus quidem, sicut erat in virtute fidei semper austerior, qui & infestationes jam semel variæ persecutionis evicerat, affectavit se non Christianum tantum, sed diaconum confiteri: Idcirco, quod in ministros potissimum Ecclesiæ persecutio hæc sæviebat. Sed pergit: *Marianum autem fecit tormentis obnoxium, quod se lectorem tantum, sicuti erat, fatebatur. Quæ nam illa tormenta! quam nova! quam diaboli venenato sensu, & deiiciendi artibus exquisita supplicia! Pependit Marianus ad vulnera; &, quæ martyrii etiam in ipsis lacerationibus affuit gratia, sic tortus est, ut illum exalturet & pœna. Nexus autem qui pendentem gerebat, non manus, sed summos apices pollicum vinxerat, scilicet ut digitorum tenuis exilitas plus in ferendis membris cæteris laboraret. Addita etiam pedibus injusta pondera, ut discordantibus pœnis utrinque distracta, & viscerum convulsione resoluta, de nervis suis totius corporis compago penderet. Nihil egisti juxta templum Dei, juxta Christi cohæredem nequitia Gentilis; suspenderis licet membra, concusseris latera, divulseris viscera; Marianus noster in Deum fidens, quantum corpore patiebatur, tantum mente crescebat.*

XLIII. Deus consolatur martyrem.

Victa denique feritate torquentium, rursum in carcere de triumpho suo multum lætatus includitur; ibique cum Jacobo & reliquis fratribus gaudium victoriæ Dominicæ frequenti oratione celebravit. Quid nunc Gentiles creditis, Christianos sentire carceris pœnas, & sæculares horrere tenebras, quos manet gaudium lucis æternæ? Spiritus cum fida spe venientis gratiæ cœlos mente complexus, suis jam non interest pœnis. Secretam licet suppliciis quæratis & abditam sedem, graveque antri caligantis horrores, domumque tenebrarum; fidentibus in Deum nullus squalidus locus, nullum tempus triste sentitur; fovet illos Deo Patri dicatos fraternitas Christi diebus ac noctibus. Etenim Marianus post illam vexationem corporis altius in soporis tranquillitate resolutus, quid divina dignatio ad fiduciam spei salutaris ostenderit, expergefactus sic ipse nobis enarravit.

XLIV. Visio ostensa Mariano.

Ostensum est (inquit) mihi, fratres, tribunalis excelsi & candidi nimium sublime fastigium, in quo ad vicem unus præsidebat. Illic erat catasta non humili pulpitu, nec uno tantum ascensus gradu, sed multis ordinata gradibus, & longe sublimis ascensus; & admovebantur confessorum singulæ classes, quas ille Judex ad gladium duci jubebat. Tunc exauditur mihi vox clara & immensa dicentis: Marianum applica. Et ascendebam in illam catastam; & ecce ex improviso mihi sedens ad dexteram ejus Judicis Cyprianus apparuit; & porrexit manum, & me levavit in altiorem catastæ locum; & arridens dixit: Veni, sede mecum. Et factum est, ut audirentur aliæ classes, me quoque assidente. Et surrexit ille Judex, & nos ducebamus eum ad prætorium suum. Iter autem nobis erat per locum pratis amœnum, & viridantium nemorum læta fronde vestitum, opacum cupressis surgentibus in excelsum, & pinnis pulsantibus cælum, ut putares eum locum per omnem circuitus ambitum lucis virentibus coronatum; sinus autem in medio pellucidi fontis exuberantibus venis & puris liquoribus redundabat. Et ecce subito ab oculis nostris ille Judex recessit. Tunc Cyprianus phialam, quæ super marginem fontis jacebat, arripuit; & cum illam de fonte implesset, hausit; & iterum implens, mihi porrexit, & libenter bibi. Et cum Deo gratias agerem, excitatus, inquit, mea voce surrexi.

XLV. Quid ostensum Jacobo.

Tunc Jacobo quoque in recordationem rediit, quod sibi hanc significasset coronam divinæ dignationis ostensio. Nam superioribus diebus, cum ejusdem carrucæ vehiculo Marianus & Jacobus, & cum his ego viam communiter carperemus; ad medium fere diem, inter illa itineris confragosa mira-

mirabili & alto sopore correptus, postquam a nobis interpellatus & excitatus est, evigilavit. Perturbatus sum (inquit) non sine gaudio meo, fratres; sed & vos mecum gaudere debetis. Vidi (inquit) juvenem inenarrabili & satis ampla magnitudine, cujus vestitus distinctus erat in tantum candida luce, ut oculi in eum constanter videre non possent; cujus pedes terram non calcabant, & vultus oris super nubes erat. Is cum transcurreret, unam tibi, Mariane, & unam mihi zonas purpureas in sinus nostros jaculatus est, & ait: Sequimini me cito. O quietem vigiliis omnibus fortiorem! O quietem in qua feliciter dormit quisquis in fide vigilat, quæ terrena tantum membra sopierat! quoniam videre Deum nisi spiritus non valebit. Quantum exultantes, quamque sublimes animos martyrum esse credendum est, quibus in sui nominis confessione passuris, & audire Christum ante contigit, & videre offerentem se suis quocumque tempore? Non fuit impedimentum vehiculi promoventis inquieta jactatio, nec dies medius, qui sub calore tunc fulgebat Solis. Nulla noctis expectata secreta sunt; novo genere gratiæ martyri suo Dominus novum opus visionis elegit, nec in unum aut alium fuit ista dignatio.

XLVI. Visio Æmiliani.

Namque Æmilianus, quamvis equestris ordinis haberetur, ad quinquagesimum prope ætatis annum carnis continentia pervenerat, continuatis in carcere gemina superpositione jejuniis, & orationibus sæpe repetitis, per quas devota mens pasta, in alium diem & sacramento Dei parabatur; in somnum media die reclinatus, quiete discussa, talia nobis suæ visionis patefecit arcana. Producto me (inquit) de carcere, homo gentilis, hoc est, frater meus carnalis occurrit. Is res nostras admodum curiosus insultabunda voce perquirit; sciscitans quatenus nos in pœnalibus tenebris illis & inedia carceris haberemus. Cui respondit: Milites Christi, & in tenebris clarissimam lucem, & in jejunio cibum saturabilem, Dei habere sermonem. Et cum hoc audiret: Scitote, inquit, quod vos quicumque in carcere habemini, si obnixe perstabitis, maneat pœna capitalis. At ego, qui verebar ne compositum luderet fraude mendacium, confirmare votum meum volui: Vere (inquam) patiemur omnes? At ille rursus affirmans dixit: Gladius vobis & sanguis in proximo est. Sed velim scire, an omnibus vobis, qui vitam contemnitis, indiscrete æqualium munerum cælestium præmia rependantur. Cui respondi: Non sum idoneus tam magnæ rei proferre sententiam. Attolle, inquam ad cælum oculos: jam videbis innumerabilem turbam micantium siderum: numquid stellæ omnes pari luminis honore præfulgent? & tamen omnibus lumen est. Ad hæc ille iterum, quid interrogaret, invenit: Ergo si qua discretio est, inquit, qui vestrum sunt in promerenda Dei voluntate potiores? Nimirum, inquam, præ cæteris duo, quorum nec tibi dicenda, & Deo nota sunt nomina. Illo acrius incumbente, atque perscrutante molestius. Hi sunt, inquam, qui, quo difficilius & tardius vincunt, gloriosius coronantur; & propter hoc scriptum est (a): Facilius est camelum perforamen acus transire, &c. Hucusque de divinitus ostensis ad futurum martyrium visionibus. Peculiare plane fuisse, ut hæc Fidelibus suis Deus antea præmonstraret, Cypriani id sæpe testantis assertione superius est comprobatum. Sed quæ post hæc secuta sint, auctor docet his verbis:

(a) Matth. 19.

XLVII. Adjicitur confessor numero Martyrum.

Post hæ ostensiones in carcere diebus pauculis commorati perducuntur in publicum, ut eos Cirthensium magistratus elogio confessionis suæ honoratos transmitteret cum parte damnationis ad Præsidem. Et ecce unus e circumstantibus nostris omnium in se Gentilium convertit oculos, quod jam per gratiam proximæ confessionis Christus in ore ejus & facie relucebat. Cumque ex eo turbulentis & ferventibus animis quæreretur, an ejusdem & ipse esset religionis & nominis; rapuit tam dulcem promptissima confessione comitatum. Sic elogiis suis beati martyres plures Dei testes: dum ipsi ad martyrium parantur, acquirunt; & jam transmissi ad Præsidem, negotiosum ac difficile iter cum voluntate properaverunt. Tunc eos Præsidi admotos, iterum Lambesitanus carcer accepit: hæc enim sola apud Gentiles hospitia justorum.

XLVIII. Plures effecti martyres.

Interim per dies plurimos effusione sanguinis transmittebatur ad Dominum numerosa fraternitas; nec pervenire ad Jacobum & Marianum clericorumque victimam rabies insanientis Præsidis poterat, laicorum tam multis occupata vulneribus. Nam ita inter se nostræ religionis gradus artifex sævitia diviserat, ut laicos a clericis separatos tentationibus sæculi & terroribus suis putaret esse cessuros. Ergo carissimi nostri & fidelissimi milites Christi, cæterique de clero, contristari aliquantulum cœperunt, quod, laicis certaminis sui laude perfunctis, servaretur sibi tam lenta & sera victoria.

XLIX. De Agapio visio.

Tunc Agapius, qui jamdudum martyrio suo consummatæ fidei sacramenta perficerat; qui & ipse cum pro puellis duabus Tertulla & Antonia, quas sibi carissimas ad vicem pignorum diligebat, repetitis frequenter precibus oraret, ut secum & illæ Dei dignatione martyres fierent; retulerat meritorum suorum tali revelatione fiduciam: Quid assidue petis, quod una oratione meruisti? Is ergo Agapius agenti Jacobo in carcere, per tempus quietis apparuit. Nam ipsa, inquit, nocte Agapium nostrum videbam inter omnes alios lætiorem,

vem, quos una nobiscum Cirthensis carcer incluserat, solemne quoddam & lætitiæ plenum celebrare convivium; quo cum ego & Marianus quasi ad agapen spiritu dilectionis & charitatis raperemur; adcucurrit obvius nobis puer, quem constabat esse alterum ex geminis ante triduum cum matre passis, corona rosea collo circumdatus, & in manu dextera palmam viridissimam præferens. Et quo properatis? inquit: Gaudete & exultate; cras enim nobiscum & ipsi cœnabitis. O Dei magna in suos & præclara dignatio! O vere paterna pietas in Jesu Christo Domino nostro! qui dilectis suis & indulget tam larga beneficia, & clementiæ suæ munera præstaturus ante declarat.

I. Perducuntur ad Martyrium.

Dies a visione primus illuxerat & jam promissis Dei sententia Præsidis serviebat; quæ Marianum & Jacobum & cæteros clericos, tandem Patriarchis cum gloria reditos, e pressuris sæculi sententia animadversionis emisit. Et perducti sunt ad coronæ locum, qui riparum collibus hinc & inde sublimis, media fluminis convalle subsederat; sed & spectaculo erat celsa utrinque altitudo aggeris; alveus ipso medio sinu fluorem beati sanguinis hauriebat. Nec deerat utriusque sacramenti genus, cum & baptizarentur suo sanguine; & lavarentur in flumine. Mira tunc ibi cernere posses & exquisita compendia sæviendi. Nam cum manum carnificis, gladiumque ipsum tot cervicibus debitum numerosus justorum populus urgeret; artificis feritas dispositas agminum series in ordinem dirigebat, scilicet ut sacrilegi percussoris ictus, velut impetu quodam furoris, pia colla percurreret. Deinde ut ne expectabile fieret cruentum illud & barbarum ministerium, hanc sibi expeditionem sceleris invenit. Nam si uno in loco percussurus ipse consisteret, immensam struem corporum cumulus acervaret, & ipsum denique spatium tanta strage completus alveus denegaret.

LI. Postremæ visiones ostensæ Martyribus.

Tunc oculis sub ictu ferri de more velatis, nullæ tamen aciem liberæ mentis clausere tenebræ; sed largus atque inæstimabilis splendor immensæ lucis affuit. Nam plerique cum proximis atque assistentibus sibi fratribus, quamvis in visum carnalis aciei pars non pateret, videre se tamen & mira quædam loquebantur: Quod sibi apparerent equi desuper niveo colore candentes; inveheerentur juvenes candidati. Nec defuere ex eodem martyrum numero collegarum quidam qui revelationem attestarentur auribus, & ex auditu equorum fremitus ac sonos recognoscerent. Ibi & Marianus, prophetico spiritu jam repletus, fidenter & fortiter prædicabat proximam justi sanguinis ultionem, variisque sæculo plagas, vel de cæli jam culmine minabatur luem, captivitatem, famem, terræque motus, cynomyiæ venena

cruciantia. Qua prædicatione non tantum Gentilibus insultabat fides martyris; sed etiam fratribus vigorem æmulandæ virtutis, & quasi classicum præcinebat, ut inter tantas sæculi plagas, justis Dei tam bonæ atque piæ mortis raperetur occasio.

LII. De matre Mariani.

His peractis, Machabæico gaudio Mariani mater exultans, & passione perfecta jam secura de filio, non illi tantum coæperat, sed & sibi, quæ tale pignus ediderat, gratulari: complectebatur in filii corpore suorum viscerum gloriam, & in ipsa cervicis vulnera frequens osculum pietas religiosa figebat. O te merito Mariani, o te beatam & filio tuo matrem & nomine! (Beata enim ipsa appellabatur) Quis in ea tanti vocabuli felicitatem credat errasse, quam hic uteri sui fœtus ornavit? Inæstimabilis vero Dei omnipotentis & Christi ejus in suos misericordia, qui fidentes in suum nomen non solum gratiæ dignatione confortat, sed & sanguinis redemptione vivificat. Nam quis digna æstimatione possit ejus beneficia metiri? qui in hoc paterna indulgentia semper operatur, ut in nos & hoc ipsum, quo Dei nostri sanguine rependi credimus, conferatur; cui est gloria & imperium.

LIII. Visio de Clade Romani exercitus.

Hactenus suum prosecutus est auctor cum præconio de Dei in martyres benignitate tractatum, & ipse secundum visionem ostensam Æmiliano martyrio propediem coronandus; ipsum enim post hæc scripta haud putamus diu fuisse superstitem, quod non tantum, quam diximus, ostensa visio Æmiliano prædocuit, sed vehemens id quoque conjectura declarat. Nam clades per visum ostensas, & a Mariano generatim expressas, si auctor supervixisset, eas jam contigisse vidisset: ac proinde quid portendisset illa candidatorum acies equitum visa & audita a sanctis martyribus, facile expressisset, nempe immensam illam cladem, quæ hoc ipso anno non post multum temporis a nece martyrum est subsecuta, cum Romanus exercitus a Persis est profligatus; cum & miserando modo ac plane infelicissimo (quod nunquam antea accidit, nec per multa post sæcula evenisse reperitur) Valerianus Imperator captivus ductus est a Persis, vile mancipium factus; nec tacuisset civiles illas ingruentes undique turbas, neque triginta tyrannos tam immaniter, tamque ferociter, diversis in locis ex improviso sub Gallieni Imperio emergentes, atque Rempublicam pessundantes, vel barbarorum eruptiones, terræmotus, hiatus terræ, maris effusionem, pestilentiam, aliosque infelicissimos casus, qui sequenti anno Romanum Imperium dirissime exagitare cœperunt; de quibus singulis inferius suis locis dicturi sumus. Hæc, inquam, omnia, si auctor fuisset superstes, intellexisset, & ex eventis quæ erant præ-

nunciata, vera esse significasset.

LIV. Scriptor actorum & ipse Martyr.

Quamobrem satis apparet, ipsum, dum servaretur in carcere cum aliis martyribus, hæc scripsisse, ac sic fideliter memoriæ commendata Fidelibus tradidisse; atque demum optatam diu, & ad quam tantopere inhiabat, coronam martyrii, fuso sanguine, percepisse. Quem fuisse Episcopum, nec levis eruditionis virum, divinoque plane afflatum Spiritu atque martyrii cupidissimum, eadem ipsius scriptio sanguine propemodum exarata, fidem apertissimam facit. Quod vero ad dictos martyres spectat; licet diversis diebus martyrii certamen obierint, Ecclesia tamen omnes simul una commemoratione conjungens, tertio Kalendas Maii natalitium eorum diem martyrio consecravit.

LV. Martyres passi Romæ.

Quod autem spectat ad martyres Romæ passos; quod nonnulli sub Gallieno Imperatore martyrium subiisse dicantur, non id accidit, ut, cessante Valeriano, ii martyrio fuerint coronati; quandoquidem (ut dicemus) Gallienus capto ab hostibus Valeriano parente, mox persecutionem cessare jussit, datis pro Christianis edictis. Sed quod solus Gallienus Romæ imperaret, Valeriano agente cum exercitu in Oriente, idcirco plerique martyres sive Romæ, sive alibi, sub Gallieno passi dicuntur, & inter alios clarissima fœmina Eugenia virgo, filia Philippi Præfecti Augustalis in Ægypto; de qua hæc in Ecclesiasticis monumentis (*a*): *Romæ in cœmeterio Aproniani, S. Eugeniæ virginis, quæ tempore Gallieni Imperatoris, post plurima virtutum insignia, post sacros virginum choros Christo aggregatos, sub Nicetio Urbis Præfecto diu agonizans, novissime gladio jugulata est.* Sed hæc pluribus in Actis ejus, quæ a majoribus cognita, & inter alios ab Alcimo Avito Episcopo Viennensi alibi pluribus diximus.

(a) *Martyrol. Rom. die 25. Decembr.*

LVI.

In eisdem quoque mentio habetur de Basilla virgine, de qua sic etiam in veteribus monumentis Ecclesiasticis (*b*): *Romæ via Salaria, natalis S. Basillæ virginis, quæ cum esset ex regio genere, & illustrissimum sponsum haberet, illumque dimisisset; accusata ab eo quod esset Christiana, decretum est a Gallieno Augusto, ut aut sponsum reciperet, aut gladio interiret; quæ de hoc rogata, cum respondisset, se Regem Regum habere sponsum, gladio transverberata est.* Porro Romæ, eadem via Salaria veteri, cœmeterium est S. Basillæ, ubi etiam, qui tunc ibidem passi sunt Protus & Hyacinthus, S. Eugeniæ (cujus meminimus) Eunuchi, sepulti sunt; quorum natalis dies Indicibus Ecclesiasticis tertio Idus Septembris adscriptus habetur.

(b) *Martyrol. Rom. die 20. Maii.*

Basillæ Martyrium.

LVII.

Sub eodem persecutionis furore passæ aliæ quoque virgines Romæ reperiuntur, nempe Digna (*c*) & Emerita, quarum leguntur Acta, sed mendosa. Ibidem etiam Flora & Lucilla virgines, Eugenius, Antoninus, Theodorus, atque socii decem & octo occisi sunt, Gallieno jubente, ut memoriæ proditum est in Romano Martyrologio, natali ipsorum die, quarto Kalendas Augusti. Cyriaca vidua, cum se suaque omnia in sanctorum ministerium exhibuisset, eadem persecutione pro Christo martyrium subiens, vitam quoque ipsam libenter impendit duodecimo Kalendas Septembris. Agrippina virgo eodem item tempore martyrii corona donata est, cujus natalis dies agitur nono Kalendas Junii. Sed & Anastasia senior atque Cyrillus idem obeuntes certamen, pariter coronati sunt quinto Kalendas Novembris. Præter hos omnes passi item Romæ habentur, eodem Gallieno Imperatore jubente, quadraginta martyres via Lavicana, quorum natalis dies Idibus Januarii memoratur. Sed & decimooctavo Kalendas ejusdem, Irenæi, Antonii, Theodori, Saturnini, Victoris & aliorum decem & septem Romanorum martyrum, qui eadem urgente persecutione passi sunt, anniversaria dies natalis agitur. Jovini itidem ac Basilei, qui eodem tempore passi sunt, sexto Nonas Martii, anni cujuslibet circulo recurrente, memoria celebratur.

(c) *Martyrol. Rom. die 22. Sept.* Romæ passi alii Martyres.

LVIII. Martyres passi in Gallia.

Porro alii complures eadem insigniti sunt a Domino corona martyrii, sed in aliis quoque Occidentalis Orbis Provinciis pene innumeri, quorum nomina exciderunt. Illustrior vero eorum qui hac eadem persecutione graffante martyrium subiere, habetur Privatus Episcopus Gabalitanus; licet ab Alemannis Gallias invadentibus necatum fuisse, ejus Acta tradant, & Gregorius (*d*) Turonensis qui Cassium & Victorinum, Liminium quoque & Ancolianum illi conjungit. Passus item in Gallia reperitur Florentius Episcopus Viennensis in exilium relegatus, ubi & martyrium consummavit tertio Nonas Januarii. Eadem itidem persecutione sublatus est Pontius, de quo agitur pridie Idus Maii; sed de eo plura superius.

(d) *Greg. Turonens. hist. Franc. lib. 1. cap. 34.*

LIX. Martyres passi in Hispania.

Hispaniam vero martyrio illustrarunt Fructuosus Episcopus Tarraconensis, Augurius & Eulogius ejusdem Ecclesiæ diaconi;

PAGIUS IV. *Martyrium S. Fructuosi & sociorum ejus.*

Anum. LIX. ad LXX. Bollandus ad diem XXI. mensis Januarii, & Ruinartus mox laudatus pag. 219. & seqq. referunt Acta authentica sancti Fructuosi Episcopi Tarraconensis, ac sociorum ejus Augurii atque Eulogii Diaconorum, qui passi sunt apud Tarraconem, celebrem olim Hispaniæ citerioris Metropolim, in hodierna Catalonia sitam, quorum initio annus eorum martyrii his verbis exprimitur: *Valeriano & Gallieno Imperatoribus, Æmiliano & Basso Coss. XVII. Kalend. Februarii, die dominico, comprehensus est Fructuosus Episcopus, Augurius &*

coni; qui ibidem, iisdem quoque Imperatoribus Valeriano & Gallieno Christianos persequentibus, primo in carcerem trusi, deinde flammis injecti, exustis vinculis, manibus in modum crucis expansis, orantes martyrium compleverunt (ut habent tabulæ Ecclesiasticæ) duodecimo Kalendas Februarii. Extant ipsorum Acta, quæ die anniversaria ipsorum natalis in Ecclesia legi consueviſſe, S. Augustinus (*a*) testatur, qui & ex eis quasdam sententias recitans, ait: *Audistis persequentium interrogationes, audistis confitentium responsiones, cum sanctorum passio legeretur. Inter cætera quale erat illud beati Fructuosi Episcopi? cum ei diceret quidam & cæteret, ut eum in mente haberet, & oraret pro illo, respondit: Me orare necesse est pro Ecclesia Catholica ab Oriente usque ad Occidentem diffusa. Quis enim oret pro singulis? Sed neminem singulorum prætermittit, qui orat pro universis; ab eo nullum membrum prætermittitur, cujus oratio pro toto corpore funditur*: & paulo post: *Quale est etiam illud sancti diaconi, qui cum Episcopo suo passus & coronatus est? Ait illi judex: Numquid & tu Fructuosum colis? Et ille: Ego non colo Fructuosum; sed eum colo quem colit & Fructuosus*: subdit Augustinus ad hæc: *Quo modo nos admonuit, ut martyres honoremus, & cum martyribus Deum colamus &c.* docet enim pluribus, Christianos non hominibus (ut Gentiles) erigere templa, & offerre sacrificia, sed Deo, in honorem tamen ac memoriam martyrum. At de his tomo primo Annalium fusius.

(a) *Aug. de divers. ser. 101. c. 2.*

LX. Acta Fructuosi Episcop. Tarraconensis.

Quod vero (ut Augustino auctore cognovimus) dictorum martyrum Acta in Ecclesia publice coram populo legerentur; idque non in Hispania tantum, sed in Africa etiam, ac proinde in aliis quoque Occidentalis Orbis Ecclesiis ageretur; cum eadem ipsa integerrima extent, digna videntur, quæ ad verbum hic attexantur; cum præsertim plura antiquitatis egregia monumenta contineant. Ita se habent (*b*): *Die Dominico comprehensus est Fructuosus Episcopus, Augurius, & Eulogius diaconi. Repositio autem Fructuoso Episcopo in cubiculo suo, direxerunt Beneficiarii in domum ejus, ideſt, Aurelius, Festucius, Velius, Polleneus, Donatus, & Maximus*: Beneficiarii, quorum hic habetur mentio (*c*), apud Tertullianum dicuntur qui vectigalia exigebant; sed interdum sumi pro exploratoribus, constitutio (*d*) Novella

(b) *Apud Sur. to. 1. die 21. Jan.*

(c) *Tertull. de Fug. c. 13.*

(d) *Novell. 13. ibid. Cuiac.*

PAGIUS *& Eulogius Diaconi.* Præterea de sociis ejus in iisdem Actis habetur: *Et fecerunt in carcere dies sex; & producti sunt duodecimo Kal. Februarii, feria sexta, & auditi sunt.* Quæ nonnisi anno CCLIX. gesta, quo littera Dominicalis B in cursu erat, ideoque dies XII. Kal. Februarii, seu dies XXI. Januarii cum feria sexta concurrebat. Hinc liquet Petavium lib. XV. de doct. Temp. Fastos susdeque vertisse, quando Æmiliani & Bassi Consulatum loco suo movit, & in annum CCLXI. transtulit. Sic enim *Fructuosum*, & socios ejus jam a biennio occisos martyres facit; adeo refert ut Consules suis annis reddantur. Ex Fructuosi autem Actis ger-

demonstrat; sic dicti, quod talibus officiis mancipati, immunes essent a plebis muneribus. Voces obscuras interdum declarare, ratio instituti, cui nos obligavimus, exigit; quod haud putamus ingratum esse lectori. Quonam pacto, quæso, rerum gestarum narratio innotescet, nisi voces quædam exoticæ & exoletæ in ea positæ explicentur? Sed Acta martyrum prosequamur: *Cum sensisset Fructuosus pedibulum ipsorum; confestim surrexit, & prodiit ad eos, ubi sedebant in soliis. Cui milites dixerunt: Veni; Præses te accersit cum diaconibus tuis. Quibus Fructuosus Episcopus dixit: Eamus quo vultis, calceo me. Cui milites dixerunt: Calcea te ad animum tuum. Qui mox ut venerunt, recepti sunt in carcerem.* Quod hic de pedibulo audito Acta habent, locus est perdifficilis, quid per pedibulum significetur; & quid sit, quod audito pedibulo, sanctus Episcopus prodiit ad eos, qui sedebant in soliis.

LXI. Pedibulum quid.

Ad hæc autem elucidanda, illud primum intelligendum est, consueviſſe lictores, ad domos aliorum accedentes, fores virga percutere; testatur id Livius (*e*), cum ait: *Lictor Sulpitii, cum de foro se domum reciperet, fores (ut mos est) virga percussit; cum ad id moris ejus insueta expavisset minor Fabia.* Sed & Plinius hæc (*f*): *Gn. Pompeius, confecto Mytridatico bello, intraturus Possidonii Sapientiæ professione clari domum; fores percuti de more a lictore vetuit, & fasces lictorios januæ submisit is, cui se Oriens Occidensque submiserat.* Quod igitur ejusmodi Beneficiarii lictorum munere fungerentur; Fructuosi Episcopi fores, ipsum vocaturi, virga percusserunt; percussisque foribus, ipsi interea consederunt in soliis, nempe in sedilibus, quæ præ foribus esse solerent. At cur virgam illam, pedibulum dicit? Puto dictum pedibulum a pedo; pedum enim, pastorum est baculum, ut auctor est Festus (*g*). Quod igitur ejusmodi lictorum virga in modum pedi in summitate esse soleret incurva, sed longe illo brevior, diminutive pedibulum eam esse nominatam apparet. Sed quid Acta post hæc?

(e) *Liv. Decad. 1. l. 6.*

(f) *Plin. lib. 7. c. 30.*

(g) *Fest. in verbo Pedum.*

LXII. Quæstio habita de Fructuoso, Augurio, & Eulogio.

Fructuosus autem certus & gaudens de corona Domini, ad quam vocatus erat, orabat sine cessatione; erat autem & fraternitas cum ipso refrigerans, ut illos in mente haberet. Alia die baptizavit in carcere fratrem nostrum Rogatianum. Et fe-

fecerunt in carcere dies sex; & producti sunt duodecimo Kal. Februarii, feria sexta, & auditi sunt. Æmilianus itaque dixit: Fructuosum Episcopum, Augurium, & Eulogium meis conspectibus præsentate. Ex Officio dictum est: Adstant. Æmilianus Fructuoso Episcopo dixit: Audisti quid Imperatores præceperunt? Fructuosus Episcopus dixit: Nescio quid præceperunt; ego Christianus sum. Æmilianus dixit: Præceperunt deos coli. Fructuosus Episcopus dixit: Ego unum Deum colo, qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Æmilianus dixit: Scis esse deos? Fructuosus Episcopus dixit: Nescio. Æmilianus dixit: Scies postea. Fructuosus Episcopus respexit ad Dominum, & orare cœpit intra se. Æmilianus dixit: Qui audiuntur, qui timentur, qui adorantur, si dii non coluntur, nec Imperatorum vultus adorantur? Æmilianus Augurio diacono dixit: Noli verba Fructuosi imitari. Augurius diaconus dixit: Ego Deum omnipotentem colo. Æmilianus Eulogio diacono dixit: Numquid & tu Fructuosum colis? Eulogius diaconus dixit: Ego Fructuosum non colo; sed ipsum colo, quem & Fructuosus. Æmilianus Fructuoso Episcopo dixit: Episcopus es? Fructuosus Episcopus dixit: Sum. Æmilianus dixit: Fuisti. Et jussit eos vivos ardere.

LXIII. Ducuntur Martyres.

Et cum duceretur Fructuosus Episcopus cum diaconibus suis ad amphiteatrum; populus Fructuosum Episcopum dolere cœpit, quia magno eum amore prosequebantur non tantum fratres, sed etiam Ethnici. Talis enim erat, qualem Spiritus Sanctus per Beatum Paulum Apostolum vas electionis & doctorem Gentium debere esse

(a) 1. Tim. 3. Tit. 1.

declaravit (a), propter quod etiam fratres, qui sciebant illum ad tantam gloriam pergere, gaudebant potius, quam dolebant. Cumque multi ex fraterna charitate eis offerrent condimentum, uti permixtum poculum sumeret, ait: Non dum est hora solvendi jejunii; agebatur enim hora diei quarta; siquidem in carcere quarta feria stationem solemniter celebraverunt. Igitur sexta feria lætus atque securus festinabat, uti cum martyribus, & Prophetis in paradiso, quem Dominus præparavit amantibus se, persolveret stationem.

LXIV. Pocula damnatorum.

Sed hæc ex Actis narrata, observatione atque elucidatione sunt digna. Videas ex his veterem ubique tam in Orientem, quam in Occidente vigentem consuetudinem; ut miserationis ergo ad supplicia damnatis poculum non qualecumque propinaretur, sed aromatibus conditum; quale fuisse diximus vinum illud, Myrrhatum dictum, crucem mox passuro Domino tunc oblatum: habes enim nostram ea de re sententiam suo loco (b) pluribus assertam atque probatam, & ejusmodi exemplo egregie quoque testatam.

(b) *Annal. tom. 1. anno D. 34.*

LXV. Statio pro jejunio.

Quod insuper tradunt Acta, Fructuosum cum suis feria quarta stationem solemniter celebrasse, soluturum eamdem sexta feria in paradiso; per stationem antiquitus intelligi consuevisse jejunium, sententia Tertulliani, Cassiani, & aliorum, primo Annalium tomo est pluribus demonstratum; ac pariter declaratum, consuevisse majores quarta & sexta feria singulis hebdomadibus jejunare. Stationibus, nempe jejuniis, dicatam esse ex Ecclesiæ consuetudine quartam & sextam sabbati, ait Tertullianus (c). Sed quod hic habent Acta a martyribus in carcere detentis feria quarta solemniter celebratam stationem; aliquid ultra usitatum morem additum fuisse significant; nempe productum fuisse jejunium continuum usque ad feriam sextam, qua (ut habent inferius) solvendum erat; quod scilicet illud non esset consuetum cæterarum hebdomadarum jejunium, sed quod ultra præscriptum morem arctius & diuturnius; quod (ut ait Tertullianus d) tempore imminentium tentationum ab Episcopis pro arbitrio Ecclesiis indici soleret. Sed jam ad Acta, unde digressa est oratio, revertamur.

(c) *Tertull. de jejun. c. 14.*

(d) *Tertul. de jejun. c. 13.*

LXVI. Oratio generalis pro universa Eccles.

Cumque ad amphitheatrum pervenissent, statim ad eum accessit Augustalis nomine, lector eiusdem, flens, & deprecans ut eum discalcearet. Cui beatus martyr respondit: Missum fac, fili; ego me discalceo fortis & gaudens, & certus de Dominica promissione. Qui cum se discalceasset, accessit ad eum commilito frater noster nomine Felix, & apprehendit dexteram ejus, rogans ut sui meminisset. Cui Fructuosus Episcopus cunctis audientibus clara voce respondit: In mente me habere necesse est Ecclesiam Catholicam ab Oriente usque in Occidentem. Igitur in porta amphitheatri constitutus, cum jam prope esset, ut ingrederetur ad coronam immarcescibilem potius quam ad pœnam, observantibus licet ex Officio Beneficiariis, quorum nomina supra memorata sunt, itaut ipsi audirent fratres

germanis & legitimis Æmiliani Consulatum anno CCLIX. gestum esse certo intelligimus.

Eorum Natale die XXI. Januarii apud Hipponem regium celebratum fuisse, & Acta laudata eadem esse, quæ olim in Ecclesia Africani legebantur, eruitur ex iis quæ refert sanctus Augustinus Sermone CCLXXIII. novæ editionis, alias Cl. de Diversis, quem in eorundem Sanctorum natali habuit; nam num. VI. sic de iis loquitur: *Beati quorum passio recitata est. Beata Agnes sancta, cujus Passionis hodiernus est dies.* Certum est enim Agnetem die XXI Januarii passam fuisse, qua reipsa die in vetustissimo Calendario Carthaginensi a Mabillonio publicato hujus festum recolitur. Sed de iisdem Martyribus legendi Bollandus & Ruinartus citati.

tres nostri, monente pariter ac loquente Spiritu Sancto, Fructuosus martyr ait: Non decrit vobis pastor, nec deficere poterit charitas & repromissio Domini, tam hic, quam in futurum. Hoc enim quod videtis, unius horæ videtur infirmitas. Consolatus igitur fraternitatem, ingressus est ad salutem.

LXVII. Fructuosus & socii consummant Martyrium.

Digni ipsi martyrio, felices qui sanctarum Scripturarum fructus ex promissione senserunt, similes Ananiæ, Azariæ, & Misaeli: steteruntque ut etiam in illis tribus divina miracula cernerentur, sic quidem in igne jam constituti, ut Pater non deesset, & Filius subveniret, & Spiritus sanctus in medio ignis ambularet. Cumque exustæ fuissent fasciolæ, quibus manus eorum fuerunt colligatæ: Fructuosus Episcopus, orationis divinæ & solitæ consuetudinis memor gaudens, positis genibus, orabat de resurrectione securus; in signoque trophæi constitutus, Dominum precabatur.

Visi Martyres cælum conscendere.

Hic solita Domini non defuere magnalia, apertumque est cœlum, videntibus Babylonio & Mygdonio fratribus. Ex familia autem Æmiliani Præsidis filia ejus dominæ suæ carnali ostendebat Fructuosum Episcopum cum diaconibus adhuc stipitibus quibus ligati fuerant permanentibus, in cœlum ascendentes coronatos. Cumque Æmilianum vocarent, dicentes: Veni, & vide quos hodie damnasti, quemadmodum cœlo & spei suæ restituti sunt: Æmilianus veniens videre eos non fuit dignus: Hæc

(a) *Prud. hymn. 6. Perist. ph.* ibi. Sed & de visione sic Prudentius (a).

Vidit Præsidis ex domo satelles
Cœlum martyribus patere apertum,
Insigneque viros per astra ferri:
Quin & filiolæ monens herili
Ostendit sceleris notam paterni
Cœlo vivere, quos forum peremit.
Hæc tum virginitas palam videre
Per sudum meruit, patente cœlo,
Ut crimen domini domus timeret.

Sed quid post hæc?

LXVIII. Fructuosus apparet.

Tunc igitur, veluti relicti sine pastore tristes fratres solitudinem sustinebant; non quod dolerent Fructuosum, sed potius desiderarent. Porro fidei & agonis memores, gaudenteque, superveniente nocte, ad amphitheatrum cum vino festinarunt, ut semiusta corpora extinguerent. Quo facto cineres eorum collecti sunt, &, prout quisque potuit, sibi vendicavit. Sed nec in hoc Domini & Salvatoris nostri defuere magnalia, ut credentibus fides augeretur, & parvulis ostenderetur exemplum. Oportebat enim, Fructuosum martyrem, quod per misericordiam Dei docendo præmiserat in Domino & Salvatore nostro, in sua postea passione & resurrectione carnis comprobare. Igitur post passionem apparuit fratribus, & monuit, ut, quod unusquisque per charitatem de cineribus usurpaverat, restituerent sine mora, unoque in loco simul condendos curarent.

LXIX. Æmiliano ostenti per visum martyres.

Æmiliano etiam, qui eos damnaverat, Fructuosus pariter cum diaconibus suis ostendit se in stolis repromissionis, increpans pariter & insultans, nihil illi profuisse, quod frustra exustos corpore in terram crederet reductum iri, quos cerneret gloriosos. O beatos martyres, qui igne probati sunt ut aurum pretiosum, vestiti lorica fidei, & galea salutis; qui coronati sunt diademate & corona immarcescibili, eo quod diaboli caput calcaverunt! O beatos martyres, qui meruerunt dignam habitationem in cœlis, ad dexteram stantes Christi, benedicentes Deum Patrem, & Jesum Christum Filium ejus! Suscepit autem Dominus martyres suos in pace per bonam confessionem; cui est honor & gloria in sæcula sæculorum Amen: Hucusque Acta; quæ (ut dictum est) S. Auguſtinum ea citantem habent adstipulatorem, atque Prudentium (b); qui omnia iisdem Actis expressa, ut posita sunt, ad verbum propemodum sacro hymno cecinit, præter citata loca de pedibulo & statione, quæ forte non assecutus, nec potuit expressisse. Quomodo autem in ultionem effusi innocentium sanguinis, Tarraco haud diu post a barbaris capta fuerit, inferius enarrabimus.

(b) *Prud. Perist. ph. hymn. 6.*

LXX. Paulus Samosat. Episcop. Antioch.

Rursus vero hoc anno octavo Valeriani Imperatoris, sexto vero ab obitu Galli & Volusiani, Demetrianus Episcopus Antiochenus ex hac vita decessit; in cujus locum substitutus est Paulus Samosatenus, de quo plura suo loco dicturi sumus; sed an martyrio obierit Demetrianus, non constat.

LXXI.

Hoc eodem anno, iisdem Consulibus Gallieno quartum & Valeriano, cum Valerianus Imperator adversus Persas duceret exercitum proditione Macriani Ducis deditur Persis; quod quidem hoc anno sexto Valeriani Imp. ab obitu Galli numerando, vel octavo secundum positam a nobis supputationem, contigisse, tum ex iis quæ superius ex Dionysio dicta sunt, tum etiam auctore Trebellio (c) Pollione liquido constat; qui non solum in Salonio Gal-

(c) *Trebell. Poll. in Gallieno.*

Ad num. LXX. *Paulus Samosatenus* anno post captivitatem Valeriani dicitur factus Episcopus Antiochenus in Chronico Eusebii editionis Scaligerianæ, ideoque præcedenti anno Christi. Vides itaque in Annalibus nihil penitus recitari, quod ad præsentem annum pertineat, propter rationem jam supra assignatam.

VII. Valeriani servitus.

A num. LXXI. ad LXXV. Valeriani Augusti captivitas, quam hoc anno Baronius narrat, sub Consulatu Æmiliani & Bassi, ideoque & anno Christi CCLIX. accidit, ut eo anno ostendimus. Cedrenus scribit *Valerianum* a Sapore captum esse *apud Cæsaream*; sed major fides Zonaræ, qui id *Edessæ* factum dicit, adhibenda.

Ad

Valerianus Imp. a Persis captus.

Gallieno infra manifeste testatur, Valerianum anno sexto sui Imperii captum esse, (quod Eusebius quoque tradit in Chronico) sed & cum agit de Gallieno, ipsius narrationis exordio affirmat dictis Consulibus Gallieno & Volusiano seu Valeriano, capto Valeriano, Macrianum atque Balistam de subrogando in locum ejus Imperatore tractare cæpisse. Hæc autem passum esse Valerianum ob persecutionem in Christianos illatam, Dionysius Alexandrinus (a) eo argumento demonstrat: Quippe cum eis bene usus esset, in omnibus semper floruit ejus Imperium, quod eorum precibus videbatur esse suffultum: sed in eos illo sæviente, inversa mox fuit summæ felicitatis alea. Hæc cum ille pluribus scribat, quo modo demum dolo Macriani traditus sit Persis, sic scribit in epistola ad Hermammonem:

(a) *Apud Euseb. l. 7. c. 9.*

LXXII. * al. Materini. (b) *Isaiæ 66.*

Valerianus autem Macriani **proditione in hanc miseriam delapsus, contumeliis & probris hostium barbarorum objectus fuit secundum Isaiæ* (b) *vocem: Hi vias sibi delegerunt, & abominationes ipsis, quas eorum anima volebat; & ego ludibria eorum deligam, & peccata retribuam illis. Iste dum gerebat Imperium, præter ejus dignitatem, furore in Christianos exagitabatur: post cum regium illud decus, vieto & debilitato corpore sustinere non posset; duos filios, quos paterna scelera infinite infecerant, Imperii gubernaculis præfecit. Ac prædictio illa, quam Deus olim ediderat* (c)*: Ego sum, qui ulciscor peccata patrum in filios usque ad tertiam & quartam generationem, iis qui me oderunt; in istis perspicue declarata fuit; nam nefarias cupiditates, quarum explendarum spe ipse excidisset, in filiorum capita conjecit, & cum improbam ejus nequitiam, tum odium erga Deum in illorum animos effudit. De Valeriano quidem totidem a Dionysio accepimus*: Hucusque Eusebius.

Macrianus proditor Valeriani.

(c) *Exod. 20.*

LXXIII.

Valerianus igitur proditus a Macriano, a Sapore Persarum Rege captus, & in Persidem abductus, apud hostes ad obitum usque permansit; nec ullis valuit compluribus litteris quas recitat Trebellius (d) a captivitate dimitti; quin ob insignem ignominiam (testantur Aurelius Victor, Eutropius atque alii) quamdiu ipse Valerianus vixit, Sapores, ipso incurvato, pede calcans ejus cervicem, quasi suppedaneo usus subsellio, equum conscendere consuevit; ultione hac severissima profecto dignus, ut qui Christianam religionem pedibus toties proculcarat, ipse barbari hominis pedibus calcaretur.

(d) *Trebell. in Valerian.*

Ignominia Valeriani.

LXXIV.

Sed non hic infelicitatis illius finis. Audi quid Constantinus (e) Magnus Augustus de eo pro concione, gravissima usus apostrophe, locutus sit: *Quia tu, Valeriane* (inquit) *eamdem crudelitatem in Dei famulos ostendens, justum sanctumque Dei judicium quasi ante oculos omnium statuisti; dum captivus prehensus eras, & vinctus duceberis purpura & reliquo apparatu regio indutus; tandem a Sapore Rege Persarum jussus excoriari, saleque conditus sempiternum tui infortunii trophæum ante oculos omnium statuisti*: Hæc Constantinus; qui & ad alium Persarum Regem Saporem item dictum scribens (f), in eo gloriam Christi prædicat quod eo modo in Valerianum Christianorum persecutorem ultus sit sanguinem justum.

(e) *Const. orat. SS. Cæt. c. 24.*

Valerianus excoriatus.

(f) *Euseb. in Vita Const. l. 4. c. 11.*

LXXV.

Hunc in modum, sublato Valeriano, dolo (ut demonstratum est) Macriani, ipse sibi dictis Consulibus Gallieno atque Valeriano, collecto, cui cum Balista præerat, exercitu, ab eo acclamatur atque decernitur Imperator. Hæc Trebellius (g) pluribus; cum interea (ut idem auctor (h) affirmat) Aureolus, qui regebat exercitum in Illyrico, & ipse oblatum a militibus sumpsit Imperium. Quin & Valens in Achaia Proconsul sibi Imperium arrogavit, in Thessalia vero Piso; in Ægypto Æmilianus Augustalis Præfectus a suis ad eam dignitatem provehitur; in Galliis vero Imperator creatus est Posthumus. At ne in his diutius immoremur; aliosque ex his ortos referre, & mutuas inter ipsos conflictationes, perplexasque discordias enarrare, cum non sit instituti a nobis suscepti; qui hæc cupit, consulat Trebellium Pollionem. Tot igitur de summa Imperii conflictantibus, aliis insuper cladibus a barbaris in diversa loca progressis, exagitatum est vehementer Romanum Imperium sub eodem Gallieno; de quibus omnibus anno sequenti, suo loco opportunius dicturi sumus.

Multi tyranni invadunt Imperium.

(g) *Trebell. in Gallien. & in Macrian.*

(h) *Idem in Odenato.*

LXXVI.

Gallienus igitur quantumlibet natura sævissimus atque impurissimus esset, nec patre inferior in Christianis persequendis, aut remissior extitisset; tamen adeo veluti prodigio de clade patris, ea de causa percepta commonitus, ac plane perterritus, veritus, ne & in se tam dira ultionis

Gallienus territus, pacem reddit Ecclesiæ.

nis jacula cælitus vibrarentur, evestigio furentem adhuc in Christianos persecutionem compressit, novisque pro illis promulgatis edictis, contra illos jam edita penitus antiquavit. Quamobrem eum hoc nomine Dionysius (a) laudat, cum alioqui ab Ethnicis scriptoribus summæ crudelitatis arguatur, & impuritatis obscœnissimæ infametur. Nam quod ad sævitiam pertinet (b), Trebellius narrat, dum recitat scriptas ab eo litteras ad Celerem Verianum; idemque (c) alibi tradit, ipsum jussisse scurras vivos exuri, & militum (ut ait) terna millia & quaterna singulis diebus occidi. Non ergo clementiæ ac commiserationis causa Christianorum rebus Gallienus consuluit; sed paternæ afflictionis exemplo correctus, pro Christiana religione rescripsit; quod & Orosius (d) æque confirmat, dum de cladibus agit a Deo in Romanum orbem immissis in ultionem Christiani sanguinis.

(a) *Dionys. apud Euseb. l. 7. c. 23.*

(b) *Trebell. de triginta Tyran. in Ingen. 8.*

(c) *Idem in Gallieno.*

(d) *Oros. l. 7. c. 22.*

LXXVII.

De pace autem a Gallieno Ecclesiæ redita, hæc scribit Eusebius (e): *Non diu post, cum Valerianus apud barbaros servitutem subiisset, filius ejus solus Imperio potitus, clementius se gessit & moderatius in Imperio gubernando, & edictis vulgatis persecutionem remisit, relaxavitque; atque adeo illos qui verbo Dei præerant, quod ipsis in more positum fuisset, libere exequi, per litteras mandavit, quæ quidem sic se habent*:

(e) *Euseb. l. 7. c. 14.*

Imperator Cæsar Publius Licinius Gallienus Pius Fortunatus Augustus, Dionysio, & Pinnæ, & Demetrio, & cæteris Episcopis salutem.

Litteræ Gallieni pro pace Ecclesiæ.

Meæ munificentiæ beneficium per universum Orbem divulgari præcepi: Ut qui loca religiosa, quæ spectant ad Christianos, possident, ab illis statim discedant. Et propterea vos litterarum mearum exemplari uti poteritis, quo nemo deinceps vobis quicquam facessat molestiæ. Atque istud quidem ut nunc libere & pro arbitratu a vobis expleri queat, jampridem a me erat concessum. His de causis Aurelius Cyrenius, qui summam rerum secundum me administrat, litterarum etiam exemplar conservabit. Hucusque rescriptum ad Episcopos. Subdit hæc Eusebius: *Aliud porro decretum illius esse dicitur, quod ad alios Episcopos dedit, per quod loca illa, quæ cœmeteria nominabantur, integram adeundi occupandique fecit potestatem.* Valerianum enim edicto a talibus locis atque conventibus prohibuisse Christianos, suo loco superius dictum est.

LXXVIII.

Sed quid his primis ejus administrationis temporibus, cum nondum fortasse in omnia loca pro Christianis scripta atque promulgata essent edicta, Cæsareæ Palæstinæ contigerit, idem Eusebius his narrat verbis: *Iisdem temporibus, cum pax in Ecclesia ubique vigeret; Marinus, unus ex his qui in exercitu Romano magnum*

Marini certamen.

R decus

PAGIUS VIII. *Macrianus & Aureolus.*

Ad num. LXXV. *Macrianum* in Oriente & *Aureolum* in Illyrico anno etiam CCLIX. tyrannidem arripuisse, ibidem docuimus.

IX. *Pax Ecclesiis per Ægyptum constitutis reddita.*

Ad num. LXXVI. & seqq. Sublatis in Ægypto Tyrannis, Gallienus hoc Rescriptum ab Eusebio lib. 7. cap. 13. recitatum, ad Dionysium Alexandrinum, alioque Ægypti Episcopos misit, quo persecutionem sedavit: *Imperator Cæsar P. Licinius Gallienus, Pius Felix Augustus Dionysio, Pinnæ, Demetrio, & reliquis Episcopis. Indulgentiam beneficii nostri per universum Orbem diffundi præcipimus, ut cuncti a religiosis locis abscedant. Quo circa & vos rescripti nostri formæ uti potestis, ut nullus vobis deinceps molestiam facessat. Atque id quod vobis exequi licet, jamdudum a me concessum est.* Gallienus itaque, qui

PAGIUS qui jamdiu pacem Ecclesiæ dederat, eam in Ægyptum diffundi voluit, præcepitque ut cuncti a religiosis locis recederent, quod jam post captivitatem patris aliis Episcopis concesserat; sed qua concessione propter Macriani tyrannidem Patriarchatus Alexandrinus potiri non potuerat. Eusebius paulo post addit: *Est & alia ejusdem Imperatoris Constitutio ad alios Episcopos data, quæ iis permisit, ut Cœmeteriorum suorum loca recuperarent.* Quamobrem falluntur Viri doctissimi, qui autumant, hæc duo Rescripta statim post Valerianum captum emissa fuisse. Illud enim, quod tunc a Gallieno publicatum, & cujus mentio in priori Rescripto laudato, ad nos non pervenit, & quod recitat Eusebius, ad Episcopos tantum Ægypti directum, ut potiri possent priori illo decreto, in omnium favorem emisso, quo hactenus propter Macriani tyrannidem gaudere non potuerant.

X. *Rufinus agnovit, duo edicta ad sedandam persecutionem emissa fuisse.*

Unus *Rufinus*, quod legerim, hoc agnovisse videtur. Nam licet Eusebius in libro septimo, postquam cap. 12. de iis, qui apud Cæsaream Palæstinæ martyrio perfuncti sunt; cap. 13. de pace a Gallieno reddita agat; cap. 14. *de Episcopis, qui tunc floruere*; cap. 15. *quomodo Marinus apud Cæsaream martyrio decoratus est*; cap. 16. *de Astyrio Christi causa etiam cæso*; cap. 19. *de Throno Jacobi Episcopi*: nihilominus Rufinus ordinem immutavit, quod considerans Valesius in Notis Eusebianis ad lib. 7. cap. 13. ait: *Porro monendus est Lector, capitum ordinem hic a Rufino commutatum. Hæc enim duo capita 13. & 14. Rufinus collocavit post caput 19. quod est de Cathedra Jacobi. In Indice tamen capitulorum, quem idem Rufinus huic libro præfixit, idem est ordo capitulorum, qui in Græcis Eusebii exemplaribus. Cur autem Rufinus ordinem capitum mutaverit, causam non video; nisi forte quia commodius esse censuit, Marini & Asturii martyria subnectere passioni Martyrum Cæsariensium. Sed animadvertere debuerat, diversis hoc temporibus contigisse. Nam Cæsarienses quidem illi passi sunt in persecutione Valeriani. Marinus autem & Asturius sub Gallieno. Rufini errorem Osuardus, & Ado, ac reliqui deinceps secuti, martyrium Marini atque Asterii in Valeriani tempora contulerunt. Sed eos refellit Eusebius, ut dixi.* Ita Vir Cl.

XI. *Duravit persecutio post pacem Ecclesiæ datam.*

Verum licet licentia illa, libertasque aliquid in veteribus Auctoribus immutandi minime toleranda sit, ex ea tamen, quam sibi Rufinus sumsit, intelligimus, ipsi persuasissimum fuisse, edictum Gallieni ad Dionysium, alioque Episcopos Ægypti missum, aliud fuisse ab eo, quo per universum Imperium persecutio vetita. Nam Eusebius cap. 15. laudato tradit, *pace cunctis ubique Ecclesiis reddita, apud Cæsaream Palæstinæ* Marinum quemdam *militari dignitate* decoratum, ob confessionem Christi capite truncatum, eodemque supplicio *Asterium* seu Asturium affectum fuisse, quod corpus ejus *decenti* tradidisset *sepulturæ*: quod cum factum sit post Decretum generale, quo pax cunctis Ecclesiis concessa, & ante decretum ad Episcopos Ægyptiacos post cladem Macriani datum, Rufinus hoc ultimum utrique martyrio postponendum, & Eusebii ordinem majoris claritatis gratia invertendum duxit. Hinc non male Usuardus, & Ado, ac reliqui deinceps

decus & honorem fuissent consecuti, vir & genere illustris, & divitiis locuples, propter testimonium Christi, Cæsareæ Palæstinæ tali de causa capite damnatus fuit. Est quidam honos apud Romanos, quod ἄλημα appellatur: quem qui adipiscuntur, eos Centuriones fieri ajunt: Eusebius honorem militarem ἄλημα vocari ait; quia ἄλημα, Græcis vitem significat, seu fermentum. Vitis autem insigne erat Centurionum, ut notum est ex Lucano (*a*), qui de Scæva Cæsaris Centurione agens, sic ejus gradum designat:

(*a*) Luc. lib. 6.

Vitis insigne Centurionum.

..... Sanguine multo
Promotus, Latiam longo gerit ordine vitem.

Unde & pro Centurionatu ipso sumebatur, ita ut vitem dare, idem esset ac Centurionem facere. Quo sensu Spartianus in Hadriano Imp. scribit, ipsum nulli vitem nisi robusto & bonæ famæ dare solitum, id est, nulli Centurionatum conferre. Sed plura de vite & Centurionatu notata inferius (*b*) invenies, cum agitur de glorioso agone Marcelli Centurionis martyris, qui ne militaret cum impietate: *Ecce*, inquit, *projicio vitem & cingulum*: manifesti autem erroris arguuntur, qui hæc duo distinguenda putant. Sed cæptam historiam prosequamur.

(*b*) *Anno Christi 298. §. Quod vero hic.*

LXXIX. Marini confessio.

Cum locus vacaret, ordo postulabat, ut Marinus eo dignitatis gradu potiretur. Marinum igitur in hunc honorem elatum, alius pro Tribunali comparens, in crimen vocat, tum quod erat Christianus, tum quod Imperatoribus non immolasset (non enim Gallienus solus, sed & Valerianus, ejus germanus sive filius, regebat Imperium) ac propterea, inquit, ex veterum legum institutis, illi non licet eum gradum dignitatis apud Romanos adipisci; sed illud, quicquid est muneris, mihi jure impertiri debet. Unde Judex commotus (Achivus hic erat genere) primo scisciatus est cujusnam sententiæ, & religionis esset Marinus. Quem ut animadvertit constanter se Christianum esse confitentem; trium horarum spatium ei ad deliberandum dat.

Hunc e judicio egressum, Theoctecnus, qui illic erat Episcopus, ad se colloquendi causa invitat; & apprehensa manu, recta deduxit in Ecclesiam. Quem cum interius ad ipsum sanctuarium collocavisset; læva paululum in alteram partem dimota, gladium, quo cingebatur, ostendit; simulque divinorum Evangeliorum librum afferens, ex adverso proponit; præcepitque ut ex illis duobus, quod magis esset ex animi sententia, deligeret. Ubi vero absque cunctatione, porrecta manu dextera, sacrum librum accepit, Theoctecnus sic illum affatur: Tene, & adhæresce Deo; sic enim ab illo roboratus, quod in optatis est, pro certo assequere. Abi in pace. Illum statim inde redeuntem præco pro tribunali advocat; jam LXXX.

PAGIUS ceps Rufinum secuti, martyrium Marini atque Asterii in Valeriani tempora contulere; licet uterque post Valerianum in Persidem ductum passus sit: edicti enim Valeriani etiamsi a Gallieno rescissi, vi & auctoritate morti traditi sunt.

XII. *Macrianus & filii interemti.*

Hoc itaque anno *Macrianus* & duo ejus filii *Macrianus & Quietus* interemti, & Ecclesia Alexandrina edicto pacis a Gallieno concesso tandem potita. Eusebius enim lib. 7. cap. 23. refert posteriorem partem epistolæ Dionysii Alexandrini ad Hermammonem, in qua Dionysius narrat, quomodo *Valerianus* Imperator a Macriano ad acerbam persecutionem adversus Christianos excitandam impulsus est, ac ab eodem proditus, justo Dei judicio, Sapori traditus est. *Macrianus* autem, eo capto, Imperium, cui inhiaverat, cum filiis obtinuit, & in Ægypto ab omnibus receptus est. Hunc *Macrianum* nubi assimilat Dionysius, quæ radios Solis aliquandiu intercipit, ipsumque Solem obscurat: postea vero Sol, ea evanescente, quasi novus & clarus apparet. Tum de Gallieno hæc scribit: *Religiosissimus vero Deique amantissimus Imperator septennalem circulum jam emensus nonum Imperii annum degit, quo nos festa celebraturi sumus.* Scripta itaque ea epistola præsenti anno, quo nonum Imperii annum Gallienus auspicatus est. Neque enim, ut Baronius credidit, ea anno sequenti data; quia, ut visuri sumus, Gallienus anno CCLXII. Augustei imperii Decennalia celebravit, de quibus sub festi nomine in laudato loco mentio, & ante illud festum hæc epistola exarata.

Baron. an. 263. num. LII.

XIII.

Quare cum in priori parte epistolæ Dionysii ad Hermammonem, quam refert Eusebius lib. 7. cap. 10. Dionysius dicit: *Joanni quoque similiter revelatum est. Ait enim: Et datum illi os loquens magna & impia; & data est illi potestas & menses quadraginta duo;* (Apocal. 13.) *utrumque porro in Valeriano impletum mirari licet;* illi XLII. menses hoc anno in interitu Macriani ac filiorum terminantur. Nam per tot menses Ægyptus & Alexandria vexatæ; de illis enim solis loquitur Dionysius, non vero de persecutione Ecclesiæ in universum, ut communiter locus ille ab omnibus explicatur. Pearsonius tamen, qui vulgarem illam opinionem tenuit, laudata Dionysii verba, *Religiosissimus vero Deique amantissimus* &c. optime explicavit. Quis, inquit, umquam ita locutus est, ut quis post septennium diceretur nonum annum jam agere? Necesse est, ut illud septennale aliquid peculiare designet, & diversum ab eo tempore, quod postea secutum est. Est autem illud septennium Imperii, quod cum patre administraverat. Ut Victor: *Regnavit annos quindecim, cum patre septem, solus octo.* Sed fallitur in eo quod subjicit Gallienum nempe septennium transcendisse, & octavo Imperii anno Macrianum Imperialem honorem adeptum esse, præsertim in Ægypto. Nam Gallienus septennium illud incompletum imperavit; sed antequam absolveretur, *Macrianus* in Ægypto purpuram sumsit, & ab eo tempore nulla in Ægypto auctoritas Gallieno fuit. Toto itaque octavo Imperii ejus anno *Macrianus* in Ægypto regnavit, neque ante præsentem, quo *Gallienus* nonum exorsus est, ipse & duo ejus filii interemti. Et ratio est, quia *Macrianus* secundum Imperii annum inchoavit. Extat enim apud Goltzium Nummus Græcus inscriptus: ΑΤΤ. Κ. Μ. ΦΟΥΛ. ΜΑΚΡΙΑ-

Ecclesia in Ægypto Tyrannidis ejus tempore vexata.

jam enim tempus illi præstitutum ad deliberandum erat completum. Sistit se pro tribunali. Qui cum majorem jam quam antea fidei ardorem ac studium declarasset; actutum inde, ut erat, ad mortem recta abductus, martyrio excessit e vita.

LXXXI. Asterii pietas.

Asterius autem vir e Senatorum numero, cum Imperatoribus in primis carus, tum omnibus & nobilitatis & facultatum gratia conspicuus, in eadem civitate propter divinam animi propensionem, quantum libere erga veram pietatem declarasset, omnium sermone celebrabatur; qui cum martyri, ipso mortis articulo præsto esset; simulatque vita migrarat, cadaver tollit, splendida & pretiosa obtegit veste, atque humeris impositum inde deportat; quod cum magnifico & sumptuoso linteo obvolvisset, decenti sepulcro condidit: Hucusque de martyrio & sepultura Marini Eusebius ejusdem civitatis Episcopus, cujus tunc Antistes erat, cujus meminit, Theoctecnus, quem paulo superius (*a*) dixerat successisse Theotisto, Ecclesiasticasque litteras in schola Origenis didicisse. Sed quid insuper addat de Asterio Senatore, hic describamus:

(*a*) *Euseb. eod. lib. c. 14.*

LXXXII. *Hujus viri familiares, qui hucusque vitam produxerunt, cum alia infinita ejus facta præclara memorant, tum illud in primis quod sequitur, quodque plenum est admirationis. Cæsareæ Philippi, quam Phœnices Paneada vocant, fertur victimam quamdam in fontes qui illic ex radicibus montis Panei prorumpunt (ex quibus Jordanis profluere dicitur) in quadam diei festi Gentilium celebritate mactatam conjici, atque eam dæmonis vi ac potestate mirandum in modum ab eorum conspectu evanescere, miraculumque videri præsentibus valde memorabile. Quibus, dum gerebantur, Asterium quodam tempore forte interfuisse; ac cum videret tam multos illius rei admiratione obstupefactos, eorum erroris admodum misertum esse. Deinde sublatis in cœlum oculis, Deum omnium rerum moderatorem per Christum supplicem precatum, ut dæmonium illud, quod populum tanto errore cæcavisset, comprimeret, ipsumque a fraude ac fallaciis, quas hominibus solet intendere, coerceret. Hoc modo cum Deum orasset, repentino victimam fontibus supernatasse, atque ita rem illam, quam tantopere mirari consueverant, in nihilum interiisse, usque adeo ut nullum in posterum eo in loco ex ea omnino ederetur miraculum:* Hucusque de his Eusebius; quæ autem subdit, statuam Salvatoris ab Hemorroissa conflari jussam, atque ibidem positam, suo loco primo tomo Annalium sunt recensita. Locum illum, ubi ea prodigia a Gentilibus exercebantur, a rotunditate lacus semper eadem mensura constantis, Phialam esse appellatum, Josephus (*b*) affirmat.

Superstitio in Jordanis fontibus aboletur.

(*b*) *Joseph. de bello Jud. l. 3. c. 18.*

PAGIUS KPIANOC. ETC. CEB. L. B. id est, *Imperator Cæsar Marcus Fulvius Macrianus Pius Augustus. Anno secundo.* Cum igitur toto octavo Gallieni anno tyrannidem in Ægypto exercuerit, septimo ejusdem Gallieni anno ab eo desciverat.

XIV. *Gallieni Imperium in Ægypto restitutum.*

Verum eo hoc anno occiso, majestas Gallieni etiam apud Ægyptios agnita est: *Gallienus vero*, inquit Dionysius, *renuntiatus, & communi consensu omnium iterum approbatus est, vetus simul Imperator ac novus; prior* illis, *ac post illos præsens*, post *Macrianum* nempe & filios. Gallienus itaque usque ad septimum Imperii annum inchoatum cum patre regnavit; per aliquot menses solus: sed toto octavo ejus anno *Macrianus* Imperio potitus est, & nonnisi anno nono postquam *Macrianus* & filii periere, majestas Gallieno apud Ægyptios restituta fuit.

Post *Macriani* & filiorum interitum, *Æmilianus* sumsit Imperium, *Thebaidem totamque Ægyptum peragravit*, quem tandem Dux Gallieni *Theodotus* Imperatori Gallieno vivum transmisit, ut testatur Pollio in duobus Gallienis cap. 4. & libro de Triginta Tyrannis cap. 22. ubi cum de eo agat, antequam Gallienum & Faustinum anni insequentis Consules, & res sub iis gestas memoret, apparet, *Æmilianum* post Macriani cladem & epistolam Dionysii ad Hermammonem, de qua supra egimus, scriptam, Imperium in Ægypto usurpasse: de quo cum sub laudatis Consulibus rursus Pollio mentionem faciat, sub iisdem interfectus est, cum in Nummis secundus Imperii ejus annus non legatur.

XV. *Æmilianus Imperium in Ægypto usurpat.*

Baron. ann. 263. n. VI. & seqq.

JESU CHRISTI ANNUS 263.	DIONYSII PAP. ANNUS 3.	GALLIENI IMP. ANNUS 9.

I. Faſti bene diſpoſiti.

SEquenti Chriſti anno ducenteſimo ſexageſimotertio Faſtis Conſularibus adſcribuntur a Caſſiodoro Conſules Gallienus quintum & Victorinus, vel (ut alii Faſti habent) Fauſtinus. Et his conſonant nummorum antiquæ inſcriptiones, quibus annus nonus Imperii Gallieni ejuſdem Conſulatui quinto conjungitur, ſecundum repertum numerum Tribunitiæ poteſtatis. Eſt hæc una ex eis (*a*):

IMP. C. P. LIC. GALLIENUS. P. P. P. F. AUG. GERM. P. M. TRIB. P. IX. COS. V. P. P. Quod vero idem annus Gallieni nonus in alia inſcriptione reperiatur adnotatus ejus Conſulatu quarto, ut in ea quæ ſic habet:

IMP. GALLIENUS. P. F. AUG. P. M. TR. P. IX. COS. IV. P. P. hoc inde accidit, quod non cum Conſulatu Kalendis Januariis ejus auſpicaretur annus Imperii, ſed alio anni die: quamobrem ſub uno Imperii anno neceſſe eſſet duos Conſulatus ex parte cenſeri.

(*a*) *Apud Panvin. in Faſt. comment. & Adolphum de numiſm. Rom. Imppp.*

Hoc itaque anno Alexandriæ bello civili oborto, Dionyſius ejus urbis Epiſcopus nuper poſtliminio reverſus, inde rurſus egredi ſponte delegit. Quo anno, ſedato jam bello civili Alexandrino, quo Dionyſius poſt perſecutionem reverſus Alexandriam, inde iterum egredi coactus fuerat; iterum Alexandriam rediit. Quam autem in primis (ne id dicere prætermittamus) fævæ fuerint inter Alexandrinos obortæ rixæ; ipſe in epiſtola ad Hieracem ſcripta teſtatur, quam Euſebius (*b*) recitans, hæc præmittit: *Ubi jam pax, ſedata prope perſecutione, conſtituta fuit, Dionyſius rediit Alexandriam. In qua urbe tam gravis ſeditio & bellum inteſtinum de integro ciebatur; ut fratres in civitate, propterea quod omnes in alterutram ſeditionis partem diviſi erant, Dionyſius nullo modo poſſet inviſere. Unde in ipſo Paſchatis feſto ab ipſa Alexandria, velut exul ab extera regione, per litteras cum illis colloqui coactus fuit. Quin etiam aliam*

II. Alexandrinorum rixæ.

(*b*) *Euſeb. l. 7. c. 26.*

PAGIUS SÆC. III. Olymp. 260. an. 2. Olymp. 260. *ſecundum Baronium* Anno Urbis 1015. A. C. 262.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5755.

☉ 19. E. ☽ 16. P. 23. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 262. *ſecund. Baronium* 263.

DIONYSII PAPÆ 4.

GALLIENI IMP. 10.

I. *Conſules, & Decennalia Gallieni.*

[1] AD num. I. Coſſ. P. *Licinius Gallienus Aug. V.* & *Fauſtinus*, ut libellus de Præfectis Urbi, Anonymus Cuſpiniani, ceterique Antiqui Faſtorum conditores habent. Sumtus is a Gallieno Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam, ob ejus nempe Auguſtei Imperii Decennalia, celebrata *novo genere Ludorum, nova ſpecie pomparum, exquiſito genere voluptatum*, inquit Pollio in duobus Gallienis cap. 8. ubi pluribus hanc pompam deſcribit, & Gallienum medium *cum picta toga & tunica palmata inter Patres*, Capitolium petiiſſe dicit. Quare Conſulatum nondum Gallienus abdicarat, quando hanc feſtivitatem edidit. Conſtatque, verum eſſe quod ſæpe inſinuavi, in hujuſmodi ſc. feſtis nova de more inducta fuiſſe, ideoque & Gallieni Decennalia novum Ludorum genus, & novam ſpeciem pomparum decoraſſe. Ea enim ſolemnia currenti anno celebrata eſſe diſerte docet ibidem Pollio. Cum porro apud Vaillantium V. C. averſam partem Numiſmatis Gallieni vidiſſem, tomo 2. pag. 172. in qua habetur in laurea: VOTIS X. ET XX. in dubio ſtatim fui, an nova hæc formula, ante hunc annum, quod ſaltem ſciam, nondum Nummis inſculpta, ipſo Imperii initio, quo Vota Decennalia ſuſcepta, vel hoc anno, quo eadem Vota ſoluta, uſurpari cœpta fuerit. Quare ſcripſi ad Virum Clariſſimum Andream Morellium Regiis Numiſmatis delineandis totum intentum, ut pro ſua erga me benevolentia Nummum illum integrum deſcribendum curaret: qui ſtatim reſcripſit, in antica parte conſpici caput radiatum Gallieni cum veſte Conſulari, & his verbis circum: GALLIENUS AUG. in poſtica vero legi: VOTIS X. ET XX. in corona, Nummumque illum aureum in Cimelio Regio aſſervari. Gaviſus ſum vidiſſe citatum Pollionis locum hoc Numiſmate confirmatum, hujus formulæ, quæ poſtea magno in uſu fuit, originem a Gallieni Decennalibus repetendam, ac præclaram occaſionem nactum eſſe, Antiquarios monendi, ut Numiſmata integra edant; cum alioquin non ſolum eruditioni plerumque inutilia ſint, ſed & ipſa Numiſmata, eorumque ſtudioſos ac editores in contemtionem adducant. Baronius, qui Imperium Valeriani & Gallieni tardius inchoavit, præſentem annum nonum Gallieni appellat, quod in Nummis nona Tribunitia Poteſtas Gallieni ejuſdem Conſulatui quinto conjungatur. Verum vana hæc ratio; Tribunitia enim Poteſtas nona Gallieni, qua nonus Imperii ejus annus deſignatur, per priores hujus anni menſes in curſu fuit, & Tribunitia Poteſtas X. nonniſi circiter menſe Maio a Gallieno ſumta.

A. num. II. ad VI. Euſebius lib. 7. cap. 21. de Dionyſio Alexandrino ſcribit: *Poſt hæc, pace vixdum reſtituta, Alexandriam regreſſus eſt. Verum cum ſeditio bellumque rurſus illic exortum fuiſſet, iterum ipſo Paſchæ die ex urbe Alexandria tanquam extorris eos per literas alloquitur.* Tum

II. *Duæ ſeditiones Alexandrinæ diſtinguenda.*

NOTÆ [1] *Coſſ. P. Licinius Gallienus Aug. V. & Fauſtinus.* Nummi Gallieni apud Bandurium, tom. 1. pag. 175. cum TRIB. POT. IX. COS. V. Faſti Idatiani & Vindebonenſes: *Gallieno V. & Fauſtiniano*. Libellus de Præf. Urbi. *Gallieno V. & Fauſtino.*

CHRISTI 263.	DIONYSII PAP. 3.	GALLIENI IMP. 9.

aliam poſtea epiſtolam ad Hieracem Eccleſiarum Ægypti Epiſcopum de feſtorum celebratione conſcripſit; in qua ſeditionis, quæ eodem tempore fuit Alexandriæ concitatæ, his verbis mentionem facit:

III. Civiles diſſenſiones.

Quid mirum, ſi tam arduum & difficile mihi ſit apud eos, qui longinquiore locorum intercapedine diſtant, per epiſtolas, tamquam coram, ſermones conferre; cum & mihi ipſi mecum colloqui, & proprio animo in varias partes diſtracto, conſilium dare, anceps & periculoſum videatur? Nam ad viſcera mea, meos cariſſimos fratres, contubernales uno animi conſenſu mecum concordes, Eccleſiæ ejuſdem cives, cogor equidem neceſſario litteras ſcriptas dare; eas tamen ad illos mittere videor mihi nullo modo poſſe. Facilius enim, non dicam in exteras regiones, ſed ab Oriente ad occaſum uſque iter facere quiſquam poterit, quam ab una Alexandriæ parte ad alteram pergere. Media namque civitatis platea plus habet periculi, pluſque difficultatis ad tranſeundum, quam ſalitudo illa deſerta, longa, ac nullis hominum veſtigiis trita, quam Iſraelitæ vix duabus hominum ætatibus peragrarunt; & quam ipſum etiam mare Rubrum, quod quidem in duas partes diſruptum, & inſtar duplicis muri utrinque erectum prætergredientibus Iſraelitis tranſitum dedit perfacilem. Iſti porro placidi & tranquilli urbis portus, fluctuum eorum, quibus Ægyptii erant in trajectione ſubmerſi, veram effigiem gerunt; qui ſæpenumero propter hominum cædes in illis factitatas, & effuſum cruorem, ſimiles etiam mari Rubro apparent.

Immenſa cædes hominum.

IV.

Fluvius item qui in urbem illabitur, interdum aridior & magis ſqualliduſ exicatuſque videtur, quam ſolitudo illa aquæ expers, quam Iſraelitæ peragrantes tanta ſiti opprimebantur, ut eo uſque contra Moyſen contumelioſe vociferarentur, quoad potentia Dei (qui ſolus edit miracula) aqua, quam biberent, ex dura & prærupta petra copioſe effluereet: interdum tantopere inundat, ut per omnia loca finitima, vias & agros perlabatur, terroremque incolarum animis injiciat, ne diluvium, quod temporibus Noe totam terram perluebat, rurſus irrumpens omnes penitus obruat. Et ſicut olim a Moyſe ob Pharaonis contumaciam erat in cruorem mutatus, & fœtidum poſt odorem fundebat; ita etiam ſanguine, cæde, & hominibus in eum demerſis contaminatus ſemper defluit. Quænam alia aqua, quæſo (cum aqua ſit quæ ſordes cujuſque rei abluit) uſquam reperiri poterit, quæ aquam hujus fluminis penitus purgare valeat? Aut quo modo immenſus & pene interminatus Oceanus, licet totus in eum eſſet infuſus, ſordes hujus acerbi & amari pelagi omnino eluere queat? Aut qua ratione ingens flumen ex Edem egrediens, etiam ſi quatuor illa capita, in quæ dividitur, in unum caput, nempe alveum Geonis, qui eſt unus ex illis quatuor, derivarentur, iſtam labem & colluviem expurgare poſſit?

V. Peſtis ex putrefactione cadaverum.

Aut quando aer adeo corruptorum ubique halituum contagione infectus turbatuſque purus & ſalubris eſt futurus? Etenim tam lethales e terra vapores in ſublime tolluntur, tam peſtiferi e mari cientur venti, tam tabidæ ex fluminibus adſpirationes efflantur, tam inſalubres ex portubus nebulæ erumpunt; uti vos qui undique diffunditur, nihil aliud ſit, quam ſanies cadaverum ſub dio putreſcentium; quæ quidem elementa, ex quibus fuerunt generata, tetro odore inficiunt; & tamen mirantur admodum, ſecumque quærunt, unde adeo continuæ peſtes, unde adeo graves morbi, unde adeo variæ cujuſque modi corruptelæ, unde adeo multiplex & diverſus hominum interitus oriatur. Quæruntetiam, quamobrem civitas iſta maxima non amplius tantam habitatorum multitudinem ferat, ſi a tenerrimis pueris incipias numerare, & ad ſenes ætate provectiſſimos progrediaris, quantam ſenum, quos vocant ὡμογέροντας, id eſt, ſenes quibus jam primum obrepit ſenectus, anteæ nutrire conſuevisſet: nam ex illis, quorum erat ætas inter quadrageſimum & ſeptuageſimum annum interjecta, id temporis adeo multi fuerunt, ut numerus eorum qui inter decimumquartum & octogeſimum jam ſunt interpoſiti, quorum nomina in tabulas publicas pro diviſione frumenti factitatas relata ſunt, eorum numerum omnino non poſſit exæquare; & qui jam ſunt aſpectu adoleſcentes maxime, tamquam æquales fiunt eorum, qui olim ſenes erant maxime. Et quamvis jam animadvertunt hominum genus in terra magis magiſque in dies in hunc modum attenuatum, abſumptumque; nullo tamen timore horreſcunt; quin neque, cum illorum omnium omnino interitus creſcat, & latius quotidie manet, & fundatur,

---

PAGIUS Baron. n. 11. & ſeqq.

Tum narrat graviſſima mala ex illa ſeditione exorta. Quare anno præcedenti paulo poſt pacem reſtitutam, Dionyſius Alexandriam rediit, ubi hoc anno tempore Paſchatis in Epiſtolis ſuis mentionem fecit illorum tumultuum, qui ſub finem anni præcedentis contigere, quando Æmilianus tyrannidem in Ægypto arripuit. Hæc enim de Æmiliano intelligenda obſervat Valeſius in Notis Euſebianis. Porro Baronius male confundit hanc ſeditionem cum altera in eadem urbe excitata, Claudio regnante, & ab Euſebio lib. 7. cap. 32. narrata, qua durante *Euſebius* & *Anatolius* celeberrimi Epiſcopi Alexandrinæ urbi laboranti operam commendarunt; quo tempore jam Dionyſius Alexandrinus ad cœleſtem patriam migrarat. Sed de hac ſecunda ſeditione infra accurate agemus.

datur, *ulla ex parte reformidant*: Hæc ad Hieracem Dionysius, quæ ab Eusebio descripta noluimus prætermisisse: subinfert post hæc Eusebius (*a*) ea de peste post bellum exorta, deque Christianorum officiis tunc erga fratres exhibitis.

(*a*) Euseb. l. 7. cap. 17.

VI. Quodnam autem ejusmodi bellum fuerit, quo (ut inferius (*b*) ait) non modo civitas intus factione divisa est, sed ab exercitu foris obsessa; ex iis quæ scribit (*c*) Trebellius, facile possumus intelligere. In Gallieno enim hæc ait, cum de tyrannis in Imperium Romanum obortis agit: *Per idem tempus Æmilianus apud Ægyptum sumpsit Imperium: occupatis horreis, multa oppida malo famis pressit: sed hunc Dux Gallieni Theodotus, conflictu habito, cepit, atque Imperatori Gallieno vivum transmisit*: Hæc ibi; & in commentario de triginta Tyrannis, cum de eodem agit Æmiliano, de causa ejusmodi obortæ inter cives Alexandrinos discordiæ meminit, dicens (*d*): *Et hoc familiare est populo Ægyptiorum, ut vel furiosi ac dementes de levibus quibusque ad summa Reipublicæ pericula perducantur: sæpe illi ob neglectas salutationes, locum in balneis non concessum, carnem & olera sequestrata, calciamenta servilia, & cætera talia, usque ad summum Reipublicæ periculum seditionis, ita ut armarentur contra eos exercitus, pervenerunt.*

(*b*) Idem l. 7. c. 26.
(*c*) Trebell. Poll. in Gallien. Æmilianus Tyrannus.
(*d*) Idem de 30. Tyran. in Æmiliano.

VII. *Familiari ergo sibi furore cum quadam die cujusdam servus Curatoris, qui Alexandriam tunc regebat, militaris ob hoc cæsus esset, quod crepidas suas meliores esse quam militis diceret; collecta multitudo in domum Æmiliani Ducis anceps venit, atque eum omni seditionum instrumento & furore prosecuta est: ictus est lapidibus, petitus est ferro, nec desit ullum seditionis telum. Quare coactus Æmilianus, sumpsit Imperium, cum sciret sibi undecumque pereundum; consenserunt ei Ægyptiacus exercitus, maxime in Gallieni odium; nec ejus ad regendam Rempublicam vigor defuit. Nam Thebaidem, totamque Ægyptum peragravit, & quatenus potuit, barbarorum gentes forti auctoritate submovit. Denique Alexander, vel Alexandrinus (nam incertum id quoque habetur) virtutum merito vocatus est. Et cum contra Indos pararet expeditionem, misso Theodoto Duce, Gallieno jubente, dedit pœnas; siquidem strangulatus in carcere captivorum, veterum more, perhibetur*: Hæc Trebellius.

Æmilianus imperat.

VIII. Porro ut Theodotus id ex animi sententia perfecerit, illud adjuvit, quod divisa in duas factiones civitate, quarum altera pro Gallieno, pro Æmiliano altera pugnaret: obsidenti interim Alexandriam Theodoto, aditus tandem urbi per suos patuit. Hæcque illa sunt tempora a Dionysio ad Hieracem scripta, ac superius recitata; quibus cum (ut dictum est a Trebellio) Æmilianus sibi horrea publica vendicasset, famesque vehementissima oborta esset; quid tunc egerint Eusebius & Anatolius Alexandrini, quorum prior in Romano exercitu agebat cum Theodoto Duce, posterior vero intra civitatem Alexandrinam cum civium parte, quæ a Romanis dissentiebat; quid inquam, pro salute obsessorum egerint, ambo Christiani, amboque postea Laodicensis Ecclesiæ creati Episcopi, Eusebius ita narrat (*e*):

Eusebius & Anatolius.

(*e*) Euseb. l. 7. c. 26.

IX. *At tametsi in obsidione Alexandriæ, cum ibi magna esset frumenti inopia, alias præclare ab Anatolio res gestas pene infinitas, commemorant; utpote qui singularis dignitatis prærogativam præ cæteris magistratibus ab omnibus civibus adeptus fuisset; tamen exempli causa hanc unam solum hoc loco citabo. Fertur, cum frumentum illis diu obsessis deesset; itaut fames, quæ in urbe grassabatur, multo magis intolerabilis, quam hostium impetus, qui jam extrinsecus premebat, existeret; hunc quem dico, cum huic interesset calamitati, tale quoddam remedium illis proinde inventisse. Cum altera pars civitatis cum exercitu Romano societatem belli gerendi coivisset, & propterea obsidione non vexaretur; Eusebium forte inter eos, qui minime erant obsessi, versantem (adhuc enim ibi habitabat, inque Syriam minime demigraverat) & magnum decus nomenque celebre etiam a Duce Romani exercitus consecutum, de his qui fame illius obsidionis tempore interierunt, per internuncium Anatolius certiorem facit. Eusebium autem, cum hoc intelligeret, a Duce maximi beneficii loco postulasse, uti illis, qui vellent se ab hostibus ex urbe ad eum sua sponte recipere, vitam ac salutem daret; quem quidem, petitione, ut voluit, impetrata, Anatolio significasse.*

Pœnuriæ Alexandrinorum consultum.

X. *Hoc autem nuncio ab Eusebio accepto, Senatum Alexandrinorum coegisse, ac primo poposcisse ab illis, ut cum Romanis amicitiam jungerent. Quo quidem sermone ubi illos graviter commotos videbat, dixisse: At huic, quod jam dicam, vos neutiquam refragaturos arbitror; illis qui in hac dimicatione videntur minime esse necessarii, minimeque vobis utiles, ut anus, infantes, & senes, liberam e portis egrediendi potestatem, quo velint, faciatis, consilium est. Quid enim istos jam jam prope morituros apud nos ipsos continemus? quid modo mancos & corporibus mutilatos, peneque exhaustos fame opprimimus? Viros solos & juvenes viribus valentes alere oportet; & frumentum, quod necessarium est eis qui ad civitatis propugnationem accommodati sunt, congerere. Quibus rationibus cum Senatum in suam sententiam adduxisset; ipsum primum assurgentem suffra-*

Prudens factum.

gium tulisse, ut omnis multitudo, sive virorum, sive mulierum, quæ ad rem militarem parum esset idonea, a civitate libere excederet; quoniam si remanerent, ibique cum magno civitatis morarentur incommodo; nullam salutis spem illis (quippe fame viderentur perituri) esse omnino relictam.

XI. *Cui sententiæ cum a cæteris omnibus, qui aderant in Senatu, esset assensum; parum aberat, quin omnes, qui obsidione cingebantur, servasset incolumes. Atque in primis ut qui erant Christiani, deinde ut alii cujusque ætatis, qui civitatem incolebant, salvi aufugerent, diligenter providit. Unde non ii solum quibus Senatus decreto potestas facta erat ex urbe exeundi, verum etiam sub eorum nomine alii fere infiniti, vestitu muliebri clanculum induti, noctu illius provisione, e portis egressi sunt, & ad Romanorum exercitum confugerunt: ubi illos omnes Eusebius benigne excipiens more patris aut medici, longa obsidione debilitatos, omni providentia & curatione in integrum restituit. Duobus ejusmodi pastoribus Ecclesiæ Laodicensis (quorum alter alteri deinceps ordine proximo successit) divina providentia potita est; qui post bellum a nobis jam demonstratum, ab urbe Alexandrina eo demigrarunt:* Hucusque de his quæ eo bello gesta sunt pro civium salute ab Eusebio & Anatolio, Eusebius narrat.

Christiani liberati.

XII. Ex iis omnibus plane intelligas, Christianos homines esse quibuscumque, & ubique proficuos, atque divino ferme consilio deploratissimis rebus esse subsidio; quod cum quamplurimis frequenter exemplis, tum præsertim ex iis, quæ ab Anatolio & Eusebio facta didicimus, perspicue declaratur, cum rebus Alexandrinis in extremo periculo collocatis adeo inopinate suppetias tulerint, & periclitanti populo ex insperato opportune nova arte subvenerint. Sed quam vidimus tempore civilium cladium & funestissimi belli Christianam virtutem summopere declaratam, eamdem quoque temporibus immanissimæ pestilentiæ egregie ubique testatam, quæ sequitur historia insigniter demonstrabit.

XIII. De immani enim peste, quæ post bellum secuta est, deque pio Christianorum erga fratres officio, idem Eusebius (*a*) ex Dionysii Episcopi Alexandrini litteris ejusmodi intexit historiam. Porro autem cum pestifer & lethalis morbus bellum continuo insequeretur, cumque festi Paschatis celebratio modo appropinquaret, deinceps rursus fratribus scripsit Dionysius, & graves calamitatis perturbationes illis significavit his fere verbis: *In hac miseriarum turba aliis fortasse neque hoc tempus neque aliud, immo neque illud ipsum tempus quod homines putarent omnium esse lætissimum, nedum alia tempora, ad festum celebrandum satis idoneum videretur. Etenim jam lamentationum plena sunt omnia, jam lugent omnes, jam mœrores, jam querelæ universam urbem propter multitudinem cum illorum qui modo mortui sunt, tum horum qui quotidie moriuntur, occupant. Nam sicut de primogenitis Ægyptiorum scriptum est (b), sic & nunc ingens clamor editur; non enim est domus, in qua non sit mortuus; idque plane merito. Multa namque & gravia incomoda perdito eorum conatu Christianis etiam ante hoc tempus cum importata fuissent:*

(*a*) Euseb. lib. 7. c. 17.

Pestis urget Alexandrinos.

(*b*) Exod. 11.

XIV. *Primum omnium nos ex urbe expulerant: quo quidem tempore nos soli, cum ab omnibus persecutione exagitati essemus, & morte multati, festum lætis animis celebravimus; & singula loca, ad singula afflictionum genera nobis præstituta, ut ager silvestris, solitudo deserta, navis fluctibus jactata, diversorium publicum, & horridus carcer, opportuna videbantur, in quibus celebres conventus maximo cum studio ageremus; quia beati martyres, qui e vita cesserant, & a Deo in cælum ad epulas erant invitati, festum omnium certe splendidissimum peregerunt.* Videsne, lector, ardentissimum Christianorum studium in celebrandis festis diebus, ut nec exules, quavis occasione intercedente, id facere præterm itterent? Sed vide quæ inter Christianos in celebrandis festis diebus introducta fuerit laudabilis consuetudo, nempe ut bene precando festos dies se invicem Christiani salutarent, non præsentes tantum, sed & absentes per litteras, quas festivas nominare solebant. Est invenire plures hujusmodi litteras apud Theodoretum datas in diversis festivitatibus in Ecclesia celebrari solitis; in quarum una ad Hermogenem Assessorem conscripta, quæ in Græco codice epistolarum ejus, quem bibliotheca Vaticana custodit, est septuagesimasecunda, plura prælocutus ipse de festis Ecclesiæ, ista subdit: *Quæcumque civitas, quivis vicus, & agri, & remotissimæ regiones divina repletæ sunt gratia, & in omnibus locis loca sacrata & templa sunt dicata omnium Deo. Hæc igitur de causa per civitates divisi festos dies celebramus, & tamen invicem communicamus inter nos festivitates; eumdem enim Deum & Dominum hymnis celebramus, & mystica Deo sacrificia offerimus; hac itaque de causa litteris adinvicem eos qui prope sunt, salutamus, festivitatis lætitiam significantes. Hoc ipsum & ego nunc facio, & festivam salutationem magnificentiæ tuæ offero; tu vero eamdem nobis redde, & ita legem festivitatis observabis & honorabis*: Hæc Theodoretus. Sed ad institutam redeamus orationem. Quæ de martyribus Dionysius memorat, nuper in persecutione sub Valeriano

Festos dies ubique celebrant Fideles.

riano acciderunt ; in quorum ultionem Deus inter alia plagam pestis, belli, & famis in Ægyptios Gentiles inflixit; nam subdit: *His de rebus deinceps bellum & fames eos de improviso oppressere; quæ quamquam nos una cum Gentilibus perferebamus; soli tamen inter omnes, quæcumque urgebant, æquo animo sustinuimus; & tametsi illarum rerum, quas illi cum conscivissent ipsi inter se, tum præterea perpessi essent, eramus ex æquo participes; pace tamen Christi, quam nobis solum clemens largitus est, rursum mire nos ipsos oblectavimus.* His plane consentientia sunt, quæ superius ex Cypriano recitavimus.

XV. Christianæ pietatis studia tempore pestis.

Cæterum vix tum nos, tum illi brevissima ad respirandum sumus intercapedine potiti; cum pestis ista subito grassari cœpit; res plane illis ad terrendum omni metu formidolosior, ad excruciandum quavis calamitate miserior acerbiorque, & (ut proprius illorum scriptor memorat) ad cogitandum solum omnium opinione major. Verum nobis non ejus generis putabatur; sed a Deo tum ad fidem nostram exercendam, tum ad tolerantiam animi probandam, nihilo minus quam alia rerum incommodarum genera, quæ aliquando obtigissent, cœlitus inflictam. Et sicut alicubi a nobis minime abstinuit; sic in Gentiles longe lateque oberravit. Paulo post subdit: *Quamplurimi e fratribus nostris adeo immenso quodam charitatis & fraternæ benevolentiæ ardore erant inflammati, ut minime suæ parcentes vitæ, sed ipsi firme inter se adhærescentes, eos qui morbo opprimebantur, nulla sui cura aut cautione adhibita, sedulo inviserent, illis inservirent assidue, pro viribus ob Christi amorem curarent, una cum illis decederent e vita; lubentissime aliorum contagione infecti, etiam morbum a proximis quodammodo ad se attraherent, suaque sponte aliorum mœrores benevole mitigarent. Multi item dum aliis ægrotantibus curam adhibent, illisque vires restituunt, ipsi aliorum mortem in se derivantes, vitam amittunt; & verbum illud quod vulgo semper dicitur, quodque veræ benevolentiæ solum videtur convenire; nimirum ut singuli pro amicis abeant e vita, seque eorum causa (ut ita dicam) rejectamentum efficiant; re ipsa expleverunt.*

XVI. Pia officia erga mortuos.

Ex fratribus igitur, qui virtute facile erant præstantissimi, ad hunc modum mortem oppetiverunt; quorum nonnulli erant presbyteri, alii diaconi, quidam e populo virtutis ergo multum laudati; adeout istud mortis genus, quod propter incredibilem pietatem & robustam fidem suscipiebatur, nihil a martyrii splendore abesse videretur. Quin etiam sanctorum corpora manibus erectis supinisque excipere, gremio suo reponere, occludere oculos, ora obturare, gestare humeris cadavera, decenter ornare, illis adhærescere, amice complecti, lavare accurate, & linteo funebri involvere, non gravati sunt: ipsique qui supererant, paulo post similia officia in se collata propterea adepti, quod eamdem mortis viam instarent, quam qui præiverant, institissent.

XVII. Gentilium in suos sævitia.

Gentiles autem his omnia fecere contraria; eos enim qui ægrotare incipiebant, ab ædibus extrudere, deserere amicissimos, in plateas semivivos projicere, cadavera insepulta canibus exponere dilaniandaque mortis participationem & quasi communionem avertere, quam plane vel infinita diverticula quærentes, nullo modo poterant evitare: Hucusque Dionysius de peste post bellum Alexandrinum. Porro adeo remansit illustris illorum memoria qui fraternæ charitatis causa mortem lubentissime oppetiere, ut eorum omnium anniversaria celebritate recolenda tabulis Ecclesiasticis adscripta sit pridie Kalendas Martii.

XVIII. Totus orbis peste vastatus.

At non tantum Ægyptum hujuscemodi adeo immani clade contigit exagitari, verum & aliæ Orbis regiones aliis diversis atque atrocioribus affectæ sunt malis. Sed haud dubium in sanguinis Christiani effusi sub Valeriano vindictam a Deo vindice ea fuerunt immissa. Hæc quidem a Sanctis martyribus Lambesæ in Numidia passis prænuntiata fuisse pervidimus, cum eorum solum auditu, omnium animos consternatos fuisse diximus; adeout præmori omnes optarent, mortem pro luero ducentes, eamque felicem esse, venturarum nempe cladium redemptionem existimantes. Quarum cum aliæ a nobis sint superius recensitæ; quæ vero hoc anno sunt subsecutæ

PAGIUS III. *Varia clades Imperii Romani.*

A num. XVIII. ad XXI. Quia Pollio in duobus Gallienis sub hujus anni Consulibus, variarum gentium in Imperium Romanum irruptiones, & quæ in ejus Decennalibus facta, narrat, & Consulibus anni sequentis, Albino nempe & Maximo, & rebus eo Consulatu gestis prætermissis, statim subdit: *Gallieno & Saturnino Consulibus, Odenatus Rex Palmyrenorum obtinuit totius Orientis Imperium*: hinc factum, ut Mediobarbus in Numismatis Imperatorum pag. 375. hæc anno sequenti ex Pollione narret: *Gothi occupatis Thraciis, Macedoniam vastant, & Thessalonicam obsident, mox victi receBaron. n. XVIII. & seqq.*

dunt: Scythæ Asiam vastant, & Templum Dianæ Ephesiæ spoliant. Byzantii milites omnes interimit Gallienus, mox Romam convolat, & Decennalia magnifice celebrat. Sed hæc omnia currenti anno acta; cum certum sit, Gallienum Decennalia, ut jam ostendimus, exhibuisse, & Pollio omnes illas devastationes & incursiones narret, antequam ea, quæ in Decennalibus gesta, & Gallieni Romæ reditum recitet. Porro quando ibidem ait Pollio, *Pugnatum est in Achaia Macriano Duce contra eosdem Gothos, unde victi per Achæos recesserunt*; cave *Macriani* nomine Tyrannum, aut Macrianum ejus filium intel-

(a) *Trebellius in Gallien.*

tæ, auctore Trebellio Pollione (*a*) narremus, qui ait: *Accesserat præterea his malis, quod Scythæ Bithyniam invaserant, civitatesque deleverant. Denique Astacum, quæ postea Nicomedia dicta est, incensam graviter vastaverunt. Denique quasi conjuratione totius mundi, concussis Orbis partibus, etiam in Sicilia quasi quoddam servile bellum extitit, latronibus evagantibus, qui vix oppressi sunt*; & paulo post hæc addit:

XIX. Immensæ clades Rom. Imp. urgent.

Gallieno & Faustino Consulibus (hoc videlicet anno) *inter tot bellicas clades etiam terræmotus fuit, & tenebræ per multos dies; auditumque præterea tonitruum, terra mugiente, non Jove tonante; quo motu multæ fabricæ devoratæ sunt cum habitatoribus, multi terrore mortui; quod quidem malum tristius in Asiæ urbibus fuit. Mota est & Roma, mota & Libya; hiatus terræ pluribus in locis fuerunt, cum aqua salsa in fossis appareret. Maria etiam multas urbes occuparunt. Pax igitur deum quæsita, inspectis Sibyllæ libris; factumque Jovi salutare, ut præceptum fuerat, sacrificium. Nam & pestilentia tanta exititerat, vel Romæ, vel in Achaicis urbibus, ut uno die quinque millia hominum pari morbo perirent. Sæviente fortuna, cum hinc terræmotus, inde hiatus soli ex diversis partibus pestilentia Orbem Romanum vastaret; capto Valeriano, Gallis parte maxima obsessis, cum bellum Odenatus inferret, cum Aureolus perurgeret Illyricum, cum Æmilianus Ægyptum occupasset: Gothi & Clodius, de quo dictum est superius, occupatis Thraciis Macedoniam vastarunt, Thessalonicam obsederunt; neque usquam quies mediocriter salutem ostentare visa est, quæ omnia contemptu (ut sæpius diximus) Gallieni fiebant, hominis luxuriosissimi, &, si esset securus, ad omne dedecus paratissimi:* & paulo post:

XX. Dianæ Ephesiæ templum exuritur.

Scythæ autem, hoc est pars Gothorum, Asiam vastabant. Tunc etiam templum Dianæ Ephesiæ despoliatum & incensum est; cujus opes fama in populos satis nota: Hucusque Trebellius. Hunc tandem exitum accepit augustissimum illud, eximium Orbis miraculum, Ephesiæ Dianæ templum, quod universa Gentilitas admirabunda spectabat. Tam ingenti ac plane maxima omnium clade tunc affecta est superstitio Gen-

tilitia, cum ipsa in Christianos est immaniter debacchata. Cecidit plane atque confractum est Dagon, cum Dei Arca videretur Gentilium persecutione teneri captiva; ipsaque sua victoria victi scatuerunt ulceribus Philistæi (*b*). Cum enim Gentiles visi sibi essent Christianam religionem penitus expugnasse; tunc omnium nobilissimi ex insperato jactura templi jure plectuntur. Cecidit, cecidit Babylon illa Magna: Magna inquam illa, sic ore Gentilium omnium conclamata, *Magna Diana Ephesiorum*: quæ tot sæculis calice aureo potavit Orbem impietate, ipsa ebria sanctorum sanguine (*c*), ejus causa necatis in primis ipsorum Episcopo Timotheo Pauli discipulo, & aliis compluribus sanctis martyribus. Hic rursum considera (quod observatione dignissimum est) hæc antea, ipsos totius Romani Imperii statu florente, fuisse a sanctis martyribus (ut dictum est) prænuntiata; atque a Deo immittenda fore in ultionem effusi innocentissimi sanguinis Christiani, pariter declarata.

(b) 1. Reg. 5.

(c) Apoc. 14.

XXI. Ultio divina in Gentes.

Hæc examinans, atque æqua lance perpendens Orosius (*d*) sic ait post enarratam Valeriani captivitatem: *Sed non* (inquit) *compensat injuriæ ultionisque mensuram unius impii, quamvis perpetua & supra modum abominanda, captivitas contra tot millia excruciata sanctorum justorumque sanguis ad Deum clamans, in eadem sese terra, ubi fusus est, vindicari rogat. Non enim de solo constitutore præcepti justo supplicium judicio flagitabatur, sed etiam executores, delatores, accusatores, spectatores, ac judices, postremo omnes qui injustissimæ crudelitati vel tacita voluntate assentiebantur, quia Deus secretorum cognitor est, & quorum maxima per omnes provincias pars hominum versabatur, eadem ultionis plaga corripi justum erat. Solvuntur repente undique, permissu Dei, ad hoc circumpositæ, relictæque gentes, laxatisque habenis in omnes Romanos fines invehuntur; Germani Alpibus, Rhætia, totaque Italia penetrata Ravennam usque perveniunt; Alemanni Gallias pervagantes, etiam in Italiam transeunt; Græcia, Macedonia, Pontus, Asiæ Gothorum inundatione deletur. Nam Dacia trans Danubium in perpetuum aufertur.*

(d) Oros. lib. 7. c. 22.

S. Quadi

PAGIUS

intelligas: jam enim uterque anno præcedenti perierat, ipsumet Pollione teste. Codex Palatinus habet, *Mariano Duce*, ut observat Gruterus in Notis ad Pollionem. Sed, ut recte Salmasius, legendum, *Marciano Duce*, de quo loquitur Zosimus pag. 652. cui Gallienus contra Postumum profecturus, belli Scythici, vel Gothici summam mandavit. Ait præterea ibidem Pollio: *Contra Postumium Gallienus cum Aureolo & Claudio Duce, qui postea Imperium obtinuit, bellum incepit, & cum multis auxiliis Postumius juvaretur Celticis ac Francicis, in bellum cum Victorino processit, cum quo Imperium*

participaverat. Victrix Gallieni pars fuit, pluribus prœliis eventuum ratione decursis. Quibus ex verbis intelligimus, Victorinum, qui post Postumum occisum imperavit, jam hoc anno ab eo in consortium Regni vocatum fuisse.

IV. *Porphyrius Romam venit.*

Ad præsentem annum referenda, quæ sequenti de Porphyrio & Plotino num. III. & IV. dicemus. Ea enim anno quo *Gallienus* Decennalia dedit, contigisse in dubium revocari non potest. Mirum itaque videri non debet, si tanta diligentia ea solennia explico; cum eorum beneficio varia e tenebris eruantur.

Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulantur, Germani ulteriores abrasa potiuntur Hispania, Parthi Mesopotamiam auferunt, Syriam corradunt. Extant adhuc per diversus provincias in magnarum urbium ruinis parvæ & pauperes ædes, signa miseriarum & nominum indicia servantes; ex quibus nos quoque in Hispania Tarraconem nostram ad consolationem miseriæ recentis ostendimus.

XXII. Ultio in Tarraconenses.

Hæc de Tarraconis ruina cum scribat Orosius; meminisse debemus de clarissimis martyribus illic recenter passis, nempe Fructuoso ejusdem civitatis Episcopo, Augurio, Eulogioque diaconis illic vivis igne combustis. Ad has quidem aliasque ejusdem temporis clades immensas respiciens S. Augustinus (*a*) ad Hesychium scribens, hæc ait: *Sub Imperatore Gallieno cum Romanas provincias barbaries usquequaque pervaderet; quam multos fratres nostros, qui tunc erant in carne, putamus propinquum finem* (mundi nempe) *credere potuisse?* Hæc ipse, cum de mundi exitio pluribus agit.

(*a*) Aug. epist. 80.

XXIII. Christi Ecclesiæ propagatio.

Has autem omnes barbarorum in Romanum Imperium irruptiones atque depopulationes, quibus Gentiles mirum in modum afflictati sunt, ad Christianæ fidei propagationem magnopere contulisse, Sozomenus (*b*) testatur his verbis: *Causa autem, cur omnes fere barbari Christianam religionem amplecti cœperint, fuere bella variis temporibus, utpote regnante Gallieno, & Imperatoribus, a quibus ei successum est, a Romanis & exteris hominibus administrata. Nam cum infinita fere & promiscua multitudo Gentium ex Thracia in Asiam trajecisset, eamque incursionibus factis occupasset; aliique barbari in aliis locis Romanis sibi finitimis idem præstitissent; multi sacerdotes Christi pariter captivi a barbaris abducebantur. Qui quidem cum homines in illis locis morbis afflictatos sanarent, & dæmonibus occupatos, solo nomine Christi Filii Dei invocato, liberarent; & sincerum prætereaque pium vitæ genus colere, & virtutum præstantia obtrectatorum ora penitus obturare viderentur; barbari eos cum vitæ tum factorum mirabilium causa magnopere admirati, & eos valde prudentes esse; & se, si tum præstabiles hominum mores imitarentur, numenque divinum ad eorum exemplum colerent, Deum sibi propitium habituros. Itaque ab illis, quid sibi agendum sit, doceri constituunt; discunt fidei nostræ præcepta, baptismum recipiunt, & conventus more Christianorum celebrant.* Hucusque Sozomenus, eademque Nicephorus (*c*).

(*b*) Sozom. lib. 2. cap. 5.

(*c*) Niceph. lib. 8. cap. 33.

XXIV. Gregorii epistola canonica.

Hoc ipso tempore, quo (ut dictum est) Gothi inter alias Asiæ provincias Pontum quoque incursabant, Magnus ille Gregorius Neocæsareæ ejus provinciæ primariæ civitatis Episcopus, cognomento Thaumaturgus, de quo multa superius, ad emendationem complurium delictorum, quæ tunc illius barbaricæ incursionis occasione perpetrata fuissent, eam epistolam scripsit, quam Græci Canonicam vocant, & in canone ad Sextam Synodum appositio inter alias canonicas epistolas annumeratur; eam vero hic ob multarum rerum ad historiam quoque spectantium notitiam describere, operæpretium existimamus. Ad quem autem scripta fuerit, non liquet; ad aliquem tamen sanctum Episcopum, qui ipsum de nonnullis consuluisset, datam fuisse, ipso ejus exordio declaratur. Est ergo hujusmodi (*d*):

(*d*) Apud Theod. Balsam. & tom. 1. Bibl. sanct.

XXV.

Non cibi nos gravant, sancte Papa, si captivi ea comederint, quæ qui in eos dominium obtinent, eis apposuerunt; maxime quando una de omnibus fama est, barbaros qui in nostras regiones incursiones fecerunt, idolis non sacrificasse; dicit autem Apostolus (*e*): *Escæ ventri, & venter escis; Deus autem & hunc & has destruet. Sed Salvator quoque omnes cibos mundans: Non quod intrat* (inquit) *coinquinat hominem; sed quod egreditur. Et hoc quoque modo captivæ mulieres corruptæ fuerunt, barbaris earum corporibus insolenter abutentibus; sed si prius quoque damnata vita fuerat, in res varias abeuntibus oculis fornicatoribus, ut* (*f*) *scriptum est, fornicariæ habitæ sunt etiam tempore captivitatis; & non oportet, facile orationibus cum ejusmodi communicare. Sed si quidem aliqua quæ in summa continentia vixerit, & puram ab omnique suspicione alienam priorem vitam ostenderit; nunc vi & necessitate in probrum contumeliamve lapsa sit; habebimus exemplum* (*g*) *quod est in Deuteronomio de adolescentula, quam homo in agro invenit, & ea vi compressa, cum ipsa dormiit: Adolescentulæ* (inquit) *nihil facietis, non erit adolescentulæ peccatum mortis: quia quemadmodum si quis homo adversus fratrem suum insurrexerit, & ipsius animam morte affecerit, sic hanc rem, adolescentula proclamavit, & non erat qui ei opem ferret. Hæc quidem certa ita se habent.*

(*e*) 1. Cor. 6.

De feminis vim passis.

(*f*) Num. 15.

(*g*) Deuter. 22.

XXVI. Avaritia Christianorum quorumdam.

Gravis res est avaritia & plura habendi cupiditas; nec possunt una epistola proponi Scripturæ, in quibus non solum prædari, fugiendum horrendumque prædicatur, sed plura etiam concupiscere, & aliena propter turpe lucrum attingere; & quicumque est hujusmodi, is est ab Ecclesia abdicatus. In tempore autem incursionis, in tanto luctu, tantisque fletibus ausos esse aliquos tempus, quod omnibus exitium afferebat, existimare esse sibi lucri tempus, hominum est impiorum & Deo invisorum, & quorum improbitati nihil potest adjici. Unde eis omnibus ejusmodi interdicere visum est, eosque abdicare, ne forte ad totum populum ira veniat & in

in eos primum qui præsunt, & non inquirunt. Vereor enim ne (ut ait Scriptura *a*) *impius justum una secum perdat. Fornicatio enim* (inquit *a*) *& avaritia, per quæ venit ira Dei in filios inobedientiæ. Ne sitis ergo participes eorum; fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino; ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & justitia & veritate, probantes quid sit Deo acceptum; & ne communicetis infructuosis operibus tenebrarum, sed potius etiam redarguite: quæ enim ab ipsis fiunt clanculum, turpe est & dicere; omnia autem a luce convicta manifestantur; hæc quidem Apostolus.*

(*a*) Proverb. 22. (*b*) Ephes. 5.

XXVII.

Si autem qui propter priorem plura habendi cupiditatem, quæ in pace fuit, pœnam dant; in ipso iræ tempore rursum ad avaritiam convertuntur, lucrum facientes ex sanguine & pernicie eversorum hominum captivorum interfectorum; quid aliud expectandum est, quam ut avaritia decertantes, iram sibi & universo populo accumulent? Nam ecce Achan Zaræ (*b*) *filius, in eo quod Deo dedicatum erat, peccavit; & in omnem Israel synagogam iræ pervenit. Nobis autem, quicquid non est nostrum, sed alienum est ab hoc tempore lucrum, Deo dicatum esse, existimandum est. Nam & ille quidem Achan ex præda accepit; & ipsi nunc ex præda accipiunt. Ac ille quidem ea quæ erant hostium; qui vero nunc sunt, ea quæ sunt fratrum, lucro pernicioso lucrifacientes. Nemo seipsum seducat, tamquam invenerit; neque enim fas est ei qui invenit, lucrifacere. Ait Deuteronomium* (*c*): *Viso fratris tui vitulo, & ove errante in via; ea ne despexeris; sed ea restitutione restitues fratri tuo. Sin autem frater tuus ad te non approximet, neque ipsum noveris; coges ipsum, & erit tecum, donec ea frater tuus quæsierit, & reddes ea, & sic facies de ejus asino, ac facies de ejus veste, sic facies post omnem perditionem fratris, quæcumque ipsi perierint, & tu inveneris; hæc Deuteronomium. In Exodo* (*d*) *autem non solum si quis res fratris, sed etiam inimici invenerit; restitutione* (inquit) *restitues ipsa domino ipsorum. Si autem ab eo qui in pace & in otio delicate vitam transigit, vel etiam ab inimico non licet lucrari; quanto minus ab eo qui rebus adversis premitur, & fugit, & necessitate coactus, propria derelinquit?*

Coercetur avaritia.

(*b*) Jos. 7.

(*c*) Deut. 22.

(*d*) Exod. 23.

XXVIII.

Alii autem se ipsos seducunt, pro suis propriis quæ perierunt, aliena quæ invenerunt detinentes; ut quoniam Boradi & Gothi eis hostilia fecerunt, ipsi sint aliis Boradi & Gothi. Propterea ergo fratrem & consenem nostrum Euphrosynum ad vos misimus, ut secundum formam, quæ hic est etiam ibi det similiter; & quorumassusationes admittere oporteat, & quos a precibus abdicare, istic similiter disponat. Denuntiatum autem est nobis, quippiam factum esse in nostra regione incredibile, vel utique infidelibus & impiis, & qui ne nomen quidem Domini novere: Quod nonnulli eo inhumanitatis, crudelitatisque processere, ut captivos aliquos, qui fugerunt, vi retineant. Mittite aliquos in regionem, ne vel fulmina in eos cadant qui hæc agunt. Eos igitur qui inter barbaros enumerati sunt, & cum eis in captivitate invaserunt, obliti se esse Pontios & Christianos; efferati autem barbarique redditi, ut eos qui sunt hujus generis, vel ligno, vel suffocatione interficiant, vias autem nescientibus barbaris ostendant; etiam ab auditione arcere oportet, donec de his congregatis sanctis, aliquid communiter visum fuerit, & ante eos sancto Spiritui.

Quorumdam sævitia.

XXIX. In eos qui bona retinent aliorum.

Eos autem qui alienas domos invadere ausi fuerint; si accusati quidem convicti fuerint, nec auditione dignos existimare; sin autem se ipsos enuntiarint, & reddiderint; in eorum qui convertuntur, ordinem substerni. Eos autem qui in campo aliquid invenerunt, vel in suis ædibus a barbaris relictum; si accusati quidem convicti fuerint, sint similiter in iis qui substernuntur; sin autem se ipsos enuntiaverint, & reddiderint, etiam precibus digni habeantur. Eos autem qui servant mandata, absque turpi omni lucro servare oportet, nec indicationis, vel custodiæ, vel inventionis pretium, vel quocumque nomine appellant, exigentes. Fletus, seu luctus, est extra portam oratorii, ubi peccatorem stantem oportet Fideles ingredientes orare, ut pro se precentur. Auditio est intra portam, in loco, quem παρθήκα vocant, in ferula, ubi oportet eum, qui peccavit, stare post catechumenos, usque ad cathecumenos, etiam illinc egredi. Audiens enim post Scripturas & doctrinam ejiciatur, & precatione indignus censeatur. Subjectio autem, seu subsistratio est, ut intra templi portam stans, cum catechumenis ingrediatur. Congregatio seu consistentia est, ut cum Fidelibus consistat, & cum cathecumenis non ingrediatur. Postremo est participatio sacramentorum: Hucusque Gregorii epistola, qua pœnitentium classes in Ecclesia & loca distincta pulchre referantur. Sed ad rerum gestarum seriem revertamur.

Loca diversa pœnitentium.

XXX. Dionysius laborat contra Sabellium.

Dum adhuc autem ob Æmiliani tyrannidem in Ægypto, ac superingruentem luem Dionysius Alexandrinus Episcopus vexaretur; aliis insuper afflictionibus agitatur. Quænam hæ fuerint, & qua occasione commotæ, jam enarrare aggrediamur. Oborta autem ac validius propagata ab auctore Sabellio, quam diximus, hæresi Sabelliana, quæ in Sanctissima Trinitate personarum distinctionem ac pro-

prietatem penitus auferebat, sicut unam tantum substantiam, ita pariter & personam in ea prædicans; Dionysius, quem diximus Episcopus Alexandrinus, cujus præcipue videbatur id esse muneris, ut sibi subditi hominis, nempe Libys errores refelleret, ac penitus confutaret, eruditas mox edidit in Sabellium lucubrationes. Cujus quidem hæresin cum valentius oppugnare contenderet, & vehementius in eam obniteretur; dum personas accuratius distinguere, ac suis proprietatibus ab invicem exactius discriminare curaret, in contrariam inflecti visus est partem; nimirum divinas personas non tantum ab invicem distinxisse, suis proprietatibus singulis attributis, sed etiam divisisse ab invicem.

XXXI. Concilium Romæ habitum in causa Dionysii Episcopi Alexandrini.

Pentapolitani autem quidam, cum tamquam de fide non recte sentientem detulerunt (ut æquum videbatur) ad primarium Antistitum omnium Judicem Romanum Episcopum, eodem quoque nomine Dionysium appellatum. Hic coegit Romæ ea de causa Episcoporum Concilium. Magni plane ponderis videbatur esse negotium, non tantum natura sui, quod de sublimi illa imperceptibili ac ineffabili agendum esset divina substantia in personarum trinitate distincta; sed quod primi omnium, post ipsum Romanum Episcopum, Antistitis in Ecclesia Catholica esset causa tractanda. Conventu igitur Romæ habito, cognitaque a majoribus tradita sincera fide ac stabilita; ipsum Dionysium Alexandrinum, quid de ea re ipse sentiret, ut litteris declararet, Dionysius Papa, pariterque Synodus universa commonuit; cui & paruit, ut ex his, quæ dicturi sumus, apparet.

XXXII.

Hæc autem sic se habere, S. Athanasius ejusdem Ecclesiæ Alexandrinæ postea Episcopus, in commentario, quem de Sententia Dionysii adversus Arianos conscripsit, rem ab exordio repetens, sic testatur: *In Pentapoli superioris Libyæ, quidam Episcoporum sententias Sabellii amplectebantur; tantumque earum commenta invaluerant, ut vix ulterius Filius Dei in Ecclesiis prædicaretur. Re cognita Dionysius, ad cujus curam eæ Ecclesiæ pertinebant, legatos misit, qui auctores harum rerum ab illis pravis opinionibus retraherent. Illis autem nihil de stultitia suæ remittentibus, impudentiusque in impietate pergentibus, coactus est ad illorum improbitatem retundendam istiusmodi epistolam scribere, & humanitatem Christi ex Evangeliis commonstrare; ut illis audacius Filium Dei abnegantibus, & humana ejus Patri imputantibus, commonstrata rei veritate, non Patrem, sed Filium pro nobis hominem esse genitum, rudibus illis & inscitis hominibus Patrem non esse Filium persuaderet; & paulatim ad veram Filii deitatem credendam, & Patris cognitionem evehere posset. Hic nimirum scopus est ejus epistolæ, quæ ad retundendam eorum pervicaciam, qui veritatem Filii mutare volebant, scripta est:* & post multa: *Idem igitur Dionysius ab Apostolis edoctus fecit, coactus ob Sabellii hæresin, quæ jam irrepserat, istiusmodi epistolam scribere, verbaque illis quæ humanitus, & humiliter de Salvatore sonant, objicere; ut rebus humanitatis ejus interserpirentur, quo minus Filium Patrem esse dicerent, faciliorem illis viam ad credendam Filii divinitatem strueret in illis epistolis:* Hæc & alia plura Athanasius de epistola tunc a Dionysio scripta ad Euphranorem, atque Ammonium.

Dionysius causam agit apud Roman. Pont.

XXXIII. Dionysius in crimen adductus Arianæ hæresis.

Quo modo autem a quibusdam Pentapolitanis ejus sententia in deteriorem partem accepta fuerit, perinde atque id de Filio Dei sensisset Dionysius, quod postea Arius sensit; ob eamque causam ipsum Dionysium suum ipsorum Episcopum reum impietatis constituerint apud Dionysium Romanæ Ecclesiæ Episcopum; idem S. Athanasius in commentario, quem de Synodis scripsit, testatur his verbis: *Duo enim Dionysii diu ante eos septuaginta fuere, qui Samosatensem sustulere, quorum alter Romæ, alter Alexandriæ Præsul erat. Ibi cum quidam Alexandrinum Episcopum apud Romanum accusarent, quasi qui Filium, opus, & non consubstantialem Patri diceret; & Synodus Romæ coacta indigne tulit, & Romanus ad cognominem sibi Episcopum omnium sententiam perscripsit; & jam inde ille se ad defensionem parans, libello suo titulum Refutationis & Apologiæ indidit, & in hæc verba ad Romanum scripsit:* cum jam antea idem Dionysius Alexandrinus, aliis ad Romanum Pontificem datis litteris, se excusasset, sicut ipse declarat his litteris inter alia:

XXXIV. Defensio Dionysii.

Ego & in alia epistola scripsi, ubi ostendo crimen, quod deferunt contra me, falsum esse: quasi qui dicerem, Christum non consubstantialem esse Deo. Nam tametsi dico me id non reperisse, nec legisse alicubi in sacris litteris; rationes tamen nostræ, quas reticuerunt, non abludunt ab hac sententia. Nam & humanum partum pro exemplo adduxi haud dubie congenerem; idque in verbis meis, addens, omnino parentes eo solum alios esse a liberis, quod illi ipsi sui liberi non sint; alioqui necessarium fore, ut nec parentes, nec liberi sint. Et epistolam (ut dixi) ob casus temporum proferre non possum. Si autem tibi verba mitto, multo libentius totum exemplar misissem; quod ubi nactus fuero, non omittam. Scio & memor sum, me plurimas congenerum similitudines adhibuisse; nam & plantam dixisse semine aut radice pullulantem, aliud esse ab eo unde progerminatur, & tamen cum eo prorsus esse ejusdem naturæ; & fluvium e fonte promanantem, aliam formam nomenque accipere; neque enim fontem fluvium, neque fluvium fontem appellari; & tamen ambos existere, & fontem instar Patris esse, fluviumque quasi Filium esse, qui ex fonte gignatur: Hucusque ex Dionysii Alexandrini epistola Athanasius.

XXXV. Tempus datæ epistolæ.

Quod igitur ob casus temporum, sibi tomi a se conscripti mittendi non esse facultatem dicat; plane se illa scripsisse tempore ingruentis belli Alexandrini, vel pestis obortæ quam diximus, significare videtur; utpote quod sibi Alexandria absenti, librum illic positum accipere atque mittere non liceret. Citat eamdem Dionysii epistolam idem Athanasius alibi quoque, agens contra Arianos; additque ex eadem non tantum quæ dicta sunt ea epistola, quam tunc ad Dionysium Pontificem scripsit, Dionysium Alexandrinum professum esse; sed neque opus aliquod esse, neque creaturam Verbum Dei, sed proprium paternæ substantiæ germen, idque indivisibile, ut sancta Nicæna Synodus postea declaravit.

XXXVI. Dionysius plene purgatus.

Quo modo autem non tantum his litteris, aliisque ante vel post datis, idem Dionysius Alexandrinus apud Dionysium Papam suam causam egerit, sed pleniori de ea re scripta Apologia eidem in omnibus satisfecerit; idem qui supra S. Athanasius affirmat, rem ab exordio auspicatus his verbis (*a*): *Cum igitur Dionysius Episcopus certior factus de Pentapolitanis, zelo religionis hanc epistolam (quemadmodum dixi) contra hæresin Sabellii ad Ammonium & Euphranorem scripsisset; quidam ex Ecclesia recte quidem sentientes, sed tamen ignari ejus causæ cur ita ab eo scriptum esset, Romam ascenderunt, ibique eum apud Dionysium ejusdem nominis Romanum Præsulem accusarunt. Re comperta, Alexandrinus simul & contra Sabellii sectatores & Arii dogmata, propter quæ ab Ecclesia ejectus fuit, volumen composuit; ubi æquales, sed tamen contrarias hæreses esse docet Sabellii dogmatibus, & blasphemiis eorum, qui dicunt, Dei Verbum, opus vel creaturam esse; postulavitque a Romano Præsule, ut objecta sibi indicarent. Quibus acceptis, opus edidit sub nomine Elenchi & Apologiæ; ubi sceleratam officinam Christi rebellium redarguit, & quo pacto hanc infamiam contra ipsum excitarint, demonstrat:* Et paulo post:

(*a*) *Athanas. de sentent. Dionys.*

XXXVII. Athanasius defendit Dionysium.

Quod autem ad Præsulem Alexandrinum Dionysium attinet; ex Apologia ejus satis apparet, eum non illius sententiæ, cujus isti dicunt, fuisse, aut quicquam pravarum opinionum Arii accepisse; immo potius scripta illius efficaciter demonstrant, calumnias esse, quibus vulgo impetitus sit; non enim rixandi animo, sed sui purgandi, Apologiam scripsit. Certe qui suam innocentiam purgat, quid aliud facit, quam quod crimen diluit, & Arianos sycophantas ostendit? Cæterum ut ea ipsa innocentissimi viri Apologia gravius confundantur, appareatque ipsos malitiosos, Dionysium vero ab eorum erroribus liberum; dabo operam ut ipsius verba in medium proponantur. Principio epistolæ suæ, &c. Prosequitur Athanasius ab ipso epistolæ Apologeticæ titulo ipsam integram demonstrare Catholicam, ac declarare ipsum Dionysium omni ex parte cum Orthodoxis de fide sensisse.

XXXVIII.

Qui igitur unam illam priorem ad Ammonium & Euphranorem Dionysii legebant epistolam, ex ea fortasse aliquid suspicandi de Dionysio potuissent occasionem qualemcumque arripere; quamobrem lectores omnes idem S. Athanasius jure provocat ad reliquas eo argumento ab ipso scriptas epistolas perlegendas; ex quibus, quænam qualisve ejus de divinitate Filii Dei esset sententia, perspicue & absque ambiguitate aliqua posset intelligi. Nam superius hæc ait (*b*): *Cæterum quia occasionem calumniandi Episcopi ex quibusdam particulis ejus epistolæ sese habere arbitrantur; age particulas illas inspiciamus, ut inde eorum vanitas appareat, & desinant vel sero tandem inter se blasphemare Dominum, & confiteantur Jesum vel cum militibus, conspecto rei naturæ testimonio, vere esse Filium Dei, & nequaquam creaturam. Dicunt igitur* (Ariani videlicet) *in epistola beati Dionysii scriptum haberi, Filium Dei, opus & quiddam factitium esse, neque Patri naturaliter suum & proprium, sed alienum ab illius substantia, qualis est vitis a natura agricolæ, aut navis fabri; eumdemque, quia opus est quoddam conditum, non fuisse antequam fieret.*

(*b*) *Athanas. de sentent. Dionys. adversus Arian.*

XXXIX. Scripta sua excusant Dionysium.

Scripsisse Dionysium istius generis epistolam agnoscimus; verum non hanc solam, sed plurimas ab eo postmodum scriptas esse dicimus; quas ab istis quoque legi oportuit, ut ex omnibus simul, non ex unica dumtaxat judicium de ejus fide constitui posset; non enim fabri peritia solertiaque qui multas triremes ædificavit, ex unica navi, sed ex omnibus simul dijudicari debet. Si igitur simpliciter, tamquam qui fidem suam edere profiteretur, hanc epistolam scripsit; esto accusent eum, ut velint; non enim crimine caruerit istiusmodi sententia. Quod si temporis & personæ ratio eum ad talia scribenda traxit, aliasque postmodum epistolas subdidit, quibus se de suspicione purgat; non oportuit, omissis causis cur ita scribendum fuerat, homini temere odium conciliare.

XL.

Hæc & alia plurima de eo Athanasius (*c*); qui adversarios sæpe provocat ad ea

(*c*) *Athanas. contra hæres. Arian. decret.*

ea quæ idem Dionysius Alexandrinus in suæ defensione causæ scripserat ad Dionysium Romanum Pontificem, nam inter alia quæ scriptis prodidit Alexandrinus, hæc alibi idem Athanasius (*a*): *Sunt autem ea quæ in primo volumine Elenchi & Apologiæ post cætera scripta reperias: Numquam fuit, quando Deus non erat Pater. Et in sequentibus agnoscit sæpe Christum Verbum & Sapientiam & Virtutem fuisse; nihil enim horum, cum Deus existeret, factum esse; neque posterius Filium genuisse, Filiumque non ex se, sed ex Patre essentiam nactum esse. Et paulo post ita de eodem dicit: Jam quia splendor est æternæ lucis, omnibus modis ipse quoque æternus est. Luce enim semper existente, certum est & splendorem semper existere: eo enim lucem esse, quod splendeat, intelligitur, non enim fieri potest ut lux non luceat.*

(*a*) *Athanas. de sentent. Dionys. contr. Arian.*

XLI. Nonnulli decepti de Dionysio.

Hæc autem in Apologia Dionysii Alexandrini scripta ad Dionysium Papam ex multis attigisse nos oportuit; quod sciamus nonnullos, ad quos nonnisi prima illa epistola ad Euphranorem & Ammonium scripta perveniisse videatur, neque legisse citata Athanasii pro Dionysio scripta, paulo liberius (venia ipsorum dixerimus) quam par erat, de Dionysio esse locutos; quod & in Notationibus nostris ad Romanum Martyrologium tractasse meminimus, hic vero, quod ratio suscepta postulat, sumus fusius prosecuti. Gennadius igitur Massiliensis cum longioris spatii intervallo ab Ægypto, quam Græci distaret, atque Dionysii Alexandrini lucubrationes omnes minus perspectas haberet; eo facilius de eodem Dionysio decipi potuit, cum inconsulte nimis hoc de eo in commentario (*b*) illo de Ecclesiasticis dogmatibus, qui interdum S. Augustini nomine perperam invenitur esse citatus scriptum reliquit: *Nihil creatum, aut serviens in Trinitate credamus, ut vult Dionysius fons Arii.*

(*b*) *Apud Aug. de Eccles. dogm.*

XLII. (*c*) *Rufinus de de adult. lib. Orig.* Quid de Dionysio Rufinus.

Deceptus est in eo & Ruffinus (*c*) Aquileiensis, dum existimavit, Dionysii Alexandrini qui videntur errores, non fuisse ab eo conscriptos, sed ab Arianis additos; nam nequicquam hujusmodi Athanasius pro eo scribens Apologiam, causatur; sed illa ut ab eo sunt scripta, integra atque sincera perseveraſſe indicat; quibus ipsum recte sensisse perspicue innotesceret. Certe si legisset S. Athanasii pro Dionysio defensiones superius recitatas; aperte noviſſet, non (ut putat) Athanasium expostulare, quod ab Arianis aliquid fuerit additum ad Dionysium, sed potius ex scriptis illius minus plene accurateve consideratis, illum renitentem coegisse suis ipsorum erroribus adstipulari. Sed & magis miramur, S. Hieronymum (*d*), ea omnia a Ruffino conscripta disquirentem, ac consultantem, eum hujus erroris arguere prætermisisse.

(*d*) *Hieron. Apolog. adversus Ruffin. lib. 2.*

XLIII. (*e*) *Basil. ep. 41.* Basilii de Dionysio sententia.

Consultus autem S. Basilius (*e*) a Maximo Philosopho, quid de Dionysio sentiret suam ad eum rescribens sententiam his propemodum verbis significavit: *Quæ de rebus Dionysii scisciteris; venerunt quidem ad nos admodum ejus multa; libri vero nondum adsunt; atque ideo nihil dum misimus. Est autem hæc nostra de eo sententia: Non omnia viri hujus laudamus; sunt quæ prorsus etiam damnamus. Ipse propemodum (quantum nobis liquet) primus hominibus istius impietatis Anomianæ, quæ jam passim obstrepit, seminaria præbuit. Causam vero hujus non puto animi malitiam esse; sed quod vehementer cupit obluctari Sabellio. Soleo itaque illum similem æstimare plantatori cuipiam, qui recentis plantæ correcturus aversionem, ita immoderate illam retorquet, ut a medio aberret, & ad contrarium latus ramulum abducat. Tale quid & ab hoc viro factum deprehendimus. Hic nempe dum impietati Libyanæ se opponit acriore impetu, minus prudenter sibi prospiciens, in malum huic oppositum præceps abiit, & quidem nimio contendendi studio. Satis enim huic fuisset, si argumentis doceret Patrem & Filium non idem esse in subjecto personali, ut palmarium præsumptæ victoriæ ex hoste blasphemo, nimirum Sabellio, reportaret. Atqui is Dionysius, quod unum expetebat, perspicue admodum obtinuit, sed ex superfluo. Nam non solum diversitatem τῶν ὑποστάσεων, hoc est, personarum, sed & τῆς οὐσίας, hoc est, essentiæ differentiam constituit; potentiam Filii imminuit, & ipsius gloriam immutat ac majestatem. Hinc adeo contigit, ut malum permutaverit malo, atque aberrarit a scopo rectissimæ ac sincerioris doctrinæ; quo factum est, ut varius sit deprehensus & inconstans in conscriptionibus suis; & quidem tollit nunc τὸ ὁμοούσιον, coessentiale per ea, quibus in recta constitutione τῶν ὑποστάσεων, personarum scilicet, minus recte usus est; nunc contra admittit, dum respondet ejusdem nominis Dionysio. Nec his contentus, & de Spiritu sancto voces edidit, quæ nulla prorsus sui parte competunt sancto Spiritui, divinam illi atque adorandam adimens majestatem, & eumdem ad hæc inferiora devexum creatæ annumerat ac servili naturæ. Vir igitur hic talis est:* Hucusque Basilius de Dionysio.

Verum licet multa a Dionysio scripta sibi innotuisse dicat, litterasque ab eo ad Dionysium Romanum datas legisse: tamen quatuor Apologeticos libros ab eodem ad ipsum Romanum Pontificem pro sui defensione conscriptos minime visus est habuisse compertos; quod ipse, suæ ipsius sententiæ exordio sic præfatus, affirmare videtur, cum ait: *Venerunt quidem ad nos admodum multa, libri vero nondum adsunt:* per libros autem intelligi Apologeticos commentarios ad Dionysium Pontificem datos, Eusebius (*a*) & S. Hieronymus (*b*) satis aperte declarant his verbis: *Præter epistolas* (inquit Eusebius) *Dionysii supra memoratas, aliæ complures ejus extant epistolæ; ut illæ quæ sunt contra Sabellium ad Ammonem Ecclesiæ Bernicensis Episcopum missæ, & ea quæ ad Telesphorum, & quæ ad Euphranorem data fuit; alia item ad Ammonem & Euphorum; quatuor item libros de eodem argumento, nempe contra Sabellii hæresim composuit, quos gentili suo Dionysio, qui Romanus erat Episcopus dedicavit:* Hæc Eusebius, eadem Hieronymus. Hos itaque quatuor libros ad Dionysium Romanum scriptos, continuisse suam defensionem de iis, quæ antea minus accurate a se conscripta, aliis, eum accusandi apud Romanum Pontificem dederant occasionem, S. Athanasius in locis citatis sæpe testatur.

(*a*) *Eusb. lib. 7. cap. 22.*

(*b*) *Hieronym. de Script. Eccles. in Dionys. Alex.*

XLIV. De Apologeticis libris Dionysii.

XLV. Excusatur S. Basilius.

Cum igitur patens sit, nec S. Basilium omnia ab eo scripta eo argumento tunc habuisse comperta; nec insuper Apologeticum librum, pro eodem ab Athanasio editum, eidem innotuisse; haud mirum, si de Dionysio, licet excuset, paulo tamen liberius videatur esse locutus. Præterisse plane S. Basilium (ut diximus) quæ pro Dionysio ab Athanasio scripta erant; evidens illud est argumentum, quod cum ipsum Athanasium, & quæ ab eo scripta fuissent, summopere consueverit observare atque colere, de Dionysio quid sentiendum, suam dicturus sententiam, nullam prorsus (quod argumenti ratio exigebat, vel leviter saltem per occasionem Athanasii meminisse) habuerit mentionem, nec quicquam etiam de ejus ventilato Romæ judicio attigerit; quod ex S. Athanasii citatis scriptis facile perdiscere potuisset.

XLVI. (*c*) *Basil. ad Amphiloch. c. 29.* Basilii de Dionysio mutata sententia.

Illis demum acceptis atque inspectis, tantum abest ut eum (quod antea fecerat) de Spiritu sancto male locutum, amplius accusaverit, quin potius quæ ab illo scripta essent eo argumento, in sui defensionem adduxerit; nam de Spiritu sancto ad Amphilochium (*c*) scribens, ipsum Dionysium, hoc præmisso præconio, societati sanctorum conjunctum adducit in medium, dicens: *Cæterum cum apud me reputo, si quis veterum ac beatorum virorum his quibus nunc reclamatur vocibus usus sit: multos reperio, quibus antiquitas fidem conciliat, qui juxta exactam eruditionem, non juxta horum temporum homines, quorum alii præpositione, alii conjunctione in glorificazione sermonem copulant, statuerunt nihil referre sane, quod ad rectam attinet pietatis intelligentiam. Irenæus ille, & Clemens Romanus, & Alexandrinus Dionysius) id quod etiam auditu mirum est) in secunda ad sui cognominem epistola de accusatione ac defensione, hunc in modum finit sermonem (transcribam autem vobis ipsa verba): His (inquit) congruenter, & nos etiam forma regulaque a senioribus qui ante nos vixerunt accepta, concordibus vocibus cum illis gratias agere, ac nunc etiam vobis scribere desinemus. Deo autem Patri, & filio Domino nostro Jesu Christo, cum sancto Spiritu gloria & imperium in sæcula sæculorum Amen:* Hæc ex eo.

XLVII. Notiora facta Basilio scripta Dionysii.

Porro cum idem Basilius impugnaretur ab æmulis, perperam sentire de Spiritu sancto haud sibi citandus fuisset Dionysius, si æque, ut ipse, ejusdem criminis in suspicionem potuisset adduci, cum potius conniventiæ cum Dionysio accusari potuisset, quam ejus testimonii auctoritate defendi; quam ergo nuper citavit secundam Dionysii Alexandrini ad Romanum Dionysium scriptam epistolam, alia prorsus diversa erat ab illa, quam ad eum primo respondens conscripsit, cujus meminit in superius citata ad Maximum data. Sed (ut existimo) hæc ad Amphilochium allegata secunda ad Dionysium scripta epistola, liber erat unus ex illis quatuor, quem quia inscriptus ad instar epistolæ ad Dionysium Papam esset, appellat secundam epistolam; nam & Eusebius (*d*) testatur, libros Dionysii pluribus verbis compositos, præsetuliſſe epistolarum formam.

(*d*) *Euseb. lib. 7. c. 21.*

XLVIII. Dionysius absolutus.

Sed quid jam de Dionysio sentiendum sit haud dignum est, ut re judicata in pleno Episcoporum conventu, eidemque Dionysio adjudicata in controversiam iterum deducatur. Fixum ergo stabileque permaneat, quod in ea causa Romæ hoc tempore definitum esse cognoscitur; quodque oppugnantibus eum accusatoribus & ipso iterum atque iterum missis Romam defensionibus, se purgante atque defendente, est maturo consilio declaratum. Absolutum namque eo judicio fuisse Dionysium Alexandrinum, S. Athanasius (*e*) eo evidenti plane significat argumento, quo ait: *Magni certe argumenti est nihil eos (nempe Arianos) veri dicere, & calumniis virum premere, quod ille numquam ab aliis Episcopis de impietate convictus est; neque hæresin propugnando, ab Ecclesia secessit, sed in ea cum pietate obdormivit; quodque ejus memoria hactenus cum Patribus hucusque celebrata est, & in catalogum relata. Qui si cum istis ejusdem opinionis fuisset, aut si scriptorum suorum rationem non reddidisset; minime dubium, quin eadem, quæ illi, passurus fuisset:* nempe quod sede privatus, ab Ecclesia excidisset. Rursum post multa,

(*e*) *Athanas. de sentent. Dionysii contra Arian.*

XLIX. Proculæ sententia Arii Dionysius.

hæc

hæc ibi de eodem quoque Dionysio: *Quid igitur simile habuit Arii hæresis, & Dionysii sententia? Aut quid est, cur Dionysius ut Arianus nominari debeat in tanto inter utrumque discrimine; cum hic sit Catholicæ Ecclesiæ magister, ille autem novæ hæreseos inventor? Sane quidem Dionysium ipsum usum esse voce Consubstantialis; tum etiam legitur in ejus epistola contra errores Pauli Samosateni, idque ex majorum traditione, cum ait: Desertum dicis eum qui erat natura Dominus & Verbum Patris, per quem omnia Pater fecit, & quem sancti Patres ὁμούσιον Patri vocaverunt*; Hæc ipse.

XLIX. Laudes Dionysii ex ejus hoste.

Sed ad Dionysii laudes, ut tandem coronidem imponamus, eamque ex testificatione quoque hostium comparatam; Paulus Samosatenus, hæresiarcha omnium scelestissimus, & ipsi Dionysio infensissimus utpote qui a nullo magis quam ab ipso fuerat scriptis exagitatus atque depressus; hic, inquam, in exordio decem quæstionum, quas ad eumdem Dionysium scribit, sic ad eum præfatus est: *Honoro vos tamquam honore dignos propter multam ætatem, & quia stigmata Christi fertis in corpore vestro; etenim ut cetera omnia omittam, admiror sapientiam & prudentiam. Contumelias vero in me vestras nihil curo. Quod me anguem serpentem vocas, &c.* Sed de Dionysii causa hactenus.

I. Præcipuum Tribunal Ecclesiæ.

Ex his igitur quæ in Dionysii Alexandrini causa, testimonio S. Athanasii Romæ apud Dionysium Papam judiciali examine actitata noscuntur, accusantibus apud eum Episcopis Pentapolitanis Alexandrinum crimine hæresis, eodemque causam dicere jusso, seque ipsum per litteras atque libros Apologeticos defendente; non est qui non videat (nisi qui spontanea affecti cæcitate, ne tam perspicua videant, claudunt oculos) toto cœlo patere, in Ecclesia Romana primarium erectum stare tribunal, ad quod principaliores causæ e remotioribus etiam Orbis partibus deferri solerent; audireque ipsum Romanum Episcopum prærogativa Apostolicæ sedis de fide sententias, cognoscere causas Episcoporum; hisque auditis ac cognitis, cum fratribus communicato consilio, causas maximas auctoritate Pontificia definire, prout, S. Athanasio teste, in causa ejusdem Dionysii factum esse conspicitur.

At ne quovis prætextu Pentapolitani foverent (quod hactenus fecissent) dogma Sabelli; idem Dionysius Pontifex Romanus, non satis sibi visus damnasse cum dogmate suo impium hæresiarcham, etiam contra illius sectatores hæreticos Sabellianos edidit commentarium, quem idem qui supra sanctus Athanasius (a) citat; cum ait: *En tibi rursum (inquit) alterum Dionysium Romanum Episcopum, ita in scriptis suis contra Sabellianos, eosque qui talia dicunt, expostulantem, &c. Rursus vero ne occasione vitandæ hæresis Sabellianæ in contrariam quis præceps ferretur sententiam, qua non persona tantum, sed & natura distingueret a Patre Filium (quod fecerunt postea Ariani) adversus ejusmodi oppositam illi impietatem commentarium elucubravit, cujus his verbis idem sanctus Athanasius meminit (b): Porro ex Dionysii Romani Episcopi voluminibus contra eos qui Filium Dei, opus aut creaturam asseverant; scriptis, clare ostenditur, hæresin Christo rebellium Arianorum non tunc jam primum, sed olim ab omnibus damnatam fuisse*: Hæc Athanasius, ex quibus plane videas ipsum Dionysium Romanum Pontificem ut quisque declinaret extrema, mediam ac plane regiam straviſſe viam; atque perinde ac optimus in exercitu Imperator, sic cornui dextro periclitanti tulisse suppetias, ut tamen incolumitati sinistri consultum in omnibus esse voluerit, atque ita in hunc modum sincere fidei veritati omni ex parte esse prospectum. At de Sabellianis, atque controversiis quæ occasione hæresis Sabellianæ obortæ sunt modo satis; in posterum autem pro temporis ratione de iisdem sæpius sermo erit.

LI. Dionysii Papæ scripta.

(a) Athanas. contra hæres. Arian. decret.

(b) Athanas. de senten. Dionys. contra Arian.

Cæterum quod ad statum reliquum Ecclesiæ Alexandrinæ pertinet; de sedatis jam civilibus dissensionibus Dionysius Alexandrinus scribens hoc anno ad Hermammonem & alios Ægypti Episcopos, firmiter asseverans, in ea epistola post multa hæc habet in fine: *Octavo Imperii anno præterlapso, jam nonum annum Gallienus agit, in quo nos festa lætis animis celebremus*; quibus plane significat, tumultus illos jam anno præterito inchoatos esse, hocque anno sopitos, ipsumque Dionysium Alexandriam reversum. De reliquis autem turbis in Ægypto excitatis occasione Nepotis, dicemus anno sequenti.

LII. Festorum dierum celebratio.

Chri-

CHristi Domini nostri annus ducentesimusexagesimusquartus, Consulibus Albino & Maximo, a Cassiodoro & aliis adscribitur Fastis.

I. Nepos Episc. assertor millenarii.

Quo quidem licet ab hostili tumultu tunc temporis Ægyptus quieverit; tam novis emergentibus quorumdam occasione tumultibus, Ecclesia in ea posita nonnihil fuit exagitata. Nepos enim Episcopus in Ægypto, professor religionis Catholicæ, sententiam illam de Millenario a Papia olim, Irenæo, Justino martyre, Tertulliano, atque aliis quoque assertam, necdum ab Ecclesia omnino proscriptam, adeo vehementer, scriptis ea de re voluminibus, propugnare conatus est, ut complures sibi adsciverit sectatores, qui, ipso quoque ex hac vita sublato, nihilominus ejus dogma adeo pugnaciter stabilire conati sunt, ut a recto tramite veritatis tuendæ deflexerint; quorum ea de re sententiam jam in hæresin erumpentem Dionysius Episcopus Alexandrinus tum scriptis, tum etiam vivæ vocis oratione compressit, & penitus confutavit. Quo modo autem hæc se habuerint, Eusebius (a) ex scriptis ipsius collectam orationem instituens sic narrat:

(a) Euseb. lib. 7. c. 24.

II. Dionysius laborat contra Millenarios.

Præter ista omnia Dionysii opera, alii duo libri de Promissis erant ab eo elaborati. Causa cur hos scripserit, erat Episcopus Ægypti, nomine Nepos; qui promissa in sacris Scripturis sanctis viris fu-

Ann. Eccl. Tom. III.

turam in hoc sæculo (sicut Judæi somniant) præstanda fore docuit, hominibusque persuadere laboravit, eos certo quodam millenario annorum numero in deliciis corporeis & voluptate in terra victuros. Qui cum putaret se ex Joannis Apocalypsi suam opinionem posse obtinere, librum quem ἔλεγχον ἀλλωγορικῶν, ideſt, reprehensionem eorum qui allegorias componunt, inscribebat, de hoc argumento edidit. Cui Dionysius, in duobus illis libris quos de Promissis contexuit, acriter contradicit. In priore suam ipsius sententiam de eo dogmate exponit; in posteriore autem de Joannis disputat Apocalypsi. In cujus initio de Nepote mentionem faciens, ita scribit: Quoniam librum quemdam Nepotis pro se afferunt, quo quidem perinde ac si in illo certis indubitatisque argumentis Christi regnum in terra futurum probatum esset, magnopere niti & confidere videntur; dicam equidem quod sentio.

III. Hymni sacri a Nepote conscripti.

Quamquam non modo pro multis aliis rebus Nepotem amplector & diligo, ut pro fide, pro studio in doctrina posito, pro assidua in Scripturis exercitatione, pro nonnullis quoque ac variis psalmis hymnisque ab eo compositis, quibus hucusque nonnulli fratres libenter utuntur, verum etiam propterea quod ex hac vita migravit, hominem multo magis revereor: Veritas tamen multo amicissima est, & omnibus re-

T *bus*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5756.

SÆC. III. Anno Urbis 1016. Olymp. 260. an. 3. A. C. 263.

⊙ 20. D. ☽ 17. P. 12. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 263. *secund. Baronium* 264.

DIONYSII PAPÆ 5.

GALLIENI IMP. 11.

I. Consules.

[1] ANum. I. ad XI. Coss. *M. Nummius Albinus* II. & *Maximus Dexter*. Albinum cum numerali nota proponit liber de Præfectis Urbi, & Reinesius in Syntagmate Inscriptionum pag. 465. unam refert, in qua legitur: M. NUMMIO ALBINO CONSULI ORDINARIO ITERUM; fuerat enim Consul ordinarius anno Christi CCXXVII. ut ostendit Card. Norisius in epistola Consulari [2]. Notam etiam Numeralem exhibent Fasti Heracliani.

II. Liber Dionysii Alexandrini adversus Millenarios.

Cum ex Eusebio lib. 7. cap. 24. constet librum Dionysii Alexandrini *de Promissionibus* scriptum fuisse adversus *Nepotem* Episcopum Ægypti, qui *Millenariorum* errorem docebat, mirum, inquit Valesius in Notis ad Eusebium, Hieronymum in Præfatione libri 18. Commentariorum in Isaiam affirmare, librum illum adver-

NOTÆ

[1] *Coss. M. Nummius Albinus II. & Maximus Dexter*. Relandus prænomen *M.* & nomen *Nummius* omittit. Fasti Idatiani: *Albino & Dextro*. Ita Vindebonenses, & Bucherii laterculus. Libellus de Præf. Urbi: *Albino II. & Dextro*. Valesius in notis ad Eusebium pag. 240. edit. Paris.

M. NUMMIO. ALBINO. V. C. &c.
ET CONSULI. ORDINARIO.
ITERUM.

Edidit & Reinesius Cl. VI. n. CXXXII. Sed paullo aliter. Norisius hunc *M. Nummium Albinum* Consulem fuisse existimat A. D. 227.

[2] Scitantius profecto Norisium legit Pagius. Ille enim in Epistola Consulari censet *Albinum* hunc filium extitisse illius Albini, qui Consulem egit anno 227. Vicissim autem ab Albino hujus anni Consule gestum censet priorem Consulatum anno 246. ubi proinde Albino præfigendum est Marci prænomen.

bus merito anteponi debet. Ac si quid recte dicatur, laudandum illud quidem sine invidia; sin quicquam parum sincere & integre sit scriptis mandatum, hoc cum diligentia & exquirendum, & coarguendum contra adversarium, qui coram adest, & verbis solum ac sermone opinionem suam tueri laborat: colloquium absque scripto, quod partim interrogando, partim respondendo iis qui nobiscum ex adverso pugnant, persuadere, eosque in nostram sententiam pertrahere solet, satis profecto momenti habebit & ponderis.

IV. Millenariorum fraudes. Verum cum opus scriptum nobis objectum sit, illudque (ut quibusdam placet) ad persuadendum valentissimum; cumque doctores ejus sectæ, Legem & Prophetas pro nihilo putent, Evangelia sequi negligant, Apostolorum epistolas depravent; hujus tamen operis, quod dixi, doctrinam, tamquam magnum aliquod & abstrusum mysterium complectentem, asseverent; cumque fratres nostros aliquanto simpliciores, & magis imperitos, de sublimi & admirando opere, vel gloriosi vereque divini Domini nostri adventus, vel nostræ a mortuis resurrectionis, vel cum Domino conjunctionis, consociationisque, & ad ejus immortalem naturam assimilationis non aliquando cogitare sinant, sed illis persuadere conentur; in regno Dei objecta & mortalia præmia, qualia ab hominibus in hac vita expectare solemus, tandem futura: nobis certe necessarium arbitror adversus istum fratrem, quem dico, Nepotem, perinde ac si præsto adesset, acuta ratione disceptare. Deinde quibusdam adjectis, sic loquitur:

V. Dionysius confutat Millenarios. Cum essem in loco quodam qui Arsenoites dicitur, ubi (uti nostis) jampridem hoc dogma prodiit in lucem, sic ut non modo schismata nascerentur, sed integræ Ecclesiæ a fide deficerent; presbyteros ejus sectæ, qui fratribus in singulis pagis undique prædicabant verbum Dei, convocavi; eosque magnopere cohortatus sum, ut palam, præsentibus fratribus, audireque cupientibus, illorum doctrina exquisite discuteretur. Atque cum librum, qui illis erat tamquam quoddam propugnaculum & murus inexpugnabilis, ad me attulissent; considens uno loco cum illis, toto triduo a primo mane usque ad vesperam, quæ in eo scripta erant, studiose refutare conabar. Ibi tum quidem certe fratrum constantiam, studium veritatis, facile obsequium & prudentiam adeo supra modum admirabar, quod tam præclaro ordine & tanta cum modestia rogabant, disceptabant, nobisque assentiebantur, atque etiam tam diligenter præcavebant, ne illis quæ fuerant ante ab ipsis decreta, si quicquam in eis veritati repugnare videretur, mordicus adhærerent: quin etiam contrarias rationes minime omittebant nobis opponere; sed quoad eorum fieri poterat, ea quæ erant ab ipsis proposita, munire & defendere tentabant; & contra, ubi poscebat ratio, sententiam mutare, & nostro assentire judicio, eos neutiquam omnino pudebat. Denique conscientia integra, sincera cogitatione, & puris erga Deum ac simplicibus animis, ea quæ erant firmis rationibus & testimoniis a sacris litteris depromptis confirmata, admodum approbabant.

VI. Millenariorum dux Coracion. Ad extremum hujus doctrinæ princeps & dux Coracion, omnibus fratribus, qui aderant, audientibus, palam confessus est, nobisque attestatus, neque se velle deinceps (quandoquidem adversariis rationibus se putabat satis abunde esse convictum) illi dogmati animum adhibere, neque de eo differere, neque mentionem facere, neque aliquando illud usquam docere. Unde alii fratres, qui aderant, pro ista disceptatione in publico Ecclesiæ conventu habita, proque omnium conciliatione & concordia, maximam lætitiam animis perceperunt: Hucusque de Millenariis Dionysius, quæ sunt ab Eusebio recitata. Quæ vero ex ejusdem auctoris libro idem (a) exscripsit atque contexuit de controversia olim excitata, & a Dionysio fusius disputata de libro Apocalypsis, S. Joannis Evangelistæ ne sit, vel alterius Joannis; quoniam ea de re superius actum est copiose, hic repetere prætermittimus; nec de Millenariis longius se extendet oratio, quæ alibi prolixiorem de ea re est prosecuta narrationem. Quo modo autem ea sententia sæpe compressa revixerit, suo loco dicturi sumus, nempe cum agemus de Apollinari Laodiceno, qui duos illos a Dionysio conscriptos de Promissionibus libros, contrariis scriptis editis, ausus est impugnare; quod testatur (b) S. Hieronymus; qui & ait, ab eodem Dionysio scriptum fuisse commentarium adversus S. Irenæum, ejusdem quoque sententiæ assertorem.

(a) Euseb. lib. 7. c. 20.

(b) Hieronym. in prooem. lib. 8. in Isaiam.

VII. Quod vero spectat ad sacros hymnos a Nepote conscriptos; imitatus eum quoque fuit idem Apollinaris, qui quamplurimos scripsit hymnos Ecclesiasticos. Sed & quem Bardesanis Syri fuisse filium Harmonium superius diximus, itidem hymnos

PAGIUS versus Irenæum Lugdunensem Episcopum a Dionysio fuisse conscriptum; ait enim Hieronymus: *Irenæi tantum Lugdunensis Episcopi faciam mentionem: adversus quem vir eloquentissimus Dionysius, Alexandrinæ Ecclesiæ Pontifex, elegantem scripsit librum, irridens mille annorum fabulam.* Fuit quidem Irenæus ex eorum numero, qui Regnum Christi mille annorum spatio in terris futurum crediderunt. Verum Dionysii liber non contra *Irenæum*, sed contra *Nepotem* exaratus, ut ex Eusebio laudato, & ex ipso etiam Hieronymo in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis liquet.

Ad

(a) Theodor. lib. 4. c. 19. (b) Sozom. lib. 3. c. 15. elaborasse, affirmant Theodoretus (a) atque Sozomenus (b). Cum vero iidem essent hæretici, atque in hunc modum aureo calice Babylonis malæ doctrinæ venena Fidelibus propinarent; excitavit Deus spiritum sanctorum suorum, ut ad pietatem homines instituentes, longe præstantiores conscriberent sacros hymnos; nam (ut iidem testantur) ad explodendos illos impietate refertos hymnos Harmonii, S. Ephrem contrarios illis scribens, Syris canendos tradidit. Sed & Gregorius Nazianzenus cygnæo plane cantu Apollinarium impium stridentem silere fecit. Nec his caruit Occidentalis Ecclesia; complures enim habuit graviissimos viros, qui, divino afflati Spiritu, cecinere in Ecclesia sacros hymnos, ut Damasus Papa, Ambrosius, Paulinus, Prudentius, Marius Victorinus, Prosper Aquitanus, Alcimus Avitus, Sidonius Apollinaris, Venantius Fortunatus, & alii prope innumeri usque in præsens sæculum, quod præ cæteris ejus facultatis eruditis viris abundasse videtur, inter eos autem mira claritudine effulgere R. D. Levinum Torrentium, Episcopum Antuerpiæ, edita ab eo summa tum pietate, tum venustate poemata satis docent; hic illi honestissimus ludus, cum ab ingruentibus pastoralibus curis, quibus invigilat, animum interdum avocare conceditur. Esset sane plures adnumerare hujus facultatis viros cum maxime pios; tum etiam egregie eruditos; sed alio tendit oratio; ad hæc enim occasione Nepotis hymnorum digressi sumus propemodum nescientes. Porro scriptum a Nepote librum, quo sententiæ Millenarii visus est nimis ardens assertor, Gelasius inter quisquilias apocryphorum conjecit.

Christiani poetæ præclari.

VIII. Tyranni complures vexant Imperium. In hunc modum se habentibus rebus Ecclesiasticis, novis rursum tyrannis exagitatur Romanum Imperium, Trebelliano ab Isauris Imperatore creato; & in Africa auctore Vibio Passieno Proconsule, quem putamus successisse Galerio, & Fabio Pomponiano duce limitis Libyci, appellatus est Imperator Celsus; sed ambo hi quam primum sublati sunt; illo a Gallieni duce Causisoleo, hoc vero a Siccensibus populis Gallieno addictis, septimo die occisis. Sed & Saturninus fortissimus dux, & ipse a suis Imperator acclamatus, post aliquot menses ab iisdem necatus est: idem quoque & de aliis Trebellius narrat.

IX. Res plane majori consideratione digna, quonam pacto aceidisse potuit, ut sub triginta tyrannis valuerit Imperium Gallieni subsistere, hominis alioqui ignavissimi, atque penitus effœminati, cum vel unus tyrannus (quod de aliis accidit) plus satis sufficere potuisset, ut inter popinas atque lenones agentem principem e medio tolleret; cum præsertim Trebellio auctore constet, omnes duces exercitus, qui adversus Gallienum rebellarunt, fuisse fortitudine & consilio præstantissimos, quos ad barbaros debellandos Valerianus summa prudentia atque judicio delegisset: quod admirans Trebellius, ait: *Mirabile hoc fuit in Valeriano Principe, quod omnes quoscumque duces fecit, postea militum testimonio ad Imperium pervenerunt: ut appareat senem Imperatorem in deligendis Reipublicæ ducibus talem fuisse, qualem Romana felicitas, si continuari fataliter potuisset, sub bono Principe requirebat. Et utinam vel illi, qui arripuerant imperia, regnare potuissent, vel ejus filius Gallienus in Imperio diutius non fuisset, ut libere se in suo statu Respublica nostra tenuisset. Sed nimis sibi fortuna indulgendum putavit, quæ cum Valeriano & bonos Principes tulit, & Gallienum, diutius quam oportebat, Reipublicæ reservavit:* Hucusque Trebellius Ethnicus homo, Deum ignorans, nec nisi fortunæ sciens adscribere, quæ summa moderatione divinæ stateræ in homines judicia occulta juste penduntur.

Deus Gallienum a tot tyrannis defendit.

X. Verum tanti prodigii causam (sic illud dixerim, quod excedat omnem humanum captum) non aliunde puto esse petendam, quam ab illo causarum omnium fonte primo

PAGIUS III. *Porphyrius occasione Decennalium Gallieni Romam venit.* Ad num. XI. & seq. *Porphyrius* Philosophus Platonicus non Judæus, sed Tyrius fuit, ut anno CCCII. num. VIII. demonstrabo, neque hoc anno, sed præcedenti Romam venit anno ætatis suæ tricesimo, ut ex Vita Plotini ejusdem sectæ Philosophi, quam in literas misit, intelligimus, ideoque natus erat anno Christi ducentesimo tricesimo secundo, aut circiter. Illud manifeste liquet ex eadem Vita, in qua dicitur: *Agebat Plotinus annos (ut retulit Eustochius) sex & sexaginta, secundo Claudii Imp. anno jam peracto.* Et paulo post: *Jam vero si computemus a secundo Claudii Imp. anno exacto jam annos sex & sexaginta, nativitatis illius tempus cum tertio decimo Severi Imp. anno concurrit.* Quare in lucem prodiit *Plotinus* anno ducentesimo quinto, quo decimus tertius *Severi* cœpit, obiitque anno ducentesimo septuagesimo, quo *Claudius* etiam e vivis excessit, annique illi sexaginta sex utrimque incompleti fuere. Antea scripserat Porphyrius: *Decimo Gallieni Imp. anno ego Porphyrius e Gracia una cum Antonio Rhodio Romam veniens Amelium reperi, octo & decem jam annos Plotino familiariter usum.* Postea ait: *Hi ergo libri unus atque viginti, quando eum primum convenI, scripti jam erant, quando Plotinus nonum & quinquagesimum ætatis annum agebat, ego autem & hunc ipsum annum, & quinque insuper deinceps cum Plotino versatus sum.* Plotinus itaque anno Christi ducentesimo sexagesimo secundo, quo Gallienus decimum Imperii annum inchoavit, quinquagesimum nonum ætatis ingressus est, eodemque anno Porphyrius Romam venit, ibique toto illo anno & quinque insuper usque

mario, ipso Deo optimo maximo, de quo illud divinis litteris prædicatur (*a*): *Qui baltheum Regum dissolvit, & præcingit funem renes Regum*: Et (*b*) contra: *Per me Reges regnant*. Sed unde hæc Gallieno, ut tot tyrannos adeo formidabiles, ac propemodum insuperabiles, e medio tolleret, atque regnaret, Senatu & exercitu semper invito? a Deo promeruit? Certe quidem ex Dionysii Alexandrini scriptis rimari causam licet. Nimirum quod sicut Valerianus tamdiu florentissimum est moderatus Imperium, quandiu Ecclesiæ pacem concedens, & de Christianis benemeritus, piorum omnium in se devinxit officia, quibus illi pro Romani Imperii incolumitate, Imperatori sque salute apud Deum quam sedulo precibus agerent; sed in contrarium mutatus, in Christianos insurgens, Dei a se pariter sustulit patrocinium; ac ea de causa & ipse captus, in ultimum discrimen induxit Romanum Imperium, quantumlibet militia potens, & in rebus agendis solertissimus ac prudentissimus haberetur. E contra Gallienus ignavus & socors, collapsum penitus nactus Imperium; quod pacem mox concesserit Christianis, horum precibus suffultus tot velut draconibus vallatus tyrannis, Lernæis plane capitibus resurgentibus, totque barbaris undique erumpentibus circumseptus, tenuit ipsum nihilominus tot annis, adversantibus ac reclamantibus omnibus adversariis; quod & tanto tempore regere permissum est, quanto Ecclesia Dei ex præterita afflictatione Valeriani, persecutione illata respirans, complura quæ essent collapsa componeret, & ad venturas vexationes fortiter subeundas, se pacis tempore præpararet.

(*a*) *Job.* 12.
(*b*) *Prov.* 8.
Ex pace Christianorum parta salus Imperio.

Denique ad hujus anni finem adjicimus, hoc ipso anno decimo Gallieni, infensissimum Christianæ religionis hostem Porphyrium philosophum secta Platonicum Romam venisse. Id quidem ipse testatur in Vita Plotini, ubi & de se ipso agens complura prodit: *Decimo autem* (inquit) *Gallieni Imperatoris anno, ego Porphyrius e Græcia cum Ausonio Rhodio Romam veniens, Æmilium reperi*: Et paulo post: *Proinde Plotinus, decimo Gallieni Imperatoris anno ferme jam novem & quinquaginta annos agebat: ego vero Porphyrius, cum primum huic adhæsi, triginta tunc annos impleveram.*

XI. Porphyrius venit Romam.

Quid vero Plotinus agere cum Gallieno tentaverit, idem Porphyrius declarat, sic dicens: *Gallienus Imperator, uxorque ejus Salonia, Plotinum honorabant, maximeque colebant. Hic igitur eorum benevolentia fretus, ut dirutam quamdam olim in Campania civitatem, philosophis aptam, instauraret, regionemque circumfusam cultæ civitati donaret, concederentque civitatem habitaturis Platonis legibus gubernari, atque ipsam Platonopolim appellari; pollicebatur se illuc habitatum una cum amicis omnibus profecturum. Quod facile philosophus ad votum impetravisset, nisi quidam Imperatoris familiares invidia, vel indignatione, vel alia iniqua de causa acriter obstitissent*: Hæc ipse. Quam plane inops est, & divino destituta consilio pariter & auxilio philosophorum conditio! Posit tot sæcula, ubique gentium promulgata, quæ sanctiora videbantur Platonica dogmata, nec id efficere potuerunt, ut in toto Orbe vel civitas una, vel vicus penitus addictus esset Platonis sententiæ, & ex præscripto legum ipsius viveret; cum e contra Christiana religio, piscatorum ore vulgata, civitates, provincias, ac plane totum replerit Orbem, Gentesque omnes vi quadam divinitus insita coegerit avitas superstitiones, patrias leges, & inolitos mores omnino relinquere, adversariasque propriis concupiscentiis leges amplecti, easque vitæ quoque dispendio profiteri, ut ex iis plane dignosci liceat, quæ humana, quæve divina sint opera; quæ, inquam, humanis nitantur viribus, quæve divinis corroborentur auxiliis. Sed jam ad res gestas sequentis anni orationem convertamus.

XII. Deplorata conditio Philosoph. Gentilium.

Annus

PAGIUS usque ad annum Christi CCLXVII. mansit, ut liquet ex sequentibus Porphyrii verbis: *Quo vero tempore in Sicilia vitam agebam, quo perveneram circa quintum decimumque Gallieni Imp. annum, Plotinus libros quinque composuit, & ad me in Siciliam misit*. Neque dici potest, decimum illum Gallieni annum intelligendum esse de ultima ejus parte, quæ cum præsenti Christi anno concurrit: sic enim *Porphyrius* non potuisset pervenire in Siciliam *circa quintum decimumque Gallieni Imp. annum*. Quamobrem *Porphyrius* occasione Decennalium Gallieni anno antecedenti magna pompa celebratorum Romam venit.

IV. *Plotinus de Platonopoli condenda frustra agit.*

Quid *Plotinus* tentaverit, docet idem Porphyrius: *Gallienus Imp. uxorque ejus Salonia Plotinum honorabant, maximeque colebant. Hic igitur eorum benevolentia fretus, ut dirutam quamdam olim in Campania civitatem Philosophis aptam instauraret, regionemque circumfusam cultæ civitati donarent, concederentque civitatem habitaturis Platonis legibus gubernari, atque ipsam Platonopolim appellari, pollicebatur se illuc habitatum una cum amicis omnibus profecturum. Quod facile Philosophus ad votum impetravisset, nisi quidam Imperatoris familiares invidia, vel indignatione, vel alia iniqua de causa acriter obstitissent*. Quibus ex verbis luculenter confirmatur, quod sæpius alibi insinuavi, annis sc. Decennalibus & id genus festis addictis urbes aut constructas, aut reædificatas, aut novis nominibus de more appellatas fuisse. Quæ similiave lubenter inculco, quia hactenus nemini observata, plurimumque ad Antiquitatis notitiam conducentia.

I. ANnus Christi ducentesimus sexagesimusquintus Consulatu Gallieni sexto & Saturnini adscribitur Fastis, ac jure quidem; nam & in antiquis nummorum inscriptionibus sextus Consulatus Gallieni Tribunitiæ potestati undecies repetitæ conjungitur, qua annus pariter ejusdem Imp. Gallieni undecimus consignatur. Vetus enim inscriptio sic se habet (*a*): IMP. C. P. LIC. GALLIENUS P. F. AUG. P. M. TR. P. XI. COS. VI. P. P. Meminit horum Consulum Trebellius in primis, cum ait (*b*): *Gallieno & Saturnino Consulibus, Odenatus Rex Palmyrenorum obtinuit totius Orientis Imperium; idcirco præcipue, quod se fortibus factis dignum tantæ majestatis insulis declaravit; Gallieno aut nullas, aut luxuriosas, aut ineptas & ridiculas res agente. Denique statim bellum Persis in vindictam Valeriani, quam ejus filius negligebat, indixit: Nisibin & Carras statim occupat, tradentibus se Nisibenis atque Carrenis & increpantibus Gallienum. Non defuit tamen reverentia Odenati circa Gallienum. Nam captos Satrapas, insultandi prope gratia, & ostentandi sui, ad eum misit; qui cum Romam deducti essent, vincente Odenato, triumphavit Gallienus, nulla mentione patris facta; quem nec inter deos quidem, nisi coactus, retulit, cum mortuum audisset, sed adhuc viventem; nam de illius morte falso comperat*: Hucusque Trebellius, qui res gestas ab Odenato in Persas prosequitur enarrare; sed hæc de his satis ad institutum.

(*a*) *Thes. Antiq. Hubert. in Gallieno.*
Odenatus imperat in Oriente.
(*b*) *Trebell. in Gallieno, & de triginta Tyran.* 28.

II. Erat Odenato conjux insignis pudicitiæ atque prudentiæ in rebus agendis fœmina, quam idem Trebellius mirifice laudat. Hanc fuisse Judæam, S. Athanasius (*c*) testari videtur, cum ait in Arianos: *Zenobia Judæa erat, & protectrix Pauli Samosateni; & tamen Judæis in synagogas Ecclesias non tradidit*. Hæc quippe scientiis erudita, usa est in Græcis litteris Longino præceptore, quod tradit Vopiscus (*d*), quem & Porphyrius (*e*) laudibus celebrat. Sed & cupida Christianarum litterarum, male consulta, adscivit sibi magistrum Paulum Samosatenum, Episcopum Antiochenum, hæreticum de Christo abjecte nimis & humiliter sentientem, ac penitus judaizantem; de quo Philastrius (*f*): *Hic Verbum Dei, id est, Christum Deum Dei*

(*c*) *Athanas. epist. ad Solit.*
Zenobia Judæa insignis fœmina.
(*d*) *Vopisc. in Aureliano.*
(*e*) *Porphyr. in Vita Plotin.*
(*f*) *Philast. de hæres. cap.* 65.

cente Odenato triumphavit Gallienus, nulla mentione patris facta: quem nec inter Deos quidem, nisi coactus, retulit, cum mortuum audisset, sed adhuc viventem: nam de illius morte falso comperat. Quæ verba confirmant quod scribit Auctor Chronici Alexandrini, Valerianum seniorem in servitute vixisse usque ad annum Christi CCLXIX. ut jam supra anno CCLIX. quo in Persidem est abductus, diximus. *Odenatus* non semel, sed iterum *Ctesiphontem* usque processit, & Persas intra munitiones suas compulsos occlusit, inquit Zosimus pag. 651. quod & confirmat Pollio citatus, qui subdit, Gallienum, ubi comperit, *Ctesiphontem* esse perventum, fugisse Regem, captos Satrapas, plurimos Persarum occisos, *Odenatum participato Imperio Augustum* vocasse. Cum vero Mediobarbus Nummum Græcum Odenati Augusti producat, in quo legitur, L. Δ. id est, *anno quarto*, & Odenatus anno CCLXVII. occisus fuerit, liquet, hanc nuncupationem præsenti anno factam. Certe annis, quibus Imperatores triumphabant, eadem quæ annis eorum Decennalibus & id genus festis addictis, de more præstita.

Ad

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5757.

SÆC. III. Anno Urbis 1017. Olymp. 260. an. 4. A. C. 264.

⊙ 21. CB. ☽ 18. P. 3. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 264. *secund. Baronium* 265.

DIONYSII PAPÆ 6.

GALLIENI IMP. 11.

I. *Consules.* [1] AD num. I. & seqq. Coss. *Gallienus Aug. VI. & Saturninus*. Gallieni Consulatus juxta quintam Consulatuum Cæsareorum regulam, ob *triumphum* nempe *Persicum*, de quo mox sermo erit. Imperatores enim, si annis Decennalibus & id genus festis addictis triumphos non ducerent, ad eos aliis annis exhibendos Consulatum suscepisse jam sæpius indicavi.

II. *Triumphus Gallieni, qui Odenatum Augustum dicit.* Pollio in duobus Gallienis cap. 10. ait: *Gallieno & Saturnino Consulibus Odenatus Rex Palmyrenorum obtinuit totius Orientis Imperium*; additque, illum statim bellum Persis indixisse, Nisibin & Carras occupasse. Tum subjicit: *Vin-*

NOTÆ [1] *Coss. Gallienus Aug. VI. & Saturninus*. Gruterus pag. CCLXXIV.

MAGNO ET
INVICTO
GALLIENO. AUG. XI.
COS. VI.
DESIGNATO. VII.

Nummi *Gallieni* apud Bandurium, tom. I. pag. 175. cum TR. POT. XII. COS. VI. Fasti Vulgares: *Gallieno VI. & Saturnino*. Trebellius Pollio in Gallieno, cap. X. *Gallieno & Saturnino Coss.* Saturnini prænomen, ac ejus quodpiam aliud nomen ante postremum, ignoratur.

Dei Filium substantivum, ac personalem, & sempiternum esse eum Patre denegabat; prolativum autem, id est, quasi aeremquemdam dicebat, non tamen personam vivam Filii sempiternam cum sempiterno Patre credendam esse docebat. Hic Christum hominem justum, non Deum verum praedicabat, judaizans potius, qui & circumcisionem docebat; unde & Zenobiam quamdam Reginam in Oriente tunc temporis ipse docuit judaizare. Haec cum scribat adeo antiquus auctor, miror quid de eo haec Nicephorus dicat (a): *Paulus porro iste curare eam in religione judaizantem volens, plurimumque operae, & curae in ea recte instituenda atque convertenda ponens, in Artemonis haeresim impegit.* De Zenobia vero, cum, occiso viro, Orientale capessit Imperium, suo loco dicturi sumus; postulat modo temporis ratio, ut de Paulo, cujus facta est mentio, instituamus orationem.

(a) *Niceph. lib. 7. cap. 27.*

III. De Paulo Samosateno Episc. Antiocheno.

Quod primum ad rationem temporis spectat; cum a Dionysio Romano Episcopo, & alio Dionysio Alexandrinae Ecclesiae Praesule, constet Paulum Samosatenum fuisse damnatum, ut paulo post Athanasii testimonio demonstrabimus; haud constare potest, quod S. Epiphanius (b) tradit, ipsum tempore Aureliani & Probi Imperatorum creatum fuisse sedis Antiochenae Episcopum; cum certum sit neminem duorum Dionysiorum, qui Paulum damnarunt, ad illa tempora perveniisse. Ex his pariter refellitur, quod Euthymius & si qui alii Graecorum affirmant, eumdem Paulum Manichaea matre genitum, cum ipse haeresis auctor Manes nonnisi Aureliani Imperatoris temporibus innotuerit.

(b) *Epiphan. haeres. 65.*

IV. Pauli Samosateni haereses.

Quod vero ad ejus impia improbataque ab omnibus dogmata pertinet; videtur aliqua ex parte a Sabellio Paulus mutuatus esse venenum, dum nullam admittens in divinitatis substantia personarum distinctionem, sed sicut unum Deum, ita pariter unam personam in divinis statuens, totum S. Ecclesiae traditum cultum atque doctrinam sanctissimae Trinitatis penitus auferebat: sapiebat haec namque Paulus cum Sabellio atque Judaeis, sed a Sabellio discrepabat in eo, quod ille cum unam tantum affirmaret divinam esse personam, hac assumpta propositione mendacii, illud falsissimum sequeretur, Patrem simul & Spiritum sanctum cum Filio carnem humanam sumpsisse, ac etiam crucifixos esse; Paulus vero omnem prorsus auferens divinae naturae cum humana conjunctionem, Christum hominem tantum, sed justitia praeditum fuisse, impudentissime diceret.

V. Quid de de Paulo Samosat. Patres.

Sed quid de Paulo Patres scripserint, ac in primis Epiphanius, audiamus: *Hic elatus mente, excidit a veritate, & renovavit haeresin Artemonis, qui quidem erat a principio ante multos annos, & extinctus est. Asserit autem hic, Deum Patrem & Filium & Spiritum sanctum unum Deum esse; in Deo autem semper esse ipsius Verbum & Spiritum ipsius, quemadmodum in hominis corde est proprium verbum; non autem esse Filium Dei in substantia, sed in ipso Deo; quemadmodum etiam Sabellius, Novatus *, & Noetus, & alii*: Haec ipse. Sed quod habet de Novato, puto irrepsisse in textum aliunde. Nam Novatum & Novatianos recte sensisse de Trinitate, probavit sacrosancta Nicaena Synodus, ut suo loco dicemus. Sed de Verbo Dei addit Epiphanius, ipsum dixisse in Christum venisse, & solum operatum esse, & ad Patrem, qui illud spiraverat, rediisse. Sed & ex litteris Dionysii Alexandrini plane detegitur Paulus Samosatenus duas constituisse personas inter se disjunctas, Filium Dei Verbum, & Christum, quem ajebat non fuisse ante Mariam, ipsumque accepisse nomen Filii Dei ex bona operatione ipsius; quas blasphemias ipse redarguit. Certe quidem Nestorius accusatus fuit haeresis Samosateni, cum in duas personas Christum divideret. Rursus etiam ex iisdem principiis de Christi humanitate perperam constitutis, aliam nefariam pravamque sententiam Paulus impie deducebat, ut diceret in sacramento Eucharistiae esse Christi sanguinem corruptibilem; id quidem apparet ex epistola Dionysii Alexandrini adversus eumdem Paulum, conscripta tempore prioris Concilii Antiocheni contra eumdem collecti; in ea enim cum multa disputat ad oppugnandum impudentem haeresiarcham, cumque refellit blasphemiam de corruptibili Christi sanguine, quod & Paulus probare nitebatur, propterea quod Dominus suis dixisset: *Accipite & dividite inter vos*: sic in eum Dionysius (c).

* al. Novatus.

(c) *Transtulit eam epistolam Dionysii Turrianus, citatque lib. de Sacramento Eucharist. cap. 10. & 11.*

Haec

PAGIUS

III. *An epistola Dionysii ad Paulum Samosatensem suppositicia.*

A num. III. ad XV. Epistola Dionysii Alexandrini adversus *Paulum Samosatensem* Episcopum Antiochenum, falsa & suppositicia creditur a Valesio in Notis ad lib. 7. Eusebii cap. 30. Nam Patres quidem, inquit Valesius, Antiocheni Concilii affirmant, *Dionysium* non dedisse literas ad „ Paulum, sed tantum ad Ecclesiam Antiochen„ sem. In illa autem epistola, quae Dionysii „ nomine publicata est, Dionysius bis *Paulo* scri„ psisse dicitur. Sed nec stylus illius epistolae ac „ responsionis, reliquis Dionysii Scriptis re„ spondet. Itaque Opus illud adulterinum esse, „ ob eas quas dixi rationes, mihi persuadeo, „ licet Baronius eam epistolam pro vera ac ger„ mana habuerit. Ita Valesius, ea praecipue ratione motus quod in epistola ab Eusebio lib. 7. cap. 30. recitata, Episcopi, qui Antiochenae Synodo contra Paulum Samosatensem coactae interfuerant, de Dionysio Alexandrino loquentes dicant: *Scripsit quidem Antiochiam, sed erroris ducem* (videli-

Baron. n. v. & seqq.

VI. Refellitur a Dionysio Paulus Samosat.

Haec cum dicit Paulus Samosatenus, ignorat quod Apostolus dicit in epistola ad Hebraeos (a): Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiae contumeliam fecerit? Conculcavit eum Judas, & nunc Paulus Samosatenus, ut placeret satanae, qui eum delegit. In sanguinem vivificum, & in Spiritum sanctum insurrexit, eum conculcans. Etenim si sanguis Christi est corruptibilis, quia dividitur, & funditur, reperietur quoque Spiritus sanctus corruptibilis ut sanguis vitae, siquidem scribit Lucas in Actis Apostolorum (b): Cum complerentur dies Pentecostes &c. paulo post subjungit: Et apparuerunt illis linguae dispertitae tanquam ignis, & reliqua. Manifesta itaque ratione Dionysius monstrat exemplo pariter & auctoritate non corrumpi Christi sanguinem Testamenti in Eucharistia, quod dividatur & effundatur; sicut nec Spiritus Sanctus ex eo quod dicatur divisus & effusus, potuit ullo modo corrumpi.

(a) *Hebr. 10.*

(b) *Act. 2.*

VII. Tollitur impia Pauli sententia.

Rursus vero eamdem Pauli de sanguine Eucharistiae sententiam destruens, haec eleganter habet de filii Dei facta in Eucharistia exinanitione: *Ait Apostolus de Christo, quod cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse aequalem Deo; id est, non sic quemadmodum per studium virtutis ac laboris ac certaminis regnum Dei capiunt, sicut scriptum est (c) Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud; non sic inquam, Christus laboribus & studiis virtutum comparavit ut esset aequalis Deo; quin potius; Operuit (d) coelos virtus ejus, & laudis ejus plena est terra, splendor ejus ut lux erit; ut testatur ipse qui vere semper est in Patre, inquiens (e): Ego sum lux mundi; ideest, Dominus mundi, habens in se ipso Patrem, & vivificum & Dominum Spiritum sanctum; & tamen se ipsum exinanivit; unde Sacramentum inenarrabile ab eo sic appellatur, novum testamentum; dans se ipsum in mystica coena, non sicut secundum legem sacerdotii Aaronici carnes pecudum aræ olim imponebant; scribit enim Moyses, inquiens (f): Carnes sanctae imponentur altari, & comedet populus; & quicumque immundus eas tetigerit, peribit. Nunc autem non sic; quin potius ipse Dominus dicit (g): Qui manducat me, ipse vivet propter me: Deus ergo est qui habitat in nobis, secundum Testamentum quod disposuit, dicens nobis: Accipite hoc, & dividite inter vos, novum Testamentum est; hoc facite. Haec est Dei ad nos exinanitio, ut admittamur ad capiendum eum. Hoc enim tremendum Sacramentum dicit Apostolus (h) cum ait; quod se ipsum exinanivit, non relinquens Patrem, ut capiatur a nobis; absit; immo ipsius verba proferam: Ego, inquit (i) & pater ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*: Haec Dionysius de veritate sacratissimae Eucharistiae. Deinde subjungit.

(c) *Matth. 11.*

(d) *Habac. 3.*

(e) *Joan. 8.*

(f) *Levit. 6. 7.*

(g) *Joan. 6.*

(h) *Philip. 2.*

(i) *Joan. 14.*

VIII. Christi exinanitio.

Videte quam limate agit mystagogus veritatis vas electionis, dicens paulo post (k): Formam servi accipiens, & in similitudinem hominum factus. Ut antea dixi, exinanitionem dicit, factam ad nos ad capiendum Sacramentum vitae per puras & incorruptibiles ipsius manus, ut possimus fideles ejus capere ipsum, ac fieri mansio Dei, accipiens eum totum: ac paulo post, cum plura de agno Paschali, Eucharistiae typo, dixisset, haec addit: *At vero qui se ipsum exinanivit Christus Jesus, habens in se caput Patrem (caput enim Christi Deus) fecit (l) potentiam in brachio suo & exaltavit humiles: ut ab eis capi possit Altissimus, & habitare in nobis per exinanitionem. Spiritus sanctus effusus super omnem carnem manet plenus; & sanguis idem Sanctus, ac vivificus ex profundo divini lateris effusus, manet plenus; & Christus idem qui se exinanivit, & sanguinem suum incorruptibilem & vivum, ac vivificum nobis effudit.* Hucusque Dionysius adversus Pauli haeresim de corruptibili Eucharistiae.

(k) *Philip. 2.*

(l) *Luc. 1.*

IX. Eucharistiae veritas omnibus nota.

Observatione quidem dignum est, adeo perspicuum fuisse in Ecclesia Catholica Sacramentum Eucharistiae, adeoque exploratam in omnibus atque testatam ab omnibus ejus assertionem ac fidem, ut impudentissimi etiam haeretici, qui tamen a Christo veritatem carnis non sejungerent, ejusdem fuerint assertores, ac professores; licet, quod a Catholica Ecclesia deviassent, ex eis alii non iisdem ritibus, quibus Ecclesia, ejusmodi Sacramentum conficerent; quod superius multis exemplis est demonstratum. Non autem

PAGIUS

delicet Paulum) *ne salutatione quidem dignatus est, neque ad eum nominatim, verum ad universam Antiochensem Ecclesiam literas suas direxit*; & nihilominus ea epistola, quae Graece & Latine tomo I. Conciliorum refertur, his verbis incipitur; *Rescripsimus ad ea, quae prius scripsisti*. Ob quae verba ea epistola Valesio falsa credita, una cum decem propositionibus ejusdem Pauli, & Dionysii ad eas in ea epistola responsionibus. Verum ex illis verbis minime tantum inferri debet, falso eam epistolam Dionysio Alexandrino attribui, non autem scripsam non fuisse ab aliquo ex Episcopis, qui Synodis adversus Paulum Antiochenum celebratis interfuerunt. Innumeris enim exemplis constat, indubitatae antiquitatis epistolas Exscriptorum ergore falsos titulos praeferre. Porro plures Synodos adversus Paulum coactas fuisse ipsemet Valesius observat ex Eusebio lib. 7. cap. 28.

X.

Quod vero ibidem dicit Baronius, testari Atha-

tem eo dementiæ pervenerunt, ut tantum mysterium Fidelibus divinitus concessum quod viderent in Ecclesia Catholica altas firmasque *radices fixas habere*, convellerent; usque adeo, ut & Paulus, de quo est sermo, fæx omnium hæreticorum, licet Christum esse tantum hominem impie prædicaret, tamen veritatem carnis & sanguinis, licet hominis tantum & non Dei, esse in Eucharistia affirmaret; ut ex iis plane prudens lector intelligat, *hæreticos nostri temporis omnium infelicissimos imum impietatis penitus attigisse*. At de Pauli Samosateni dogmatibus hactenus. Quinam vero essent scelestissimi hominis mores impurissimi; quoniam de his agitur in Synodica ad Dionysium & Maximum scripta, suo loco Annalibus intexenda; hic dicere prætermittimus. Qui autem Pauli *sectati sunt impietatem*, nominat eos idem Epiphanius, secundo Judæos; quod sicut Judæi de Deo saperent; a quibus in eo discrepant, quod (ut ait, sed contra Philastrii sententiam) re vera neque circumcisionem habeant, neque sabbatum servent, & alia omnia, quemadmodum Judæi.

X. Concilium contra Paulum a Dionysio Papa cogitur.

Cum autem *Pauli* detestanda impietas innotuisset Ecclesiæ, nihil antiquius apud sanctos Episcopos fuit, quam ut in unum coeuntes, collatis suffragiis, introductas ab eo hæreses condemnarent, & impudentem hæreticum e sede Episcopali deponerent. Quinam autem fuerit hujus operis præcipuus architectus ex Athanasio possumus intelligere; *nimirum extitisse* Dionysium Romanum Pontificem, ad quem (ut paulo superius factum vidimus in causa ipsius Dionysii Episcopi Alexandrini) obortæ recenter hæreses, & qui eas promulgarent auctores, deferri solerent. Merito igitur S. Athanasius (*a*) priori loco ponit Dionysium Romanum Episcopum, cui conjungit Dionysium Alexandrinum; sed hic (ut dicemus) ad Synodum postea est vocatus; sunt hæc Athanasii verba: *Duo enim Dionysii diu ante eos septuaginta fuere; qui Samosatensem sustulere, quorum alter Romæ, alter Alexandriæ Præsul erat*.

(*a*) *Athanas. lib. de Synod.*

XI. De duobus Conciliis adversus Paulum Samosat.

Sed quo modo, hæc sint intelligenda, est exquirendum; ac illud primum admonendum, non semel, sed iterum convenisse Catholicæ Ecclesiæ Episcopos Antiochiæ adversus Paulum Samosatenum; primum quidem tempore Gallieni; cum adhuc in humanis esset Dionysius Episcopus Alexandrinus; quem post, sequenti anno, nempe duodecimo ejusdem Gallieni Imperatoris, ex hac vita migrasse, constat testimonio Eusebii atque Hieronymi, ut suo loco dicturi sumus. Rursus vero temporibus Aureliani Imperatoris revivisente eadem impietate, denuo rediere Episcopi Antiochiam, atque Paulum iterum lapsum erroris convictum atque damnatum throno Episcopali deposuere, inque ejus locum Domnum Episcopum suffecere; quod in priori Synodo facere non licuit; in qua Paulus fidem Catholicam visus est profiteri: hæc omnia habet Synodica (*b*) in posteriori conventu Episcoporum ad Dionysium Papam & Maximum Alexandriæ Episcopum data, a nobis suo loco inferius contexenda.

(*b*) *Apud Euseb. lib. 7. cap. 24.*

XII.

Quod igitur S. Athanasius ait, a duobus Dionysiis Romano & Alexandrino Paulum Samosatenum esse sublatum, sic accipiendum est, ut hi primum impium hæreticum oppugnarint, editisque scriptis illius hæresin condemnaverint. Quis dubitat hoc præstitisse ipsum Dionysium Romanum Episcopum, quem constat emergentem quoque Sabellii hæresin editis commentariis profligasse? De Alexandrino certum est, adversus Paulum ad dictum Antiochenum Concilium epistolam conscripsisse; cujus tempore etsi damnata fuerit impietas Pauli, ipse tamen, edita professione Catholica, quasi mutata sententia, elusit Episcopos. Sic ergo quod Athanasius ait, a duobus Dionysiis Samosatenum esse sublatum: de ejus hæresi ab iis primum omnium scriptis vulgatis condemnata, esse intelligendum, existimamus.

XIII.

Sed quo tempore hæc prior Synodus adversus eum fuerit celebrata; certe haud post duodecimum annum Gallieni, quo Dionysius Alexandrinus obiit, eam fuisse celebratam oportuit; nam idem Dionysius per litteras illi interfuit. Mendax ergo omnino Eusebii Chronicon reperitur, in quo ponitur anno decimotertio Gallieni, Pauli Samosateni damnatio, atque Domni suffectio; quod ex dicta Synodica sub Aureliano Imperatore factum constat. Nec est quod de priori Synodo possit intelligi, quod nequicquam hujusmodi in illa sit actum: quam ante Dionysium quidem eo Sanctus Athanasius, ut supra vidimus, Romanum Pontificem, & Dionysium Alexandrinum, ut ipse ait, duos Dionysios Samosatenum sustulisse, ac proinde ante Synodum Antiochenam, quæ Paulum damnavit, celebratam, ut ex ipsius verbis manifestum est, non autem ante Synodum Nicænam, ut Petavius lib. 13. de Doct. Temp. cap. 13. ex Athanasii verbis, quæ ipse male intellecta, male vertit, falso existimavit, quæ sic habent: *Synodus Romana aversus Samosatensem supposititia*.

PAGIUS

Ad

nysii Alexandrini obitum oportuit esse habitam. Rursus vero ex Eusebii (*a*) historia emendandum est ipsius Chronicon: cum in ea habeatur anno duodecimo Gallieni Dionysium mortuum esse; hic autem anno decimo ejusdem Imperatoris legatur positus ejus obitus: nam & adversatur Sanctus Hieronymus, testatus & ipse, anno duodecimo ejus Imperii Dionysium ex hac vita esse sublatum.

(*a*) *Euseb. Lib. 7. cap. 22. in fin.*

XIV. De Synodi tempore.

Quoniam vero anno potissimum ea Synodus sit celebrata? Dicimus habitam esse ipso anno duodecimo Gallieni Imperatoris, quo & ipse Dionysius Alexandrinus Episcopus obiit. Sed & cum certum exploratumque habeatur eidem Synodo interfuisse Hymenæum (*b*) Hierosolymorum Episcopum, ipsumque idem Eusebius dicat sedere cœpisse anno duodecimo ejusdem; affirmare cogimur, nec ante dictum annum esse Synodum celebratam. Sicque cum ex Dionysii obitus tempore, tum ex Hymenæi electione eodem anno facta, eam Synodum ipso quoque anno Gallieni duodecimo Antiochiæ convenisse, opus est dicere. Atque hæc ad elucidationem chronicæ veritatis, cui tamquam firmæ basi historia inniti debet, jam satis. Quæ vero, cum agenus de ea Synodo, anno sequenti dicenda erunt, hæc de tempore dilucidius declarabunt.

(*b*) *Euseb. ibid. cap. 22.*

Clauditur hoc anno periodus decennalis pestis, quæ anno Domini (ut dictum est) ducentesimo quinquagesimoquinto exorta, universum pene depasta Orbem, nullo valuit remedio propulsari. Hinc illa querela Porphyrii adversus Christianos scribentis: *Nunc autem* (inquit) *mirantur per tot jam annos civitatem morbo correptam teneri, cum neque Æsculapii, neque aliorum deorum sit amplius ad eam accessus. Ex quo enim Jesus coli cœptus est, nullus sane mortalium publicam deorum utilitatem persensit. Hæc autem* (subdit Theodoretus *c*) *Porphyrius scribit, homo Christianis maxime inimicus; at manifeste tamen confessus Christum suo adventu deos Gentium potestate cassos reddidisse. Itaque post salutiferæ Crucis mysteria, Christoque irrogata supplicia, nec Æsculapius generi humano imposturas molitus est, nec eorum quisquam qui falso dii nuncupantur. Omnem siquidem illorum cœtum non secus ac nocturnam catervam Sol oriens in tenebras ire compulit*: Hæc Theodoretus.

XV. Finis decennalis pestis.

(*c*) *Theodoret. Evangelic. verit. lib. 12. in fin.*

JESU CHRISTI ANNUS 266. DIONYSII PAP. ANNUS 6. GALLIENI IMP. ANNUS 12.

I. (*d*) *Euseb. in Chronico. Trebell. in Gallieno.*

CHristi anno ducentesimo sexagesimosexto, Valeriani & Lucilli Consulatus a Cassiodoro adscribitur Fastis. Hunc Valerianum existimavit Trebellius (*d*) fuisse Gallieni fratrem; nam ait: *Jam capto Valeriano scriptum invenimus in Fastis, Valeriano Imperatore Consule; quis igitur alius potuit esse Valerianus, nisi*

Valerianus filius Gallieni.

PAGIUS V. *Finis pestis Quindecennalis.*

Ad num. XV. Pestis quæ Imperium Romanum adeo afflixit, cœpit anno Christi ducentesimo quinquagesimo secundo, annosque non decem, ut putavit Baronius, sed quindecim duravit, uti eo anno num. XXIV. & seqq. demonstravimus. *Obtinuit annos XV.* inquit Cedrenus ibidem laudatus: *cœpit autumno, & desiit sub ortum caniculæ*. Quare usque ad caniculam anni CCLXVII. grassata est; ideoque quæ hic de ejus fine Baronius habet ad illum Christi annum rejicienda.

SÆC. III. Anno Urbis 1018. Olymp. 261. an. 1. A. C. 265.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5758.
☉ 22. A. ☽ 19. P. 23. April. Indict. 13.
JESU CHRISTI 265. *secund. Baronium* 266.
DIONYSII PAPÆ 7.
GALLIENI IMP. 13.

I. *Consules.*

[1] AD num. I. Coss. *P. Licinius Valerianus II. & L. Lucillus Macer Rufinianus*. Prior erat Valeriani Augusti filius, qui tam in libro de Præfectis Urbi & Anonymo Cuspiniani, ac Fastis Heraclianis, quam in Inscriptione ab Onuphrio lib. 2. Fastorum relata, editur cum numerali nota, quia nempe anno ducentesimo quinquagesimo nono, Gallieno juniore Cæsare Collega, Consulatum suffectum gesserat, quem præsenti anno nondum Cæsarem fuisse demonstrat eadem inscriptio, dedicata currenti anno *pr. Non. Decembris*, ut in ea legitur, quæ his verbis incipit: COLONIA. AUGUSTA. VERONA. NOVA. GALLIENIANA. VALERIANO. II. ET LUCILLO. CONS. Quod si jam hoc anno *Valerianus* Cæsar fuisset, is titulus in ea Inscriptione legeretur. Ex quo constat, perperam hactenus creditum, Valerianum istum ante patris captivitatem Cæsarem fuisse, quod Pollio in Valeriano juniore dicat: *A patre absente Cæsar est appellatus, a fratre* (*ut Celestinus dicit*) *Augustus*. Verum Pollionem errasse certissimum: ex iis enim, quæ jam ex ipsomet Pollione retuli, manifestissimum reddi-

NOTÆ [1] Coss. *P. Licinius Valerianus II. & L. Lucillus Macer Rufinianus*. Relandus scribit: *L. Cæsonius Macer Lucillus Rufinianus*, ex Gruteriano lapide pag. CCCLXXX. 3. ubi

L. CAESONIUS. C. F. QUIRINA.
LUCILLUS. MACER. RUFI
NIANUS. COS. &c.

Fasti Vindebonenses, & Bucherii laterculus; *Valeriano II. & Lucillo.*

Gallieni frater? constat de genere, non tamen satis constat de dignitate, vel (ut cœperunt alii loqui) de majestate. Sed mea sententia, Trebellius hallucinatur, cum putat nullum alium fuisse reperiri Valerianum, nisi Gallieni fratrem; cum liquido pateat præter illum fuisse Salonium Valerianum filium Gallieni, cujus nomi-
(a) Panvin. Comment. in Fast. & lib. Rom. Princ. & Thesaur. rei antiquar. in Gallieno. nis complures leguntur veteres in nummis inscriptiones (a). Trebellius vero nullum alium ponit filium Gallieni, nisi Salonium Gallienum; porro hunc diversum fuisse a Salonio Valeriano, vetera monumenta declarant; quorum etiam testimonio, qui præsenti anno ponitur Valerianus Consul, non frater, sed filius fuit Gallieni, Imperator a patre Augustus declaratus, atque hoc anno Consul secundum dictus.

II. Hoc eodem anno duodecimo Gallieni Imperatoris celebratum est Antiochiæ Concilium adversus Paulum Samosatenum, ejusdem civitatis Episcopum; de quo hæc habet Eusebius (b): *Quoniam Paulus iste abjectam & humilem nimis de Christo, contra doctrinam Ecclesiæ, habebat opinionem, nempe quod solum communi naturæ erat cum homine præditus; Dionysius Alexandrinus rogatus est ut veniret ad Synodum; qui quamquam senectutem simul & imbecillitatem corporis causando præsto esse renuit; per epistolam tamen illos, quam habebat de controversia sententiam, fecit certiores.* (*Extat eadem epistola ab insignis eruditionis viro Francisco Turriano in Latinum translata; sed nondum ab eo, morte prævento, typis excusa; ex qua nonnulla de veritate & mysterio sacratissimæ Eucharistiæ sunt paulo superius recitata. Hæc illa sane epistola, quam S. Hieronymus laudans, cum de ejusdem Dionysii scriptis agit, ista habet in fine:*

(b) Eusеb. lib. 7. cap. 22.

Antioch. concilium contra Paulum Samosatenum.

Sed adversus Paulum Samosatenum ante paucos dies, quam moreretur, insignis ejus fertur epistola.) *Cæteri autem Ecclesiarum pastores, alius aliunde contra istum Paulum, tamquam pestem & perniciem gregis Christi, itinere cum celeritate confecto, omnes Antiochiæ in unum convenerunt:*

III. Qui interfuerunt Synodo.

Inter hos maxime præstare videbantur Firmilianus Cæsareæ Cappadocum Episcopus, Gregorius & Athenodorus fratres, pastores Ecclesiarum quæ sunt in Ponto, Helenus præterea qui Tarsi rexit Ecclesiam, & Nicomas qui Iconii Ecclesiæ ministerio functus est. Huic accedit Hymenæus Ecclesiæ Hierosolymitanæ Episcopus, & Theotecnus, qui Cæsareæ Palæstinæ Hierosolymis finitimæ administrationem obtinuit. Adde his Maximum, qui fratribus Bostræ decore & insigniter præfuit: At tametsi alios pene infinitos Episcopos una cum Presbyteris & diaconis, qui ejus rei gratia in urbe supra demonstrata id temporis coacti erant, vix aut ne vix quidem aliquis poterit enumerare: inter eos tamen hi, quos dixi, facile primas tenuerunt. Omnibus igitur variis temporibus (ut tulit occasio) & persæpe in unum convenientibus; in unoquoque congressu orationes habitæ sunt, & quæstiones positæ, cum a Paulo Samosateno, qui peregrinam suam & alienam ab Ecclesia doctrinam adhuc occultare & obtegere moliebatur; tum ab illis qui ejus errorem & in Christum blasphemiam patefacere & in apertum proferre omni studio elaborabant: Hucusque de Sinodo Antiochiæ hoc anno celebrata Eusebius.

IV. Fidei professio ad Paulum missa.

Cæterum qui in unum Antiochiam Episcopi convenerunt, ipso primo consessu ante omnia Catholicam fidem de Filio Dei, quam a majoribus accepissent, & ipsi ab Apo-

Apostolis traditam conservassent in omnibus illibatam & incorruptam, scripto editam declararunt, eamque ad ipsum Paulum Samosatenum ex Synodo miserunt. Extat ejusmodi gloriosa Patrum confessio, præclarissimum antiquitatis Catholicæ fidei monumentum; quam idem qui supra Franciscus Turrianus, e latebris vindicatam, Latinitate donavit, eamque integram nos his voluimus describisse:

HYMENÆUS, THEOPHILUS, THEOTECNUS, MAXIMUS, PROCLUS, BOLANUS, PAULO IN CHRISTO SAL.

V. Catholica fides contra Paulum scripta.

Jam quidem in congressum & colloquium inter nos venimus, ac fidem nostram ostendimus. Ut vero manifestius fiat quid quisque sentiat, & ea, quæ in quæstionem ac dubitationem vocantur, certiorem exitum accipiant; decrevimus fidem scripto edere & exponere, quam a principio accepimus, & habemus traditam, & servatam in Catholica & sancta Ecclesia usque in hodiernum diem a beatis Apostolis, (a) *qui viderunt ipsi, & ministri fuerunt verbi, prædicatam ex lege & Prophetis, ac novo Testamento; Esse unum Deum ingenitum, sine principio, invisibilem, im-*
(a) Luc. 1.
(b) 1. Tim. 6. *mutabilem, quem* (b) *nullus hominum vidit, neque videre potest; cujus gloriam vel amplitudinem intelligere, aut enarrare pro dignitate, ut in re & veritate est, humana natura non potest; notionem vero ejus, utcumque mediocrem, si habemus* (revelante Filio ejus, *sicut ait* (c); *Nemo*
(c) Matt. 11. *novit Patrem, nisi Filius, & cui Filius revelaverit*) *contenti esse debemus. Hunc autem Filium genitum, unigenitum,* (d)
(d) Coloss. 1. *imaginem Dei invisibilis, primogenitum omnis creaturæ,* (e) *Sapientiam, & Ver-*
(e) 1. Cor. 1. *bum, ac Virtutem Dei ante sæcula, non præcognitione, sed substantia & hypostasi Deum, Dei Filium, cum in veteri & novo Testamento cognoverimus, confitemur & prædicamus. Qui autem contra dicit, Filium Dei non esse ante constitutionem mundi, dicitque credere & confiteri esse Deum, non esse aliud quam duos Deos prædicare, qui Filium Dei non esse Deum prædicat; hunc alienum esse ab Ecclesiastica regula arbitramur, & omnes Ecclesiæ Catholicæ nobiscum consentiunt. De hoc enim scri-*
(f) Hebr. 1. ex Psal. 44. *ptum est* (f): *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, virga rectitudinis, virga*

regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ participibus tuis; & rursus Isaias (g): *Deus noster*
(g) Isaiæ 35. *judicium retribuit, & retribuet; ipse veniet & salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc saliet sicut cervus, claudus; & expedita erit lingua mutorum. Et rursus* (h): *In*
(h) Isaiæ 45. *te adorabunt; quoniam in te est Deus; & non est alius, præter te; tu enim es Deus, & nescivimus; Deus Israel salvator. Et apud Apostolum* (i): *Ex quibus*
(i) Rom. 9. *Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, Amen. In quibus illud, qui est super omnia; & illud, præter te, in omnibus creaturis intelligendum est. Et in Osea* (k): *Quo-*
(k) Osee 11. *niam Deus ego sum, & non homo in te sanctus; & non ingrediar in civitatem; post Dominum ambulabo. Et omnes Scripturæ divinæ Deum Filium Dei declarant: quas singulatim proponere, in aliud tempus differimus.*

VI. *Hunc Filium qui semper cum Patre est, credimus implevisse voluntatem paternam in creatione universi* (l). *Ipse enim di-*
(l) Psal. 148. *xit, & facta sunt; ipse mandavit, & creata sunt. Qui autem mandat, alteri mandat; quem non alium esse persuasum habemus, quam unigenitum Filium Dei Deum, cui dixit* (m): *Faciamus hominem ad imagi-*
(m) Gen. 1. *nem & similitudinem nostram. Et ut in summa dictum sit secundum Evangelium* (n): *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et secundum A-*
(n) Joan. 1. *postolum* (o): *In ipso condita sunt omnia*
(o) Coloss. 1. *quæ in cœlis & quæ in terra, sive visibilia, sive invisibilia, sive throni, sive principatus, sive dominationes, sive potestates; omnia per ipsum & in ipso creata sunt; quippe qui vere est & operatur, utpote Verbum simul & Deus, per quem omnia fecit Pater, non tamquam per instrumentum, neque tamquam per scientiam, non per se existentem. Generavit quidem Filium Pater tamquam † actum vi-* † ἐνέργειαν; *ventem, & per se existentem, omnia in omnibus operantem: non autem solum vidit Filius, neque solum præsens fuit Filius, sed etiam (sicut scriptum est) operatus est ad creationem universi, nobis congruen-*
(p) Gen. 18. *tem. Hunc dicit Scriptura* (p) *descendis-*

se,

PAGIUS

tur, hunc Valerianum, quando Valerianus senior ejus pater in Persidem ductus est, nondum Cæsarem fuisse. Lucillus, cujus egregiam Onuphrius citatus Inscriptionem recitat, Gallieni Augusti, & Valeriani hoc anno Consulis propinquus erat, ut docet Pollio in duobus Gallienis cap. 12.

II. *Valerianus Consul filius fuit Valeriani Aug.*

Fallitur Baronius, quando hunc *Valerianum* Gallieni Augusti filium fuisse, Nummos declarare scribit. Nam jam ab aliquot annis *Gallienus junior* a Posthumo, qui hoc tempore in Galliis regnabat, interfectus fuerat, illeque in Nummis dictus: P. CORN. SAL. VALERIANUS CAES. vel P. LIC. COR. VALERIANUS CAES. id est, *Publius Licinius Cornelius Valerianus Cæsar*: Valerianus vero Valeriani Augusti filius & frater Gallieni Aug. hoc anno Consul, nunquam in Nummis *Cornelius* vocatus, sed tantum P. LIC. VALERIANUS CAES; licet uterque quandoque in Nummis tantum dicatur VALERIANUS CAESAR. His non obstantibus jam in Dissert. Hypatica a me statutis Tristanus Tom. III. pag. 129. Mediobarbus pag. 383. & Vaillantius Tom. I. pag. 267. innixi laudatis Pollionis verbis contendunt Valerianum hoc anno Consulem a patre Cæsarem & a Gallieno fratre Augustum dictum fuisse; imo Mediobarbus existimat factum id fuisse anno CCLIV. & CCLXVII. & Vaillantius Tom. II. pag. 394. id probat ex Nummis in quibus legitur: P. LIC. VALER. CAESAR, vel AUG. & pag. 305. ait his verbis: VIRTUS ET PIETAS AUGG. intelligendos Gallienum & Valerianum fratrem qui in eis repræsentantur. Tillemontius in sua Imperatorum Historia Gallica Notatiuncula III. de Valeriano eorum sententiam sequitur & probare conatur filium ejus Valerianum appellatum fuisse Cæsarem anno CCLV. aut saltem anno CCLXI. quia Aurelius Fuscus de Pisonis consecratione verba faciens Gallienum, Valerianum & Saloninum Imperatores appellat, aitque hunc Valerianum non posse esse Gallieni Augusti filium, quia is jam anno CCLX. occisus fuerat. Verum jamdiu hæc a nobis magna ex parte, & in hoc Tomo ex toto confutata, ostensumque Pollionem seu Celestinum quem laudat valde hallucinatum esse. Quindecennalia Cæsarei imperii Gallieni in hunc annum incidunt.

A num. II. ad X. Posterior *Synodus Antiochena*, non vero prior, ut Baronius existimabat,

III.

epi-

PAGIUS

epistolam ad *Paulum Samosatensem* scripsit, in qua Patres Fidem suam de Christo ipsi significant, & utrum eadem cum ipsis sentiat, scisciantur. Extat hæc epistola in Bibliotheca Patrum data a Synodo inter initia confessus, antequam Malchion Presbyter adversus Paulum disputasset. Certe, inquit Valesius in Notis Eusebianis lib. 7. cap. 30. vel ipse illius epistolæ titulus eam in priori Synodo Antiochena scriptam aperte convincit: *Exemplum epistolæ missæ Paulo Samosatensi ab Orthodoxis Episcopis, priusquam deponeretur.* Atqui constat, Paulum Samosatensem in secunda demum Synodo Antiochena depositum fuisse. Nam in priori Synodo deceptis per simulationem Episcopis indemnis abscesserat. Addit Valesius, Episcoporum nomina illi epistolæ præfixa idem indicare: *Hymenæus, Theophilus, Theotecnus, Maximus, Proclus, Bolanus, Paulo in Christo salutem.* Neque enim Hymenæus in priori Antiochena Synodo, sed Firmilianus Cæsareæ in Cappadocia Episcopus præsedit.

Posterior Synodus Antiochena adversus Samosatensem.

Baron. an. 266. n. 11.

Ad num. V. & seq. Ceterum, cum Eusebius lib. 7. cap. 28. de hac Synodo Antiochena loquens scri-

IV.

se, & apparuisse Abrahæ ad quercum Mambre, unum ex tribus; cum quo Patriarcha, tamquam cum Domino & judice
(a) Joan. 5. colloquebatur; ut qui omne (a) judicium a Patre accepisset; de quo scriptum est:
(b) Gen. 19. (b) Dominus pluit super Sodoma & Gomorra ignem & sulphur a Domino de cœlo. Qui implens voluntatem paternam, Patriarchis apparet, & cum eis loquitur in eisdem clausulis, & eisdem capitibus, aliquando quidem tamquam Angelus, quandoque vero tamquam Dominus, quandoque autem Deus esse affirmatur. Deum enim universi impium est existimare vocari Angelum; Filius vero Angelus Patris est, qui est ipse Dominus & Deus. Scriptum enim est (c), Angelus magni consilii. Sicut & alias in Abraham (d): Et
(c) Isa. 9. (d) Gen. 22. vocavit eum Angelus Domini de cœlo, & quæ deinceps sequuntur: Nunc enim cognovi quod times Deum, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Et vocavit nomen loci, Dominus vidit; ut dicant usque in hodiernum diem: In monte Dominus apparuit. Et in Jacob (e): Dixit,
(e) Gen. 31. inquit, mihi Angelus Dei per somnium, Jacob. Ego dixi, quid est? Ex dixit: Respice oculis tuis, & quæ sequuntur: Ego sum Deus, qui apparui tibi in loco
† καὶ ταῦτα ἀνθρώπου προγεγραμμένου. Dei, ubi unxisti mihi illic titulum, & vovisti mihi illic votum. Et post luctam, † eamque hominis præfigurati, subjungitur (f): Et appellavit Jacob nomen loci
(f) Gen. 32. illius. Facies Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem, & salva facta est anima mea.

VII. Hominem * autem præfiguratum dicimus esse Filium Dei, quem ipsa Scriptura Deum esse declaravit. Quin etiam Legem similiter datam esse Moysi dicimus, ministrante Filio Dei, sicut Apostolus docet,
* Τὸν δὲ προγεγραμμένον ὄντα ὑὸν τοῦ Θεοῦ. (g) Galat. 3. cum ait (g): Quid igitur lex? propter transgressiones posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per Angelos
(h) 1. Tim. 2. in manu Mediatoris. Mediatorem (h), autem alium Dei & hominum nescimus præter hunc. Hæc etiam docet nos Moyses (i), cui apparuit Angelus in flamma ignis ex
(i) Exod. 3. rubo, & quæ sequuntur: Postquam autem vidit Dominus quod pergit ad videndum, vocavit eum ex rubo. Et rursus (k): Ingrediens congrega senatum filiorum Israel, & dices eis: Dominus Deus patrum
(k) Ibid. nostrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob; & quæ sequuntur (l): Si igitur non crediderint
(l) Exod. 4. mihi, nec audierint vocem meam (dicent enim quod non apparuit mihi Dominus Deus) quid eis dicam? Et in benedictionibus (m): Et quæ fuerint accepta ei qui
(m) Deut. 33. apparuit in rubo, veniant super caput Joseph. Et alias (n): Et dixit Dominus ad
(n) Exod. 33. Moysen: Et hunc sermonem, quem dixisti, faciam tibi. Et dixit: Ostende mihi gloriam tuam. Et dixit: Ego transibo prius te in gloria mea, & vocabo in nomine Domini coram te; & misebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor. Quod quidem sic perficitur (o):
(o) Exod. 34. Et descendit Dominus in nube, & stetit coram eo illic, & vocavit in nomine Domini. Et transivit Dominus ante faciem ejus, & vocavit Dominus Deus. Qui enim supra promiserat se transiturum Filius Dei Dominus, & vocavit in nomine Domini, qui est pater, hic est qui vere ait (p):
(p) Joan. 6. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi qui est a Deo hic vidit Patrem. Et in eodem Evangelio (q): Neque vocem ejus umquam audistis, neque speciem ejus vidistis:
(q) Joan. 5. Et (r): Deum nemo vidit umquam; unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse
(r) Joan. 1. enarravit. Et Apostolus in alio loco (s):
(s) 1. Tim. 1. Regi autem sæculorum immortali, invisibili, soli sapienti Deo.

VIII. Filium vero qui est apud Patrem, Deum quidem & Dominum omnium creaturarum dicit, a Patre autem missum de cœlis, & carne assumpta, factum esse hominem. Quamobrem corpus ejus ex Virgine sumptum,
(t) Coloss. 2. in (t) quo omnis plenitudo divinitatis corporaliter habitavit, divinitati immutabiliter unitum & deificatum est. Qua de causa idem Deus & homo Jesus Christus prophetabatur in Lege & Prophetis; & ab omnibus in Ecclesia quæ sub cœlo est, creditus est Deus quidem, qui (u) se ipsum
(u) Phil. 2. exinanivit, cum esset æqualis Deo, homo vero ex (x) semine David secundum carnem. Signa quidem & prodigia quæ in
(x) Rom. 1. Evangeliis descripta sunt, Deus operabatur; participatione vero carnis & sanguinis (y) tentatus est per omnia pro similitudine absque peccato. Sic & Christus
(y) Heb. 4. ante incarnationem in divinis scripturis tamquam unus nominatus est; in Hieremia quidem (z), Spiritus ante faciem nostram
(z) Jerem. 4. Christus, Dominus (*) autem Spiritus est secundum Apostolum. Et secundum eumdem
(*) 2. Cor. 3. Apostolum (†): Bibebant autem ex spiri-
(†) 1. Cor. 10. tuali petra; petra autem erat Christus. Et rursus: Neque tentemus Dominum, sicut quidam

PAGIUS *Obitus Dionysii Alexandrini.* scribat: *Dum hæc aguntur, Dionysius extremum diem obiit, anno Principatus Gallieni duodecimo, cum Alexandriæ Episcopatum septemdecim annis obtinuisset. In ejus locum subrogatus est Maximus;* liquet, hanc Synodum Antiochenam vel anno præcedenti, quo duodecimus Gallieni annus inchoatus, vel saltem currenti, quo absolutus est, celebratam fuisse. Colitur *Dionysius Alexandrinus* in Martyrologio Romano die XVII. Novembris, observatque Valesius in Notis ad Eusebium lib. 7. in Procœmio, cognomentum *Magni* non solum ab Eusebio, sed ab omnibus fere antiquis Patribus Dionysio Alexandrino attributum fuisse, uti a Basilio in Epistola Canonica ad Amphilochium, & a Maximo in Scholiis ad Dionysium Areopagitam.

Ad

dam eorum tentaverunt, & a serpentibus perierunt. Et de Moyse (a): Majores
(a) Heb. 11. divitias æstimans thesauro Ægyptiorum
(b) 1. Pet. 1. improperium Christi. Et Petrus (b): De qua salute exquisierant Prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetaverunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi. Si autem
(c) 1. Cor. 1. (c) Christus Dei virtus, & Dei sapientia ante sæcula est; sic & quatenus Christus unum & idem est substantia, quamvis multis notionibus cogitetur. Hæc ex plurimis pauca notavimus. Scire volumus, an eadem nobiscum sentias & doceas; & nobis significes, an iis, quæ superius scripsimus, dissentiaris, an non. Hactenus fides Patrum.

IX. Quid tum præter hæc actum sit in eadem causa Pauli, litteræ Episcoporum, qui tempore Aureliani posteriori conventui eadem causa Antiochiæ itidem celebrato interfuerunt, his paucis declarant (d), dum de Firmiliano Episcopo Cæsariensi
(d) Apud Euseb. lib. 7. cap. 24. meminerunt: *Cum Paulus sententiam se mutaturum fuisset pollicitus; iste fidem illi adhibens, & spem animo concipiens,*
Paulus doloso pœnitentiam simulat. *causam controversiamque sine ulla verborum contumelia commode fore compositam; eam ad tempus distulit, & ita ab illo, qui & Deum suum negasset & Dominum, & fidem, quam antea habuerat, minime conservasset, dolo deceptus fuit.* Ex his igitur litteris Episcoporum, qui posteriori Antiocheno conventui interfuerunt, illud actum fuisse in hac Synodo in primis apparet; nimirum detecta atque damnata Pauli impietate, pollicente illo se mutaturum esse sententiam; ac proinde professa fide Catholica, ad tempus ipse sedere permissus est; sicque ille magnis pollicitationibus eludens sacrum illum Episcoporum conventum, non (ut par erat) sede fuit depositus, sed illius Ecclesiæ præfecturam (ut prius) continuavit. Ad-
(e) Niceph. lib. 6. cap. 27. dunt alii (e), Paulum se juramento purgasse; verum errorem confessum, & emendationem esse pollicitum, dictæ litteræ, e Synodo postea datæ, declarant. Si quod igitur juramentum ab eo præstitum est, illud sane accessit pollicitationi de custodienda fide Catholica factæ. Equidem arbitror (si conjectura interdum agere licet) mitius actum cum hæretico scelestissimo, ut, recantata palinodia, nullum sedis dispendium passus sit; quod illi faveret Zenobia ejus discipula, quæ cum viro suo Odenato (ut dictum est) his temporibus Orientale Imperium possidebat. Hunc itaque finem habuit conventus Antiochenus.

X. Eodem quoque anno Dionysius Episcopus Alexandrinus feliciter ex hac vita migravit. Nam ait Eusebius (f): *Interea*
(f) Euseb. lib. 7. cap. 22. in fine. *temporis Dionysius, cum jam decem & septem annis Episcopatum Alexandriæ administrasset, duodecimo anno Imperii Gallieni moritur.* Eadem de tempore obitus S. Hieronymus (g) quoque affirmat; qui & relegens ab eo scriptas epistolas, hæc habet in fine: *Sed & adversus Paulum Samosatenum, ante paucos dies quam moreretur, insignis ejus fertur epistola. Moritur duodecimo Gallieni anno:* Hæc Hieronymus, quibus & apertius declaratur, hoc ipso anno dictam Synodum esse Antiochiæ celebratam; nam tempore coactæ Synodi eam scripsisse Dionysium adversus errores Pauli, superius demonstratum est. Inter alias quoque recensitas tum ab Eusebio, tum a S. Hieronymo Dionysii epistolas, hæc de his quæ ad Basilidem scripta sunt: *Ad Basilidem quoque multæ epistolæ, in quarum una se asserit etiam in Ecclesiasten cœpisse scribere commentarios.*

Dionysius Alex. moritur.
(g) Hieron. de scriptor. Eccles. in Dionys.

XI. Est & illa celebris ad eumdem Basilidem scripta epistola, quam Græci inter Canonicas receperunt, cum tamen Dionysius non eo consilio eam scripserit, ut Ecclesiæ Dei eos servandos ab omnibus canones voluerit præscripsisse; nam in fine ait: *Ego autem non ut doctor, sed, ut cum omni simplicitate convenit inter nos disserere, meam sententiam in commune ederem; quam cum tu examinaveris, fili mi, sæpissime, quod tibi justum meliusque apparuerit, vel an sic etiam de his habere existimes, rescribes:* Hæc nos idcirco recensuimus, ut, quæ in ea habentur inter alia, ne mulier sanguinis menstrui tempore ad sacram Eucharistiam percipiendam accederet; quod & Græcorum plurimi mordicus, quasi Apostolico sancito canone, retinuerunt; non sic ab eo esse decreta quis putet, ut contrarium sentientes damnasse voluerit; quæ alieno potius arbitrio examinanda atque judicanda reliquerit. Hæc, inquam, ob Theodorum (h) attigisse voluimus; qui menstruatam fœminam non tantum ab Eucharistia percipienda, sed ab Ecclesia, quinetiam ab ipsis vestibulis Ecclesiarum procul abesse vult; plane immemor, non objurgatam, sed laudatam a Domino mulierem, quæ fluxum sanguinis patiens, ipsum tetigisset; nec considerans, quod superinducta Christi lege, abdicatis jam legalibus, non dari amplius crimini, non locis manibus manducare; munditiamque animæ satis esse ad percipiendum animæ cibum.

Confutatur Theodori sententia.
(h) Theod. in Epist. Dionys. cap. 2.

XII. Quanto ergo consultius S. Gregorius (i) Papa rogatus de his rescripsit ad Augustinum; nempe non tantum ejusmodi fœminam non debere vetari in Ecclesiam intrare, atque sacris assistere; sed (quod inquit) *Sanctæ Communionis mysterium in iisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumit, laudanda est; sed si percipiat, non judicanda:* Hæc Gregorius,
(i) Apud Greg. l. 11. Aug. interrog. 10. Sententia Gregorii æquior.

rius, qui & multa eodem argumento disferuit. De reliquis autem Dionysii scriptis, superius, ut occasio postulabat, diversis locis mentio facta est. Tanti Antistitis natalis dies, tam in Orientali, quam etiam Occidentali Ecclesia, decimoquinto Kalendas Decembris, tabulis Ecclesiasticis anniversaria memoria celebranda fuit adscripta, atque hactenus perseverat. Suffectus est Alexandriæ in locum ipsius Maximus, quem interdum Maximianum invenimus appellatum.

XIII. (a) *Eusebius in Chronico.*

Hoc eodem anno (ut tradit Eusebius *a*) mortuo Mazabane Hierosolymorum Episcopo, suffectus est in locum ejus Hymenæus; qui (ut dictum est) interfuit Concilio Antiocheno adversus Paulum Samosatenum.

XIV. Gregorii Thaumaturgi obitus.

Quod autem post hæc nulla amplius mentio habeatur de Magno illo Gregorio Thaumaturgo, qui eidem Synodo interfuit; sicut de aliis collegis, qui adversus eumdem Paulum egregiam navarunt operam; existimare nos admonet, ipsum quoque haud diu post ex hac vita migrasse. Quid autem postquam Antiochia e Synodo rediit, jam proxime moriturus egerit, Gregorius Nyssenus (*b*) sic scribit: *Postquam cognovit suum instare obitum, totam circumcirca regionem & civitatem est perstrutatus, cupiens scire an essent aliqui reliqui extra fidem. Ubi autem cognovit omnes qui permanserant in antiquo errore, non esse amplius quam septemdecim; dicit, hoc quidem esse dolendum (ad Deum respiciens) quod aliquid desit ad plenitudinem eorum, qui salvantur; verumtamen jure magnas esse agendas gratias, quod suo in Ecclesia successori tot relinquit simulacrorum cultores, quot ipse accepit Christianos. Cum jam precatus esset, ut & qui jam credidерant, crescerent in perfectionem, & infideles converterentur: ita ab humana vita migravit ad Deum; mandans suis necessariis, ut nullum proprium locum ei comparent ad sepulturam: Si enim vivus non sustinui vocari alicujus loci dominus, sed inquilinus vixi in alienis; neque post mortem pudebit esse inquilinum. Sed hoc (inquit) narretur posteris, quod Gregorius neque unius alicujus loci possessor est nominatus; & post mortem fuit inquilinus alienorum sepulcrorum, se ipsum sejungens ab omni in terra possessione, adeout nec in proprio quidem loco voluerit sepeliri. Solam enim eam possessionem judicavit pretiosam, quæ in se avaritiæ non suscipit vestigium*: Hucusque Gregorius. Porro natalis dies ejus, eodem die, nempe quintodecimo Kalendas Decembris, quo & Dionysii Alexandrini (ut nuper dictum est) agitur, Ecclesiæ tabulis scriptus conservatur, celebritate anniversaria consecratus.

(b) *Greg Nyssen. in Vit. Greg. Thaumaturgi.*

XV. Sepulcrum Gregorii illæsum servatum.

Quod vero ad sepulcrum pertinet; etsi commune cæteris illud optavit, tamen corpus ejus theca privata repositum fuit, atque magno honore habitum, quod miraculis coruscaret. At quo modo Ecclesia in qua sacrum illius corpus asservabatur, divino miraculo illæsa servata est, Theodorus (*c*) Lector his verbis declarat: *Cum Neocæsareæ terræmotus aliquando futurus esset; miles quidam civitatem ingressus, duos milites in illa abeuntes, & alium quemdam post terga istorum clamantem vidit, ac dicentem: Servate domum in qua theca est Gregorii. Et terræmotus factus est, ac maxima portio civitatis prolapsa; domus vero Gregorii mirabilium operatoris servata.* Hæc Theodorus, & alii. Sed hæc sub Anastasio (*d*) Imperatore.

(c) *Theod. Lect. collect. lib. 2.*

(d) *Cedren. in Comp. an. 12. Anastas.*

XVI.

Verum quid acciderit de terræmotu tempore ipsius Gregorii Nysseni, idem ipse testatur his verbis: *Nostris temporibus, cum gravissimus aliquando terræmotus civitatem labefactasset, & omnia propemodum funditus periissent, & publica & privata ædificia omnia corruissent; solum illud templum mansit infractum & inconcussum*: Hæc Gregorius. Commentum autem illud Suidæ (*e*), quod supervixerit usque ad tempora Juliani, ab omnibus exploditur; sed Julianus ibi fortasse pro Gallieno, errore positus legitur. At nec probatur quod ait Nicephorus (*f*), perveniisse usque ad tempora Diocletiani; cum nulla de eo sit mentio in posteriori Synodo Antiochena, ut in priori. Sed illud perperam impingitur Nicephoro, ut existimaret eumdem esse Gregorium Thaumaturgum cum Gregorio Armeno, ut ex aliis locis (*g*) ejusdem Nicephori perspicue potest intelligi, licet id alibi inconsulte transierimus.

(e) *Suid. in histor.*

(f) *Niceph. lib. 6. cap. 17.*

(g) *Niceph. lib. 8. cap. 36. ibi schol. Lan. gi. & lib. 11. cap. 15.*

XVII.

Sed quo laudum præconio gloriam tanti viri S. Basilius (*h*) dignissimo plane elogio tamquam nobili epitaphio sepulcrali, testatam reliquerit, audiamus ipsum hæc scribentem ad Amphilochium; cum in testimonium suæ sinceræ fidei, quæ ille de Spiritu Sancto scripsisset, adduciit in

(h) *Basil. de Spiritu sanct. cap. 29.*

Elogium Sancti Basilii de Gregorio.

PAGIUS V. *Obitus S. Gregorii Thaumaturgi.*

Ad num. XIV. & seqq. Accurate scribit Baronius, cum nulla amplius de sancto Gregorio Neocæsariensi in Ponto Episcopo, Thaumaturgo & Pontico appellato, mentio habeatur post Concilium Antiochenum, existimandum esse ipsum haud diu post ex hac vita migrasse. Sed cum sanctus Præsul die XVII. Novembris in Martyrologiis colatur, & Baronius mortem ejus hoc anno, qui ei est CCLXVI. collocet, Labbeus in lib. de Script. Eccles. nullo Auctore citato tradit eum die XVII. Novemb. currentis anni ad cœlestem patriam migrasse. At sæpius demonstravimus Sanctos Martyrologiis aliis diebus quam obierint sæpe affixos fuisse, & res incertas tanquam

in medium: *Cæterum* (inquit) *Gregorium Magnum & illius voces quo loco ponam? an non cum Apostolis & Prophetis, virum qui eodem spiritu, quo illi, versatus sit, quique sanctorum vestigiis per omnem vitam inhæserit, quique Evangelicæ conversationis vigorem, quamdiu vixit, præstiterit? Equidem illud dixerim: profecto injuria afficerimus veritatem, si non animam illam annumeremus iis qui Deo juncti sunt; qui velut insignis magnaque lucerna in Ecclesia Dei resplenduit; qui e Spiritus ope terrorem habuit adversum dæmonum potestatem; nam tantam acceperat gratiam ad obedientiam fidei inter Gentes, ut, assumpti non plus septemdecim Christiani, universum populum & urbanum & rusticanum per agnitionem adjunxerit Deo. Ille & fluminum cursus in diversum vertit, præcipiens illis in magno nomine Christi; & paludem exsiccavit belli causam præbentem fratribus avaris. Cæterum prædictiones de futuris ejusmodi sunt, ut nihilo sit inferior cæteris Prophetis.*

XVIII. Fideles custodes antiquitatis.

Sed omnino perlongum fuerit viri percensere miracula, qui propter donorum excellentiam, quæ in ipso operabatur Spiritus in omni virtute, signis & prodigiis, ab ipsis etiam veritatis hostibus alter Moyses appellatus fuit. In tantum in illo in omnibus tum dictis, tum factis eorum, quæ per gratiam peragebantur, veluti lumen refulsit, supercælestis virtutis indicium, quæ ex occulto affectabantur illum, cujus & in hodiernum quoque diem magna est apud ejus regionis homines admiratio, recensque ac semper vigens memoria sic infixa est Ecclesiis, ut nullo tempore obsolescat. Itaque non factum aliquod, non dictum, non figuram ullam mysticam, ultra quam illis reliquit, Ecclesiæ adjecerunt. Immo hic multa in iis quæ apud illos aguntur, in ritibus videntur imperfecta, propter institutionis antiquitatem. Neque enim sustinebant qui in Ecclesiæ administrationem successerant, additamenta, quæ post illum adinventa sint, recipere: Hucusque Basilius; qui & ad Neocæsarienses (*a*) scribens, hæc de ejusdem Gregorii successoribus habet: *Qui a tempore magni præsidis Ecclesiæ vestræ Gegorii usque ad beatum istum, alium post alium semper quasi ex quadam pretiosorum lapidum serie depromptos adjiciens & adaptans, admirabilem Ecclesiæ vestræ pulchritudinem largitus est; itaque neque deinceps de futuris desperandum est.* Usque ad Musonium namque, qui tempore Basilii eam regebat Ecclesiam, inviolata esse ab illis custodita, quæ a Gregorio tradita essent, ad eos iterum (*b*) scribens affirmat.

(a) *Basil. ep. 64.*

(b) *Basil. ep. 64.*

XIX. S. Macrina avia S. Basilii.

Fuisse quoque se hæredem impollutæ fidei a Gregorio traditæ, pariter gloriatur, quippe qui sæpe profiteatur se illam retinere fidem, qua puerulus a S. Macrina avia sua imbutus esset, quam suam in fide nutricem appellat: ipsa enim ejusdem Magni Gregorii Ecclesiæ alumna fuerat, & ibidem Neocæsareæ ipsum Basilium educaverat; quod ad Neocæsarienses scribens testatur, cum ait: *Ego tum propter loci hujus consuetudinem, quæ illi a puero assuevi (hic enim a nutrice mea educatus sum) tum propterea quod postea quoque sæpenumero in hoc loco versatus sum, &c.* Sed quam suam nutricem dicat, alia epistola (*c*) ad eosdem scripta declarat, cum ait: *Fidei vero nostræ quæ potuerit evidentior esse probatio, quam quod a nutrice beata fœmina, quæ ex gremio vestro progressa est (Macrinam dico illustrem illam) educati sumus, in qua & beatissimi Gregorii verba, quæ memoriæ beneficio ad illius usque ætatem servata ipsa retinuit, edocti sumus; quibus illa nos adhuc infantes tamquam pietatis dogmatibus finxit atque formavit.* Fuisse autem hanc sanctorum Basilii & Gregorii Nysseni aviam, ipse Gregorius Nyssenus (*d*) affirmat, cum sororis eodem nomine dictæ Acta contexuit.

(c) *Basil. epist. 75. & 79.*

(d) *Greg. Nyss. in Vita S. Macrinæ*

XX. (e) *Hier. de Scriptor. Eccl. in Theodor.* Gregorii scripta.

Quæ autem præstantissimi ingenii sui vir sanctissimus reliquerit monumenta, sanctus Hieronymus (*e*) hæc recenset; nempe, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας scripsit Origeni, *& convocata grandi frequentia, ipso quoque Origene præsente recitavit, qui usque hodie extat; scripsit & μεταφρασιν in Ecclesiasten brevem quidem, sed valde utilem; & aliæ hujus vulgo feruntur epistolæ, & de Fide; sed præcipue signa atque miracula, quæ jam Episcopus cum multa Ecclesiarum gloria perpetravit, extant:* Hæc Hieronymus. Fuit propterea ab eodem scripta, sed divinitus accepta, de sanctissima Trinitate fides Catholica, quam superius recitavimus, quæ & posita habe-

PAGIUS quam certas sine teste asserendas non esse. Gregorius post prima literarum tyrocinia de Cappadocia Berytum, & inde Cæsaream Palæstinæ cum Athenodoro fratre transiit, ubi ab Origene Logicam, Physicam, Mathematicam, ceteraque Philosophiæ partes, & bonarum artium disciplinas accuratius percepit. Tandem creatus fuit Neocæsareæ Ponti Episcopus, & post exantlatos pro fide Christiana labores multos, & patrata plura miracula, ob quæ Thaumaturgus vulgo cognominatus est, in Domino obdormivit anno & die incertis. Opera ejus omnia quæ reperiri potuere hoc seculo typis edita; de quibus legendi laudatus Labbeus, Oudinus in Supplement. de Script. Eccles. & Guillelmus Cave in Script. Ecclesiasticorum Historia Literaria, & rejicienda *Expositio fidei prolixior*, Arianis præcipue ac Sabellianis opposita, Capita XII. *De fide, cum anathematismis*, qui Nestorii & Eutychis erroribus præsertim opponuntur, & *Sermo in Sanctæ Theophaniæ*, quæ Opuscula censuræ merito subjecta fuere.

betur ipso exordio Quintæ Synodi, hoc titulo: *Expositio fidei, secundum revelationem Gregorii Episcopi Neocæsariensis.* Hanc Hieronymus de Fide nominat scriptionem, & magis proprio quidem titulo; nam liber ejus de Expositione fidei diversus ab ea erat. Et ne quis putet eamdem esse schedulam illam perbrevem de Fide scriptam, cum libro de Expositione fidei; S. Basilium habet quem consulat; qui ad Neocæsarienses (a) scribens, cum librum illum citet, & ex eo verba recitet; certum est, ea non haberi in brevi illo compendio fidei; ait enim: *Quod Gregorius in Expositione fidei dixerit, Patrem & Filium juxta mentis quidem considerationem duos esse, hypostasi vero unum: hoc autem non dogmatice, sed contentiose in disputatione adversus Ælianum dictum esse, intelligere nequiverunt, &c.* Hæc quidem non legi in dicta fidei assertione, certum est. Existimo autem Gregorium eidem fidei symbolo divinitus tradito interpretationem addidisse; sicque tomum illum, in quo una cum fidei confessione revelata, interpretatio ejusdem inesset, Fidei expositionem esse nominatum.

Gregorii de expositione fidei liber.

(a) Basil. epist. 64.

XXI. Arguitur erroris quoque Leontius (b) Scholasticus, dum ait dubitatum a Patribus; an Expositio fidei vere fuerit ab ipso Gregorio scripta. Nam (ut vidimus) Basilius qui omnia Gregorii accurate perspecta habuit, ut Gregorii opus citat, & ab eo editum fuisse non dubitat; licet idem ibi de subsistentiis aliquid minus proprie videretur esse locutus, sicut & accidere potuit ex eodem textu, male ab hæreticis interpretato. Sed reddamus verba Leontii: *Proferunt* (inquit) *nobis & aliam quamdam auctoritatem sancti Gregorii, quem prodigiorum effectorem nominamus, ex illius Confessione fidei seorsum expositа: Non duas personas, inquit, non duas naturas; quia non adoranda sunt quatuor, & alia quæ sequuntur. Ad hoc quoque respondemus; Primum de hac itidem dubitatum apud antiquos, an sit Gregorii. Deinde Gregorius Nyssenus orationem de illo Prodigiorum effectore funebrem scribens, nullum ait opus ipsius in manibus esse, præter solam fidem, quam in visione perspexit:* Hæc Leontius.

(b) Leontius de sect. act. 8.

Arguitur Leontius.

XXII. Sed pace sua dixerim, Gregorius Nyssenus quem citat, licet tantum de scripta ab eo fide divinitus revelata mentionem faciat; non tamen ait nullum aliud præterea ab eo scriptum esse volumen. Rectius itaque locutus videtur Evagrius (c), cum ait, ab Eutychianis Hæreticis inter alia multa aliorum antiquorum Patrum, depravatum fuisse librum a Gregorio Thaumaturgo conscriptum. Extabant sane Hieronymi tempore ab eo editæ lucubrationes, ut ipse testatur scribens, ad Magnum: (d). Laudatur ab omnibus ejusdem Hieronymi (e) illa adversus Ruffinum scripta sententia de erroribus, qui in compluribus antiquorum Patrum scriptis legi solent, cum sic respondet Ruffino percontanti: *Et quo modo, inquies, in libris eorum vitiosa nulla sunt? Si me causas vitiorum nescire respondero, non statim illos hæreticos judicabo. Fieri enim potest, ut vel simpliciter erraverint, vel alio sensu scripserint, vel a librariis imperitis eorum paulatim scripta corrupta sint; vel certe, antequam in Alexandria quasi dæmonium meridianum Arius nasceretur, innocenter quædam & minus caute locuti sint, & quæ non possint perversorum hominum calumniam declinare:* Hæc Hieronymus, & in eadem sententiam multa alii.

(c) Evagr. lib. 8. cap. 31.

(d) Hier. epist. 84.

(e) Hier. Apolog. lib. 2. De erroribus antiquorum quæ ratio habenda.

XXIII. Nec est quod in crimen vertatur tanto viro (ne id relinquamus intactum) si ab Origene recessurus, habuerit coram eo quam diximus orationem encomiasticam pro gratiarum actione; fuit sane illud grati animi monumentum, quo (ut par erat) cui plurimum debebat, quod ille ipsum una cum fratre non tantum imbuisset (ut tradit S. Hieronymus e) philosophicis facultatibus, sed instillasset in eos pariter fidem Christi, & ex Ethnicis reddidisset etiam Christianos, gratias ageret. Quid ni laudasset virum, a quo tam immensum fuissent ambo beneficium consecuti? tunc præsertim, cum Origenes adhuc inter Catholicos profiteretur; &, si qua in eum fuissent objecta, ipse se defensione purgaret. Auctor est Nicephorus (f) eam orationem laudatoriam a Pamphilo martyre intextam fuisse in Apologia, quæ ab eo scripta dicebatur pro Origene, dum ait: *Meminit hujus Gregorii Pamphilus martyr in suis quos in Origenem elaboravit commentariis, in quibus oratio laudatoria Gregorii ad Origenem inserta invenitur*: Hæc ipse. Sed mirati sumus, eam in dicta Pamphili nomine vulgata, sed ab Eusebio scripta Apologia pro Origene non inveniri, nec ejus Ruffinum aliquando meminisse. At nec est quod dici possit, alium ab Apologia fuisse illum Pamphili in Origenem commentarium; S. Hieronymus (g) enim auctor est, nihil aliud ab eo in Origenem, vel pro Origene esse elaboratum præter librum Apologeticum.

(e) Hier. de Script. Eccles. in Theodor.

(f) Nicephor. lib. 11. c. 12.

(g) Hieron. de Script. Eccles. in Pamphilo.

XXIV. Cæterum de Gregorio illud constat; quantumlibet in fide Christiana Origenem habuerit catechistam atque doctorem; tamen adeo omni penitus impuritate defæcatam ab eo cognoscitur hausisse doctrinam, ut nullus umquam nec adversariorum quidem fuerit, qui vel levi suspicione cum Origene conniventiæ eum in crimen adduxerit. Quod vero in ipsum aliquando fuerit inclamatum, suis scriptis favisse Sabellio; procul hæc abhorrebant ab Ori-

Gregorius purus Origenis auditor.

Origenis sententia. Sed quo sensu accipienda essent verba Gregorii, S. Basilius pluribus docuit (a), nosque de his superius fusius egimus. At de Gregorio hactenus, quem in tot Ecclesiæ persecutionibus ad hæc tempora Deus incolumem visus est conservasse una cum Dionysio Alexandrino, & aliis nobilissimis confessoribus; ut tanti viri quoque suffragio Pauli impietas contra divinitatem Dei Filii damnaretur; & ut Christi divinitatis fides sicut ab Apostolis tradita & in Ecclesia illibata semper fuerat conservata, stabilior firmaretur, ad versusque Arii concussiones venturas solidior, ac prorsus immota consisteret. At post hæc cusa, collecta, & edita sunt antiqua monimenta scriptorum ejusdem Gregorii Thaumaturgi a Gerardo Vossio viro præstantissimo; & inter alia ipsa de qua egimus, ejus Oratio in laudem Origenis, a me diu frustra quæsita, Græce scripta, atque in Latinum translata.

(a) Basil. ep. 64.

JESU CHRISTI ANNUS 267. DIONYSII PAP. ANNUS 7. GALLIENI IMP. ANNUS 13.

I. ANnus ducentesimus sexagesimus septimus, Consulibus Gallieno Augusto septimum & Sabinillo adscribitur Consularibus Fastis; pariterque in nummorum inscriptionibus una cum Consulatu Gallieni septimo (secundum numerum annorum Imperatoris) decimatertia Tribunitia potestas notatur his verbis (b): IMP. GALLIENUS P. F. AUG. P. M. TR. P. XIIII. COS. VII. P. P. Quo anno Valerianus Cæsar, Gallieni frater Augustus appellatus Tribunitiam potestatem accepit, ut ex Trebellio Pollione (c) colligitur. Verum præteriisse Trebellium Valerianum filium Gallieni, ipsumque auctum Imperio, superius dictum est. Hoc eodem quoque anno Posthumiis occisis in Galliis, Lollianus, & post eum Ælianus, ac subinde Victorinus Augusti sunt appellati, quibus etiam sublatis, Victoria Victorini conjux, ut Tetricus Senator Galliarum Præses, ejus affinis Augustus ab exercitu diceretur, effecit; hæc ex Trebellio, Victore, & aliis. At non hoc anno omnia sunt consummata, sed sequentibus usque ad necem Gallieni, ut etiam Eusebius notat in Chronico.

(b) In thesaur. rei Antiquar. Valerianus F. Gallieni Augustus.

(c) Trebel. Pollio in Gallieno.

PAGIUS SÆC. III. Olymp. 261. an. 2. Olymp. 261. secundum Baronium. Anno Urbis 1019. A. C. 266. I. Consules.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5759.

⊙ 23. G. ☽ 2. P. 8. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 266. secund. Baronium 267.

DIONYSII PAPÆ 8.

GALLIENI IMP. 14.

[1] AD num. I. Coss. *Gallienus Aug. VII. & Sabinillus.* Gallieni Consulatus juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam, ob Quindecennalia nempe Augustei Imperii hoc anno celebrata. Quare recte Baronius scribit, *Valerianum* Gallieni Augusti fratrem hoc anno ab eo Augustum nuncupatum esse; cum annis hujusmodi solennibus addictis Cæsares & novi Augusti creari soliti essent. Antea tamen hoc ipso anno *Valerianus* Cæsar, ipsoque anno exeunte *Augustus* dictus: Tribunitia enim Potestas in Nummis ejus cum nota numerali non exhibetur. Hinc Mediobarbus in Numismatis Imperatorum pag. 378. Gallieni Nummum in postica inscriptum: LIBERALITAS AUGG. S. C. ad Liberalitatem a Gallieno factam cum Augusti titulo *Valerianum* fratrem donaret, non male refert; sed in eo non audiendus, quod Valerianum, *Odenato* hoc anno occiso, eam dignitatem obtinuisse tradit. *Odenatus* enim nonnisi anno sequenti sublatus, ut tunc dicemus. In Dissertatione Hypatica sub hujus anni Consulibus de Gallieni Quindecennalibus loquens retuli ex Occone pag. 379. Nummum Gallieni XV. Tribunitia Potestate notatum cum hac postica: *col.... ic. fel. hel.* id est, *Colonia Ricinæ felix Helvia, vel, Colonia Aventic. felix Helvetiorum*, ut alii explicant. Sed hæ duæ partes duorum diversorum Nummorum ibidem a me minus consulerate conjunctæ.

NOTÆ [1] COss. *Gallienus Aug. VII. & Sabinillus.* Nummi *Gallieni* apud Bandurium, tom. I. pag. 175. 176. cum TR. POT. XV. & XVI. COS. VII. Vulgares Fasti: *Gallieno VII. & Sabinillo. Sabinilli* prænomen in obscuro est.

JESU CHRISTI ANNUS 268. | DIONYSII PAP. ANNUS 8. | GALLIENI IMP. ANNUS 14.

I. Claudius dux exercitus in Dacia.

SEquens annus Domini ducentesimus sexagesimus octavus adnotatur a Cassiodoro Consulibus Paterno & Arcesilao; quo Claudius dux exercitus in Dacia, vir insignis domi militiæque spectatus, pertæsus socordiam Gallieni, qua in Romanum Imperium novi quotidie tyranni excitarentur, de vindicando sibi illud, consilium iniit. Quanti vero hunc fecerit Gallienus, ejus litteræ scriptæ ad Venustum, quas recitat Trebellius (*a*) aperte significant.

(*a*) *Trebel. in Claud. in fin.*

II.

Cum nuntiatum (inquit) *esset per Frumentarios Claudium iratsci, quod mollius viveret; hæc tunc ipse ad Venustum: Nihil me gravius accepit, quam quod Notoria tua intimasti, Claudium parentem amicumque nostrum, insinuatis sibi falsis plerisque, graviter iratsci. Quæso igitur, mi Venuste, si mihi fidem exhibes, ut eum facias a Grato & Herennîano placari, nescientibus hoc militibus Daciſianis *, qui jam sæviunt, ne graviter ferant. Ipse ad eum dona misi; quæ ut libenter accipiat, tu facias. Curandum præterea est, ne me hoc scire intelligat, ac sibi succenſere judices, & pro necessitate ultimum consilium capiat. Misi ad eum pateras gemmatas trilibres duas, scyphos aureos gemmatos trilibres duos, discum corymbiatum argenteum librarum viginti, lancem argenteam pampinatam librarum triginta, pateram argenteam hederatam librarum viginti & trium, voletta hallieuticum argenteum librarum viginti, urceos duos auro inclusos argenteos librarum sex, & in vasis minoribus argenti libras vigintiquinque, calices Ægyptios operisque diversi decem, chlamydes veri luminis limbatas duas, vestes diversas sexdecim, albam subsericam peragaudem triuncem unum, zanchas de nostris Parthicis paria tria, singiliones Dalmatenses decem, chlamydem Dardanicam mantuelem unam, penulam Illyricianam unam, bardocucullum unum, cucutia villosa duo, oraria sarabadena quatuor, aureos Valerianos centum quinquaginta, trientes Saloninianos trecentos.* Hucusque ex epistola Trebellius recitat: quæ recensuisse non piguit, ut, qui esset in vasis ac vestibus horum temporum usus, innotesceret; profutura hæc nonnihil interdum ad antiquas quoque voces Ecclesiasticas declarandas. Quo modo autem neq; his placari potuit Claudius, sed in Gallienum conspirans, anno sequenti arripuit sibi Imperium, mox dicemus.

* *al.* Dacianis.

Gallieni munera ad Claudium.

Chri-

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1020. Olymp. 261. an. 3. A. C. 267.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5760.

⊙ 24. F. ☽ 2. P. 31. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 267. *secund. Baronium* 268.

DIONYSII PAPÆ 9.

GALLIENI IMP. 15.

I. *Consules.*

[1] AD num. I. & seq. Coss. *Paternus & Arcesilaus*, ut recte Baronius.

Hoc anno *Odenatus insidiis consobrini sui interemptus est cum filio Herode, quem & ipsum Imperatorem appellaverat. Tum Zenobia uxor ejus, quod parvuli essent filii ejus, qui superverant, Herennius & Timolaus, ipsa suscepit Imperium, diuque rexit non muliebriter, neque more femineo*, inquit Pollio in duobus Gallienis cap. 13. Perveniſſe ad hunc annum ostendit Numisma jam superius allatum, in quo quartus Imperii ejus annus legitur. De Zenobia Odenati uxore, & Palmyrenorum Regina sermo infra recurret.

II. Zenobia succedit Odenato marito.

NOTÆ [1] *Coss. Paternus & Arcesilaus.* Horum prænomina in tenebris jacent. In Fastis Vulgatis: *Paterno & Arcesilao.*

JESU CHRISTI ANNUS 269. | DIONYSII PAP. ANNUS 9. | GALLIENI IMP. ANNUS 15.

I. Gallienus occisus.

CHristi anno ducentesimo sexagesimonono, Paterno secundum & Macriano Coss. duodecimo Kalendas Aprilis, Gallienus Imperator una cum fratre Valeriano & filiis apud Mediolanum dolo Claudii occisus est.

Quod in primis ad tempus spectat; Trebellius dicit diversas de annis Gallieni sententias a diversis scriptis esse mandatas. Sed & ab Epiphanio (*a*) nonnisi anni duodecim tribuuntur Imperio Gallieni. Veriorem tamen esse illam existimo, qua traditur ipse ad annum decimumquintum Imperii perveniſſe; quod vetus inscriptio (*b*) nummi his verbis significat: IMP. C. P. LIC. GALLIENUS. P. F. AUG. P. M. TR. P. XV. COS. VII. P. P. Eusebius (*c*) quoque annos quindecim ejusdem Imperio tribuit, sed integros; quindecim etiam Victor & alii.

(*a*) *Epiph. lib. de mens.*

(*b*) *In thesaur. rei antiq.*

(*c*) *Euseb. lib. 7. cap. 23.*

Conspiraſſe simul in Gallienum Claudium Martianum & Cecropium duces exercitus, tradit Trebellius (*d*) eosdemque dolis adduxiſſe extra Urbem ipsum cum suis, quasi Aurelio obviaturum; cum eum Mediolanum juxta progressum una cum fratre & filiis milites, duce Cecropio, confecerunt, annum ætatis agentem quinquagesimum; hæc ex Trebellio atque Victore. Gallieno igitur una cum fratre & filiis in hunc modum sublatis, tumultuantes milites in electione futuri Imperatoris, in eamdem tamen sententiam coeuntes, Flavium Claudium elegerunt, cujus laudes uberius prosecutus est Trebellius, in gratiam Constantii Cæsaris, qui pater fuit Constantii Augusti, volumen scribens, quo profitetur, ex Claudii stemmate ipsum Claudium esse progenitum. Nunciata Romæ electione Claudii nono Kalendas Aprilis, quam ad gavisus sit Senatus, & quibus faustis acclamationibus eum omnes fuerint prosecuti ex Actis ipsius Senatus Trebellius (*e*) recitat; qui & de ejus genere tractans, ex Dalmatis ait manasse ejus originem, licet ab Ilio alii affirmarent; tresque simul fratres extitiſſe, Claudium, Quintillum, & Crispum: ex eis Claudium absque liberis decessiſſe, ex Crispo autem genitam filiam Claudiam nomine, ex ea viroque Eutropio Dardano natum esse Constantium,

(*d*) *Trebel. in Gallieno*

Claudius imperat.

(*e*) *Trebel. in Claudio.*

Stemma Constantini.

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1021. Olymp. 261. an. 4. Anno Urbis 1020. *secundum Baronium.* A. C. 268.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5761.

⊙ 25. ED. ☽ 3. P. 19. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 268. *secund. Baronium* 269.

DIONYSII PAPÆ 10.

CLAUDII IMP. 1.

I. *Consules.*

[1] AD num. I. & seq. Coss. *Paternus II. & Marinianus*, ut libellus de Præfectis Urbi, Anonymus Cuspiniani, Auctor Chronici Alexandrini, Cassiodorus, Victorius, Idacius, Prosper, ac Theo, & Heraclius in Fastis Græcis habent; qui omnes cum Paternum iterum Consulem appellent, liquet, eum a Paterno, qui anno præcedenti Fastis nomen dedit, diversum esse. Nam duo Consulatus continentes Augustis tantum & Cæsaribus attributi.

II. *Gallieni Imp. interitus.*

Ad num. I Zosimus pag. 651. ait: *Gallieno bellum Scythicum naviter urgenti nuntius adfertur; Aureolum Ducem omnium copiarum equestrium, qui ad urbem Mediolanum, Postumi transitum in Italiam observare jussus fuerat, res novas moliri, & Imperii summam sibi polliceri. Ad ejus rei famam conturbatus; statim ad iter Italicum semet accingit;* subditque, eum iter Italicum persequentem insidiis sublatum fuisse. Addit Pollio lib. de duobus Gallienis; Gallienum occisum, *ut quidam ferunt, circa Mediolanum; ubi continuo & frater ejus Valerianus est interemptus.* Interitum ejus Mediolani contigisse uterque Victor, ac Eutropius diserte tradunt; dies tamen, quo Gallienus peremtus, incompertus. At cum constet ex Pollione in Claudio cap. 4. Romæ nuntiatum esse *nono Kalendas Aprilis, sanguinis die, Claudium Imperatorem* factum, aliquot ante dies Gallienum Mediolani cum fratre occisum necesse est. Zonaras tamen scribit, Senatum Romanum, Gallieni cædem cognita, fratrem illius & filium etiam occidisse. Erat is Quintus Julius Saloninus Gallienus Cæsar: Gallienus enim junior, seu Valerianus Julii frater, jam ab aliquot annis trucidatus fuerat.

III. *Quot annis Gallienus imperavit.*

Imperavit *Gallienus* post patrem a Persis captum, annos novem, ut Eutropius & Victor de Cæsaribus habent, vel annos octo, ut scribit Victor in Epitome, qui solum in modo numerandi differunt. Pollio in Gallienis duobus, alios *novem*, alios *decem etiam Gallienum imperasse in literas* mittere, prodit. Quibus ex ultimis verbis intelligimus, Gallienum anno ducentesimo quinquagesimo nono solum regnare cœpisse: ab eo enim anno ad currentem, decem utrinque incompleti fluxere; novem vero non plane integri. Imperavit in universum annos quindecim, ut omnes Antiqui produnt, quos vel integros, vel fere integros fuisse duo ostendunt.

NOTÆ [1] *Coss. Paternus II. & Marinianus.* Fragmentum veteris lapidis apud Boldettum, lib. I. cap. XIX. n. 8.

.....NO PATERNO. II. COSS.

Hi quoque sine prænominibus sunt, quod ea vetera monumenta non prodiderint. Vulgares Fasti: *Paterno II. & Mariniano.*

Constantini Magni parentem; Claudium ipsum sub Valeriano Tribunatum gessisse Martiæ legionis quintæ in Illyrico, ab eodemque Valeriano creatum ducem totius Illyrici, qui haberet in potestate Thraces, Mœsos, Dalmatas, Pannonios, & Dacos exercitus. Sed hæc omnia pluribus, ex litteris Valeriani, Trebellius.

III. Qualem vero invenerit Claudius Romani Imperii statum; quantæve, audito obitu Gallieni, Barbarorum gentes se effuderint in Romanum Imperium litteris (a) ejusdem Claudii ad Senatum scriptis Trebellius docet, his verbis:

(a) *Apud Trebell. in Claud.*

S. P. Q. R. Claudius Princes.

Romani Imperii status infelix.

P. C. Militantes audite quod verum est: Trecenta viginti millia barbarorum in Romanum solum armati venerunt. Hæc si vicero, vos vicem reddite meritis; si non vicero, scitote me post Gallienum velle pugnare. Fatigata est tota Respublica, pugnabimus post Valerianum, post Ingenuum, post Regillianum, post Lollianum, post Posthumum, post Celsum, post mille alios, qui contemptu Gallieni Principis a Republica defecerunt; non scuta, non spathæ, non pila jam supersunt. Gallias & Hispanias, vires Reipublicæ, Tetricus tenet: & omnes sagittarios (quod pudet dicere) Zenobia possidet; quicquid fecerimus, satis grande est: Hæc Claudius. Quod ad Zenobiam pertinet; ipsa post Odenati viri sui obitum Orientale suscepit Imperium; quod & magnis spiritibus sexum supergressa fœmina administrabat.

IV. Claudius hostis christianorum.

At plane consilium Dei fuit, ut tot hostibus Claudius refertum inveniret Imperium; quippe in Christianas infensissimus, his detentus difficillimis occupationibus, haud illi liberum fuit, liberas furoris habenas, sicut animo conceperat, relaxare; cum alioqui non destiterit, in Urbe præsertim, eisdem negotium facessere, Valeriani imitatus exemplum, sed non perterritus ultione, quam & ipse haud sero expertus est, ex humanis cito sublatus.

V. Claudius Romam rediens quid in Christianos.

Cum igitur Claudius creatus Imperator Romam se contulisset, audissetque longa pace res Christianorum invaluisse, nobilissimosque viros ac clarissimas fœminas Chri-

PAGIUS dunt. Primum, Eusebius lib. 7. cap. 18. ait: γαλλιήνου δὲ ἐφ' ὅλοις ἐνιαυτοῖς πεντεκαίδεκα τὴν ἀρχὴν κεκρατηκότος, κλαύδιος κατίσχη διάδοχος: quæ verba sic Valesius vertit: *At Gallienus, Imperio per quindecim continuos annos administrato, Claudium successorem reliquit*; sed perperam. Eusebius enim non de annis quindecim continuis & non interruptis, sed de annis integris intelligendus est. Quare præferenda versio Christophorsoni, qui Græca de verbo ad verbum reddit: *Gallienus ubi quindecim annos integros gubernasset*, &c. Secundum, Mediobarbus in Numismatis Imperatorum unum ex suo Museo producit in postica inscriptum: P. M. TR. P. XVI. COS. VII. Ex quo deducendum, Gallienum, qui hoc anno circa diem decimum nonum mensis Martii occisus fuit, anno CCLIII. mense circiter Maio Imperium suscepisse, quo circiter mense hoc anno Nummus ille percussus in aliqua urbe, ubi mors ejus nondum innotuerat; nam Imperatorum Nummos Tribunitiam Potestatem exhibentes, antequam ea, quæ in iisdem legitur, incepta fuissent, percussos, non videtur verosimile.

IV. *Chronologia Imperialis confirmatur.*

Quidquid hac de re sit, ex præfato Gallieni Nummo colligitur, Gallienum anno CCLIII. ante ætatem Imperium iniisse, erasseque Chronologos, qui Gallo & Volusiano vel quadriennium, vel etiam biennium integrum, & Gallieno annos quindecim utrinque incompletos assignarunt; quod eorundem Imperatorum annos retrogrado ordine numeranti certo constabit. Ex anno enim & mense, quibus Gallienus interfectus, quorum uterque manifestus, præcedentium Imperatorum Chronologia pendet; neque certior & expeditior ratio quærenda, ad eam per hæc tempora restituendam. Baronius anno CCLV. Gallieni initium, annoque CCLXIX. ut ipse numerat, mortem ejus configavit, sicque annos circiter XIV. eidem affignat; cum mense Martio currentis anni eum interfectum fateatur. Sed ex dictis Gallienum diutius Regnum obtinuisse manifestum redditur.

Ad num. III. Verum est, audita Gallieni morte varias gentes sese in Romanum Imperium effudisse; sed literæ Claudii Imperatoris a Pollione recitatæ, in quibus mentio trecentorum millium Barbarorum, anno sequenti scriptæ, quo multitudo illa debellata, & Tetricus in Galliis Hispaniisque regnabat, ut infra videbimus. Hoc autem anno *Scytharum diversi populi in Romanum solum & Rempublicam venerunt, atque illic plerasque vastarunt, dum aliis occupatus est Claudius*, inquit Pollio in Claudio cap. 6.

V. *Barbari in Gallias irrumpunt.*

VI. *Nulla persecutio a Claudio Imp. excitata.*

Ad num. IV. & seqq. Baronius *Claudium* Imperatorem edictum adversus Christianos promulgasse scribit duplici fundamento innixus. Primum consistit in Actis sanctorum Martyrum Marii & Marthæ ejus conjugis, & filiorum Audifacis & Abachum, quorum Actorum mentio die quarta Aprilis in Vita S. Valentini: quæ integra ex variis Manuscriptis refert Bollandus die XIX. Januarii, quo Marius & socii coluntur. Secundum desumitur ex Actis S. Laurentii die X. Augusti a Surio recitatis, in quorum fine memoratur martyrium *S. Cyrillæ* filiæ *S. Tryphoniæ* uxoris quondam Decii Cæsaris, quarum prior die XXVIII. Octobris, posterior die XVIII. ejusdem mensis in Martyrologio Romano colitur, & quorum Baronius & Spondanus præsenti anno mentionem faciunt, *Marti* & sociorum martyrio in annum sequentem dilato. Verum, nullus ex Antiquis persecutionis a Claudio motæ meminit, & Acta S. Laurentii a Surio recitata, plane adulterina & supposititia. In iis enim diserte legitur, *Laurentium* & *Sixtum* Papam, Decio imperante, morte affectos Valeriani Præfecti jussu, & tamen utriusque martyrium, Valeriano & Gallieno imperantibus, contigisse certum. Secundo, in iisdem Actis legitur, venisse *Decium* Imperatorem in Persidem, & occupasse *Babyloniam*, *Bactrianam*, *Hyrcaniam* & *Assyriam*, quæ mere fabulosa; cum Decius post adeptum Imperium in Persidem profectus non fuerit. Mors itaque Triphoniæ, ac Cyrillæ

Christianam religionem profiteri, succensuit; nam inter eas Decii conjugem seu concubinam Tryphoniam, ejusque filiam Cyrillam, opera Justini presbyteri Christo nomen dedisse, milites etiam complures ex castris impietatis ad Christianos defeciisse audiens; vehementi furore percitus, eos in custodiam recipi, & Cyrillam (nam mater ejus jam spiritum Deo reddiderat) sibi præsentari faciens, virginem sic compellat (a): *Sic tibi visum est præcepta & morem clarissimorum parentum, regiamque educationem negligere? Cyrilla respondit: Ego Christiana sum, ancilla Christi, respuoque dæmonia, quæ vos perducent ad supplicia æterna, cum illis pariter perituros. Claudius dixit. Assentire nobis, & sacrifica diis; nubaque viro, qui respondeat natalibus tuis. Cyrilla respondit: Ego jam nupsi viro, qui me veram docuit sapientiam, nempe Domino Jesu Christo, cui semel tradita sum. Claudius ira fervescens, præcepit ut jugularetur. Cumque necata esset gladio, voluit corpus ejus in platea canibus relinqui; collegit autem illud beatus Justinus presbyter, & sepelivit cum matre ejus, ubi jam ante posuerat corpus beati Laurentii, quinto Kalendas Novembris:* Hactenus Acta de Cyrilla; sed pergunt hæc de aliis dicere.

(a) *Ex aliis Sancti Laurentii in fine.*

Cyrillæ martyrium.

VI. Christiani milites trucidantur.

Eodem tempore jussit Claudius exercitum armatum in Palatio Sallustii includi, militesque baptizatos sibi præsentari. Præcepitque exercitui, ut educerent eos extra muros portæ Salariæ ad Figlinam, ut illic capite plecterentur. Ita decollati sunt omnes quadragintasex pro Christi nomine cum uxoribus suis (erant enim ex Prætorianis Romæ semper agentes) corpora illorum Justinus presbyter & Joannes nocte collegerunt, & sepelierunt in crypta, multis præsentibus Christianis, via Salaria, in Clivo Cucumeris, octavo Kalendas Novembris, ubi florent orationes eorum usque in hodiernum diem, cum aliis centum viginti martyribus, inter quos fuerunt quatuor milites, Theodosius, Lucius, Marcus, & Petrus; qui ut viderunt armatos ad se venire milites, rogabant ut ipsi primi ante omnes decollarentur, ea ferventes intentione, ut mallent læti mori pro Christo, quam male vivere: Hucusque Acta ex diversis exemplaribus emendata. De reliquis autem qui item Romæ sub Claudio passi sunt, dicemus anno sequenti. Porro horum natales dies, tot insignibus illustrati martyriis, inter Ecclesiastica monumenta relati, anniversaria celebritate religiose coluntur:

Du-

PAGIUS læ filiæ martyrium sub Valeriano Imperatore, non vero sub Claudio contigit.

VII. *Acta S. Marii & Marthæ suppositicia.*

Nec minus adulterina Acta Sanctorum Marii, Marthæ ac filiorum; quidquid dicat Bollandus citatus: in iis enim dicitur, *Marium & Marthan* cum filiis mississe *se ad pedes B. Callisti*, qui, imperante Elagabalo, Pontifex Romanus creatus est, quique ideo hoc tempore non sedebat. Ait Bollandus in Notis ad ea Acta: *Erat in quibusdam Rosweydi schedis annotatum, in his Actis pro Callisto reponendum Dionysium. Quod num in veteri copia MS. reperierit, num sola conjectura definierit, haud liquet.* Verum, si hoc Rosweydus in aliquo veteri monumento legisset, illud indubie indicasset. Baronius ait, Callisti Episcopi nomen in cunctis exemplaribus legi, & si quis ad illum hæc referre maluerit, sub Alexandro collocanda esse. At Alexander Severus amicus Christianorum fuit, nec eo imperante Ecclesia Romæ vel alibi vexata.

VIII. *Error Bedæ in suo Martyrologio.*

In sincero Bedæ Martyrologio cum Auctario Flori & aliorum quod præfixit Bollandus Tom. II. Sanctorum mensis Martii ad diem XXV. mensis Octob. legitur: *Ipsa die Romæ via Salaria natale quadraginta sex Militum, qui simul baptizati a Dionysio Papa, & mox jubente Claudio Imperatore decollati sunt. Ubi sunt positi & alii Martyres centum viginti unus, inter quos fuerunt quatuor milites Christi Theodotius, Lucius, Marcus & Petrus. Scriptum in Passione Sancti Xisti.* Ita Beda. Florus aliique eo die vacant; & jure merito; hæc enim hausit Beda ex Actis suppositiis Sancti Sixti Papæ. Quare licet illa martyria vera sint, eorum tamen dies incertus, nec ulla imperante Claudio persecutio in Christianos vel milites excitata, ut ex dictis liquet.

I. Ducentesimo septuagesimo Christi anno, Claudius secundum & Paternus creati sunt Consules; prior vero Claudii Consulatus suffectus fuit, & tempore Valeriani contigit, quod litteræ (*a*) ejusdem Imperatoris significare videntur. Hujus anni principio ab eodem Claudio in Christianos acrius sævitum est; nam promulgavit edictum, ut qui in carcere tenerentur Christiani, vel foris in vulgo inventi essent, absque interrogatione punirentur. Quæ autem tunc Romæ contigerint martyria, Acta ipsorum, & quidem legitima docent; contulimus quæ in antiquis Ecclesiarum scriptis codicibus leguntur, cum iis quæ typis habentur excusa (*b*), mendisque aliquibus eisdem inhærentibus expurgavimus; quæ hic describere ex instituto dignum existimamus, huicque ipsi anno, quo ea omnia contigisse videntur, attexere; sunt hujusmodi:

(*a*) *Apud Trebell. in Claudio.*

Ingravescens persecutio.

II. Persarum Christianorum fides.

Imperabat Claudius, quando quidam e Perside Christiani Romam venerunt ad orationem Apostolorum, Marius, & Martha ejus conjux, cum filiis Audifface & Abachum. Quod ad Marii nomen spectat, quod Romanum sit; puto equidem ipsum Maras seu Maris dictum (quod Persicum nomen est) sed Latina inflexione ex Maras deductum Marium; & ex Marthas, Martham pariter dictam. *Hi cum pervenissent Romam, studuerunt sollicite inquirere corpora sanctorum quæ erant in cœmeteriis, & Christianos invisere, qui detinebantur in carcere. Et cum venissent in carcerem Transtiberim positum conspiciunt hominem fidelem Quirinum nomine, qui pro Christi nomine multa verbera perpessus fuerat, & suis facultatibus spoliatus. Ad quem venientes miserunt se ad pedes ejus, obsecrantes ut pro eis oraret. Ibique manserunt diebus octo ministrantes beato Quirino, & aliis qui ibidem erant, lavantes pedes eorum qui vinculis tenebantur constricti, & ipsam aquam super capita sua ac filiorum suorum spargebant.*

III. Necantur alii martyres.

Eo tempore jussit Claudius, ut Christiani, qui inventi fuissent in vulgo, aut in carceribus, sine interrogatione punirentur

SÆC. III. Anno Urbis 1022. Olymp. 262. an. 1. A.C. 269.

⊙ 26. C. ☽ 4. P.4. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 269. *secund. Baronium* 270.

FELICIS PAPÆ 1.

CLAUDII IMP. 2.

I. Consules.

[1] Anum. I. ad XVII. Coss. *M. Aurelius Claudius Aug. II. & Paternus.* Claudii Consulatus juxta primam Consulatuum Cæsareorum regulam.

II. *Acta Sanctorum sub Claudio Imp. passim.*

Jam in superioris anni fine ostendimus Claudio Imperium Romanum regente nullos Martyres in Ecclesia fuisse, nec ullum ex Antonis tradidisse vel eum vel Præfectos ejus eamdem vexasse. Quare Acta quæ refert Baronius de martyrio Marii, & Marthæ ejus conjugis cum filiis eorum Audifface & Abachum, qui e Perside jam Christiani Romam ad orationem Apostolorum venisse dicuntur, supposititia, ideoque a Ruinarto in Actis sinceris & Selectis primorum Martyrum jure merito prætermissa. Certum

NOTÆ

[1] Coss. *M. Aurelius Claudius Aug. II. & Paternus.* Gruteriani lapides pag. CCLXXV. CCLXXVI.

IMP. CAES. M. AUR.
CLAUDIO PIO. FEL.
INVICTO AUG. PONT.
MAX. TRIB. POT. COS. II.
Et IMP. CAES. FL. CLAUDIO. PIO. &c. TR. POT.
II. COS. II. & cum TRIB.
POT. III. COS. II.

Prænomen *Flavii* ex hoc lapide nonnulli *Claudio* tribuunt. Item *Publii* ex alio lapide apud Sponium in Miscellan. pag. 274. ubi PRO. SAL. D. N. P. CLAUDII. AUG. Sed fortasse mendum est, licet eadem littera P. occurrat inter Donianas inscriptiones, Cl. III. n. 59. Ceterum in lapidibus ac nummis: *M. Aurelius Claudius* dicitur. Rupertus in Histor. univers. ex Salmasio:

IMP. CAES. FL. CLAUDIO.
PIO. FELICI. INVICTO.
AUG. PONT. MAX.
TRIB. POT. II. COS. II.
PROCOS.

Epitaphium *Sanctæ Severæ* martyris, Græcis litteris, at imperite, ut in plurimis veterum Christianorum Epitaphiis, scriptis, minio oblitis exaratum, inventumque via Salaria in cœmeterio SS. Thrasonis & Saturnini A. D. 1730. mense Decemb. eruditaque Dissertatione ab Antonio Maria Lupo, Societatis Jesu presbytero, Panormi edita A. D. 1734. illustratum, in quo:

CO-

tur. Ipso autem edicto promulgato, tenuit ducentos sexagintaduos Christianos, qui damnati ante fuerant ad fodiendam arenam via Salaria pro nomine Christi, quos ductos Romam, & in amphitheatrum inclusos, milites sagittantes interfecerunt. Marius & Martha hæc scientes, contristati sunt vehementer, & una cum filiis & beato Joanne presbytero venerunt ad corpora sanctorum martyrum, quæ ex igne sublata subtraxerunt, & in linteaminibus involuta sepelierunt in crypta, via Salaria, in Clivo Cucumeris; simul etiam sepelierunt Tribunum Claudii nomine Blastum; quo in loco permanentes, vigilias & jejunia & orationes multis diebus cum Joanne celebrarunt.

IV. De Quirino martyre.

Audiens hæc Claudius, curiose jussit perquiri Marium & uxorem ejus; & non invenerunt, quod occulte istic agerent. Venientes vero Romam ad carcerem, requirebant beatum Quirinum; quem non invenientes, contristati sunt; sed invenerunt presbyterum nomine Pastorem, qui enarravit eis, quo modo nocte beatus Quirinus gladio fuerat interfectus, & jactatus in Tiberim. Corpus ejus remanserat in insula quadam. Quo audito, perrexerunt nocte cum familia sua & Pastore presbytero, & collegerunt corpus ejus, & sepelierunt in cœmeterio Pontiani in crypta, octavo Kalendas Aprilis. Post hæc vero Marius & Martha cum filiis adeunt locum in quo Transtiberim in cœnaculo Christianorum multitudo psallerent & lætarentur; pulsant januam. Illi timentes noluerunt aperire.

V. De Callisto Episcopo.

Eodem in loco erat Episcopus, nomine Callistus; qui cum audisset pulsantes, dixit ad Sanctos: Confortamini, & nolite timere: Christus pulsat ostium nostrum, aperiamus ergo os nostrum, & confortati laudemus Dominum, qui nos vocat. Et confestim ipse perrexit, & aperuit ostium. Quem videntes illi, miserunt se ad pedes ejus; & cum se invicem cognovissent, gavisi sunt, se invicem osculantes. Tunc beatus Callistus hanc dedit orationem; Domine Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, qui dispersa congregas, & congregata conservas, auge fidem & fiducium servis tuis per Christum Dominum nostrum, qui vivit cum te Deo Patre omnipotente, & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Et responderunt omnes: Amen: Has enim conjicio dici solitas preces in adventu fratrum.

VI. De Valentino.

Cum in eodem loco mansissent abscondit duobus mensibus; interim Claudius apprehendi jussit Valentinum presbyterum, quem

tum quidem Marium aliosque memoratos martyrio coronatos fuisse, cum eorum nomina in aliquibus antiquis Martyrologiis legantur, & in Hieronymiano ad diem XX. mensis Januarii habeatur: *Romæ in Cœmeterio Fabiani Episcopi & Sebastiani. In Cœmeterio Marii, Marthæ, Audifax & Abbacuc*; verum præfata eorum Acta post aliqua secula ab aliquo rei Historicæ parum perito scripta. Interim observabis laudatum locum Martyrologii Hieronymiani corruptum esse & Florentinium in Notis, qui recte vidit nullum unquam Romæ fuisse cœmeterium Marii, male illud in Arenarium, quod progressu temporis Sancti Marii dictum fuerit, mutasse.

NOTÆ

sic
COSULE CLUDIO
sic
ED PATERNO. NONIS
NOVEMBRIBUS
DIE VENERIS LUNA
XXIIII.

Hoc anno Christi 269. *Nonæ Novembris in diem Veneris* inciderunt, ac in *Lunam XXIV.* eadem die Veneris, qua de re vide eundem Lupum pag. 13. qui vulgatos Fastorum concinnatores emendat.

De primo Claudii Consulatu vix ullum vestigium exstat. Pauci nummi apud Occonem Mediobarbi pag. 402. primæ editionis, *consulem* illum produnt, sed conjunctim cum *Tribunicia potestate secunda*; ex qua non liquet, num consulatus ante *secundam Tribuniciam potestatem* gestus designetur, an consulatus initus, quando *Tribunicia* ejus *potestas secunda* decurrebat. Fastorum libri veteres, præter Fastos Siculos (in quibus mendose *Claudio Paterno III.*) habetur: *Claudio & Paterno*, sine additamento *secundi consulatus*, perinde ac si *Claudius* consul primum processerit cum *Paterno*. At vetusti lapides secus esse ostendunt. Cur ergo id prætermissum in Fastis vulgatis, Pagius in Dissertatione Hypatica ex regula prima de consulatibus Cæsareis existimat, *Cæsares*, dum imperium inirent, consulatum quoque iniisse. Alii putant a *Valeriano* fuisse *Claudium*, consulem designatum. Quæ apud Trebellium Pollionem in vita Claudii leguntur cap. ultimo, consulem cum, licet perobscure, innuunt. Narrat enim Trebellius, Senatum, quum nunciatum esset, *Claudium* fortiter cum Marciano in Illyrico dimicasse, acclamasse: *Claudi dux fortissime, habeas virtutibus tuis, devotioni tua. Claudio statuam omnes dicamus. Claudium Consulem omnes cupimus.* Mox: *Felicem te, Claudi, judicio Principum, felicem te virtutibus tuis, consulem te, te præfectum.* Prælium cum *Marciano*, seu ut alii, *Macriano* fuit A. D. 267. Consul ergo honorarius aut suffectus *Claudius* fuit, qui consulatus modo repetitur, modo præteritur, ut multis patet exemplis. Bucherianus catalogus & vetusti libri Pontificales in *S. Felice I.* Papa: *A consulatu Claudii & Paterni usque.*

Vulgares Fasti: *Claudio II. & Paterno.* Blanchinus ex veteri lapide in Museo Albano, in quo legitur NONIUS, PATERNUS. *Nonii* nomen *Paterno* tribuit. Vide infra ad annum 279. ubi lapis iste profertur.

quem vinxit catenis & compedibus: inde post biduum audivit eum, atque tradidit Calpurnio, qui egit per Asterium, ut Valentinum ad cultum idolorum revocaret. Hujus cum filia cæca ab eo fuisset illuminata, credidit ipse, atque uxor ipsius, atque familia; qui die sancto Dominico ab Episcopo sunt baptizati. Qui omnes a militibus tenti sunt; inde ad Ostia Tiberina ducti, ibi pro Christi nomine occisi. Valentinus vero presbyter post longum carcerem ductus, decollatus est via Flaminia, sequenti anno, decimosexto Kalendas Martias.

VII. Certamen Marii & Marthæ.

Tenti sunt etiam eodem tempore Marius & Martha cum suis, & Muscianô Vicario traditi: ab eodem fustibus cædi jussi sunt pater & filii, spectante matre. Cum cæderentur, sub voce præconis dicebant cædentes: Præcepta Principis contemnere nolite. Martha autem gaudens dicebat: Filii mei, constantes estote. Marius vero laudabat Dominum, dicens: Gloria tibi Domine Jesu Christe. Muscianus Vicarius jussit eos levari e terra, & suspendi equuleo. Qui dum attraherentur funibus canabinis, clamabat alta voce Audifax filius major: Gloria tibi Domine Jesu Christe, qui dignatus es annumerare nos cum servis tuis. Iratus vero Muscianus, jussit ad latera eorum ignem apponi, & ungulis ferreis radi. Illi autem dicebant tantum: Gratias tibi agimus Domine. Addidit Muscianus, ut juberet præcidi illorum manus; quas colligens Martha, & sanguinem qui fluebat, liniebat caput suum cum gaudio. Præcepit & Muscianus eos circumagi, & clamari voce præconis ad populum: Deos blasphemare nolite. Illi vero e contra clamabant: Non sunt dii, sed dæmones, qui vos perdunt cum Principe vestro. Lecta est ex tabella sententia eodem die, ut qui blasphemassent deos, capite punirentur.

VIII. * *al.* Aurelia. Martyrium Marthæ & sociorum.

*Ducti sunt via Cornelia * milliario duodecimo ad Nymphas Catabassi, & ibi sunt decollati, & corpora eorum combusta; Martha vero in puteum projecta est. Matrona vero, Felicitas nomine, sustulit corpora semiusta, & sepelivit in prædio suo, & Martham levavit de puteo, & junxit cum sanctis die decimaquarta Kalendarum Februarium, ubi præstantur beneficia Domini nostri Jesu Christi usque in hodiernum diem:* Hucusque horum martyrum Acta; quæ ex multis ut fideliora delegimus; quæ enim prolixiora habentur typis (*a*) excusa, minus legitima in pluribus visa sunt; multa enim addita videntur ab aliquo qui ex prolixitate dignitatem historiæ, & non ex sincera veritate pensavit.

(*a*) *Surius tom. 1. die 24. Febr.*

IX. Corpora vero dictorum sanctorum martyrum Marii & Marthæ Romam postea translata, in nobilissima Diaconia sancti Hadriani, una cum aliis præclaris sanctis martyribus, condita sunt. Et hoc ipso anno, quo hæc nostra cudimus, inventa una cum sancto Hadriano, Flavia Domitilla, Nereo & Archilleo, Tribus pueris, Papia & Mauro martyribus (quorum omnium plumbeæ & lapideæ tabulæ scriptæ indices erant) ab Illustrissimo ac Reverendissimo D. Augustino Cusano, ejus Ecclesiæ Diacono Cardinali, spectatæ pietatis ac honestissimæ vitæ viro in Confessione egregie restituta, more majorum, sunt honorificentissime collocata; quæ frequenti populi Romani concursu visuntur, atque religiose coluntur. His autem admoneremur, ut corrigamus, seu potius declaremus, quæ in nostris Notationibus ad Romanum Martyrologium in primis diximus corpora sanctorum martyrum Marii & Marthæ condita esse in Insula Tiberina, in Ecclesia sancti Joannis Chalybitæ, prout præfert inscriptio super Confessionem affixa, quatum eorum, tum etiam filiorum ibi inesse corpora significatur. Equidem factum esse videtur, ut, quod dictorum martyrum filiorum ibi sita sint corpora, parentum pariter inesse fuerit existimatum, cum tamen & eorum etiam reliquiarum partem aliquam sitam ibi esse, nemo jure negarit. Id quidem sic se habere, manifeste sane potest intelligi ex iis, quæ aperte testatur publica ac fidelis inscriptio marmoreæ insculpta tabulæ, in ejusdem Diaconiæ sancti Hadriani absidæ posita, qua declaratur, A. D. MCCXXVIII. Gregorii Papæ Noni Pontificatus anno primo, inventa esse in ejusdem Ecclesiæ Confessione inter alia superius recensita etiam corpora sanctorum martyrum Marii & Marthæ, eorumdemque majori parte ibi relicta, reliquam ab ipso Gregorio Papa in eadem Ecclesia paulo post a se dedicata sub primario altari repositam.

Translatio sanctorum Martyrum.

X. De translatione sanctorum Papiæ & Mauri.

Idemque plane accidit de sanctorum Papiæ & Mauri Romanorum militum venerandis corporibus, quæ diximus in iisdem Notationibus posita esse in Titulo Equitii, quod, quæ postea facta sunt, nobis essent penitus incomperta; re vera autem ibidem (ut dictum est) inventa, & ab ipso etiam Gregorio Pontifice Maximo seorsum ab aliis in lapidea capsula fuerunt sub eadem Confessione recondita, translata ex eodem Titulo Equitii, ubi sub Sergio Papa Juniore, una cum aliis sanctis martyribus fuerant collocata; verumtamen aliquam partem dictorum martyrum ibi esse relictam, satis ex eo potest intelligi, quod inventa modo eadem corpora non sunt prorsus integra, licet maxima ipsorum pars dici possit, existentibus ibi eorumdem quoque capitibus, prout res ipsa cunctis patens perspicuo docuit experimento. Sed præter alia antiquitatis monumenta, in dicto mar-

martyrium loculo tabella lapidea, laterculi instar, inventa est, hac inscriptione notata:

IN HOC LOCO REQUIESCUNT CORPORA SANCTORUM MARTYRUM PAPIAE ET MAURI. Quæ eodem in loco posita, una cum reliquiis asservantur.

XI. Novissima eorumdem translatio.

Placuit autem Sanctissimo D. N. SIXTO QUINTO Pont. Max. id agente singulari amoris studio, quo res nostras semper est prosecutus, ipso Illustrissimo ac Reverendissimo D. Augustino Cusano ejusdem Ecclesiæ Diacono Cardinali, de nostra congregatione jugiter benemerente, ut eorumdem sanctorum martyrum Papiæ & Mauri sacra corpora ex Diaconia S. Hadriani in nostram Ecclesiam S. Mariæ & S. Gregorii in Vallicella dictam, & in regione Parionis positam, transferrentur. Quod religioso officio & munificentia ejusdem Illustrissimi ac Reverendissimi curatum est, cuncta, quæ ad rem tantam opus essent, liberalitér exhibentis.

XII. Accidit prope divino miraculo, ut cum multis annis summa impensa ædificaretur & jam perduceretur ad finem quæ in honorem Dei Genitricis & S. Gregorii Papæ eadem inchoata esset ecclesia, inter alia insignia illustraretur, more majorum, martyrum quoque sepulcro, iidemque martyres his ipsis diebus opportune, Dei plane consilio, denuo apparerent, ut in ampliori Ecclesia collocatos, majori illos Urbs (ut par est) prosequeretur honore; ipsi vero auctiora præstarent beneficia supplicantibus. Vidimus ea pariterque tetigimus, ac licet indigni, iterum atque iterum exosculati sumus; eorumdemque sacro feretro una cum collegis fratribus humeros in eorum translatione læti subjecimus, tertio Idus Februarii, anno D. M. D. XC. Dulce admodum atque jucundum fuit, post recensita tot certamina martyrum ultima hac ipsa die a tam insignibus Romanis martyribus visitari. Suscepimus hilare tantos hospites apud nos perpetuo permansuros, eosdemque patronos nostros ampliori cultu veneraturi, majoribusque in dies obsequiis, studiis, & officiis, divina gratia adjuvante, sedulo frequentaturi.

XIII. Qui interfuere translationi.

Qui autem allata celebri pompa Sanctorum martyrum corpora religiosissimo obsequio exceperunt, ad infimos usque Ecclesiæ gradus obviam prodeuntes, fuerunt Illustrissimi ac Reverendissimi S. R. E. Cardinales.

Alphonsus Gesualdus Neapolitanus Cardinalis Episcopus Portuensis.
Gabriel Palæottus Bononiensis Cardinalis Episcopus Albanensis.
Nicolaus Sfondratus Mediolanensis TT. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis Cremonensis.
Dominicus Genuensis TT. S. Laurentii in Pane & perna Presbyter Card. Pinellus.
Hippolytus TT. S. Pancratii Presbyter Card. Aldobrandinus Major Pœnitentiarius.
Hieronymus Taurinensis TT. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. de Ruvere.
Scipio Mantuanus TT. S. Mariæ de populo Presbyter Cardinalis Gonzaga.
Marianus Perbenedictus TT. SS. Marcellini & Petri Presbyter Card. Camerinensis.
Federicus Mediolanensis S. Agathæ Diaconus Cardinalis Borromæus.
Augustinus Mediolanensis S. Hadriani Diaconus Cardinalis Cusanus, qui corpora Sanctorum jussu Sanctissimi conceptis verbis tradidit R. D. Philippo Nerio Florentino, Præposito Congregationis Oratorii.
Guido Bononiensis SS. Cosmæ & Damiani Diaconus Cardinalis Pepulus.

At de translatione hactenus; ipsorum autem martyrum res gestas, suo loco, servato ordine temporum, recensebimus. Sed jam tandem redeamus ad Acta martyrum, unde necessitate compulsa oratio, alio evocata, deflexit.

XIV. Quod vero ad Callisti Episcopi recitatum superius nomen spectat; idem legitur in aliis cunctis quæ vidimus exemplaribus. Sed cum constet his temporibus Claudii sedisse Romæ Episcopum Dionysium; existimamus alium a Romano quempiam esse intelligendum Antistitem, & fortasse proximum Portuensem, sub cujus diœcesi Transtiberina regio censeretur. Si vero ad Callistum Papam hæc quis referre maluerit; non sub Claudio Imperatore, sed sub Alexandro sunt collocanda; quod & fecissem libentius, nisi Martyrologia cuncta dictos martyres sub Claudio ponerent; nam & Asterius presbyter, de quo nuper dictum est, sub Alexandro passus habetur, ut superius est enarratum.

De loco ad Nymphas.

Locus vero ad Nymphas dictus, inter viam Corneliam & Portuensem situs est, qui corrupto nomine vulgo hodie dicitur, Sancta Nympha, ubi adhuc antiquæ Ecclesiæ invisuntur vestigia; insunt & nobilissimi subterranei aquæductus; ut conjici possit, ex aquarum abundantia consecutum esse nomen locum illum, ut diceretur, ad Nymphas; quem nos vidimus; nam opportune his contigit ferme diebus, ut Ecclesiasticarum antiquitatum cupidissimus Illustrissimus ac Reverendissimus D. Gabriel Palæottus, S. R. E. Cardinalis Episcopus Albanensis, optimi Præsulis dignum exemplar, una cum germano suo clarissimo viro D. Camillo, Oratore Bononiensi apud Sanctissimum D. N. SIXTUM QUINTUM, ad celebrata illa scriptorum monumentis in Portu Romano loca, & sacras præsertim sanctorum memorias invisendas, una me secum adjungeret.

XV. Sed plane accidit, desertum videre lo-

De ruinis Portuensis Ecclesiæ.

cum, littusque relictum; quo sane factum est, ut ingemisceremus recordatione florentissimæ olim Portuensis Ecclesiæ, jam penitus solo æquatæ; necnon amplissimarum sacrarum ædium S. Hippolyti Portuensis Episcopi (cujus gloria tum ex martyrio, tum etiam ex præclarissimis lucubrationibus comparata, toto illuxit orbi terrarum) vix esse reliquam altissimam sacram turrim, antiquæ gloriæ tristem indicem, ac juxta eam celebrem illum puteum, olim ejus martyrio illustratum, jam modo usque ad summum terra repletum. Sed & frustra sunt perquisita aliorum Portuensium martyrum monumenta; nulla enim ibi penitus vestigia Eutropii, Zosimæ, atque Bonosæ, nec illorum glorioforum quinquaginta militum, qui in S. Bonosæ certamine ad fidem conversi, martyrium subiere; quos omnes S. Felix Papa sacro baptismate abluit, & ad pugnam pro Christo reddidit fortiores, Ecclesiasticis chartis (*a*) tantum notos. Sed nec sanctorum martyrum Martialis, Saturnini, Epitheti, Maprilis, Felicis ac sociorum, quorum in Actis ejusdem Hippolyti est clara mentio, memoriæ aliquid residui erat; sicut nec Pauli, Heraclii, Secundillæ & Januariæ, neque Vincentii, quos in eodem Portu Romano esse passos, tabulæ (*b*) Ecclesiasticæ docent. Sed & frustra quæsita sunt vestigia nobilissimi xenodochii, quod S. Pammachius, cujus immensæ charitati angustior visa Urbs, & tardior adventus pauperum, extendens usque ad mare propagines misericordiæ suæ, in eodem Portu Romano constituit; ut e navi pauperibus descendentibus, ipse eos parato suscepturus hospitio, primus occurreret. Verum una hæc erat communis consolatio, quod egregii operis structura apud S. Hieronymum (*c*) viveret ejusmodi immortalitatis elogio: *Audio te xenodochium in Portu fecisse Romano, & virgam de arbore Abraham (d) in Ausonio plantasse littore. Quasi Æneas nova castra metaris, & super undam Tiberis, ubi ille, cogente quondam penuria, crustis fatalibus & quadris patulis non pepercit; tu viculum nostrum, id est domum panis ædificas, & diuturnam famem repentina saturitate compensas.* Horum inquam saltem meminisse juvabat, & præteritorum læta memoria calamitatem nostrorum temporum solabamur.

(*a*) *Martyrolog. Roman. 8. Julii 15. eiusd. item 22. Augusti.*

(*b*) *Martyrolog. Rom. die 2. Martii.*

(*c*) *Hier. ep. 26.*

(*d*) *Gen. 18.*

Sed & ipse Romanus Portus a Claudio structus, a Traiano auctus (clarissima monumenta Regum) penitus demolitus, atque a mari relictus, rerum humanarum inconstantiæ testis, in memoriam revocabat eumdem S. Hieronymum, cum illic jam navim conscensurus, ad sanctam virginem Asellam, (*e*) de iis quas immerito ab adversariis passus esset Romæ calumniis, scripsit epistolam; videre videbamur sanctissimum virum justa indignatione commotum, secundum præceptum Domini, illic de pedibus excutere pulverem in testimonium contra eos, quos miseros postea Dei iræ vindex depastus est Gothus. Huic proximum nostræ mentis obtutibus magnum illud Christianæ pietatis exemplum, exhibitumque ibi spectaculum succedebat; cum duæ illæ fœminæ Consulares, Paula & Eustochium (*f*) ibidem relictis lugentibus filiis, fratribus, reliquisque cognatis, ipsæ tantum lætæ, terram promissionis, novo exemplo navigio quæsituræ, ex eodem Portu Romano solverunt. Sed de memoriis Portuensibus hactenus, in quas occasione loci ad Nymphas, paulo fortasse licentius laxatis habenis, pervagata videatur oratio; at non puto lectoris tædio, cui ob oculos tot posita sunt rediviva velut in theatro spectacula. Sed jam ipsa fræno coercita, quæ se in alias ibi positas, & in Ostienses quoque memorias, quas invisimus, cursu rapido cupiebat effundere, ad cœptum iter revocetur invita.

XVI.

(*e*) *Hier. epist. 101. & Mar. Victor in vita S. Hieron.*

Aliæ memoriæ Portuenses.

(*f*) *Hier. ep. 27.*

XVII. De Parochiarum divisione.

Iisdem Consulibus, quinto Idus Septembris data reperitur Dionysii Papæ epistola ad Severum Episcopum Cordubensem, de parochiarum divisione, sicut & libro de

PAGIUS III. *Decretalis Dionysii PP. adulterina.*

Ad num. XVII. Epistola Dionysii Papæ de divisione Parochiarum ad Severum Cordubensem Episcopum scripta, Viris doctis supposititia creditur. Incipit enim verbis Leonis I. epist. 24. secundum antiquum ordinem: *Olim & ab initio tantam percepimus a B. Petro Apostolorum Principe*, &c. continetque varia loca ex sancto Gregorio Magno desumta. Sed hanc similesve Romanorum Pontificum epistolas, supposititias esse a Viris Doctis probatum.

IV. *Postumi in Galliis regnantis interitus.*

Hoc anno *Postumus*, qui in Galliis jamdiu imperabat, interfectus est cum filio *Postumo*, quem Augustum renuntiarat. Occisus est rebellione *Lolliani*, qui & ipse deinde a suis militibus interemptus est, ut prodit Pollio in lib. de XXX. Tyrannis, qui addit, *Postumum* virum extitisse fortissimum, magnumque Gallorum erga eum fuisse amorem. Sed valde hallucinatur, quando cap. 3. & 5. *per annos septem* Gallias instauraſſe scribit. Eutropius enim & Orosius decem ei annos assignant, eorumque sententiam confirmat Nummus Postumi in Cimelio Regio asservatus, & in postica inscriptus: P. M. TR. P. X. COS. V. P. P. Visitur Victoria stans, sinistro pede globum calcans, sinistra scutum tenens, in quo manu dextra scribit, VO. XX. id est, *Votis Vicennalibus*. Decimum autem annum illum tantum inchoatum fuisse certum est, quia ex dictis anno CCLX. post mensem Maium Imperium suscepit, & ante annum insequentem sublatus fuit. Mediobarbus ceterique recentiores Scriptores, Gallieno imperante *Postumum* trucidatum volunt. Sed eum Claudio Imperium administrante adhuc Gallias rexisse, apud me indubitatum. Primo, quia Zosimus, qui multa singularia per hæc tempora habet, testatur, tempore, quo Gallienus occi-

de Romanis Pontificibus scriptum habetur: *Hic presbyteris divisit ecclesias & cœmeteria, parochiasque & diœceses constituit.* Sed considerandum est, non a Dionysio Papa primum, verum ab aliis antecessoribus Romanis Pontificibus, suis limitibus distinctas fuisse parochias, presbyterisque divisas. At quod in persecutione Valeriani (ut dictum est) ab Ecclesiis essent avulsi presbyteri, & in cœmeteriis

PAGIUS occisus, *Aureolum* ad urbem Mediolanum *Postumi* transitum in Italiam observare jussum. Zosimi verba anno præcedenti a me recitata sunt. Secundo, Zonaras in Vita Claudii hæc refert: *Cum Postumus adhuc tyrannidem obtineret, & Barbari Mæotide palude superata, Asiam Europamque vastarent, ac utrum bellum prius conficiendum esset, deliberaretur; Claudius dixit: Bellum Postumicum mea interest, Barbaricum Reipublicæ, cujus inprimis habenda est ratio.* Tertio, Victor in Epitome de Claudio Imperatore loquens, ait: *Hic diebus Victorinus Regnum cepit.* Victorinum autem *Victorina* seu *Victoria* filium post Postumum in Galliis imperasse, docet Pollio in libro de XXX. Tyrannis.

V. *Postumi cædes sub Gallieno non contigit.*

Quæ tamen adversus hanc opinionem militant, levia non sunt. Pollio enim laudatus cap. 5. scribit, *Postumum, Lolliani* rebellione interemtum esse; *Gallieno perdente Rempublicam*; & cap. 7. recitat primam concionem *Marii*, qui *Victorino, Lolliano & Postumo interemtis, triduo tantum imperavit*, in qua ait: *Non vino, non floribus, non mulierculis, non popinis, ut facit Gallienus, depeream.* Verum, Pollionem, qui imperante Constantino M. scripsit de Triginta Tyrannorum Vita & gestis, parum edoctum fuisse, ejus lectio manifestat. Nec mirum, *Postumi* interitum Gallieno imperante contigisse, Pollionem scripsisse; cum ei annos tantum septem attribuerit; hoc enim pacto ad Claudii regnum pervenire non potuisset. Neque obstat secundo Victor de Cæsaribus, qui in Gallieni Vita civiles motus ortos narrans, ait, primum omnium Postumum Imperium usurpasse, tum *Lollianum*, dein *Marium*, & eo jugulato *Victorinum*, ac denique *Victoriam*, quæ amisso Victorino filio *Tetricum* Imperatorem fecit. Nam perperam hinc deducitur, *Postumum* Gallieno imperante extinctum; alioquin dicendum esset, Tetricum ante Gallieni cædem in Gallis imperasse; cum tamen certum videatur, paulo ante mortem Claudii Victorino successisse. Victor itaque citatus uno tenore de illis Tyrannis loquitur, nulla ratione habita temporis, quo inceperе, aut quo desiere. Imo perperam scribit, fuisse primum *Postumum* qui Imperium usurparit; cum ex Pollione, Eutropio ac Zosimo constet, alios jam Tyrannos insurrexisse, antequam ipse sese in Galliis Imperatorem diceret. Denique quando in acclamationibus in inauguratione Claudii Augusti factis, & a Pollione in Claudio cap. 4. recitatis dicitur: *Claudi Auguste, tu nos a Zenobia & a Victoria libera: dictum septies: Claudi Auguste, Tetricus nihil fecit: dictum septies*; non inde sequitur, *Victoriam* ac *Tetricum* jam tum imperasse, sed tantum Romanos graviter tuliſſe, quod in Oriente & in Occidente a feminis urgerentur, quod eis magis intolerandum videbatur. Postumo enim imperante Victorinus consors Imperii fuit, & tam Victoria, quam Tetricus, qui Aquitaniæ præsidebat, in partem administrationis Reipublicæ venere.

Baron. an. 267. num. 1.

VI. *Numismata Postumi imperii ejus initio percussa.*

Extant Numismata Postumi, in quorum postica legitur: QUINQUENNALES POSTUMI AUG. Ignoratum hactenus, an ipso Imperii ejus initio, vel quinto ejus anno cusa fuerint; quod ut scire possem scripsi ad Virum clarissimum Andream Morellium, ut videret, an in iis, quæ in Gaza Regia servantur, *Postumus* cum habitu Consulari exhiberetur; ex Nummis enim apparet, eum in Quinquennalibus Consulatum tertium, in Decennalibus vero Consulatum quintum suscepisse. Cumque Vir eruditissimus responderit, tria ibidem reperiri varia aureaque Postumi Numismata inscripta, QUINQUENNALES POSTUMI AUG. in quorum altero videtur caput ejus laureatum, & in duobus aliis galeatum, ac in singulis Postumum collo nudo repræsentatum esse, non dubito, quin ea ipso ejus Imperii exordio, quo Vota Quinquennalia nuncupavit, percussa fuerint; ideoque, quin primum sub Constantino M. Vota Quinquennalia quinto Imperii anno Nummis insculpi cœperint. Ex quibus intelligis, quantum reprehensione digni sunt Antiquarii, qui Numismata mutilata ac detruncata nobis obtrudunt, quasi antica eorum pars, quæ ad nundinandum non necessaria, eruditioni etiam inutilis esset, & Numismatographia nonnisi ad vendendum & emendum instituta esset. Post Postumum Victorinus, qui jam cum eo corregnabat, Imperium Galliarum accepit, & quidem dum Claudius Rempublicam Romanam regeret.

VII. *Gothi debellati.*

Jornandes lib. de Regnorum Successionibus cap. 84. de Claudio Augusto loquens ait: *Qui Gothos jam per quindecim annos Illyricum Macedoniamque vastantes bello adortus, incredibili strage delevit, scilicet, ut in Curia ei clypeus aureus, & in Capitolio statuæ aureæ ponerentur.* Quam victoriam hoc anno contigisse indicat Pollio in Claudio, ubi de ea loquitur, antequam anni insequentis Consules, Antiochianum nempe & Orfitum, memoret. Hinc in Nummo apud Tristanum tomo III. legitur: IMP. C. M. AUG. CLAUDIUS GOTHICUS. Visitur caput Claudii laureatum. In postica: INVICTUS AUG. Cernitur caput Claudii galeatum. In postica parte quorundam aliorum Claudii Numinorum habetur: VICTORIA GOTHICA.

VIII. *Gesta in Ægypto a Zenobia.*

Dum hæc a Divo Claudio aguntur, Palmyreni, Ducibus Saba & Timogene, contra Ægyptios bellum sumunt: atque ab his Ægyptia pervicacia & indefessa pugnandi continuatione vincuntur. Dux tamen Ægyptiorum Probatus Timogenis insidiis interemptus est. Ægyptii vero omnes se Romano Imperatori dediderunt, in absentis Claudii verba jurantes, inquit Pollio citatus cap. 11. qui statim gesta sub Consulatu anni sequentis narrare incipit. Quare hoc anno Zenobia Ægyptum aggressa est, & si fides adhibenda Zosimo, qui rem aliter ac Pollio narrat, Ægyptus in Palmyrenorum potestatem redacta fuit. Hinc intelligimus, quod Eusebius in Chronico anno primo Claudii, quem a Kalendis Octobris anni præcedentis inchoat, refert, ad præsens bellum pertinere, ut recte Valesius in Notis Eusebianis lib. 7. cap. 32. *Alexandria Bruchium*, inquit Eusebius, *quod per multos annos fuerat obsessum, tandem capitur.* Erat *Bruchium* instar vici suburbani, occasione seditionis Alexandrinæ obsidione cinctum.

Baron. an. 269. n. 111.

IX.

Quæ tamen refert Eusebius in Historia de hac obsi-

meteria Christiani omnes etiam convenire vetiti: illo sublato de medio, & a Gallieno restituta Ecclesiæ pace, & cœmeteria adeundi ab eodem libera facultate concessa; illarum ecclesiarum presbyteris compluribus martyrio vita functis; easdem iterum dividere, ac pro ratione distribuere, cœmeteriaque singulis consignare, Dionysii opus fuit.

Chri-

PAGIUS *Florent Eusebius & Anatolius.*

obsidione, faciles explicatus non habent. Ait is, ea in obsidione plurimas res præclare gestas ab *Anatolio* & *Eusebio*, domo Alexandrinis, virisque celeberrimis, qui deinceps Ecclesiam Laodicenam rexere. De Anatolio, qui Eusebio in eo Episcopatu successit, ait Eusebius Historicus: *Causam ex patria migrandi ei præbuit negotium Pauli Samosatensis. Cujus gratia cum in Syriam venisset, domum redire prohibitus est.* Paulo post: *Postea cum eum Synodus adversus Paulum congregata Antiochiam evocasset, per urbem Laodiceam iter faciens, a fratribus illius loci, mortuo tunc Eusebio, detentus est.* De Eusebio vero tradit, eum cunctos diuturna obsidione maceratos omni cura recreasse, concluditque: *Hujusmodi duos Pastores continua serie sibi succedentes Laodicensis Ecclesia Divino nutu sortita est, cum uterque eorum post supradicti belli tempora ex Alexandrina urbe in Syriam migravisset.* Parte altera idem Eusebius in Chronico sub anno secundo Aureliani scribit: *Eusebius Laodicenus insignis habetur*; anno vero tertio Probi ait: *Anatolius Laodicenus Episcopus Philosophorum disciplinis eruditus plurimo sermone celebratur.* Quæ omnia facile inter se conciliari non possunt; cum secunda Synodus Antiochena adversus Paulum autumno currentis anni inchoata fuerit, & Eusebius anno CCLXXII. adhuc Laodiceæ Episcopatum administrarit.

X. *Laodiceæ successive Episcopi.*

Vidit difficultatem Baronius in Annalibus, quam ut solveret, seditionem, de qua Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib.7. cap. XI. confundit cum ista, quæ imperante Claudio facta est, & Eusebium ac Anatolium, Gallieno imperante, Alexandriæ laboranti operam commodasse dicit. At has duas seditiones diversis temporibus contigisse certum; cum Dionysius Alexandrinus, quando prior excitatur, Alexandriæ fuerit, nondumque e vivis excesserit; quando vero *Bruchium* obsessum, jam ab aliquot annis supremum diem obierit. Hæc igitur explicatio nullatenus admitti debet. Valesius in Notis Eusebianis autumat, *Eusebium* post eam obsidionem factum esse Episcopum Laodicenum anno primo Aureliani, Eusebiumque Historicum erasse, dum scribit, *Anatolium*, cum ad Synodum Antiochenam post eam obsidionem profectus est, Laodicenum Episcopum creatum fuisse. Sed cum Eusebius scribat, utrumque *post supradicti belli tempora ex Alexandrina urbe in Syriam* migrasse, liquet, Bruchio sub finem anni currentis expugnato, Eusebium & Anatolium simul Antiochiam perrexisse, & post celebratam sub hujus anni finem secundam Synodum Antiochenam, Eusebium a Laodicensibus detentum, eorum Episcopum renuntiatum esse; ac post ejus mortem, post annum nempe secundum Aureliani Imp. Anatolium, qui simul cum Eusebio Laodiceæ detentus fuerat, in ejus locum subrogatum esse. Hinc Eusebius Historicus ait: *Postea vero cum eum* (Anatolium) *Synodus adversus Paulum congregata Antiochiam evocasset, per urbem Laodiceam iter faciens, a fratribus illius loci, mortuo tunc Eusebio detentus est.* Jam scripserat Eusebius: *Apud Laodiceam post Socratem Episcopus fuit Eusebius, domo Alexandrinus. Causam ex patria migrandi ei præbuit negotium Pauli Samosatensis. Cujus gratia, cum in Syriam venisset, ab iis qui cœlestium rerum amore illic flagrabant, detentus, domum redire prohibitus est.*

XI. *Quæ de utroque scripta, inter se non sunt contraria.*

Quo pacto, Eusebius Cæsariensis, quem Valesius in hac ejusdem narrationis repetitione defendi non posse dicit, recte explicari poteat, licet eum subobscurius locutum esse negari non debeat. Ceterum, de rebus ab Eusebio Anatolioque gestis, ac utriusque insigni doctrina instructior erat, ut ex ejus narratione constat, quam ut *Bruchii* expugnati tempus ignorare potuerit. Unde cum Ammianus in fine lib.22. ubi de Alexandria loquitur, ait: *Aureliano Imperium agente, civilibus jurgiis ad certamina internecina prolapsis, dirutisque mœnibus amisit regionem maximam partem, quæ Bruchion appellatur*; intelligendus est de alia seditione, quæ post præsentem annum contigerit, licet Scaliger in Notis Eusebianis num. 2274. eum de eadem, qua Eusebius, obsidione locutum existimet, & Eusebium reprehendat, quod eam obsidionem regnante Claudio accidisse tradiderit.

XII. *Secunda Synodus Antiochena.*

Hoc anno secunda *Synodus Antiochena* adversus Paulum Samosatensem inchoata, quæ dum celebraretur, *Dionysius* Papa supremum diem obit, eique *Felix* succedit, ut infra explicabimus.

Baron. ann.263. n.VIII. & seqq.

I. CHristi annus ducentesimus septuagesimus primus adscribitur Fastis, Antiochiano (aliter Actatiano) & Orfito Consulibus. Meminit horum Consulum Trebellius Pollio (*a*), quibus ait finitum esse bellum formidolosum susceptum adversus barbaros, cum increbrescente lue, ab eadem Claudius Imperator tactus occubuit: moxque germanus ejus Quintillus a militibus Imperator creatus est: sed quod se gravem atque severum ostenderet erga milites, ab iisdem decimaseptima die post adeptum Imperium occisus est; hæc omnia pluribus Pollio. Quod vero ad tempus mortis ejus spectat; ab iis ipse dissentire videtur, qui dicunt defunctum esse Nonis Februarii; nam de vita ejus hoc versu recitat pronunciatum oraculum:

Tertia dum Latio regnantem viderit æstas.

Sed & ex eo etiam arguuntur erroris qui tribuunt Imperio Claudii annum unum tantum, ac menses decem, & dies quindecim, nam Porphyrius philosophus Platonicus, qui his temporibus vivebat, in Vita Plotini affirmat hæc de ipso: *Agebat* (inquit) *Plotinus annos* (*ut retulit Eustochius*) *sex & sexaginta, secundo Claudii Imperatoris anno jam peracto*: & paulo post: *Jam vero si computemus a secundo Claudii Imperatoris anno exacto jam annos sex & sexaginta, nativitatis illius tempus cum tertiodecimo Severi Imperatoris anno concurrit*: Hæc Porphyrius, quibus institutam a nobis chronologiam certum est veritati in omnibus respondere. Quod spectat ad Imperium, & mortem Quintilli, & assumptionem Aureliani, hæc habet Vopiscus (*b*): *Multi ferunt Quintillum fratrem, cum in præsidio Italico esset, audita morte Claudii, sumpsisse Imperium, verum postea ubi Aurelianum comperit imperare, a toto exercitu derelictum, cumque contra eum concionaretur, nec a militibus audiretur, incisis sibimet venis, die vigesimo sui Imperii periisse*: Hæc ipse.

(*a*) *Trebell. in Claud.*

Obitus Claudii, & Quintilli.

(*b*) *Vopisc. in Aureliano.* Quintillus moritur.

II. Sublatis igitur Claudio Augusto atque Quin-

PAGIUS SÆC. III. Olymp. 262. an.2. *Secundum Baronium.* Anno Urbis an. 1023. A.C. 270. I. *Consules.* II. *Bellum Gothicum finitum.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5763.

⊙ 27. B. ☽ 5. P. 27. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 270. *secund. Baronium* 271.

FELICIS PAPÆ 2.

AURELIANI IMP. 1.

[1] ANum. I. ad IV. Coss. *Flavius Antiochianus* [2], & *Furius Orfitus*.

De bello Gothico sub hujus anni Consulibus finito, & Barbarorum reliquiis deletis legendus Pollio in Claudio sub hujus anni Consulibus, & Zosimus pag. 654. Senatus ob eas victorias statuit, *ut in Curia Clypeus ipsi aureus, item in Capitolio statua aurea poneretur*, inquit Eutropius. Sed factum id post mortem ejus, ut tam Eutropius, quam Victor in Epitome, & Pollio in Claudio cap.3. testantur; licet Eusebius in Chronico id ante mortem ejus decretum indicare videatur.

III. *Interitus Claudii Imp.*

Mors Claudii tertio Imperii ejus anno jam inchoato contigit, ut tam ex Pollione in Claudio, quam ex Porphyrio in Vita Plotini demonstrat Baronius, quod & confirmat Inscriptio Gruteriana, pag.276. in qua Claudius dicitur: TRIB. POT. III. COS. II. & Nummus æreus medii moduli in Regia Gaza asservatus, in quo legitur: ATT. K. KΛΑΥΔΙΟC CEB. id est *Imperator Cæsar Claudius Augustus*. Cernitur caput Claudii laureatum. In postica, L. Γ. id est, *anno*

NOTÆ

[1] *Coss. Flavius Antiochianus, & Furius Orfitus.* Relandus ita scribit: *Antiochianus & Orfitus*, omissis prænominibus.

Fragmentum veteris lapidis inter Donianas Inscript. Cl. V. n.186. pag.208. ex Schedis Vaticanis:

. . . . . .
DEDICATA. ID. IAN.
ANTIOCHIANO. II. ET.
. . . . COS.

Aliter lineis dispositis, hunc lapidem edidit Reinesius Cl. VI. n.98. ubi addit . . OR . . consulesque ad A. D. 268. pertinere ait; at perperam. Ex veteri lapide apud Contelorium de Præf. Urb. pag.49. habetur.

IMP. CAES. L. DOMITIO. AURELIANO
FURIUS ORFITUS. V.C. PRAEF.
URBIS. &c.

Trebellius Pollio in Claudio, cap.XI. *Atticiano & Orphito coss.* Vulgares Fasti: *Antiochiano & Orphito.*

[2] ANtiochianum hoc anno Consulem cum Orfito secundum Consulatum egisse docet fragmentum marmoreum dedicationis cujusdam apud Donium, & Reinesium:
Dedicata Id. Jan. Antiochiano II. & . . . . . Coss. Vide Donium Class. 5. n.186.

Aurelianus Imp. Quintillo, Domitius Valerius Aurelianus obscuris parentibus sive in Dacia, sive in Mœsia, vel in Pannonia Syrmii natus (diversas enim de ea re fuisse majorum sententias testatur Vopiscus *a*) favore militum oblatum solus tenuit Imperium. Fuisse autem hominem æqui amantissimum, ejus epistola, quam ad Vicarium suum scripsit, testatur his verbis: *Si vis Tribunus esse, immo si vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat, uvam nullus auferat, segetem nemo detrahat; oleum, sal, lignum nemo exigat, annona sua contentus sit. De præda hostis, non de lacrymis provincialium habeat; arma tersa sint, ferramenta famiata, calciamenta fortia; vestis nova vestem veterem excludat; stipendium in baltheo, non in popina habeat; torquem brachialem & annulum apponat; equum faginarium suum defricet; captum animal non vendat; mulum centuriatum comiter curet; alter alteri quasi servus obsequatur; a medicis gratis curentur; aruspicibus nihil dent; in hospitiis caste se agant; qui litem fecerit, vapulet*: Hucusque ex epistola Aureliani recitat Vopiscus; quæ hic intexere non prætermisisse voluimus, quod eamdem ferme legem suis militibus Aurelianus præscripsit, quam S. Joannes Baptista iisdem salutis viam addiscere cupientibus olim proposuit (*b*); nimirum cum dixit: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris.*

(a) *Vopisc. in Aureliano.*

Æquæ leges præscriptæ militibus.

(b) *Luc. 3.*

III. Cæterum hæc non verbis tantum agi, sed re ipsa ab ipsis præstari voluisse Aurelianum, dura nimis ac sæva in militem animadversio exhibita declaravit; quam idem Vopiscus (*c*) supra narrat his verbis: *Solus denique omnium, militem, qui adulterium cum hospitis uxore commiserat ita punivit, ut duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, easdemque subito dimitteret, ut scissus ille utrinque penderet*: Hæc ibi; ac rursus de inviolabili observatione justitiæ; Servos & Ministros peccantes coram se cædi jubebat, ut plerique dicunt, causa tenendæ severitatis; ut alii, studio crudelitatis, ancillam suam, quæ cum servo adulterium fecerat, capite punivit. *Multos* (inquit) *servos e familia propria, qui peccaverant legibus, audiendos judiciis publicis dedit*. Sed & litteris Valeriani satis perspectam fuisse Aureliani severitatem, apparet, quas idem auctor Vopiscus recitat. Quomodo autem severitas ex justitia comparata, in crudelitatem mutata contra jus fasque Christianam religionem incesserit, suo loco dicemus.

(c) *Vopisc. in Aureliano.*

Aureliani severitas.

IV. Hoc eodem anno, ingruente lue, ex qua subductus est Claudius Imperator, Plotinus quoque (ut auctor est Porphyrius (*d*) tactus angina, accedentibusque manuum ac pedum ulceribus, cum migrasset in Campaniam in agrum Zethi familiaris inter Minturnas atque Puteolos collocatum, interiit, præsente Eustochio amico; cujus adventu quid Plotinus affatus sit, idem auctor docet his verbis: *Cum jam morti Plotinus appropinquaret, quemadmodum nobis Eustochius retulit, qui Puteolis habitabat, ac ferme tardius ad eum accesserat: Adhuc te* (*inquit*) *expecto; atque equidem jam adnitor, quod in nobis divinum est, ad divinum quod viget in universo, redigere; spiritumque his verbis emisit. Interea draco sub lecto, in quo jacebat ille, pererrans, mox in parietis foramen se prorsus occuluit*: Hæc Porphyrius. At quidnam draco iste, qui, decedente Plotino, recessit? familiarem dæmonem eidem assiduo inhæsisse, & quidem ex divinorum ordine dæmonum, idem Porphyrius inferius pluribus docet; sed ex

(d) *Porphyr. in Vita Plotin. in princip. Plotini obitus.*

ex forma ipsa, cujusnam generis fuerit dæmon ille, quis non intelligat? Videsquem princeps philosophorum, qui cæteris omnibus absque aliqua controversia præstaret philosophis morum sanctitate atque doctrina, nactus sit vel adsciverit potius sibi familiarem dæmonem, quocum vixerit, atque ex hac vita recesserit: hæc quidem haud alicujus ex hostibus, æmulisve Plotini, sed discipuli amantissimi præceptoris observantissimi, Porphyrii inquam testificatione explorata in medium afferuntur.

V. Cæterum quod ad morbum spectat, quo solutus interiit; angina cum eum percussum, exulceratumque manibus atque pedibus, Porphyrius (*a*) tradat, remque paucis absolvat; Julius Firmianus Maternus & ipse Ethnicus, qui temporibus Constantii Imperatoris scripsit, ejus morbum & obitum ita descripsit: *Primum membra ejus frigida sanguinis tortore riguerunt, & oculorum acies splendorem attenuati luminis perdidit; postea per totam eius cutem magnis humoribus nutrita pestis erupit, ut putre corpus, deficientibus membris, corrupti sanguinis morte tabesceret. Per omnes dies horasque serpente morbo, minutæ partes viscerum defluctuant; & quidquid paulo ante integrum videras, statim confecti corporis exulceratio deformabat; sic corrupta ac dissipata facie, tota ab illo figura corporis discedebat; & in mortuo* (*ut ita dicam*) *corpore solus superstes retinebatur animus; ut ista gravis morbi continuatione confectus, & tormentis propriis coactus, ac veræ rationis auctoritate convictus, vim fati potestatemque sentiret, & ut confecti corporis laceratione quassatus, sententiam Fortunæ pronunciantis exciperet*. Ista quidem Julius fati omnia moderantis assertor, affirmans hæc illum contemptorem fati a fato ulciscente perpessum, quod contra fatum accurate ipse Plotinus scripserit; cujus rei gratia (si dii essent) maxima ab eis beneficia consequi debuisset, vindicatis per ipsum in libertatem potestatemque eisdem divinitus inhærentem, quæ fati unius assertione contemnitur.

(a) *Jul. Firm. lib. 2. c. 3. q. 9.*

VI. Sed aliunde prorsus infelicis Plotini exitus causa a prudentioribus petenda est, quod enim auditor Christiani philosophi Ammonii omnium celeberrimi, quodque Platonicæ philosophiæ Antistite familiarissime usus Origene, inter Christianos versatus, fieri tamen Christianus abhorruit; nec quidem suorum discipulorum exemplo, qui ex schola Platonis transierunt ad Christum, nonnihil admonitus, acquievit profiteri discipulum piscatorum: sed his omnibus præferens familiaris dæmonis cultum, merito, numine ulciscente, ejusmodi memorabiles dedisse pœnas, quisque sapiens jure censebit.

VII. Quonam autem tumore mentis elatus sui patrocinio dæmonis esset, ut deos cæteros quoque contemneret; accipe quid ipse Porphyrius tradat, ubi multa de familiari ejus dæmone locutus, mox adjecit: *Cum Amelius sacrorum observator esset, atque per Kalendas sacra faceret, & quandoque rogaret Plotinum illuc sacrum accedere. Illos* (*inquit Plotinus*) *decet ad me, non me ad illos accedere. Qua vero mente tam excelsa de se loqueretur, neque intelligere potuimus, neque ausi sumus interrogare*: Hæc quidem ipse Porphyrius. Dici fortasse potest, sapientem philosophum sic contempsisse deos, quod nihil eos esse perspicue intellexerit; sed quod in dæmonis familiaris invocatione, colloquio, usuque fuerit totus intentus, ex intima societate numinis sibi peculiariter inhærentis eam sumpsisse fiduciam; ex iisdem Porphyrii verbis facile possimus intelligere. En quos ex dæmone illo superbiæ atque arrogantiæ spiritus hausit; ut quibus alias immolarat, deos quosque contemneret, ut non mirum sit, si tanto mens fastu turgida, Christianam religionem ut humilem exufflaverit. Sed habuit post exitum comitem eumdem, quem vivens dæmonem coluit, forma draconis quinam qualisve esset, perspicuum manifestumque omnibus redditum, Tantæ vero apud suos æstimationis post obitum fuit Plotinus, ut divini illi honores fuerint impertiti; unde Eunapius de eo cum agit, hæc inter alia: *Plotini aræ etiamnum calent*: Sed habeat ipse sibi Plotinum suum.

PAGIUS

so tertio. Visitur aquila, quæ in rostro coronam, & super alam Palmam defert. Em. Card. Norisius in Parergo de Votis Decennalibus cap. 6. observat, Legem 2. Codicis Justinianei *De diverf. rescript.* in titulo notari. *Imp. Claudius Aug. Epagatho*: & signari: *Dat. VIII. Kal. Novemb. Antiochiano & Orfito Coss.* Quare die vicesima sexta Octobris currentis anni Antiochiani & Orfiti consulatu insigniti adhuc Claudius in vivis erat; ideoque Calvisius in Opere Chronologico, Petavius in lib. 13. de Doct. Temp. passimque recentiores Chronologi errarunt, quando annum unum & aliquot menses Claudio assignarunt, decepti ab Eusebio lib. 7. cap. 28. & quibusdam aliis Veteribus, qui numero rotundo loquentes, Claudium annos duos regnasse dixere. Claudio frater ejus Quintillus successit, sed eo post diem decimum septimum extincto, ut Pollio, Eutropius, Cassiodorus, & alii testantur, Aurelianus Imperator appellatus est Mense Novembri aut insequenti.

IV. *Aurelianus, confirmato Imperio, cum Roma moviffet, Aquileiam contendit; & inde Panno-nicas ad nationes accessit, quas a Scythis invadi cognoverat*, inquit Zosimus pag. 654. qui addit *in Pannonia prælio ancipiti* dimicatum esse, ac postea de pace actum, & Imperatorem satis magno Pannoniæ relicto præsidio, versus Italiam perrexisse. Sed hæc sub finem anni sequentis acta. Quæ enim antea in Italia gesserit Aurelianus adversus Marcomannos, qui *omnia circa Mediolanum* devastabant, narrat Vopiscus in Aureliano cap. 18. & nos ex eo anno sequenti exponemus. Vopiscus autem de hac prima Aureliani Romam profectione, quæ omnes ejus bellicas expeditiones præcessit, nullam mentionem habet.

Gesta ab Aureliano.

V. Ad num. IV. & seqq. fuse agit Baronius de Plotino celeberrimo Philosopho Platonico, cui post mortem divini honores a suis impertiti sunt, atque ex Porphyrio in ejus Vita ingruente lue tactum fuisse angina, quod genus est morbi acutissimi quo fauces aguntur ac strangulantur. Plotinum vero currenti anno demortuum ex eodem Porphyrio jam anno CCLXIII. monstravimus.

Obitus Plotini Philosophi Platonici.

Du-

I. Concilium posterius Antioch. contra Paulum.

DUcentesimus ac septuagesimus secundus volvebatur Christi annus, Aureliano Augusto & Basso Coss. cum Paulus Samosatenus Antiochenus Episcopus abdicatam semel hæresin, atque priori Antiocheno Concilio proscriptam, restituere conatus est; quam ob causam iterum illic convenientibus Episcopis, omnium sententia condemnatur, atque a sede dejicitur. Rem gestam in hæc verba Eusebius narrat (a): *Aureliani temporibus, Paulus dux & auctor erroris qui Antiochiæ grassabatur, in postremo Concilio Episcoporum numero prope infinitorum contra eum convocato, sui erroris & peregrinæ opinionis perspicue convictus, & omnium jam consensu palam condemnatus, ab universa & Catholica Ecclesia, quæ sub cælo est, penitus exturbatus fuit. Ex quibus Malchion in primis, scholæ humanioris litteraturæ, quæ erat Antiochiæ, magister, vir cum in aliis disciplinis disertus, tum in sapientiæ studio eximius, ac propter singularem fidei in Christum ingenuitatem, presbyterii munere in illa Ecclesia donatus, eum velut integumentis dissimulationis evolvens, acriter coarguit. Iste enim disputationem contra illum instituens, quam id temporis a scribis celeri manu exceptam, & hucusque conservatam scimus, hominem animo veteratorio præditum & fraude plenum solus præ cæteris detegendi vim habuit, & tamquam omnium oculis subjiciendi.*

(a) *Euseb. lib. 7. cap. 23. 24.*

Omnes igitur Episcopi & pastores, qui in Concilio supra commemorato erant convocati, unam communi consensu epistolam ad Dionysium Episcopum Romanum, & ad Maximum Alexandriæ Ecclesiam procurantem, nominatim conscripserunt; cujus exemplaria ad omnes provincias miserunt. In qua quidem epistola & suum studium, ac diligentiam in ea re positam omnibus declararunt; & perniciosam Pauli hæresin, argumenta in ea refutanda, quæstiones quas ei proponebant, omnem præterea hominis vitam & mores dilucide exposuerunt. Eorum igitur voces ex ea epistola petitas in præsentia memoriæ & posteritatis causa persequi, præclarum fortasse & com-

II.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5764.

SÆC. III. Anno Urbis 1024. Olymp. 262. an. 3. A. C. 271. ☉ 28. A. ☽ 6. P. 16. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 271. *secundo Baronium* 272.

FELICIS PAPÆ 3.

AURELIANI IMP. 2.

I. Consules. [1] ANum. I. ad XIX. Coss. L. *Domitius Aurelianus Aug. II. & M Cejonius Virius Bassus*, ut demonstrat Inscriptio a Reinesio pag. 384. relata, quam licet, cum Dissertationem

commodum videbitur: Hæc præfatus Eusebius Synodicam ab Episcopis scriptam, cum inscriptione aliquot Episcoporum, subjicit in hunc modum:

III. Synodica ad Rom. Pontif. & alios Episcopos.

Dionysio, Maximo, & omnibus ubicumque in orbe terrarum collegis Episcopis, presbyteris, diaconis, & universæ ac Catholicæ sub cælo Ecclesiæ, Helenus, & Hymenæus, & Theophilus, Theotecnus, & Maximus, Proclus, Nicomas, & Ælianus, Paulus, Bolanus, & Protogenes, Hierax, & Eutychius, Theodorus, Malchion, & Lucius, & reliqui omnes Episcopi & presbyteri & diaconi, qui civitates & regiones finitimas apud nos incolunt, & Ecclesiæ Dei quæ apud nos sunt, dilectis fratribus in Domino salutem. Istis paulo post hæc subjungit.

Scripsimus epistolas ad Episcopos, qui longiore locorum intervallo a nobis distabant, eosque obsecravimus, ut ad hanc lethalem & perniciosam doctrinam curandam accederent; utpote ad Dionysium Episcopum Alexandriæ, & Firmilianum Episcopum Cappadociæ, homines beatos & felicis commemorationis. Quorum alter, Dionysius scilicet, quamquam neque ad erroris ducem separatim scribere, neque eum omnino salutare dignatus est; ad universam tamen Ecclesiam Antiochiæ epistolam misit, cujus exemplar huic nostræ epistolæ subjunximus. Alter autem nempe Firmilianus, bis huc accessit; & ea quæ a Paulo innovata erant, & excogitata perverse (quemadmodum cum nos, qui aderamus, & scimus & testificamur, tum alii plures, qui ejusdem rei nobiscum conscii sunt) coram erudite certe refutavit. Unde cum Paulus sententiam se mutaturum fuisset pollicitus; iste fidem illi adhibens, & spem animo concipiens, causam contro-

versiamque sine ulla verborum contumelia commode fore compositam, eam ad tempus distulit: & ita ab illo, qui & Deum suum negasset & Dominum, & fidem, quam ante habuerat, minime conservasset, dolo deceptus fuit.

IV. De obitu Firmiliani.

Firmilianus ergo, utpote qui jam de impia ejus prævitate, qua Christum Deum pernegaverat, satis feciset periculi, cum esset rursus Antiochiam perventurus, & ad Tarsos usque perrexisset; interea loci dum nos conveniremus, dum illum acciremus, dum ejus expectaremus adventum, extremum vitæ diem obiit. Postea in eadem epistola, Pauli vitam, quo modo nimirum instituta fuerit, & quo transacta, his verbis describunt:

V. Pauli Hæresiarchæ scelera.

Quoniam Paulus, relicto Ecclesiæ canone, ad adulterinam depravatamque doctrinam se transtulit; ejus res gestas, cum sit extra Ecclesiæ fines ejectus, nihil attinet disquirere. Neque quod antea indigentia & mendicitate oppressus, neque quod a parentibus opum aut facultatis nihil omnino nactus, neque quod arte aut instituto aliquo quicquam adeptus, jam ad maximam divitiarum affluentiam pervenerit; idque ex nefariis sceleribus, sacrilegiis, & muneribus, quæ a fratribus injuria affectis, quos se adjuturum pollicitus, callide ludificatus est, cum flagitando, tum eorum animos ad aliquid sibi largiendum impellendo, per fraudem extorserat; & ita dum quæstum pietatem ducebat, eorum liberalitate, qui litibus implicati tenebantur, quique quo ab adversariorum calumniis liberarentur ad dandum valde erant propensi, nequiter abusus est. Neque commemorare opus est, quo pacto se insolenter extulerit; & sæcularium honorum gradus sibi assumserit, seque

NOTÆ [1] COss. L. *Domitius Aurelianus Aug. II. & M. Ceionius Virius Bassus*. Consules hi apud Relandum ita: *Imp. Valerius Aurelianus Aug. II. & Ceionius Virius Bassus II.* Gudianus lapis ibidem

DEDICAVIT. AURELIANO
AUG. ET. BASSO II. COS.
XVI. KAL. IUN.

Ibid. Gudianus lapis antea editus ex collectione Ligoriana in veteri latio, tom. III. pag. 78.

PRID. APRIL. IMP. CAES.
VALERIO. AURELIO.
AUG. II. ET L. CEIONIO
BASSO. COS.

Reinesius Cl. v. pag. 384.

XVIII. KAL. EL. IANUAR.
IMP. CAES. VALERIO.
AURELIANO. AUG. II.
ET. N. CEIONIO. VIRIO.
BASSO. COS.

Mendose N. prænomen Ceionii pro L. exscriptum a Reinesio, monet Relandus; quare *Basse* prænomen erit *Lucius*. Nota geminati consulatus in *Aureliano* ex eo est, quod *Valeriano & Gallieno* imperantibus *consulatum suffectum* gessit; qua de re Norisius in Epistola Consulari pag. 149. Fasti Vulgares; *Aureliano & Basso*.

PAGIUS lari pag. 148. Bassi Aureliani Collegæ hactenus ab Onuphrio, aliisque Pomponiæ genti deputati vera familia innotescit. In Lapidis quidem inscriptione, N. *Ceionius Virius* legitur, quasi prænomine *Numerius* diceretur; verum, quod Reinesius in explicatione Epitaphii *Marcum* appellat, illudque prænomen Card. Norisius retinuit, immutandum esse non existimavi. Vopiscus in Aureliano cap. 31. recitat fragmentum epistolæ, cujus titulus: *Aurelianus Augustus Ceionio Basso*. In hac tantum sepulcrali Inscriptione *Valerius* Aurelianus nuncupatur. Sed Valeriam familiam eidem gentilem fuisse demonstrat Card. Norisius ex datis ad eumdem ante Imperium a Claudio Augusto literis, in quarum titulo apud Vopiscum cap. 17. legitur: *Flavius Claudius Valerio Aureliano suo salutem*. Denique in Fastis Græcis tam Theonis, quam Heraclii a doctissimo Dodwello nuper publicatis *Aurelianus* dicitur *Augustus*.

VI. *Epocha secundæ Synodi Antiochenæ.*

Secunda Synodus Antiochena adversus Paulum Samosatenum celebrata est autumno anni ducentesimi sexagesimi noni, sequentique continuata, quod colligitur ex epistola Synodica, quam Episcopi ad Dionysium Romanum Pontificem scripsere, quamque Eusebius lib. 7. cap. 30. recitat. Dionysius autem, ut mox videbimus, die

vicesima sexta Decembris illius anni ad Deum migravit. Quare hæc Synodus ad eum annum retrahenda. In citata Synodica Episcopi ad Dionysium scribunt: *Nunc quoque Antiochiam venturus erat Firmilianus, & jam Tarsum usque* (Ciliciæ oppidum est) *pervenerat. Sed cum nos jam convenissemus, interea loci dum acciremus, dum ejus adventum expectamus, abiit e vita.* Græci, ut in eorum Menologio videre est, S. Firmiliani Cæsareæ in Cappadocia Episcopi festum die vicesima octava Octobris celebrant. Quare si eo die Firmilianus ad Superos transiit, Synodus Antiochena tunc jam congregata erat. Ex quo detegitur etiam annus emortualis Firmiliani, errorque Blondelli in libro contra Primatum Pontificis Romani pag. 63. ubi ex inscriptione epistolæ Synodicæ ad Dionysium Papam colligi existimat, inter Pontificem Romanum & Episcopos Orientales exiguum intercessisse commercium, hosque parum de illius statu edoctos; cum post diem XXVIII. Octobris, quo Firmilianus mortuus, ad Dionysium scriberent, ignorantes, eum die XXVI. Decembris antecedentis anni jam e vivis excessisse. Inde enim deducere debuit Blondellus, secundam Synodum Antiochenam sub finem anni CCLXX. coactam non fuisse, ut ipse per-

seque arroganter in iisdem gesserit, & Ducenarius potius quam Episcopus nuncupari voluerit, & per forum volutarit, & modo epistolas legendo modo, quid illis responsi daretur perscribendo, magna satellitum turba partim eum antecedentium, partim subsequentium stipatus, superbo gradu palam incesserit; adeout propter intolerandum ejus fastidium, & nimiam animi elationem, fides nostra gravem invidiæ notam, odiumque permagnum subierit.

VI. Superbia Pauli. *Neque necessum est dicendo persequi illius præstigias in Conciliis Ecclesiasticis usurpatas, quas, falsæ gloriæ umbras consectando, & varias ineptiarum species aucupando, & imperitorum mentes eo pacto in sui admirationem traducendo, callide excogitavit; neque qua ratione sedem & thronum sublimem sibi pararit; eumque non ut Christi discipulum decet, sed ut mundi Principes solent, secretum & separatum habuerit, nomine suo appellarit; fœmur, in eo sedens, manu percusserit; calcibus aliquando ipsum pulsarit; & qui cum eum audirent concionantem, non laudibus extollerent, non (ut in theatris fieri solet) se agitationibus, quo illi applauderent, in orbem versarent, non more gladiatorum & mulierculorum, quos apud se habebat, inconcinne ei acclamarent, & quasi tripudiis gestirent, (sed ut in domo Dei par est) modeste moderateque auscultarent; eos graviter increparit, & verbis contumeliosis exceperit. Neque quo modo in verbi Dei interpretes, qui e vita excessissent, dum in hominum frequentia palam prædicaret, petulanter & importune debacchatus fuerit, & non tamquam Episcopus, sed tamquam sophista & præstigiator de se ipso magnifica verba jactarit.*

Porro quid vobis in memoriam revocemus, quemadmodum psalmos & cantus, qui ad Domini nostri Jesu Christi honorem decantari solent, tamquam recentiores, & a viris recentioris memoriæ editos exploserit; & in media Ecclesia solemni Paschatis die, mulieres, quæ inanes cantilenas (quas si quispiam audiret, plane exhorresceret) in ipsius laudem funderent, parârit? Aut quid vobis exponamus ea blasphemiarum genera, quæ Episcopos & presbyteros, qui agros, & civitates finitimas incolebant, quo illi blandirentur, in concionibus suis ad populum habitis, loqui permiserit? Nam nullo modo confiteri voluit, Filium Dei e cælo descendisse (ut aliquid jam ante obiter inferamus, quod post dicetur apertius) neque id nostris verbis solum confirmabitur, sed multis & variis locis commentariorum ipsius, quos ad vos misimus, & maxime ubi asserit Christum terrenum esse, & humi natum perspicue ostendetur. Sed qui in istum Paulum impium ipsorum magistrum cantus recitabant, & palam apud populum laudibus efferebant, eum Angelum dixerunt e cælo demissum. Atque ista fieri non prohibuit; sed cum in ipsum impudenter dicebantur, insolens, & fastigio tumidus afFuit.

VII. Impietas Pauli in cantu Eccles.

VIII. Pauli turpitudo morum.

Præterea quid est cur litteris prodamus adscititias illius mulieres (quas εὐνεισάκτους Antiocheni appellant) & mulieres etiam presbyterorum & diaconorum suorum, quorum non hoc peccatum solum, sed alia prope insanabilia, cum eorumdem conscius esset, explorateque cognita haberet, callide occultavit; quo illi ita ipsi obærati adstrictique dum sibi ipsis metuebant male, scelerum, quæ ille vel verbo vel factis conscivisset, reum agere non ali-

PAGIUS perperam arbitratur; eum Orientales Episcopos Pontificis Romani societatem coluisse, ejusque Primatum agnovisse, tot aliunde argumentis constet. Denique Baronii, Blondelli, & aliorum passim sententia plane evertitur ex libello Contestationis Cleri Constantinopolitani publice in Ecclesia proposito, *quod Nestorius ejusdem sententia sit cum Paulo Samosateno ante annos centum sexaginta ab Orthodoxis Episcopis condemnato.* Scriptus is libellus anno quadringentesimo vicesimo nono, ut Ephesinam Synodum Oecumenicam explicantes ostendemus. A currenti autem anno ad annum CCCCXXIX. sunt tantum anni CLIX. utroque etiam extremo incompleto pro integro numerato.

III. *II. Synodus Antiochena sub Claudio celebrata.* Hactenus creditum fuerat, Synodum hanc, Aureliano imperante, habitam fuisse; nisi quod Valesius in Notis Eusebianis eam partim sub Claudio, partim sub Aureliano celebratam autumavit. Sed Principatus Aureliani initio tempori suo reddito constat, verum esse quod in tertia parte Differt. Hypaticæ cap. ultimo num. II. scripsimus, illam Claudio imperante inchoatam & finitam, & ita alias existimaverunt Hermannus Contractus, Marianus Scotus, qui & Methodium citat, Abbas Urspergensis in Chronicis; imo & Eusebius lib. 7. cap. 30. ut mox ostendo. Neque enim sub aliis, quam sub anni ducentesimi sexagesimi noni Consulibus congregari potuit; cum sub iisdem Dionysius Pontifex Romanus, ad quem Episcopi scripsere, hominem exuerit, & vulgaris opinio alii fundamento, quam Eusebii loco male in linguam Latinam converso, ac corruptæ chronologiæ Aurelianeæ non innitatur. Eusebius itaque non scripsit, posteriorem Synodum Antiochenam sub Aureliano coactam; sed tantum eo Imperium Romanum regente, Paulum Samosatenum jam ab ea damnatum, ex Ecclesia exturbatum fuisse, quod ante Zenobiam captam, cui Antiochia parebat, fieri non potuerat. Hæc Eusebii verba lib. 7. cap. 29. *καθ' ὧν τελευταίας συγκροτηθείσης πλείστων ὅσων ἐπισκόπων συνόδου, φωραθεὶς καὶ πρὸς ἁπάντων ἤδη σαφῶς κατεγνωσθεὶς ἑτεροδοξίαν, ὁ τῆς κατὰ ἀντιόχειαν αἱρέσεως ἀρχηγὸς τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καθολικῆς ἐκκλησίας ἀποκηρύττεται.* Quæ verba sic a Valesio versa: *Hujus temporibus* (nempe Aureliani) *postrema Synodus innumerabilium fere Episcoporum congregata est: in qua auctor ille nefariæ apud Antiochiam hæreseos Paulus convictus & ab omnibus manifestissime deprehensus falsi dogmatis reus, ab universa, quæ sub cælo est, Ecclesia*

aliquando auderent; quin etiam ipsos magnopere locupletavit; & propterea apud illos, qui talium rerum cupiditate incendebantur, in magna gratia & admiratione fuit. Atque ut hoc pro certo habemus cognitum, fratres in Christo dilecti, non Episcopum modo, sed sacerdotium etiam universum populo omnium bonorum operum & recte factorum exemplar esse debere; sic illud minime ignoramus, permultos ab ista mulierum in suam societatem adscisciendarum ratione & modo, pietate penitus excidisse; alios autem venisse in suspicionem flagitii. Quare licet aliquis hoc daret, eum nihil lasciviæ, & petulantiæ in illas admisisse, suspicio tamen, quæ ex hujusmodi re oriri solet, sedulo cavenda fuisset; ne fortasse alicui esset offensioni, alios autem ad se imitandum impellere potuisset.

IX. Pauli concubinarius. *Quo pacto enim alium reprehendere poterat, aut admonere, uti deinceps hic a mulieris consuetudine abstineret, diligenterque caveret, ne ejus illecebris (sicut scriptum est) laberetur in turpitudinem; qui, una repudiata, duas ætate florentes & aspectu perliberales ac venustas secum habuit? quas, si quopiam forte iret, circumduxit una; idque delicias confectando, quibus cœcam animi libidinem extra modum explere laboravit. Quibus de causis, tametsi omnes intra se graviter lamentati & conquesti sunt, ejus tamen potentiam & quasi tyrannidem ita extimuerunt, ut eum accusare omnino non auderent. Sed ista vitia (ut diximus) in homine sensu recto & fide Catholica imbuto, & una nobiscum in numero Fidelium habito, possent corrigi; sed ab illo, qui nefario errore Artemonis (quid ni enim patrem ejus, unde hæresin suam hausit, vobis significemus?) abductus, mysterium fidei ac religionis nostræ prodiderit, nefarisque convitiis affecerit, non necessum arbitramur illarum rerum rationem reposcere.* Tandem in ipso calce epistolæ hæc addunt,

Ann. Eccl. Tom. III.

Istum igitur tam Deo adversarium, tamque contumacem eramus coacti Ecclesia & congregatione Fidelium indicere excludereque; & alium Episcopum, qui huic Ecclesiæ præesset, in ejus locum substituere. Unde Domnum divina certe (ut putamus) providentia designavimus, Demetriani, hominis felicis commemorationis (quippe qui hanc Ecclesiam ante hunc præclare rexisset) filium, omni genere virtutum, quæ Episcopum decent, exornatum. At vos de ejus electione per epistolam certiores fecimus, ut illi scribatis, & ab illo litteras accipiatis communionis. Paulus autem ad Artemonem litteras scribit, & si qui Artemonis partibus faveant, cum eo deinceps communicent: Hucusque ex Synodica epistola Eusebius, qui addit: *Ubi Paulus igitur simul cum Orthodoxa fide Episcopatum amisisset, Dominus (ut dictum est) ministerium Ecclesiæ apud Antiochiam suscipit.* Hanc autem epistolam ex Synodo ad Dionysium Papam & Maximum datam, scriptam fuisse a Malchione presbytero Antiocheno, tradit S. Hieronymus (*a*); meminitque de ejus adversus Paulum habita disputatione, quæ suo tempore adhuc extabat.

X. Damnatur & ejicitur Paulus. Domnus Episcopus Antiochenus. (*a*) *Hieron. de Script. Eccles. in Malch.*

Certe quidem his ex sanctorum Episcoporum scriptis de Paulo acceptis, etsi non aliunde veritas dogmatis de Filii Dei divinitate probari, confirmari, ac penitus stabiliri liceret; vel ex hoc uno certam fidem de veritate & falsitate perfacile quis posset addiscere; facta nimirum collatione propugnatorum ac defensorum utriusque sententiæ. Ac primum (quod spectat ad numerum) uno ex adverso opposito, musca mortua, Paulo Samosateno, cane vomitus Artemonis resorbente, universa Orientalis & Occidentalis Ecclesia Filii Dei divinitatem, tum ex sacris litteris, tum etiam e majorum traditione perceptam, libere, confidenter, & absque aliquo ambiguitatis scrupulo profitetur. Sed sicut adversaria pars longenumero inferior, ita & meritis im-

XI. Veritatis certum argumentum.

PAGIUS *clesia Catholica eliminatus est.* Sed ea versio ab Eusebii mente aliena; quod ipsemet Valesius intellexisset, nisi jam vulgari opinione imbutus fuisset. Præferenda itaque Christophorsoni interpretatio, quæ licet in multis imperfecta, in aliquibus tamen observatur accuratior; *Cujus* (nempe Aureliani) *temporibus Paulus dux & auctor erroris qui Antiochiæ grassabatur, in postremo Concilio Episcoporum numero prope infinitorum contra eum convocato, sui erroris & peregrinæ opinionis perspicue convictus, & omnium jam consensu palam condemnatus, ab universa & Catholica Ecclesia, quæ sub cælo est, penitus extubatus fuit.*

IV. *Explicatur Eusebius.* Nihil aliud itaque Eusebius significat, quam Paulum jam in secundo Concilio Antiocheno, Claudio regnante, coacto, convictum & condemnatum, Aureliani temporibus, post Zenobiam videlicet debellatam, ab Ecclesia Antiochena exturbatum fuisse. Eusebius enim in ea narratione magis ad Concilii executionem, quam ad ejus celebrationem respexit. Alioquin dicendum esset, eum errasse, & quod actum sub Claudio, sub Aureliano gestum, perperam persuasum habuisse. Posset simplicius, imo & verius is Eusebii locus sic Latine reddi: *Cujus temporibus* (cum postrema congregata fuisset quamplurimorum Episcoporum Synodus) *convictus & ab omnibus jam manifeste falsi dogmatis damnatus auctor illius hæreseos, quæ erat Antiochiæ, a Catholica, quæ sub cælo est, Ecclesia eliminatus est.* Sed Paulus anno tantum CCLXXIII. quo Zenobia ab Aureliano capta, ab Ecclesia penitus exturbatus, non vero eodem anno, ut videtur existimasse Baronius.

V. *In quo status erat error Pauli Samosateni.*

Episcopos fuisse numero septuaginta testatur Athanasius in lib. de Synodis pag. 707. In Concilio tamen Ephesino, in libello quodam supplici, *fatemi-*

par adeo esse cognoscitur, ut nulla propemodum ex valde sibi contrariis possit fieri comparatio.

XII. Egregia comparatione veritas ab errore cognoscitur.

Statue, si libet, altera ex parte negatorem Christi divinitatis turpissimum Paulum Samosatenum; altera vero (ut taceamus de cæteris qui eidem Synodo interfuerunt, viris doctrina & sanctitate clarissimis) unum constitue Gregorium Neocæsareæ in Ponto Episcopum cognomento Thaumaturgum, qui in priori (ut vidimus) Antiochena Synodo ejusdem Pauli execrandum dogma confutavit. A cujusnam alterutrius parte, sententia omnium, atque etiam Ethnicorum testimonio, veritatem stare definies? Sed quæ conventio lucis ad tenebras, & quæ collatio Dei cum Satana vel fingi potest? Talem deceat, qui ex patre diabolo esset habere mendacii defensorem; talem vero ex Deo natum Deique amicum, & cum Deo jugiter versatum, virtutibusque omnibus imbutum, ac cælestibus donis refertum, mirabiliumque effectorem operum esse oportuit veritatis propugnatorem, & divinitatis Filii Dei assertorem Gregorium.

XIII. Meminit ejusdem Concilii contra Paulum Antiochiæ congregati S. Athanasius (a), cum agit adversus Arianos, qui carpebant Nicænam Synodum de verbo Consubstantiali a conventu Antiocheno aliter accepto; sic demonstrans utrumque Concilium idem de Filii divinitate sensisse. *Si igitur* (inquit) *aliquis carpit Nicæenses, quod non dixerint omnia quæ ipsorum antecessoribus placuerunt, idem quoque merito carpserit septuaginta Episcopos, Pauli Samosateni condemnatores, quod ea, quæ antecessorum erant, non observaverint; antecessores autem eorum fuerunt duo isti Dionysii, cæteriquæ qui Romæ tunc congregati fuere. Verum neque hos neque illos fas est culpare. Omnes enim Christi curam gessere, studiaque sua contra hæreticos intenderunt; & hi quidem Samosatenam, illi vero Arianam hæresin condemnarunt; bene vero & hi & illi pro subjecta materia scribunt*: & paulo inferius:

(a) Athanas. lib. de Synod. Filii Dei Divinitas confirmata.

XIV. *Etsi amborum Conciliorum Patres diversimode de Consubstantiali mentionem fecere; non tamen ea de causa ab illis dissidere debemus, sed illorum mentes scrutari: quod si fecerimus, omnino inveniemus ambas Synodos inter se consentire. Qui enim Samosatenum sustulerunt, hanc vocem, Consubstantialis, corporaliter accepere; cum Paulus sophisticari vellet & diceret: Si Christus non ex homine Deus factus est; igitur consubstantialis est Patri, & necessario sequitur tres esse substantias; unam quidem quæ prior sit, ut princeps; reliquas vero duas ex ea priundas. Ideoque merito vitantes illud sophisma Pauli, dixere Christum non esse consubstantialem: non enim ita se habet Filius ad Patrem, ut ille cogitabat:* Et paulo post: *Nam utraque Synodus justum habet & rationabilem causam, cur illa ad illum, ista vero ad istum modum verba sua temperaverit. Quandoquidem enim & Samosatenus sentiebat, Filium ante Mariam non fuisse, sed ab ea initium suæ essentiæ accepisse; ideo Episcopi tunc congregati hominem hæreseos condemnatum abdicarunt; & de Filii divinitate simplicius scribentes, non exquisitam diligentiam in tractatu hujus vocis Consubstantialis adhibuerunt, sed ut acceperant de Consubstantiali, ita locuti sunt. In eo enim omnem curam habebant, ut quod Samosatenus excogitarat, tollerent, & docerent ante omnia fuisse Filium, eumque non ex homine Deum esse factum; sed cum Deus esset, induisse servi speciem; & cum Verbum esset, carnem esse factum, quemadmodum locutus est Joannes; atque ita adversus Pauli blasphemias actum fuit:* Hucusque de Synodo adversus Paulum Athanasius; quibus plane declaratur, longe diverse a Paulo usurpatum nomen *Consubstantialis*: quod merito iidem sanctissimi Patres sunt aversati, ut diversum ab eo quod in sacrosancto Concilio Nicæno Orthodoxi pari omnes confessione professi sunt; Ariani autem omnem captantes occasionem, ex tanto Concilio ipsorum sententiam condemnante, auctoritatem calumniose aucupari conati sunt; sed quonam modo sincere & sane iidem sanctissimi Patres acceperint verbum *Consubstantialis*, eorum professio ibi posita declarat.

Consubstantiale verbum diversimode usurpatum.

Sed ante nec illud dicere prætermittimus:

XV.

plici, quem Basilius Diaconus & Monachi contra Nestorium obtulerunt, centum & octoginta numerantur; sed alios ad Synodi initium, alios ad ejus finem respexisse existimandum. Leontius in lib. de Sectis Actione 3. asserit, Paulum Samosatenum tam in Trinitatis quam in Incarnationis fide lapsum esse. In priori quidem, quod solum Patrem Deum esse putaret; in posteriori, quod Christum merum hominem esse diceret, & in eo Verbum extitisse negaret; ita ut non eadem ac Nestorius sentiret, Siquidem hic, etsi simplicem hominem Christum esse diceret, idem tamen Dei Verbum per se subsistens, & Filium asserebat in illo homine fuisse. Unde in Trinitate non peccabat. At Paulus non dicebat, subsistens per se Verbum in Christo fuisse, sed Verbum nihil aliud esse, nisi jussum ac mandatum: tanquam Deus per illum hominem, quæ vellet, imperaret & faceret. A Sabellio vero dissensisse in hoc Leontius existimat; quod Sabellius eumdem affirmabat esse Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, sed Patrem volebat esse Deum, qui omnia condidit; Filium nudum hominem; Spiritum puram gratiam, quæ super Apostolos advenit. Quæ hæresis a Socinianis & Anabaptistis instaurata est, ut in lib. 3. de Trinitate ostendit Petavius, qui & lib. 1. de Incarnatione cap. 3. Pauli Samosateni hæresin pluribus explicat.

Novat. commentarius de Trinitate,

mus: Novatianum auctorem schismatis his videri temporibus scripsisse commentarium illum de Trinitate, quem perperam Tertulliano, vel Cypriano alii adscripserunt; nam multus est auctor ut Samosateni destruat hæresin, licet eum non nominet, fortiterque impugnet huic hæresi de Christi divinitate adversarium dogma Sabellii; ostenditque ex uno fonte contraria inter se fluxisse dogmata; nam ait (a): *Tam illi qui Jesum Christum ipsum Deum Patrem dicunt, quam etiam illi qui hominem illum tantum esse voluerunt, erroris sui & perversitatis origenes & causas inde rapuerunt; quia cum animadverterent scriptum esse, quod unus sit Deus, non aliter putaverunt se istam tenere posse sententiam, nisi aut hominem tantum Christum, aut certe Deum Patrem putarent esse credendum.* Sed hic tandem ponenda est sanctorum Patrum in eodem Concilio Antiocheno professio edita, quæ apud Synodum Ephesinam (b) habetur intexta his verbis:

(a) Novatian. de Trinitate cap. 30.

(b) Conc. Ephesedit. Pelt. to. 6. c. 1. in fin.

XVI. Professio Antiochena contra Paulum. *Confitemur Dominum nostrum Jesum Christum ante sæcula quidem ex Patre, per Spiritum sanctum; novissimis vero temporibus ex Virgine secundum carnem natum; una dumtaxat persona, ex cælesti divinitate & humana carne conflatam, subsistentem. Totum Deum & totum hominem. Totum Deum etiam cum corpore, sed non secundum corpus Deum. Totum hominem etiam cum divinitate, sed non secundum divinitatem hominem. Totum rursus adorabilem etiam cum corpore, sed non secundum corpus adorabilem. Totum adorantem † etiam cum divinitate, sed non secundum divinitatem adorantem. Totum increatum etiam cum corpore, sed non secundum corpus increatum. Totum formatum etiam cum divinitate, sed non secundum divinitatem formatum. Totum Deo homousion consubstantialem etiam cum corpore, sed non secundum corpus consubstantialem. Quemadmodum neque secundum divinitatem quoque hominibus coessentialis est; est autem nobis secundum carnem consubstantialis etiam in divinitate existens. Etenim cum illum secundum spiritum Deo consubstantialem dicimus; non dicimus hominibus secundum spiritum coessentialem. Contra autem cum illum secundum carnem hominibus consubstantialem prædicamus; non prædicamus illum secundum carnem Deo coessentialem. Ut enim secundum spiritum nobis consubstantialis non est (nam secundum hunc Deo consubstantialis est) ita vicissim Deo secundum carnem coessentialis non est; secundum hanc autem nobis consubstantialis est. Quemadmodum autem hæc distincta & inter se discreta pronunciamus, non ad inducendam unius indivisæ personæ divisionem, sed ad denotandam naturarum & proprietatum Verbi, & carnis distinctionem & inconfusibilitatem: ita illa quæ ad indivisæ unionis compositionisve rationem faciunt, unita prædicamus, & veneramur:* Hactenus professio fidei, seu declaratio sanctissimorum Patrum, qui Antiochiæ hoc anno adversus Paulum collecti sunt.

† Patrem.

XVII. Eusebii dolus.

Videas plane eos (ut decebat) non studuisse tantum ea scriptione Paulum, sed etiam Sabellium condemnare, aliqua ex parte (ut diximus) pugnantes inter se hæreses inducentes; manifestaque elucidatione utriusque errores in apertum adducere, ac confutare. Ex his etiam ea, quæ, dum frivolæ objectionis Arianorum Athanasius meminit atque refellit, videri poterant subobscura, dilucidius demonstrantur. Sed & ex his detegitur conniventia Eusebii historici cum Arianis, quippe qui hanc retexens historiam, atque Synodicam a sancta Synodo ad Dionysium Papam scriptam recensens, quæ in ea de fide Catholica tractatio scripta erat, subducens, obvolutamque silentio relinquens, ex parte tantum epistolam recitavit, quod nimis Arianos illa perstringeret, dum Christi natura divina Patri consubstantialis asseritur ac prædicatur. At de his hactenus.

XVIII. Sed quid molitus sit Paulus, postquam ab Episcopis damnatus, ac sede depositus est; sic idem scribit Eusebius (c): *Verum cum Paulus ex Episcopi domo, ejus Ecclesiæ propria, exire nollet, Imperator Aurelianus de ea re rogatus sententiam, sanctissime, quid esset agendum, decrevit. Præcepit enim, ut domus Ecclesio Episcoporum, qui Nicæe in Synodo convenerunt, & expositio ejusdem Synodi adversus Paulum Samosatenum.* Vides, Professionem illam Fidei adversus Paulum Samosatenum adscribi Synodo Nicænæ, non autem Antiochenæ. Ituque non video, inquit Valesius, quid Baronium impulerit, ut Professionem illam Antiochenæ Synodo attribuerit; nisi forte mendosos Codices nactus est, aut pro Nicæna Synodo Antiochenam restituendam putavit. Certe in Synodo Nicæna hæc non leguntur. Sed quis nescit, cuncta fere Acta illius Synodi intercidisse? Videtur tamen mentio fieri illius definitionis in canone XIX. Concilii Nicæni, qui est *de Pauliani-*

(c) Euseb. lib. 7. c. 24. in fin.

PAGIUS VI. Professio Fidei Antiochenæ Synodo perperam adscripta. Baron. num. xv. & seqq.

Baronius Eusebium conniventiæ arguit, quod Professionem Fidei Patrum Synodi illius Antiochenæ, quæ hæresin Arianorum prorsus jugulabat, consulto prætermiserit. Verum, Valesius in Notis Eusebianis lib. 7. cap. 30. Eusebium hic immerito reprehendi ostendit. Nam Professio illa Fidei, quam Baronius profert ex Actis Ephesinæ Synodi, non est Professio Sanctorum Patrum Antiocheni Concilii, ut ipse existimavit, sed ipsius Nicæni. In parte enim III. seu tomo III. Actorum Ephesinæ Synodi pag. 378. titulus Professionis illius ita conceptus legitur: *De Incarnatione Verbi Dei, Filii Patris, definitio*

clesiæ illis tribueretur, quibus Christiani Italiæ & urbis Romæ Episcopi per litteras tribuendam præscriberent. Sic demum Paulus, de quo docuimus, cum summo dedecore, sæcularis Imperii ac potestatis auctoritate ab Ecclesia penitus exruditur. Quo quidem tempore talem ac tam benigne erga nos animatum se Aurelianus declaravit: Hucusque de his Eusebius. At quid opus fuit Aureliano, his temporibus, omnium testificatione, justissimo Principi, domum Episcopalem adjudicare illi, cui Italiæ Christiani, & urbis Romanæ Episcopi dandam præscriberent; cum id jam antea in illa Synodo, cui tribuenda esset, præjudicatum fuisset? Usque adeo enim innotuerat Romani Pontificis toto Orbe potestas, ut & Ethnicos non lateret, aliorum Episcoporum sententias eas esse ratas, quas auctoritas, Romani Pontificis confirmasset. At quoniam sciebat Imperator, ab eodem Pontifice in eamdem causam fuisse congregatos Italiæ Episcopos Romæ ad Synodum (quod nuper Athanasii testimonio est demonstratum) ad tanti ponderis causam examinandam; idcirco dixit in suo decreto: Id esse debere ratum, quod una cum Romano Episcopo Italiæ Christiani decernerent. Hæc quidem his decernebat temporibus justitiæ æqua lance Aurelianus, non aliqua erga Italiæ Episcopos vel Romanum Pontificem affectione permotus, quippe licet nondum Christianos persequeretur; tamen quod patrio cultui idolorum addictissimus esset, omnes Christianos æque odio prosequebatur, quos diis esse sciebat infensos.

Romanæ Ecclesiæ primatum Imp. Aurelianus cognoscit.

XIX. Aurelianus superstitioni deditus.

Totus quippe erat Aurelianus hoc præsertim tempore, quo adversus Marcomannos in Italiam irrumpentes expeditionem pararet in consulendis libris fatidicis Sibyllinis, de quibus inspiciendis cunctantem Senatum litteris sic admonuit (a): *Miror vos patres sancti tam diu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris; perinde quasi in Christianorum Ecclesia, non in templo deorum omnium tractaretis. Agite igitur; & castimonia Pontificum, cærimoniisque solemnibus juvate Principem necessitate publica laborantem. Inspiciantur libri; quæ facienda fuerint, celebrentur, quemlibet sumptum, cuiuslibet gentis captivos, quælibet animalia regia non abnuo, sed libens offero; neque enim indecorum est diis juvantibus vincere; sic apud majores nostros multa finita sunt bella, sic cœpta. Si quid est sumptuum, datis ad Præfectum Ærarii litteris decerni jussi; est præterea vestræ auctoritatis arca publica, quam magis refertam esse reperio, quam cupio*: Hucusque ad Senatum litteræ Aureliani, quas Flavius Vopiscus (b) recitat. Idemque inferius de ejusdem erga deorum cultum propenso animo hæc ait: *Illic templa fundavit* (nempe in Oriente) *donariis ingentibus positis, & Romæ Soli templum posuit majori honorificentia consecratum*; & post multa: *Sacerdotia composuit, & Pontifices roboravit*: ac rursum: *Illius donis, quæ a barbaris gentibus meruit, refertum est Capitolium; quindecim millia librarum auri ex ejus liberalitate unum tenet templum; omnia in Urbe fana ejus micant donis*: Hæc & alia plura de ejus superstitione Vopiscus.

(a) Vopisc. in Aureliano.

(b) Flav. Vopisc. in Aurel.

XX. Pontifices ethnici irati in Christianos.

Quod si in re dubia conjectari libere licet; equidem puto Pontifices Gentilitiæ superstitionis, in Christianos præ cæteris hominibus infensissimos, religionis simulato prætextu, ex Sibyllinis oraculis eli-

cisse persecutionem in Christianos; cum penes illos (ut pluribus docet in Apologetico Tertullianus) in confesso propemodum esset, omnes clades, quibus Romanum urgeretur Imperium, Christianorum causa a diis iratis immitti. Quid autem adversus Christianos edixerit, dicemus anno sequenti.

XXI. Dionysii Papæ obitus.

Hoc eodem anno, iisdem Consulibus, vigesimasexta mensis Decembris, Dionysius Romanus Episcopus, pro Ecclesia Dei adversus hæreticos & persecutores plurimis laboribus exantlatis, feliciter migravit ad Dominum, cum sedisset annos undecim, menses tres, & dies quatuordecim. Ad hunc quippe annum Aurelian ipsum perveniisse, epistola ex Synodo Antiochena hoc anno ejusdem Imperatoris celebrata, ad ipsum scripta, affirmare nos cogit; ex qua quidem arguuntur erroris omnes qui sub aliis Consulibus ante Aurelianum positis ejus obitum referunt, nempe sub Consulatu Claudii atque Paterni.

XXII. Res gestæ Dionysii Papæ.

De eodem hæc reliqua habentur in libro de Romanis Pontificibus: *Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros duodecim, diaconos sex, Episcopos per diversa loca numero septem. Inter Episcopos a Dionysio Papa ordinatos, & ad diversarum Ecclesiarum regimen instiPAGIUS

lianistis. Binius, ac post eum Labbeus, eandem Professionem Antiochenæ Synodo II. in Collectione Conciliorum falso attribuerunt. Scripsit præterea hæc Synodus epistolam ad Paulum Samosatensem, quam Baronius priori Synodo Antiochenæ perperam tribuit, ut ibidem ostendimus, ideoque ea huc revocanda erit.

VII. *Gesta ab Aureliano Aug.*

Ad num. XIX. & seq. Marcomanni *omnia circa Mediolanum* devastarunt, quos postea Aurelianus superavit, ut tradit Vopiscus in Aureliano cap. 18. *In illo autem timore, quo Marcomanni cuncta vastabant, ingentes Romæ seditiones motæ sunt*. Quare etiam libri Sibyllini inspecti. Senatusconsultum quo ii libri inspici jussi, *die tertio Idus Januarias* factum, inquit idem Auctor, qui illud refert. Aurelianus, addit Victor in Epitome, *tribus præliis victor fuit, apud Placentiam, juxta amnem Metaurum ac Fanum Fortunæ, postremo Ticinensibus in campis*. Vopiscus prælii tantum *apud Placentiam* habiti meminit, quo Marcomanni victi: & postea ait, Aurelianum plenum irarum Romam petiisse. Verum ex Zosimo constat, Aurelianum, antequam Romam iterum veniret, in Pannoniam profectum esse; ait enim: *Aurelianus confirmato Imperio, quum Romæ moviisset*, (& Marcomannos apud Placentiam superasset, ut ex Vopisco retulimus) *Aquileiam contendit: & inde Pannonicas ad nationes accessit, quas a Scythis invasi cognoverat*. Subjungit, in Pannonia ancipiti prælio dimicatum esse, & Imperatorem, intellecto, *Alamanos Italiam incursionibus vexare* decreviisse, in Italiam perrexisse. Narrat postea, Romæ aliquos Senatores *velut insidiarum Imperatori structarum participes* morte multatos esse, tuncque mœnibus cinctam Romam. His jungenda quæ habet Vopiscus citatus cap. 21. *Finito prælio Marcomannico, Aurelianus plenus irarum Romam petit, vindicta cupidus, quam seditionum asperitas suggerebat. Interfecti sunt enim nonnulli etiam nobiles Senatores*, &c. Tum subdit Vopiscus, Aurelianum muros Urbis dilatasse. Quare inter utrumque Historicum recte convenit, alterque ex altero supplendus. Rei gestæ annum unus Idacius in Fastis nos docuit. Nam sub Aureliani & Bassi Consulatu hoc anno gesto, inquit: *His Coss. Urbis muri cœpti fieri*. Quocirca, cum Urbis murorum dilatatio post bellum Marcomannicum & libros Sybyllinos consultos contigerit, dies tertius Idus Januarias, quo laudatum Senatusconsultum conditum, de mense Januario præsentis anni certissime intelligendus. Me-

PAGIUS VIII. *Expeditio Pannonica gloriosa fuit.* IX. *Obitus Dionysii Papæ.*

Mediobarbus Nummum Aureliani exhibet in postica inscriptum: PANNONIAE; quem cum anno CCLXII. perperam conjungit. Ex quo discimus, expeditionem Pannonicam Aureliano gloriosam fuisse, licet ejus unus Zosimus meminerit. [a] Ad num. XXI. & seq. *Dionysius* Romanus Pontifex anno ducentesimo sexagesimo nono, Claudii & Paterni Consulatu insignito hominem exuit. Nam in Chronico Damasi legitur: *Dionysius annis octo, mensibus duobus, diebus quatuor. Fuit temporibus Gallieni ex die XI. Kal. Augusti Æmiliano & Basso Coss. usque in diem septimum Kal. Januarii, Consulibus Claudio & Paterno*. Eadem verba ex libro Damasi refert Cuspinianus in suis Fastis. Sed loco, *annis octo*, legendum, *annis decem*, & loco, *mensibus duobus*, legendum, *mensibus quinque*, ut uterque Consulatus, & dies tam ordinationis, quam emortualis in eo Chronico notati certum reddunt. Menses quinque uterque Catalogus Corbeiensis exhibent, in aliis numeris, quemadmodum & alii Catalogi depravati. *Dionysius* itaque die vigesima secunda mensis Julii anni CCLIX. Æmiliani & Bassi Consulatu notati, quæ cum feria sexta concurrebat, ordinatus fuit, dieque vicesima sexta mensis Decembris anni ducentesimi sexagesimi noni supremum diem obiit, ficque sedit annos decem, menses quinque, dies quatuor, emortuali nempe excluso. Ideo Baronius, Aureliano Imperium adepto, *Dionysium* mortuum credidit, quia arbitrabatur, docere Eusebium, secundam Synodum Antiochenam, quæ ad eumdem Dionysium scripsit, Aureliano imperante, congregatam fuisse. Sed cum jam ostenderimus, eam epistolam, Claudio imperante, ad Dionysium datam, deceptosque Viros doctissimos, qui ita Eusebium interpretati sunt, quasi scripserit, secundam Synodum Antiochenam, a qua ea epistola scripta, Aureliani tempore indictam fuisse, annus emortualis Dionysii extra controversiam esse debet.

X. *De die ordinationis & mortis Dionysii PP.*

Papebrocius V. C. in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Romanorum Pontificum, de Dionysio agens ait: *Diem ordinationis referibo*, non XI. *sed* IX. Kal. Augusti, *ut habeatur Dominica, qua facta sit; & ex diebus* IIII. *solum retineo dies* III. *nisi quis malit* pro VII. Kal. Januarii, *legere*, VI. *ut Sanctus obierit* XXVII. Decembris. Sed perperam; Dionysium enim XI. Kal. Augusti ordinatum, tam exemplar, quo Henschenius usus, quam illud, quod Cuspinianus habuit, & Anastasius testantur; & satis indicant dies quatuor, quibus supra annos & menses sedit. Præterea Dionysium die XXVI. Decembris demortuum, docent non tantum Chronicon Damasi, & Catalogus *Nominum Apostolicorum*; sed etiam Chronicon auctius veterum Pontificum, & liber de Pontificibus Romanis, quando aiunt, Dionysium *VI. Kalend. Januarii* sepultum esse. Nam juxta regulam a nobis statutam, quando Scriptores in morte alicujus Pontificis narranda uno solum die inter se diffident, alter de die obituali, alter de die sepulturæ intelligendus. Sicque Dionysius die XXVI. mensis Decembris animam Deo reddidit, & postridie seu VI. Kal. Januarii sepultus est. Hinc in Indiculo Depositionis Episcoporum a Bucherio relato legitur: *Sexto Kalendas Januarias Dionysii in Callisti*. Sed non tantum Dionysius die Dominica ordinatus non est; sed nec etiam *S. Felix*, qui ei successit, ut mox dicemus. Porro ex die emortuali Dionysii luculentum desumitur argumentum ad probandum, in Martyrologio Hieronymiano Natale Pontificum Romanorum non semper notari; sed vel eorum Translationem, vel Reliquiarum elevationem sæpe memorari: ad diem enim XIV. Septembris legitur: *Depositio S. Dionysii Episcopi*; cum tamen certum sit, hunc usque ad finem mensis Decembris vitam produxisse.

XI. *Felix Dionysio successit.*

Circumferuntur aliquæ Decretales sub Dionysii nomine: sed eas supposititias esse Schelstratius in secunda parte Antiquit. Illustr. aliique Viri docti jam demonstrarunt. Tam Chronicon auctius veterum Pontificum, quam liber de Romanis Pontificibus, habent, Episcopatum *dies quinque* cessasse, quod tamen a veritate alienum. In Martyrologio enim Hieronymiano ad IV. Kal. Januarii, seu ad diem XXIX. Decembris, legitur: *Romæ Felicis & Bonifacii Episcopi de ordinatione*; ubi licet aliqua verba deesse videantur, non dubium tamen, quin de ordinatione Felicis primi Dionysii successoris ibidem sermo sit. Quare duobus diebus Sedes vacavit, & Felix ordinatus est die vicesima nona Decembris, quæ anno CCLXIX. cum feria quarta concurrebat. Porro ordinationes Episcoporum ante Constantiniana tempora diebus Dominicis fieri solitas non fuisse habemus, tam ex Chronico Damasi, quam ex Martyrologio Hieronymiano.

NOTÆ

[a] IN eamdem sententiam de anno & die mortis, ac item de die ordinationis *S. Dionysii*, discedit Constantius pag. 170. qui menda libri Pontificalis notat. Sedit igitur *Dionysius annos decem, menses quinque, dies quatuor*. Emendandus in annis & mensibus Pontificatus Bucherianus catalogus.

CHRISTI 272. | DIONYSII PAP. 12. | AVRELIANI IMP. 2.

stitutos, certum est ordinasse quoque Zamam Episcopum, eumdemque Bononiensi Ecclesiæ præfeciſſe; qui in Indice Episcoporum Bononiensium primus ordine numeratur. Sed mea sententia quod incendio Dioeletiani combusta sint antiqua Ecclesiastica monumenta, nullius alterius Bononiensis Episcopi mentio habetur qui Zamam præcesserit, sed ipse primus, cujus certa testataque memoria est, ordine collocatur; cum nequaquam mihi persuaderi possit, nobilissimam Italiæ civitatem ingenti semper populo refertam, tribus ferme sæculis a Christi adventu dilapsis, caruisse Ecclesia, & qui ei præficeretur, Episcopo; cum constet, nonnullas alias Italiæ civitates, dignitate & frequentia populi longe impares, jampridem fuisse Episcopalibus sedibus illustratas. At de iis modo satis. In eodem libro de Romanis Pontificibus, post illa quæ nuper sunt recitata, hæc in fine de Dionysio habentur: *Qui sepultus est cœmeterio Callisti, invia Appia, sexto Kalendas Januarii. Cessavit Episcopatus ejus dies quinque.* Sicque ultimo hujus anni die Felix natione Romanus ex patre Constantio subrogatus est; quantum autem temporis sederit, demonstrabimus in ejus obitu. Felix Papa.

JESU CHRISTI ANNUS 273. | FELICIS PAP. ANNUS 1. | AURELIANI IMP. ANNUS 3.

I. Aurelianus in Senatores ulciscitur.

ADveniente Christi anno ducentesimo septuagesimotertio, Coss. Quieto & Valdumiano, *Aurelianus Imperator* (inquit Vopiscus) *ut erat natura ferocior, plenus irarum Romam petit vindictæ cupidus, quam seditionum asperitas suggerebat; incivilius denique usus Imperio, vir alias optimus, seditionum auctoribus interemptis, cruentius ea, quæ mollius fuerant curanda, compescuit. Interfecti sunt enim nonnulli etiam nobiles Senatores, cum his leve quiddam, & quod contemni a mitiore Principe potuisset, vel unus, vel levis, vel vilis testis obiceret. Quid multa? magnum illud, & quod jam fuerat, & quod non frustra speratum est, infamiæ tristioris ictu contaminavit Imperium*: Hæc Vopiscus de Aureliani in Romanos sævitia. Quod si in suos in hunc modum est feraliter debachatus; quid in alienæ ac penitus adversariæ religionis homines fecerit, nempe Christianos, quisque poterit existimare. Nisi æquius quis putet dicendum, illos Senatores, qui de inspiciendis libris Sibyllinis cæteris obnisi sunt, Christianos extitisse; nam repletum fuisse Senatum, Forum, atque Palatium Christianis, Tertullianus (*a*) testatur. Quod igitur ii, ne inspicerentur libri fatidici, restitissent, & contentiose egissent; succendi visus est Imperator in eos. Etenim nullam aliam causam præcessisse contentionis, Vopiscus affirmat: de qua & Imperator expostulatus (*a*) Tert. in apolog. c. 37.

PAGIUS

no, quod in S. Marcello Papa aliud nobis exemplum suppeditabit.

XII. *Obitus Saporis Persarum Regis.*

Obiit hoc anno *Sapores* Persarum Rex, qui regnavit *unum & triginta integros annos, & ingentibus jacturis Romanos affecit*, inquit Agathias lib. 4. Eo mortuo *Ormisdas* ejus filius regnum suscepit post annum unum & decimum diem demortuus. Huic *Uvaranes*, qui tres annos regnavit, successit, quem *Uvaranes II.* ejus filius excepit.

XIII. *Tetricus in Galliis imperat.*

Victorinus, qui Postumo successerat, *post biennii Imperium, Agrippinæ* occisus est, inquit Victor de Cæsaribus, *Imperii sui anno secundo*, inquit Eutropius, qui addit: *Huic successit Tetricus Senator, qui Aquitaniam honore Præsidis administrans, absens, a militibus Imperator electus est*; quod currentis anni initio vel sub finem præcedentis factum ex anno emortuali Postumi, & fine Imperii Tetrici manifestum fit.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5765. SÆC. III. Anno Urbis 1025. Olymp. 262. an. 4. A. C. 272.

⊙ 1. GF. ☽ 7. P. 31. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 272. *secund. Baronium* 273.

FELICIS PAPÆ 4.

AURELIANI IMP. 3.

[1] AD num. I. & seq. Coss. *Quietus*, & *Voldumianus*. *Aurelianus* non hoc anno, ut existimavit Baronius, sed præcedenti *plenus irarum* iterum Romam petiit, & Senatores quosdam morte affecit, ut anno præcedenti demonstravimus ex Zosimo, I. *Consules*. II. *Zenobia, quæ Paulo Samosatenо patrocinabatur victa.*

NOTÆ [1] *Coss. Quietus, & Voldumianus*. Sine prænomiuibus, quemadmodum de more in vulgatis Fastis: *Quieto & Voldumiano*. Suffecti consules feruntur *Metius Falconius*, & *Nicomachus*, de quibus Vopiscus in Tacito.

CHRISTI 273. | FELICIS PAP. I. | AURELIANI IMP. 3.

tus fuisse videtur suis litteris, quod in templo (ut dictum est) cunctati libros inspicere Sibyllinos, perinde ac si in Ecclesia Christianorum essent, rem segnius egerint.

II. (*a*) *Vopiscus in Aureliano.* (*b*) *Apud Sur. 22. Aug. to. 4.*

Quod vero, qui ab Aureliano sunt interfecti, dicantur (*a*) a Vopisco seditionis auctores; ejus criminis, nempe seditionis, his plane temporibus infamari solitos Christianos, Acta (*b*) Symphoriani, quæ habentur germana, significant, quibus dicitur: *Adfuit & Symphorianus; & cum nollet statuam Berecynthiæ, quæ carpento vehebatur agminibus stipata populorum, per contemptum adorare; publicæ seditionis prætextu comprehensus tenetur, & Heraclio Consulari offertur.* Addictissimum plane fuisse avitæ superstitioni, ex eo quoque facile potest intelligi, quod cum neminem voluerit habere collegam Imperii, Herculem tantum dixit suum esse consortem, quem & nominavit Augustum, quod docet vetus inscriptio, his scilicet verbis (*c*):

Hercules consors Aureliani.

(*c*) *Extat Pisauri in Umbria in Palatio Ducis Urbini.*

HERCULI
AUG.
CONSORTI
D. N.
AURELIANI
INVICTI.
AUG.
RESPUB. PIS.
CURA AGENTE.
C. JULIO PRISCIANO V. C. DUC.
CUR. R. P. ET FAN. PIN.

III. Aurelianus vetatur persequi Christianos.

Aurelianus vero, licet jam sic in Christianos permotus esset; nequaquam tamen, quod vehementer optaret, cum primum voluit persecutionem lege statuere, sibi licuit; divinitus enim, quo minus id faceret, est impeditus, prout Eusebius (*d*) narrat, sic dicens: *Verum Aurelianus tempore sui Imperii progrediente, alienа opinione & prope contraria de nobis concepta, quibusdam jam consiliis impulsus fuit, ut persecutionem contra nos cieret. Creber de hac re apud omnes sermo ferebatur. Sed tamen jam jam prope dixerim, Aurelianum, cum litteras contra nos compositas manu subscriberet, divina ultio subito occupavit; quæ cum, brachiorum commissuris enervatis, illum ab instituto repressit; tum omnium oculis clare & manifesto spectandum subiecit, quo modo mundi Principibus ne minima quidem data sit facultas aliquid contra Christi Ecclesias moliendi, nisi prepotens Dei manus divino suo & cælesti judicio, temporibus quibus Ecclesiam probare decrevit, istud disciplinæ & castigationis causa perfici & expleri permiserit*: Hucusque de persecutione indicenda potius, quam indicta Eusebius. (*d*) *Euseb. lib. 7. c. 24. in fin.*

IV. (*e*) *Eusebius in Chronico.* (*f*) *Oros. lib. 7. c. 23.*

Verum ipsum persecutum esse Fideles, & ob eam causam cælesti vindicta esse sublatum, alibi (*e*) affirmat. Sed fefellit Orosium (*f*), cum putavit, nullam sub eo persecutionem vexasse Fideles; sed eo tempore quo Aurelianus in Christianos persecutionem decerneret, esse, Deo ulciscente, necatum; ac proinde persecutionem fuisse tantummodo intentatam. Quod si verum est; unde tot martyres in persecutione Aureliani passi inveniuntur? Unde, inquam, est, quod nona hæc persecutio tum a S. Augustino (*g*), tum ab aliis numeratur, & a sancto Leone nomi- (*g*) *Aug. de civitat. Dei lib. 18. c. 32.* Aurelianus persecutus est Christ.

PAGIUS

simo, Vopisco & Idacio inter se collatis. Ubi Zosimus & Vopiscus de ea Aureliani vindicta, & murorum Urbis dilatatione locuti sunt, communi consensu scribunt, hunc *contra Palmyrenos, id est, contra Zenobiam, quæ filiorum nomine Orientale tenebat Imperium*, iter flexisse; quod præsenti anno factum, ex iis, quæ mox dicemus, constabit. Multa in itinere ac magna bellorum genera confecit. Nam in Thraciis & in Illyrico occurrentes Barbaros vicit. Recepta *Tyana* Antiochiam brevi certamine obtinuit. Pugnatum est post hæc de summa rerum contra *Zenobiam*, & Zabam ejus socium apud *Emessam*. Fugata est *Zenobia* cum Zaba, & plenissime parta victoria. Dein undique *Palmyram* obsedit, & post multa mulierem potentissimam vicit. Victor itaque Aurelianus, totiusque jam Orientis possessor, cum in vinculis Zenobiam teneret, in *Europam* rediit. Hæc summarie ex Vopisco in Aureliano excerpta, quæ currenti anno gesta esse ostendit Eusebius in Chronico secundum editionem Scaligeri, ubi Zenobiam Palmyrenorum Reginam ab Aureliano captam tradit anno Abrahami 2288. qui cum mense Septembri currentis Christi anni absolvitur. *Non sequenti sed currenti anno.*

III. Præterea extat in Gaza Regia Nummus æreus mediæ magnitudinis Zenobiæ Augustæ, in cujus postica legitur: L. E. id est *anno quinto*. Tres similes recitat Mediobarbus eodem anno insignitos. Quare non dubium, quin *Septimia Zenobia*, sic in nummis vocata, currenti anno in potestatem Aureliani venerit; cum jam ab anno CCLXVII. regnum inierit. Mediobarbus, qui initium ejus Imperii perperam cum anno Christi CCLXVI. copulavit, non bene etiam eam anno insequenti captam scripsit: sic enim non annis quinque, sed annis septem imperasset. Ex hac Aureliani victoria anno suo reddita intelligimus, *Paulum Samosatenum* ante præsentem annum ex Ecclesia Antiochena deturbatum non esse, licet jam a triennio a Synodo Antiochena secunda tanquam novæ hæreseos Auctor damnatus fuisset. Cum enim penes Zenobiam Antiochia esset, eaque illi patrocinaretur, posterioris Concilii Antiocheni decretum executioni mandari non potuit ante præsentem annum quo *Aurelianus* Antiochiam, & Imperium Orientale recepit. Baronius hoc bellum adversus Zenobiam male in annum sequentem distulit.

IV. *Persecutio ab Aureliano decreta.*

A. num. III. ad XI. Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, persecutionem Aurelianeam brevem fuisse accurate scripserat: sed hanc sententiam ob ingentem eorum numerum, qui, Aureliano imperante, martyrium subiere, in Annalibus mutavit, ejusque initium præsenti Christi anno affixit. Baronium omnes deinde Baron. n. III. & seqq.

secuti

natur octava, ſicut & alii eamdem cum eo ineuntes numeri rationem? Ipſe enim S. Leo dum Conſulum meminit Probi atque Paulini, quorum Conſulatus (ut dicemus) contigit anno ultimo Aureliani, ſic ait (*a*): *Cum octava jam in Chriſtianos ebulliret perſecutio, & innumera martyrum millia ipſius ſuis victoriis probaviſſet, &c.* ſed & in eumdem quoque errorem lapſum videtur eſſe Severus (*b*), qui hanc neque inter perſecutiones recenſuit.

(*a*) S. Leo de Pentecoſt. ſerm. 2.

(*b*) Severus hiſt. lib. 2.

V. Aurelianus haud ceſſavit omnino perſequi fideles.

Verum quod ait Euſebius, ipſum id aliquando tentantem, abſterritum numine, quieviſſe; intelligendum quidem eſt, vel de aliquo edicto ab ipſo ſcribendo in Chriſtianos Eccleſiæ Palæſtinæ, ubi ipſe agebat Euſebius; quos Deus tunc non permiſit perſecutione vexari: vel ſi generale ab eo conceptum edictum fuiſſe dixerimus; neceſſe erit affirmare, ipſum tunc impeditum, atque eo modo detentum, ſic quieviſſe; non tamen ut penitus ab incepto deſtiterit; ſed quod in Chriſtianos ſemel aggreſſus eſt ſcelus, iterum poſtea fuerit proſecutus, ac Deo permittente perfecerit. Id quidem affirmare nos cogunt tum complures martyres, qui ſub Aureliano Imperatore paſſi dicuntur, tum auctoritas tantorum Patrum perſecutionem Aureliani inter alias numerantium, tum denique teſtificationes certorum Acto-

PAGIUS ſecuti ſunt, contra fidem Antiquorum, qui eam breviſſimam fuiſſe tradidere. Quod ſi præſenti anno ea decreta fuiſſet, non ſolum per aliquot annos duraſſet; ſed & Aurelianus eodem tempore Chriſtianis faviſſet, & in eoſdem deſæviſſet, quod nullus ſibi perſuaſerit. Imperiale enim edictum hoc anno adverſus Paulum Samoſatenum emiſit, ut mox diximus. Imo Euſebius lib. 7. cap. 30. poſtquam de affectu Imperatoris erga Chriſtianos locutus eſt, ait: *Proceſſu vero temporis aliter de nobis ſentiens, quorumdam conſiliis cœpit impelli, ut perſecutionem adverſus noſtros commoveret.* Imperatoris itaque judicium in favorem Pontificis Romani, & Pauli Samoſateni dejectio perſecutionem præceſſit, eaque nonniſi proceſſu temporis poſt Imperiale edictum excitata eſt, ut docet Euſebius citatus, qui ideo in Hiſtoria confirmat quod jam in Chronico ſcripſerat, Zenobiam nempe præſenti anno captam & *proceſſu temporis*, ſeu ſub finem Imperii Aureliani, perſecutionem ab eo decretam.

V. Brevis fuit.

Antiqui omnes, qui de ea locuti ſunt, brevem eam fuiſſe affirmarunt. Lactantius lib. de Mortibus Perſecutorum cap. 6. *Aurelianus*, inquit, *qui eſſet natura vesanus & præceps, quamvis captivitatem Valeriani meminiſſet, tamen oblitus ſceleris ejus & pœnæ iram Dei crudelibus factis lacceſſivit. Verum, illi ne perficere quidem. quæ cogitaverat, licuit; ſed protinus inter initia furoris ſui extinctus eſt. Nondum ad Provincias ulteriores eruenta ejus ſcripta pervenerant, & jam Canofrurio, qui locus eſt Thraciæ, cruentus ipſe humi jacebat, falſa quadam ſuſpicione ab amicis interemtus.* Euſebius lib. 7. cap. 30. ait: *Eum paratum jam, & compoſitis contra nos edictis, ut ita dixerim, ſubſcribentem, ulta eſt Divina juſtitia, quaſi conſtricto cubito conatum ejus reprimens.* Jam in Chronico perſecutionem ultimo Imperii Aureliani anno recitarat: Mittoque hic Georgium Syncellum, Hermannum Contractum, Marianum Scotum, Zonaram in Aureliano alioſque, qui idem cum Euſebio ſcripſere.

VI. Antiqui de perſecutione Aureliana locuti ſunt.

Baronius in Annalibus ait: Aurelianus licet ſic jam in Chriſtianos permotus eſſet, nequaquam tamen, quod vehementer optaret, cum primum voluit perſecutionem lege ſtatuere, ſibi licuit: divinitus enim, quominus id faceret, eſt impeditus, prout Euſebius narrat, ſic dicens: *Verum, Aurelianus tempore ſui Imperii progrediente, aliena opinione, & prope contraria de nobis concepta, quibuſdam jam conſiliis impulſus fuit, ut perſecutionem contra nos cieret. Creber de hac re apud omnes ſermo ferebatur. Sed tamen jamjam prope dixerim, Aurelianum, cum literas contra nos compoſitas manu ſubſcriberet, Divina ultio ſubito occupavit: quæ cum brachiorum commiſſuris enervatis, illum ab inſtituto repreſſit, tum omnium oculis clare & manifeſto ſpectandum objecit, quo modo mundi Principibus ne minima quidem data ſit facultas aliquid contra Chriſti Eccleſias moliendi, niſi præpotens Dei manus Divino ſuo & ealeſti judicio, temporibus quibus Eccleſiam probare decrevit, iſtud diſciplinæ & caſtigationis cauſa perfici & expleri permiſerit.* Hucuſque de perſecutione indicenda, potius quam indicta, Euſebius. Verum, ipſum perſecutum eſſe Fideles, & ob eam cauſam cœleſti vindicta eſſe ſublatum, alibi (in Chronico) affirmat. At feſellit Oroſium (lib. 7. cap. 23.) cum putavit, nullam ſub eo perſecutionem vexaſſe Fideles; ſed eo tempore quo Aurelianus in Chriſtianos perſecutionem decerneret, eſſe, Deo ulciſcente, necatum; ac proinde perſecutionem fuiſſe tantummodo intentatam. Hæc Baronius, qui poſtea Euſebium explicare conatur, & perſecutionem graviſſimam fuiſſe dicit, addens, in eumdem quoque errorem lapſum videri *Severum* Hiſt. lib. 2. qui hanc neque inter perſecutiones recenſuit.

VII. Et inter alios Euſebius.

Verum neque Euſebius, neque Oroſius negant perſecutionem ab Aureliano reapſe excitatam fuiſſe; ſed Euſebius per exaggerationem & oratorie loquitur, ut ſæpe in ſua Hiſtoria & in Vita Conſtantini; ideoque in Hiſtoria non retractat, quod jam in Chronico ſcripſerat. Eum rhetorice locutum duo demonſtrant: Primum, *edictis, ut ita dixerim, ſubſcribentem ulta eſt Divina juſtitia.* Nota hæc verba, *ut ita dixerim.* Secundum, *quaſi conſtricto cubito conatum ejus reprimens*, ex verſione Valeſii. Quare Euſebius contrarius non eſt Lactantio, qui prodit perſecutionis decretum reipſa emiſſum fuiſſe, ſed antequam ad ulteriores Imperii Provincias perlatum eſſet, Aurelianum interiiſſe. Ipſemet Euſebius nobis conſervavit Orationem Conſtantini Magni ad Sanctorum cœtum, ubi hic Imperator in cap. 24. quod inſcribitur: *De Decii, Valeriani, & Aureliani calamitoſo vita exitu, ob perſecutionem Eccleſiarum*, Aurelianum ita alloquitur: *Tu etiam, Aureliane, omnium ſcelerum incentivum, cum in Thraciam quaſi aperto marte & inſana mentis impetu ferebaris, in media via caſus, orbitas in via impreſſas impio cruore compleviſti?* Quod ſi minas tantum Aurelianus intentaſſet, nullumque Chriſtianum ſanguinem fudiſſet, eum inter ſæviores Eccleſiæ perſecutores Conſtantinus non recenſuiſſet. Quare Euſebio in mentem venire non potuit, ab Aureliano nullam reapſe perſecutionem exercitam eſſe.

Neque

ctorum martyrum, quibus habetur intextum ipſum ab Aureliano reſcriptum contra Chriſtianos ad provinciarum Præſides datum: quod quidem in Actis (*a*) ſane probatis S. Symphoriani martyris nuper a nobis citatis his verbis conſcriptum habetur; ubi hæc præmittuntur de ejus coram Heraclio Conſulari egregia Chriſtiani nominis confeſſione:

(*a*) Apud Surium 22. Aug. tom. 4.

VI. Ex actis Symphoriani.

Heraclius pro tribunali ſedens ait ad eum: Nomen tuum, conditionemque edicito. Ille reſpondit: Symphorianus dicor: Chriſtianus ſum. Judex dicit: Chriſtianus es? Nos igitur (ut video) latuiſti. Symphorianus reſpondit: Paulo ante jam dixi: Chriſtianus ſum: Deum vivum adoro, qui eſt in cœlis; ſimulacrum vero

dæmonis non ſolum non adoro; verum etiam, ſi permittitis mihi, malleis illud meæ auctoritate comminuam. Judex ait: Iſte non ſolum ſacrilegus, ſed etiam rebellis conatur exiſtere: An non hujus loci civis ſit, dicat Officium. Dictum eſt ab Officio: Hinc eſt, & quidem ex nobili familia. Judex ait: Applaudis tibi Symphoriane glorioſæ indole; & hæc fama cœpit tibi ſubambiguo mendacium perſuadere. Forſitan ignoras quid Principum noſtrorum decreta ſanxerint? Ea ergo ab Officio recitentur. Lectum eſt ab Officio.

VII. Reſcriptum Aureliani.

Aurelianus Imperator adminiſtris Rectoribus provinciarum: Comperimus ab his, qui ſe noſtris temporibus Chriſtianos dicunt, legum præcepta violari. Hos er-

PAGIUS VIII. Sicuti & Oroſius.

Neque aliter loquitur Oroſius, qui caput a Baronio citatum ita inſcribit: *De IX. perſecutione per Aurelianum in Chriſtianos facta: illudque his verbis incipit: Noviſſime cum perſecutionem adverſum Chriſtianos agi, IX. a Nerone decerneret: fulmen ante cum magno terrore circumſtantium ruit, ac non multo poſt in itinere occiſus eſt.* Neſcio an Oroſius Opus ſuum per capita diviſerit, an vero, quod non raro contigit, id ab alio præſtitutum fuerit, cum hujus Scriptoris MSS. evolvendi nunc facultas non ſit; ſed non dubito, quin ille tantum indicare voluerit, eam perſecutionem brevem fuiſſe; cum non ſolum Aurelianum nonum a Nerone perſecutorem vocet, ſed etiam ſcribat, eum, cum perſecutionem agi decerneret, non multo poſt in itinere occiſum eſſe, ideoque & poſt edictum aliquanto tempore adhuc viviſſe. Nec refert, quod Severus Sulpicius perſecutionis Aurelianeæ mentionem non fecerit; cum eam, quæ ſub Antonino Pio excitata eſt, prætermiſerit, &, poſtquam locutus eſt de perſecutione Dioletianea, ſcribat: *Etenim ſacris vocibus, decem plagis mundum afficiendum, pronuntiatum eſt: ita cum jam novem fuerint, quæ ſupereſt, ultima erit*, ſc. ea quæ ab Antichriſto excitabitur. Quare Severus novem tantum perſecutiones numerat, quia denarius perſecutionum numerus arbitrarius eſt, & quam perſecutionem unus recenſet, alter omittit. Ita in prima hujus Tomi editione. Sed poſtea cum anno MDCXC. Pariſiis eſſem, vidi varia MSS. Hiſtoriæ Oroſii tam in Bibliotheca Regia quam in Colbertina aſſervata, in quibus capita ſingula ſine titulo extant, niſi quod in quibuſdam annus Urbis legitur. Et profecto in MSS. Hiſtoriæ Bedæ, Plinii, & multorum aliorum tituli capitibus non præfiguntur, ideoque ii a poſterioribus additi.

IX. Perperam, tantum intentatam, a quibuſdam ſcriptum.

Hæc in Diſſertatione Hypatica parte 3. cap. ultimo num. 13. & ſequenti delibavi, & Cardinalem doctiſſimum in Euſebii, Oroſii & Severi mentem non ſatis penetraſſe, ſcripſi. Poſt eam in lucem emiſſam prodiere Diſſertationes Cyprianicæ, Auctore Henrico Dodwello Proteſtante Hiberno doctiſſimo, in quarum undecima num. LXIV. probare conatur, *intentatam* duntaxat fuiſſe ab Aureliano, non item executioni mandatam perſecutionem, Baronium recte Euſebium & Oroſium intellexiſſe, & immerito me illum hoc nomine rejeciſſe. Ad illud oſtendendum non ſolum laudatum a me Oroſii locum, ſed etiam alium ex eodem Auctore cap. 27. in medium adducit, quem clariorem priore eſſe dicit: *Nona correptio fuit, cum Aureliano perſecutionem de-*

cernenti diris turbinibus terribile ac triſte fulmen ſub ipſis pedibus ruit. Plane innuit, inquit „ Dodwellus, cum moveretur ab Aureliano perſecutio, lapſum illud eſſe fulmen, non cum „ illam moviſſet, & unum dumtaxat intervallum conſtituit a decreto Aureliani ad ejuſ„ dem cædem, non duo, ut Hieronymus, a „ decreto ad fulmen aliud, aliud a fulmine ad „ necem Aureliani. Ita Dodwellus. At nullus „ fui melior interpres quam ipſemet. Quare cum Oroſius jam capite 23. inter decretum Aureliani ejuſque interitum aliquod temporis intervallum fluxiſſe ſcripſerit, & in hoc ultimo loco de edicto ac fulminis caſu tantum loquatur, Oroſium clarius in hoc, quam in priori loco locutum, immerito Vir Clariſſimus aſſerit, præſertim cum in ultimo Aureliani mortem taceat, quam tamen in primo diſerte commemoraverat: Denique idem intervallum inter edictum & cædem hujus Imperatoris Hieronymus in Chronico Euſebiano etiam obſervavit; ait enim: *Aurelianus, cum adverſum nos perſecutionem moviſſet, fulmen juxta eum comitesque ejus ruit: ac non multo poſt inter Conſtantinopolim & Heracleam in Canophrurio vix veteris occiditur.*

X. Refellitur Dodwellus.

Nec ſatisfacit Dodwelli reſponſio, qui de Hie„ ronymo ait: Profecto male mentem Euſebii „ quæſivit potius in Chronico, quam in Hiſto„ ria; in primis Euſebii, quam in ſecundis ejuſ„ dem cogitationibus; in Interprete, quam in „ Græco ejus originali; in Opere interpolato, „ quam in puro nulliſque interpolationibus ab „ Auctoris mente immutato. Nam Hieronymus hoc in loco, ſi illum Chronico Euſebiano addiderit, Euſebii mentem recte aſſecutus eſt, licet magis aperte quam Euſebius in Hiſtoria rem explicarit. Certe ipſemet Dodwellus in laudata Diſſertatione num. XXXVI. exiſtimans, Euſebium perſecutionem Marci Aurelii in Hiſtoria anno hujus Imperatoris XVII. confignaſſe, in Chronico vero anno ejus VII. dumtaxat, Chronicon ſequitur contra regulam a ſe ſtatutam, & mox a nobis relatam; neque hunc locum, uti eum qui de perſecutione Aurelianea eſt, Hieronymo attribuit. Verum itaque eſt, Euſebium potius in Hiſtoria, quam in Chronico ſequendum, ut etiam Valeſius in Notis ad Euſebium lib. 4. cap. 12. monet; ſed a veritate alienum, quoad perſecutionem Aurelianeam Euſebium in Hiſtoria aliter ſentire, quam in Chronico, & denique perſecutionem, quæ in Chronico anno ſeptimo Marci legitur, eamdem eſſe cum ea quæ in Hiſtoria anno decimo ſeptimo ejuſdem Imperatoris recitatur, ut ſuo loco dixi.

Pro-

go comprehensos, nisi diis nostris sacrificaverint, diversis pœnis subdite. Ut habeat & districtio prolata justitiam, & in resecandis criminibus ultio terminata jam finem: Hucusque rescriptum, quod Aureliani plane spiritus reddit, quippe qui se jam omnibus præseferret severissimum legum vindicem. Cum enim (quod sæpe dictum est superius) Christiani a Gentilibus nefandis quibusdam calumniose impeterentur criminibus; perfacile fuit eorum prætextu suadere Aureliano, in eosdem legibus ultricibus agere. Quamobrem quod diximus in nostris Notis, nonnisi ultimo anno ejus Imperii Aurelianum in Christianos sæviisse, alios nimis facile consectati; ex his ducimus corrigendum.

VIII. Sententia in Symphorianum.

Quod vero ad Symphorianum spectat; post liberam & Christiano homine dignam confessionem, post virgas & carcerem, quæ iisdem Actis continentur, demum hujusmodi Heraclius Consularis in eum sententiam tulit:

Symphorianus, publici criminis reus, qui diis nostris sacrificare detrectans, sacrilegio se obstrinxit, sacris etiam auris nefariis vocibus injuriam irrogavit; gladio ultore feriatur; ut, dum crimina funesta coercentur, deorum pariter & legum vindicetur injuria: Et post hæc Acta.

IX. Symphoriani martyrium.

Ea prolata sententia, cum vir beatus duceretur ad mortem, Christi victima futurus; venerabilis mater ejus de muro fedula illum voce & oratione ita exhortabatur: Nate, nate Symphoriane, memento Dei vivi. Concipe fili, concipe animi constantiam; Timere non possumus mortem, quæ citra dubium perducit ad vitam. Sursum, fili, corde erecto, aspice illum qui regnat in cœlis. Hodie tibi, nate, vita non tollitur, sed mutatur in melius. Et quamvis angustus callis & iter durum & scopulosum ærumnas & afflictiones afferat; attamen hæc via est, in qua percussorem tuum prostratus interficis. Faceßat igitur metus tormentorum, quando brevissimo vitæ curriculo propinqua meta finem imponit. Si hodie perduraveris, fili; ad cælestem gloriam & supernam nobilitatem felicissima consummatione migrabis. Ita ergo S. Symphorianus, extra muros eductus, a carnifice cæsus est: Hæc Acta, atque alia de sepultura ejus, apud fontem extra agrum publicum in cellula parva composita; dies vero ejus natalis undecimo Kalendas Septembris est perpetuæ memoriæ consecratus.

X. Alii martyres.

Sed & eodem quoque in loco passi sunt, eadem persecutione Aureliani urgente, civitatis ejusdem Episcopus Reverianus, & Paulus presbyter, cum aliis decem, quorum natalis dies Kalendis Junii adscriptus habetur in Ecclesiasticis (*a*) tabulis; quos ex die passionis conjicimus ante Symphorianum potius esse passos, quam in alium annum esse dilatos. Sed de aliis martyribus sub Aureliano dicemus inferius. Jam ad Felicem Pontificem redeamus.

(*a*) Martyrolog. Rom. die 1. Junii.

XI. Felix Papa de fide Catholica ad Maximum.

Cum Felix in locum Dionysii subrogatus fuisset; insistens prædecessoris vestigiis, nihil antiquius habuit, quam hæreses insurgentes in Ecclesiam profligare; quamobrem cum recens esset vulnus a Paulo Samosateno inflictum Catholicæ veritati, necdum obducta cicatrix de errore Sabellii; ipse de Filii Dei divinitate, ac pariter humanitate, naturisque duabus in una persona distinctis, ad Maximum Episcopum Alexandrinum, Dionysii successorem, scripsit epistolam; qua, veluti ancipiti gladio, utramque hæresin uno ictu confoderet; ut dum in Christo naturam monstraret divinam indivise humanitati conjunctam, Pauli hæresin condemnaret; dum vero humanam in eodem prædicaret a divina esse naturæ proprietate distinctam, & divinæ substantiæ in tribus personis subsistentiam demonstraret, Sabellium confutaret.

XII. Fragmentum Felicis Papæ epistolæ. (*b*) Concil. Chalced. Act. 1. * Maximum.

Excidit ipsa, sicut aliæ plurimæ aliorum Romanorum Pontificum adversus hæreticos epistolæ scriptæ; sed ejus reliquum tantum est breve fragmentum, recitatum in Concilio Chalcedonensi (*b*) his verbis: *Ex epistola Felicis Episcopi Romani & martyris ad Maximianum * Episcopum & clericos Alexandriæ. De incarnatione vero Verbi & fide credimus in Dominum nostrum Jesum Christum ex Maria virgine natum; quoniam ipse est æternus Dei Filius, nec enim hominem assumpsit Dei filius, ut esset alter præter ipsum. Sed Deus existens perfectus, factus est simul & homo perfectus incarnatus ex virgine:* Hæc ibi. Recitat hæc ipsa Cyrillus (*c*) in sua defensione duodecim capitibus scripta.

(*c*) Cyril. in Apol.

XIII. Error de Felicis Papæ epistola.

Sed illud plane decepit multos, quod cum tam in Synodo Chalcedonensi, quam apud Cyrillum post epistolam Julii Papæ, attexitur illud fragmentum epistolæ Felicis Pontificis; existimarint eam non fuisse prioris Felicis, sed posterioris, qui vixit sub Constantio Imperatore; idque nonnulli licet insigniter eruditi viri, dum de Felice secundo, qui sedit sub Imperatore Constantio, Romæ sub Gregorio XIII. Romano Pontif. controversia agitaretur; quibus vix tandem (non puto tamen omnibus) persuadere po-

PAGIUS XI. *Ea opinio magis confutatur.*

Producit etiam Dodwellus Lactantii locum numero quinto a nobis citatum, aitque, si *perficere quæ cogitaverat* (Aurelianus) *non licuit*, ut tradit Lactantius, nullos ejus decreto factos Martyres fuisse necesse est. Verum, ex eo loco Lactantii istis temporibus proximi ea Dodwelli sententia jugulatur. Lactantius enim dicit quidem, *Aurelianum*, quæ cogitaverat, perficere non potuisse, non vero ei illa inchoare non licuisse; at persecutionem inchoasse statim subdit: *Sed protinus inter initia sui furoris extinctus est*; non itaque ante ejus initium, sed antequam eam perficere & ad finem perducere posset: quod sequentibus verbis magis confirmat. *Nondum*, inquit Lactantius, *ad Provincias ulteriores cruenta ejus scripta pervenerant, & jam cruentus ipse humi jacebat*: pervenerant ergo ad Provincias viciniores Thraciæ, ubi interfectus est. Quibus etiam verbis Lactantius confirmat quod in Chronico Eusebii & apud Orosium citatum traditur, inter decretum persecutionis & Aureliani cædem, aliquod temporis spatium intercessisse. Imo ex his Lactantii verbis intelligimus, Eusebii in Historia loquendi modum paulo obscuriorem, cum de hac persecutione loquitur: quia inter Eusebium in Historia, & Lactantium in libro de Mortibus Persecutorum egregie convenit, ut ex collatione utriusque manifestum fit. Quare alius Eusebii locus, quem Dodwellus in medium adducit, nobis negotium facessere non debet. Eusebius lib. 8. cap. 4. loquens de persecutione, quam Diocletianus adversus milites excitavit, antequam in omnes generatim Christianos sæviret, ait: *Tunc cum Diabolus, qui potestatem accepit hujus mundi, tanquam ex altissimo sopore excitari primum cœpisset, & post illud temporis intervallum, quod persecutionem Decii ac Valeriani subsecutum est, clam adhuc & occulte insidiaretur Ecclesiæ, tunc, inquam, cornero erat quamplurimos, qui abjecta militia privatam vitam amplecti maluerunt*, &c. ubi a Valeriani persecutione ad Diocletianeam Eusebius transit. Verum, ideo Eusebius eo in loco Aureliani non meminit, quia persecutio ab eo excitata brevissima fuit; cum e contra tam Decii, quam Valeriani persecutiones diuturnæ fuerint; ob quam etiam rationem Numeriani & Maximiani Herculii mentionem non facit, qui tamen ante persecutionem Dioclet ianeam, Ecclesiam vexarunt, ut ex Annalibus liquet.

XII. S. Augustinus persecutionem Aurelianeam notat.

Denique Augustinus, qui seculo post Aurelianum vixit, lib. 18. de Civitate cap. 52. Ecclesiæ persecutiones recensens, nonam ab Aureliano excitatam scribit, cujus fidem nullus jure elevabit, aut eum de persecutione tantum intentata cum aliqua verisimilitudine explicabit. Nec magis quam Augustinus hoc ignorare potuit S. Leo, qui Augustino coævus extitit. Ipse sermone 2. de Pentecoste de persecutione Aurelianea scribit: *Cum octava jam in Christianos ebulliret persecutio, & innumera Martyrum millia ipsis suis victoriis probavisset*, &c. Occiso Aureliano, uno aut altero mense, ut videtur, postquam persecutionis edictum emisit, ea post ejus interitum per aliquot menses duravit, per interregnum videlicet, quod sex mensium fuit; & quicumque Christiani martyrium tunc passi sunt, sub Aureliano in Martyrologiis passi dicuntur, quia videlicet virtute ejus decreti occisi. Post primam hujus Tomi editionem Ruinartus *publicavit Acta primorum Martyrum* sincera & selecta, in quorum Præfatione generali Dodwellum etiam confutavit, quem tamen non pauci Protestantes secuti sunt.

XIII. S. Symphorianus martyrio coronatur.

Sanctus Symphorianus de cujus martyrio agit Baronius num. II. V. & seqq. non *Aureliano* imperante, sed *Marco Aurelio* habenas Imperii regente, passus videtur Æduæ seu Augustoduni, quæ civitas Galliarum in hodierno Burgundiæ Ducatu, & sub Metropoli Lugdunensi sita, etiamnum celebris, sub Romanis clarissima fuit. Ita conjicit Ruinartus in Actis Martyrum sinceris pag. 67. & seqq. ubi hujus sancti Martyris Acta, quæ Baronius sincera recte judicavit, profert & illustrat, existimatque num. II. Actorum ubi legitur, *Aurelianus Imperator omnibus administratoribus suis atque Rectoribus*, loco Aureliani, legendum esse Aurelium, qui alius non est quam *Marcus Aurelius*, qui, ut suo loco diximus, anno CLXXVII. septimo Quinquennalia edidit, dum XVII. Imperii annum ageret, quo tempore violenta adversus Christianos persecutio commota est *ex incursione populorum*, sub qua multi Martyres in Galliis visi, ut videre est in hoc Opere anno CLXXVII. uti enim notat idem Ruinartus in MSS. codicibus Aurelius & Aurelianus, Fabius & Fabianus, Valerius & Valerianus, aliaque similia nomina sæpius confunduntur, & in plerisque codicibus MSS. *Symphorianus* dicitur a *Sancto Benigno* baptizatus, & a *sancto Andochio* susceptus, a quibus non dissentit Missale Gothicum a Mabillonio lib. 3. de Liturgia Gallicana publicatum num. 63. Benignum autem & Andochium Presbyteros cum Thyrso Diacono & Felice in Galliam a sancto Polycarpo missos fuisse, tradunt vetera Martyrologia, Bedæ sincerum, Adonis, Usuardi, Rabani, Notheri & aliorum. Quomodo itaque Symphorianus, imperante Aureliano martyrium passus dici potest? Horum igitur Actorum initio ubi legitur, *sub Aureliano Principe*, cum adversus Christianum nomen persecutionis dira procella detonaret, legendum, *sub Aurelio Principe*.

XIV. *At non sub Aureliano, sed sub Marco Aurelio.*

Erat tunc in Augustidunensi urbe Fausti nobilis viri filius nomine Symphorianus, Christiana familia, inquiunt Acta. Ædua civitas Berecynthiæ, Apollinis & Dianæ cultum speciali dilectione venerabatur, & ad *Berecynthiæ matris Dæmonum profanam solemnitatem populorum multitudo convenerat*. Diu perseveravit apud Æduenses hæc erga Berecynthiam falsa religio, cujus simulacrum cum pariter tempore Simplicii Æduensis Episcopi deferretur, hujus Antistitis precibus in terram ruit, nec ullo pacto moveri ultra potuit; quo miraculo multi permoti fidem susceperunt, ut narrat Turonensis lib de Gloria Confessorum cap. 77. Cum Symphorianus simulacrum illud adorare nollet, nec Diis sacrificare, cæsus in carcerem trusus est, tandemque capite damnatus ductus ad victimam, quem mater commonuit, ut in mente Deum vivum haberet, & morti traditus *in parva cellula sepultus, semper tamen virtutibus se publicavit; ita ut ipsis quoque Gentilibus ob miracula & sanitatum beneficia stupentibus, maxima honore ea tempestate haberetur*, ut legitur in iisdem Actis. Cellula illa post aliquod tempus in celebrem Basilicam mutata est, cui cum monasterium fuisset adjunctum, Abbas præfuit Sanctus Germanus postea Parisiensis Episcopus, qui teste Venantio Fortunato in ejus Vita, tanta devotione erga hunc sanctum Martyrem ferebatur, ut singulas fere noctes quandiu Augustoduni mansit, prope ejus sepulcrum transigeret. Quod si Symphorianus imperante Aureliano martyrium pertulisset, ut communis fere sententia, illud non cum currenti anno allegandum esset, sed cum anno CCLXXV. cum persecutio Aurelianea ante illum annum non cæperit; verum Ruinarti conjectura mihi optima videtur.

potui perspicuam adeo veritatem, epistolam illam Felicis Papæ & martyris esse primi Felicis qui eodem anno (ut dictum est) quo Maximus sive Maximianus successit Dionysio Alexandrino, subrogatus est in locum Dionysii Romani Pontificis; cum iidem cœptum bellum ab eis, qui antegressi erant, Episcopis adversus Sabellium ac Paulum Samosatenum, ardentibus animis sunt prosecuti; cujus rei gratia idem Felix (ut diximus) ad Maximum Alexandrinum ejus argumenti citatam scripsit epistolam. Id quidem affirmare cogit ratio temporis: nam Maximus Alexandrinus hoc tempore sedit Episcopus, ad quem ea epistola scripta legitur; & licet nomen non exprimatur Episcopatus; tamen quod (ut præfert titulus) simul ad ejusdem Ecclesiæ clericos data habeatur, omnis de ea re dubitatio cessat, an fuerit Episcopus Alexandrinus, & hoc tempore; cum præsertim nullus ejus nominis Felicis secundi tempore sederit Alexandriæ Episcopus, sed hoc tempore Felicis primi eam rexerit Maximus (ut dictum est) in Dionysii locum suffectus. Quod probe intelligens Vincentius Lirinensis (*a*), priori loco nominat Felicem, mox Julium, habita temporum ratione, quæ (quod ad rem non pertineret) in locis citatis prætermissa fuisse videtur. Testatur namque idem Vincentius in Concilio Ephesino inter alia testimonia Patrum, lectam fuisse quoque epistolam Felicis Papæ & martyris.

(*a*) Vincent. Lirinen. adver. hæres. cap. 42.

JESU CHRISTI ANNUS 274. FELICIS PAP. ANNUS 2. AURELIANI IMP. ANNUS 4.

I. SEquens annus Christi ducentesimus septuagesimus quartus Consulatu Taciti & Placidiani adnotatur in Fastis; quo (quantum ex Vopisco (*b*) colligi licet, & ex Eusebii Chronico affirmari) gestum est ab Aureliano bellum adversus Zenobiam Palmyrenorum Reginam, quæ post Odenati viri sui obitum, quod ille invaserat, filiorum nomine possidebat Romanum Imperium Orientis; quam Aurelianus obtinuit, duxitque in triumphum captivam; Longinum vero philosophum, de quo superius facta est mentio, necari jussit, quod scriptor est creditus insolentium litterarum Zenobiæ ad Aurelialum; sed hæc omnia pluribus Vopiscus. Ad hæc addimus quæ de eadem tradit Trebellius (*c*); nempe post triumphum dimissam liberam, concessamque ei possessionem in agro Tiburtino, non longe ab Hadriani palatio, in loco cui nomen est, Conchæ; ibique tum vixisse una cum filiis more Romanæ matronæ.

(*b*) Vopisc. in Aurel. Aurelianus de victa Zenobia triumphat.

(*c*) Trebel. Pol. de trigin. Tyran. in Zenob. in fin.

II. Sed hæc insuper de ea in Eusebii Chronico: *Zenobia in Urbe summo honore consenuit, a qua hodie quoque Romæ Zenobia familia nuncupatur.* Tradit hoc ipsum Eutropius (*d*). Fortasse ex ea nomen & origenem accepit Zenobius insignis ille Florentinus Episcopus æqualis Ambrosii. Quæ enim ex Hebræis venerat, & exculta erat (ut dictum est) litteris Christianis, damnato jam ejus magistro ac doctore impietatis Paulo Samosateno, &

(*d*) Eutrop. l. 9. Zenobia creditur Christiana.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5766.

SÆC. III. Anno Urbis 1026. Olymp. 263. an. 1. A. C. 273. ☉ 2. E. ☽ 8. P. 20. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 273. *secund. Baronium* 274.

FELICIS PAPÆ 5.

AURELIANI IMP. 4.

I. *Consules.* AD num. I. & seqq. Coss. *M. Claudius Tacitus, & Placidianus*, ut habent Fragmentum Consulare, quo usus Cuspinianus, libellus de Præfectis Urbis, Auctor Chronici Alexandrini, Cassiodorus, Idacius, & Marianus Scotus; ut mirum sit, Onuphrium exhibere *Tacitum & Furium Placidum*, quia ex inscriptione, quam anno Christi CCCXLIII. refert, constat, *M. Macium Furium Placidum* eo anno Consulem ordinarium fuisse. Verum, is Placidus eo Christi anno, Romulo collega, Consul ordinarius, a Placidiano valde diversus.

II. *Bella hoc anno gesta.* Bellum ab Aureliano adversus *Zenobiam* Palmyrenorum Reginam gestum ad annum præcedentem pertinet, ut ibidem ostendimus; triumphus vero hujus Imperatoris anno tantum insequenti exhibitus, ut tunc dicemus. Hic itaque quæ hoc anno ab Aureliano acta, paucis verbis ex Vopisco in Aureliano cap. 30. & seqq. narranda: *Pacato igitur*, inquit Vopiscus, *Oriente in Europam Aurelianus redit victor, atque illic*

NOTÆ [1] *Coss. M. Claudius Tacitus, & Placidianus.* Fragmentum veteris lapidis apud Rupertum in Histor. univers. pag. 381.

DIVO. CLAUDIO. GOTTHICO
&c.
DEDICA. . . . .
. . . . M. CL. TACIT. . . . . .

Fasti vulgares: *Tacito, & Placidiano*, cujus prænomen latet;

& ex Imperii fastu depositam, redditam putamus sapientiorem, atque probe Christianam Romanæ Ecclesiæ fidem esse sectatam. Hæc nos opinari de ea, vehementes illæ admonent conjecturæ, nempe quod ex Judæis, quod instituta inter Christianos, quodque vitam duxerit, adhuc vivente viro, Christiana fœmina sane dignam; quippe quæ (ut Trebellius (*a*) tradit) admirandæ fuerit castitatis; ut ne virum suum quidem sciret nisi tentatis conceptionibus, ac prægnantem factam, ab eo temperasse; talem quippe esse solitam Christianorum continentiam, ex Tertulliano jam diximus. Fuerunt ei reliqui duo filii Timolaus, & Herennianus, Herode natu majore una cum parente Odenato (*b*) jam ante necato.

(*a*) Trebell. Pol. de Trigin. Tyran. in Zenob. in fin.

(*b*) Idem in Gallieno, & Ordenato, atque Zenob.

III. Cum autem a detractoribus Aureliano objiceretur, vile fuisse, Romanum Imperatorem de fœmina triumphasse; hæc ab eo de illis ad Senatum rescripta affirmat Trebellius (*c*): *Audio P. C. mihi objici, quod non virile munus impleverim, Zenobiam triumphando. Ne illi, qui me reprehendunt, satis laudarent, si scirent qualis ista est mulier, quam prudens in consiliis, quam constans in dispositionibus, quam erga milites gravis, quam larga, cum necessitas postulet; quam tristis, cum severitas poscat. Possum dicere, illius esse, quod Odenatus Persas vicit, ac, fugato Sapore, Ctesiphontem usque pervenit. Possum asserere tanto apud Orientales & Ægyptiorum populos timori mulierem fuisse, ut se non Arabes, non Saraceni, non Armenii commoverent. Nec ego illi vitam conservassem, nisi eam scissem multum Romanæ Reipublicæ profuisse, cum sibi vel liberis suis Orientis servaret Imperium, &c.* Hæc de fœmina olim studiosissima Christianitatis, & (ut puto) plene fide Catholica imbuta postea Christiana.

(*c*) Apud eumdem in Zenobiæ. Zenobia qualis.

Annus

PAGIUS *illic Carporum copias affixit.* Addit Vopiscus, *Aureliano rebus Europensibus occupato* nuntiatum esse, quosdam apud Palmyram rebellionem excitasse, huncque ex Europa reversum, Palmyram evertisse: deinde iterum in Europam rediisse: atque illic omnes *qui vagabantur hostes* sua virtute contudisse; interim *res per Thracias Europamque omnem Aureliano ingentes agente, Firmum* quemdam Ægyptum sibi vindicasse *ad defendendas partes, quæ superarant Zenobiæ*; sed Aurelianum *de Carris* (urbs est Mesopotamiæ) redeuntem Tyrannum superasse, ut habet idem Vopiscus in Firmo & aliis Tyrannis cap. 5. Cum vero in Aureliano cap. 22. ait: *Ad quem* (nempe Firmum) *continuo Aurelianus revertit*; non intelligit, inquit Casaubonus in Notis, Aurelianum ex Europa in Ægyptum revertisse, ut posset aliquis ex superioribus colligere: sed cum Europam peteret, deleta Palmyra, & Carras jam pervenisset, iter in Ægyptum flexit, statimque eam *recepit, & cum adhuc Tetricus Gallias obineret, Occidentem petiit: atque ipso Tetrico exercitum suum prodente, quod ejus scelera ferre non posset, deditas sibi legiones obtinuit*, inquit Vopiscus in Aureliano. His adde quæ habet Victor in Epitome de Aureliano loquens: *Ille haud dissimilis fuit Magno Alexandro seu Cæsari Dictatori. Nam Romano Orbem trienio ab invasoribus receptavit*, annis videlicet CCLXXI. CCLXXII. & CCLXXIII.

III. *Gallia ab Aureliano recepta.* Eusebius in Chronico ad annum primum Aureliani scribit: *Aurelianus, Tetrico apud Catalaunos prodente exercitum suum, Gallias recepit.* Sed Gallias hoc tantum anno ab Aureliano receptas ex Vopisco citato intelligimus, qui de *Tetrico* loquitur, postquam Palmyræ eversionem narravit. Victor de Cæsaribus *Tetricum* per biennium imperasse scribit, quod completum fuisse disco ex Nummo a Mediobarbo pag. 400. relato, in quo dicitur, IMP. TETRICUS PIUS AUG. in postica P. M. TR. P. III. COS. P. P. Ex quo Chronologia nostra mirum in modum confirmatur. Cum enim constet, *Tetricum* præsenti anno in potestatem Aureliani venisse, tertio Imperii anno inchoato, anno CCLXX. aut insequenti eum regnare in Galliis cæpisse oportet, ac Victorinum, qui etiam per biennium imperavit, anno CCLXIX. Postumo successisse, sicque falsam esse vulgarem sententiam, quæ hunc Gallieno imperante occisum fert. Cointius in Annal. Ecclesiast. Francorum de Tribus his Tyrannis, qui per annos tredecim Gallias administrarunt non solum exiliter ac jejune locutus est; sed etiam quo quisque anno regnum inierit, aut successori locum dederit, non satis diligenter examinavit.

JESU CHRISTI ANNUS 275. | FELICIS PAP. ANNUS 3. | AURELIANI IMP. ANNUS 5.

ANnus Domini ducentesimus septuagesimusquintus a Consulatu Aureliani Augusti secundo, & Julii Capitolini, nomen accepit; quo ea quæ sunt reliqua persecutionis in Christianos ante concitatæ persequi, ratio temporis exposcit.

Felicis Papæ Martyrium.

Hoc enim anno, iisdemque Consulibus, Felix Papa tertio Kalendas Junii martyrio coronatur. De Consulibus testatur liber de Romanis Pontificibus. Ex quibus plane certa ratione erroris arguuntur, qui sedi Felicis annos quinque vel quatuor tribuerunt; cum constet ex tempore successionis ejus & obitu, sedisse tantum annos duos, & menses quinque, uno minus die; quem etiam consummasse martyrium, certum est; nam & præter ea quæ dicta sunt, epistola scripta ad Ecclesiam Alexandrinam, martyrii titulo nomen ejus inscribit.

II. Altaria esse sepulcra martyrum.

De eo hæc insuper scripta habentur in eodem libro de Romanis Pontificibus: *Hic constituit supra sepulcra aut Memorias martyrum Missas celebrari.* Verum ejusmodi institutionem longe ante Felicis Papæ tempora Ecclesia sibi vendicat, idque testimonio etiam divinæ Scripturæ. Nam quod habet liber Apocalypsis (*a*): *Vidi subtus altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei; & propter testimonium quod habebant, &c.* Demonstratur altaria fuisse sepulcra martyrum; qui quidem mos perseveravit semper in Ecclesia; in idque tam Græci, quam Latini interpretes æque consentiunt, pariter affirmantes, sepulcrum martyrum fuisse

(*a*) *Apoc.6.*

PAGIUS SÆC. III. Olymp. 263. an. 2. Olymp. 263. *secundum Baronium.* Urbis an. 1027. An. C. 274.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5767.

⊙ 3. D. ☽ 9. P. 12. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 274. *secund. Baronium* 275.

FELICIS PAPÆ 5.

AURELIANI IMP. 5.

I. *Consules.*

[1] ANum. I. ad IV. Coss. *Aurelianus Aug. III.* & *C. Julius Capitolinus*, cujus mentio in Inscriptione ab Onuphrio lib. 2. Fastorum relata, in qua cum Aurelianus edatur cum nota numerali II. Onuphrius deduxit, hunc Aureliani Consulatum secundum dici respectu prioris suffecti sub Valeriano gesti, non vero respectu Consulatus Aureliani & Bassi, qui in annum CCLXXI. incidit, quique a viris privatis susceptus. Verumenimvero hallucinatus est Vir doctissimus, ut ex dictis certo constat. Ideo Aurelianus Augustus in ea Inscriptione dicitur Consul II. quia Consulatus suffecti, qualis fuit, quem ante adeptum Imperium Aurelianus iniit, plerumque in Inscriptionibus ceterisque monumentis publicis prætermissi. Sumtus autem hic ab Aureliano Consulatus juxta quintam Consulatuum Cæsareorum regulam, propter nempe triumphum hoc anno gestum, de quo mox fermo erit.

In

NOTÆ [1] *Coss. Aurelianus Aug. III. & C. Julius Capitolinus.* Lapis in Monumentis Brixianis Odavii Rubei, pag.255. num.13. novæ editionis, & apud Gruterum pag.CCLXXV.

MAGNO
AUGUSTO
PRINCIPI. MAX.
IMP. FORTISSIMO
CONSERVATORI ORBIS
L. DOMITIO AURELIANO
P. F. PONT. MAX. TRIB. POT.
V. P. P. COS. III. PROCOS. GOT.
MAX. PALMYR. MAX. GERM.
MAX. ORDO. BRIXIANORUM.

Gruterus pag.CCLXXVI. cum

TR. POT. V. COS. DESIG.
III. &c.
DEDIC. KAL. FEBR.
AURELIANO. AUG. III.
ET MARCELLINO. COS.

Gruterus pag.MLXXXII. 18.

DED. X. KAL. IULI.
D. N. AURELIANO. AUG.
II. C. IULIO. CAPITOLINO. COS.

Legendum III. videtur Relando, nisi de industria *Aureliani* consulatus suffectus omissus fuerit. Vetus alia Inscriptio, edita a Pagio in Dissertatione Hypatica, cum TR. POT. IIII. COS. III. in qua Bandurius tom.I. pag.367. rationem haberi consulatus suffecti, ab Aureliano jam privato gesti, censet. Fasti Idatiani & Vindebonenses: *Aureliano II. & Capitolino.* Prosperi Chronicon: *Aureliano & Capitolino.*

CHRISTI 275. | EUTYCH. PAP. I. | AURELIANI IMP. 5.

fuisse altare, ac super illud offerri consueviſse sacrificia. Felicis ergo decretum stabiliviſse videtur, quod absque scripto canone traditione tantum simpliciter servaretur.

III. Sepultus Felicis Papæ.

Rursus de eodem hæc ibi: *Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros novem, diaconos quinque, Episcopos per diversa loca quinque; sepultus est in cœmeterio suo, ubi & basilicam Ann. Eccl. Tom. III.*

PAGIUS II. *Felicis PP. obitus.*

In Chronico Damasi de S. Felice Papa habetur: *Felix annis quinque, mensibus undecim, diebus viginti quinque. Fuit temporibus Claudii & Aureliani, a Consulatu Claudii & Paterni, usque in Consulatum Aureliani II. & Capitolini.* Quæ verba Cuspinianus in Fastis ex eodem Chronico etiam recitat. Sed loco horum verborum, *annis quinque*, legendum, *annis quatuor*, quemadmodum in Chronico auctiori veterum Pontificum, in Catalogo Palatino-Vaticano, & in priori Catalogo Corbeiensi legitur. *Felix* itaque, qui die vigesima nona Decembris anni ducentesimi sexagesimi noni, Claudii & Paterni Consulatu notati, Pontificatum susceperat, currenti anno ad Deum migravit, die vicesima secunda mensis Decembris. In Martyrologio enim Hieronymiano ad eum diem scriptum est: *Romæ Via Portuensi Depositio S. Felicis Episcopi*; qui dies obitæ mortis procul dubio fuit; sicque ex Martyrologio Hieronymiano, in quo Felicis ordinatio & Depositio diserte memorantur, liquet, non tantum eum annos quatuor, menses undecim, dies viginti quinque sedisse, ut Chronicon Damasi emendatum testatur; sed etiam tempus, quo quilibet Pontifex sedit, accurate in eo Chronico alias notatum fuisse, sed processu temporis transcribentium culpa errores innumeros irrepsisse: quod de loco citato necessario asserendum; cum a fine Consulatus Claudii & Paterni, quo Felix ordinatus, ad finem Consulatus Aureliani II. & Capitolini, quo certum est, eum ad cœlum evolasse, anni quinque & menses undecim nullo modo numerari possint [1]. Porro dies XXV. supra annos & menses conservarunt etiam Chronicon auctius veterum Pontificum, & Catalogus Palatino-Vaticanus, indeque dies emortualis Felicis magis confirmatur [2].

III. *Non confundendus dies mortis cum die Translationis.*

Baronius *Felicem* mortuum dicit *tertio Kalendas Junii*, uti apud Anastasium, & in Chronico Auctiori veterum Pontificum habetur. In Indiculo vero Depositionis Episcoporum a Bucherio publicato dicitur: *Tertio Kalendas Januarii, Felicis in Callisti.* Quæ dierum diversitas Libra-

Eutychianus Papa.

riis attribuenda, qui non raro pro *Jan.* scribunt *Jun.* ut multis exemplis liquet. Qui tamen dies alicui Felicis Translationi, non vero ejus morti adscribendus. Diem tertium Kalend. Junii Martyrologia Romanum, Bedæ, Usuardi & Adonis etiam exhibent. Quare error cubat in Indiculo Bucheriano. Baronius Felici assignat annos duos & menses quinque uno minus die, sed contra Catalogorum antiquorum fidem. An vero Martyr fuerit, vide quæ dicam anno CCCLVII. num.XVI. ubi de Felice II. agitur.

IV. *Duratio Sedis ejus.*

Pepebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum Romanorum, existimans, locum laudatum Damasi purum esse, scribit, *Felicem* per annum integrum Dionysii decessoris Vicarium fuisse; sicque annos quinque ac menses undecim sedisse, qua Vicarium, qua Pontificem. At sicut in eo Chronico anni *Dionysio* attributi corrupti sunt, ut ipse Vir eruditissimus non negat, ita & in eodem anni *Felicis* mendose descripti, & Vicariatus hujusmodi, si unquam alibi, hic certe prorsus commentitius. Parte alia Baronius, ut Felicis initium sub hujus anni Consulibus consignare posset, quia *Eutychiani* Felicis successoris principium consequentis Christi anni exordio necessario concurrere videbat, *Felicis* Pontificatum ad annos duos, menses quinque, uno minus die, nullo teste restrinxit; ideoque quemadmodum Consulatus duos e Fastis expungere, & *Probi* Imperatoris annos decurtare coactus fuit, ut Eram Dionysianam assequi posset: ita veram Pontificum Romanorum Chronologiam nonnisi *Felicis* annis mutilatis consequi valuit. Ex hac interim mutilatione innotescit, Annalistam Doctissimum in præcedentibus Pontificibus ordinandis rectam viam non tenuisse, eamque ob rem annos duos non potuisse non prætermittere. In auctiori Chronico veterum Pontificum de Felice dicitur: *Sepultus est in Cœmeterio suo, Via Aurelia, milliario secundo, III. Kalend. Junii: & cessavit Episcopatus dies quinque.* Idem legitur in libro Pontificali, & in Martyrologio Romano, ac in Indiculo *Depositionis Episcoporum* apud Bucherium, ubi

ad

NOTÆ [1] S. FElicem annos 4. sedisse legit pariter vetus Catalogus noster in Hadriano I. desinens, quique extat MS. in Bibliotheca Capituli Cathedralis Lucensis. Codex autem iste vetustissimo Mediolanensi Codici quo usus fuit Muratorius in sua Anastasii editione, *Rer. Italic. tom.3.* cohæret. Adduntur autem in eodem catalogo ultra annos menses tres, dies viginti quinque.

[2] VIde quæ habet Constantius pag.192. ubi Pagii sententia de anno & die Martyrii *S. Felicis* confirmatur. Hic autem Pontifex *martyris titulo* ab Ephesina Synodo, Cyrillo, aliisque donatur; neque refert quod in indiculo Bucheriano in *depositionibus Episcoporum* locum habeat, quum sub eodem titulo & *Lucius Papa* occurrat, quem certo scimus ex S. Cypriano martyrem occubuisse.

Constantius pag.194. *S. Felici Papæ* tribuit fragmentum cujusdam Epistolæ ad Episcopum, & Clerum Alexandrinum, quam laudat Ephesina Synodus Act. 1. pag.512. quod sane fragmentum Cyrillus Apologetico adversus Orientales ad anathem. VI. inseruit, & Marius Mercator latinitate donavit. Alii *Felici* illud fragmentum adjudicant; qua de re vide, si lubet, *ibidem* eumdem Constantium.

diebus tantum quinque vacasse sedem; in Eutychiano autem ipsum sedere cœpisse sub Consulatu tertio Aureliani, nempe anno sequenti, affirmet; ut ea ratione dicendum sit, annum unum sedem vacasse, cujus plane rei testimonium nullum est; quamobrem priori ab eo positæ sententiæ magis assentimur, ut magis consentaneæ veritati.

IV. Passus tunc est & Synesius lector, qui olim a Sixto Papa ordinatus, cum multos ad Christi fidem traduxisset, apud Aurelianum Imperatorem accusatus, gladio percussus, coronam martyrii accepit; cujus memoria non tantum Latinis, sed & Græcis celebris est pridie Idus Decembris (*a*). Passi item Romæ habentur, sexto Idus Julii, Basilides, Tripos, Mandalis, & alii viginti; licet quædam Acta eos passos sub Valeriano habeant. Insuper constat & sexagintaquinque milites de Christianitate delatos, extra portam Salariam duci jussos, ibique martyrii coronam consecutos quarto Idus Augusti. Rursum vero in Romano Portu illustre martyrium obiere Eutropius, Zosimus, atque Bonosa fratres, hortante tunc eos sancto Felice Papa; quorum natalis dies Idibus Julii est perpetuæ memoriæ consecrata. Ibidem quoque milites quinquaginta hoc

(*a*) *Martyrol. Rom. ea die.*

Martyres passi sub Aureliano.

ipsum pro Christo certamen subiere, & coronam sunt pariter consecuti, quos a sancto Felice Papa fuisse baptizatos, eadem Acta significant; estque celebris eorum natalis dies octavo Iduus Julii.

V. Restituta martyr, & socii. Sed sub eodem quoque Imperatore, Soræ passa est clarissima virgo Restituta, una cum sociis sub Agathio Proconsule; cujus nobile certamen multis miraculis illustratum, Ecclesiasticis monumentis meruit inseri, atque anniversaria commemoratione dicari. Sed & egregium spectaculum Christianæ infractæ virtutis Agapitus, quindecim annos natus puer, Præneste edidit; qui exquisitis cruciatus tormentis, quintodecimo Kalendas Septembris gloriosum de persecutoris perfidia triumphum egit; quo exemplo commotus Anastasius Cornicularius, ad Christum conversus, sub eodem Imperatore duodecimo Kalendas Septembris auctus est corona martyrii. Tunc itidem Clusii in Etruria consummarunt quoque martyrium Irenæus diaconus, ac Mustiola nobilis matrona, & alii complures, tertio Nonas Julii; sed ante eos apud Sutrium nobile certamen exegit Felix presbyter, meruitque martyrio coronari; quorum omnium Acta simul juncta habentur (*b*). Verum complures alios in Italia passos, sed me-

(*b*) *Apud Sur. tom. 4. die 3. Julii.*

PAGIUS ad III. Kalend. Januarii, seu diem XXX. Decembris habetur: *Felicis in Calisti*, id est, *Cæmeterio Calisti*. Sed loco *III. Kal. Jan.* legendum *III. Kal. Junii*, qui dies, ut jam diximus, alicui Felicis Translationi adscribendus.

V. *Eutychianus Felici succedit.* Tres Felicis primi circumferuntur Decretales, prima ad *Paternum* Episcopum, altera ad Galliæ Præsules, tertia ad *Benignum* Episcopum, sed eæ supposititicæ, ut pluribus a Viris doctissimis demonstratum. *Eutychianus* Felici successit, sed die tantum quinta Januarii anni insequentis, ordinatus feria tertia, quæ eo anno cum die quinta Januarii concurrit. Quare vacavit Sedes dies tredecim, non vero dies quinque ut locis laudatis dicitur. *Eutychianum* ante eum diem non sedisse, ex iis, quæ in morte ejus dicemus, liquebit. Chronologia Pontificia in posterum in Annalibus longe minus depravata.

VI. *Triumphus Aureliani.* Baron. an. 274. num. 8. Vopiscus in Aureliano cap. 32. & seqq. postquam quæ Aurelianus anno præcedenti tam in Oriente, quam in Occidente egit, narravit: *Princeps igitur*, inquit, *totius Orbis Aurelianus, pacatis Oriente, Gallis, atque undique terris, Romam iter flexit, ut de Zenobia & Tetrico, hoc est de Oriente & Occidente triumphum Romanis oculis exhiberet*. Describit postea pluribus hujus magnifici triumphi pompam, concluditque: *Denique vix nona hora in Capitolium pervenit*, (nempe Aurelianus ad Vota celebranda) *sero autem ad Palatium. Sequentibus diebus data sunt populo voluptates Ludorum Scenicorum, Ludorum Circensium, venationum, Gladiatorum, Naumachiæ*. Zonaras in Aureliano ait: *Romam reversus quadrigis elephantorum triumphavit*: quod ab Auctore classico defumtum non dubito. In triumpho enim de Persis Imperatores quadrigis elephantorum de more usi. Testatur autem Vopiscus in Aureliano cap. 17. Persas *Zenobiæ* auxilia subministrasse, eamque cum Persis, Armeniis & Saracenis captam. Baronius anno præcedenti triumphum istum ductum existimavit. Sed præterquam quod toto triennio elapso Aurelianus partim in Occidente, partim in Oriente, partim in utroque, adversus hostes pugnavit, Cassiodorus in Chronico sub hujus anni Consulibus habet: *His Coss. Aurelianum Roma triumphantem Tetricus & Zenobia præcesserunt*.

VII. *De Zenobia & Vabalatho ejus filio gestus.* Vopiscus in Aureliano cap. 38. ait: *Hoc quoque ad rem pertinere arbitror, Balbati filii nomine Zenobiam, non Timolai & Herenniani, Imperium tenuisse quod tenuit*. Zosimus pag. 661. scribit etiam, Aurelianum versus Europam moventem *Zenobiam cum filio* secum duxisse, qui alius non est, quam *Vabalathus* sic in Nummis Græcis nuncupatus, ex quibus Vopisci locus corrigendus. Tristanus tomo 3. pag. 42. ostendit, Odenatum ex priori uxore innominata suscepisse *Herodem*, ut indicat Pollio in Triginta Tyrannis cap. 16. & Herodem patrem fuisse *Vabalathi*: ex Zenobia autem *Odenatum, Herennianum, & Timolaum* genuisse, ut ibidem scribit Pollio cap. 27. Idem Tristanus pag. 213. hunc Numisma exhibet: AYT. K. A. Δ. ATPHAIANOC. CEB. L. A. id est, *Imperator Cæsar Lucius Domitius Aurelianus Augustus anno primo*: in postica: AYT. EPMIAC. OYABAΛΛAΘOC. AΘHNOY. L. Δ. id est, *Imperator Hermias Vabalathus Athenæ, anno IV.* ideoque videtur Herodes Athenus vocatus fuisse. Qua ex epigraphe Chronologia nostra egregie confirmatur. Cum enim annus quartus Vabalathi cum anno primo Aureliani concurrat, Zenobiam & Vabalathum anno CCLXVII. Odenato interfecto regnare cœpisse, & cum hæc annos quinque imperarit, anno ducentesimo septuagesimo secundo captam esse manifeste apparet.

memoria hominum excidisse, certum est. At non est nostri muneris martyres omnes in unaquaque persecutione passos recensere; sed satis ad instituum, ex compluribus martyribus, quorum in Ecclesiasticis tabulis memoria viget, persecutiones Ecclesiæ demonstrare.

VI. Martyres in Gallia sub Aureliano. In Galliis vero, inter alios plures martyres, sub eodem Aureliano Imperatore passi habentur Trecis duodecimo Kal. Augusti, Claudius, Justus, Jocundinus, & quinque socii; ibidem alia rursus die, nempe duodecimo Kalend. Februarii, S. Patroclus. In Gallias enim hoc anno profectum esse Aurelianum, ut barbaros irruentes reprimeret, Augustamque Vindelicorum ab eis obsessam liberaret, Flavius Vopiscus (*a*) tradit; quod & res gestæ adversus Patroclum significant; extant enim ejus passionis Acta, de quibus hæc Gregorius Turonensis (*b*): *Hujus Acta martyris ex Italia petita, collata fuisse cum his quæ in Galliis apud clericum quemdam habebantur, eademque fidelia esse inventa*. Senonis item nobile certamen exegit Columba virgo; quæ ad prostibulum damnata, sed Dei ope defensa, supplicium capitis subiit prid. Kal. Januarii. Passus etiam reperitur in territorio Tricasino Sabinianus Martyr, cujus natalis dies martyrum catalogo adscribitur quarto kal. Februarii. Tornaci S. Priscus, eadem urgente persecutione, passus est; cujus abscissum caput cum Christianus quidam pietatis ergo subripiens aufugisset, apud Antisiodorum captus, ibidem & ipse martyrium subiit; ubi & alii plures eadem martyrii corona decorati sunt, quorum memoria illustratur natali die in antiquis Martyrologiis septimo Kal. Junii. Sed & Hispaniarum aliasque Occidui oris Ecclesias hac persecutione fuisse sanguine cruentas, nullus poterit dubitare; rerum vero gestarum memoriam periisse, omnes jure deplorant.

(*a*) *Flav. Vopisc. in Aureliano.*

(*b*) *Greg. Tur. de Glor. martyr. c. 64.*

VII. Martyres Orientalis Ecclesiæ. At sicut Occidentalis Ecclesia Aureliani persecutione vexata est, ita & Orientalis ejusdem furore fuit exagitata. Quid ni ibi idem sæviret, ubi Christianis adversarium præ cæteris numen, quod divinum dicebat, summis honoribus prosecutus, amplexusque est cultum ipsius? Nam in obsidione Tyanæ Superioris Cappadociæ civitatis ex quibusdam præstigiis sibi visis suscepit cultum Apollonii Tyanæi, olim Christianis omnium infensissimi; cui (ut testatur Vopiscus *c*) & imaginem, & statuam, & templum promisit. Qui igitur maximum omnium impostorem ut deum colere cœpit; reliquum fuit, ut Christum verum Deum tamquam seductorem despiceret, & suppliciis illum colentes afficeret.

(*c*) *Flav. Vopisc. in Aureliano.*

VIII. Tunc quæ erant in Cappadocia vexavit Ecclesias, ac potissimum eam quæ totius Provinciæ Metropolis erat, Cæsarea scilicet; ubi inter alios tunc temporis ille multorum certaminum coronis auctus Mamas illustre martyrium consummavit; cujus fulgore triumphi non tantum Oriens, sed Occidens illustratur. Etenim natalis dies passionis ejus, quolibet anni circulo evoluto, clariore splendore corona martyris elucescit. In quo quidem pro concione Basilius (*d*) hæc ad astantem populum: *Memores estote martyris, quotquot illo per somnia potiti estis; quotquot in hoc loco constituti adjutorem ipsum ad precandum habuistis; quibuscumque ex nomine advocatus ipsis affuit operibus; quotquot aberrantes ad vitam eduxit; quoscumque sanitati restituit; quibuscumque pueros jam mortuos ad vitam reductos reddidit; quotquot vitæ terminos prorogavit. Collectis in unum his omnibus ex communi symbolo, martyri encomium construite*: Hæc & alia id genus plura Basilius.

Martyres in Cappadocia.

(*d*) *Basil. hom. 26.*

IX. Athenodorus martyr. Sed & in proxima regione Ponto, eodem Christianos persequente Imperatore, Magni illius Gregorii Thaumaturgi germanus Athenodorus Episcopus in hoc illo major, in ultima senectute, post exantlatos immensos tum adversus Gentiles, tum hæreticos juges labores, gloriosi martyrii palmam quinto Kalendas Novembris est consecutus. Sed & in Isauria Iconii Conon, & filius ejus annorum duodecim, præclarissimum obiere certamen, dum candentis craticulæ & superfusi olei pœnam, equuleique distractionem, malleoque factam ossium fracturam perpessi summa constantia, de tyranni sævitia triumpharunt: hoc quippe digno elogio dies natales in sanctorum martyrum catalogo habentur adscripti decimotertio Kalend. Junii. Sed, & ibidem Charitonis effulsit gloria confessionis; qui verbo reque se dignum exhibens concivis suæ imitatorem, illius inquam alumnæ Pauli, Protomartyris Theclæ, supplicia acerbissima pertulit. Sed Dei vindicta sublato Aureliano, & reddita Ecclesiæ pace, ipse pariter liberatus, perinde ac Paulus & Antonius, in Eremum concessit; ibique sublime vitæ genus arripiens, alios ad idem institutum vitæ studium capessendum provocavit exemplo. Extant ejus (*e*) acta fideliter scripta.

Martyres Isaurii.

(*e*) *Ex Metaphraste apud Lipom. to. 6. die 28. Sept. & Surio to. 4. die 17. Augusti.*

X. Martyres Asiæ. Sed inter alios martyres in Asia passos, est illustris memoria Heliodori: quippe non tantum ipse est insignitus corona martyrii, sed & carnifices, a quibus tortus est, eadem ut coronarentur, effecit; agitur horum natalis dies undecimo Kal. Decembris. Experta est & Galatia persecutionis hujus sævitiam; nam Ancyræ Philomenus tertio Kal. Decembris igne probatus ac consummatus, dum ad palum manibus pedibusque ac capite demum clavis affixus est.

CHRISTI 275. EVTYCH. PAP. 1. AURELIANI IMP. 5.

XI. Martyres Palæstini.

Grassata in Palæstinam quoque est eadem persecutio; nam inter alios constat Ptolemaide passos esse Paulum ejusque sororem Julianam, quibus hi pœnis fuerint cruciati, de eorum martyrio res gestæ conscriptæ significant, quæ habent inter alia Stratonicum carnificem commotum divino miraculo, ad Christum conversum, capitis supplicium subiisse. Ex his igitur, quos recensuimus martyres diversis temporibus, Aureliani persecutione urgente, passos, conjecturam facere licet de cæteris in provinciis aliis supplicio affectis; ut plane appareat, non (ut multi putant) tentasse tantum Aurelianum Christianos persequi, sed divinitus revocatum, vel (ut alii addunt) novissimo ejus Imperii tempore aggressum persequi Christianos, & continuo, ulciscente numine, ex hac vita sublatum; nam eam persecutionem diutius perdurasse, ex his quæ sunt dicta, satis apparet.

XII. (a) *Euseb. in Chronico.*

Porro hoc quarto anno ejus Imperii, auctor est Eusebius (*a*), ab Aureliano e-

IMP. CAES. L. DOMITIO. AURELIANO. PIO. FELICI. GOTHICO. AUG. PONTIF. MAXIMO. GOTHICO. MAX. GERMANICO. MAX. TRIB. POT. V. COS. DESIG. III. IMP. IMP. III. PP. PROCONS. RESTITUTORI. ORBIS. INVICTISSIMO. ET VICTORIOSISSIMO. PRINCIPI. FURIUS. ORFITUS. V. C. PRAEF. URB. DEVOTUS. NUMINI. MAJESTATI. QUE. EJUS. DEDIC. KALEND. FEB. AURELIANO. AUG. III. ET MARCELLINO. COSS.

Facta enim dedicatio contigit sequenti anno, cum iam Consul tertium creatus esset, cujus Consulatus hoc anno fuerat designatus. Quod vero hic ponatur quinta potestas Tribunitia, cum tertium Consul est designatus, rursumque etiam sequenti anno, cum jam adiit tertium Consulatum, Tribunitia potestas itidem quinta reperiatur inscripta veteribus monumentis inferius recitandis, id accidit, quod Tribunitia potestas una cum Imperii natalibus hoc anno tempore autumnali cæpta, in sequentem annum ad illud usque tempus est pariter propagata, quæ non secundum Consulatus anni currentis exordium, sed secundum initium Imperii numerari soleret, ut apparet ex his quæ dicemus anno sequenti.

Sed quod hoc pariter anno ex eadem inscriptione exploratum habeatur, Præfecturam Urbanum gessisse Furium Orfitum, videas pariter haud in omnibus constare illam Præfectorum Urbis successionem, quam ex antiquioribus monumentis Cuspinianus edidit in suo ad Cassiodori Consules commentario, ubi hoc anno quinto Aureliani ponitur Præfectus Urbis Ovinius Pacatianus. Furius vero Orfitus anno secundo ejusdem, & sub Consulatu Taciti & Placidiani, quæ profecto ex recitata superius inscriptione erroris arguuntur.

XIV. Fasti Præfectorum infideles.

Du-

rectum templum Solis, primumque Solis agonem ab eodem institutum fuisse. Sed de Solis templo, cultuque numinis ab eodem tum Romæ, tum in Oriente auctо, plura Vopiscus (*b*). Quod vero idem Eusebius hoc anno firmioribus muris ab eodem Aureliano vallatam Urbem dicit, nec munitam tantum, sed auctam; hoc ipsum idem qui supra Vopiscus tradit his verbis: *Templum Solis magnificentissimum constituit: muros Urbis sic ampliavit, ut quinquaginta prope millia, murorum ejus ambitus teneant.* Et post multa: *Forum nominis sui in Ostiensi ad mare fundare cœpit, in quo postea prætorium publicum constitutum est:* Hæc ipse, & alia plura de aliis ab eo erectis ædificiis & sanctis legibus.

(b) *Vopisc. in Aureliano.* Ædificia Aureliani.

XIII. Aurelianus Cons. III. designatus. (*c*) *Apud Panvin. in Fast. sub Aurel. Imperat.*

Sed enim quod ad exactum temporum ordinem spectat, his addendum, hoc anno designatum fuisse tertio Consulem id ipsum Aurelianum, ut docet vetus (*c*) inscriptio his verbis:

PAGIUS VIII. *Gesta Romæ ab Aureliano.*

Ad num. XII. *Aurelianus*, postquam Imperator renuntiatus est, ter Romam venit. Primum statim ac Imperator dictus, cujus, profectionis unus Zosimus supra loco suo citatus meminit. Secundum, postquam Marcomannos Italiam depopulantes debellavit, sub finem nempe primi ejus Imperii anni, ut scilicet qui in suspicionem rerum novarum venerant, pœnas darent. In secundo ejus adventu contigit, quod scribit Zosimus pag. 655. *Tunc & mœnibus cincta fuit Roma, quibus antea carebat; & cœptus ab Aureliano murus, Probo imperante, perfectus fuit.* Quare res hæc perperam hoc anno in Annalibus recitata. Tertio Aurelianus hoc anno Romam ad triumphandum rediit, ubi *Leges plurimas sanxit, & quidem salutares: Sacerdotia composuit, Templum Solis fundavit, & Pontifices roboravit*, inquit Vopiscus in Aureliano. Imperatores enim annis, quibus triumphabant, liberalitate, operibus publicis, aliisque hujusmodi nomen suum illustrabant, quemadmodum annis Decennalibus & id genus festis addictis eos esse solitos sæpius inculcavimus. Baronius aliique eum secuti priorem Aureliani Romam adventum a secundo non distinguentes, in Chronologia Aureliana ordinanda non potuere non peccare.

IX. *Bella Aureliani post triumphum.*

His gestis, inquit Vopiscus citatus, *ad Gallias profectus Vindelicos obsidione Barbarica liberavit: deinde ad Illyricum rediit, paratoque magno potius, quam ingenti exercitu, Persis, quos eo quoque tempore, quo Zenobiam superavit, gloriosissime jam vicerat, bellum indixit. Sed cum iter faceret, apud Canophrurium mansionem, quæ est inter Heracleam & Byzantium malitia Notarii sui & manu Mucaporis interemptus est.* Sed hæc cædes mense Martio anni insequentis, ut tunc dicemus, patrata. Quare tantam viam conficere non potuit Aurelianus, quin circiter medium annum Roma digressus fuerit.

JESU CHRISTI ANNUS 276. EUTYCHIANI PAP. ANNUS 2. AURELIANI IMP. ANNUS 6.

I. (*a*) *Panvin. in Fast.* (*b*) *Apud Panvin. in Fast. & in Thesaur. rei Antiq. Temporis Imp. Aurel. ratio.*

DUcentesimus septuagesimusextus Christi annus, tertio Consulatu Aureliani Imperatoris & Marcellini in Fastis (*a*) notatus, & in antiquis monumentis adscriptus legitur. Sed perperam ab aliquo (*b*) ponitur sub dictis Consulibus quarto Kalend. Februarii obitus ipsius Aureliani, non absoluto anno quinto Imperii; cui veteres auctores tum Christiani, tum Ethnici contradicunt, & veteres inscriptiones ab ipso editæ. Siquidem in primis exploratum illud est apud

(*c*) *Panvin. in Fastis.*

MAGNO (*c*). AUGUSTO. PRINCIPI. MAX.
IMP. FORTISSIMO. CONSERVATORI. ORBIS
L. DOMITIO. AURELIANO. P. F. PONT. MAX.
TRIB. POT. V. P. P. COS. III.
GOTH. MAX. PALMYR. MAX. GER. MAX.
ORDO BRIXIANORUM.

II.

Ex hac igitur citata inscriptione satis colligitur, Aurelianum hoc anno egisse una cum Tribunitia potestate annum quintum, auspicatum vero sextum circa tempus autumni. Sed & cum ejusdem Imperatoris reperiatur quoque in antiqua inscriptione potestas Tribunitia septimum iterata; septimum quoque pertigisse vivendo Imperii annum, affirmari necesse videtur; extat enim ejusmodi vetus inscriptio in (*d*) nummo:

RESTITUT. ORBIS. C. P. P. M. TR. P. VII. COS. III. P. P. Ex qua, Cassiodori Chronicon & vetus Græcus index

(*d*) *Apud Adolph. in lib. Numismat. in Aurel.*

rum solennium occasione persecutio ab eo in Christianos decreta: *Verum illi ne perficere quidem quæ cogitaverat, licuit, sed protinus inter initia sui furoris extinctus est*, ut inquit Lactantius lib. de Mort. Persec. cap. 6. de qua persecutione anno CCLXXII. quo eam Baronius consignavit, pluribus egi. Quare huc revocanda quæ ibidem diximus, & martyria a Baronio præcedentibus annis memorata.

II. *Interitus Aureliani*

Cum Aurelianus in Orientem proficisceretur, interfectus est *inter Constantinopolim & Heracliam*, ut ait Victor in Epitome, & anno præcedenti num. ult. diximus. Imperavit itaque annos quatuor, menses circiter quatuor. Eusebius in Historia, aliique qui annos sex ei tribuunt, annos Julianos utrinque incompletos numerant: qui vero annos quinque & menses aliquot eum regnasse scribunt, sine dubio hallucinati sunt. Ulterius tamen processit Baronius, annosque septem Aureliano assignavit, fretus auctoritate Chronici Alexandrini per hæc tempora manifeste

Baron. an. 278. num. 1. & seqq.

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 1028. Olymp. 263. an. 3. A.C. 275.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5768.

⊙ 4. C. ☽ 10. P. 28. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 275. *secund. Baronium* 276.

EUTYCHIANI PAPÆ 1.

TACITI IMP. 1.

I. *Consules.*

[1] AD num. I. & seqq. Coss. *L. Domitius Aurelianus Aug. IV. & T. Avonius Marcellinus*, ut patet ex Inscriptione Onuphriana, in qua tamen Aurelianus Consul III. dicitur, priori nempe ejus Consulatu, qui suffectus fuit, neglecto. Sumptus is Consulatus juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam: in hunc enim annum ejus Quinquennalia incidunt, quæ tamen ne exhiberet, fatalis ejus dies impediit. Hofte

NOTÆ

[1] COss. *L. Domitius Aurelianus Aug. IV. & T. Avonius Marcellinus*. Relandus habet: *T. Nonius (al. Avonius) Marcellinus*. Lapis Gruterianus, quem anno superiori attulimus. Item pag. CCCXXXVIII. 3.

DEDICATA. D. N. AURELIANO
AUG. III. MARCELLINO. COS.
XIII. KAL. FEBRAR.

Omittitur Aureliani consulatus suffectus. Marmora Felsinea pag. 534.

T. NONIO. MARCELLINO.
V. C. &c.

Fabrettus pag. 747.

T. ANONIO. MARCELLINO
V. C.

Suffecti dicuntur: *Aurelius Gordianus, & Vettius Cornificius*. De his Vopiscus in Tacito cap. III. Fasti vulgares: *Aureliano III. & Marcellino*.

dex fidelia esse probantur, in quibus post Consulatum tertium Aureliani, duo alii Consulatus ponuntur, in quorum ultimo contigisse legitur obitus Aureliani, ut dicemus. Quod si in hac inscriptione Consulatum tertium repetitum vides; id ex eo accidit, quod nullum alium post tertium *iniit* Consulatum. Qui enim ultimus reperitur Consulatus, singulis annis sequentibus cum Tribunitia potestate anni currentis repeti consuevit, donec alium contingeret adiri Consulatum; quod in reliquis observandum est.

III. Ratio temporum necessaria.

Ne tædeat, quæso, lector, si, cum avide cupias cunctas res gestas, si postes, uno intuitu perlustrare; sæpe contingat, in iis, quæ ad exactam temporis rationem spectant, diutius distineri. Si quidem sapis, aliter senties; nec indigno animo feres, si quem in itinere ducem sequeris, antiquas rectas ac regias plane vias intelligis sedulo explorare. Nam si a vero certoque temporis tramite contingat semel errare; per abrupta mendaciorum ferri pariter compelleris. Lætus sane ac securus viator incedit, si, quocumque perrexerit, ubique viarum certos indices, inscriptos prominentes lapides milliaros intuetur. Sed ad res gestas sequentis anni progrediamur.

Du-

PAGIUS ste depravati, & Nummi, qui apud Occonem extat, in cujus postica legitur: P. M. TR. P. VII COS. III. P. P. Verum, hæc postica, quæ Nummis Gallieni convenit, errore Monetariorum, quod per hæc & sequentia tempora sæpius contigisse observavi, Nummo Aureliani insculpta. Begerus in Thesauro Numismatum Serenissimi Electoris Palatini alium Aureliani Nummum produxit in postica inscriptum: P. M. TR. P. VII. COS. II. Sed hic priori adversatur, cum Consulatum tantum secundum exhibeat; & hæc aversa pars ex Nummo Gordiani junioris, in cujus Numismatis septima Tribunitia Potestas cum Consulatu secundo jungitur, Monetarii errore mutuata convincitur.

III. *Quo mense Aurelianus occisus.*

Existimatum hactenus, Aurelianum mense Januario *hujus anni* cæsum, quod Vopiscus in Vita Aureliani cap.41. literas ab exercitu post ejus mortem ad Senatum scriptas tradat, recitatas fuisse in Senatu, *die tertio Nonas Februarias*, die nempe tertia mensis Februarii, currentis scilicet Christi anni. Verum, loco *die tertio Nonas Februarias*, legendum, *die tertio Nonas Aprilis*, die videlicet tertia mensis Aprilis; quo pacto, Aureliani cædes circa diem vicesimum mensis Martii patrata fuerit. Constat enim, Tacitum Imperatorem renuntiatum VII. Kalend. Octob. id est, die vicesima quinta mensis Septembris, ut legitur in Senatusconsulto, quo Augustus acclamatus est apud Vopiscum in Tacito cap.7. Quare cum interregnum, quod post Aureliani interitum contigit, sex tantum menses integros, aut septem utrinque incompletos durarit, ejus initium a die circiter vicesima Martii non removendum.

IV. *Interregnum sex mensium post Aureliani mortem.*

Vopiscus in Tacito cap.1. ait: *Sex totis mensibus factum est*, scilicet interregnum. Idem habet in Aureliano cap.40. Victor de Cæsaribus: *Mense circiter post Aureliani interitum sexto, Senatus Tacitum Imperatorem creat.* Victor in Epitome: *Hoc tempore septem mensibus interregni species evenit:* Extremis scilicet mensibus incompletis pro integris numeratis. Et tamen si Aurelianus exeunte mense Januario trucidatus fuisset, non per menses sex, aut per menses septem, sed per menses octo, eosque integros Imperium sine Imperatore fuisset. Unde, ne dicamus, tam Vopiscum, quam alios in eo interregno narrando errasse, præfatus locus, eo quo dixi modo, corrigendus; quod eo magis dicendum, quod idem mendum irrepserit in Senatusconsultum, quo Probus dictus est Imperator. Vopiscus enim in Probo cap.II. ait, illud factum die tertio Nonas Februarias; & tamen inter omnes convenit, locum illum corruptum, legendumque, *die tertio Nonas Apriles*. Qui error in eodem die exprimendo, eodemque Auctore describendo commissus, uni eidemque Librario attribuendus videtur. Tacitum vero currenti anno, die vicesima quinta Septembris Imperatorem appellatum, in dubium revocari non potest.

I. (a) Panvin. in Fast.

DUcentesimus septuagesimus septimus Christi annus in Cassiodori Chronico & Græco indice notatur Consulibus Probo atque Paulino, quos miramur ab aliquo (a) prætermissos, qui enim Aurelianum anno superiori tradidit defunctum, hos Consules supervacaneos esse putavit. Sed hoc anno Aurelianum vixisse, & absoluto jam sexto Imperii sui anno septimum auspicatum esse, Tribunitia potestas in recitata nuper inscriptione septimum repetita demonstrat.

II. (b) S. Leon. de Pentec. ser. 7.

Hoc igitur anno, iisdemque Consulibus Probo atque Paulino, cum adhuc in Christianos vigeret persecutio Aureliani, hæresis Manichæorum innotuit, ut sanctus Leo testatur, cujus hæc sunt verba (b): *Manichæus ergo* (sic Manetem appellat) *magister falsitatis diabolicæ, & conditor superstitionis obscœnæ, eo tempore damnandus innotuit, quo post resurrectionem Domini ducentesimus & sexagesimus annus impletus est, Probo Imperatore, Paulinoque Cons.* Sed quod dicit, Probo Imperatore, fefellit Cassiodorum, qui putavit sub Probo Imperatore, eodemque quintum Consule cum Victorino, hanc esse exortam hæresin. Verum cum sanctus Leo addat Probo collegam Paulinum, de hujus anni Probi Consulatu certum est intellexisse; sed sic Probum nominat Imperatorem, quod postea creatus fuerit Imperator, non quod tunc esset; cum enim subjiciat, tempore horum Consulum viguisse persecutionem, constat S. Leonem de temporibus Aureliani esse locutum, post quem usque ad Diocletianum nulla persecutio vexavit Ecclesiam. *Probo igitur Paulinoque Consulibus* (subdit sanctus Leo) *cum octava jam in Christianos ebulliret persecutio, & innumera martyrum millia ipsius suis victoriis probavissent; impletum esse quod Dominus promiserat, dicens* (c): *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini &c.* Hæc sanctus Leo, invectus in Manetem, qui se esse Paracletum a Christo promissum, impudentissime affirmabat. (c) Matth. 10.

Manes Hæresiarchi cognoscitur.

III. Locus depravatus stenditur.

Verumenimvero quod apud eum in chronologia annorum Christi numerantur a resurrectione Domini usque ad præsentem Consulatum Probi atque Paulini, anni *virtutibus tuis Capitolina palmata*. Scripta currenti anno epistola, ideoque Consulatus a Tacito hoc anno gestus non est juxta primam Consulatuum Cæsareorum regulam; quemadmodum nec Consulatus, quem Probus Augustus anno sequenti suscepit. Sed sicut Probus adhuc privatus ad eum designatus fuerat, ita & Tacitus ad currentis anni Consulatum, quod manifeste indicat ejus jam Imperatoris in annum sequentem designatio; ex qua, uti & ex designatione Probi, certam conjecturam feci, primum Consulatum ordinarium Valeriani Augusti eidem, antequam imperaret, a Gallo Imperatore decretum fuisse; licet nullus ex Antiquis id in literas miserit.

III. *Spurii Consules.*

Baronius qui Aurelianum nonnisi anno sequenti occisum putabat, præsenti Probum & Paulinum Consules professus est, sicque rerum per hæc tempora gestarum ordinem turbavit, quem ut majori Lectorum fructu restituam, hic tantum tangam quæ præsenti anno acta sunt.

IV. *Origo Manichæorum.*

Ad num.II. & seqq. Origo hæresis *Manichæorum* ab Eusebio in Chronico recte in annum sequentem collata, quo ideo eam explicabimus. *Tacito,*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5769.

SÆC. III. Anno Urbis 1029. Olymp. 263. an. 4. A.C. 276. ☉ 5. BA. ☽ 11. P.16. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 276. *secund. Baronium* 277.

EUTYCHIANI PAPÆ 2.

PROBI IMP. 1.

I. *Consules.*

[1] AD num.I. Coss. *M. Claudius Tacitus Aug. II. & Fulvius Æmilianus*, ut Fragmentum Consulare a Bucherio publicatum, Idacius, optimique Fastorum Conditores habent.

II. *Consulatus Taciti non refertur ad ejus Imperium.*

Tacitus, qui Aureliano Imperante jam Consul ordinarius fuerat, anno præcedenti, antequam Augustus crearetur, in hunc annum Consul iterum designatus fuit. Quod colligo ex Vopisco in Probo cap.7. ubi epistolam Taciti Augusti ad Probum adhuc privatum scriptam refert, in qua Tacitus ait: *Nos tibi decreto totius Orientis Ducatu, Consulatum in annum proximum nobiscum decrevimus; te enim manet pro*

NOTÆ [1] *Coss. M. Claudius Tacitus Aug. II. & Fulvius Æmilianus*. Nummus Taciti apud Bandurium tom.I. pag.417. cum TR. P. COS. DESI. II. Lapis Gruterianus pag.CCLXXVII.

IMP. CAESARI M. CLAUDIO. TACITO. PIO. F. INVICTO. AUG. PONT. MAX. TRIB. POTESTATIS. II. COS.

Fulvii nomen omittit Relandus. Vulgares Fasti: *Tacito II. & Æmiliano*. Suffectus est ex Kal. Feb. *Ælius Scorpianus*. Vopiscus in Probo, cap.XI. *Item S. C. die tertio Non. Februarias in æde Concordiæ; inter cetera Ælius Scorpianus Cos. dixit.*

ni ducenti & ſexaginta; errorem plane in notam numeri, librariorum incuria, irrepſiſſe arguit nimia diſcrepantia; cum a reſurrectione Domini in hanc uſque diem, anni tantum ducenti quadraginta tres veniant numerandi, auſpicando numerum a Chriſti anno (ut dictum eſt) quo paſſus & reſurrexit, trigeſimoquarto. Sed ex chronologia horum temporum a Patribus conſtituta, reſtituendus quoque eſt Epiphanii (*a*) locus; nam cum impugnat Manetis hæreſin, ait: *In ſumma vero ab aſſumptione Chriſti uſque ad Manetem & Aurelianum ac Probum Reges anni ſunt ducenti ſeptuagintaſex, ſecundum alios chronographos, juxta alios ducenti quadragintaſex:* reſtituendus eſt, inquam, locus, ut prior annorum numerus non ab aſcenſione Domini, ſed a nativitate ducatur. Sicque ille a natali die Domini uſque ad Aureliani tempora, quibus hæreſis Manetis divulgari cœpit, tot numeret annos; nos vero unum amplius eo numero, quod certum annum Aureliani ex Conſulibus conſignemus. Poſterior vero Chronologia temporibus Probi probe reſpondet, dum a reſurrectione Domini uſque ad ejus Imperium expletos annos numerat ducentos quadragintaſex; qui annorum numerus egregie noſtræ chronographiæ conſentit, dum nos a nativitate Domini uſque ad Imperium Probi annos numeramus ducentos ſeptuagintanovem.

(*a*) Epiph. hæreſ. 66.

IV.

At hujus ortum hæreſis ſanctus Epiphanius ad Gallieni refert tempora, dum brevi compendio totam nebulonis tragœdiam ſummatim (*b*) perſtringens, hæc ait: *Regnarunt Valerianus & Gallienus ad annos duodecim. In nono igitur horum Imperii anno aſcendit Manes, ſive Manichæus, e Perſide; quando etiam ad Archelaum Epiſcopum Caſcharorum Meſopotamiæ diſputationis gratia venit, & ſuperatus, latenter aufugit, & delatus ad Diodoridem vicum in vicinia Caſcharorum; ubi cum diſputationem adverſus ſanctum presbyterum Tryphonem inſtituiſſet, perfecte ab ipſo confuſus eſt. Quare & populus lapidibus eum obruiſſet, niſi ab Archelao Epiſcopo liberatus fuiſſet. Itaque in Perſidem reflexit, & juſſu Regis arundine excoriatus eſt, atque ſic vitam finivit:* Hæc Epiphanius. Verum alibi (*c*) idem auctor ait exortam Manetis hæreſin circa annum quartum Aureliani, de quo agimus, Imperatoris; alii (*d*) rurſum ſub Tacito; ſub Caro alii (*e*) Manetem ponunt; Euſebius autem anno ſecundo Probi.

(*b*) Epiph. de menſur.

Manetis res geſtæ.

(*c*) Epiph. hæreſ. 66.
(*d*) Beda de ſex ætat. in Adon.
(*e*) Zonar. 3. pav. Annal.

V.

Cyrillus (*f*) Epiſcopus Hieroſolymitanus, qui vixit ſub Conſtantio, eum ſub Probo Imperatore emerſiſſe tradit, hancque de eo hiſtoriam in omnibus veritati conſentaneam ſcribit, quam nos auctam ex aliorum Patrum ſcriptis hic inſerere operæpretium ducimus. Inſtituens igitur cathecumenos, his eos imbuit de pravis vitandis dogmatibus diſciplinis: *Omnes quidem* (inquit) *oderis hæreticos; maxime autem illum qui a mania ſeu inſania nomen habet; Manetem dico, qui primum tempore Probi cœpit; nam ante annos ſeptuaginta hic error viguit; & non deſunt qui auctorem illius ſuis oculis conſpexerunt. Non ideo tamen quod paulo ante fuerit, illum oderis; ſed ut malitiæ fabricatorem, & totius fœditatis receptaculum, & omnes hæreſeos ſordes ſuſcipientem*

(*f*) Cyrillus Cathec. 6.

Manetis hæreſis omnium peſſima.

tem. Ambiens enim malis excellere, omnia congerens peſſima, unam hæreſin blaſphemiis & ſceleribus refertam conflavit. Vaſtat Eccleſiam, vel potius eos qui errant in Eccleſia, tamquam leo ambulans. Tu igitur non attendas hujus ſuavi loquentiæ, neque ſimulatæ humilitati; ſerpens enim eſt, & germen viperarum. Et Judas dixerat (*a*), *Salve Rabbi, & tamen prodidit magiſtrum. Non advertas oſculis, ſed ſerva venenum.*

(*a*) Matt. 26.

VI.

At ne falſa videamur opinari de illo, obiter conſiderabimus qui fuerit iſte Manes; quin etiam aliqua ex parte, quid docuerit, attingemus. Memineris autem hæc apud te ipſum, & teneas memoria in auxilium opportunum, quæ ante dicta ſunt, & nunc quoque dicentur; ut ignorantes diſcant, & ſcientes recordentur. Non eſt ex Chriſtianis Manes. Abſit. Neque, ſicut Simon, ejectus ex Eccleſia, nec ipſe, nec illi priores ejus erroris magiſtri.

Scythianus architectus malorum omnium.

Ille enim fur eſt alienorum malorum, vindicans ſibi mala. Quo modo autem & qua ratione, audite. Scythianus quidam erat in Ægypto, genere Saracenus, nihil cum Chriſtianiſmo habens commune. Hic Alexandriæ habitans, & Ariſtotelicam vitam imitatus, quatuor libros compoſuit; unum quem appellavit Evangelium; non quod actiones ejus contineret, ſed ſolam appellationem; alterum vocavit Capitum; tertium Myſteriorum; quartum vero, quem nunc circumferunt, Theſaurorum. Diſcipulus autem ejus erat Terebinthus. Cum vero Scythianus ex propoſito veniſſet in Judæam, ut peſtilenti contagione afficeret illam regionem; morbo extincto illo, Dominus ſedavit peſtilentiam: Hæc cum ſcribat de Scythiano Cyrillus, perſpicue docet, errare Suidam & alios, qui cum Manete confundunt Scythianum, eumque genere Brachmanum dicunt.

VII.

Scythianus unde. (*b*) Epiph. hæreſ. 66.

Verum Epiphanius (*b*) de Scythiano prolixiorem contexuit hiſtoriam, eumque ait Saracenum genere, in Arabia nutritum, philoſophicis Græcorum litteris im-

butum, & mercatura intercedente cum Indis, prædivitem factum eſſe; quem & in Ægyptum deſcendentem tradit adſciviſſe ſibi ex lupanari mulierculam, ibique de duobus Principiis hæreſin ex Pythagoreis hauſtam promulgaſſe; Hieroſolymamque profectum, quod omnes ſibi adverſantes nactus eſſet, ſe totum magiæ ſtudio mancipaſſe. Sed cum ait Scythianum circa tempora Apoſtolorum vixiſſe; haud facile quis poterit aſſentiri, qui conſiderat huic proxime in ſchola impietatis ſucceſſiſſe Terebinthum ejus diſcipulum, & huic mox Manetem eſſe ſuffectum.

VIII. Terebinthus diſcipulus Scythiani.

De Terebintho autem hæc ſubdit Cyrillus; *Sed Terebinthus improbitatis illius diſcipulus, auri & librorum & hæreſis factus hæres, cum adeſſet in Palæſtina, & in Judæa notus eſſet, & excluſus, ſtatuit in Perſidem tranſire. Deinde, ne ex nomine illic cognoſceretur, Buddam ſe ipſum vocavit. Verum habuit hic adverſarios ſacerdotes Solis, & multis ſermonibus concertationibuſque commotis redarguebatur. Ad extremum, cum eſſet comprehendendus, profugit ad quamdam viduam. Deinde ſuprà domum aſcendens, & advocans aereos dæmones, quos Manichæi in abominandis ſuis ſacris ad hunc uſque diem invocare ſolent; divinitus percuſſus, & de domo proſtratus, extinctus eſt.*

IX. Manetis origo.

Atque ſic exciſa eſt altera beſtia; ſed relicta ſunt monumenta impietatis illius libri, quorum illa vidua hæres erat, ſimulque pecuniarum. Quæ cum neque cognatum, neque amicum haberet ullum, conſtituit pro illis pecuniis ſervum emere aliquem, Curbicum nomine, quem poſtea adoptavit, & Perſidis diſciplinis erudiendum curavit. Exacuit autem ſecundum humanitatis malum telum: Curbicus ille malus ſervus in ſemiphiloſophum evaſit; & mortua vidua, & pecunia & libri hæreditate illi ceſſerunt. Deinde, ne ſervitutis nomen illi contumelioſum eſſet, pro Curbico Manem ſe ipſum appellavit, quod lingua Perſarum, homiliam ſignificat;

Nomen Manes unde.

PAGIUS V. *Expeditio Taciti in Scythas.*

Tacito, inquit Zoſimus, *Romanum Imperium conſecuto, Scytha tranſjecta palude Mæotide, per Pontum ad Ciliciam uſque ſita, incurſionibus vexarunt, quos aggreſſus Tacitus partim ipſe debellatos ad internecionem delevit, partim Floriano deſignato Prætorii Præfecto debellandos tradidit, & in Europam contendit; ubi lapſus in inſidias ex hujuſmodi cauſa necatur, &c.* Ad hanc victoriam referendus Taciti Auguſti Nummus a Mediobarbo e ſuo Muſeo deſcriptus, in cujus poſtica legitur: VICTORIA GOTTHI P. Cernitur Victoria ſtans, dextra lauream, ſiniſtra palmam tenens. Hanc, inquit Mediobardus, vel in Germania, vel in Illyrico reportatam, ſuadet Cornificii Gordiani Cos. Oratio ad Senatum apud Vopiſcum in Tacito cap. 3. Verum, ea ad victoriam a Zoſimo memoratam pertinere non dubito: Gothi enim ſæpius Scythæ appellati; & Tacitum in Germania vel in Illyrico bellum geſſiſſe nullus prodit. Zonaras autem poſtquam ſcripſit, Aurelianum *cum expeditionem contra Scythas ſuſcepiſſet, juxta Thraciæ Heracleam* eſſe occiſum, de Tacito ait: *Cum autem Scythæ, Mæotide palude & Phaſide amne ſuperato, Pontum, Cappadociam, Galatiam, & Ciliciam invaſiſſent: Tacitus & Florianus Præfectus multos occiderunt, reliqui fuga ſalutem quæſiverunt.* Hæc itaque unica, quod ſciamus, Taciti Auguſti expeditio, cujus & Vopiſcus etiam meminit in Tacito cap. 13.

VI. *Taciti Aug. obitus.* Baron. an. 279. num. 1.

[1] Tacitus *a ducenteſima regni luce Tyana*, quæ urbs Cappadociæ, *mortuus eſt*, inquit Victor de Cæſaribus. Alter vero Victor: *Ducenteſima Imperii die apud Tarſum* (Ciliciæ urbem) *febri moritur.* Idacius in Faſtis ſub anni ſequentis Conſulibus, ideoque loco non ſuo, inquit: *His Conſ. occiſus eſt Tacitus Tyana.* Quare cum Tacitus die XXV. Septembris anni præteriti Imperator dictus fuerit, die XIII. Aprilis vel interfectus, aut febre ſublatus; incertum enim quo mortis genere extinctus fuerit. Qui vero intra *VI. menſem Imperii* morte præventum dicunt, quemadmodum Eutropius & Euſebius in Chronico, ejus Imperium a die vigeſima quinta menſis Septembris elapſi etiam auſpicantur; ſed numero rotundo loquuntur.

Zoſimus pag. 662. narrata Taciti morte, quam violentam fuiſſe dicit, ait: *Hinc ad tumultum civilem res redierunt, aliis in Oriente Probum Imperatorem deligentibus, aliis Romæ conſtitutis, Florianum. Ac Probus quidem obtinebat Syriam, & Phœnicen, & Paleſtinam, & Ægyptum univerſam: ſitas vero a Cilicia regiones ad Italiam uſque, Florianus. Eidem & Tranſalpinæ nationes parebant, Galli & Hiſpani cum inſula Britannica: pratereaque omnis Africa cum Mauritanis gentibus. Ambobus ad bellum inſtructis, Tarſum Florianus veniens, ibidem caſtra locandæ ſtatuit, victoria contra Scythas in Boſphoro ſemi-imperfecta relicta.* Idem fere habet Zonaras in Annalibus. Uno itaque eodemque tempore per tres fere menſes Florianus & Probus imperarunt.

PAGIUS VII. *Probus & Florianus de Imperio certant.* Baron. an. 279. num. v.

VIII.

Quod recentes Chronologi non animadvertentes, initium Probi in quintum diem Nonas Julii cum Onuphrio in Faſtis, quem in digerendis per hæc tempora Imperatorum annis paſſim ſecuti ſunt, diſtulerunt; licet revera vel a tempore mortis Taciti, vel a die, quo Romæ a Senatu Imperator acclamatus eſt, deducendum ſit. Verum eſt, Vopiſcum in Probo cap. II. ſcribere, *Probum* Romæ acclamatum Imperatorem *die tertio Nonas Februarias.* Sed locum mendoſum eſſe in omni ſententia affirmandum. Nam ſi ducentos, quibus Tacitus imperavit dies, a XXV. Septembris anni elapſi, ut fieri debet, incipias, pervenies ad diem XIII. Aprilis præſentis anni. Dein, ut ejus mortis nuntium Romam perferri potuerit, quindecim circiter dies elapſi fuerint. Sicque poſſibile non fuit, ut *tertio Nonas Februarias* Taciti mors, quæ in Cappadocia, vel in Cilicia contigit, Provinciis ſcilicet ab urbe Romana diffitis, in ea ſciri potuerit.

Florianus extinguitur.

NOTÆ [1] VEtus Catalogus apud Eccardum in Hiſtor. Med. Ævi Taciti mortem conſignat in Ponto poſt menſes 8. dieſque 12. imperii, eundemque interfectum aſſerit; (nec in mortis genere nec in loco emortuali unquam errare ſolet) ibique pariter Quintilius Aquilius Interfectus legitur.

cum enim dialecticus quibusdam esse videretur, Manem se ipsum nominavit, tamquam optimum disputatorem.

X. *At ille quidem bonam existimationem ex lingua Persica hoc nomine parabat; sed divina administratione factum est, ut nolens ex eo se ipsum argueret, ut in Persida existimans se ipsum honorare, apud Græcos insaniæ nomine sese appellaret.* Nam quod penes Græcos μανία, id est quod apud nos insania: Ideo illius discipuli (inquit Augustinus *a*) vitantes nomen in-
(a) *August. de hæres. c. 46.* saniæ, quasi doctiores, & eo ipso men-daciores, geminata, *n*, littera, *Mannichæum*, quasi *mannæ fundentem*, pro *Manichæo*, id est, *insano*, appellaverunt. Et si vocis hujus a Latinis sumas interpretationem, id est *mania* (ut tradit Festus) quod *turpis larva*, plane Maneti congrua. Sed Epiphanius (*b*) illud nomen
(b) *Epiph. hæres. 66.* aucupatum Curbicum ait, ut *Manes* dici voluerit, quod juxta Babylonicam linguam, *Manes vas* significet: æmulatus nimirum Apostolum, qui a Christo Vas electionis est appellatus. At quod ad nomen spectat, nec illud dicere prætermittamus (*c*) Manichæos illa item sibi no-
(c) *Aug. de hæres. c. 46.* mina indidisse, ut *Catharistæ* dici vellent, atque *Macarii*, nempe *Mundatores*, & *Beati*, itemque *Electi*; sed de nominibus modo satis. Redeamus ad Cyrillum, qui subdit:

XI. Horrenda Manetis blasphemia. *Audebat dicere se ipsum esse paracletum; est enim scriptum: Qui blasphemaverit Spiritum sanctum, non remittetur ei. Hic autem cum se Spiritum sanctum esse diceret, blasphemabat illum. Qui ergo cum illis communicat, videat cum quibus versatur. Commovit servus universam terram; quandoquidem (d) per tria contremiscit terra, & quartum non potest ferre,* (d) *Prov. 30.* *si servus regnet.* Addit Epiphanius, hoc tempore Manetem mississe tres ex suis discipulis Hierosolymam, emptum sacros libros, quo Christianorum res calleret, ut inde etiam, si posset de duobus Principiis dogma firmaret. Quo modo autem post hæc in carcerem ductus sit, rem gestam idem Cyrillus sic narrat:

XII. Prodiens porro in medium, supra vires humanas sese jactabat. Cum enim ægrotasset Regis Persarum filius, & Medicorum turba illi adesset; Manes promittebat per orationem, tamquam pius, se illum curaturum. Recesserunt medici, recessit & vita a filio Regis; virique illius impietas redarguta est; & vinctus erat in custodia philosophus; non quod Regem veritate offendisset, hæc passus; neque quod idola dissolveret; sed quod servare promisit ei, mentitus est; immo (ut verius dicam) propter homicidium. Qui enim per medicorum curam potuisset sanari; iste, medicos removens illum occidit, enecans negligentia. Cum enim plurima mihi de illo dicenda sint mala; memineris prius illius blasphemiæ, deinde servitutis (non quod turpis sit servitus, sed quod, cum servus esset, libertatem effinxerit malam) tertium falsitatem promissionis; quartum filii Regis cædem; quintum turpitudinem carceris; tum vero ex carcere fugam. Qui enim dicebat se esse Paracletum, & veritatis propugnatorem, fugit; non erat successor vel imitator Christi, qui alacriter veniebat ad crucem; sed fugiendo, contrarius illi fuerat. Deinde Rex Persarum necari jussit custodes carceris. Causa mortis Regis pueri Manes per suam superbiam fuerat; causa quoque mortis custodum erat per fugam. Qui ergo mortis est causa, iste ne adorari debet? Nonne oportuit Jesum imitari, qui dicebat: Si me quæritis, sinite hos abire? Nonne oportebat cum Jona dicere: Tollite me, & projicite, in mare; propter me enim tempestas ista?

Manes impostor capitur.

XIII. Fugit Manes de carcere, & venit in Mesopotamiam; sed occurrit illi scutum justitiæ Archelaus Episcopus. Quo modo autem in eum inciderit Archelaus, Epiphanius (*e*) narrat, dicens, studuisse Manentem, sive dixerimus Manichæum, ad-
(e) *Epiph. hæres. 66.* sciscere sibi insignem pietate virum Marcellum in Caschara Mesopotamiæ habitantem, ad eumque scripsisse epistolam, quam idem auctor suæ narrationi contexuit; eam vero nos ponemus inferius. Contigit autem opportune illic adesse Archelaum Episcopum, cum Mrcellus eam acce-

Archelaus Episcopus adversatur Manetі.

PAGIUS rit. Quare locus ille Vopisci sine dubio depravatus.

IX. *Interitus Floriani Imp.* Tacito itaque die decima tertia mensis Aprilis extincto, *Probus* in Illyrico, ut docet Victor de Cæsaribus, & *Florianus* Romæ Imperatores dicti, qui uno eodemque tempore in diversis Orbis Romani partibus simul regnarunt, donec *Florianus apud Tarsum ab suis interficitur*, in-
Baron. an. 279. num. 3. quit Victor de Cæsaribus, & confirmant Vopiscus in Floriano, & Zosimus, vel *incisis a semetipso venis effuso sanguine* consumitur, ut ait Victor in Epitome. Sed non ante currentis anni ætatem; Zosimus enim pag. 663. de Floriano scribit: *Cum in æstate ad Tarsum æstus exisseret, qui erant a partibus Floriani milites caloris insueti, quod major esset illius exercitus pars ex Europa, gravem in morbum incidebant.* Et postea ejus interitum narrat. Imperavit dies sexaginta, ut habet Victor in Epitome, aut verius, *duobus mensibus & diebus viginti*, ut prodit Eutropius, vel diebus LXIV. ut habet Cassiodorus, vel denique diebus LXXXIX. ut legitur in Chronico Eusebii. Quo pacto usque ad ætatem currentis anni vitam producere potuit. Eliminandus itaque recentiorum Chronologorum error existimantium, duos vel tres menses, quibus Florianus imperavit, Probi Imperium antecessisse, hujusque annos a Floriani morte auspicandos esse, cum revera uno eodemque tempore regnaverint, & sequentium Imperatorum tempora labefactari necesse sit; si Probi initium a morte Taciti non deducatur.

accepit a Manete epistolam; initoque consilio, factum ut Marcellus ad eum rescribens, ipsum Cascharam ad se vocaret, velut suarum litterarum interpretem. Cum autem Manes venisset, & quid ille impie sentiret, Archelaus audisset; ad publicam disputationem eum vocat. Constitutique sunt ex communi consensu judices hi, Marsipus externæ doctrinæ philosophus, Claudius medicus atque sophista, Ægialcus grammaticus, & Cleobolus sophista.

XIV. Auctor est sanctus Hieronymus (*a*), initam cum Manete disputationem ab ipso Archelao fuisse Syro sermone conscriptam, eamque in Græcam postea linguam conversam haberi præ manibus. Recitat
(a) *Hier. de Script. Eccl. in Archel.* ex ea disputatione per pauca quædam Cyrillus, quæ hic describere injucundum non
Disputatio publica cum Manete. erit; cum præsertim liber ille ab Archelao conscriptus, injuria temporis periisse videatur; ait enim (*b*): *Græcum auditorium constituens, etiam philosophis judicibus eum redarguit; ne, si Christiani judicarent, ad gratiam aliquid judicasse viderentur. Dixit ergo Archelaus ad Manetem: Quod prædicas, narra. Ille vero os habens tamquam sepulcrum apertum a blasphemia, a Creatore primum incipit, dicens: Quod veteris Testamenti Deus, malorum sit inventor, dicens de se ipso: Ego ignis consumens (c). Sapiens autem Archelaus dissolvit blasphemiam, dicens: Si veteris Testamenti Deus ignem se ipsum dicit: cujus erit Filius ille qui dicit: Ignem volo mittere in terram (d)? Si oderis eum qui dicit, Dominus mortificat, & vivificat (e), quare honoras Petrum, qui Tabitham quidem suscitavit (f), Saphiram autem mortificavit (g)? Si oderis eum, eo quod etiam mortem paraverit; quare non oderis eum qui dicit: Ite in ignem æternum? Si odisti dicentem (h): Ego Deus faciens pacem, & creans mala; perquire quid dicat Jesus (i), non veni mittere pacem super terram, sed gladium. Amborum sunt æqualia dicta; ergo e duobus alterum sit, necesse est: Aut uterque bonus per eamdem locutionem: Aut si irreprehensibilis Jesus hæc dicens, quare vituperas eum qui in Lege veteri similia dicebat? Postea Manes: Et qualis Deus qui obcæcat? Paulus enim dicit (k): In quibus Deus sæculi hujus obcæcavit mentes infidelium, ut non splendeat illis lumen Evangelii.*

(b) *Cyril. Catech. 6.*

(c) *Deut. 4. Hebr. 12.*

(d) *Luc. 12.*

(e) *1. Reg. 2.*

(f) *Act. 9.*

(g) *Act. 5.*

(h) *Isai. 45.*

(i) *Mat. 10.*

(k) *2. Cor. 4.*

XV. De obcæcatione impios a Deo immissa. *Archelaus vero optime refellens, Lege, inquit, quod præcedit paululum: Si vero est obscurum Evangelium nostrum, in perditis est obscurum. Vides quod in perditis obscuratur. Non sunt enim sancta danda canibus. Numquid autem solus veteris Testamenti Deus obcæcavit cogitationes infidelium? Jesus autem ipse nonne dixit: Propterea in parabolis loquor, ut videntes non videant? Non quod odisset illos, volebat ne viderent; sed propter indignitatem, quod oculos suos ipsi obstruxissent. Ubi enim spontanea pravitas, ibi & impedimentum gratiæ. Habenti (l) enim dabitur; & qui non habet, & hoc quod videtur habere, auferetur ab eo. Quinetiam, ut quidam interpretantur, & hoc dicere non fuerit ineptum; quod dicitur Deus excæcasse infidelium cogitationes, in malo excæcavit, ut sancta respicerent; non enim dixit; Obcæcavit ipsorum animam, sed cogitationes infidelium. Hoc autem est, perinde ac si diceret: Obcæca scortatoris libidinosas cogitationes, & servabitur homo: Excæca furis rapacitatem, & salvabitur homo; Sed si non vis hoc ita sentire, est alia interpretatio: Obcæcat & Sol lippos, & oculis laborantes male affectos, propter vim luminis: non quod Sol habeat vim excæcandi; sed quod corrupta videntium natura, videre per se non possit, sic & infideles ægrotantes in corde non possunt videre divinitatis radios. Et non dixit: Excæcavit cogitationes, ut non audirent Evangelium; sed, ut non intuerentur splendorem Evangelii Domini nostri Jesu Christi; Audire enim Evangelium omnibus licet; gloria autem Evangelii solis Christi germanis definitur & aperitur. Loquebatur Christus his qui audire non poterant in parabolis: discipulis autem seorsum disolvebat parabolas, splendor gloriæ illuminatis, excæcatio autem infidelibus. Hæc mysteria, quæ nunc Ecclesia enarrat tibi catechumeno, non est mos Ethnicis enarrare; nec enim Ethnico mysteria de Patre, Filio, & Spiritu sancto declaramus; quin & catechumenis non adeo aperte dicimus mysteria, sed sæpe obscurius dicimus; ut scientes Fideles intelligant; & qui nesciunt, non corrumpant.*

(l) *Luc. 16.*

XVI. Fuga Manetis. *His & aliis ejusmodi pluribus prosternebatur draco, talibusque concertationibus Archelaus superavit Manetem; ita ut rursum inde fugeret, perinde atque antea ex carcere. Vitans autem adversarium, venit in vicum quemdam vilissimum: quemadmodum serpens in paradiso, relicto Adam, ad Evam accessit.* Erat vicus ille dictus Diodorides, sub diœcesi Cascharorum, cui præerat presbyter quidam mansuetissimus, nomine Tryphon; qui cum non tanta esset dicendi facultate imbutus, ut Manetis sua jactanti resistere potuisset; de ea re (inquit Epiphanius *m*) Archelaum reddi-
(m) *Epiph. hæres. 66.* dit certiorem. Subdit Cyrillus: *Sed Archelaus, pastor bonus, ovibus prospiciens, fuga illius audita, cito accurrit, & lupum perquisivit. Manes vero, videns aperte adversarium, excessit, & fugit; dedit autem hanc postremam fugam.* Iterum in eo pago disputasse Archelaum cum Manete, iterumque convictum; & a populo

pulo adstante interficiendum, illi denuo præsto fuisse Archelaum, Epiphanius (a) tradit; additque ipsum fugisse, unde venerat in castellum Arabionis, idque Regi Persarum innotuisse, suosque misisse qui eum caperent; quæ autem postea contigerunt, Cyrillus sic narrat:

(a) Epiph. hæres. 66.

XVII. Manes iterum a Rege Persarum capitur & necatur.

Regis enim Persarum satellites ubique perquirentes fugitivum illum, comprehenderunt; & quam ab Archelao habere debebat sententiam, hanc regii ministri in illum tulerunt. Comprehenditur Manes, quem adorant ejus discipuli; & adducitur ad Regem. Cui Rex exprobravit mendacium & fugam, irrisit servitutem ejus, accusavit filii cædem, damnavit propter eum factam custodum necem. Itaque excoriari Manetem lege Persica mandavit; & corpus quidem reliquum bestiis devorandum tradidit; cutem vero, qua tanta illius improbitas continebatur, tamquam utrem ante portas suspendi curavit. Qui se ipsum Paracletum esse dicebat, & futura se scire ostentabat; fugam suam & comprehensionem nesciebat? Hæc Cyrillus. Quod igitur Manes arundine excoriatus fuit; inde sumpsisse Manichæos, ut super arundines accubarent, S. Augustinus (b) affirmat. Unde quod super mattas jacerent sic compositas; nomen quoque profluxit, ut Mattarii iidem fuerint appellati. Prosequitur Cyrillus hæc de ejus discipulis:

(b) August. contr. Faust. l. 5. c. 4.

XVIII. Manetis discipuli.

Hujus Manetis discipuli tres fuerunt, Thomas, Buddas, & Hermas. Nemo legat secundum Thomam Evangelium; non enim est unius ex duodecim Apostolis, sed unius ex his tribus Manetis discipulis. Nemo corrumpatur ab animarum corruptoribus Manichæis, qui tristibus aquis mæstitiam jejunii sibi inducunt. Qui factorem quidem ciborum calumniantur, cibos autem optimos quosque vorant. Qui docent, quod qui herbam evellit, in illam mutabitur. Agricolæ & holitorum pueri in quot transformabuntur herbas & gramina? Tot annis holitor falce secabat herbas, ut sæpe videmus; in quam ergo ex illis mutabitur? ridicula vere dogmata & turpitudine vituperationeque plena. Idem quandoque homo cum esset pastor ovium, & ovem sacrificavit, & lupum occidit; in utrum igitur mutabitur? Multi homines pisces capiebant, & aves aucupabantur; in quid igitur mutabuntur antiquitatis nepotes Manichæi, qui non operantes, ea quæ sunt operantium devorant? qui eos qui afferunt illis cibos, hilari facie recipientes, pro benedictionibus maledictis infectantur? Cum enim ignorans aliquis illis affert panem: Paululum (inquit) extra subsiste, & benedicam tibi. Deinde in manus recipientes panem (quemadmodum illi qui ex illis pœnitentiam agentes confessi sunt) Ego te (dicit Manichæus pani) non feci, & execrans projicit in altum, & maledicit ei qui fecit illum, atque sic factum comedit. Si oderis cibos; cur hilari facie intueris illos afferentem? Si danti habes gratiam; cur factorem & opificem omnium blasphemas? Et rursus: Ego te (inquit) non seminavi; seminetur seminans te. Ego te non messui falcibus; metatur metens te. Ego te igne non coxi; coquatur qui coxit te. Pulchra sane gratiarum actio.

XIX. Turpitudines Manichæorum.

Magna quidem hæc mala, sed parva respectu aliorum. Lavacrum illorum coram viris & mulieribus enarrare non audeo. Vereor dicere in quo ficum intingentes, dant miseris; quod per Sisycum traditum manifestatum est. Viri enim in somniis hæc imaginarentur, & mulieres in puerperiis; pollueremus certe os nostrum hæc dicentes. Neque enim Græci his impuriores, neque Samaritæ magis athei, neque Judæi magis impii, neque scortatores istis sunt impuriores. Scortator enim ad unam horam per concupiscentiam finit operationem; condemnans autem se sceleris tamquam pollutum, scit se lavacro egere, & agnoscit fœditatem facinoris; Manichæus autem in medio altaris ponit ista, atque simul os & linguam pollut. Ab ejusmodi ore, o homo, capies doctrinam? Hoc semper obvium osculo salutabis? Numquid præter aliam impietatem, hanc solam non fugies fœditatem, scelestisque potiores, omnique prostituta detestabiliores? Annuntiat Ecclesia & docet, attingitque sordes istas, ut tu non polluaris; dicit vulnera, ut tu non vulnereris. Sufficit autem hæc solum scire tibi; sed experientia illa discere cave.

XX. Stultitia Manichæorum.

Tonat Deus, & nos omnes tremimus; illi autem blasphemant. Fulgurat Deus, & omnes ad terram inclinamur; illi vero nefandas in cœlum movent linguas. Jesus dicit de Patre (c): Qui Solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super justos & injustos. At illi dicunt, quod pluviæ ex quadam amatoria insania fiunt. Et audent dicere, quod sit quædam virgo in cœlo pulchra cum juvene pulchro, & more camelorum aut luporum illos quoque turpis concupiscentiæ tempus habere; & cum fiunt tempestates furendo illum instare virgini, ac illam quidem fugere, hunc autem insequi: atque tum currendo sudare, & ex illius sudore pluviam esse. Hæc scripta in Manichæorum libris; hæc nos legimus non credentes dicentibus; propter vestram enim securitatem etiam perditionem curiose scrutabamur. Hæc S. Cyrillus, suos alloquens catechumenos, optime sane hæc ipse calluit, qui eodem prope seculo vixit & in Oriente, ubi illud monstrum primum innotuit; sed & cum ex Manetis inspectione librorum, tum etiam ex ejus discipulis, cum execrantes ejus turpitudines atque

(c) Matt. 5.

que blasphemias, ad Ecclesiæ puritatem ac sanctitatem confugerent, hæc plenissime assecutus est.

XXI. Consilium diaboli.

Videns autem hostis humani generis refrixisse, & prope penitus exoleviss, ob sceleris immanitatem, quas per Gnosticos docuerat turpitudines; & jam deficere etiam quem in Montano novum effinxerat paracletum, & ab eo superinducta jejunia habita esse neglectui; conatus est, sed diversam a priori iniens rationem, ex duobus unum conflare monstrum; simul enim in unum conjungens Gnosticorum deformitates, & Montani blasphemias, aliisque impietatibus superinductis, his ornamentis phaleratam belluam introduxit, immo horrendum visu spectrum eduxit, ex inferis, flammas ignis spirans, quibus universum propemodum depastum est Orbem; usque adeo, ut vix aliquis repertus locus fuerit, qui non ejus incendio conflagrarit, vel non ejus suligine saltem obductus. Et, quod superat omnem captum, non vulgares tantum, sed qui scientia videbantur esse sublimes, non solum ad se nefarium dogma pellexit, sed & sui constituit defensores; de quibus suo loco dicturi sumus. Sic namque ad decipiendum comparatus ille versutus, cum (quod scriptum est in Apocalypsi a) foris præseferret speciem agni, loquebatur tamen ut draco.

(a) Apoc. 13.

XXII. (b) Apud Epiph. hæres. 66.

Sed ut hæc apertius cognoscantur: libuit hic attexere perbrevem ejus epistolam (b) ad Marcellum pientissimum virum conscriptam, qua pariter prima suæ hæresis rudimenta propinans, hæc ait:

Manetis epistola.

Manes Apostolus Jesu Christi, & qui mecum sunt sancti, ac virgines Marcello filio dilecto gratia, misericordia, pax a Deo Patre, & Domino nostro Jesu Christo; & dextera lucis conservet te ab instante sæculo malo, & accidentibus ipsius, & laqueis diaboli. Amen.

Cum dilectionem tuam maximam esse perceperim, valde gavisus sum; fidem autem non esse juxta rectam rationem, indigne tuli. Unde ad humani generis correptionem missus, parcensque his qui fraudi & errori se ipsos exposuerunt, has ad te litteras mittere necessarium duxi; primum quidem ad salutem animæ tuæ, deinde etiam eorum qui tecum sunt, ad hoc ut ne indiscretam habeas cogitationem; veluti simpliciorum duces docent, dicentes, bonum & malum ab eodem ferri, & unum principium introducentes, non discernentes neque dirimentes a luce tenebras, & bonum a malo ac pravo, & externum hominem ab interno, velut antea diximus; sed alterum cum altero confundere & permiscere non cessant. Tu vero, o fili, non similiter, ut multi homines, citra rationem, ac simpliciter utraque, prout contigerit, unias; neque Deo bonitatis attribuas. Principium enim & finem, & horum malorum patrem ad Deum referunt, quorum finis maledictioni propinquus est. Neque enim dictis a Domino ac Salvatore nostro Jesu Christo Evangeliis credunt, quod non potest arbor bona malos fructus ferre, neque arbor mala bonos fructus facere. Et subit animum meum admiratio, quo modo Deum satanæ, & malorum ipsius operum creatorem & opificem dicere audent. Atque utinam hucusque saltem inanis labor istorum processisset, & non unigenitum qui a sinu patris descendit, Christum Mariæ mulieris cujusdam filium esse dixissent, & ex sanguine & carne & reliqua fœminarum graveolentia natum esse. Et ut ne multa per hanc epistolam scribens mansuetudinem tuam in longum tempus suspendam; cum naturalem eloquentiam non habeam, his contentus ero. Totum vero cognosces præsente me apud te; si quidem salutis tuæ adhuc curam geris. Neque enim laqueum cuiquam injicio, veluti plerique imprudentiores faciunt. Considera quæ dico, fili venerandissime. Hucusque epistola.

XXIII. Fraus hæreticorum.

Reddunt profecto idem dicendi genus, eumdemque in omnibus exprimunt characterem quæ a Novantibus hæreticis nostri temporis scriptæ, deforis mellitæ circumferuntur epistolæ; eodem quippe cum illo afflatos spiritu, easdem videas eructare sententias, concinnare fallacias, ac plane aureo calice propinare blasphemias, dum Manetis instar nonnisi charitatem, pietatem, Dei laudes, & Christi præconia spirare in omnibus videantur, errantes, & in errorem inducentes, secundum illud Ezechielis (c): *Consuunt pulvillos subter omne cubitum, ad decipiendas animas.* Sed ad Manetis dogmata disquirenda redeamus.

(c) Ezech. 13.

XXIV. Prædamnata Manetis hæresis.

Has autem, quas ad Marcellum scripta virulenta Manetis epistola protulit horrendas blasphemias, jam longe antea ipsi viventes Apostoli damnaverunt. Joannes enim cum principium unum tantum esse affirmet; eos pariter qui veram Christi negarent humanitatem, quales habendi essent, perpetuæ sententiæ judicio definivit, dicens (d): *Omnis spiritus qui confitetur Christum in carne venisse, ex Deo est; & omnis qui solvit Jesum* (nempe a carne disiungit) *ex Deo non est, & hic Antichristus est.* Sed & Ignatius, qui vixit Apostolorum temporibus, illorumque ipse discipulus, quam sedulus, quam fortis, quam vehemens oppugnator fuerit hujus hæresis a Basilide primum excogitatæ; in diversis (e) epistolis, ac ea præsertim quam scripsit ad Trallianos, post multa, rem adeo certe atque perspicue testatam reliquit, dicens: *Vere genuit Maria corpus habens in se Deum habitantem, & re vera natus est Deus Verbum ex virgine vestitus corpore obnoxio iisdem passioni-*

(d) 1 Joan. 4.

(e) Ignat. epist. 5. 6. 10.

sionibus nobiscum; vere natus ex vulva, qui omnes homines in vulva finxit; & corpus sibi fabricavit ex sanguinibus virginis, hoc solum excepto, quod nulla viri consuetudo intercesserit; in utero gestatus, sicut & nos, certis mensium circulis; & vere natus est, sicut & nos, & vere lacte pastus est, & cibo potuque communi usus est, sicut & nos, &c. Sed de his superius pluribus. At hæc voluimus breviter attigisse, tamquam adversus Manetis virus antidotum præsentaneum, quod veluti in capsula medica semper illibatum S. Ecclesia custodivit.

XXV. S. Ecclesiæ enim auctoritati S. Augustinus innitens, uno usus argumento, omnes Manichæorum arte compositas molitiones disjecit, cum ait (*a*): *Ut ergo hanc omittam sapientiam, quam in Ecclesia esse Catholica non creditis; multa sunt alia, quæ in ejus gremio me justissime teneant. Tenet consensio populorum atque gentium; tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata; tenet ab ipsa sede Petri Apostoli (cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendavit) usque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum; tenet postremo ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes hæretici se Catholicos dici velint; quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere*: Hæc & alia Augustinus, cum agit contra aliam epistolam Manichæi, dictam ab illis, *Fundamenti*. Sumus autem nos hæc interlocuti exemplo illorum, qui attrectaturi serpentes, antidoto se præmuniunt.

(*a*) *Aug. contra epist. Manichæi c. 4.*

Confutata hæresis Manetis.

XXVI. Sed illud hic obiter declarandum est de Manete; ipsum non sic se vocasse Apostolum, ut se tantum Petro conferret vel Paulo, aut alii cuipiam ex numero Apostolorum; sed quod profiteretur se esse Paracletum, quem Christus prædixit a Patre mittendum: seque sic missum a Patre nominaret Apostolum; id quidem de illo ejus affirmabant discipuli, de quibus hæc Augustinus (*b*): *Promissionem Domini nostri Jesu Christi de Paracleto Spiritu sancto, in suo hæresiarcha Manichæo dicunt esse completam. Unde se in suis litteris Jesu Christi Apostolum dicit, eo quod Jesus Christus se missurum esse promiserit, atque in illo miserit Spiritum sanctum.* Sed & de instituto ab eo instar Catholicæ Ecclesiæ hierarchico ordine dicemus inferius. Verum quæ reliquæ sunt, ab eo conscriptas blasphemias inspiciamus.

Quomodo Manes Apostolus.

(*b*) *Aug. de hæres. c. 46.*

XXVII. Scripta Manetis. Diffamavit eas non scriptis tantum a se epistolis ad Marcellum, & alia quam diximus ad incertum auctorem, titulo *Fundamenti*; sed aliis a se editis commentariis, nempe eo quem inscripsit, *Mysteria*; & cui indidit nomen, *Thesaurus*, additoque illo quo sub titulo astrologiæ docuit magicas incantationes, & aliis, quorum omnium meminit Epiphanius (*c*). His, inquam, a se editis libris, alios portentosos addidit; prioribusque adjunxit novas hæreses, quarum aliæ ex iisdem ortæ principiis, veluti rivi e cœnoso fonte dimanarunt; & aliæ ex aliis deductæ causis, pro arbitrio insani hominis, prodierunt. Prioris nempe generis erant, quibus diceret, totum hominem e duobus creatum esse Principiis, ex bono animam, corpus vero fabricatum a malo.

(*c*) *Epiph. hæres. 66.*

Quod igitur a mali principio carnem iidem Manichæi dicerent provenire, negabant Christum humanam suscepisse naturam; eademque ratione carnem, ut malum ex mali Principio germen, odio prosequentes, perpetuum contra eam, sed irrationabile plane bellum sic conflarunt, ut eam probrosis etiam afficerent contumeliis & immunditiis, eoque insano prætextu in immensum gurgitem turpitudinum mersi, omni pariter immunditiarum ac libidinum genere se polluerent, quod dicerent eo modo injuria carnem affici; idque eo ardentius ipsi præstare solerent, quo voluptuosius id fieri intelligerent; eoque licentius, quo præseferrent pariter cum obscœnitate justitiam; atque eo instantius perpetrarent, quo ad hæc tamnefanda atque turpia religio videretur impellere; ita enim jactabant multis his purgari malum: quibus adderent illud obscœnum & auditu tantum maxime execrandum, ut conspersa farina humano semine, instar Gnosticorum, quæ offerebant libamina inde conficeret. Quod licet ipsi negarent, tamen rei nefariæ convictos esse, S. Augustinus testatur (*d*) de his quæ suo tempore acciderunt, de quibus suo loco dicturi sumus.

XXVIII. Manichæorum obscœna.

(*d*) *Aug. de hæres. c. 46.*

Eadem quoque ex causa quod carnem ex materia & materiam a mali principio fluxisse dicant; omnem generationem avertunt, impediunt, & execrantur, quod ex ea augeatur materia ac proinde mali Principii causam agi; quæ in eos idem Augustinus (*e*) scribens, pluribus monstrat ac confutat. Eadem quoque causa, quod dicerent nullum materiæ dandum esse adminiculum, eo dementiæ pervenerunt, ut execrarentur eos qui pauperibus eleemosynam darent, quod eo actu faverent mali Principio; quod Theodoretus (*f*) testatur, & ante eum S. Athanasius (*g*), qui ait: *Pro re hostili habetur apud Manichæos pauperum commiseratio*. Eadem quoque ratione quod carnem odio haberent (quod est illis commune cum Marcionitis) negabant etiam carnis resurrectionem.

XXIX. Stulta crudelitas Manichæorum.

(*e*) *Aug. contra Faust. l. 19.*

(*f*) *Theod. hæret. fab. lib. 1.*

(*g*) *Athanas. epist. ad Solitar.*

In odium quoque carnis execrari eos, ait

XXX.

Manichæi reliquias spernunt. ait S. Augustinus, Sanctorum reliquias, maximeque invehi in Christianos, qui martyres colunt, eorumque celebrant festos dies; perinde ac si ipsi colerent, ut deos, homines, Sed refellit eam sæpe calumniam Augustinus, demonstrans nos non colere ut Deum homines, sed venerari ut Dei amicos, disputatque de his pluribus agens contra Faustum (*a*). Probe vides, lector, quem habeant Patriarcham, qui Sanctorum cultum, venerationemque sacrarum reliquiarum detestantur; tali ipsi sane, tantoque glorientur auctore; & Ecclesiæ columen Augustinum, Sanctorum cultum probantem ac defendentem (ut libet) condemnent; atque sic Manetis Paracleto se glorientur afflatos. Porro Manichæi (ne id prætermittamus) eadem quoque ratione, quod carnem tamquam ex mali principio deductam execrarentur, matrimonium etiam damnabant; de quorum stultitia pluribus idem S. Augustinus (*b*) agit.

(*a*) *Aug. contra Faust. l. 20. c. 21. & l. 32. c. 11. 12.*

(*b*) *Aug. contra Faust. lib. 15. c. 5. 6. 7.*

XXXI. Quid de anima senserint Manichæi. Quod vero ad animam spectat, non unam insitam cuilibet homini Manes tradidit, sed duas, easdemque diversas, atque e contrariis plane principiis dimanantes; nempe malam alteram, a mali Principio generatam; alteram vero bonam, infusam a boni Principio, eamdemque esse divinæ substantiæ. Adversus hæc excogitata ab homine insano commenta, idem S. Augustinus pluribus disputat, scripto de duabus animabus contra Manichæos commentario. Purgationem etiam quamdam fatuam animarum Manes itidem introduxit atque punitionem, docens transanimationem Pythagoream, ut Epiphanius (*c*) & Cyrillus affirmant; animas vero Manichæorum ab ejusmodi punitione liberas esse, sed eas per elementa purgari (*d*), ac in Lunam transmitti, & ex ea tamquam per scapham quamdam ad Solem perduci, & ad Deum bonum, e cujus substantia essent, adduci; reliquas vero animas, quæ ab eo prædicatam veritatem audire contempsissent, gehennæ ignibus tradi dæmonibus cruciandas; sicque pro ratione delicti punitas, ad corpora iterum transmitti, ut erudiantur; quod si neglexerint, ad magnum ignem tandem demitti: hæc plane fuerunt Manetis de animabus insomnia.

(*c*) *Epiph. hæres. 66.*

(*d*) *Aug. de hæres. c. 46.*

XXXII. De Christo autem non tantum (quod dictum est) sentiunt, eum minime humana indutum carne, ac proinde nec natum, nec passum; sed & testatur S. Hilarius (*e*), Manetem negasse unam eamdemque Christi esse cum Patre substantiam, sed partem ex ipsa. Verum eo usque perductum est ejus mentis delirium, ut illum dixerit fuisse serpentem, qui Adæ atque Evæ per esum pomi infuderit scientiam boni & mali; & ad hæc prospicienda illorum oculos aperuerit. Rursus vero eum

(*e*) *Hilar. de Trinit. l. 6.*

præterea esse Solem hunc Orbis, Manichæos tradere, Theodoretus (*f*) & alii affirmant. Illos quidem adorare solitos Solem & Lunam, Augustinus (*g*) testatur. Sed quid illi dixerint de Sole & Luna, & de excogitata a Manete Trinitate, audiamus Augustinum (*h*) hæc eorum insomnia recensentem, refellentemque.

(*f*) *Theodor. hær et. fab. lib. 1.*

(*g*) *Aug. contra Faust. lib. 14. c. 11. 12.*

(*h*) *Aug. contra Faust. l. 20. c. 6. 7.*

Primo Solem navem quamdam dicitis; ita non tantum (ut dicitur) toto cœlo erratis, sed & nutatis. Deinde cum omnium oculis rotundus effulgeat, eaque illi figura pro sui ordinis positione perfecta sit; vos eum triangulum perhibetis, id est, quamdam trianguli cæli fenestram, lucem istam mundo terrisque radiare. Ita fit, ut ad istum quidem Solem dorsum verticemque curvetis, non autem ipsum tam clara rotunditate conspicuum, sed nescio quam navim per foramen triangulum micantem atque lucentem, quam confictam cogitatis, adoretis; quam profecto faber ille non faceret, si quemadmodum emuntur ligna, quibus navigiorum tabulæ compinguntur, sic emerentur & verba, quibus hæreticorum fabulæ confinguntur. Verum hæc tolerabilius vel videntur vel flentur in vobis.

XXXIII. De Navi Manetis.

Illud est intolerabiliter sceleratum, quod de ipsa navi puellas pulchras & pueros proponi dicitis, quorum formosissimis corporibus inardescunt principes tenebrarum, ad fœminas masculi, & ad masculos fœminæ; ut in ipsa flagranti libidine, & hianti concupiscentia de membris eorum, tamquam de tetris sordidisque compedibus Dei vestri membra solvantur; & his obscœnissimis pannis vestris conamini asserere ineffabilem Trinitatem; dicentes Patrem in secreto quodam lumine habitare, Filium autem in Sole virtutem, in Luna Sapientiam, Spiritum sanctum in aere: Hæc Augustinus, qui commentum inane, sua sponte corruens, quod Fausti eloquentia videretur esse suffultum, nullo negotio, in eo disputans, disjicit & demolitur. Sic videas, Manichæos non proprie Solem, Christum dixisse, sed in Sole Christum esse, sicut in Luna Sapientiam, & in aere Spiritum sanctum; quibus dicerent animas (ut tradit Epiphanius (*i*) deprædari, esseque Solem & Lunam ex divina substantia.

XXXIV. Deliramenta Manichæorum.

(*i*) *Epiph. hæres. 66.*

Quinque insuper elementa idem hæresiarcha constituit, quæ genuerint Principes proprios, dominantes genti tenebrarum, quibus nominibus nuncupat fumum, tenebras, ignem aquam, ventum; in fumo nata animalia bipedia, unde homines quoque ducant originem; in tenebris serpentes; in igne quadrupedia; in aqua pisces; in vento volatilia. *Ad hæc quinque malorum elementa debellanda* (ait ex eo Augustinus *k*) *alia quinque elementa de regno & substantia Dei missa esse, & in illa*

XXXV. Quinque elementa Manichæorum.

(*k*) *Aug. de hæres. c. 46.*

illa pugna fuisse permixta, fumo aera, tenebris lucem, igni malo ignem bonum, aquæ malæ aquam bonam, vento malo ventum bonum: Naves autem illas, id est duo cœli luminaria, ita distinguere, ut Lunam factam dicant ex bona aqua, Solem autem ex igne bono. Esse in navibus sanctas virtutes, quæ se in masculos transfigurent, ut illiciant fœminas gentis adversæ, & per hanc illecebram commota eorum concupiscentia, fugiat de illis lumen, quod membris suis permixtum tenebant, & purgandum suscipiatur ab angelis lucis, purgatumque illis navibus imponatur ad regna propria reportandum: Hæc S. Augustinus (*a*); additque his locatis principiis, eos veluti necessitate quadam cogi ad nefarias libidines perpetrandas, de quibus jam est dictum superius.

(*a*) *Aug. ibid.*

XXXVI. De Mundi creatione.

Quod ad mundi creationem spectat; non ex nihilo esse creatum dicit, sed ex præexistente materia, ut de eo scribit S. Hieronymus (*b*). Addit Augustinus (*c*), confiteri Manichæos, *mundum a natura boni, hoc est a natura Dei factum, sed de permixtione boni & mali, quam factam dicunt, cum inter se utraque natura pugnavit; id porro agi per Christum & Dei substantiam in creaturis infusam, ut adversariam partem superando, fieret omnium exacta purgatio:* Hæc ex Augustino. Addit Epiphanius; Manetem de mundo dixisse, Principem boni spoliatum fuisse a mali Principe mundi dominio; sed restitutionem procurari per Christum.

(*b*) *Hieron. in epist. ad Ephes. c. 6.*
(*c*) *Aug. de hæres. c. 46.*

XXXVII. Deos multos colere Manichæos.

Jam piget ulterius prosequi deliria hominis penitus insanientis, & somnia febricitantis recitare, digna potius quæ sibilis explodantur, quam nedum Christiano, sed nec Ethnico stylo scribantur. Verum ex quo de his ex instituti ratione semel dicere cæpimus; agedum, quæ sunt reliqua impietatum omnium venena prodamus. Rejiciebat Manes (*d*) Prophetas, quos dicebat spiritu erroris afflatos; qui enim cum Moyse atque Prophetis locutus esset, affirmabat fuisse Principem tenebrarum. Addit (*e*) Augustinus contempsisse eum præcepta Decalogi, quippe qui non unum Deum coleret, sed deorum agmina. Nam idem (*f*) hæc narrat, quæ ex Manete scripserat in Amatorio cantico Faustus: *Se vidisse maximum regnantium Regem, sceptrigerum, perennem, floribus cinctum, & facie rutilantem, duodecim magnis diis circumdatum, ternis per quatuor tractus, quibus adderet alia deorum agmina*: in quem jure his verbis idem invehitur Augustinus: *O lascivia immunda! sine fronte adhuc ista garris? adhuc pascis ventos? adhuc amplecteris idola cordis tui? Ita ne tu facie ad faciem vidisti regnantem Regem sceptrigerum, floreis coronis cinctum, & deorum agmina, & splendentem agnum sex*

(*d*) *Epiph. hæres. 66.*
(*e*) *Aug. cont. Faust. lib. 15. c. 7.*
(*f*) *Aug. ibid. c. 5. 6.*

De visione Manetis.

vultus & ora ferentem, micantemque lumine; & alterum regem honoris, angelorum exercitibus circumdatum; & alterum adamantem heroem belligerum, dextera hastam tenentem, & sinistra clypeum; & alterum glorioſum Regem tres rotas impellentem, ignis, aquæ & venti; & maximum Atlantem mundum ferentem humeris, & cum genu fixo brachiis utrinque secus fulcientem? Hæc & alia mille portenta tu facie ad faciem vidisti? an hæc tibi doctrina dæmoniorum mendaciloquiorum cantat, & nescis? &c.

XXXVIII. Manes destruxit politicum dominium.

Totum insuper politicum dominium Manes sustulit, dum derogaret publicis magistratibus, & bella ex causa justa susceptа damnaret (*g*): humano generi insuper suppeditantem victum agrorum culturam proscripsit, tamquam plurium cædium ream, quod in qualibet herba vel planta inesse diceret, ut homini, insitam animam; quæ tamen peccata illis condonari ait, qui suis sectariis parant cibum, quos vocabat Electos; iis enim qui primæ classis erant, quos dicebat Auditores, omnia, quæ cæteris, permissa esse voluit (*h*). Unde fiebat, ut cum Manichæi paupertatem voluntariam affectarent, in Auditoribus suis essent ditissimi; & qui ab aliis abstinentes videri volebant, essent voluptatibus maxime dediti. Introduxit insuper superstitiosum ciborum delectum (*i*), nempe abstinentiam a carnibus, vino, ovis caseis; quod diceret, non inesse illis divinam substantiam, sed a mali Principio generata. Fatum insuper introduxisse, testatur Socrates (*k*). Negasseque futurum judicium, affirmat Philastrius (*l*).

(*g*) *Aug. contra Faust. lib. 22.*
(*h*) *Aug. contra Faust. l. 20. c. ult.*
(*i*) *Aug. cont. Faust. l. 7. c. 5.*
(*k*) *Socr. l. 1. c. 22.*
(*l*) *Philast. de hæres.*

XXXIX. Manichæi sentina omnium scelerum.

At licet multa de Manetis erroribus sint a nobis ex antiquis Patribus hinc inde collecta; non adhuc tamen egestam cloacam omnium turpitudinum intelligimus; sed jam pertæsi in his diutius detineri, sententia una S. Leonis Papæ profundi scelerum putei os obstruere consultius existimamus, quod desperemus eum penitus exhaurire; ait enim (*m*): *Cum diabolus in cunctis perversitatibus multiformem teneat principatum; arcem tamen sibi in Manichæorum struxit insania; & latissimam in eis aulam, in qua se exultantius jactaret, invenit; ubi non unius pravitatis speciem, sed omnium simul errorum impietatumque mixturam generaliter possideret. Quod enim in Paganis profanum, quod in Judæis carnalibus cœcum, quod in secretis magiæ artis illicitum, quod denique in omnibus hæresibus sacrilegum atque blasphemum est; hoc in istos, quasi in sentinam quamdam, cum omnium sordium concretione confluxit. Unde universas eorum impietates; & turpitudines enarrare perlongum est; superat enim verborum copiam criminum multitudo*: Hæc S. Leo.

(*m*) *S. Leo. serm. 5. de Jejun.*

S. Leo. De his autem quæ Romæ a Manichæis gesta esse diversis temporibus, cum S. Augustinus, tum ipse S. Leo describit, dicemus suo tempore opportunius.

XL. Diaboli consilium in Manete.

His igitur de Manetis, ac de ejus discipulorum dogmatibus dictis; quæ reliqua sunt de instituta ab eo, in similitudinem Christi Ecclesiæ, satanæ synagoga, deque ejus discipulis, & propagatione hæresis dicere, necessarium ducimus. Novam plane artem diabolus excogitavit, novumque adversus Dei Ecclesiam certamen aggressus est. Quod enim in omnibus, quas in hanc diem hæreses excitarat, jam enervatas confractasque suas vires esse sentiret; non jam ex iis qui in Ecclesia fuissent (ut semper fecerat) adversus Ecclesiam armat ad prælium; sed sumit ex Ethnicis hominem, qui tamen ad expugnandam Ecclesiam armis Ecclesiæ uteretur, eo nimirum consilio, ut, dum homo Gentilis tam vehementer Christianam religionem insectaretur, eo nomine sibi Gentiles Christianæ religioni infensos conciliaret; dum vero ex divina Scriptura novi Testamenti homo Paganus testimoniis uteretur, Christianos leves ad se audiendum ea arte pelliceret. Sed & ex omnibus prope sectis aliquid deflorans, omnia etiam hæreticorum studia sibi conciliare conatus est.

XLI. Ecclesiam Manes compositi.

Insuper licet ipse quidem (ut dictum est) non ex Christianis prodierit, neque Christianis adhæserit; tamen cuncta pene quæ in Ecclesia essent, salubriter instituta, imitatus est. Licet enim (ut Augustinus (*a*) testatur) Christianorum baptisma execraretur; suos tamen baptizabat, diversa nempe ab Ecclesiæ forma. Unde Hieronymus (*b*) crimini dat Hilario schismatico, quod baptizatos a Manichæis absque alio baptismate recepisset. Verum S. Augustinus (*c*) negat Manichæos suos baptizare solere. Eucharistiam quoque ex farina, sed (ut dictum est) probrose conficere, suos docuit; æmulatus etiam est Ecclesiæ ordines, & a Christo primitus constitutam in ordinibus diversis Ecclesiam. Nam sicut ipsa universum populum in duas classes, nempe laicos, clericosque distinguit; ita ipse suos inter Auditores Electosque partitur. Rursus Augustinus (*d*) ait: *Propter quod etiam ipse Manichæus duodecim discipulos habuit ad instar Apostolici numeri, quem numerum Manichæi hodie custodiunt. Nam ex Electis suis habent duodecim, quos appellant Magistros, & tertiumdecimum Principem ipsorum. Episcopos autem septuaginta duos, qui ordinantur a Magistris, & presbyteros, qui ordinantur ab Episcopis, habent autem Episcopi diaconos.* Hæc Augustinus. Rursum (*e*), sicut consuevit Ecclesia Catholica, virginitatem quoque excoluisse Manichæi dicuntur; cum tamen, quæ sunt

(*a*) *Aug. de hæres. c. 46.*
(*b*) *Hier. adv. Lucifer.*
(*c*) *Aug. advers. hæres. c. 20.*
(*d*) *Aug. de hæres. c. 46.*
(*e*) *Aug. de morib. Manich.*

in Ecclesia vere virgines condemnarent, quod diversam ab eis virginitatis custodiendæ rationem inirent.

XLII. Manetis discipuli.

Qui autem fuerint primi Manetis discipuli; præter Thomam, Buddam, & Hermam, Epiphanius (*f*) Tyrbonem nominat, necnon Acuam quemdam, a quo, inquit, dicti sunt Manichæi Acuanitæ. Tradit idem auctor, Manetem adscivisse sibi discipulos viginti duos. Adimantem quoque fuisse Manetis discipulum, S. Augustinus affirmat, qui scriptum ab eo Librum adversus Legem atque Prophetas, contrariis scriptis impugnat. Sed & Leucium (aliter Seleucum) numerant alii inter Manetis discipulos, de quo idem meminit Augustinus (*g*), quem ait Actus quosdam confinxisse nomine Apostolorum; sed & Philastrius, cum agit de scriptis apocryphis, a Manetis discipulis addit fuisse conficta Acta nomine Andreæ, alia Joannis, alia Petri, aliaque Pauli nomine. A Leucio quoque scriptas fuisse Passiones Apostolorum, & de nativitate S. Mariæ libellum, incertus auctor apud S. Hieronymum testatur his verbis (*h*): *Quidam namque Seleucus (vel Leucius) qui passiones Apostolorum conscripsit, hunc libellum composuit; sed sicut de virtutibus eorum & miraculis per eos factis vera dixit, de doctrina vero eorum plura mentitus est; ita hic multa non vere de corde suo confinxit*: Hæc ipse. Verum Paclanus (*i*), Leucium ante Manetem extitisse, demonstrare videtur, dum ait: *Hi pluribus gloriantur auctoribus; nam Theodotus & Praxeas vestros aliquando docuere; ipsi illi Phryges nobiliores; qui se animatos mentiuntur a Leucio, institutos a Proculo gloriantur*: Hæc ipse. Porro Proclum seu Proculum (utroque nomine dicitur) longe ante Manetem extitisse, quæ de eo dicta sunt, aperte declarant. Sic igitur a Paciano Leucius velut princeps Cataphrygum antiquior Proculo recensitus habetur.

(*f*) *Epiph. hæres. 66.*
(*g*) *Aug. de fide contr. Manich. c. 38.*
(*h*) *Apud. S. Hier. c. 9. de Nat. S. Mariæ.* Leucius ante Manetem.
(*i*) *Pacian. ad Sympr. de Catholic. nom. * al. Florinus.*

XLIII. Propagatio Manichæorum quomodo.

Quod vero ad propagationem hæresis spectat; quale consilium inierit, ultimo jam loco videamus. Mirum profecto accidit; quod adeo tenaces struxerit laqueorum nexus, ut, quos semel illis implicuisset, se eximere haud facile quisquam posset. Nam (inquit Theodoretus (*k*) *præstigiis quoque utuntur, scelerata mysteria agentes; ea de causa valde difficulter elui potest eorum doctrina; & qui execrandis eorum orgiis interfuerit, eorumdemque particeps extiterit, valde est difficile transmovere a perniciem animis afferentium dæmonum operatione, qui ipsos initiantium incantationibus eorum animas alligant.* Ad propagandam quoque hæresin peculiare illis etiam fuit, suos in diversas Orbis partes mittere doctores

(*k*) *Theod. hæret. fab. l. 1. in fin.*

impietatis, qui ad alliciendos homines magna pollicerentur. Quænam eſſent ea quibus ad ſe audiendos homines pellicere conſueverint, S. Auguſtinus (*a*), ea ipſe quidem expertus, ſæpe commemorat, ut cum ſcribit ad Honoratum de Utilitate credendi, his verbis: *Noſti enim, Honorate, non aliam ob cauſam nos in tales homines incidiſſe; niſi quod ſe dicebant, terribili auctoritate ſeparata, mira & ſimplici ratione eos qui ſe audire vellent, introducturos ad Deum, & errore omni liberaturos. Quid enim me aliud cogebat annos fere novem, ſpreta religione, quæ mihi puerolo a parentibus inſita erat, homines illos ſequi, ac diligenter audire, niſi quod nos ſuperſtitione teneri, & fidem nobis ante rationem imperari dicerent; ſe autem nullum premere ad fidem, niſi prius diſcuſſa & enodata veritate? Quis non his pollicitationibus illiceretur, præſertim adoleſcentis animus cupidus veri?* Hæc ipſe; qui eadem ferme repetit ſæpius, ſuique erroris cauſam refricat dolens.

(*a*) *Aug. de Utilit. credend. cap. 1. lib. 3. Confeſſ. c. 6. & 11. & l. 5. c. 6.*

XLIV. Deceptio Manichæorum.

Porro fuiſſe Manichæos potentes admodum ad refellendas aliorum ſententias, idem affirmat; vulgatos quoque ab eis Manetis libros vim maximam ex blandiloquentia comparata ad perſuadendum habentes inſitam, conſtat; apparet id enim ex recitata ſuperius Epiſtola ipſius ad Marcellum conſcripta: & eſt videre id ipſum in ejuſdem nuper citata epiſtola Fundamenti; in ea enim ſicut in priori illa præmiſſo ad conciliandam ſibi fidem inſigni titulo, mox ejuſmodi dulcore ſermonis legentium animos demulcet, cum ait: *Hæc ſunt ſalubria verba ex perenni ac vivo fonte: quæ qui audierit, & eiſdem primum crediderit, deinde quæ inſinuant, cuſtodierit, numquam erit morti obnoxius, verum etiam æterna & gloriosa vita fruetur; nam profecto beatus eſt judicandus, qui hac divina inſtructus cognitione fuerit, per quam liberatus, in ſempiterna vita permanebit. Pax Dei inviſibilis, & veritatis notitia ſit cum fratribus ſanctis & cariſſimis, qui mandatis credunt cœleſtibus pariter, atque deſerviunt: ſed & dextera luminis tueatur & eripiat vos ab omni incurſione maligna, atque a laqueis mundi.* Quis hæc audiens, quæſo, non continuo ad reliqua quoque cognoſcenda accommodaret auditum?

XLV. Hiſce igitur verborum illecebris, aliiſque fallaciis inſinuabant, obtrudebantque ſe Manichæi; qui & nullam prætermittebant oblatam occaſionem, quam ſæpius procurarent curioſa interrogatione, qua ſenſim, quod conabantur, efficerent, ac ſic prope neſcientem hominem irretirent: id quidem eleganti Auguſtinus exemplo, quod in Africa accidit, perbelle demonſtrat, ſic dicens (*b*): *Solent enim aucupes ponere in muſcipula muſcas, ut eſurientes aves decipiant; ſic & iſti ad muſcas a diabolo decepti ſunt. Nam neſcio quis tædium patiebatur a muſcis. Invenit illum Manichæus tædio affectum; & cum diceret, ſe non poſſe pati muſcas, & odiſſe vehementer illas: ſtatim ille; Quis fecit has? Et quia tædio affectus erat, & oderat illas, non auſus eſt dicere: Deus illas fecit; erat enim Catholicus. Ille ſtatim ſubjecit: Si Deus illas non fecit, quis eas fecit? Plane, ait ille, ego credo quod diabolus fecit muſcas. Et ille ſtatim: Si Muſcam diabolus fecit, ſicut te video confiteri, quia prudenter intelligis: apem quis fecit, quæ paulo amplior eſt muſca? Non auſus eſt ille dicere: Quia Deus fecit apem, & muſcam non fecit; quia res erat proxima. Ab ape duxit ad locuſtam, a locuſta ad lacertam, a lacerta ad avem, ab ave duxit ad pecus, inde ad bovem, inde ad elephantem, poſtremo ad hominem, & perſuaſit homini, quia non a Deo factus eſt homo. Ita ille miſer, cum tædium paſſus eſt a muſcis, muſca factus eſt, quem diabolus poſſideret:* Hæc Auguſtinus; ſic igitur quibuſcumque valerent artibus, factum eſt ut ea peſte Manichæi totum propemodum Orbem infecerint.

(*b*) *Aug. in Joan. tr. 1. c. 1.*

Ars Manichæorum.

XLVI. Oppugnatores Manetis.

Scripſerunt autem adverſus Manetis errores complures antiquorum Patrum, ut in primis, quem diximus, Archelaus Caſcharorum in Meſopotamia Epiſcopus, Titus Boſtrenſis, Diodorus Cilicus, Serapion Thumuis Epiſcopus, Athanaſius Alexandrinus, Georgius Laodicenus, Euſebius Cæſarienſis, Euſebius Emiſſenus, Apollinaris Laodicenus, & alii Græcorum complures; numerat hos omnes Epiphanius (*c*). Quod vero tradit, ab Origene quoque eamdem hæreſin impugnatam; non inde accidere potuit, quod Manes vixerit temporibus Origenis: ſed in Manetis magiſtris, Alexandriæ agentibus ea opinio de Principiis ab Origene fuerit confutata. At nullus locupletius id præſtitit atque felicius, ut Auguſtinus, qui complures commentarios eo argumento conſcripſit. Verum de Manete & ejus origine hactenus. In poſterum autem, ut de Manichæis ſæpe dicamus, rerum geſtarum ratio argumentum ſuppeditabit.

(*c*) *Epiph. hæreſ. 66.*

XLVII. Timæus Epiſc. Antioch.

Hoc eodem anno, cum Domnus Epiſcopus Antiochenus ſediſſet, annos quinque, defunctus eſt; cui ſufficitur Timæus. Tot enim annis Domnum ſediſſe teſtatur in Chronico Euſebius; ſed ſemel errore lapſus in tempore obitus & ingreſſus Domni (ut demonſtratum eſt) nec ejus ſedis finem, nec ſucceſſoris initium ſuo poſuit loco.

Se-

I. Aurelianus occiditur.

SEquens vero annus Domini ducentesimus ſeptuageſimus octavus adſcribitur Faſtis Probo & Paterno ſecundum Conſulibus a Caſſiodoro atque Græcis indicibus; apud Vopiſcum vero ex Actis Senatus ponitur Velius Cornificius Gordianus Conſul, ſed ſuffectus, rogans Patrum ſententias. Contigit hoc ipſo anno, quo auſpicatus eſt Aurelianus ſeptimam Tribunitiam poteſtatem, totidem agens annos Imperii; ut a ſuis occideretur in Thracia. Quo modo autem id acciderit Flavius Vopiſcus (*a*) narrat his verbis:

(*a*) *Flav. Vopiſc. in Aureliano.*

II.

Aurelianus (quod negari non poteſt) ſeverus, truculentus, ſanguinarius fuit Princeps; hic cum eousque ſeveritatem tendiſſet, ut & filiam ſororis occideret non magna neque ſatis idonea cauſa; jam primum in odium ſuorum venit. Incidit autem (ut res ſe fataliter agunt) ut Mneſteum quendam, quem pro Notario ſecre-

torum habuit, libertum (ut quidam dicunt) ſuum, infenſiorem ſibi minando redderet, quod neſcio quid de quodam ſuſpicatus eſſet. Mneſteus, qui ſciret Aurelianum neque fruſtra minari ſolere, neque ſi minaretur, ignoſcere; Breve nominum conſcripſit, mixtis iis quibus Aurelianus vere iraſcebatur, cum iis de quibus nihil aſperum cogitabat, addito etiam ſuo nomine, quo magis fidem faceret ingeſtæ ſolicitudinis; ac Breve legit ſingulis; quorum nomina continebat; addens, diſpoſuiſſe Aurelianum eos omnes occidere; illos vero debere ſuæ vitæ, ſi viri ſunt ſubvenire. Hi cum exarſiſſent timore, qui merebantur offenſam, dolorem miſcentes beneficiis atque officiis quibus Aurelianus videbatur ingratus; in ſupradicto loco (inter Byzantium & Heracleam) iter facientem Principem ſubito adorti, interemerunt: Hucuſque Vopiſcus de nece Aureliani, in ſanguinem

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1030. Olymp. 264. an. 1. A.C. 277.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5770.

⊙ 6. G. ☽ 12. P. 8. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 277. *ſecund. Baronium* 278.

EUTYCHIANI PAPÆ 3.

PROBI IMP. 2.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. & ſeqq. Coſſ. *M. Aurelius Probus Aug. & M. Aurelius Paulinus*, ut liquet ex egregia Inſcriptione a Card. Noriſio in Cenotaphiis Piſanis pag. 325. recitata, quæ dicitur: DED. III. NON. IUL. D. N. M. AUR. PROBO AUG. ET M. AUR. PAULINO COSS. Ex qua intelligimus, Probum, poſtquam Imperator fuit, Conſulatum primum geſſiſſe, quod negavit Baronius; eumque Conſulem ordinarium fuiſſe, quod negavit Onuphrius: hoc enim tempore publica Monumenta ſolis Conſulum ordinariorum nominibus obſignabantur. Habemus etiam, inquit Card. Noriſius, prænomen ac familiam Paulini Conſulis, quæ hactenus latuere. Hunc Conſulatum jam idem Cardinalis eruditiſſimus in Parergo de Votis Decennalibus cap. 6. adſtruxerat reſcripto ejuſdem Imperatoris, ſeu Lege 2. Codicis Juſtinianei *De revocand. donat. P. P. III. Non. Maji Sirmii*, Probo *Aug. & Paulino Coſſ.* & in Faſtis Græcis tam Theonis quam Heraclii legitur: Πρόβος σιβαστὸς καὶ Παυλῖνος; id eſt, *Probus Auguſtus & Paulinus*. Quare miror, Onuphrium hunc Conſulatum tamquam ſuffectum prætermiſiſſe; cum Conſules tam in Codice Juſtinianeo, quam Theodoſiano memoratos ordinarios fuiſſe, certiſſimum haberi debeat.

II. *Probus ad hunc Conſulatum ante imperium deſignatus.*

[2] Porro hic Probi Conſulatus non eſt, juxta primam regulam, ſeu propter initium ejus Imperii, quia, ut anno præcedenti num. I. oſtendimus, ad eum antequam imperaret, deſignatus fuerat. Baronius, qui hujus anni Conſules in ſuperiorem annum retraxit, & Taciti Æmiliano Collega Conſulatum in annum CCLXXIX. diſtulit, hoc anno *Probum & Paternum* II. profitetur; cum tamen is Conſulatus anno CCLXXIX. geſtus fuerit, Conſulatus ſaltem Paterni cum Probo Auguſto III. qua de re infra.

III. *Aureliani Imp. inter-itus.* Baron. an. 279. n. 11.

Aureliani Imperatoris interitus a Baronio hoc anno recitatus, retrahendus ad initium anni CCLXXV. ubi de eo egimus: & ſatis liquet, *Aurelianum* ante præſentem Conſulatum occiſum fuiſſe; cum *Probus* Kalendis Januariis jam Imperator fuerit, & ante eum *Tacitus* Reipublicam Romanam adminiſtrarit. Quare Taciti ini ium male a Baronio hoc anno conſignatum.

IV. *S. Patroclus*, qui Trecis in Gallia martyrium fecit,

NOTÆ [1] *Coſſ. M. Aurelius Probus Aug. & M. Aurelius Paulinus.* Lapis apud Sponium in Miſcellan. pag. 51.

DEDIC. III. NON. IUL.
D. N. M. AUR. PROBO. AUG.
ET. M. AUR. PAULINO. COS.

Noriſius in Cenotaphiis Piſanis pag. 325. eumdem lapidem edit paullo aliter. In Gudianis vero:

IMP. CÆS. M. AURELIO. PROBO.
AUG. ÆMILIO. PAULLINO. COS.

Vulgares Faſti: *Probo & Paulino*.

[2] ANte Pagium nævos Baronii de initio imperii *Probi* Aug. detexerat Noriſius in Epochis Syro-Maced. in Præfatione, & pag. 96. 97. & 98. editionis primæ.

guinis Christiani ultionem, ab infenso illi accepta numine. Orosius (a) autem de ea sic: *Fulmen ante eum magno pavore circumstantium ruit, ac non multo post in itinere occisus est*: Hæc ipse, ex Eusebii tamen Chronico.

(a) Oros. l. 7. c. 23.

III. In Actis quoque S. Patrocli martyris hæc de nece Aureliani Imp. scripta habentur in fine (b): *Post non multum temporis* (a nece Martyris) *persecutio conquievit. Nam ipse qui hanc concitaverat Imperator, dum iter faceret, denso stipatus agmine, fulminis ante se vehementissimi terrorem sentiens, obstupuit. Deinde præmisso hoc infausto omine, in eodem itinere a suis interemptus est. Et qui paulo ante putabat se divini nominis gloriam inter homines extinguere posse; nomen, familiam, vitam, ipsamque salutis spem perdidit, quæ credentes in Christum nec in morte reliquit*: Hæc auctor de miserando interitu hostis immanissimi Christianæ religionis. Post Patrocli vero necem, de ejus sepultura atque memoria hæc in eisdem Actis habentur de martyrum cultu venerandæ antiquitatis vestigia: *Tunc Eusebius ædificavit super corpus sancti viri parvam parva facultate Ecclesiam; ibique juxta corpus sanctum sibi etiam sepulturam poposcerat affuturam; ut confessor Domini vicinus esse mereretur sanctissimo martyri*: Hæc ibi post prolixam narrationem agonis ab eodem Patroclo gloriosissime consummati.

(b) Apud Sur. tom. 1. die 21. Januarii.

De nece Aureliani.

Cultus Martyrum.

IV. Sed ad Aurelianum redeamus; decet enim funus ejus ad ante actæ vitæ mores accommodato prosequi epitaphio, eo nimirum, quo Magnus Constantinus Imp. cum

PAGIUS *S. Patrocli Passio.*

fecit, non sub Aureliano Imperatore, sed sub Aureliano Præside occubuit; quamvis Auctor anonymus, qui Vitam ejus a Surio relatam composuit, Aurelianum illum cum Aureliano Imperatore confundat. Bollandus tomo 2. Sanctorum mensis Januarii aliam antiquiorem hujus Sancti Vitam recitat, cujus initio dicitur: *Tempore illo sub Aureliano Præside facta est Christianis tam valida tempestas persecutionis*, &c. In fine *Patroclus* dicitur decollatus *XII. Kal. Febr. die, VI. feria*. Feria sexta cum die XXI. Januarii, regnante Aureliano, non concurrit, nisi anno CCLXXI. qui primus hujus Imperatoris erat, quove tempore Christianis favebat. Cum itaque Aurelianus ante adeptum Imperium in Gallia fuerit, ut liquet ex Vopisco in Aureliano cap. 7. ubi ait, eum Francos per totam Galliam irruentes afflixisse, & in Actis S. Alexandri Papæ, quæ extant tom. I. Sanctorum mensis Maii, fermo sit de alio Aureliano utriusque militiæ Comite, qui sub Traiano Christianos persecutus est, alibique aliorum hujus nominis in dignitate constitutorum mentio etiam occurrat, incertum quo anno, quave persecutione, *S. Patroclus* martyrii gloria coronatus fuerit.

Baron. an. 111.

Papebrocius V. C. in Notis ad Ephemerides Græco-Moscas ad diem IV. Kalend. Septembris, quo *S. Charito* ibidem colitur, observat, Baronium in Romani Martyrologii amplificatione præteriisse *S. Charitonem*, sicque quod de eo hoc anno in Annalibus scripserat, correxisse, *Charitonem* nempe sub Aureliano Fidem confessum, & diu ante hujus seculi finem habuisse ædificatam Lauram, & Monachos in ea collectos, obiisseque circa annum trecentesimum quartum. Animadvertit enim postea Baronius, quod iste Sanctus gloriaretur coram Præside se esse discipulum Theclæ & Pauli, & deinde vidit nominari *Macarium* Hierosolymitanum Episcopum, qui dedicavit Ecclesiam a *Charitone* constructam: quod fieri non potuit, priusquam *Macarius* ordinaretur Episcopus, ac ante annum trecentesimum decimum sextum; cum jam in Palæstina floreret Hilarion, Monachorum in eadem, teste Hieronymo, omnium primus. Certe fatetur Metaphrastes *Charitonis* Vitæ Auctor, ad diem XXVIII. Septembris, nihil eorum quæ narrat, se scriptum invenisse; sed solum per traditionem accepisse; ideoque non mirum, si in ea Vita falsa veris admisceantur, cum similes traditiones quoad loca, personas & tempora pagum tutæ sint.

V. *S. Charito seculo sequenti floruit.*

Baron. an. 279. num. 11.

In Annalibus origo hæreseos *Manichæorum* anno præcedenti consignatur, sed eam ad præsentem retrahendam esse evincit Eusebius in Chronico, ubi hæc scribit: *Secundo anno Probi juxta Antiochenos CCCXXV. anno juxta Tyrios CCCCII. juxta Laodicenos CCCXXIV. juxta Edessenos DLXXXVIII. juxta Ascalonitas CCCLXXX. insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta*. Quibus certis temporum characteribus Chronologia nostra valide confirmatur. Nam primus annus Antiochenus Kalendis Octobris anno Periodi Græco Romanæ 5445. cœpit. Quare annus Antiochenus CCCXXV. cum mense Septembri currentis Christi anni absolutus est; ideoque secundus Probi annus tunc in cursu erat, & ante mensem Octobrem præsentis anni *Manes* hæresim suam publicavit. Primus *Tyriorum* annus deducitur ab anno Periodi Græco-Romanæ 5368. quo *Alexander Zebinæ*, occiso *Demetrio* Syriæ Rege, regnare cœpit. Petavius quidem lib. 13. de Doct. Temp. & Calvisius in Opere Chronologico hanc Tyrinorum Eram anno uno tardius consignant; sed quæ anno CCCXLVIII. dicemus, eos errasse ostendent. Era *Laodicenorum* ab anno Periodi Græco-Romanæ 5446. proficiscitur, cum annum unum minus Antiochena colligat. *Edessenorum* eadem est cum Era *Seleucidarum*, ideoque ab anno ejusdem Periodi 5182. repetenda. Quo pacto, annus *Edessenorum* DLXXXVIII. ab autumno anni Christi antecedentis inchoatur, & præsenti cum mense Septembri desinit. Denique *Ascalonitæ* Eram suam deducunt ab *Aristobulo* primo Rege *Hasamonæorum*, qui regnare cœpit anno periodi Græco-Romanæ 5390. Sicque annus CCCLXXX. Ascalonitarum ab autumno antecedentis anni Christi inchoatus, hæresisque Manichæorum anno Periodi Græco-Romanæ 5770. præsenti nempe Christi anno, ac secundo Probi Imperatoris exorta, & secundus annus Probi Imperatoris cum nullo alio Christi anno, quam cum præsenti concurrere potest.

VI. *Origo hæreseos Manichæorum.*

Baron. an. 280. num. 111.

VII. *Varia initia hæreseos Manichæorum.*

Verum est, varias sub idem fere tempus eruptiones monstri illius fuisse, & insignibus aliquis facinoris notis celebratas. Quæ causa fuit, cur non iisdem Imperatoribus hæresis istius origo mandata fuerit. Quod mirum videri non debet; cum Hæreticorum mos fuerit, diu clam docere, ita ut tunc a quibusdam cognoscantur, & ab aliis ignorentur. Quare ex Auctoribus diversa hac de re scribentibus, alii de ejus magi-

eum in Christianorum persecutores invehitur, in Aurelianum hæc addit (a): *Tu etiam, Aureliane, omnium scelerum incentivum, cum in Thraciam quasi aperto marte & insanæ mentis impetu ferebaris; in media via cæsus, orbitas in via impressas impio cruore complevisti*: Hæc ipse. De die autem quo ejus obitus contigit; cum constet auctore Vopisco, Tacitum ejus successorem creatum esse septimo Kal. Octobris, vacasseque Imperium sex mensibus; dicendum est, eum occisum esse septimo Kalendas Aprilis. Mense Januarii, cum dicat Vopiscus milites retulisse in Senatum de Imperatore eligendo, Senatum ea de re primo convenisse tertio Nonas Februarii. Sicque colligas non sex aut septem menses tantum, ut ipse & Victor asserunt, sed octo menses integros.

(a) Const. erat. ad S. Cat. c. 24.

Occiso severissimo Principe (inquit Vopiscus b) *de Imperatore deligendo exercitus retulit ad Senatum; idcirco quod nullum de iis faciendum putabat, qui tam bonum Principem occiderant. Verum Senatus hanc eandem delectionem in exercitum refudit; sciens non libenter jam milites recipere Imperatores eos quos Senatus elegerit. Denique id tertio factum est; ita ut per sex menses Imperatorem Romanus orbis non habuerit; omnesque Judices ita permanerent, quos aut Senatus, aut Aurelianus elegerat.* Demum ex Senatusconsulto Tacitus, qui jam cum Placidiano gesserat Consulatum, creatus est Imperator septimo Kalendas Octobris; quod tradit Vopiscus, dum pluribus ejus electionem recensetur.

(b) Vopisc. in Aurel.

V. Tacitus Imp.

Christi

PAGIUS

gistris Scythiano & Budda intelligendi, alii de ipsa origine monstri ipsius, nonnulli de variis ejus in Ecclesiam eruptionibus, partim Orientalem, partim Occidentalem, ac demum alii de ejus errorum damnatione. Epiphanius hæresi LXVI. numerat *ab Assumptione Christi usque ad Manem, & Aurelianum ac Probum Imperatores annos CCLXXVI. secundum nonnullos Chronographos, juxta alios CCXLVI.* ubi prior epocha ab Incarnatione arcessitur, & inchoatur anno Juliano XLV. altera vero epocha a morte Christi, annoque Eræ vulgaris XXXI. videtur deducta, sicque ea sententia ab Eusebiana non differt, nisi in modo numerandi. Verum, ibidem Epiphanius initium hujus hæresis in quartum Aureliani annum conjicit, & in libro de Ponderibus & Mensuris anno IX. Gallieni assignat.

VIII. *Opinio S. Leonis de hæresi Manichæorum.*

Divus demum Leo a Baronio citatus recte scripsit, Manichæorum hæresim *Probo Imperatore Paulinoque Coss.* innotuisse: sed perperam Baronius ait, ideo Probum Imperatorem a S. Leone nominari, quod postea imperarit; non vero quod quando hæresis illa orta tunc jam Imperium obtinuerit, cum ex dictis constet, Probum ante Consulatum Imperatorem fuisse, & omnes Erarum ab Eusebio memoratarum anni in præsentem Christi annum incidant. Quando vero ait Leo, eam hæresim innotuisse CCLX. anno impleto post Resurrectionem Christi, pro certo habendum, numeros illos corruptos esse, ut numeranti patebit. Quesnellus in Notula ad Sermonem II. S. Leonis de Pentecoste observat, in uno MS. Oxoniensi pro CCLX. haberi CCL. indeque infert, Leonem sic numero rotundo loco CCXLVI. inter concionandum locutum esse; sed Librarium, ut sæpe fit, numerum unum nempe X. ante L. per errorem superaddidisse. Quæ conjectura valde verosimilis. Nam summam illam a Passione Christi seu a Consulatu duorum Geminorum deducit Leo, a quo Consulatu ad Consulatum Probi & Paulini fluxerunt anni CCXLVI. & numero rotundo loquentes, CCL.

Eusebius in Chronico, secundo Probi anno ait: *Probus Gallias a Barbaris occupatas ingenti virtute restituit.* Galliæ enim, ut observat Vopiscus in Probo cap. 13. *interfecto Aureliano a Germanis possessæ. Tanta autem illic prælia feliciter gessit, ut a Barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet civitates.* Hinc Cornificius Gordianus Consul die septimo Kalendas Octobres anni Christi CCLXXV. quando actum est de Imperatore in locum Aureliani subrogando ait: *Imperator est deligendus: exercitus sine Principe recte diutius stare non potest; simul quia cogit necessitas. Nam limitem trans Rhenum Germani rupisse dicuntur, occupasse urbes validas, nobiles, divites & potentes*, ut scribit Vopiscus in Tacito cap. 3. quod a Baronio loco non suo recitatum. Durante itaque interregno quod post mortem Aureliani fuit, Germani Gallias invaserunt, neque adversus eos Tacitus movit, ut autumavit Mediobardus anno præcedenti a nobis confutatus, sed Probus, postquam Saturninum Tyrannum & Victorinum Britanniæ Præsidem, qui rebellarat, sustulisset, ut testatur Zosimus, eam expeditionem suscepit.

IX. *Galliæ a Probo Imp. recuperatæ.*

Baron. an. 280. num. 10.

I. CHristi annus ducentesimus septuagesimusnonus Consulibus Tacito Augusto secundum & Fulvio Æmiliano adscribitur Fastis. De Consulatu secundo Taciti est nummus his litteris consignatus (*a*): IMP. C. M. CL. TACITUS. P. F. AUG. COS. II. SPES. PUBLICA. Verum Cassiodori Chronicon, & Græci indices Probum atque Paternum tertio Consules habent, sed & in Actis Senatus apud Vopiscum in Probo Ælius Scorpianus Consul legitur (ut diximus) sententias Patrum rogans; sed hos puto suffectos; qui item ab aliis ponuntur anno sequenti Consules Probus & Lupus, nequaquam inter ordinarios sunt recensendi; nam qui accepit Imperium, Consulatum etiam a Senatu oblatum adiit. Quamobrem jure alii a Cassiodoro ponuntur, ut suo loco dicemus.

(*a*) *Apud Adolph. lib. de Numismat.*

II. Obitus Taciti. Hoc igitur anno, mense Martii, cum Tacitus expleſſet Imperii menses sex, moritur. De tempore ejus Imperii consentiunt omnes, interierit ne autem morbo, an gladio, diversas fuisse sententias tradit Vopiscus (*b*).

(*b*) *Vopisc. in Tacito.*

III. Quod ad res Christianas pertinet; Acta (*c*) Charitonis habent, Tacitum, simul ac est adeptus Imperium, datis in omnes Provincias rescriptis, persecutionem cessare jussisse; hæc enim ibi scripta habentur: *Qui Imperii Aureliani sceptra suscepit, ejus qui prius imperaverat, exemplo castigatur. Et timens ne forte eadem faciens adversus Christianos, fieret etiam obnoxius eisdem suppliciis; jussit persecutionem adversus Christianos cessare per omnes provincias.* Sequitur ibidem scripta narratio de Charitone, qui multa passus, & jam pro Christo victima immolandus, ex Taciti edicto, carcere eidem atque aliis martyribus patefacto, coactus est invitus liber exire: qui post hæc monasticam ducens vitam, sancto fine quievit.

(*c*) *Apud Lipo. tom. 6. die 28. Sept. & Sur. to. 5. ead. die.*

Tacitus persecutionem cessare jubet.

Mortuo igitur (ut dictum est) Tacito, Florianus ejus germanus nullo Senatus arbitrio, sed veluti sibi hæreditario jure debitum invasit Imperium; qui cum vix duobus mensibus imperasset, apud Tarsum a militibus occisus est; cum interea auditum esset, ab Orientalibus militibus electum esse, quem Senatus optarat, & Populus Romanus acclamationibus petierat, M. Aurelium Valerium Probum.

IV. Florianus Imperator.

Probus Imp.

V.

Extincto autem Tacito, cujus electione Senatus Populusque Romanus, atque adeo universus Orbis exultaverat, quod videretur Romana Respublica in pristinum restituta, aruspices, ut solarentur mœrentes cives, effinxerunt tale commentum, quod Vopiscus (*d*) narrat his verbis: *Eo tempore* (cum scilicet disjectæ a fulmine fuissent statuæ Taciti & Floriani) *responsum est ab aruspicibus, quandoque ex eorum familia Imperatorem Romanum futurum seu per fœminam, seu per virum, qui det Judices Parthis ac Persis, qui Francos & Alemannos sub Romanis legibus habeat, qui per omnem Africam barbarum non relinquat, qui Tabrobanis Præsidem imponat, qui ad Romanam * insulam Proconsulem mittat, qui Sarmatis omnibus judicet; qui terram omnem, quam Oceanus ambit, captis omnibus gentibus, suam faciat: postea tamen Senatui*

(*d*) *Vopisc. in Floriano.*

Divinatio Aruspicum.

* *Britanniam*

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1031. Olymp. 264. an. 2. Anno Urbis 1030. Olymp. 264. *secundum Baronium.* A.C. 278.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5771.

⊙ 7. E. ☽ 13. P. 31. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 278. *secund. Baronium* 279.

EUTYCHIANI PAPÆ 4.

PROBI IMP. 3.

I. *Consules.* [1] AD num. I. Coss. *Probus Aug. II. & Furius Lupus*; quod non tantum Fasti Idacii, Theonis, & Heraclii, libellus de Præfectis Urbi, aliique veteres Fastorum Conditores ostendunt; sed & Codex Justinianeus, in quo, ut observavit Card. Norisius in Parergo de Votis Decennalibus cap. 6. Lex I. *Ut nemini*, quæ inscribitur, *Probus Aug.* dicitur data *IV. Kal. Julias*, *Probo Aug. & Lupo Coss.* Quare male hic Consulatus a Baronio expunctus; ideoque & annus ei respondens. Fallitur etiam Cardinalis Eruditissimus, quando ait, Probi & Lupi Consulatum suffectum fuisse, ac anno CCLXXIX. gestum. Consulatus enim suffecti in subscriptione Legum Codicis Justinianei nunquam leguntur; quod tam certum, quam quod in Fastis certissimum, ut diximus in Dissertatione Hypatica. Præterea, nullus ex Consulibus in libello de Præfectis Urbi, Fastis Idacianis, & Fragmento Consulari Bucherii memoratis suffectus dici potest, ideoque nec secundus Probi, Lupo Collega, inter suffectos recensendus.

II. *Probus Consul juxta primam regulam.*

Sumptus porro hic Consulatus a Probo juxta primam Consulatuum Cæsareorum regulam; ad eum enim, quem anno præcedenti gessit, ante adeptum Imperium designatus fuerat, ut supra dixi. Et Augustos Consulatus sibi, dum privati essent, decretos, post consecutum Imperium de more suscepisse, pluribus exemplis liquet.

ANNO

NOTÆ [1] *Coss. Probus Aug. II. & Furius Lupus.* Nummi Probi apud Bandurium pag. 450. & 472. cum TRIB. POT. COS. II. *Furii* nomen omittit Relandus. Vulgares Fasti: *Probo II. & Lupo.*

tui reddat Imperium, & antiquis legibus vivat ipse victurus annis centum viginti & sine hærede moriturus. Futurum autem eum dixerunt a die fulminis præcipitati statuisque confractis, post annos mille: Hactenus divinatio.

VI. Fallaciæ aruspicum.

Porro hæc idcirco hic descripsisse voluimus, ut quo modo decipere solerent Senatum amplissimum, totumque Orbem eludere suis responsis aruspices, hoc saltem exemplo omnibus innotesceret, de quibus probe sciteque Vopiscus & ipse Gentilis: *Non magna hæc urbanitas aruspicum fuit, qui Principem talem post mille annos esse dixerunt? Quia si post centum annos prædicerent fore, possent eorum deprehendi mendacia, cum vix remanere talis possit historia.* Sic igitur ejusmodi captiosa obvolutaque mille artibus aruspices consueverunt dare responsa, ut religionis obtentu distinerent homines, spe futurorum bonorum concepta. Quorum itaque erat solemne fingere, mentiri, simulateque cuncta peragere; eorumdem quo-

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1032. Olymp. 264. an. 3. A.C. 279.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5772.

⊙ 8. E. ☽ 14. P. 13. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 279.

EUTYCHIANI PAPÆ 5.

PROBI IMP. 4.

I. *Consules.* [1] AD num. I. & seqq. *M. Aurelius Probus Aug. III.* & *Ovinius Paternus*, ut libellus de Præfectis Urbi, Idacius & Fragmentum Consulare Bucherii testantur. In libello de Præfectis Urbi, anno Christi CCLXXXI. *Ovinius Paternus* Præfecturam Urbis gessisse dicitur; indeque conjectura est, *Paternum* hoc anno Consulem *Ovinium* appellatum fuisse. Is Probi Imperatoris Consulatus ad nullam aliam regulam revocari potest, quam ad quartam; ideoque propter victorias ab eo per hæc tempora reportatas, eidem decretus. Baronius, qui anno elapso Probi II. Collega Lupo, Consulatum abdicavit, currenti tandem Eram Dionysianam assecutus est; sed quia anno CCLXXVI. loco Taciti Aug. II. & Æmiliani Probum & Paternum utrumque iterum Consules professus est; hoc anno e contra loco Probi & Paterni Tacitum & Æmilianum Consules proposuit, crediditque, Tacitum anno tantum præcedenti Imperium iniisse, eoque currenti anno extincto, Probum ac Florianum appellatos Imperatores, & post paucos menses, sublato Floriano, Probum ab universo Orbe Romano agnitum fuisse Imperatorem; cum tamen certum sit, Taciti mortem jam a biennio contigisse.

Decipitur autem Baronius, quando secundum Probi Consulatum cum secundo Paterni conjungit, innixus, ut ait, Fastis Siculis seu Chronico Alexandrino, & Cassiodori Chronico. Nam Auctor Chronici Alexandrini his verbis secundum Probi Consulatum exprimit: *Probo Aug. II. & Lupo Coss.* Tum, *Probo Aug. III. & Paterno Coss.* Quare Consulatum Probi & Lupi tanquam ordinarium exhibet, Paternum sine numerali nota effert, & quidem Collegam Probi in tertio suo Consulatu, non vero in primo; ac denique certos nos facit, *Probum* jam imperasse, quando, *Paterno* Collega, tertium Consulatum iniit: & tamen Baronius tam primum, quam secundum Probi Consulatum ab eo, antequam regnaret, susceptum scribit, licet præter ea, quæ in medium adduximus, nunquam contigerit, ut aliquis privatus duobus annis consequentibus Fastis nomen dederit. Quoad Cassiodorum, verum est, eum secundum Probi Consulatum cum secundo Paterni, & tertium Probi cum tertio Paterni copulare, & mortem Aureliani sub secundo Probi Consulatu consignare; sed in Probi ac Diocletiani Imperio ejus Fasti perturbatissimi, & pleraque extra proprium locum recitata. Certum itaque maneat, præsenti anno *Probum* Augustum III. *Paterno* Collega, annum aperuisse.

II. *Fasti apud Baronium depravati.* Baron. an. 278. num. 1.

Dum Probus in Europa est, *Lydius* quidam latro Pamphyliam & Lyciam invadit, omniaque longe lateque vastat, sed a Ducibus Probi coactus, se *Cremmæ* Lyciæ oppido includit, obsidionemque fortiter longo tempore toleravit, donec tandem ex insidiis Dux vulneratus occubuit, & reliqui se dediderunt, ut scribit Zosimus pag. 665. Vopiscus in Probo cap. 16. testatur, hunc Imperatorem ad hostes motus sedandos in *Pamphyliam* movisse.

III. *Bella a Probo gesta.*

NOTÆ [1] *Coss. M. Aurelius Probus Aug. III. & Ovinius Paternus.* Nummi *Probi* apud Bandurium pag. 483. cum CONS. III. *Ovinii* nomen consulto omittitur a Relando. *Nonius* dicitur in lapide, quem mox proferimus. Vulgares Fasti: *Probo III. & Paterno.* Lapis ex Museo Albano, in Capitolinas ædes translatus, hæc habet:

CUM CUM VIXIT. SEVERA.
SELEUCIANE. CUM AURELIO.
SABUTIO. ANNIS. DECE.
ET. SEPTE. IMP. PROBO.
AUG. III. ET NONIO. PA
TERNO. BIS. CONS. QUOT.
VIXIT. IN. SECULO AN-
NIS TRICINTA ET DUO
MENSES DUO. IMP.
CLAUDIO AUG. ET.
PATERN. CONS.

Vide hujus lapidis explanationem apud Antonium Mariam Lupum in Dissertatione ad Epitaphium S. Severæ, pag. 28.

CHRISTI 279. EUTYCH. PAP. 5. PROBI IMP. 1.

quoque studium invigilabat in eo, ut responsa ambiguitatibus obvoluta, & obscuritatibus velata proponeret. Sed & quid simile eosdem aruspices auguratos successoribus Probi, idem Vopiscus (*a*) deridet. Sunt his similia quæ ex Varrone Censorinus scribit de Die natali; fuisse in oraculis, Urbem duraturam annos mille & ducentos; sed hæc omnia nugas fuisse, ipse rei eventus perspicue demonstravit. Sed redeamus ad Probum. Fuit Probus e Pannonia oriundus, civitate Sirmiensi, patre Maximo, Tribunatu militiæ claro. Probus autem eam dignitatem imberbis promeruit virtutis ergo; probitateque insigni, tam Valeriani, quam Aureliani & Taciti Imperatorum litteris, quas Vopiscus recitat, commendatus habetur.

(*a*) *Vopisc. in Probo.*

JESU CHRISTI ANNUS 280. EUTYCHIANI PAP. ANNUS 6. PROBI IMP. ANNUS 2.

1. CHristi anno ducentesimo octogesimo, quo Probus Imperii primo absoluto, annum secundum auspicatur, a Cassiodoro atque Græcis indicibus Messala atque Gratus ponuntur Consules; qui vero ab aliis recensentur Probus & Lupus, præteriti anni Consules suffectos fuisse dixi-
(*b*) *Euseb. in Chron.* mus. Quo anno Gallias a Probo barba-
(*c*) *Cassiod. in Chron.* ris liberatas esse, Eusebius (*b*) atque Cassiodorus (*c*) pariter ponunt; eam ve-
(*d*) *Vopisc. in Probo.* ro historiam memoratu dignam paucis describit Vopiscus (*d*) his verbis: *His gestis, cum ingenti exercitu Gallias petit, quæ omnes occiso Postumo turbatæ fuerant, interfecto Aureliano a Germanis possessæ; tanta autem illic prælia feliciter gessit, ut a barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet civitates, prædam deinde omnem, qua illi præter divitias efferebantur ad gloriam; & cum jam in nostra ripa, immo per omnes Gallias securi vagarentur, cæsis prope quadringentis millibus, qui Romanum occupaverant solum, reliquias ultra Nigrum Fluvium & Albam removit.* Hæc autem vera certaque esse, litteræ ab eo ad Senatum scriptæ declarant. Galliæ a Probo liberatæ.

II. Ecclesiæ pax profi-cua Imperio.

Accidit plane more solito, ut cum ab Imperatoribus pax Ecclesiæ concederetur, a Deo Optimo Maximo adversus barbaros eisdem victoria quoque impertiretur. Dispositis in hunc modum rebus Gallicis, Ecclesia etiam in illis regionibus posita conquievit, quæ primum per-

CHRISTI 280. EUTYCH. PAP. 6. PROBI IMP. 2.

secutione Valeriana, & postea Aureliana, deinde vero barbarorum grassatione diutius fuerat exagitata. Meminit (*a*) Gregorius Turonensis de ejusmodi cladibus ab Alemannis in Gallos inflictis, duce ipsorum Chroco, qui etiam Christianos afflixit, & inter alios Privatum Gabalitanum, de quo superius facta est mentio. Chrocus vero (ut idem subdit) apud Arelatensem Galliarum urbem com-
(*a*) *Greg. Tur. hist. Franc. l. 1. c. 32.*

E e pre-

PAGIUS

Consulatus IV. Gallieni non omissus, sed in alium annum a Baronio translatus.

Consulatum, Petronio Collega gestum, minime prætermisit, sed tantum ad annum, quo gestus non est, retraxit, & loco *Volusiani Valerianum* juniorem obtrusit, cum persuasum haberet, Consulatum illum alium non esse, quam illum, de quo apud Vopiscum sermo. Et tamen Vopiscus de Consulatu suffecto Gallieni junioris Cæsaris Valeriano patruo Collega gesto locutus est. Præterea Baronius non tantum usque ad annum CCLXXV. quem ipse CCLXXVI. vocavit, unico anno plus æquo in annis Christi numeravit; sed etiam usque ad annum Christi ducentesimum septuagesimum nonum. Ad quem cum pervenit, Consulatum *Taciti* Aug. II. & *Fulvii Æmiliani* proponit, qui tamen jam anno CCLXXVI. eam dignitatem gesserant. Quare Consulatum illum Baronius non erasit, sed transposuit, & ab anno CCLXXVI. in annum CCLXXIX. transtulit. Postea, cum Consulatum Probi II. Furio Lupo Collega, edere deberet, eo, quasi suffectus fuisset, rejecto, Messalam & Gratum, qui anno ducentesimo octogesimo Fastis nomen dederé, recte eidem anno illigat, licet juxta institutum suum cum anno ducentesimo octogesimo primo eos connectere debuisset. Verum Probi II. & Furii Lupi Consulatu abdicato, non potuit in veram Christi Eram non incidere, cum ab ea unico tantum anno seu Consulatu antea distaret.

IV. *Emendatio Fastorum tentata a Petavio.*

Petavius in Doctrina Temporum exercitatissimus, tam in Notis Epiphanianis, quam in lib. II. de Doct. Temp. de Fastorum vulgarium perturbatione pluribus egit, & quos Consules Onuphrius, quos vero Baronius dissimularint, in lucem proferre conatus est. Sed cum ipsemet lib. 13. de Doct. Temp. anno ducentesimo quinquagesimo nono Gallienum IV. & Valerianum Cæsarem; anno vero ducentesimo sexagesimo primo Gallienum V. & Volusianum Consules statuerit; eaque ratione Consulatus octo ordinarios Gallieno Aug. qui tantum septem gessit, assignavit, Fastos corrupit, dum emendare voluit. Quare, cum anno CCLIX. Gallienum IV. & Valerianum Cæsarem in locum Æmiliani & Bassi perperam Petavius substituerit, annoque CCLX. expuncto Secularis II. & Donati Consulatu, eosdem Æmilianum & Bassum Consules obtruserit, Baronii errorem deprehendere non potuit, quod ipsemet in pari errore versaretur. Addit Petavius, Onuphrium, Baroniumque, cum ad Probum Imp. perventum est, biennium tacite utrumque dissimulasse. Et tamen Onuphrius, qui uno tantum anno Eram Christianam anticipavit, quique nullum Consulatum suffectum in locum ordinariorum subrogavit, biennium seu Consulatus duos abdicare non potuit; alioquin post Probum Imperatorem Eram Christianam uno semper anno moratus fuisset, & primum, v. g. Diocletiani annum, quem nos CCLXXXIV. Christi, ipse CCLXXXIII. vocasset, errore priori contrario, cui ideo medelam non attulisset, sed in alium errorem de-

V. *Consulatus a Baronio omissos Petavius detegere non potuit.*

Sed Petavius, qui ad suffectum illum Decii Consulatum Fastis a Baronio infartum, animum non advertebat, existimavit, duos tantum ab eo Consulatus prætermissos, idque post Consulatum Probi & Paulini; cum tamen post Probum & Paulinum, unum dumtaxat par Consulum Baronius dissimularit. Postquam igitur Petavius asseruit, Probi II. & Lupi Consulatum primum fuisse, quem Baronius præterierit, inquirit postea quodnam aliud par Consulum post Probi & Paulini Consulatum eraserit; & quo se verteret, non habens, ait: *At quodnam par alterum Consulum in illorum Fastis* (Onuphrii nempe & Baronii) *desideretur, id vero difficile est conjicere, nec in horum tantum duorum tabulis, sed in ceteris unum aliquod par Consulum deesse videtur.* Paulo post subjicit: *Sed nihilominus par unum Consulum in Fastis vulgaribus inserendum arbitror, sive Imperatore Probo, sive alio quopiam, quod nominatim concipere propter Consulum in illis depravata vocabula minime possumus. Atque hoc ex annis ipsius conditæ Urbis, qui apud Onuphrium adnotati sunt, cernere licet, quorum summa uno anno deficit.* Sed frustra Petavius post Probi & Paulini Consulatum duo Consulum paria a Baronio exposa quærit; cum is unum tantum dissimularit, Consulatum videlicet Probi II. & Furii Lupi, quem suffectum autumabat. Quod si Onuphrius post erasum Probi & Paulini Consulatum annos Urbis uno numero decurtarit, id accidit, quia Consulatum unum ordinarium abjicere non potuit, quin non solum annos Urbis, sed etiam omnium aliarum Erarum, præterquam Christianæ, anno uno mutilaret; quia error in Fastis commissus nonnisi alio errore resarciri potuit. Petavius in Animadversionibus Epiphanianis ad librum de Mensuris & Ponderibus, eumdem Annalium errorem emendare conatus fuerat: sed ibi res illi felicius, quam in libris de Doct. Temp. non successit; adeo perplexa variisque ambagibus implicita Chronologia est apud Baronium, a Decii Imperio ad Diocletianea usque tempora.

VI. *Cointius Annales magis depravavit.*

Carolus Cointius doctissimus Annalium Ecclesiasticorum Francorum Scriptor, ad Fastos Baronianos expediendos, omnem curam cogitationemque contulit primo suorum Annalium tomo: sed cum, errore nunc non ferendo, Eram Christianam ab eodem, quo Baronius Consulatu, Augusti nempe XIII. & Plautii Silvani, auspicatus fuerit, sese inextricabilibus difficultatum laqueis

---

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5773.

☉ 9. DC. ☽ 15. P. 4. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 280.

EUTYCHIANI PAPÆ 6.

PROBI IMP. 5.

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1033. Olymp. 264. an. 4. A. C. 280.

I. *Consules.*

[1] COSS. *Messala & Gratus*, ut libellus de Præfectis Urbi, Fragmentum Consulare Bucherii, Baronius, & omnes Fasti habent. Quod si Probus anno præcedenti, ut existimabat Baronius, Imperium suscepisset, præsenti, ut moris erat, Consul processisset.

II. *Emendatio Fastorum ab Hervvarto tentata.*

Baronius anno superiori regiam viam Eræ Dionysianæ ingressus est, postquam Consulatus tres resecavit, Æmiliani nempe & Bassi, Secularis II. & Donati, ac Probi II. Lupo Collega. Quia enim Eram Christianam seu Dionysianam biennio anteverterat, duo ei Consulatus omnino expungendi fuere; & quia Consulatum tertium ordinarium Decio Imperatori, Grato II. Collegæ, perperam attribuit, ei alius Consulatus ordinarius abjiciendus erat: quo pacto, Eram quidem Christianam assecutus est, sed omnium aliarum Erarum annos mutilare coactus fuit, easque biennio decurtare; Vir tamen immortalitate dignissimus, qui, ut veram temporum rationem indagaret, nullum non movit lapidem, nullumque recusavit laborem. Sed cum, antequam Annales suos scribendos suscepisset, Chronologi tempora fere confusa, dubia incertaque reliquissent, & usus Cyclorum Solis, Lunæ & Indictionis nondum innotuisset, ad majorem perfectionem Annales Ecclesiasticos adducere fere potis non fuit. Aliquot post mortem ejus annis tentatum fuit a Viris doctissimis Annales in rectum flectere; sed cum omnium aberrationum capita detegere non possent, quos deprehenderunt calles in viam reducentes, indicarunt. Georgius *Hervvartus* Vir diligentissimus in sua nova Chronologia investigavit, qua ratione Ecclesiasticorum Annalium series ad verum, legitimum atque exactum temporum ordinem restitui posset, & post multa, in quibus rem acu, ut aiunt, tetigit, tandem cap. 263. viæ incertus ait: *Sed & post Fulvii Æmiliani & Pomponii Bassi secundum Consulatum, quos ipse anno Christi CCLX II. signat, cum alioquin revera anno CCLIX. in Magistratu fuerint, Baronius integrum biennium cum totidem Consulum paribus omittit, Cornelio scilicet Seculari II. & Julio Donato Coss. ac Gallieno Augusto quartum & Petronio Volusiano Coss. ideoque hinc in annum usque Christi CCLXXV. quem ipse Christi CCLXXVI. vocat, unico item anno plus æquo in annis Christi numerat. Debine annum alium cum suis omittit Consulibus, Tacito nimirum Augusto secundum. Deinceps autem velut Regiam Prætoriamque veritatis ingreditur viam.*

III. Gallieni Con-

Verumenimvero Baronius quartum

NOTÆ [1] *Coss. Messala & Gratus.* Prænomina desunt. Relandus ex Marmor. Felsin. pag. 353.

L. POMPONIUS. L. F. LEM.
GRATUS. V. CL. BIS. COS.

At incertum, de quo *Grato* Lapis loquatur. Vulgares Fasti: *Messala & Grato.*

prehensus, diversis affectus suppliciis, meritas poenas de cladibus quas sanctis Dei intulerat, juste persolvit.

III. Multiplices Chronologiæ.

Idem quoque præsens annus, qui est secundus Probi, ab Eusebio diversarum gentium chronologia consignatur, cum sic ait in Chronico: *Secundo anno Probi, juxta Antiochenos trecentesimus vigesimusquintus annus fuit; juxta Tyrios quadringentesimus secundus; vel trecentesimus tertius secundum quosdam; juxta Laodicenos* * *trecentesimus vigesimusquartus; juxta Edessenos trecentesimus octogesimusoctavus; juxta Ascalonitas trecentesimusoctogesimus*: Hæc ibi. Sed quod ab aliis (*a*) aliter eadem chronographia describatur; texus sinceritas arguitur depravata; ob idque prætermittimus de his hic fusius disputare; quod nihil ad Ecclesiasticam ab annis Christi deductam chronologiam pertineant, quæ in diversis civitatibus, diversis ex causis sunt annorum supputationes a majoribus introductæ.

(a) *Ado in Chronico & aliis.*

* *al. Lacedæmonios. Ado Vien.*

Du-

PAGIUS laqueis non potuit non involvere. Baronium quidem temporis, quo scripsit, infelicitas defendit: nondum enim tunc Periodus Juliana inventa, nondum Cycli Solis ac Lunæ in usum vocati, nondumque certis demonstrationibus constabat, primum Eræ Christianæ annum cum Consulatu Caji Cæsaris & Lucii Æmilii Pauli concurrere. At post annum millesimum sexcentesimum sexagesimum quintum, quo Cointius primum illum tomum publicavit, res tanti momenti totque demonstrationibus confirmata, non erat in dubium revocanda, nisi ad argumenta, quæ opinionem, quam sequitur, convellunt, responderetur. Cointius itaque Eram Christianam biennio antevertens, Consulatus ordinarios Secularis II. & Donati, ac præterea Constantii Cæsaris V. & Galerii Maximiani Cæsaris V. quorum prior anno CCLX. posterior anno CCCV. gestus, expungere coactus fuit, & Diocletiani initium cum anno Christi ducentesimo octogesimo quinto copulare: eoque pacto usque ad Constantini Magni Imperium anno trecentesimo sexto inchoatum, extra viam vagatus errorem non correxit, sed propagavit.

VII. *Card. Norisius Fastos recte emendavit.*

Unus Card. Norisius in Parergo de Votis Decennalibus Fastos Consulares a Decio Augusto usque ad Diocletianum Chronologico splendori restituit, nullo suffecto in locum ordinarii subrogato, omnibusque Consulum paribus certis argumentis comprobatis. Verum est, Cardinalem doctissimum, vexatissimum Vopisci locum, in quo Critici omnes hactenus offenderant, non extricasse, & hæc verba Valeriani Augusti Aurelianum alloquentis, *Consulatum cum Ulpio Crinito in annum sequentem a die undecimo Kalendarum Juniarum in locum Gallieni & Valeriani sperare te convenit*, in quibus veluti cardo quidam Chronologiæ per Valeriani & Gallieni Augg. tempora vertitur, de Gallieno Augusto & Valeriano ejus fratre, ut alii omnes, interpretatum esse. Attamen, licet vulgarem expositionem secutus fuerit, laqueos sane, in quos alii incidere, defugit, nullumque Consulatum ordinarium loco suo movit: ait enim, eodem anno, quo designatio illa facta, Valerianum Augustum in Persidem abductum esse, eamque ob rem tam Consulatum illum Gallieni Augusti Valeriano Cæsare Collega, quam Consulatum Aureliani Crinito Collega gestum non fuisse; sed Gallienum alia Consulum Collegia pro arbitrio designasse. Quo pacto Gallieni Augusti Consulatus non auxit, ut Petavius, neque aliquos Consulatus ordinarios in annos, quibus susceptus non sunt, uti idem Petavius, Baronius, & Cointius transtulit, sed veram & integram Consulatuum ordinariorum seriem exhibuit. At nodus expediendus erat, non secandus; duo enim Consulatus illi suffecti, Gallieni scilicet Cæsaris Valeriano patruo Collega, ac Aureliani & Criniti abdicari non potuere, quin notæ numerales Aurelianæ Augusti Consulatibus ordinariis adjiciendæ perverterentur, & Consulatus Aureliani Basso Collega anno CCLXXI. initus, qui secundus fuit, tanquam primus proponeretur; & sic desinceps de duobus ejus aliis Consulatibus ordinariis, quorum alter tertius, alterque quartus in Fastis omnino appellandus. Quare secta Dissertatione nostra Hypatica & Inscriptione Reinesiana, in qua primus Aureliani Augusti Consulatus ordinarius cum nota numerali effertur, ut supra ostendimus, ab ea sententia in Epistola Consulari pag. 147. Card. eruditissimus & veritatis studiosissimus discessit, & pro sua erga me benevolentia ad Fastos variis in locis corrigendos plura suppeditavit. Quæ accuratius expendenda fuere, quia in Consulatibus ordinariis a Viris doctissimis aut dissimulatis, aut loco motis, & explicatione duorum præfatorum Consulatuum suffectorum Chronologiæ Christianæ restitutio pendet.

VIII. *Omnes ejusdem ætatis Diocletianum, excepta Christiana, in Annalibus biennio multata.*

Porro Baronium duos Consulatus ordinarios exadendo, omnes alias Eras biennio decurtasse, apparet ex Olympiadibus annisque Urbis, tam secundum veritatem, quam secundum Baronii sententiam in hujus Operis margine usque ad finem Theodosii M. annotatis. Imo, cum Consulatus tres ordinarios abjecerit, easdem Eras triennio mutilasset, nisi primum Decii Augusti Consulatum, qui suffectus tantum fuit, in Fastos inseruisset. Ex quibus tandem omnibus manifeste apparet, tam ante Diocletianum, quam post ipsum, Chronologiam Baronii depravatam esse, ad eamque restituendam non aliam viam, quam a nobis factum, ineundam, nec minorem laborem, minoremve industriam conferendam fuisse.

IX. *Probus pacem cum Persis facit.*

Galliæ anno CCLXXVII. Barbaris a Probo Imperatore liberatæ. Hoc vero anno Probus in *Orientem* movit, ubi Barbaros in Isauria compescuit, a *Parthis* dona, quæ offerebant, non accepit, pacem tamen iis dedit, & in Thracias rediit, ubi centum Bastarnarum millia in solo Romano constituit, qui postea Imperio fideles fuerunt. *Gepidæ* vero & *Vandali*, fide rupta fines Romanos late populati sunt; quos Probus oppressit, ut testatur Vopiscus in Probo cap. 16. Erat tunc Parthorum seu Persarum Rex *Narseus*, ut docet Vopiscus loco citato. Quare, verum non est quod scribit Agathias Wrararem II. annos XVII. regnasse.

(a) *Cassiod. in Chron.*

DUcentesimusoctuagesimusprimus Christi annus tam in Latinis (*a*), quam Græcis Fastis notatur Consulibus Probo Augusto quartum & Tiberiano.

I. Trophimus, & Sabbatius Martyres.

His Probi Augusti temporibus, licet persecutio ab Aureliano in Christianos indicta quievisset; tamen Antiochiæ furore Eliodori, Vicariam præfecturam gerentis, in duos Christianos Trophimum atque Sabbatium, nova oblata occasione, ab eo libenter accepta, recruduit. Cum enim universus Gentilis populus totus effusus esset in Apollinis Daphnitici festis agendis; hæc videntes duo illi qui illuc ex regione extera accesserant, illorum superstitionem pertæsi, pro eorum salute, ut ab iis erroribus revocarentur, coram illis ea omnia audientibus, preces ad Deum fundunt; sed altiori voce Trophimus cum orasset, ambo ab illis tenti, diris ab Attico Præside subjecti sunt quæstionibus; sed in Christi fidei confessione perstantes; cum Antiochiæ gravia passi essent, & jam Sabbatius in tormentis spiritum Deo reddidisset: Trophimus ad Perennium Dionysium Phrygiæ salutaris Præsidem missus, ab eo dirius exagitatur. In carcere vero positus, illic auctus est collega Dorimedonte, homine Senatore; qui una cum Trophimo, post immania tormenta constanti animo tolerata, decimoterrio Kalendas Octobris, capitis obtruncatione victores, longo jam exacto martyrio palmam acceperunt; hæc summatim ex prolixioribus Actis (*b*) collecta, descripta sunt. Porro eorum memoria tam apud Græcos quam Latinos est anniversaria celebritate insignis.

Dorimedon Martyr.

(b) *Metaph. die 19. Septembr. Lip. tom. 6. Sur. to. 5. ead. die.*

II.

Agebat (*c*) interea Probus in Illyrico, ubi Sarmatas una cum aliis barbaris eo progressis debellavit; & quæ diripuerant, abstulit; quibus peractis, ad Gothos & alios barbaros compescendos migravit in Thraciam. Sic res gestas Probi ad exactam temporis rationem ex Flavio Vopisco referimus.

(c) *Vopiscus in Probo.*

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1034. Olymp. 265. an. 1. A. C. 281.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5774.

☉ 10. B. ☽ 16. P. 27. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 281.

EUTYCHIANI PAPÆ 7.

PROBI IMP. 6.

I. *Consules.*

[1] AD num. I. Coss. *M. Aurelius Probus Aug. IV.* & *C. Junius Tiberianus*, qui sub Diocletiano Consul iterum fuit.

II. *Probi Quinquennalia.*

Sumtus hic a Probo Consulatus juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam, ob ejus videlicet Quinquennalia. Mediobarbus pag. 412. ex suo Museo Probi Nummum profert in postica inscriptum: VOTIS X. PROBI AUG. ET XX. in laurea; quem anno primo Probi recte recitat: quod certo constaret, si nos monuisset, Probum in antica fine veste Consulari expressum esse. Ex alio tamen Nummo etiam æreo medii moduli in Gaza Regia asservato hunc Probi Nummum Imperii ejus initio, quo Vota Quinquennalia nuncupavit, percussum intelligimus. Est Nummus Taciti Augusti, qui sex tantum menses imperavit, quique ideo Vota Quinquennalia solvere non potuit. In ejus postica legitur, VOTIS X. ET XX. Quare ea formula a Gallieno primum in Decennalibus usurpata, & postea a Tacito & Probo ipso Imperii exordio Nummis insculpta. Ex eo porro quod Nummi Imperii initio, in Quinquennalibus ac Decennalibus percussi eamdem posticam formulamque plerumque præferant, factum, ut quibus annis cusi fuerint, detegere potis non sit. Certum tamen videtur, ante Constantinum Magnum Quinquennalia in Nummis non fuisse expressa.

NOTÆ [1] *Coss. M. Aurelius Probus Aug. IV. & C. Junius Tiberianus.* Gudiana inscriptio apud Relandum:

D. D.
IMP. . . . . AUG. IIII.
ET. TIBERIANO. CONS.

Rupertus in Histor. univers. pag. 388. ex veteri lapide communicato a Jo. Baptista Donio:

IMP. CAES. M. AURELIO. PROBO
PIO. FEL. INVICTO
AUG. P. M. TRIB. POTES
TATIS. VI. COS. IIII.

Vulgati Fasti: *Probo IV. & Tiberiano.*

JESU CHRISTI ANNUS 282. | EUTYCH. PAP. ANNUS 8. | PROBI IMP. ANNUS 4.

I. Victoriæ Probi. OCtogesimus secundus supra ducentesimum Christi annus, Probo Augusto quintum & Victorino Coss. Fastis adscribitur: Quo idem Imperator compressit Gothos, eosque aut in deditionem, aut in amicitiam recepit. Post hæc latrones Isauricos domuit, junioresque militiæ adscribi voluit; subegit Blemias; cum Parthis ac Persis pacem composuit, atque in Thracias rediit. Vopiscus hæc pluribus; qui, perinde ac si encomium potius quam historiam scriberet, lucra posuit, damna vero præteriit.

Nam constat, his temporibus (in ultionem, ut puto, sanctorum martyrum recens interfectorum) Francos audax facinus meditatos, brevi temporis spatio totum Romanum Imperium incursione turbasse, & timore vehementi concussisse; quod Vopiscus, intentus probare Probi res gestas, non sine suspicione invidiæ prætermisisse videtur. Narrantur hæc breviter in Panegyrico dicto Maximiano, his verbis: *Recursabat quippe in animos illa sub divo Probo & paucorum ex Francis captivorum incredibilis audacia & indigna* II. Francorum incursus Faciuus.

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1035. Olymp. 265. an. 2. A.C. 281.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5575.

⊙ 11. A. ☽ 17. P. 16. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 282.

EUTYCHIANI PAPÆ 8.

CARI IMP. 1.

I. Consules. [1] AD num. I. Coss. *M. Aurelius Probus Aug. V.* & *Pomponius Victorinus*. Consulatus Probi juxta quintam Consulatuum Cæsareorum regulam. *Triumphavit* enim *de Germanis & Blemyis*; quem triumphum Vopiscus in Probo cap. 19. fuse describit. Hunc triumphum Mediobarbus in annum præcedentem, Baronius in annum sequentem perperam distrahunt. Sed utrumque Probi Consulatus V. refellit. Male etiam Probi interitus a Baronio in annum sequentem dilatus: præsenti enim anno eum contigisse certum; ideoque Carus hoc anno Imperium suscepit.

II. *Triumphus Probi Aug.*

Sanctus Hieronymus de Script. Eccles. cap. 72. *Archelaus*, inquit, *Episcopus Mesopotamiæ librum disputationis suæ, quam habuit adversus Manichæum* (seu Manem) *exeuntem de Persida, Syro sermone composuit; qui translatus in Græcum habetur a multis. Claruit sub Imperatore Probo, qui Aureliano & Tacito successerat*; quem librum Marianus Scottus in Chron. qui horum verborum partem recitat, alligat currenti Christi anno. Photius vero Patriarcha Constantinopolitanus in lib. 1. adversus Manichæos suis temporibus repullulantes Manem e Persida fugisse his verbis narrat: *e carcere fugiens Mesopotamiam venit, ibique hæreseos suæ zizaniam iterum spargere cœpit. At Carcharorum Episcopus* (sc. in Mesopotamia), *cui nomen Archelaus, vir sacer, & multa in sermonibus de divinis humanisque rebus dexteritate præditus, coacto Ethnicorum auditorio, ne si Christiani judicassent, veritati victoria judicium favore cessisse videretur, usque adeo miserrimum illum redarguit, tantoque pudore suffudit, ut statim fugam arripuerit, & ejus hæreseos semina, antequam nascerentur, oppressa fuerint. Porro inde fugiens ad vilissimum quoddam oppidum pervenit, ibique rursus fovere atque vulgare suam impietatem machinabatur; sed acerrimus pietatis propugnator, & revera Pastor Archelaus, qui sedulam ovium curam gerebat, eumdem Lupo saviorem in Christi gregem, ut eum disperderet, irruentem persequi nequaquam cessavit.*

III. *Archelai Episc. disputatio cum Manete.*

[2] Paulo post Photius subdit: *Hic itaque Manes tam impiæ hæreseos auctor novo anno Valeriani & Gallieni* (anno sc. Christi CCLXXII.) *qui Romanum obtinebat imperium, ex Persarum Carceribus fugiens* [*nihil enim vetat, quominus in narrationis serie superius prætermissa recenseamus*] *cum in Mesopotamiam venisset, ab admirabili viro Archelao* [*erat autem sacer iste vir Carcharorum ejusdem regionis urbis Episcopus*] *ejus impietas egregie abunderque confutata est. Inde ob ignominiam, quam nec ex inopinato passus est, fugiens, ad Diodoridem Carcharorum regionis oppidum clam accessit, ubi in Tryphonem* (verius ab aliis in Diodorum) *quemdam sacrum probatumque virum, & in Presbyterii gradu positum, incidens, non minorem ignominiam pertulit. Quin & ipse Archelaus Manetem illuc advenisse cognoscens, erat enim vir acer, & pietatis zelo succensus, ad idem oppidum accessit, & deceptorem illum ad concilii inopiam recaptum, & confusione, quam maxime vitabat, perfusum, iterum iis rationibus, quibus exosa ejus dogmata subvertit, & cunctis deridenda, atque detestanda proposuit, fugam arripere coegit.* Acta integra Disputationis Archelai Episcopi Mesopotamiæ, & Manetis Hæresiarchæ, quæ Baronius non viderat exhibet Zacagnius Tom. I. Collectan. Monument. Veterum Eccles. Græcæ ac Latinæ, notatque Photium laudatum loco Diodori male posuisse Tryphonem. IV. *Archelaus eum fugere cogit.*

NOTÆ [1] COss. *M. Aurelius Probus Aug. V. & Pomponius Victorinus*. *Pomponii* nomen omisit Relandus. Pagius forte sumpsit ex libello Præf. Urb. Ubi his Coss. *Pomponius Victorianus* Præfectus Urbi fuit. Vulgati Fasti, ut Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii laterculus: *Probo V. & Victorino*.

[2] ARchelai cum Manete disputationem melius ad an. 277. consignat Zacagnius, qui observat Photium in designando ejus rei gestæ anno sequutum fuisse S. Epiphanium de Pond. & Mens. nu. 20. Sed hunc aliter & melius rem discussisse in Opere contra Hæreses, ubi ait Manetem sub exitum Aureliani, & Probi initium hæresin suam spargere cæpisse. Cui consentiens S. Leo M. lib. 2. de Pænit. disputationem Archelai peractam asserit Probo Imperatore, & Paulino Coss. idest anno 277. & quidem intra Julium & Decembrim ejus anni, cum id factum anno 2. Probi asserat Eusebius in Chronico.

CHRISTI 282. | EUTYCH. PAP. 8. | PROBI IMP. 4.

gna felicitas; qui a Ponto usque correptis navibus, Græciam, Asiamque populati, nec impune plerisque Libyæ littoribus appulsi; ipsas postremo navalibus quondam victoriis nobiles cœperant Syracusas; & immenso itinere pervecti, Oceanum, qua terras rupit, intraverant; atque ita eventu temeritatis ostenderant, nihil esse clausum piraticæ desperationi, quo navigiis pateret accessus: Hæc ibi; egregium plane Francorum antiquæ gloriæ monumentum; quos Christiana religio postea longe clariores atque glorioliores effecit. Sed de iis inferius suis locis sæpe dicendum.

JESU CHRISTI ANNUS 283. | EUTYCH. PAP. ANNUS 9. | PROBI IMP. ANNUS 5.

I. Triumphus Probi. (a) *Vopisc. in Probo.* (b) *Idem in Saturnino.* SEquenti anno Domini ducentesimo octogesimo tertio, Carus & Carinus a Cassiodoro & Græcis indicibus ponuntur Consules. Quo Probus, compressis tyrannis, Romam rediens de Germanis & Blemiis triumphavit, hæc Vopiscus (*a*), idemque de Saturnino (*b*), qui Ægyptiorum levitate perpulsus assumpsit Imperium, agit; moresque Ægyptiorum (ut alii plures, quos superius diximus) fugillans, carpit æque cum illis ibi degentes Samaritas, ac Christianos, cum vitia Ægyptiorum in eos rejiciat, dicens:

Sunt enim Ægyptii (ut satis nosti) viri ventosi, furibundi, jactantes, injuriosi, atque adeo vani, liberi, novarum rerum usque ad cantilenas publicas cupientes, versificatores, epigrammatarii, mathematici, aruspices, medici; nam & Christiani, Samaritæ, & quibus præsentia semper II.

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1036. Olymp. 265. an. 3. Olymp. 265. *secundum Baronium.* A.C. 283. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5576.

⊙ 12. G. ☽ 18. P. 1. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 283.

CAII PAPÆ 1.

CARI IMP. 2.

Consules. [1] AD num. I. & seq. Coss. *M. Aurelius Carus Aug. II.* & *M. Aurelius Carinus Cæsar.* Sumtus hic ab utroque Consulatus juxta primam regulam: ex eoque liquet, anno elapso *Carum* Augustum; Carinum vero & Numerianum Cæsares nuncupatos esse. Baronius *Carum* sine numerali nota profitetur, quod Cassiodorus & auctor Chronici Alexandrini eandem prætermiserint; indeque perperam deducit, Carum anno sequenti secundum Consulatum gessisse. Nam in Dissertatione Hypatica demonstravi, numeralem notam plerumque a Fastorum Conditoribus, licet non mediocri Chronologiæ damno, ac Consulatus suffectos prætermissos. Quare ex eo silentio inferendum erat, primum *Cari* Consulatum suffectum dumtaxat fuisse. Ceterum, hunc Cari Consulatum cum nota numerali profitentur Idacius, Heraclius, Pseudo-Damasus in Catalogo veterum Pontificum, Fasti Cæsarei, Auctor libelli de Præfectis Urbi, & Inscriptio infra adducenda. Omittebam monere, Auctorem Chronici Alexandrini Consulatus suffectos de more tacere, ideoque mirum non esse, si hoc anno Carum sine numerali nota proponat. De triumpho Probi, de quo hic Baronius, anno superiori a nobis actum.

A num.

NOTÆ [1] COss. *M. Aurelius Carus Aug. II. & M. Aurelius Carinus Cæsar*. Inscriptio Tarraconensis apud Gruterum pag. CCLXXVIII. in qua *M. Aurelius Carinus nobilissimus Cæsar Princeps Juventutis Cos. Procos. & Imp. Cæs. M. Aurelius Carus Tr. P. II. COS. II. & M. Aurelius Numerianus nobilissimus Cæsar Princeps Juventutis Proconsul*. Dedicata est a M. Aurelio Valentiniano Legato LEG. AUGG. *Propratore Provincia Hispania citerioris, devoto numini majestatique eorum*. Nummus *Cari* apud Bandurium tom. I. pag. 499. cum epigraphe in aversa: VIRTUS AUGG. & VIRTUS AUGGG ubi notat Bandurius, plerosque eruditorum, inter quos Pagius, existimare *Carum* non participasse imperii dignitatem cum filiis, quia apud veteres scriptores hujus rei nulla mentio; imo ex verbis Vopisci conjiciunt, *Carum* minime consortem imperii *Carinum* filium fecisse. At obstant laudati nummi, & inscriptio Tarraconensis, quæ hoc anno post mensem Augustum dedicata est; ex quibus arguunt, adscitos a Caro consortes Augustæ dignitatis filios *Carinum & Numerianum*.

Ad *Cari* consulatum *secundum* quod attinet, lapides Gruteriani pag. CCLXXVII. cum

TR. POT. PP. PROCOS. II.
COS. & TR. POT. COS. II.
P. P. PROCOS.

Ibidem legitur: *M. Aurelius Carinus nobilissimus Cæsar*
COS. PROCOS. Item
INVICT. AUG. PONT.
MAX. TRIB. POT. P. P. COS.

Fasti Idatiani, Prosperi Chronicon, Bucherii laterculus, & libellus de Præf. Urbi; *Caro & Carino*. Vindebonenses, & liber Pontificalis: *Caro II. & Carino*.

Suffecti dicuntur *M. Aurelius Numerianus Cæsar, & Matronianus*.

semper tempora cum enormi libertate displiceant: Hæc Vopiscus; ad suamque corroborandam sententiam litteras recitat Hadriani de iisdem expostulantis, ac deridentis, quæ suo loco superius in Hadriano sunt positæ. Quibus plane videas hominem Ethnicum in Christianos infensum, nulla habita diligentiori perveſtigatione morum, legum, institutorum, diversarum religionum hominum, eosdem inter se vitæ ratione longe distantes, ac plane contrarios fasce uno perstringere, atque æque calumniis carpere Christianos cum illis, contumeliisque proscindere. Sed quales esse solerent Ægyptii Christiani, quam obsequentes Romanis Principibus; quam pacifici; ad ea quæ de eis ante dicta sunt ex Origene atque Dionysio, ambobus Ægyptiis, provocamus lectorem.

Refellitur Vopiscus vana locutus.

III. Probus occiditur.

Porro autem iisdem Coss. cum quintum Probus in Imperio annum ageret (ut Vopiscus testatur) a militibus occisus est; nam ait: *Quibus* (quæ dicta sunt superius) *peractis; Probus bellum Persicum parans, cum per Illyricum iter faceret, a militibus suis per insidias interemptus est*: & post multa: *Interemerunt anno Imperii sui quinto. Postea tamen ingens ei sepulcrum elatis aggeribus omnes pariter milites fecerunt, cum titulo hujusmodi inciso marmori*:

HIC. PROBUS. IMP. ET VERE. PROBUS. SITUS. EST. VICTOR. OMNIUM. GENTIUM. BARBARARUM. VICTOR. ETIAM. TYR ANNORUM.

Hæc & alia plura de Probo Vopiscus, quæ prætermittimus.

IV. De annis Imperii Probi.

At quoniam de annis quibus Probus imperavit, omnes ferme antiqui scriptores discrepant a Flavio Vopisco, qui eum anno quinto sui Imperii occisum tradidit; res est diligentius perquirenda; plurimum enim ad rerum gestarum veritatem explorandam scire interest, quoto Imperii sui anno Probus occisus sit. Qui igitur Vopisco adversantur, ex nostris est in primis Eusebius, qui in historia eum sex annos imperasse tradit (*a*), nempe absolutos, ut attigerit septimum, prout ponit in Chronico; adeo ut hac ratione successorem Probi recenseat anno domini ducentesimo octogesimoquinto. Orosius (*b*) cum dicat Carum imperare cœpisse anno ab Urbe condita millesimo tricesimonono, ea ratione dicendum esset, Imperium Cari inchoatum anno Christi ducentesimo octogesimo-octavo, quod non recipitur. Cassiodorus id ipsum plane profiteri videtur, dum sub Diocletiani & Aristobuli consulatu, qui pariter incidit in dictum Christi annum CCLXXXV. Probum occisum ait; hæc ex nostris. His etiam scriptores Ethnici pariter consentire videntur; nam Aurelius Victor annos sex, nempe exactos, Probum imperasse tradit; Eutropius pariter; sed rem exactius explicans, affirmat Probum vixisse Imperatorem annos sex, & menses quatuor; quem & alii plures secuti sunt. Sed & quod majoris videtur esse auctoritatis, Julianus Apostata in Cæsaribus, cum de Probo agit, eum ait imperasse annos septem, sed nondum expletos. Tot igitur magnæ auctoritatis antiquis testibus de sexennio Imperii Probi expleto affirmantibus, quis non putaret unum contemnendum esse Vopiscum?

(*a*) Euseb. l. 7. c. 24.

(*b*) Oros. l. 7. c. 24.

V. Vera assertio annorum Probi Imp.

At quam fallantur qui numero testium nituntur potius, quam ratione, vel aliis certis argumentis ad rerum gestarum perveſtigandam veritatem; utique id, de quo agimus in exemplum adduci posse videtur. Abiissemus & nos in sententiam plurimorum de annis Probi; nisi vetus in-

PAGIUS II. *Probi Aug. interitus.* Baron. nu. XXX.

[1] A num. III. ad VI. Probus non hoc anno, ut autumavit Baronius, sed præcedenti occisus est. Vopiscus ejus triumpho narrato, ait: *Quibus peractis, bellum Persicum parans, cum per Illyricum iter faceret, a militibus suis per insidias interemtus est*. Ita is Historicus in Probo cap. 20. ubi cap. sequenti perperam ait, interfectum Probum *anno Imperii sui quinto*. Certum est enim, eum septimum Imperii annum inchoasse. Julianus in Cæsaribus scribit, eum imperasse *septem annos nondum completos*. Eutropius, Eusebius in Chronico, Orosius in Historia ei tribuunt *annos sex, menses quatuor*; denique Cassiodorus in Chronico ait, eum imperasse *annos sex, menses tres*, & in indice Numorum Reginæ Sueciæ memoratur unus cum aquila & L. Z. *anno VII*. Quare cum Tacitus die decima tertia mensis Aprilis anni CCLXXVI. e vivis excesserit; & aliquot post dies Probus in Illyrico a militibus Imperator renuntiatus fuerit, apparet, eum anno præcedenti circa initium mensis Augusti a militibus interemtum esse; sicque imperasse annos septem nondum completos, vel annos sex ac menses quatuor utrinque incompletos, vel annos sex, & menses tres integros, & valde hallucinatos esse Onuphrium, Calvisium, Petavium & plerosque Chronologos, qui Probum mense circiter Novembri antecedentis Christi anni trucidatum scribunt, non animadvertentes, Florianum & Probum uno eodemque tempore in diversis Orbis Romani partibus imperasse, & initium Imperii Probi non ab interitu Floriani, sed a Taciti morte ab Antiquis deductum fuisse; ut, quæ in morte Numeriani Augusti dicemus manifestum facient.

Gravius peccavit Baronius, qui non tantum

III. Probi

NOTÆ [1] PRopius forte ad rem accedit vetustus Imperatorum Catalogus ab Eccardo vulgatus, qui mendosus licet in multis, in aliis tamen est accuratus. In eo igitur Probi Imperium intra annos 6. m. 2. d. 12. definitur, atque interemptus dicitur Sirmii. Eccardus *Cor. Histor. t. 1. p. 32.*

inscriptio omnem de his dubitationem auferret; atque necessario nos fateri compelleret, hoc ipso anno Probum regnandi finem fecisse, aliisque pariter certis testificationibus manifeste constaret; Diocletianum sequenti anno Imperium auspicatum esse; adeo ut nullus sit locus reliquus quo Probi Imperium ulterius extendi possit. Ad hæc autem exploratissime cognoscenda, rejicimus lectorem ad ea, quæ dicemus anni sequentis exordio, cum agemus de ratione inchoandi anni primi Imperatoris Diocletiani.

VI. Carus Imp.

Probo extincto, creatur a militibus Imperator Carus Manlius Aurel. Romæ natus ex parentibus Illyricis; idemque filios Carinum & Numerianum Cæsares dixit. Hoc igitur anno Carum imperare cæpisse, ex eo perfacile intelligi potest, quod Consulatus ipsius secundus qui sequenti anno contigit, inscriptus reperitur cum Tribunitia potestate secunda, qua notatur annus secundus ejus Imperii. Est autem ipsa vetus inscriptio hujusmodi (*a*):

(*a*) *Lib. Inscr. antiq. Plantin. edit. pag. 156. n. 1. & Panv. in Fast.*

FORTISSIMO. ATQUE CLEMENTISSIMO IMP. CAES. M. AURELIO CARO. INVICTO. AUG. P. M. TR. POT. II. COS. II. P. P. R. RO. CoS.

VII. De Carino & Numeriano.

Cæterum filios ejus Carinum & Numerianum a Caro Cæsares tantum dictos esse, non tamen Augustos, duæ itidem inscriptiones in eadem tabula inciſæ hinc inde positæ a lateribus docent; quarum prior sic descripta a parte dextera posita habetur;

VICTORIOSISSIMO PRINCIPI. JUVENT. M. AURELIO. CARINO. NOBILISS. CAESARI COS. PRO. COS.

A sinistris vero Numeriani habetur inscriptio his verbis:

VI-

PAGIUS *Non potest retrahi in annum currentem.*

Probi mortem in hunc annum distulit, & unius Vopisci auctoritate & Inscriptione infra addu cenda explicandaque innixus annos tantum quinque huic Imperatori attribuit, quod nempe annos duos plus æquo Aureliano assignasset. Hoc enim pacto Cari & filiorum annos mutilare coactus fuit.

IV. *Carus Augustus dictus, Carinus & Numerianus Cæsares.* Baron. nu. VI.

A num. VI. ad IX. Probo successit Carus, qui ut ait Vopiscus in Caro cap. 7. *ubi primum accepit imperium, consensit omnium militum bellum Persicum, quod Probus parabat, aggressus est, liberis Cæsaribus nuncupatis; & ita quidem ut Carinum ad Gallias tuendas cum viris lectissimis destinaret: secum vero Numerianum adolescentem, cum lectissimum, tum etiam disertissimum duceret*. Paulo post addit, Carinum priorem Cæsarem esse appellatum, & *habuisse in animo Carum, ut Carino Cæsarem abrogaret imperium*. Tum cap. 16. de eodem Carino scribit: *Hic cum Cæsar decretis sibi Galliis atque Italia, Illyrico, Hispaniis ac Britannia & Africa, relictur a patre Cæsarianum teneret imperium, sed ea lege, ut omnia faceret, quæ Augusti faciunt, enormibus se vitiis & ingenti foeditate maculavit*. Quibus ex verbis patet, quam immerito contendant Censores quidam apud Card. Norisium in Epist. Consulari pag. 177. Imperium Cæsareum a me confictum, & Cæsares omnes ante Imperium Proconsulare omnis Imperii expertes fuisse.

V. *Carinus & Numerianus Augusti creantur.*

Carinus & Numerianus, qui anno præcedenti Cæsarea dignitate decorati fuerant, currenti ante mensem Septembrem, ac post inchoatum annum secundum Imperii paterni, Augusti dicti sunt; quod a Baronio aliisque male negatum, hic ostendendum. Et primo quidem in Nummis Græcis Numeriani anni duo Imperii ejus Augustei leguntur; in Nummis vero Carini anni tres: quod verum esse non potest, nisi currenti anno ante mensem Septembrem Augusti renuntiati fuerint, ut ex iis, quæ in utriusque morte dicemus, constabit. Secundo, complures leges in Codice Justinianeo habentur hujus anni Consulibus subscriptæ, in quarum titulo legitur: *Carus Carinus, Numerianus AAA.* id est, *Augusti*. Verum est, eundem titulum præfigi etiam aliquibus legibus, quæ ante mensem Junium hujus anni latæ sunt: sed error irrepsit in hujusmodi titulos, quemadmodum & in Leges quasdam primo Imperii Diocletiani anno datas, ac inscriptas: *Impp. Diocletianus & Maximianus AA.* cum id temporis unus Diocletianus Augustus, Maximianus Herculius Cæsar tantum esset. Imo plures Leges primis Imperii Diocletiani annis emissæ hoc titulo insigniuntur: *Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC.* id est, *Augusti & Cæsares*, Constantinus, nempe & Galerius Maximianus nonnisi anno ducentesimo nonagesimo secundo Cæsares nuncupati. Tertio, Scaliger in Animadversionibus Eusebianis num. 2197. affert Nummum Cari, in quo notatur: VIRTUS AUGGG. XXII. R. A. Tres itaque Augusti uno eodemque tempore visi. Spanhemius Vir eruditissimus in Cæsaribus Juliani Imperatoris a se in linguam Gallicam versis existimat, Scaligerum hallucinatum, vel ab aliis deceptum, nullaque adhuc ad suas manus pervenisse Numismata triplici illa littera insignita. Addit, illorum temporum Scriptores indicare Carinum & Numerianum, vivente Caro patre, Cæsares tantum fuisse. At argumentum inficiativum valde infirmum ac plerumque fallax. Mediobarbus enim in Imperatorum Romanorum Numismatis eodem tempore, quo Notæ Spanhemii in Cæsares Juliani Imp. in lucem editis, idem ac simile Numisma, quod aureum esse dicit, repræsentavit. Nec Scriptorum silentium, ubi Numismata loquuntur alicujus ponderis; cum aliquos tum Cæsares, tum Augustos ab Historicis prætermissos Nummi exhibeant. Certe Carinum vivente patre Augustum fuisse demonstrare videtur Nummus, qui extat apud Mediobarbum pag. 419. inscriptus: CARUS ET CARINUS AUGG. in quo visuntur capita jugata Cari & Carini. In aversa parte cernitur Victoria gradiens cum his verbis circum: VICTORIA AUGG. Quare Baronii & Spanhemii sententia non videtur amplius sustineri posse.

Venio

CHRISTI 283. EUTYCH. PAP. 9. PROBI IMP. 5.

VICTORIOSISSIMO. PRINCIPI. JUVENTUT. M. AUR. NUMERIANO NOBILISS. CAES. PRO. COS.

Hæc descripsisse voluimus ad refellendos eos, qui Carum dicunt, mox ut Imperator factus est adsciviisse sibi collegas Imperii filios, dixisseque eos Augustos. Sed & de cæpto hoc anni Cari Imperio, alia superiori persimilis docet inscriptio in hæc verba (*a*).

(*a*) *Apud Huber. in Thesaur. rei antiq. in Caro.*

FORTISSIMO ATQUE CLEMENTISSIMO IMP. CAES. M. AURELIO CARO. INVICTO AUG. P. M. TR. POT. II. COS. II. P. P. PRO. COS. N. M. Q. F.

VIII. Ex his igitur perspicuo apparet, hoc anno Probum desiisse, Carum vero subrogatum primum annum sui Imperii auspicatum esse; secundo vero Consulatu, sequenti scilicet anno (ut dictum est) annum Imperii secundum Tribunitia potestate secunda declaratum, una cum Consulatu pariter secundo ingressum esse. Hæc de his satis: tot namque oportuit testificationibus in integrum restituere chronologiam tot testibus iisdemque antiquis atque probatis labefactatam. At hæc evidentiora monstrabunt, quæ sequenti anno dicturi sumus. Sed jam ad res gestas hujus anni redeamus.

Restituta chronologia.

Hoc eodem anno quartus Probi Imperatoris absolvitur, & quintus inchoatur: *Vita functo* (inquit Eusebius *b*) *Timæo Episcopo Antiocheno, substitutus est in locum ejus Cyrillus*. Idem de substitutione

IX.

(*b*) *Euseb. in Chron.*

PAGIUS VI. *Cari & filiorum imperium egregia epigraphe explicatum.*

Venio nunc ad Inscriptionem, quæ Baronium impulit, ut Probi cædem in hunc annum, & secundum Cari Consulatum in annum sequentem differret; ex qua & liquebit, Carinum & Numerianum currenti anno ante secundum Imperii paterni annum dignitate Augustea exornatos non fuisse, & Annales non parum illustrabuntur.

VICTORIOSISSIMO PRINCIPI IUVENT. M. AURELIO CARINO NOBILISS. CAESARI COS. PRO. COS.

FORTISSIMO ATQUE CLEMENTISSIMO IMP. CAES. M. AURELIO CARO INVICTO AUG. P. M. TR. POT. II. COS. II. P. P. PRO. COS.

VICTORIOSISSIMO PRINCIPI IUVENT. M. AUREL. NUMER. NOBILISS. CAESARI PROCOS.

M. AURELIUS VALENT. V. C. LEG. AUGG. PROPR. HISPANIÆ. CITERIORIS. D. N. M. Q. EORUM.

Ex antiqua hac Epigraphe deducitur primo, anno sequenti non Carum II. & Numerianum, ut putabat Baronius, sed Carinum II. & Numerianum Consules processisse; cum in ea Consulatus II. Cari eodem tempore cum primo Carini componatur, quo Numerianus nondum Consul, sed Proconsul tantum appellatur: proindeque secundus Cari Consulatus in præsentem annum convenit, non autem in sequentem, priorque suffectus dumtaxat fuit. Secundo, Baronium deceptum, cum ex ea Inscriptione infert, hoc anno *Carum* imperare cœpisse, ideoque & hoc anno Probum periisse; *quia*, inquit, *secundus Cari Consulatus anno CCLXXXIV. gestus inscriptus, reperitur cum Tribunitia Potestate II. qua secundus Imperii ejus annus notatur*. At cum certo constet, Carinum & Numerianum anno sequenti Fastis nomen dedisse, ut ibidem ostendetur, præsentique Numerianum nondum Consulem fuisse, necessario sequitur, primum Cari Consulatum suffectum fuisse.

VII. *Cæsares appellati Augusti in nummis, & quando.*

Tertio, deducitur Carinum & Numerianum anno primo Imperii patris nondum Augustos fuisse, cum in laudata epigraphe secundo Imperii patris anno dicata, uterque *Cæsar* tantum vocetur. Quarto, *Valentinianum* ideo vocari *Legatum Augustorum*, quia licet Carinus Cæsar tantum esset, ut ea Inscriptio nos dubitare non finit, junctim tamen cum patre nominatus, Augustus & ipse nominari debuit, juxta ea, quæ de Philippo Cæsare loquentes jam diximus. Onuphrius in Fastis, ubi Præfatam Inscriptionem integram recitat, quia non animadverterat, Cæsares in Nummis & Inscriptionibus, quando simul cum Augustis nominantur, dictos etiam fuisse Augustos, præfatam Inscriptionem corrupit, & loco, LEG. AUGG. id est, *Legatus Augustorum* scripsit, LEG. AUG. id est, *Legatus Augusti*. Sed perperam; cum in quatuor aliis Inscriptionibus a Grutero pag. 277. relatis non alium titulum Valentinianus usurpet. Imo ipsemet *Carinus* Nummum aureum percudiendum jussit, in cujus antica parte ejus effigies cernitur cum his verbis circum: M. AUR. CARIN. NOB. CAES. & in aversa visuntur duæ figuræ (Cari nempe & Carini, ut interpretatur Spanhemius loco citato pag. 120. ubi Nummum illum exhibet), quæ Victoriam tenent cum his verbis circum: VICTORIA AUGUSTORUM. Existimat Vir Doctissimus, Carinum Cæsarem potestate faciendi, quæ Augusti facerent, innixum, hujusmodi Nummos cudi voluisse, dum *Carus Augustus* pater in Persida & in Oriente ageret. Verumenimvero, usum tulisse, ut puri puti Cæsares cum Augustis conjunctim nominati, nuncuparentur & ipsi Augusti, sparsim in hoc Opere demonstravi. Mediobarbus tam in Carino, quam in Numeriano varia exhibet Numismata utriusque Cæsaris, in quorum aversa parte legitur: PIETAS AUGG. vel TRAIECTUS AUGG. vel MONETA AUGG. vel VIRTUS AUGG. Quæ verba in Carini Cæsaris Nummis de eo & Caro Augusto, in Nummis vero Numeriani Cæsaris de eo & Caro Augusto intelliguntur, & regulam a nobis statutam certam reddunt; Numerianus enim non acceperat a patre potestatem faciendi, quæ Augusti facerent; quod in unius Carini favorem videtur factum.

Ad num. IX. & seq. *Timæi* Episcopi Antiocheni obitus ad annum CCLXXXI. ex Eusebio in Chronico retrahendus. Cyrillo ejus successore Ecclesiam Antiochenam regente floruit Antiochenus Presbyter, nomine Dorotheus, de quo Euse-

VIII. *Tres Dorothei distinguendi.*

CHRISTI 283. EUTYCH. PAP. 9. CARI IMP. 1.

(*a*) *Euseb. l. 7. c. ult.* bio in historia (*a*) agens, ejus occasione de Dorotheo presbytero Antiochenæ Ecclesiæ sermonem adnectit, sic dicens: *Hujus temporibus Dorotheum dignitate sacerdotali tum Antiochiæ donatum, virum sane disertum, cognovimus. Hic in sacris literis exquisite eruditus fuit; linguæ Hæbraicæ diligentem navavit operam, adeo ut scripturas Hebraicas scienter posset intelligere; erat honestis ac liberalibus parentibus prognatus, humanioris litteraturæ neutiquam expers, eunuchus re vera natus, uti illum Imperator propter incredibilem ejus naturam in suam familiam adsciverit, & Præfectura purpuræ tingendæ, quæ apud Tyrum est, donarit. Ipsum nos Scripturas in Ecclesia non incommode explicantem audivimus:* Hucusque de Dorotheo Eusebius. Qui vero de eodem Dorotheo ab aliquibus sparsi sunt errores, nempe quod Episcopus Tyri, & auctor fuerit libelli, qui Synopsis inscribitur Dorothei, sunt a nobis in Notationibus (*b*) confutati; quas, si libet, consules. Erat hoc tempore agens annum suæ ætatis Dorotheus vigesimumquintum, qui usque ad Julianum Apostatam pervenit, tunc nobilitatus martyrio, implens ætatis annum centesimum quintum, ut Anastasius Bibliothecarius in suo Chronico ex Græcis descripsit.

Dorotheus presbyter Antiochenus.

(*b*) *Not. in Rom. Martyrol. die 5. Junii d.*

X. Eusebius Alexandrinus. Post Dorotheum, de aliis viris virtute atque doctrina insignibus, qui his temporibus floruerunt, Eusebius narrationem attexuit, nempe de Eusebio Alexandrino, qui adversus Paulum Samosatenum a Dionysio Antiochiam ad Synodum missus, adeo egregiam pro fide Catholica navavit operam, ut in patriam redire non sit permissus, sed obligatus fuerit Ecclesiæ Laodicensi in locum Socratis suffectus Episcopus; huic vero subrogatum ait Anatolium, & ipsum genere Alexandrinum. Horum namque opera liberatos fuisse Alexandrinorum quamplurimos, tempore, quo ad debellandum tyrannum & cives illi inhærentes ab Imperatore civitas est obsessa, suo loco superius dictum est.

XI. Anatolius vir insignis. Quibus autem litteris Anatolius vir sanctissimus imbutus fuerit (ut scitur præstantissimos Patres non tantum non esse aversatos Gentilium litteras, sed eas quoque alios docuisse) hic ex eodem Eusebio describere, non incongruum visum est. *Hic* (inquit) *Anatolius cum ob eloquentiam, tum ob doctrinam humaniorem, & cognitionem philosophiæ, inter homines nostri temporis, qui erant præstantissimi, facile principem locum obtinuit; quippe qui in Arithmetica, Geometria, Astronomia, & disserendi facultate, in contemplatione & perspicientia naturæ; in oratorum quoque disciplinis versatus ad summum; quarum rerum gratia, fama est, cives Alexandriæ eum in ludo, in quo Aristotelis doctrina docebatur, magistrum præfecisse*: Hæc ipse. Quantum autem ex Christianis professoribus in publicis cathedris Græcos philosophos explicantibus Gentilibus auditoribus, ad defendendam adversus eos Christianam religionem rebus nostris accessio facta sit, jam satis demonstratum est superius, dum de Ammonio Christiano philosopho, Platonis philosphiam Alexandriæ publice profitente sermonem habuimus. Meminit & Eunapius (*c*) Sardianus, qui scripsit Vitas philosophorum, Anatolii; sed quod hostis ipse esset Christianorum, de homine Christiano atque philosopho minus dignam tanto viro pro ejus doctrina & eruditione mentionem facit, cum hoc tantum ait: *Jamblicus cum Anatolio, qui a Porphyrio secundum locum obtinuit, consuetudinem habuit; sed multis eum modis superavit, & ad summum philosophiæ gradum ascendit*. Sed hæc domesticus testis suos superefferens Christianis.

(*c*) *Eunap. in Jamblico.*

XII. Christiani philosophiam docentes. Videas ex his insignes in Ecclesia viros in philosophicis facultatibus alios ipsorum Platonem, Aristotelem alios esse in docendo secutos; idque eos feciisse non tantum absque aliquo dispendio Christianæ religionis, sed omnia ad profectum Evangelii contulisse, iisdemque Christianam religionem amplius illustrasse, atque etiam latius propagasse. Quæ autem ingenii sui post se Anatolius monumenta reliquerit, idem Eusebius recenset (*d*), sic dicens: *Quamquam vero non multi libri ab Anatolio erant elaborati, totidem tamen ad nos pervenerunt, unde cum ejus eloquentiam, tum multiplicem cognitionem licet animadvertere, idque in illis potissimum, in quibus ea quæ de Paschate ab*

(*d*) *Euseb. hist. l. 7. c. ult.*

PAGIUS Eusebius in Hist. cap. 32. sed distinguendi *Dorothei* tres, *Dorotheus* scilicet Cubicularius Martyr, ab Eusebio lib. 8. commendatus; *Dorotheus* Presbyter, de quo Eusebius loco citato, & *Dorotheus* tertius. Presbyter Tyri, qui sub Juliano Apostata trucidatus est die V. Junii. Baronius in Notationibus ad Martyrologium Romanum primum & ultimum Dorotheum inter se confundit: quem errorem jam notavit Blondellus in Apologia pro sententia Hieronymi pag. 274. Sed, ut observat Valesius in Notis Eusebianis lib. 7. cap. 32. dum Baronium reprehendit Blondellus, multo gravius ipsemet errat; *Dorotheum* enim Antiochensem Presbyterum confundit cum Dorotheo Cubiculario Imperatoris Diocletiani; quos tamen diversos esse certis argumentis constat. Presbyter Antiochenus vir fuit nobilis, & Magistratum gessit, antequam Presbyter fieret. Alter vero *Dorotheus* servilis fuit conditionis, utpote Cubicularius *eunuchus*. Deinde Dorotheus Presbyter Antiochensis Martyr non fuit. Certe Eusebius id de illo non dicit, neque loco laudato, neque libro 8. cap. 13. ubi Ecclesiasticos viros recenset, qui in illa persecutione martyrium subierant. Qua de re plura Valesius laudatus.

aliis ante decreta fuissent, explanavit. Recitat ex eo ipse complura, atque statim post subdit: *Anatolius porro institutiones in Arithmeticam decem libris explicatas reliquit; alia item extant ejus opera, quæ exempla otii præclare ab eo in sacris litteris collocati, & multæ in eis exercitationis perspicua argumenta dant.*

XIII. Anatolius creatus Episcopus.

Post hæc autem de eodem Anatolio, cum est creatus Episcopus, hæc addit: *Hunc Theotecnus Cæsareæ Palæstinarum Episcopus, per manus impositionem primus Episcopum ordinavit, qui eum successorem sibi post mortem ad Ecclesiæ suæ procurationem delegendum providit, unaque cum illo ad aliquod temporis spatium Ecclesiæ Cæsariensi præfuit. Verum Anatolius cum ad Concilium Antiochiæ de Paulo Samosateno convocatum accederet; ad Laodicensium urbem adventans; ibi, Eusebio mortuo, commorari a fratribus coactus est.* Quod vero ait, Eusebium & Anatolium eadem occasione Pauli Samosateni confutandi erroris, abreptos esse ad Ecclesiæ Laodicensis regimen; utrumque factum diversis temporibus adscribendum est, nimirum ut dicamus electionem Eusebii contigisse tempore prioris Concilii congregati; Anatolii vero, cum posterior conventus Episcoporum habitus est. Sediisse autem Anatolium usque ad tempus proximæ inchoandæ persecutionis Diocletiani, quæ idem Eusebius subdit, demonstrant. Celebris perseverat memoria Anatolii tam apud Græcos, quam Latinos (*a*), anniversaria commemoratione in Ecclesia jugiter repetita. (*a*) *Mart. Rom. die 3. Julii.*

Hoc quoque anno, nempe sub eodem Consulatu Cari atque Carini, decessisse Eutychianum Papam, habet liber de Romanis Pontificibus; licet in eo errore ponatur, Caro secundum Consule; nam collega Carinus, qui illi adjungitur, primum Consulatum Cari demonstrat; secundus enim Cari Imperatoris Consulatus habet collegam Numerianum, qui contigit anno sequenti. Quod vero de annis, quibus sedit Eutychianus, diversæ admodum ferantur sententiæ; nos huic inhærere, ut ad hæc usque saltem tempora Eutychianus pervenerit, Martyrologium Romanum affirmare nos admonet, in XIV. Eutychianus Papa moritur.

PAGIUS IX. *Obitus Eutychiani Papæ.* Baron. nu. XIV. & seq.

[1] Ad num. XIV. & seqq. In Chronico Damasi legitur: *Eutychianus annis octo, mensibus undecim, diebus tribus. Fuit temporibus Aureliani a Consulatu Aureliani III. & Marcellini usque in diem VII. Idus Decembris, Caro II. & Carino Consulibus.* Aurelianus III. & Marcellinus anno CCLXXV. Carus & Carinus præsenti anno Magistratum gessere. Quare, cum Eutychianus die septima Decembris hujus anni e vivis excesserit, recte dicitur sedisse annis octo, mensibus undecim, diebus tribus; ejusque initium die quinta Januarii anni CCLXXV. quæ feria tertia fuit, omnino contigit. In Martyrologio Hieronymiano ad VI. Idus Decembris, seu ad diem octavum Decembris legitur: *Romæ Eutychiani;* indeque Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum Romanorum occasionem sumsit existimandi, locum Chronici Damasi, ubi dicitur, *usque ad diem VII. Idus Decembris,* corruptum esse, legendumque usque in diem VI. Idus Decembris, *idque eo libentius*, inquit, *quod, sic retrogradiendo ad ordinationem ipsius veniatur ad festum Epiphaniæ solitum devotione maxima Fidelium, etiam sub cryptis degentium, celebrari. Correctionem probat Hieronymianum Martyrologium* [2]. Verum, ex diversitate diei in Martyrologio Hieronymiano & in Chronico Damasi notati inferendum, in Hieronymiano Martyrologio non diem mortis, sed sepulturæ memorari, quemadmodum & in Indiculo Depositionis Episcoporum apud Bucherium, ubi legitur: *Sexto Idus Decembris, Eutychiani in Callisti;* in Chronico vero Damasi diem obitualem exprimi juxta regulam a nobis positam, ac præterea Romanorum Pontificum ordinationes per hæc hæc tempora diebus Dominicis aut Festis solemnioribus fieri solitas non fuisse. Quod utrumque, cum ad Chronologiam Pontificiam restituendam magni momenti sit, satis non possumus inculcare [3].

X. *Qui non Martyr, sed Confessor fuisse videtur.*

Rectius Papebrocius ex eo quod in auctiori Chronico veterum Pontificum, Anastasio aliisque legatur, Eutychianum *VI.* vel *VIII. Kalend. Augusti* fuisse depositum aut sepultum, colligit, diem natalem Pontificum Romanorum alibi, quam in Præfatis Auctoribus quærendum, eisque hoc scribendi ansam præbuisse, elevationem vel Translationem aliquam factam tali die seculo V. sub Innocentio I. cum is in Cœmeterio Calixti ædificavit insignem S. Sebastiani Basilicam ad Catacumbas, super Platoniam, sub qua Sanctorum Petri & Pauli corpora diu jacuerant. In Martyrologio Romano Eutychianus dicitur passus sub Numeriano, cujus martyrii testem, cum nullum neque in Annalibus, neque in Notis ad illud Martyrologium afferat Baronius, & Eutychianus non in Indiculo *Depositionis Martyrum* apud Bucherium, sed in Indiculo *Depositionis Episcoporum* apud eumdem ponatur, hic sanctus Pontifex inter Confessores numerandus videtur

NOTÆ [1] EUtichiani dies emortualis varie exhibetur in vetustis Catalogis; nam ex Eccardiano constat legi usque ad diem IIII. Id. Decembris (non VII. vel VI.)

[2] LEctio Chronici Damasi depravata est, nam Eccardus qui consuluisse suis oculis Codicem Vindebonensem testatur, legit IIII. Idus Decembris. *Eccard. in Corpor. Histor. t.1. col.27.*

[3] COngruit cum Pagio Constantius pag.298. ubi libri Pontificalis lapsus adnotantur, in quo de *Eutychiano* legitur, sedisse *a Consulatu Aureliani III. & Marcellini usque in diem Iduum Decembris, Caro, & Carino Coss.* sedisse tamen refert, *anno 1. mense 1. ac die 1.* Emendandus & Eusebius, qui lib.VII. Cap.XXXII. *Eutychianum* in Pontificatu vix octo mensibus vixisse scribit.

in quo sexto Idus Decembris Eutychianus martyrium passus ponitur sub Numeriano hoc elogio: *Romæ beati Eutychiani Papæ qui per diversa loca trecentos quadragintaduos martyres manu sua sepelivit; quibus & ipse sociatus, sub Numeriano Imperatore martyrio coronatus est, & in cœmeterio Callisti sepultus:* Hæc ibi. His igitur persuasi, ab Eusebio (*a*) penitus dissentimus, qui diversam ab hac de tempore Eutychiani chronologiam statuit, apud quem perperam legitur, sedisse Eutychianum octo menses, vel decem non ad finem perductos; inhærentes potius illis, qui annos octo & menses aliquot eidem tribuerunt, idque tum ex Ecclesiasticis antiquis tabulis, tum etiam ex Consulibus nominatis. (*a*) *Euseb. in Chron. & hist. l. 7. c. 26.*

XV. Eutychianus benedicendarum frugum auctor.

De eodem Eutychiano hæc in eodem libro leguntur: *Hic constituit, fruges, fabas, & uvas super altaria benedici.* Hæc fortasse Eutychianus, ut magis obniteretur erroribus Manichæorum, qui quod a mali Principio creaturas exortas dicerent, atque esse execrabiles affirmarent, eisque pariter male dicerent, ipse contra eisdem benediceret, ac verbo sanctificans pro iisdem Deo omnium creatori gratias ageret. Cum enim a Fidelibus super altare offerri (*b*) solerent, eædem cum gratiarum actione a sacerdote benedicebantur (*c*); qui quidem usus antiquitus viguit in Ecclesia, adeo ut non primus sit habendus Eutychianus, qui hæc servanda statuerit, sed potius suo decreto firmius instituerit. (*b*) *Apost. can. 3. 4.* (*c*) *Clem. Const. lib. 8. c. 46.*

XVI. De sepeliendis martyribus.

Rursum vero post illa, quæ de sepultura martyrum ibi sunt posita, hæc adduntur: *Constituit, ut quicumque Fidelium martyrem sepeliret, sine dalmatica, aut sine colobio purpurato nullatenus sepeliret.* Sed religionis prætextu prætergressus est postea ejusmodi decreti usus fines suos, ut non tantum sanctorum martyrum corpora dalmatica tegerentur, sed sacrorum etiam ministrorum, ut S. Gregorii (*d*) Papæ testimonio constat; quod usque adeo ipse alio edito decreto (*e*) prohibuit, ut vetuerit etiam corpora Romanorum Pontificum, cum perferrentur humanda, tegi dalmaticis. Porro colobium (*f*) tunicam esse sine manicis, quæ penes antiquos usui erat, in confesso est; sed dalmaticam etiam sine manicis tunicam fuisse olim in usu, diximus in nostris Notis (*g*). (*d*) *Greg. dial. l. 4. c. 40.* (*e*) *Greg. in regist. l. 4. c. 48.* (*f*) *Vide not. in Cassian. in verbo Colobium.* (*g*) *In Mart. Rom. die 30. Maii h.*

Ad extremum vero de eodem Eutychiano hæc ibidem leguntur: *Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros quatuordecim, diaconos quinque, Episcopos per diversa loca novem, & martyrio coronatur; qui etiam sepultus est in cœmeterio Callisti, octavo Kalendas Augusti.* In Martyrologio vero Romano, cui æquius est assentiri, habetur sexto Idus Decembris. Leguntur Eutychiani nomine duæ epistolæ, quarum prior adversus venena Pauli Samosateni paratum antidotum habet. Sunt & alia complura (*b*) ejusdem Eutychiani Papæ titulo præno-ata, quæ simul alibi congesta habes. *Ex hac igitur vita sublato Eutychiano* (ut ibi ponitur) *cessavit Episcopatus ejus dies novem. Sic itaque decimosexto Kalen. Januarii subrogatus est in ejus locum Caius natione Dalmata, ex genere Diocletiani Imperatoris, ex patre Caio:* Hæc ibi. Sed de Caio inferius. (*b*) *Tom. 1. Concil. in Euthych.* XVII. Reliqua Eutychiani. Caius Papa.

Ex Eutychiani martyrio, nonnihil Dei Ecclesiam sub his Imperatoribus esse vexatam, æquum est sentire. De reliquis autem martyribus his temporibus passis, dicemus anno sequenti.

PAGIUS XI. *Caius Eutychiano successit.*

tur. Certe uterque Indiculus Constantio Constantini Magni filio Imperante scriptus omnibus Martyrologiis antiquior est, ideoque ei magna fides habenda.

Decretales, quæ Eutychiani nomine circumferuntur, suppositiæ sunt, ut ex iis quæ anno CCXCVI. dicemus, patebit. Auctor auctioris Chronici veterum Pontificum, narrata Eutychiani morte, ait: *Et cessavit Episcopatus dies octo.* Quamobrem Caius Eutychiani successor die decima quinta mensis Decembris præsentis anni, in quam Sabbatum incidebat, ordinatus est, ideoque dies octo Sedem vacasse, eo in Chronico recte scriptum, a quo non differt liber Pontificalis, qui dies novem habet. Includit enim diem emortualem, qui in eo Chronico excluditur. Baronius Caii initium male cum die decima septima Decembris illigavit, ut ex iis, quæ in morte ejus dicemus, liquebit.

XII. *Rescriptum Theodosii junioris per-*

Baronius rescriptum de remissione tributi Thessalonicensi Ecclesiæ concessa Caro Augusto attribuit, indeque eum de Ecclesia bene meritum scribit. Sed Gothofredus in Commentario ejusdem Legis, quæ est 37. *De annona & tributis*, ostendit, fucum illi fecisse Codicem Justinianeum, ubi rescriptum illud octava Lex *De sacrosanctis Ecclesiis* nuncupatur. Emissum itaque illud a Theodosio Juniore *Victore V. C. Consule*, anno nempe Christi CCCCXXIV. ut in eodem Commentario videre est. *petam Caro Aug. attributum.* Baron. an. 284. num. v.

Scaliger in Animadversionibus Eusebianis ad num. 2299. ait: *Nihil est incertius, nihil perturbatius temporibus trium horum Augg. & initio Diocletiani;* additque Numerianum triginta tantum dies imperasse, constare ex libro priore Eusebii. Baronius vero in Annalibus, ubi tantum ei Imperium bimestre assignat, ait: *Cum Numerianus paulo post patrem interfectus sit, unde quaso quod nonnulli Martyres sub Numeriano passi legantur in cunctis Martyrologiis; haud res est facilis demonstratu.* Verum, Numerianum post patris interitum menses circiter octo superstitem fuisse, anno sequenti ostendemus. Ex quo manifestum fiet, quantum conferat ad Christianam Chronologiam Cæsarea ad exactos calculos revocata. XIII. *Chronologia Cari, Carini & Numeriani alias obscurior.*

JESU CHRISTI ANNUS 284. | CAII PAP. ANNUS I. | CARINUS ET NUMER. IMPP.

I. Numerianus occiditur.

CUm jam adesset Christi annus ducentesimus octogesimusquartus, Carus secundum & Numerianus creati sunt Consules (ita Cassiodorus & Græci Fasti) non autem Carinus, ut ab aliis perperam ponitur; nam (ut dictum est anno superiori) simul conveniunt Cari annus secundus & Consulatus secundus. Quo idem Carus Imperator dum cœptam a Probo in Persas expeditionem prosequitur, ægrotans vel (ut alii dixerunt) superveniente fulmine, extinguitur; hæc Vopiscus. Capessunt mox Imperium filii ejus Cæsares Carinus & Numerianus; hic in Oriente, quod cum patre in expeditione ageret: Carinus vero in Occidente, ubi tunc erat. Qui igitur dixerunt Carum cum filiis imperasse annos duos, inchoatos tantum, non autem absolutos, intelligere opus est; licet re vera (ut est demonstratum) Carus solus dicendus sit imperasse, cum filii ab eo nondum dicti essent Augusti, sed tantum Cæsares. Porro Carinus in Occidente imperans propagavit Imperium usque in sequentem annum Maximo & Aquilinio Coss. Numerianus vero mærore obitus patris ægrotans, ab Apro socero paulo post interficitur, ut ipse regnaret; sed re comperta, ab exercitu acclamatur Imperator Aurelius Valerius Diocletianus, qui sic electus, ipsis Parilibus, nempe undecimo Kalendas Maii (quod ex Panegyrico ipsi dicto expressum habetur) accepit Imperium, statimque Aprum fatalem, quem putavit, occidit; cum tamen (ut dictum est) in Occidente Carinus Cari filius imperaret. Hæc Vopiscus in Caro atque Numeriano pluribus, apud quem de morte Cari recitantur litteræ Junii Calpurnii ad Præfectum Urbis.

II. Diocletianus Imp.

Quod vero ad rationem temporis spectat; licet in Fastis de Consulibus posita nulla sit controversia; tamen, quod ad Diocletiani ingressum pertinet, magna plane est discrepantia. Nam apud Cassiodorum & alios eum secutos, post annos tres exordium Diocletiani Imperii ponitur. Porro hoc ipso anno a majoribus numerari cœptum annum primum ejus Imperii, ex multis constat. Ac primum id declarat vetus inscriptio, qua cum secundus ejus Consulatus notatus habeatur secunda Tribunitia potestate, ac proinde signetur secundus annus Imperii; cum idem ejus Consulatus sequenti anno ponatur, & cum eo potestas Tribunitia secundo aucta; necesse est affirmare, hoc anno ei fuisse collatum Imperium & cum eo ex more primam Trbunitiam potestatem. Inscriptio autem sic se habet (a):

(a) Romæ in atrio ædium Tiberii Cæsaris.

IMP. CAES. G. VALERIO. DIOCLETIANO. PIO. FELICI INVICTO. AUG. PONTIF. MAX. BRITANNIC. MAX. GERM. MAX. TRIB. POTEST. II. COS. II. P. P. PROCOS.
HONORATI. ET. DECURION. ET. NUMERUS. MILITUM CALIGATORUM.

Sed nulla in ea mentio est de Maximiano; quod nondum adscitus erat collega Imperii; contigit autem anno sequenti ab hac inscriptione; nempe tertia Tribunitia potestate ejusdem Diocletiani (ut suo loco apparebit) Maximianum creari Imperatorem.

PAGIUS Anno Periodi Græco-Romanæ 5777.

SÆC. III. Anno Urbis 1037 Olymp. 265. an. 4. A. C. 284.

⊙ 13. FE. ☽ 19. P. 20. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 284.

CAII PAPÆ 2.

DIOCLETIANI IMP. 1.

I. Consules.

[1] AD num. I. & seq. Coss. *M. Aurelius Carinus Aug. II.* & *M. Aurelius Numerianus Aug.* ut docent libellus de Præfectis Urbi, Anonymus apud Bucherium, Damasus in Catalogo veterum Pontificum in Eutychiano Papa, cujus verba anno præcedenti a nobis descripta; imo & Chronicon Alexandrinum, quod pro se citat Baronius, qui Carum II. & Numerianum perperam proponit, innixus præsertim Inscriptione, quam anno præcedenti explicavimus. Sumtus hic ab utroque Consulatus juxta primam Consulatuum Cæsareorum regulam; uterque enim anno præcedenti a patre Augustus nuncupatus.

II. Cari Aug. obitus.

Incertum, an *Carus* Augustus sub præcedentis anni finem, vel currentis initio perierit. In titulo Legis Codicis Justinianei 2. *De prædiis*. Cari, Carini, & Numeriani AAA. nomina leguntur. Ea autem Lex dicitur *PP. VI. Id. Decemb. Caro & Carino AA. Coss.* ideoque initio Decembris anni elapsi adhuc in vivis *Carus* erat, si in eam Inscriptionem error non irrepserit. Die vero duodecima mensis Januarii præsentis anni jam extinctus erat. Nam, ut observat Card. Norisius in Dissert. de Nmuismate Impp. Diocletiani & Maximiani cap. I. Leges Codicis Justinianei 3. *De revocand. donat.* dicitur *PP. II. Idus Januarias*. Lex 5. *De donat.* dicitur *PP. Romæ VI. Kal. Februarias*. Lex 19. *Ex quibus causis*, dicitur *PP. XVII. Kal. Febr.* quæ omnes dicuntur datæ *Carino & Numeriano Coss.* inscribunturque; *Imp. Carinus & Numerianus*. Jam itaque ineunte Januario Carinus & Numerianus soli imperabant. Cum filiis *regnavit duobus annis*, inquit Eutropius, de Caro loquens, ubi eum numero rotundo Imperii ejus durationem exprimere certum est.

III. Diocletianus Numeriano succedit.

Numerianus, quem *Carus* pater secum adversus Persas duxerat, cum e Perside rediret, *Apro* impulsore, dum *lecticulæ veheretur, per insidias occisus est*, inquit Eutropius; sed non ante mensem Septembrem. Libro enim 10. Codicis Justinianei recitatur Lex 4. *De delat. PP. III. Kal. Septembris, Carino, & Numeriano Coss.* In illius vero titulo legitur: *Impp. Carinus & Numerianus*. Quare ipso fine Augusti adhuc vivebat Numerianus. Baronius autem ideo Numeriani post patris mortem bimestre tantum Imperium fuisse

NOTÆ [1] *Coss. M. Aurelius Carinus Aug. II. & M. Aurelius Numerianus Aug.* Lapis vetus apud Baronium, de quo Norisius de Numismate Diocletiani & Maximiani cap. I. Prosperi Chronicon, Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii laterculi: *Carino II. & Numeriano*. Item in aliquot Justinianei juris legibus, de quibus vide Relandum, & Norisium de numismate Diocletiani & Maximiani cap. I. qui ex epistola Paschali S. Proterii Alexandrini, *Carini II. & Numeriani* consulatum huic anno figit.

Suffecti hoc anno feruntur: *Diocletianus*, & *Annius Bassus*. Mox: *M. Aur. Valerius Maximianus & M. Junius Maximus*.

CHRISTI 284. | CAII PAP. I. | CAR. & NUM. IMPP.

PAGIUS fuisse autumavit, quia Diocletianum ejus successorem *undecimo Kalendas Maii* præsentis anni regnare cœpisse putavit, deceptus his verbis Panegyrici, quem Mamertinus Maximiano dixit: *Revera enim*, inquit Orator, *sacratissime Imperator; merito quivis te, tuumque fratrem* (nempe Diocletianum) *Romani Imperii dixerit conditores. Estis enim, quod est proximum, restitutores: & sit licet hic illi Urbi natalis dies, quod pertineat ad originem populi Romani; vestri Imperii primi dies sunt principes ad salutem*. Quibus ex verbis Baronius aliique deducebant, eundem Urbi, qui & Maximiano Herculio ac Diocletiano fuisse Natalem, ideoque eos Imperatores *ipsis Parilibus* dictos fuisse. Verum, inquit Petavius lib. II. de Doct. Temp. cap. 30. nulla in iis verbis littera, quæ id ostendat; imo diversi ibidem dies illi constituuntur, & cum primo die Romæ conditæ per antithesim primi Imperatorum illorum dies comparantur; qui tam ab Urbis Natali, quam a se mutuo differre, vel in Panegyrico significantur.

IV. Dies natalis Diocletiani & duratio imperii Numeriani.

Diem itaque natalem Diocletiani unus nos docuit Auctor Chronici Alexandrini, quod Baronius, ejus Fastis exceptis, non legerat. Ibi sub hujus anni Consulibus habetur: *Tandem Numerianus ab Apro Præside Perinthi, Thraciæ, quam nunc Heracleam vocant, necatus est*. Tum subdit: *Diocletianus Imperator XV. Kalendas Octob. Chalcedone renuntiatus, V. Kalendas octobres Nicomediam purpuratus intravit, & Kalendis Januariis Consul prodiit*. Dies itaque natalis Diocletiani decimus septimus mensis Septembris fuit, ideoque aliquot ante dies Numerianus Augustus occisus fuerat. In Gaza Regia asservatur Nummus æreus parvi moduli, in quo legitur: A.K. M. A. NOYMEPIANOC. CEB. id est, *Imp. C. M. Aurelius Numerianus Aug.* Visitur caput Numeriani coronatum. In postica, L. B. id est, *anno secundo*. Roma sedens Victoriam tenet. Similem refert Goltzius, aliumque præterea in postica inscriptum, L. A. id est, *anno primo*. Ex quibus certo liquet, non tantum Numerianum secundum Imperii Augustei annum delibasse; sed etiam Probum & Florianum eodem tempore regnasse, ac post Taciti mortem, quæ die XIII. mensis Aprilis anni CCLXXVI. contigit, *Probum* a militibus renuntiatum Imperatorem, annoque CCLXXXII. circa initium mensis Augusti interemptum fuisse. Quo pacto *Numerianus* secundum Imperii Augustei annum auspicari potuit, cum mense Septembri hujus anni interierit. Quod si Antiqui durationem Imperii Probi a Floriani morte desumsissent, ut recentibus Chronologis visum fuit, *Numerianus* secundum Augustei Imperii annum nullo modo inchoare potuisset, ut ex dictis certum redditur. Extat apud Mediobarbum Numeriani Nummus inscriptus: IMP. C. M. AUR. NUMERIANUS NOB. C. in postica: VIRTUS AUGG. Ex quo apparet, verum esse quod sæpe diximus, Cæsares nempe hoc seculo *Imperatores* in Nummis & Inscriptionibus appellatos fuisse, imo & Augustos, si conjunctim cum ipsis in Nummis nuncuparentur. Postica enim illa de Caro Augusto & Numeriano Cæsare interpretanda videtur. Carinus anno tantum sequenti sublatus.

V. Carus & Numerianus Imp. eodem fere tempore demortui.

His in priori editione scriptis, cum animadverterem titulos & subscriptiones legum Codicis Justinianei errore sæpe non vacare, annum emortualem Cari Imperatoris ad novum examen revocavi, hunceque æstate currentis anni Ctesiphonte, dum adversus Persas bellum gereret, fulmine sublatum esse comperi. Vopiscus enim in Caro Imp. cap. 8. de eo scribit: *Negari non potest, eo tempore quo periit, tantum fuisse subito tonitruum, ut multi terrore ipso exanimati esse dicantur. Cum igitur ægrotaret, atque in tentorio jaceret; ingenti exorta tempestate, immani coruscatione, immaniori, ut diximus, tonitru, exanimatus est*; quod confirmat Vopiscus ex epistola tunc super morte Cari data, & a se recitata. Hæc vero tonitrua mortem illam æstate aut autumno, non vero hyeme contigisse argumento sunt: II. bellum æstate, non vero hyeme geri solitum: III. *Numeriano* Imperatore proditione occiso *Julianus* & *Diocletianus* eodem fere tempore Purpuram sumsere, ut asserit Victor in Epitome; qui Numeriani morte recitata, ait: *Hinc Sabinus Julianus invadens imperium a Carino in Campis Veronensibus occiditur*. Et dein refert, Diocletianum Imperatorem nuncupatum esse. Victor vero de Cæsaribus testatur, solam *Cari* mortem in causa fuisse cur Julianus imperium arripuerit. Narrata enim Diocletiani inauguratione, inquit: *Interim Carinus eorum qua acciderant, certior; ipse facilius erumpentis metus sedatum iri: Illyricum propere Italiæ circuitu petit. Ibi Julianum, pulsa ejus acie, obtruncat. Nam is cum Venetos Correcturæ ageret, Cari morte cognita, imperium avens eripere, adventanti hosti obviam processit*. Victor in Epitome genus ejus mortis notavit: *Julianus acto per costas pugione in ignem se abjecit*.

VI. Quod magis probatur.

Postquam Victor de Cæsaribus superiora commemoravit, loquitur de Cari liberis, ejus patria, de ejus imperii duratione, & de Apro ipso initio imperii Diocletiani ab hoc occiso, quod Numerianum interfecisset. Modicum itaque spatium inter Cari & Numeriani mortem, & inter hanc & Diocletiani ad *imperium* evectionem intercurrit. Quod & Victor de Cæsa-

ribus

III. Chronologia ab Imperio Diocletiani.

Hoc igitur anno Diocletianum Imperium accepisse, sunt alia certa exploratæque testimonia eorum qui posteriorum temporum annos ab ipso primo Diocletiani Imperii ingressu numerare consueverunt. Nam quem ipse Diocletianus instituit usum, ut a prima die sui Imperii sequentes anni numerarentur, perseveravit idem apud nonnullos usque ad tempora Justiniani (ut suo loco dicemus) factumque est, ut & Christiani etiam non honore Principis, sed usu communi ad tempora pervestiganda, a dicta prima die Imperii Diocletiani annos enumerarent. Constat inter alios id fecisse S. Ambrosium; qui cum in epistola ad Episcopos Æmiliæ numeret tempus a die (ut ait Imperii) Diocletiani usque ad annum octogesimum, & alias nonagesimumtertium, quibus incidit decimaquarta Luna nono Kalendas Aprilis; colligitur ex tabulis astronomicis eum ab hoc anno & die dictum annorum numerum auspicatum esse.

IV. (a) *Evagr. l. 3. c. 29.* Confirmatio præcedentium.

Insuper vero quod Evagrius (*a*) Scholasticus numeret ab eodem primo anno Diocletiani usque ad obitum Zenonis annos ducentos & septem; manifestum est ipsum ab hoc item anno Domini ducentesimo octogesimo quarto deducere numerum usque ad annum Domini quadringentesimum nonagesimumprimum, quo Zeno ex hac vita sublatus est. Præter hæc etiam quod Diocletianum jam Imperatorem factum dicat Ammianus (*b*) adsciviisse sibi collegam Aristobulum anno sequenti; liquido apparet, ipsum Diocletianum hoc anno imperare cœpisse. Ex tot igitur necessariis plane probationibus, cum constet hoc anno Diocletianum suscepisse regimen Imperii, erasse omnino convincuntur quotquot ab hinc post tertium annum exordium Imperii Diocletiani rejiciunt, ut inter alios Cassiodorus; quod ante eum fecisse videtur Eusebius, dum in Chronico ingressum ejus ponit anno Domini ducentesimo octogesimoseptimo. Stabiliisse itaque in hunc modum Diocletiani annorum chronologiam oportuit; nam cum futura tempora post hæc contigerint numerari ab initio ejus Imperii; si quis in eo semel errore labatur, per devia semper ferri necesse est. Hæc idcirco ingerimus, ne otiosa videatur esse lectori tam exacta ad hæc disquirenda adhibita diligentia.

(*b*) *Ammian. Marcell. l. 23.*

V. Quid Carus Thessalonicensibus.

Antequam autem de Diocletiano agere incipiamus; quæ reliqua sunt Cari, Numeriani, atque Carini prosequamur. Extat ejusdem Cari Imperatoris de remissione tributi concessa Thessalonicensi Ecclesiæ rescriptum (*c*), in hæc verba: *Imperator Carus Præsidoro Præfecto Prætorio. Sacrosancta Thessalonicensis Ecclesia aperte sciat, propriæ tantummodo capitationis modum beneficio nostri numinis sublevandum, nec extraneorum gravamine tributorum Rempublicam Ecclesiastici nominis abusione lædendam.* At in Codice Theodosiano hæc leguntur in Theodosii

(*c*) *l. 8. c. de Sacrosanct. Eccl.*

(*a*) *l. 28. de Annon. & trib.*

sanctione, sub (*a*) titulo De Annona atque tributis. Quod si tamen Cari esse dixerimus, ut habetur posita in Codice Justinianeo; cum idem Carus ex his de Christianis benemeritus videatur; & filius ejus Numerianus paulo post patrem interfectus sit; unde quæso, quod nonnulli martyres sub Numeriano passi legantur in cunctis Martyrologiis? haud res est facilis demonstratu; nec est quod dici possit, nisi ipsum, vivente adhuc patre, cum Cæsarem ageret, in Christianos sæpius rescripsisse. Sed an Carinus idem fecerit, dicemus inferius. Nullum vero sub Caro legimus passum, quod (ut dictum est) ipse faveret potius Christianis. Accidisse tamen interdum, ut invito ipso Imperatore, Christianorum complures necarentur, quæ dicta sunt superius in Severo demonstrant.

VI. Martyres sub Numeriano.

Qui autem præter Eutychianum Romæ sub Numeriano sint passi martyres, ipsorum Acta declarant, consignata testificatione antiquorum scriptorum, ac potissimum Romani Martyrologii assertione. Celebriores inter alios habentur Chrysanthus & Daria, quorum Acta feruntur esse scripta a Verino & Armenio Stephani Papæ presbyteris, non tamen (ut habent mendosi codices) jussu Stephani Papæ. Chrysanthus enim Polemii Alexandrini filius Romæ cum legendo sanctum Evangelium, tum audiendo Carpophorum, fide Christiana imbutus est, & patris in se odium concitavit, cujus arte nihil non molitum est, ut eum ad ritus patrios revocaret, ususque ad hoc Daria virgine. Sed & ipsa Chrysanthi persuasione in Christum credidit, amboque simul ea de causa sub prætore Celere complura sunt experti tormenta. Horum constantiam & divinum circa eos patrocinium admiratus Claudius Tribunus, una cum uxore & duobus filiis Jasone & Mauro, cæterisque domesticis & septuaginta militibus, facti sunt Christiani, atque mox confessione, demumque sunt martyrio illustrati. Chrysanthus vero in Tullianum carcerem detrusus est; cum interim Daria ad postribulum condemnatur; sed divinitus liberata, una cum Chrysantho in foveam altam de missa, occluso aditu (instar Vestalium delinquentium, in Campo Scelerato pœnas dantium) extra portam Salariam eo modo ambo mori coguntur.

VII. De Diodoro & Mariano Lectore.

Accidit autem, ut cum ad propinquum specu natalem diem eorum Christiani celebraturi frequenti cœtu concurrerent, Gentilium invidia factum sit, ut obstructo aditu, qui Synaxim intus agebant, sic mori coacti, martyrii coronam fuerint consecuti. Erat eum eis Diodorus presbyter, ac Marianus lector, qui eadem cum illis gloria sunt aucti; hæc ex Actis dictorum martyrum. Quorum cum exempla-

PAGIUS ribus rursus innuit: *At Numerianus, amisso patre* (cum quo in Persida pugnabat) *simul confectum æstimans bellum, cum exercitum reductaret; Apri prafecti Prætorio soceri insidiis extinguitur.* Certum itaque esse debet, *Carum* non multo ante Numeriani filii interitum, & Augustam Diocletiani nuncupationem, periisse, & inscriptiones ac subscriptiones legum Cod. Justin. ex quibus contrarium eruitur, manifeste mendosas esse.

VII. *Diocletiani initium ab hoc anno repetendum.*

A num. III. ad V. *Diocletianum* hoc anno Imperatorem renuntiatum, non vero sequenti, ut Scaliger in lib. de Emendat. Temp. & Cointius in Annal. Ecclesiast. Franc. autumarunt, extra omnem controversiam esse debet. Diem Imperii ejus natalem unus Auctor Chronici Alexandrini nobis conservavit, quem plane aureo testimonio Card. Norisius in Dissert. de duobus Nummis Diocletiani & Licinii cap. I. confirmavit. In libro enim 3. Codicis Justinianei refertur Lex *Ut nemo invitus.* in cujus titulo legitur: *Imp. Diocletianus Augustus Camerio*; dicitur vero, *Dat. Idibus Octobris, Carino II. & Numeriano Coss.* Quare die decima quinta mensis Octobris præsentis anni jam Diocletianus imperabat; ideoque verum est quod dicitur in Chronico Alexandrino, eum die decima septima Septembris Imperatorem appellatum fuisse; totoque cælo erasse Scaligerum & Cointium, qui ejus initium in annum sequentem distulere.

VIII. [1] Diocletianum hoc anno imperare cœpisse evincit etiam Era Diocletianea, quæ & *Era Martyrum* dicta, Christianis Ægypti etiamnum usurpata, quæ proficiscitur a die vicesima nona Augusti currentis Christi anni, a qua etiam die Era Actiaca, in cujus locum subrogata est, auspicabatur. Cum enim Ægyptii, ut notat Calvisius in Opere Chronologico hoc anno, & in 3. parte Isagoges cap. 16. qui hac anni forma utebantur jam a morte Antonii & Cleopatræ, Calippi Periodum Lunarem novemdecim annorum in usum revocare vellent, & Cyclum Paschalem condere, ab hoc anno ejus initium sumere voluerunt, quod Novilunium in ipsum diem XXIX. Augusti incideret, qui propterea annus primi Cycli Lunaris appellatus est, ut & hodie fit. Latini enim, cum Cyclum suum Paschalem a Paschate incipiant, sequentem annum pro Cyclo Lunari primo habent, ubi Novilunium in Pascha proxime post diem XXI. Martii incidit. Distat enim XXI. Martii a die XXIX. Augusti præcedente diebus CCVI. qui efficiunt septem menses Lunares, & paulo plus. Sed hac de re plura Calvisius laudatus.

Era Diocletianea, Baron. n. 122.

IX. *Multi Martyres sub Numeriano Imp.*

A num. V. ad XVII. Ostendimus anno superiori rescriptum de remissione tributi Thessalonicensi Ecclesiæ concessa, non a Caro Imp. sed a Theodosio Juniore emissum fuisse; de *sancti Sebastiani* Martyrio agit Baronius anno CCLXXXVI. sed nec ejus, nec aliorum Martyrum hic ab eo memoratorum Acta sincera ab omnibus reputantur. Multos tamen *Numeriano* imperante præter eos quorum Baronius meminit, martyrium passos esse certum esse debet.

Ca-

NOTÆ [1] Vide etiam de æra Diocletianea Norisium in epochis Syro-Maced. pag. 19. & de initio imperii Diocletiani *mense Novembri* apud Alexandrinos, ibidem pag. 177.

PAGIUS X. *Maximianus Herculius Cæsar dicitur.*

Carinus, qui in Galliis, Italia, Hispaniis, aliisque regionibus Occidentalibus imperabat, ubi Diocletianum in Oriente, & Julianum in Italia Imperatores dictos accepit, nihil prætermisit, ut æmulos ab Imperio detruderet; hincque civile bellum exortum. Quare Diocletianus, ut Carinum facilius opprimeret, M. Aurelium Valerium *Maximianum Herculium* Cæsarem nuncupavit, ac post biennium Augustum. Baronius hujus nuncupationis nullam mentionem fecit; imo Card. Norisius in Dissert. de Numismate Impp. Diocletiani & Maximiani cap. 2. ait, se vix in communem sententiam trahi posse, quæ docet eundem Maximianum antequam Augustus crearetur, Cæsaream dignitatem obtinuisse. Quam sententiam in secunda parte Dissert. Hypaticæ cap. 7. num. VII. & VIII. confutavi, ostendique non tantum Maximianum Herculium prius Cæsarem, quam Augustum dictum esse, sed eos etiam omnes, qui a Marco Aurelio ad Valentinianum seniorem, ab aliis Augustis dignitate Augustea exornati sunt. Ammianus enim lib. 27. tradit, Valentem & Gratianum post Marcum Aurelium & Lucium Verum, primos fuisse, qui Augusti dicti sint, eodem tempore, quo & Cæsares appellati: *In hoc tamen negotio*, inquit Ammianus, *Valentinianus morem institutum antiquitus supergressus, non Cæsares, sed Augustos, germanum nuncupavit & filium.* (Valentem nempe & Gratianum) *benevole satis. Nec enim quisquam antehac adscivit sibi pari potestate Collegam prater Principem Marcum, qui Verum adoptivum fratrem absque dimi-*

nutione aliqua majestatis Imperatorem socium fecit. Cum itaque Ammianus tam Marci, quam Valentiniani factum tanquam novum & antea inauditum proponat, non solum Maximianum Herculium, sed & Licinium seniorem ex Cæsare Augustos factos fuisse indubitatum esse debet; licet id etiam de Licinio Card. Norisius laudatus negaverit.

XI. *Probatur etiam ex Nummis.*

Card. Norisius citatus pag. 15. ait Onuphrium laudare Nummum Maximiani Cæsaris nomine inscriptum, sed nusquam talem inscriptionem in Maximiani Herculii Nummis ab aliis Antiquariis, qui gazas omnes veterum Numismatum diligentissime perlustrarunt, inventam fuisse. At Onuphrius lib. 2. Fast. pag. 250. ubi duplicem epigraphen Nummorum Valerii Maximiani seu Perculii refert, ita loquitur: *Maximiani adhuc Cæsaris hos Nummos vidi*, M. VAL. MAXIMIANUS. NOB. CAES. *Item*, AUREL. VALER. MAXIMIANUS. NOB. CAES. Vides Onuphrium dicere se utrumque Nummum propriis oculis vidisse, non vero utramque epigraphen ab aliquo alio accepisse; quo casu ejus testimonium non ita firmum esset, cum non desint Antiquarii aliique qui Scriptoribus Nummos a se corruptos muneris loco tradant. Quare licet Onuphrius Nummos quos explicare non poterat, dum emendare crederet, aliquando corruperit, ut hoc ipso anno jam vidimus, non lego tamen eum accusatum, Nummos aut inscriptiones commentum esse, certumque ac indubitatum plures Nummos qui adhuc seculo præterito extabant, periisse, quod & de MSS. asserendum. Nec etiam audiendi qui

plaria complura legerimus, illa fideliora reperimus, quæ breviora Latine conscripta habentur; quæ vero Græce edidit Metaphrastes; compluribus additis, multum abest ut (quod putavit qui edidit auctor) fuerint Græca eloquentia illustrata; sed potius corrupta, & in impostu-

(a) *Mart. Rom. & alia die 25. Octobr. 1. Dec. & 3. Dec. & 17. Januar.*

ræ suspicionem adducta appareant eruditis ipsa exactius disquirentibus. Porro horum omnium martyrium, natalibus (a) ipsorum diebus adscriptis ex more Ecclesiasticis tabulis, tam apud Latinos, quam Græcos in Ecclesia Dei memoria celebris est.

VIII. Maurus & Marianus Martyres.

Sub eodem quoque Numeriano, eodemque Judice Celere, seu Celerino, passus est Maurus, qui ex Africa Romam ad Apostolorum se conferens limina, delatus, atque confessus, martyrium consummavit; cujus natalis dies adscriptus habetur sacris (b) tabulis decimo Kalend. Decembris. Porro Acta ejus diversa feruntur. Eodem quoque tempore, sed sub Carino, passus ponitur ibidem septimo Kalend. Januarii Marinus Senator, multis acerbissimisque tormentis antea excruciatus sub Marciano Urbis Præfecto. Verum quod, quæ sunt certiora Acta martyrum, dicant Carinum quosdam ex Christianis habuisse in amicitia, atque persecutionem excitatam magis cessare fecisse; æquius puto Numeriani jussu, quam Carini, martyrio sublatum esse; nam in tabulis superius citatis, non per Carinum, sed sub Carino passus Romæ ponitur.

(b) *Martyrol. Rom. die 22. Nov.*

IX. Martyres Aquileienses.

Sub eodem quoque Numeriano passi leguntur Aquileiæ sub Beronio Præside Hilarius, sive Hilarus Episcopus, Titianus dia-

PAGIUS qui volunt Ammianum, cujus verba mox retulimus, erraſſe; licet enim Historici Romanas res narrantes quandoque errarint & hallucinati fuerint, hoc tamen dici non potest de Ammiano qui ibidem narrat quæ suo seculo & eo quod illud præcessit multoties contigere, quæque ideo neminem tunc latere poterant.

XII. *Natale Imperii Cæsarei Max. Herculii.*

[1] *Maximianum Herculium* die vicesima mensis Novembris, seu XII. Kal. Decemb. Cæsarem appellatum fuisse ostendi in prima parte Dissert. Hypaticæ cap. 2. num. VIII. ex Lactantio lib. de Mortibus Persecutorum cap. 17. ubi postquam narravit, Diocletianum anno CCCIII. persecutionem adversus Christianos decrevisse, tradit: *Hoc igitur scelere perpetrato, Diocletianus, cum jam felicitas ab eo receſſisset, perrexit statim Romam, ut illic Vicennalium diem celebraret, qui erat futurus ad duodecimum Kalendas Decembres.* Vicennalia & id genus festa die natali Imperii celebrari solita. Quod si contingeret, ea vel anticipari, vel differri, quod non raro factum, dies similis denominationis cum die natali, quo susceptum fuerat Imperium, eligebatur, vel festum die natali Collegæ Imperii assumebatur. Sic Constantius Augustus, qui *sexto Idus Novembris* Cæsar dictus fuerat anno CCCXXIII. cum anno CCCLIII. simili die Tricennalia edere non posset, sextum diem Idus alterius mensis hujusmodi solemnis destinavit, ut docet Ammianus lib. 14. *Arcelate hiemem agens Constantius, post theatrales Ludos atque Circenses ambitioso editos apparatu die sexto Idus Octobres, qui Imperii ejus annum tricesimum terminabat*, &c. Qui locus Viris doctis crucem fixerat, quod certum sit, Constantium sexto Idus Novembris Cæsarem renuntiatum fuisse. Unde & Ammianum erraſse, asserere non dubitabant: sed posita regula, quam in præfata Dissertatione statuimus, Decennalia nempe & id genus festa exhibita fuisse, vel die natali Imperii, vel die natali Collegarum, vel saltem die ejusdem denominationis cum eo, in quem Natale Imperii inciderat; constat, Ammiani locum minime depravatum esse, & Diocletianum, qui XV. Kalend. Octob.

NOTÆ [1] VIcennalia hæc, ex quibus Pagius deducit Maximiani Imperium Cæsareum die XII. Kal. Decembris cœpisse, Diocletiani fuisse vix dubito. Nam ex Aurelio Victore *de Cæsare* discimus a Diocletiano abdicatum fuisse Imperium *celebrato regni vicesimo anno*, idest Imperii sui vicennalibus, ut ego quidem interpretor. Profecto ab eodem Diocletiano celebrata fuisse vicennalia sua dubitare nos non permittunt tot nummi Diocletiano cusi cum epigraphe VOTA XX. vel XXX. quorum nonnulla exhibet & Pagius *Dissert. Hypat.* par. 2. cap. 2. num. 8. Quo autem anno & tempore vicennalia hæc a Diocletiano celebrata fuerint docet Author Libri *De Mortib. Persecutor.* loco a Pagio laudato, qui res a Diocletiano labentibus regni annis gestas diligentissime persequitur; ait enim Diocletianum, post motus in Christianos anno 303. concessisse Romam, ut *illic Vicennalium diem celebraret, qui erat futurus ad duodecimum Kalen. Decembres.* Quis profecto negaverit sermonem hic esse de iisdem ipsis Diocletiani Vicennalibus, quorum Victor meminit? Duo hic Pagius opponit num. 4. authoritatem Chronici Alexandrini, in quo Diocletiani initia cum die XV. Kal. Octobris componuntur, & subscriptionem legis datæ hoc anno Idibus Octobris. Sed de Chronico Alexandrino constat Auctorem ejus quoad chronologiam Diocletiani, in multis peccasse, ut cum asserit Maximianum adscitum fuisse in societatem Imperii anno Diocletiani tertio ineunte, cum ex Aurelio Victore certum sit Diocletianum uno tantum anno Maximianum præcessisse, ait enim de Maximiano: *Cui anno minus potentia fuit.* Legem vero illam in decem Mss. Codicibus nulla adiecta temporis nota reperisse se Baluzius in *Not. ad Librum de Mortib. Persecut.* affirmat. Melius igitur Natalis imperii cæsarei Maximiani ad diem XII. Kal. Augustarum, quæ dies in Actis S. Marcelli definita est, referretur.

His stabilitis multa corruunt, quæ Pagius huic jacto fundamento superstruit. Primo enim Diocletiani initium a die 17. Septembris ad diem 20. Novembris transferendum esse, quod verbis Victoris melius congruit, narrantis Maximianum difficilius quam Diocletianum persuasum fuisse ut Imperium abdicaret, quippe cui *anno minus* quam Diocletiano Imperium fuerat. Ab anno enim 284. die 17. Septembris usque ad Kalendas Aprilis anni 286. annus est & semis, adeoque biennii melius quam anni intervallum inter utrumque Imperium Victor constituisset. Secundo Imperii Cæsarei Maximiani exordium non ad hunc annum, sed ad sequentem referendum esse.

diaconus, Felix, Largus, & Dionysius, decimoseptimo Kal. Aprilis. Tergestæ vero Servulus, insignis martyr, passus invenitur nono Kal. Februarii. Constantiæ autem in Gallia Pelagius, nobilis Christi athleta, quinto Kal. Septembris; quibus memoratis diebus eorumdem anniversaria memoria celebratur.

X. Martyres Ægyptii.

Sed & in Ægypto etiam exercuisse videtur Numerianus de Christianis carnificinam; nam quinto Kalend. Martii (a) ibi passi traduntur Victorinus, Victor, Nicephorus, Claudianus, Dioscorus, Serapion, & Papias; quorum duo primi, post exquisita tormentorum genera constanter tolerata, supplicium capitis subierunt: Nicephorus post craticulas candentes superatas, minutatim concisus est; Claudius & Dioscorus igne succensi; Serapion & Papias gladio cæsi sunt; quæ tam Græci, quam Latini æque testantur. Edessæ quoque in Syria illustre consummarunt martyrium Thalalæus, Asterius, Alexander ac socii, tertiodecimo Kalend. Junii. Insuper ad Numeriani quoque persequutionem spectare videntur, quæ in exordio Actorum S. Sebastiani martyris conscripta habentur usque ad Imperium Carini & Diocletiani ibi notatum. Sunt quidem ipsa Acta legitima, conscripta a Notariis S. Romanæ Ecclesiæ, quibus id operis ex officio (ut dictum est) incumbebat.

(a) *Mart. Rom. ea die & Menolog. die 3.*

XI. Marci & Marcelliani certamen.

At quoniam prolixiora admodum esse videntur, & omnibus ferme nota; hic summatim ea tantum describere, quæ usque ad sequentem annum gesta sunt, recta temporum inita ratio postulat. Inter alios Christianos, qui nominis Christi causa Romæ tenebantur in vinculis, Marcus & Marcellianus fratres, Romani nobiles, apud Nicostratum Primiscri-

Ann. Eccl. Tom. III.

PAGIUS Octob. Imperator dictus fuit, ideo anno CCCIII. *ad duodecimum Kalendas Decembres* Vicennalia distuliſſe, quia hoc anno eodem die Maximianum Herculium Imperio Cæsareo exornarat; alioquin non XII. Kal. Decemb. sed XV. Kal. Octobris ea solennia exhibuisset. Certus itaque nunc dies natalis Imperii Cæsarei Maximiani Herculii, de quo plura anno CCXCVIII. Sed annus hujus nuncupationis non minus certus, ut Herculii Consulatuum dispositio, Tricennalia, ac hujusmodi festa ostendunt.

XIII. *Fames.*

Idacius in Fastis sub Carini II. & Numeriani Consulatu hoc anno gesto scribit: *Hic Consſ. magna fames fuit*, cujus alium Auctorem meminisse non observavi.

XIV. *Mores Diocletiani graphice descripti.*

Lactantius in lib. de Mortibus Persecutorum cap. 7. quibus moribus Diocletianus imbutus fuerit, nos edocet; cujus verba recitabo ad Annalium illustrationem, quia egregium illud Opus Baronii tempore non extabat: *Diocletianus*, inquit Lactantius, *qui scelerum inventor & malorum machinator fuit, cum disperderet omnia, nec a Deo quidem manus potuit abstinere. Hic Orbem terra simul & avaritia & timiditate sub-*

XII. Tentati a Parentibus Martyres.

nium asservabantur. Moris enim fuisse Romæ non uno vel publico tantum carcere reos includi, sed interdum etiam maximi criminis reos alicui ex Senatoribus, vel alterius ordinis Romanis civibus custodiendos tradi, satis diximus in Notationibus ad Romanum Martyrologium scriptis.

Cum igitur (ut dictum est) apud Nicostratum iidem germani asservarentur; Tranquillinus & Martia eorum parentes, obtentis pro illis triginta dierum induciis ad deliberandum, una cum ipsorum uxoribus atque filiis pueris eos adeunt. Et cum jam tum communibus omnium lacrymis, tum orationibus ad animos illorum permovendos compositis, constantiam Christiani pectoris emollescerent, eorumque pristinum mentis robur enervarent, ut jam prope succumberent; primæ cohortis ductor Sebastianus nomine, Narbone oriundus, Mediolani vero educatus (vel, ut S. Ambrosius (b) & alii tradunt, patre Narbonensi, matre Mediolanensi, natus Mediolani) Christianum occulte agens, contraria oratione, vi divini Spiritus sibi administrata, eosdem pene defectores effectos revocavit ad castra.

(b) *Ambros. in Psal. 118. serm. 20.*

XIII. De Nicostrato & Claudio.

Tunc quoque accidit, ut cum perorantem Christi militem, Nicostrati uxor, Zoe nomine, divino lumine superne cerneret illustratum, nutibus prout poterat (quod muta reddita ex morbo jam esset) ab eo exposcerit auxilium: quod cum obtinuisset, & signo crucis restituta esset illi loquela; cum ipsa, tum Nicostratus crediderunt in Christum; qui & cæteros vinctos, & cum illis Christianos per Claudium Commentariensem ad se perduci jussit; quasi sistendi essent omnes proximæ sessioni Prætoriæ; ad quos cum

vertit. Tres enim participes regni sui fecit, in quatuor partes Orbe diviso, & multiplicatis exercitibus, cum singuli eorum longe majorem numerum militum habere contenderent, quam priores Principes habuerant, cum soli Rempublicam gererent. Adeo major esse cœperat numerus accipientium, quam dantium, ut enormitate indictionum consumtis viribus colonorum desererentur agri, & cultura verterentur in silvam. Et ut omnia terrore complerentur, Provincia quoque in frusta concisæ, multi Præsides & plura officia singulis regionibus ac pene jam civitatibus incubare, item Rationales multi & Magistri & Vicarii Prafectorum, quibus omnibus civiles actus admodum rari, sed condemnationes tantum & proscriptiones frequentes, exactiones rerum innumerabilium, non dicam crebræ, sed perpetuæ, & in exactionibus injuria non ferendæ. Hæc quoque toleravi possunt, quæ ad exhibendos milites spectant, (id est, ad præstanda militibus stipendia) *Idem insatiabili avaritia thesauros numquam minui volebat, sed semper extraordinarias opes ac largitiones congerebat, ut ea quæ recondebat, integra atque inviolata servaret. Idem, cum variis iniquitatibus immen-*

sermonem Sebastianus haberet, qui ex eis Gentiles erant ad Christum convertit; quos solutos vinculis S. Polycarpus presbyter (quem latitantem Sebastianus convenit) invisit, atque ad futurum baptismum percipiendum, indicto jejunio, præparat; cum interea ex more, jubet dare nomina omnes qui in Christum crederent; quod & præstiterunt; auctusque est numerus illorum accessione Claudii Commentariensis, atque duorum ejus filiorum.

XIV. Credentium auctus numerus.

Hæc autem tunc ab illis data, & a Polycarpo presbytero excepta sunt nomina: Tranquillinus pater Marcelliani & Marci; post hunc sex amici eorum, Ariston, Crescentianus, Eutychianus, Urbanus, Vitalis, & Justus, & post hos Nicostratus cum fratre suo Castorio, & Claudius Commentariensis; & post hos filii Claudii Felicissimus, & Felix; inde Martia mater Marcelliani & Marci, & Symphorosa uxor Claudii, & Zoe Nicostrati conjux, & universa familia ejus, promiscui sexus omnes triginta tres, ex vinctis numero sexdecim; omnes vero sexaginta quatuor, quos a Polycarpo scriptos, atque postea baptizatos suscepit ex aquis Sebastianus, feminas vero Beatrix atque Lucina: baptizatos vero idem Polycarpus, ex more, linivit chrismate: sanatique sunt qui morbis diuturnis erant affecti. Hæc Acta pluribus.

XV.

Post hæc autem; cum quid egisset Tranquillinus cum filiis, num eos, ut optabat, ad deorum cultum revocasset, Agrestius Chromatius scire cuperet, ipsumque ad se vocaret; cum ei cuncta quæ gesta essent, narrasset, pariterque cultum deorum inanem esse penitus inculcasset; contra vero Christi fidei veritatem ex signis divinitus ostensis fortiter demonstrasset; Chromatius severitatis, quam conceperat animo, nonnihil remisit, & per Commentarienses in carcerem reduci mandat, audiendum proxima sessione. Sed veritatis ipse interea stimulis agitatus, noctu clanculo misit, qui ad se deduceret Tranquillinum; per quem cum sibi Polycarpus presbyter innotuisset, rogat eum quoque ad se vocari; a quo Christum plenius edoctus, firmiter persuasus, clam nomen dat, & cum catechumenis profitetur, necnon filius ejus Tiburtius; ad quos veniens Sebastianus, eisdem plurimum profuit, quippe qui cum eis de fide Christiana pluribus egit. Sicque adeo Chromatius est roboratus, ut cunctas Deorum imagines, quas ejus lararium continebat, everterit atque confregerit: sed & cubiculum Mathesis usui consecratum, ab eo pariter fuerit dissipatum; quo facto, quam optabat Chromatius sanitatem de morbo articulari, est divinitus consecutus; qui & post hæc omnes suos servos mille quadringentos Christiana similiter fide imbuendos curavit; quos & baptizatos una secum a Polycarpo libertate donavit. Hæc omnia summatim recensita, clanculum hoc anno sunt gesta; quæ vero post hæc sequenti anno contigerunt, ex iisdem martyrum Actis suo loco dicemus. Quod vero Chromatius Præfectus dicatur Urbis, alibique (a) legatur his Consulibus Ceionius Varus gessisse præfecturam; nullam afferre debet de veritate historica dubitationem; cum jam testimonio Cypriani superius dictum sit, plures dictos esse usu loquendi in Urbe Præfectos, etiam si Vicariam tantum gererent præfecturam, vel præturam; nam & Chromatius, de quo est sermo, in iisdem Actis prætor interdum nominatus habetur.

(a) *Apud Cuspi. in Chron. Cassiod.*

Chromatius credit in Christum.

XVI. Religio persecutionibus aucta.

Videas ex his plane, quam egregie Christiana fides persecutionibus propagetur, & quanta illi vis sit divinitus insita, ut ipsos etiam persecutores subjiciat, & eos persecutionem libentius ferre quam inferre perdoceat; sic intelligas pariter, magistratus illos & clarissimos viros, qui veritati audiendæ aurem accommodassent, neque penitus obstinate resiliissent, libenti tandem animo Christianam religionem amplexatos esse. His ibi fusius enarratis, hæc mox scripta leguntur: *Erat id temporis Papa Ur-*

PAGIUS *immensam faceret caritatem, legem pretiis rerum venalium statuere conatus est. Tunc ob exiguæ & viliæ multus sanguis effusus, nec venale quicquam metu apparebat, & caritas multo deterius exarsit, donec lex necessitate ipsa post multorum exitium solveretur. Huc accedebat infinita quædam cupiditas ædificandi, non minor Provinciarum exactio in exhibendis operariis & artificibus & plaustris omnibus, quacumque sint fabricandis operibus necessaria. Hic basilicæ, hic circus, hic monetæ, hic armorum fabricæ, hic uxori domus, hic filiæ. Repente magna pars civitatis exceditur. Migrabant omnes cum conjugibus & liberis, quasi urbe ab hostibus capta. Et cum perfecta hæc fuerant cum interitu Provinciarum, non recte facta sunt; aiebat, alio modo fiant. Rursus dirui ac mutari necesse erat, iterum fortasse cæsura. Ita semper dementabat, Nicomediam studens urbi Romæ coæquare. Jam illud prætereo, quam multi perierint, possessionum aut opum gratia. Hoc enim usitatum & fere licitum consuetudine malorum. Sed in hoc illud fuit præcipuum, quod ubicumque cultiorem agrum viderat, aut ornatius ædificium, jam parata domino calumnia & pœna capitalis, quasi non posset raperet aliena sine sanguine*: Hæc Lactantius.

XV. Diocletianus initio Imperii Christianis favit.

Diocletianum tamen prioribus Imperii annis, Christianis favisse testatur Eusebius lib. 8. cap. 1. ubi quantam gloriam ante persecutionem anno CCCIII. excitatam Religio Christiana consecuta esset indicans, ait: *Argumento esse possit Imperatorum benignitas erga nostros, quibus regendas etiam Provincias committebant, omni sacrificandi metu eos liberantes ob singularem, qua in Religionem nostram affecti erant, benevolentiam. Quid opus est dicere de iis, qui in Imperatorum palatiis versabantur? quid de Imperatoribus ipsis*, &c. Quæ huc referenda.

Urbis Romæ Cajus nomine, vir magnæ prudentiæ, & eximiæ virtutis. Imperantibus autem Carino & Diocletiano, primo remissior fuit in Christianos persecutio, quod Carinus haberet quosdam in amicitia, quos hujus confessionis titulus decorabat: Hæc ibi. Quæ autem scripta habentur post necem Carini, sub Coss. Maximo & Aquilino, post sequentem annum dicemus, ut signata ibi tempora admonent.

XVII. Diocletiani genius.

Quod autem ad Diocletianum hoc anno a militibus electum Imperatorem spectat; obscurissimo quidem loco natus est Dioclea oppido in Dalmatia, libertusque fuit quondam Anullini Senatoris, de quo scribit Vopiscus, Victor, & alii qui res ab eo gestas sunt prosecuti. Porro ipse dictus Aurelius Valerius, ut diceretur Diocletianus, tum a matre sic dicta, nempe Dioclea, tum etiam a natali loco proveniisse, iidem auctores affirmant; licet Victor ante Imperium eum Dioclem nominatum fuisset tradat. Res tum ab eo gestas, tum a Maximiano, quem postea adscivit sibi collegam Imperii, singulis libris conscriptas fuisse a Claudio Eusthenio, qui Diocletiano ab epistolis fuit, Vopiscus in Carino testatur; sed perierunt, adeo ut res ipsius plane obscuræ remanserint. Verum ejus prava facinora ubique apparent diversis scriptis, ac potissimum Actis martyrum egregie decantata.

JESU CHRISTI ANNUS 285. CAII PAP. ANNUS 2. DIOCLETIANI IMP. ANNUS 2.

I. Aristobuli consulatus.

DUcentesimus octogesimusquintus Christi annus a Cassiodoro & aliis notatur Consulibus Diocletiano secundum & Aristobulo, quibus etiam (ut dicemus) Acta martyrum sunt consignata; mentio quoque certa est horum Consulum (ut diximus) apud Ammianum Marcellinum (a) qui agens de Consulatu Juliani Augusti, in quo sibi collegam Sallustium allegit, hæc ait: *Videbatur nouquet, eum anno præcedenti jam imperasse. Fuerat antea Consul suffectus ut nota numeralis, quæ in variis Fastis legitur, certum reddit; sed non postrema anni superioris parte, ut existimavit Card. Norisius in Dissert. prima de Numismate Impp. Diocletiani & Maximiani cap. 2. vulgarem enim illam opinionem prima Consulatuum Cæsareorum regula prorsus evertit. Quod si anno superiori Consulatum suffectum iniisset Diocletianus, præsentem annum privati aperuissent; cum initio Imperii unicus Consulatus, non vero duplex susceptus fuerit. Is itaque Consulatus suffectus Basso Collega paulo ante Imperium a Diocletiano gestus, ut discimus ex Chronico Alexandrino, ubi tamen tanquam Con-*

(a) *Ammian. lib. 23. in princ.*

SÆC. III. Anno Urbis 1038. Olymp. 266. an. 1. A. C. 285.

☉ 14. D. ☽ 1. P. 4. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 285.

CAII PAPÆ 3.

DIOCLETIANI IMP. 2.

I. Consules.

[1] AD num. I. Coss. *C. Valerius Diocletianus Aug. II. & Aristobulus*. Diocletiani Consulatus juxta primam regulam; ex quo & libris juris: *Diocletiano Aug. II. & Aristobulo*; seu *Diocletiano Aug. & Aristobulo*. Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii Interculi: *Diocletiano II. & Aristobulo*. Lapis, vetus apud Norisium de numismate Diocletiani & Maximiani cap. II. ex Scaligero in Euseb. n. 2231.

NOTÆ [1] Coss. *Valerius Diocletianus Aug. II. & Aristobulus*. Prænomen Aristobuli desideratur. In

MAXIMO AUGUSTO
DIOCLETIANO II. COS.

Dedicante *C. Ceionio Varo* hoc anno Præfecto Urbi. Gruterus pag. LXV.

IMP. CAES. C. VALERIO
DIOCLETIANO. PIO.
FELICI. INVICTO. AUG.
PONT. MAX. BRITANNIC.
MAX. GERM. MAX.
TRIB. POT. II. COS. II.

Alia ejusmodi inscriptio apud Fabrettum pag. 747. n. 546. præterquam mendum est in prænomine *Diocletiani*, qui *Lucius* dicitur, & *Britannici* agnomen deest.

Diocletianus postrema anni superioris parte consulatum suffectum gessit, & Kalendis Januariis hujus anni ordinarium capessivit. Norisius de numismate Diocletiani & Maximiani cap. 1.

Numerianus a militibus Mense Augusto A. D. 284. Augustus appellatus est. Post triginta imperii dies interfectus est. Diocletianus ad imperium provectus est XV. *Kalendas Octobris* Calchedone. *Carinus* occisus A. D. 285. apud Murgum in Mœsia, incertum quo mense; itaque Pagius recte Idatianos Fastos Sirmondi, corruptos esse monet.

vum, adjunctum eſſe Auguſto privatum: quod poſt Diocletianum & Ariſtobolum nullus meminerat geſtum: Hæc ipſe, quibus plane ſignificat, Diocletianum, cum ſecundum hunc Conſulatum acciperet, fuiſſe jam creatum Imperatorem, atque Imperatoria poteſtate allegiſſe ſibi, quem voluit collegam Ariſtobulum, ac proinde ſuperiori anno jam creatum fuiſſe Imperatorem; ſed & hoc ſecundo Conſulatu ipſius, numerandum eſſe ſecundum ejus Imperii annum, ex his quæ ſuperiori anno ſunt dicta, ſatis eſt redditum exploratum; hæc inquam, ad certam rationem a nobis initam annorum Imperii Diocletiani, qui (ut diximus) voluit ſequens tempus a die ſui ingreſſus in Imperium numerari, prætermiſiſſe minus oportuit.

II. Carini mores

Quamvis autem Diocletianus poſt Numeriani obitum, vivente adhuc Carino, Imperium nactus eſſet, nondum tamen liberas habenas ejus eſt conſecutus, ut ipſum pro arbitrio moderaretur; nam Carinus Occidentalis orbis præerat Imperio.

PAGIUS Conſulatus ordinarius obtruditur. Hinc anno CCLXXXIX. Baſſus, qui Collega Quinctiano Faſtis nomen dedit, dicitur Conſul II. Noriſius ibidem docte Valeſium in Notis ad lib. 23. Ammiani confutat, qui contendit Carinum III. & Ariſtobulum Conſulatum hoc anno iniiſſe, & Diocletianum, Carino anno præcedenti debellato, ejuſdem nomen e Faſtis tunc expunxiſſe, ſeque ſuffectum Conſulem deſignaſſe. Nam Diocletianum annum aperuiſſe demonſtrat Lex 2. *Si quis aliquem*, quæ emiſſa eſt a Diocletiano, & dicitur *propoſita Kal. Januariis Diocletiano II. Aug. & Ariſtobulo Coſſ.* Quod autem Carini nomen e Faſtis a Diocletiano eraſum non fuerit, patet ex L. *Ut nemo invitus*; quæ licet a Diocletiano emiſſa anno præcedenti, *Carini* tamen Conſulatu ſubſignatur.

II. *Ariſtobulus ipſo anni initio Conſul fuit.*

Sirmondus, ne Carinum tertio Conſulem in Faſtis, quod Idacii nomine inſcriptos omnium primus publicavit, contra cæteras Conſulares tabulas obtruderet, Idacii textum corrupit, & loco horum verborum, quæ in Manuſcripto Pariſiis in Bibliotheca Collegii Ludovici Magni aſſervato ipſimet legimus: *Diocletiano II. & Ariſtobulo. His Coſſ. occiſus eſt Carinus Margo, qui ipſo anno cum Ariſtobulo Conſul proceſſerat*; Sirmondus poſuit: *Diocletiano II. & Ariſtobulo. His Conſſ. occiſus eſt Carinus Margo, & levatus eſt Diocletianus Imperator, qui ipſo anno cum Ariſtobulo Conſul proceſſerat*; ut non Carinus, ſed Diocletianus Kalendis Januariis currentis anni Conſulatum ordinarium adhuc privatus ineſſerit, & non multo poſt purpuram induerit: quod tam a veritate, quam a mente Idacii, ſeu optimi Faſtorum illorum Scriptoris alienum. Ariſtobulus itaque, ut obſervat Card. Noriſius citatus, in caſtris Carini Præfectum Prætorio agebat, cum Diocletianus contra Carinum movit, teſte Victore de Cæſaribus, qui de Diocletiano victore ſcribit; *Ceteris venia data, retentique hoſtium fere omnes, ac maxime vir inſignis Ariſtobulus Præfectus Prætorio per officia ſua*. Quare Diocletianus Kal. Januariis non ſuſcepit Conſulatum cum Ariſtobulo, cum is in Carini caſtris id temporis militaret, ac præcipuus partium Dux haberetur, nec niſi occiſo demum ſuo Principe, ad Diocletianum ſe contulerit. Verum, quia Ariſtobulus a Carino in trabeæ ſocietatem adſcitus fuiſſet, Diocletianus, quo probatæ virtutis Ducem in partes traheret, eumdem una ſecum Conſulem deſignavit, quod eximiæ Ariſtobuli virtuti tribuendum, inquit Card. Noriſius ut, vel ab ipſo hoſte tam honorifico teſtimonio commendatæ.

III. *Præfecti Prætorio ad Conſulatum evehi poterant.*

Card. Noriſius in literis ad me ſcriptis hæc Victoris laudati verba, *per officia ſua*, dicit notatu digna eſſe; anno enim præcedenti, quo Diocletianus in Carinum movit, *Ariſtobulus* Præfectus Prætorio Carini erat, ab eoque Conſul ordinarius in hunc annum deſignatus; quæ duo officia illi a Diocletiano confirmata. Nam, ut anno CCXVIII. num. I. demonſtravi, ex decreto Alexandri Severi Præfecti Prætorio Senatores renuntiati ſunt; ideoque & Conſulatu exornari poterant. Hujus rei aliud exemplum profert Card. Noriſius. *Aſclepiodotus* anno ducenteſimo nonageſimo ſecundo, Hannibaliano Collega, Conſul ordinarius fuit, quem tamen Præfectum Prætorio fuiſſe conſtat ex Victore in libro de Cæſaribus, qui in Vita Diocletiani de alleſto Magnæ Britanniæ Tyranno loquens ait: *Quo nempe Imperio uſum brevi, Conſtantius, Aſclepiodoto, qui prætorianis præfectus præerat, cum parte claſſis ac legionum præmiſſo, delevit*, anno ſcilicet CCXCVI. ut ibidem oſtendam. En Præfectum Prætorio, qui ante aliquot annos Conſulatum ordinarium geſſerat. Valeſius in Notis Euſebianis lib. 9. cap. 11. hæret an *Picentius* ter Conſul a Galerio Maximino Aug. creatus, Præfectus etiam Prætorii fuerit, quod Euſebius de iis, qui eidem Galerio devicto adhæſere, ſermonem habens ſcribat; *Ex quorum numero fuit Picentius, in ſummo honore ac veneratione ab eodem habitus, & ſodalium omnium longe cariſſimus: quem ille iterum ac tertio Conſulem & Præfectum ac Procuratorem ſumma rei creaverat*. Quæ ultima verba ſic in Græco habentur: διὰ πάτος καὶ τρισὺπατος καὶ τῶν καθ' ὅλα λόγων ἔπαρχος προσκαθεσαμένος. Nam, inquit Valeſius, ἔπαρχος non dicitur niſi de Præfectis Prætorio aut Urbi. Adde quod, cum Euſebius affirmet, *Picentium* ſummis honoribus & geminato Conſulatu ornatum fuiſſe a Maximino, ineptum eſſet dicere, eum Procuratorem ſummæ rei ab illo factum fuiſſe, quæ exilis admodum dignitas fuit. Sed contra hanc ſententiam facit primo, quod τῶν καθ' ὅλα λόγων vocabulo ſemper Euſebius Rationalem ſeu Procuratorem ſummæ rei deſignat. Nec vero digni„ tas illa Procuratoris ſummæ rei inter viles ac „ poſtremas numeranda eſt. Nam & Macrianus, „ is qui ſub Gallieno Imperium arripuit, eum „ honorem geſſit; & Euſebius ipſe in lib. 8. cap. „ 7. *non vulgarem Magiſtratum* appellat, ubi de „ Philomoro martyre loquitur. Ita recte Va„ leſius qui tamen immerito dubitavit, an vox ἔπαρχος de aliis dicatur, quam de Præfectis Prætorio aut Urbi; cum Divus Athanaſius, qui eodem, quo Euſebius, ſeculo vixit, tam in Epiſtola ad Solitarios, quam in Oratione ad Orthodoxos, Præfectos Ægypti alio nomine non deſignet, ſicuti & Julianus Imp. Epiſt. 23. & epiſt. 50. Melius itaque locum illum Chriſtophorſonus vertit; *Generalis omnium rationum in ejus imperio referendarum Præfectus ab eo conſtitutus*. Sed exempla Præfectorum Prætorio ad Conſulatum evectorum poſt Alexandrum Severum Imp. non deſunt.

Ad num. II. Idacius in Faſtis jam laudatus ſcribit;

rio. Sed profuit Diocletiano Carini morum turpitudo, ac arrogantiæ, & mentis tumor, quibus male præditus, Senatus, ac militum in ſe odium concitavit. Sed hæc pluribus, res ab eo geſtas retexens, Vopiſcus narrat; quo lectorem rejicimus; pariter admonentes, perperam poni tum a Caſſiodoro, tum ab aliis eum ſecutis, uno eodemque anno Numerianum atque Carinum extinctos. Nam præter alia quæ dicta ſunt ſuperius, auctor eſt Victor, Carinum, antequam cum Diocletiano armis decertaret, adverſus Sabinum Italiam invadentem bellum ſuſcepiſſe poſt parentis ac germani obitum; quo victo & occiſo, in Diocletianum arma moviſſe, & cum eo ſæpius conflixiſſe. Quamobrem Acta ſanctorum martyrum, de quibus mox dicemus, recte Carini obitum in annum ſequentem rejiciunt ſub Conſulatu Maximi & Aquilini.

III. Acta proconſularia Martyrum.

Hoc igitur anno, iiſdem Conſulibus Diocletiano ſecundum & Ariſtobulo, extant Acta martyrum ex publicis monumentis deſcripta, quæ Proconſularia a majoribus dici conſueverunt, ea nimirum (ut diximus) ex cauſa, quod coram Proconſule publice a Notariis excepta eſſent; quæ cæteris omnibus fideliora eſſe conſueverunt. Porro ea hic attexere perjucundum fore arbitramur rerum antiquarum ſtudioſis. Hos autem a noverca delatos paſſos eſſe, ipſo eorum die natali Martyrologia (*a*) antiqua teſtantur. Nacti ſumus eorum duo exemplaria, parum inter ſe diſcrepantia utpote a diverſis (ut videtur) ex Græcis translata; ex quorum collatione, ea quæ ſunt edita (*b*), eſſe mendoſa, vel diminuta nonnihil apparet; eſt hujuſmodi ipſorum exordium:

(*a*) *Mart. Rom. 13. Aug.*

(*b*) *Sur. t. 4. die 23. Auguſti.*

IV. Certamen Claudii, Aſterii & ſociorum.

Delati ſunt ad Judicem a noverca Claudius, Aſterius, & Neon, quod eſſent Chriſtiani, deos injuria afficientes; atque etiam Donuina & Theonilla ejuſdem criminis reæ ſunt conſtitutæ; omneſque vincti in carcerem, truſi ſunt uſque ad adventum Proconſulis Lyſiæ. Cum autem Proconſul circumiret provinciam; factum eſt ut perveniret Ægeam, ubi ſedens pro tribunali dixit: Adducantur examini meo Chriſtiani, qui hujus urbis magiſtratui traditi ſunt ab Officio. Eulalius Commentarienſis dixit: Juxta præceptum tuum, domine, quos hujus urbis magiſtratus comprehendere potuit. Chriſtianos, offert tres pueros fratres, & duas feminas, atque infantulum. Ex iis unus aſtat in conſpectu claritatis tuæ. Quid de eo præcipit nobilitas tua? Lyſias Præſes dixit: Quis diceris? Reſpondit ille: Claudius vocor. Lyſias Præſes dixit: Noli florem juventutis tuæ per amentiam perdere; ſed accede-

PAGIUS Carinus Imp. occiditur.

bit: *His conſſ. occiſus eſt Carinus Margo*, de quo oppido in Tabulis Peutingerianis legitur: *Aureo monte X. Margum XIV. Viminacio*; eſtque ad ripam Iſtri in Myſia ſuperiori. *Carinus*, inquit Victor de Cæſaribus, *ubi Mœſiam contigit, illico Murgum juxta Diocletiani congreſſus, dum victos avide premeret, ſuorum ictu interiit*. Antiqui Mœſiam & Myſiam, Margum & Murgum indiſcriminatim dixere. Diocletianus victoria modeſte uſus, neminem fama, dignitate ac bonis ſpoliavit, ſolumque Aprum, cujus dolo Numerianus perierat, *proxime aſtantem ictu tranſegit*, inquit Victor de Cæſaribus. Reportata hæc victoria poſt initium menſis Auguſti; Carinus enim tertium Imperii Auguſtei annum circa illius menſis exordium ingreſſus eſt. Goltzius tria Numiſmata Græca hujus Imperatoris exhibet, in quibus Carinus Auguſtus dicitur, & in priori legitur, L. A. id eſt, *anno primo*; in altero, L. B. id eſt, *anno ſecundo*; in tertio, L. Γ. id eſt, *anno tertio*, qui tertius annus habetur etiam in Numiſmate Regio, æreo ac minoris magnitudinis. In Actis S. Sebaſtiani Martyris a Baronio anno ſequenti in Annalibus recitatis, ipſo eorum initio legitur: *Occiſo Carino ad Murgum, Conſulibus Maximo & Aquilino, tam immanis exorta eſt perſecutio, ut*, &c. Quibus verbis innixus Baronius Carini interitum in annum ſequentem diſtulit. Verum, ex Faſtis Idacii, qui ejus tempore nondum e tenebris prodierant, liquet, Auctorem illorum Actorum ſignificare voluiſſe, occiſo ſub hujus anni finem Carino, ſub anni ſequentis Conſulibus, Maximo nempe & Aquilino, ſævitum fuiſſe in Chriſtianos.

V. Victor de Cæſaribus, poſtquam Carini mortem narravit, de Diocletiano ſcribit: *Ubi comperit Carini diſceſſu Ælianum, Amandumque per Galliam excita manu agreſtium ac latronum, quæ Bagaudas incolæ vocant, populatis late agris plerasque urbium tentare, Maximianum ſtatim fidum amicitia, quamquam ſemiagreſtem, militiæ tamen atque ingenio bonum, Imperatorem jubet*. Eutropius eandem rem his verbis narrat: *Ita rerum Romanarum potitus, cum tumultum ruſticani in Gallia conciaſſent, & factioni ſuæ Bagaudarum nomen imponerent, Duces autem haberent Amandum & Ælianum, ad ſubigendos eos Maximianum Herculium Cæſarem miſit, qui locubus præliis agreſtes domuit, & partem Galliæ reformavit*. Oroſius lib. 7. cap. 16. hæc Eutropii verba mutavit, corruptque: *Maximianum*, inquit, *cognomento Herculium Cæſarem fecit miſſeque in Gallias*, &c. Verum, tam Eutropius, quam Victor laudati ſupponunt, Herculium jam Cæſarem fuiſſe, ab anno nempe primo Diocletiani; quod & diſpoſitio Conſulatuum Maximiani manifeſtat: annum enim CCLXXXVIII. Januario Collega ſecundum Conſulatum geſſit, qui ad nullam aliam Conſulatuum Cæſareorum regulam, quam ad ſecundam pertinet. Ælianus & Amandus Auguſti in Nummis a Mediobarbo recitatis appellantur. Thebæorum militum martyrium, quod Baronius cum anno CCXCVII. copulavit, ad præſentem retrahendum, ut eo anno videbitur. Denique licet Victor de Cæſaribus, nonniſi Carini morte narrata, Herculium Cæſarem dictum referat, hunc tamen ante Carini interitum, & poſt ejus e Galliis diſceſſum, ſeu dum in Italia adverſus Julianum Tyrannum pugnaret, Cæſarem nuncupatum fuiſſe manifeſte indicat, ut ſuo loco diximus.

Maximianus Herculius Cæſar Bagaudas in Galliis domat.

VI. A num. III. ad XV. Refert Baronius Acta SS. Martyrum Claudii, Aſterii, & aliorum qui Lyſia provinciam Liciæ regente in civitate Ægeæ

de, & sacrifica diis, quemadmodum jussere Augusti domini nostri; ut possis parata tibi tormenta vitare. Claudius ait: Deus meus his sacrificiis opus non habet; eleemosynis potius & vitæ sanctimonia delectatur; Dii autem vestri impuri dæmones sunt, & lætantur ejusmodi sacrificiis, quæ ea facientibus æternum supplicium parant; numquam ergo poteris persuadere, ut eos colam. Lysias dixit: Ad virgas iste aptetur; non enim alia via poterit ejus stultitia superari. Claudius ait: Si etiam graviora his quæ astant, tormenta admoveas, me quidem nihil lædes, tibi vero æternum supplicium præparas. Lysias Præses dixit: Domini nostri Imperatores jusserunt, ut Christiani diis sacrificent; si qui id nolunt, eos puniri volunt; pollicentur autem facientibus honores. Claudius dixit: Dona illorum ad modicum tempus durant; Christiana vero confessio æternam gloriam parat.

V. Claudii tormenta. *Tunc Proconsul mandat eum suspendi in equuleo, & ejus pedibus flammas admoveri, particulas quoque ex ejus calcaneis præcidi, atque illi offerri. Claudius ait: Qui Deum timent, nec ignibus, nec aliis tormentis possunt superari, quæ sciunt sibi proficere ad vitam sempiternam. Lysias Præses dixit: Ungulas admovete. Claudius dixit: Mihi hoc propositum est, ut doceam te dæmonum causam agere, mihique hæc prodesse, tibi vero exitium æternum afferre. Dixit Proconsul: Testulis eum scindite, & faces ardentes adjicite. Claudius ait: Ignis tuus & tormenta mihi conferunt ad salutem; talis est conditio nostra, ut sic patientes vitam æternam consequamur. Lysias dixit: Deponite, & in carcerem ducite, & alium adhibete.*

VI. Asterii cruciatus. *Eulalius Commentariensis dixit: Quemadmodum præcepit potestas tua, Asterius astat frater secundus. Lysias Proconsul dixit: Tu me audi; sacrifica diis; scis quæ supplicia impios maneant. Asterius dixit: Non faciam; quia colo unum Deum, qui fecit cœlum & terram, qui judicaturus est vivos & mortuos; ut hunc colerem, & non deos, docuerunt me parentes mei. Lysias dixit: Parate equuleum, & vexantes ungulis latera ejus, dicite: Vel nunc crede: sacrifica diis. Asterius ait: Frater sum illius, qui paulo ante mortuus est; eadem est communis mihi cum illo Christi confessio: fac quod potes; in manu habes corpus meum, animam autem non similiter. Lysias dixit: Sumite ungulas, ligate pedes, extendite, cruciate. Asterius dixit: Stulte agis; non mihi, sed tibi paras tormenta. Lysias ait: Sternite pedibus carbones ardentes, virgis verberate & nervis. Asterius dixit: Agite, agite, nullum sit membrum absque martyrio. Lysias dixit: Deponite, custodite cum cæteris: adducite tertium.*

VII. Passiones Neonis. *Adducitur Neon. Dixit Lysias: Fili obtempera, sacrificia diis, ut hæc non patiaris. Neon respondit: Dii non sunt, nec aliqua est illis potestas: tu colis qui nullam vim habent: ego vero Deum cæli adoro. Lysias dixit: Frangite cervicem ejus: & dicite voce præconis: Noli blasphemare deos. Neon ait: Non blasphemat qui loquitur vera. Lysias dixit: Extendite in equuleo, carbones adjicite, & verberate, conscindite. Id cum factum esset, Neon ait: Quod mihi utile est, scio; quod animæ meæ prodest, id faciam; nec possum ab hac sententia removeri.*

VIII. Sententia in martyres lata. *Lysias introgressus, obduxit velum; & post exiens, ex tabella recitavit sententiam, dicens: Claudius, Asterius, Neon fratres Christiani, deos blasphemantes, & sacrificare renuentes, ante atrium cruci affigantur; & corpora eorum avibus laceranda relinquantur. Et subjecit: Curent hæc Claudius Commentariensis, & Archelaus speculator. Antequam autem ducerentur, recepti sunt in custodiam.*

IX. Quod autem hic habent Acta de obductis velis a Judice, antequam sententiam ex tabella recitaret; S. Basilius (*a*) ad Eustachium scribens, hæc similia his: *Qui rerum in hoc mundo potiuntur, quando facinorosum aliquem morti sunt adjudicaturi, cortinas obducunt, & expertissimos quosque ad causæ tractationem advocant, multumque temporis insumunt, nunc legis rigorem contuentes, nunc naturæ communionem suspicientes, multumque ingemiscentes, ac judicandi necessitatem deplorantes; nemini non manifestum faciunt, quod non ex propria libidine, sed ex necessario legis ministerio, condemnationis inferant sententiam:* Hucusque Basilius. Porro quod illi ex more vel lege scripta, ad præseferendam atque ostentandam animi judicantis tranquillitatem, facere solerent; nequaquam in judiciis adversus Christianos, quantumlibet ira atque furore in eos conciti impellerentur, prætermisisse visi sunt, ut hic vidimus de velis obductis, & de Judice Assessorum consilium capessente, & studio composito vultu tristitiam illam præseferente; nam hæc in Actis passionis Cypriani superius recitatis: *Galerius Maximus collocutus cum Concilio, sententiam vix ægre dixit hujusmodi: Diu, &c.* & paulo post: *Decretum ex tabella recitavit.*

(*a*) Basil. epistola 79.

Mos vetus pronunciandæ sententiæ.

Quod autem in ejusmodi quæstionibus martyrum, ut in iis quæ de Lysia Proconsule sunt recitata, præcones astare solerent; per eos interloqui solitos Judices; jam alias superius diximus. Rursum vero tunc etiam præconis voce indici silentium, accusatoris nomen reo astante clamari, reumque ejusdem præconis voce respondere juberi, non tantum Acta martyrum sæpe significant, sed & Apulejus (*a*) in ficto judicio, ex vero autem deducto demonstrat. Idemque & in Floridis (*b*) hæc de præcone astante Præsidi: *Præco cum Proconsule & ipse tribunal ascendit, & ipse togatus illic videtur, & quidem perdiu stat, aut ambulat, aut plerumque attentissime clamitat. Enimvero ipse Proconsul moderata voce rarenter & sedens loquitur, & plerumque de tabella legit. Quippe præconis vox garrula ministerium est: Proconsulis autem tabella sententia est; quæ semel lecta, neque augeri littera una, neque autem minui potest; sed utcumque recitata est, ita provinciæ instrumento refertur:* Hucusque Apulejus. Sed & Seneca (*c*) terribilem ejusmodi judicii faciem repræsentat his verbis: *Ascendit Prætor tribunal, inspectante provincia: noxiæ post terga ligantur manus; stat intento ac tristi omnium vultu, sit a præcone silentium; adhibentur deinde legitima verba, canitur altera ex parte classicum. Numquid vobis videor describere conviviales jocos &c.* Hæc Seneca. At de his hactenus: multa quidem ex his elucidantur, quæ passim in antiquis actis sanctorum martyrum scripta inveniuntur. Jam vero quæ sunt reliqua Actorum Proconsularium prosequamur, nempe Donvinæ martyrium, quod his verbis descriptum habetur:

X. Præconis officium.

(*a*) Apul. in Asin. aur. l. 2.

(*b*) Apul. in Florid. l. 2. in fi.

(*c*) Seneca Controv. 24. l. 5.

XI. Donvinæ martyrium. *Perducta est a Commentariensi Donvina; dixitque Eulalius Commentariensis: Astat Donvina. Lysias ait: Vide mulier, qui ignes & quæ tormenta parentur tibi; si ergo vis illæsa abire, offer diis libamina. Donvina respondit: Non faciam, ne in ignem æternum & tormenta perpetua incidam: Deum colo & Christum ejus, qui fecit cælum & terram, & quæ in eis sunt. Dii vestri ex lapide & ligno ab hominibus fabricati. Lysias dixit: Vestibus nudatam extendite, & omnia ejus membra virgis lacerate. Cum verberaretur, Archelaus speculator ait: Per sublimitatem tuam, Donvina jam extincta est. Lysias dixit: jactetur corpus ejus in profundum fluminis.*

XII. Theonillæ certamen egregium. *Eulalius Commentariensis ait: Theonilla adest. Lysias dixit: Vidisti mulier, quæ supplicia & quæ flammæ afflixerint eos qui paruerunt; quamobrem da honorem diis, & sacrifica, ut possis ab his pœnis liberari. Theonilla respondit: Ego illum timeo, qui potestatem habet animam & corpus mittere in gehennam ignis, qui crematurus est eos qui deficiunt a Deo, & colunt dæmones. Lysias dixit: Contundite alapis faciem ejus, prosternite, ligate pedes, & fortiter excruciate. Theonilla dixit: Bonum ne tibi & æquum videtur, mulierem ingenuam his afficere tormentis? tu scis; non latet Deum quod agis. Lysias dixit: Suspensam capillis cœdite & in faciem. Theonilla exuta vestibus dixit: Non te pudet me denudasse, cum in me etiam matrem tuam & uxorem ejusdem sexus afficias dedecore? Lysias dixit: Habes virum, an vidua es? Theonilla dixit: Vidua sum jam ab annis vigintitribus; & propter Deum meum sic permansi, jejuniis, vigiliis & orationibus vacans propter Deum, quem cognovi postquam immunditiis renunciavi. Lysias dixit: Radite caput ejus novaculis, ut amplius erubescat; cingite rubo silvestri, extendite ad quatuor palos, & corpus totum verberate; sed & carbones super ventrem imponite, atque ita consumatur. Quod cum fecissent Eulalius Commentariensis & Archelaus speculator, dixerunt: Domine jam mortua est. Lysias ait: Corpus ejus insuite culeo, & projicite in aquas. Eulalius Commentariensis & Archelaus speculator dixerunt: Ita fiet, & factum est. Passi sunt sancti martyres apud Ægæam sub Lysia Proconsule, decimo Kalendas Septembris, Diocletiano & Aristobulo Consulibus, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen:* Hucusque Acta.

Porro eorumdem sanctorum martyrum a Lysia Proconsule occisorum mentio habetur in Actis Zenobii (*d*) in eadem provincia Episcopi & Zenobiæ martyrum, qui ab eodem Lysia hac eadem persecutione sub Diocletiano necati sunt; ibidem & de Lysiæ Præfectura his verbis: *Diocletianus statim ut factus est Imperator, Lysiam præfecit Ciliciæ; qui & ad excruciandum erat violentissimus, & ad alliciendum blanditiis maxima vi præditus. Ille autem cum venisset ad Mopsi urbem, excitat persecutionem adversus Christianos, eamque gravissimam & maxime horribilem. Tres autem numero adolescentes, Claudius, Asterius, & Neon, fuerunt etiam excruciati in illa persecutione; quos tulit quidem Isauria, Larandus autem exercuit. Hi enim a Lysia vehementibus & multis subjecti cruciatibus, in crucem acti extra muros, subierunt mortem maleficorum; corpora autem eorum projecta sunt devoranda volucribus* Hæc de his ibi, licet de loco passionis levis quædam esse discrepantia videatur, dum ibi ante atrium, hic autem extra muros cruci affixi dicuntur.

XIII. Lysiæ Prefectura.

(*d*) Apud Metaphr. die 30. Octobr.

Post

PAGIUS gea passi sunt hoc anno die XXIII. mensis Augusti. Ea etiam correctiora exhibet Ruinartus in Actis sinceris Martyrum & in eorum fine hæc verba a Baronio prætermissa leguntur: *Habitu est passio hac in civitate Aegea, sub Lysia Præside, X. Kalendas Septembris, Augusto (videlicet Diocletiano) & Aristobulo Coss. ideoque hoc anno.*

Post hæc autem Zenobii Episcopi, ejusque fororis Zenobiæ martyrium pluribus descriptum habetur, quod sub eodem Lysia pertulerunt, nempe ferreum stratum ignium, & lebetes aqua ferventi ebullientes, ac demum gladium tertio Kal. Novembris, quo memoria ejus recoli consuevit.

XIV. Cosmas & Damianus martyres.

Perseveravit Lysias in eodem magistratu annis pluribus: spectatæ enim crudelitatis homo, ex carnificina Christianorum ingentem apud suos sibi gloriam comparavit; dignusque est habitus, qui eodem magistratu diutius fungeretur. Porro sunt complures insignes martyres, qui sub eodem Proconsule Lysia, eodem imperante Diocletiano, martyrio coronati sunt in eadem provincia Ciliciæ: quorum omnium habiti sunt clarissimi Cosmas & Damianus, una cum fratribus Antimo, Leontio, & Euprepio; quorum memoria brevi descriptione notata, longioris certaminis index, veluti triumphali titulo his verbis in Ecclesiasticis tabulis reperitur adscripta quinto Kalendas Octobris: *Ægææ natalis sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani fratrum, qui in persecutione Diocletiani, post multa tormenta, vincula & carceres, post mare & ignes, cruces, lapidationes, & sagittas divinitus superatas, capite plectuntur; cum quibus etiam referuntur passi tres eorum fratres, Antimus, Leontius, & Euprepius.* Ita ibi; sed de eorum passionis Actis quæ spuria quæve germana sint, ibidem notavimus. At in eadem quoque civitate, sub eodem etiam Proconsule Lysia, passus legitur Marinus senex, qui flagris cæsus, ligno appensus & laniatus, feris tandem objectus, de perfidia triumphavit sexto Idus Augusti; ea quippe die inter alios martyres habetur conscriptus. Diversus hic Marinus ab eo qui post Callistratum Romæ passus est in eadem persecutione Diocletiani; quod scriptum est in Passione Callistrati; de quo inferius.

XV.

Hoc eodem quoque anno Domini ducentesimo octogesimoquinto, defuncto Maximo Episcopo Alexandrino, in locum ejus (ut testatur Eusebius *a*) est subrogatus Theonas, de quo idem auctor (*b*) hæc scribit: *Postquam Maximus decem & octo annos Episcopatu Alexandriæ post mortem Dionysii fuerat perfunctus, Theonas ejus potitur loco. Quo tempore Alexandriæ Achillas presbyterio una cum Pierio donatus, cœpit hominum fama celebrari; qui scholæ sacratæ Christi fidei instituendæ præfectus, in singulari ac plane rarissimo pietatis munere exequendo nemini secundus fuit, & vitæ institutionisque Evangelicæ modum ac rationem ingenue excoluit:* Hæc de Achilla presbytero Alexandrino Eusebius; qui & de Pierio ejus collega, atque de Meletio Episcopo in Ponto fama celebri, ejusmodi instituit orationem:

(*a*) *Euseb. in Chron.* (*b*) *Euseb. l. 7. c. ult.*

Theonas Episcop. Alexand.

XVI. Pierius presbyter.

Inter homines vitæ nostræ ætatis rarissimos quidem & singularis cujusdam virtutis, ex presbyteris Alexandrinis Pierium, ex Præsidibus autem Ecclesiarum Ponti Meletium Episcopum cognovimus. At Pierius cum ob inopem admodum ac egentem vitæ rationem, quam sua sponte susceperat, tum ob philosophorum disciplinas, quibus erat imbutus, satis spectatus & illustris fuit; in litterarum quoque divinarum tum cognitione, tum explicatione; in disceptationibus præterea concionibusque publice in Ecclesia faciendis, supra modum exercitatus: Hæc ipse. Itemque S. Hieronymus (*c*) de Pierio agens, dum quæ extarent ejus lucubrationes recenset, hæc ait: *Pierius Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter sub Caro & Diocletiano Principibus, eo tempore quo eamdem Ecclesiam Theonas Episcopus regebat, florentissime docuit populos; & in tantam sermonis, diversorumque tractatuum, qui usque hodie extant, venit elegantiam, ut Origenes Junior vocaretur. Constat hunc miræ δοκήσεως, & appetitorem voluntariæ paupertatis, scientissimumque Dialecticæ & Rectoricæ artis, & post persecutionem omne vitæ tempus Romæ fuisse versatum. Hujus est longissimus tractatus de Propheta Osee, quem in pervigilio Paschæ habitum, ipse sermo demonstrat.* Hucusque Hieronymus de Pierio. De Meletio vero hæc idem Eusebius:

(*c*) *Hier. de Scrip. Eccl. in Pierio.*

XVII. Meletius Episcopis.

Meletius autem, quem homines eruditi μελιτᾶς Ἀττικῆς, id est, mel Atticum ex nominis sui notatione nuncupabant, talis certe fuit, qualem propter summam in omnibus rebus notitiam, & cognitionem merito perfectissimum dixeris. Ac propter singularem ejus dicendi vim & virtutem, nemo illum satis abunde admirari ac suspicere poterit. At hoc fortasse illi natura quodammodo insitum aliquis dixerit; verum ejus in multiplici aliarum rerum experientia, in varia cujusque generis doctrina facultatem quis valeat aliquando superare? Quod autem in omnibus scientiis, quæ ad acumen rationis & differendi subtilitatem spectant, cum artificiose expositus, tum diserte eloquens fuerit; siquis vel semel de eo fecerit periculum, facile credo concesserit. Virtutes porro, quæ magno cum splendore in vita ejus elucebant, non illis rebus erant ulla ex parte inferiores. Iste persecutionis tempore in fines Palæstinæ confugit, ubi eum ad septem annos integros plene cognovimus: Hæc Eusebius de Meletio Pontico, longe diverso ab Ægyptio de quo plura suo loco dicturi sumus. Meminit ejusdem quoque Meletii S. Basilius (*a*) ad Amphilochium, eumque fidelem testem divinitatis Spiritus sancti adhibet, dicens: *Insuper & Meletium illum admirandum in eadem sententia fuisse narrant, qui cum illo vixerunt:* Hæc ipse. Porro tam Meletius, quam Theonas, necnon Pierius, quod egregia sanctitate præditi fuerint, inter sanctos recenseri quoque meruerunt, adscriptis natalitiis eorum diebus in tabulis Ecclesiasticis. Meminit S. Epiphanius Ecclesiarum existentium Alexandriæ quæ dictæ erant nomine Theonæ, atque Pierii, cum enim recenset Alexandriæ positas Ecclesias: *Sunt,* inquit, *aliæ plures (ut dixi) Ecclesiæ Dionysii appellatæ, & Theonæ, & Pierii, & Serapionis, &c.*

(*a*) *Basil. ad Amphiloc. de Spiritu Sanct. c. 29.*

PAGIUS

Ad num. XV. *Maximus* Alexandrinus Episcopus e vivis excessit, anno ducentesimo octogesimo secundo, eodem scilicet anno, quo Probus Imperator interfectus est, ut discimus ex Eusebio in Chronico, ubi sub eodem numero & interitum Probi & Theonæ Maximi successoris initium recitat. Quare Eusebius a Baronio perperam laudatus. Secundo, in Historia Patriarcharum Coptitarum *Maximus* mortuus dicitur XIV. *Barmudæ Die Dominica:* qui dies cum nona Aprilis concurrit, & anno CCLXXXII. in Dominicam incidit, ut methodus Cyclica docet. Denique, cum S. Petrus Alexandrinus Episcopus anno CCC. Pontificatum inierit, & *Theona* annis novemdecim ministerio perfunctus fuerit, ut prodit Eusebius lib. 7. cap. ultimo, *Theonæ* Episcopatus initium, Maximique obitus alio anno, quam CCLXXXII. non contigit: præsertim cum Eusebius in Chronico scribat *Maximum* post Dionysium anno CCLXIV. demortuum, Ecclesiam Alexandrinam annis octodecim rexisse. Auctor Historiæ Coptitarum annos viginti inchoatos Maximo tribuit; sed vel numeri corrupti, vel ipsemet hac in re errat.

VII. *Obitus Maximi Episc. Alex.*

In Chronico Alexandrino sub hujus anni Consulibus legitur: *Ab his Consulibus Diocletiani anni in Paschali digeruntur.* Qua de re legenda sunt quæ anno præcedenti diximus.

VIII. *Initium Cyclorum.*

1. Carinus occisus.

CHristi Redemptoris anno ducentesimo octogesimosexto, Maximo & Aquilino Consulibus, Carinus Imperator cum de summa Imperii apud Murgum, inter Viminatium atque Aureum montem, adversus Diocletianum pugnaret; a suis proditus & derelictus, unius ex suis Tribunis gladio necatur, cujus dicebatur conjugem polluisse; hæc Victor (*b*), Eutropius, & alii. Sed nihil de proditione Vopiscus (*c*), qui ait: *Carino non defuit ad vindicandum sibi Imperium vigor*

(*b*) *Victor. in Car. & Eutrop. l. 9.* (*c*) *Vopisc. in Carin.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5779.

☉ 15. C. ☽ 2. P. 28. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 286.

CAII PAPÆ 4.

DIOCLETIANI IMP. 3. MAXIMIANI HERCULII IMP. 1.

I. Consules.

[1] AD num. I. & seqq. Coss. *M. Junius Maximus II. & Vettius Aquillinus* ex inscriptione Onuphriana; sed legendum *Aquilinus* ut habent libellus de Præfectis Urbi, Fasti Cæsarei & Anonymus a Bucherio editus, in quibus omnibus *Maximus* cum nota numerali etiam effertur, & videtur esse Junius Maximus qui hoc & sequenti anni Præfectus Urbi fuit, ut legitur in libello de Præfectis Urbi.

II. *Maximianus Herculius Aug. dictus.*

Carini interitus anno præcedenti contigit, ut ibidem demonstravimus; Maximianus autem Herculius, qui eatenus Cæsar fuerat, rerum publicarum necessitate exigente, Augustus dictus, & Tribunitia Potestate exornatus, ut ex antiquis Lapidibus constat. Facta ea nuncupatio die *Kal. April.* ut in Fastis Idacii legitur, idque Nicomediæ, extra civitatem ad millia fere tria, ut nos docet Lactantius lib. de Mortibus Persecutorum cap. 19. ubi de abdicatione Diocletiani & ejusdem Herculii loquens ait: *Erat locus altus*

NOTÆ

[1] *Coss. M. Junius Maximus II. & Vettius Aquillinus.* Gruteriana inscriptio pag. CCCIX. 8.

DEDICATA. K. MARTII.
M. IUNIO MAXIMO. II.
ET. VETTIO. AQUILINO
COS.

Fabrettus pag. 682. n. 69.

DED. KAL. FEBR.
MAXIMO. ET AQUILINO COS.

Alia in veteri Latio tom. VI. pag. 127.

DEDICATA. EID. FEBR.
MAXIMO. II. ET. AQUILINO COS.

Prænomen *Aquilini* deest. Fasti vulgati: *Maximo II. & Aquilino.*

gor mentis ; nam contra Diocletianum multis prœliis conflixit ; ſed ultima pugna apud Murtium commiſſa (alii Murgum dicunt) victus occubuit.

II. Maximianus Imperator.

Poſt extinctum Carinum, Maximianum una cum Diocletiano liberum Imperium adminiſtraſſe, idem Vopiſcus affirmat. Hoc enim anno Diocletianus, Carinus ſublato Maximianum collegam allegit Imperii, & anni ſequentis Conſulem pariter deſignavit; quod & ex antiquis nummis conſtat, dum Conſulatus ejus cum Tribunitia poteſtate ſecundo aucta deſcribitur (a) his videlicet verbis:

(a) Apud Adolph. Ii. de Numiſ.

IMP. MAXIMIANUS PIUS AUG. P. M. TR. P. II. COS. PP. S. C. Ut plane appareat, Tribunitiam poteſtatem primam, quæ cum Imperio conferri conſuevit, ipſum conſecutum fuiſſe anno ante primum Conſulatum ipſius, hoc ipſo ſcilicet. Porro hæc fuerunt hujus prænomen & cognomen M. Valerius Maximianus Herculius. Diocletianus vero, Jovius dictus eſt. In Panegyrico ipſi dicto ſæpius reperitur Maximianus Diocletiani frater nuncupatus; quem tradunt Sirmio in Pannonia oriundum. At de Maximiani exordio fatis.

III.

Quo ſtatu eſſent res Chriſtianorum, & quid hoc anno adverſus eos ſit Romæ geſtum, ipſa ſanctorum martyrum Acta (b) exacte declarant; ſunt quidem legitima, ac digna quæ Annalibus attexantur, cum præſertim complures res geſtas a Caio Papa contineant; ſunt enim hujuſmodi.

(b) Acta ſanctorum martyr. Sebaſt. & ſociorum.

Martyres Romæ paſſi.

Occiſo Carino ad Murgum, Conſulibus Maximo & Aquilino, tam immanis exorta eſt perſecutio, ut nulli quicquam vel vendere vel emere liceret, niſi parvis quibuſdam ſtatuis, poſitis eo in loco ubi emendi gratia conventum eſſet, thura incenderet. Tum etiam circa inſulas, vicos, & aquas poſiti erant compulſores, qui neque molendi, nec aquas hauriendi poteſtatem facerent, niſi qui idolis libaſſent.

IV. Chromatii charitas erga Chriſtianos.

Itaque ex ſancti Caji Pontificis conſilio Chromatius, vir Illuſtriſſimus Chriſtianos illos omnes (qui ſcilicet nuper crediderant) *in domum ſuam recepit; cunctoſque ita fovit, ut nullus omnino ſacrificandi neceſſitati ſuccumberet. Verum quia tanta perſecutionis extitit vis, ut opinio Chriſtianæ religionis ab eo ſuſceptæ celari jam non poſſet; meruit ex ſancto reſcripto Chromatius, ut medelæ gratia in Campano littore, ubi lati cæſpitis erat dominus, demoraretur. Fecitque copiam Chriſtianis omnibus cum ipſo ire volentibus, eo commigrandi, ad perſecutionis rabiem declinandam. Tum vero exorta eſt pia contentio inter ſanctos Polycarpum & Sebaſtianum, quis in Urbe remaneret, & quis iret cum Chromatio, qui tam multos ad ſe receperat Chriſtianos. Quibus ita altercantibus, venerabilis Papa Caius dixit: Dum ambo coronam paſſionis appetitis, populum Domini ſolatio deſtituitis. Unde mihi videtur, ut tu frater Polycarpe, qui & ſacerdotii rectum tramitem tenes, & ſcientiæ Dei repletus es donis, proficiſcaris ſimul ad confortandas recenter credentium mentes, & animos dubios confirmandos. Quibus ille auditis, acquievit, & blandum Papæ imperium æquanimiter tulit.*

V. Cajus Papa alloquitur fideles.

Venit itaque dies Dominica, in qua Caius Pontifex agens quæ Dei ſunt, intra domum Chromatii omnibus aggregatis cunctos hac voce alloquitur: Dominus noſter Jeſus Chriſtus, præſcius fragilitatis humanæ, duos credentium in ſe gradus conſtituit, confeſſionis ſcilicet, & martyrii; ut qui martyrii pondus ſe non poſſe ferre viderentur, confeſſionis gratiam teneant; & concedentes laudem bellaturis Chriſti militibus, & pro ejus nomine pugnaturis, illorum ſolicite curam gerant. Pergant itaque qui volunt una cum filiis noſtris Chromatio & Tiburtio: & mecum in hac Urbe,

Urbe, qui voluerint, remaneant. Non enim nos terrarum ſpatia dividunt, quos Chriſti gratia nectit; neque abſentiam veſtram ſentiunt oculi noſtri, quia intenioris hominis vos intuemur aſpectu.

VI. Confeſſores qui dicti.

Hæc a Caio dicta de confeſſorum & martyrum differentia, utique conſentanea ſunt iis quæ S. Cyprianus ante ſcripſerat; nimirum non tantum confeſſorum nomine dignum eſſe, qui coram Præſide ſe Chriſtianum eſſe confiteretur; ſed & qui, ne caperetur, relictis bonis, cognatis, & patria, quos amabat, ſibi timens, ne vi tormentorum deficeret, Chriſtumque negaret, extorris fieret, in aliaſque regiones transfugeret; utpote quod Chriſti fidem his omnibus prætuliſſet, Chriſtum opere videretur eſſe confeſſus, ac proinde dignus nomine Confeſſoris; quod alibi pluribus diximus. Sed hæc rurſum Acta:

VII. Tiburtii animi fortitudo.

Hæc & his ſimilia dicente Papa Caio, exclamavit Tiburtius (filius hic erat Chromatii, nuper cum patre factus Chriſtianus) voce magna dicens: Obſecro te Pater & Epiſcoporum Epiſcope, ne me patiaris terga perſequentibus dare. Mihi enim valde jucundum eſt & optabile, pro Deo vero millies, ſi poſſim, occidi; tantum ut illius vitæ dignitatem apprehendam, quam nullus mihi ſucceſſor eripiat, & cui nulla tempora finem imponant: Hæc Tiburtius. In quibus plane conſuetum agnoſcit titulum Urbis Papæ impertiri ſolitum, nempe ut diceretur Epiſcopus Epiſcoporum; quod & ex Tertulliano (a) ſuperius, atque etiam ex Cypriano demonſtratum eſt.

(a) Tert. de Pudicit. cap. 1.

VIII. Qui remanſerunt Romæ.

Tunc ſanctus Caius congaudens fidei ejus, lacrymas fundebat; orabatque ut omnes, qui cum ipſo remanſiſſent, certaminis victores exiſterent, triumphum martyrii aſſecuti. Remanſerunt autem cum venerabili Papa Marcellianus & Marcus, & pater eorum vir clariſſimus Tranquillinus, itemque beatus Sebaſtianus, & juvenis corpore pulcherrimus, ſed pulchrior mente, S.

PAGIUS

tus extra civitatem ad millia fere tria, in cujus ſummo Maximianus ipſe purpuram ſumſerat, & ibi columna fuerat erecta cum Jovis ſigno, &c. Prope Nicomediam itaque ea nuncupatio facta, ut, antequam liber de Mortibus Perſecutorum lucem vidiſſet, collegerat Clariſſimus Noriſius ex *L. 6. De fide inſtrum. dat. Nicomediæ XIII. Kal. Februarias Maximo II. & Aquilino*, hoc nempe anno, quo Maximianum Kal. Aprilis Nicomediæ in Hibernis morans Diocletianus, ac bellum adverſus Perſas ibidem adornans, Auguſtum renuntiavit. Ita Card. Noriſius in Diſſert. 1. de Numiſmate Impp. Diocletiani & Maximiani cap. 4. Corrigendus itaque error Collectorum Codicis Juſtinianei, qui in titulis Legum emiſſarum Diocletiano II. & Ariſtobulo Coſſ. ac Maximo II. & Aquilino, ante Kal. Aprilis ſcripſere: *Impp. Diocletianus & Maximianus AA.* cum id temporis unus Diocletianus imperaret. Porro in titulos Legum Cod. Juſtin. & in horum ſubſcriptiones toties error irrepſit, ut fateri cogamur valde plerumque ur-

gentia non eſſe, quæ inde deducuntur argumenta.

III. Maximianus cum adhuc Cæſar eſſet duos tyrannos in Gallia vincit.

Card. Noriſius ibidem ait, Maximianum novum Auguſtum cum parte legionum, atque auxiliaribus copiis in Gallias contra Ælianum & Amandum, qui ibidem Imperium occuparant, profectum, utrumque Tyrannum uno fere impetu oppreſſiſſe, hancque Maximiani victoriam paucis perſtringere Auctorem incertum Panegyrici Maximiano & Conſtantino dicti cap. 8. *Hic eſt*, (inquit is Orator de Maximiano) *qui in ipſo ortu Numinis ſui Galliæ priorum temporum injuriis efferatas, Reipublicæ ad obſequium reddidit, ſibi ipſas ad ſalutem.* Addidit Card. Noriſius, Carauſium egregiam hoc in bello operam Maximiano navaſſe, teſte Victore de Cæſaribus, qui ait: *Quo bello Carauſius Menapiæ civis factis promptioribus enituit: eoque eum, ſimul quia gubernandi (quo officio adoleſcentiam mercede exercuerat) gnarus habebatur, paranda claſſi, & propulſandis Germanis maria infeſtantibus præfecere.* Ex quibus Doctiſſimus Card. Noriſius deducit, errare

Tiburtius. Tum quoque Nicoſtratus Proto ſcriniarius cum fratre ſuo Caſtorio & conjuge Zoe, & Claudius etiam cum fratre ſuo Victorino, & filio Symphoriano, qui fuerat ab hydropiſis morbo liberatus. Hi ſoli, reliquis omnibus cum Chromatio proficiſcentibus, in Urbe cum Caio Pontifice remanſerunt; qui Marcum & Marcellianum diaconii honore ſanctificavit; Tranquillinum vero patrem eorum fecit presbyterum; & beatum Sebaſtianum, qui ad multorum profectum ſub ſpecie militiæ latebat, Eccleſiæ Defenſorem conſtituit, cæteros vero ſubdiaconos fecit. Hæc cum in dictis legantur Actis; intelligere ſatis potes, non omnia, ut ibi ſcripta ſunt, continuo eſſe facta, ſed æquo temporis interſtitio; neque cuncta quæ ſub dictis Conſulibus inchoata ponuntur Acta, ſub iiſdem eſſe pariter conſummata, ſed ſequentibus annis, eadem urgente perſecutione in Chriſtianos. Hic prima mentio de Eccleſiæ Defenſore; munus eſt hoc, & non Eccleſiaſticus ordo; porro idem magiſtratus in poſterum in Eccleſia perſeveraſſe videtur, cujus cum multis in locis, tum præſertim in epiſtolis Gregorii Papæ frequens eſt mentio; ex quibus colligi poteſt, quodnam eſſet ejus magiſtratus officium. Sed proſequamur Acta. Defenſor Eccleſiæ.

*Sed quia tutus nullus inveniri poterat locus ad latebram confugiendum *, morabantur omnes apud Caſtulum quemdam Chriſtianum, Zetarium palatii, qui altiſſimo loco ejuſdem palatii commanebat.* Zetarii dicebantur qui præfecti erant Zetis; erat quippe Zeta (ut tradit Plinius *b*) locus capax unius lecti cum duabus ſellis, qui velis obductis, & reductis modo adjicebatur cubiculo; modo auferebatur, ac proinde portatile quoddam cubiculum. De Elagabalo tradit Lampridius, odoribus Indicis ſine carbonibus uti ſolitum ad Zetas evaporandas; ſed de habitatione Caſtuli Zetarii rurſum Acta: IX. * al confovendam. Zeta, & Zetarii. (b) Plin. l. 6. epiſt. 3.

in Eas provincias irruiſſent, quis Deus tam inſperatam ſalutem nobis attuliſſet, niſi tu affluiſſes? Pluribus poſtea Maximiani victorias Mamertinus proſequitur. Bagaudæ itaque & Germani eodem fere tempore debellati.

IV. Paulo poſt victi ab eo Germani & Britanni.

Interim etiam per Legatos rem feliciter in Britannia Diocletianus geſſit; unde a Senatu Britannicus ac Germanicus appellatus fuit, quod colligitur ex hoc antiquo Lapide a Baronio recitato anno CCLXXXIV. num. II.

IMP. CAES. C. VALERIO.
DIOCLETIANO. PIO.
FELICI. INVICTO AUG.
PONT. MAX. BRITANNIC.
MAX. GERM. MAX. TRIB.
POTEST. II. COS. II. P. P.
PROCOS.
HONORATI. ET DECURIONES.
ET NUMERUS MILITUM.
CALIGATORUM.

Poſita

X. *Ea vero mansio idcirco idonea visa est, quod & Castulus ipse cum omnibus suis Christianissimus esset; & lex de sacrificiis lata, cum ubique suo fervore sæviret; in illos qui palatio adhærebant, quia nec suspicio de illis esse poterat, minime executioni dabatur. Morabantur ergo hi omnes (ut diximus) cum S. Papa Caio apud Castulum; & diu noctuque gemitibus, fletibus, jejuniis, & orationibus occupati, orabant Dominum, ut digni haberentur tolerantia confessionis ejus, & in numerum sanctorum martyrum admitti mererentur.*

Miracula per Christianos fieri solita. *Ascendebant autem ad eos occulte religiosi viri, & fœminæ, quippe qui a sanctis diversas sanitatum gratias impetrarent; nam & cœcorum oculi illuminabantur eorum precibus, & salus reddebatur ægrotis, & de obsessis corporibus Dæmones pellebantur.*

XI. Tiburtii insigne miraculum. *Interea dum hæc ab eis agerentur, transiens beatus Tiburtius, occurrit homini qui de alto lapsus fuerat, & caput membraque omnia ita quassaverat, ut parentes ejus non nisi de sepultura illius cogitarent. Quibus ille flentibus dixit: Permittite me verbo uno illum alloqui; forsitan recuperabit sanitatem. Cumque omnes dedissent spatium, accessit juxta eum, & dicta tractim oratione Dominica, & Symbolo super vulnera ejus, adeo solidata sunt ossa ejus, caputque, & viscera omnia, adeoque factus est incolumis, quasi nihil mali passus esset. Hoc facto, cæpit abire Tiburtius. Tenebant autem eum parentes ejus, dicentes: Veni, & habe eum servum, & omnia bona tibi trademus cum eo; quandoquidem cum esset nobis unicus, tu eum nobis ex mortuo vivum reddidisti. Quibus beatus Tiburtius respondit: Si ea, quæ vobis dixero, feceritis, magni pendam mercedem sanitatis hujus. Dicunt ei illi: Et nos ipsos si servos habere voles, contradicere non valebimus; immo vero optamus etiam, si ipse dignum judicaveris. Tunc apprehensa illorum manu, duxit eos seorsum a turba, & indicavit eis virtutem nomine Christi, videnseque animos eorum firmos in timore Dei, perduxit eos ad Caium Pontificem, dicens ei: Venerabilis Papa ac divinæ legis Antistes, ecce quos per me hodie Christus lucratus est, in quibus fides mea, velut arbuscula novella, primum prorupit in fructum. Tunc S. Caius Papa baptizavit juvenem cum parentibus ejus, gratias Deo referentem.*

XII. Plurimum quidem temporis, & plures alias actiones esse postea consecutas, quæ his apponuntur verba, significant in hunc modum: *Verum quia prolixi nimis operis est, persequi ea omnia, quæ per illos Christus fecit, iis omissis, quo modo singuli ad palmam martyrii pervenerint, explicemus; itaque beatissima Zoe, cum in Apostolorum natali ad confessionem S. Petri Apostoli oraret; ab insidiantibus Gentilibus arctata, ducitur ad patronum regionis Naumachiæ:* Hæc ibi; ex quibus plane conspicitur, quavis urgente persecutione, Christianos non prætermittere solitos festorum dierum celebrationem; quod, & ex Dionysio Alexandrino superius didicimus.

Natalis dies Apostolorum celebrari solitus.

XIII. Regio Naumachiæ. Quod vero spectat ad eam, quæ hic dicitur regio Naumachiæ; nulla reperitur sic dicta regio; sed Naumachiæ erant in regione decimaquarta trans Tiberim. Illud autem, quod hic habetur de Patrono Naumachiæ, nova indicat munera tunc certis locis, certis hominibus ad inquirendos Christianos distincta; sicque ut uni Urbis regioni plures essent præfecti Patroni, qui singuli in parte sibi concredita Christianos inquirerent. Sed quid tum factum sit, Acta sic narrant:

Zoes fcite dictum. *Compellitur Zoe Martis parvæ statuæ, quæ illic erat, thura incendere. Cui illa respondit. Mulierem Marti sacrificare compellis, ut ostendas, Martem vestrum fœminis*

minis delectari. At si ille potuit impudicissimæ Veneri pudorem eripere; mihi certe trophæum fidei in fronte gestanti non poterit prævalere; non enim ego contra eum luctor meis viribus, sed Domini mei Jesu Christi freta virtute, & vos & illum pariter contemno. Tunc Patronus regionis misit eam in custodiam obscurissimam, fecitque, ut diebus quinque nec lumen videret, nec cibum potumque caperet; intentabat quoque illi moras famis, & cæciatis nisi diis litaturam se promitteret. Atqui eam clausam tenebant, vocem illius audiebant, Deum interim laudantis, & benedicentis. Cumque sex transissent dies, suggesserunt de ea præfecto sævienti: qui jussit eam a collo, & capillis in arbore excelsa suspendi, & sub ea fumum e sterquilinio excitari. Statim ergo, ut suspensa est, in confessione Domini emisit spiritum. Illi autem tollentes corpus ejus, grandi alligatum saxo, in Tiberim demerserunt, dicentes: Ne Christiani corpus ejus tollant, & faciant eam sibi deam.

XIV. Cadavera in Tiberim projici solita. Ex iis quidem apparet non latuisse Ethnicos, solitos esse Christianos religioso cultu prosequi sanctorum memorias. Gentiles autem consuevisse demergere in Tiberim cadavera illorum, quos sepultura privandos esse ducebant, innumera sunt exempla; ut quod modo suppetit ex Lampridio, hæc de Eliogabalo dicente: *Tractus deinde per publicum, additaque injuria cadaveri est, ut id in cloaculam milites mitterent, sed cum non cæpisset cloaca fortuito, per pontem Æmilium, annexo, pondere ne fluitaret, in Tiberim abjectum est, ne umquam sepeliri posset.* At Christiani nihilominus celebrare martyris glorioſum triumphum haud prætermisere; nam Acta hæc mox subdunt:

XV. *Ejus igitur celebrato martyrio, apparuit illa in somnis beato Sebastiano, indicans ei suum pro Christo susceptum martyrium. Quod cum Sebastianus aliis narrasset, in has Tranquillinus voces prorupit: Fœmine nos ad coronam præcedunt: ut quid vivimus? Et octava Apostolorum die ad beati Pauli Confessionem accedens, sensit etiam ipse Gentilium insidias, & a populo lapidibus obrutus, mortuus est, & corpus ejus in Tiberim jactatum est. Nicostratus quoque una cum Claudio, & Victorino, & Symphoriano, dum corpora sanctorum per ripas Tiberis quærunt tenti sunt, & ad Urbis Præfectum Fabianum * perducti, qui eos hortabatur, ut sacrificarent, diebusque decem minis atque blandatiis cum illis agens, nihil prorsus movere eos potuit. Suggessit igitur de illis Imperatoribus, qui jusserunt eos tertio torqueri. Cumque nulla ratione tormentis cederent, lata sententia est, ut in medium Mare præcipites mitterentur. Immensis itaque constricti ponderibus, pelagi fluctibus dati sunt, ut in loco mundo inter aquas coronam martyrii reportarent. Atque ita infideles Fidelibus insidiabantur, & iniquo furore eos prosequebantur, adeo ut nec videre eos æquo possent animo, nec eorum ferre nomen:* Hæc ibi. Fabius, sive Fabianus hic ponitur Urbi Præfectus; at in tabulis Præfectorum superius citatis, sub dictis Consulibus recensetur Præfectus Urbis Junius Maximus; puto autem corrigendum textum, ut loco Junius Maximus, Fabius Maximus, sit ponendum, vel utrumque, Junius Fabius Maximus; sed id nostra conjectura: cum alioqui non deessent alii in Urbe magistratus diversarum præfecturarum (ut dictum est) qui sævirent in Christianos. Sed prosequamur Acta.

Octava Apostolorum celebrari solita.

* *al* Fabium.

XVI. Torquati apostatæ fallacia. *Interea Caio sancto Episcopo Torquatus quidam se simulata fide sociavit, dicens se esse Christianum. Erat autem apostata, & homo fraudulentus in omni sermone, & callidus in omni commissо. Quid multa? cum a bea-*

PAGIUS Posita est hæc Inscriptio, quam ipsemet etiam Card. Norisius laudatus refert, anno præcedenti, vel saltem currenti, ante diem XVII. Septembris, quo Diocletianus Tribunitiam Potestatem III. suscepit. Quamobrem anno præcedenti Carausius in castris Maximiani militavit, eodemque anno & Germani & Britanni devicti, vel saltem Vere aut Æstate anni currentis, & ante hæc omnia Bagaudæ a Maximiano adhuc Cæsare superati. Nec refert, quod Mamertinus citatus dicat: *Hic est, qui in ipso ortu Numinis sui Gallias Reipublicæ ad obsequium reddidit.* Nam capite præcedenti de rusticis & Bagaudis loquutus erat Orator, ideoque ibidem de ortu Imperii Cæsarei, non vero de ortu Imperii Augustei sermonem habet. Ex his verbis potius deduceretur, Maximianum anno præcedenti, quo Bagaudas oppressit, Cæsarem appellatum esse, sic enim ortus ejus & restitutio Galliarum in idem fere tempus incideret. Verum, ut mox diximus, Maximianus jam sub finem anni CCLXXXIV. Cæsar nuncupatus fuerat, sequentique, sc. CCLXXXV. *in ipso ortu Numinis sui* Gallias ad obsequium redegit. Mamertinus quippe oratorie, non vero historice loquitur: sic enim nec superiori anno *in ipso ortu* rusticos vincere potuit; cum prius Cæsar dictus, ac postea in Gallias adversus Bagaudas missus sit, quocumque tandem anno eum Cæsaream dignitatem obtinuisse volueris.

V. *Carausius Imperium in Britanniis usurpat.* Carausius igitur hoc anno Imperium in Britannia arripuit, idque, ut videtur, contigit antequam Maximianus Augustus appellaretur, Eutropius enim de eo loquens ait: *Cum apud Bononiam per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepisset, quod Franci & Saxones infestabant, multis Barbaris sæpe captis, nec prædæ integra aut provincialibus reddita, aut Imperatoribus missa,* (Diocletiano nempe Augusto & Maximiano Cæsari, Imperatori etiam a Victore de Cæsaribus dicto) *cum suspicio esse cæpisset, consulto ab eo admitti Barbaros, ut transeuntes cum*

cum præda exciperet, atque hac se occasione ditaret; a Maximiano justus occidi, purpuram sumsit, & Britannias occupavit. Ita cum per omnem Orbem terrarum res turbatæ essent, Carausius in Britanniis rebellaret; Achilleus in Ægypto; Africam Quinquegentiani infestarent; Narseus Orienti bellum inferret; Diocletianus Maximianum Herculium ex Cæsare fecit Augustum, Constantinum & Maximianum, Cæsares. Ubi *Constantini* nomine Constantium ejus patrem intelligit, & Tyrannos, qui vel nuncupationem Herculii, vel creationem Cæsarum, sc. Constantii & Galerii, diversis temporibus præcessere, uno tenore commemorat. Orosius lib. 7. Eutropii verba fere exscribit. Quare *Carausius* non anno sequenti, ut autumavit Card. Norisius citatus, sed præsenti rebellavit, idque paulo antequam *Herculius* Augustus appellaretur.

VI. *Hoc anno non vero sequenti.* Card. Norisius, ut ostendat, *Carausium* anno tantum sequenti Britannias invasisse, observat, Mamertinum in Panegyrico Maximiano Herculio dicto, celebrare ingentem victoriam, quam Herculius primo sui Consulatus die de Barbaris reportavit: *Transeo,* inquit Mamertinus cap. 6. *innumerabiles tuas tota Gallia pugnas,* &c. *Illum tamen primum Consulatus tui auspicalem diem tacitus, prætorire nullo modo possum:* &c. aitque Card. Norisius, Maximianum Treviris hiemantem ingenti clade affecisse, ac procul a mœnibus propulsasse *Germanos*, qui populabundis agminibus in Gallias effusi, Treviros usque pervenerant; postea appetente Vere, *Erulos, Chaibones* aliosque Germaniæ populos suis in sedibus aggressurum, *Carausium* maritimæ classi præfecisse. Scribit enim idem Orator cap. 7. *Tale igitur auspicium illius anni quid sequebatur, nisi novum aliquod & ingens miraculum? Quod autem majus evenire potuit?* Itaque inquit Card. Norisius, Maximianus, Rheno superato, victrices Aquilas per Germaniam late circum tulit. *Carausius* vero, qui classi præerat, privatas prædas agere tota maritima Gallia finebat, ut spoliis onustos in reditu interciperet. Tandemque in Britanniam transmisit,

ac

a beato Tiburtio, viro nobili, erudito, & sancto, frequenter argueretur, quod capillos super apicem frontis tonsoris arte componeret, quod assidue commessaretur, & ludendo prandaret, quod fœminarum aspectu delectaretur, quod a jejuniis, & orationibus se subduceret, quod somno deditus non interesset pervigil hymnos Deo noctu dicentibus; cum propter hæc, inquam a beato Tiburtio acrius objurgaretur, se ejus monita simulat libenter accipere, egitque arte, ut orantem sanctum Tiburtium infideles comprehenderent, in qua comprehensione se quoque fecit teneri, & simul perduci ad Secretarium Judicis sœvientis.

XVII. *Quo cum perducti fuere, Fabianus Præfectus dixit ad eum, qui se arte tradiderat: Quis diceris? At ille respondit: Torquatus, Fabianus dixit: Quid profiteris? Torquatus dixit: Christianus sum. Fabianus ait: An ignoras jussisse invictissimos Principes, ut, qui sacrificare diis nolint, diversis suppliciis macerentur? Torquatus ait: Hic magister meus est, & ipse me semper docuit; quod eum videro facere, me quoque facere necesse est. Fabianus conversus ad Tiburtium dixit: Audisti quid Torquatus asserat: quid ad hæc respondes? Tiburtius ait: Diu est quod Torquatus se Christianum esse mentitur. Virtus enim ipsa sancti nominis graviter fert, & molestæ suum nomen a non suis amatoribus usurpari. Re vera enim, vir illustrissime hoc Christianum nomen divinæ virtutis est, sectatorum scilicet Christi, qui vere philosophati sunt, qui ad obterendas libidines fortiter dimicarunt, Credis ne, vir illustrissime, hunc esse Christianum, qui in sui lenocinio moliendo, capitis fimbrias admittit, qui tonsorem diligit, qui scapulis molliter gestit; qui fluxum gressum improbo nixu distendit; qui neglectis viris, fœminas curiosius inquietur? Numquam tales pestes Christus dignatus est habere servos suos. Verum quando hic se imitaturum me asseruit; jam tu ipse coram, eum probabis esse mentitum; eam qualis semper fuerit, nunc evidenter ostendit:* Hæc ibi.

Detegitur Torquatus.

XVIII. Ex ejusmodi sane corporis habitudine, solutisque moribus, de vero Christiano conjecturam facere sanctissimi quoque viri consuevere; habes de hac re exemplum apud Gregorium Nazianzenum qui insignem illum huic similem apostatam Julianum, ex ejusmodi quæ foris apparebant signis, probe notum perspectumque habuit, ut cum ait de illo (*a*): *Neque enim mihi boni quicquam significare atque ominari videbantur cervix non stata, humeri subsultantes, & ad æquilibrium subinde agitati, oculus insolens, & vagus furioseque intuens, pedes instabiles, & titubantes, nasus contumeliam, & contemptum spirans, vultus lineamenta ridicula item significantia, risus petulantes & effrenati, nutus, & renutus temerarii, sermo hærens spirituque concisus, interrogationes stultæ, & præcipites, responsiones nihilo his meliores, aliæ in alios insultantes, nec graves, & constantes, nec eruditionis ordine progredientes:* Hæc Nazianzenus de Juliano, dum se adhuc Christianum falso profiteretur, & sub pallio philosophico se occultare cupiebat. Hisce etiam exterioris corporis cultus signis de duobus clericis S. Ambrosius (*b*) æque vera vaticinatus est; sed & S. Hieronymus (*c*) ad Eustochium pseudoclericos prænotavit, sic dicens: *Omnis his cura de vestibus si bene oleant, si pes laxa pelle non folleat; crines calamistri vestigio rotantur, digiti de annulis radiant; & ne plantas humidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia; tales cum videris sponsos magis existimato, quam clericos.*

Excorporis habitudine animum cognosci.

(*a*) Greg. Nazian. orat. 2. in Julian.

(*b*) Amb. Offic. lib. 1. cap. 18.

(*c*) Hier. epist. 22.

XIX. Quæstio de Tiburtio. Sed age jam Acta prosequamur. *Fabianus dixit: Consultius feceris si saluti tuæ prospiciens, Principum decreta non spernas. Tiburtius ait: Ego vero saluti meæ melius non consulo, quam ut deos deasque contemnens, unum Dominum Jesum Christum Deum meum esse confitear. Torquatus dixit: non solum ipse Christianus crudelis est, sed decipit alios, persuadens, & docens deos deasque esse Dæmones; ipse enim cum sociis suis, cum quibus artes magicas exercet, diu noctuque incantationibus occupatur. Tiburtius dixit: Falsus testis*

ac occupata legione, anno CCLXXXVII. Imperium ibidem capessit. Ita Card. doctissimus. Verum Mamertinus locis laudatis *Carausii* nullo modo meminit, isque maritimæ classi non præfectus, nisi anno ac tempore, quo *Maximianus* Cæsar adversus Bagaudas levibus præliis pugnabat, ut diserte testatur Victor de Cæsaribus. Quamobrem recte quidem Card. Norisius victoriam illam Maximiani Augusti cum primo ejus Consulatu Kalendis Januariis sequentibus susceptо copulavit; sed perperam in ejus partem *Carausium* vocat, cum ex dictis is jam rebellasset, neque Orator eam celebrans, *Carausii* ullam mentionem faciat.

VII. Auctor Chronici Alexandrini ait: *Diocletiano Aug. III. & Maximiano Herculio Augusto Coss. Hoc anno Diocletianus Imperium cum Maximiano Herculio communicavit. Inchoante tertio Imperii sui anno Nicomediam hibernavit.* Dioletianus tertium Consul Maximiano Augusto Collega anno sequenti Fastis nomen dedit. Quare si jam tum *Maximianus* Augustus erat, ut Auctor Chronici Alexandrini fatetur, constat, hunc locum transpositum esse, & Diocletianum, qui hujus anni initio *Nicomediæ* fuit, uti supra ostendimus, inclinante anno illuc rediisse, in eaque urbe hibernasse. Quas vero currenti anno victorias de Persis retulerit, anno sequenti explicabimus.

Diocletianus Nicomediæ mediæ hiemem egit.

(*a*) Prov. 9. *(a) testis non erit impunitus. Hic quem vides, vir illustrissime, malitiæ suæ curis exæstuans, nullam aliam ob causam Christianis se adjunxit, nisi ut nobis Christianum se fingeret, & aliis fidelissimum mentiretur. At ego reprehendebam in eo cyclopeam edacitatem, emergentem e vino putorem, & sepultam divini nominis sanctitatem; ebrius patiebatur sitim, & esuriem vomens; nec ut Christianus, sed ut Antonianus quondam ille convivatur, edebat, potabat, vomebat.*

XX. Insultat Torquato Tiburtius. Ad Marcum Antonium allusisse Tiburtius videtur, quod ille crapula confarcinatus, ut cuncta voraret, vomitu stomachi sarcinam exonerabat, ut Tullius in Philippicis adversus eum vehementer exprobrat. Sed pergit Tiburtius: *Et nunc Christianos arguit, Christianosque accusat, & in eos mitem Judicem incitans, gladium nolenti porrigit, utque cervices Dæmonibus inclinemus, hortatur. Videmus votum tuum, videmus cruenta consilia, & scelerata arte verborum conflata tui pectoris venena intuemur. Accingere ergo crudelissime, & uteré carnificis officio. Vindica tibi ipsius Judicis vocem, applica equuleos, suspende Christianos, damna, percute, incende, universa denique supplicia adhibe. Si exilium minaris, hoc philosophantibus totus est mundus; si mortis supplicium, evadimus mundi carcerem; si ignes, majora his incendia in cupiditatibus vincimus; decerne quicquid libet. Omnis nobis vilis est pœna, ubi pura comes est conscientia:*

XXI. Quid indeos Tiburtius. *Fabianus dixit: Restitue te generi tuo, & hoc esto, quod natura dictavit; nobiliter enim natus ad eam devolutus es fœcem, ut possis, & supplicium, & infamiam, & mortem perpeti. Tiburtius dixit: O prudentissimum virum, & Romanis Judicem constitutum! Quia meretricem Venerem, incestum Jovem, Mercurium fallacem, & Saturnum filiorum occisorem colere nolo, generi meo dedecori sum, & infamiæ mihi notam inuro? Et quia unum verum Deum, qui in cœlis regnat adoro, & veneror, suppliciis me macerandum minaris? Non abnuimus, non renitimur; non negamus, Christum Filium Dei ad hoc descendisse de cœlo ad terras, ut a terris homo ad cœlos possit ascendere, &c. Tunc Fabianus jussit ante pedes ejus carbones ardentes effundi, & ait ad eum: Elige tibi unum ex duobus; aut thura his carbonibus impone, aut pedibus super eos nudus incede. Tiburtius itaque faciens crucis Christi signum, constanter super eis nudis ingressus est plantis, dixitque Præfecto: Depone infidelitatem, & disce quia hic solus est Deus, quem confitemur creaturis omnibus dominari. Tu vero, si potes, mitte manum in aquam calidam in nomine Jovis tui; & si poterit Jupiter Deus tuus, faciat te non sentire ardorem; nam mihi quidem in nomine Domini mei Jesu Christi videtur, quod super flores roseos gradiar; quia creatura ipsa creatoris sui famulatur imperio. Fabianus dixit: Quis ignorat artem magicam vos docuisse Christum vestrum?* Hæc ibi.

XXII. De Christo Gentilium opinio. Invaluisse quidem apud Gentiles eam opinionem, quod Christus magus fuerit, tradit Arnobius (*b*): libros quoque ea de facultate conscriptos ab illis dici eum suis tradidisse, S. Augustinus (*c*) testatur, qui ipsos apertissimi mendacii redarguit. At sicut Christus Dominus noster, cum calumniam pateretur (*d*) quod in Beelzebub ejiceret Dæmonia, non tulit; ita nec Tiburtius, qui his auditis ait: *Obmutesce infelix, & noli auribus meis has irrogare injurias, ut audiam te rabido ore latrantem, vel nominare sanctum, & mellifluum nomen. Tunc iratus Fabianus, hanc in eum dictavit sententiam; Blasphemator deorum, & reus atrocium injuriarum, gladio animadvertatur.* Hæc sententia in eum, qui, quod nobilis esset, nullis servilibus contra leges ab eo, licet irato, subjicitur pœnis. *Ductus est igitur in viam Lavicanam, tertio ab Urbe milliario; & effundens orationem ad Dominum, uno gladii ictu cæsus decessit; & in eodem loco apparente quodam Christiano, sepultus est. Quo in loco plurima semper beneficia præstat Christus ad laudem nominis sui usque ad præsentem diem.*

(*b*) Arnob. li. 1. contra Gentes.

(*c*) Aug. de consen. Evangelist. lib. 1. c. 8. & 9.

(*d*) Luc. 11.

XXIII. Martyrium Caffuli. *Post hæc Torquatus egit, ut Castulus Palatii Zetarius, sanctorum hospes, apprehenderetur; qui tertio apprehensus, & tertio auditus, cum in Domini confessione perseveraret, missus est in foveam; demissaque super eum massa arenaria, etiam ipse cum palma martyrii migravit ad Christum. Tenetur deinde Marcellianus & Marcus, & ambobus in stipitem ligatis, in pedes eorum clavi acuti infixi sunt. Dixitque ad eos Fabianus Judex: Tam diu ita confixis stabitis plantis, donec diis debitum reddatis officium. At illi ad unum confixi lignum psallebant, dicentes (e):*

(*e*) Psal. 132. *Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum. Ad quos Fabianus: Deponite, inquit, amentiam, infelices & miseri, & liberate vos a tormentis imminentibus. Cui ambo responderunt: Numquam tam bene epulati sumus, quia modo cœpimus esse fixi in amore Christi; utinam nos sic esse permittas quam diu hujus corporis tegimur indumento. Cumque transisset unus dies & nox, & illi in psalmis & hymnis perseverarent; jussit ambos, ubi stabant, lanceis per latera verberari. Atque ita etiam ipsi cum martyrii gloria ad siderea regna migrarunt. Sepultique sunt via Appia, * milliario secundo ab Urbe, in loco qui vocatur,* Ad arenas, *quia cryptæ arenarum illic erant, ex*

Marcus & Marcellianus martyrio coronantur.

* al. Ardeatina.

ex quibus urbis mœnia struebantur. Hæc cum ibi de mœniis Urbis dicantur; ab Aureliano cœptum opus immensum, quod scribit Vopiscus, ut muri Urbis quinquaginta milliariorum ambitu struerentur, nondum ad hæc tempora penitus consummatum fuisse videtur. Sed prosequamur reliqua.

XXIV. Sebastiani martyrium.

His igitur expletis, beatus Sebastianus conventus est; & quia (ut diximus) videbatur sub chlamyde latere, cum Christi esset dignissimus miles; juggessit de eo Præfectus Diocletiano Imperatori. Eumitaque ad se vocans Diocletianus, ait illi: Ego te inter primos in Palatio semper habui (inter Prætorianos enim Sebastianus ducebat ordines) & tu contra salutem meam in deorum injuriam hactenus latuisti? Sebastianus dixit: Pro salute tua semper Christum colui, & pro statu Orbis Romani illum, qui in cælis est, semper adoravi; considerans a lapidibus auxilium petere, insani esse & vani capitis. Tunc iratus Diocletianus jussit eum duci in medium campum, & ligatum ibi perinde ut signum, sagittis peti a sagittariis. Posuerunt eum ergo milites in medio campo, & hinc inde jaculis adeo repleverunt, ut instar hericii ex sagittarum densitate hirsutus videretur. Existimantes illum mortuum, abierunt. Tunc relicta martyris Castuli Zetarii, nomine Irene, abiit noctu, ut corpus tolleret, & sepeliret; & inveniens eum vivente m, per scalam excelsam adduxit eum in domum suam, ubi manebat, in Palatium; ubi intra paucos dies membrorum omnium integerrimam recuperavit sanitatem. Cumque Christiani ad eum convenirent, omnes hortabantur eum abscedere. Ille autem oratione facta, descendit, & stans super Gradus Elagabali, venientibus Imperatoribus dixit: Iniquis surreptionibus animos Imperii vestri templorum Pontifices obsident, suggerentes de Christianis falsa commenta, tanquam illi sint Reipublicæ adversarii, cum illorum orationibus Respublica in melius proficiat, & crescat; non enim cessant pro Imperio vestro, & pro salute Romani exercitus exorare.

XXV. Gradus Elagabali.

Ex hac quidem Sebastiani apologia liquido constat (ut alias sæpe accidit) quod dictum est superius ex Apologetico Tertulliani potissimum; Pontifices Gentiliciæ superstitionis justis qui videbantur prætextibus, nimirum quod Christiani Romæ aliquid contra Imperium molirentur, Imperatorum animos in eos vehementius inflammasse. Quod vero pertinet ad locum, in quo constitit Sebastianus super Gradus (ut ajunt Acta) Elagabali; qui in summitate Palatii agebat in mansione Zetarii, inde descendens apte constitisse dicitur in Gradibus Elagabali. De Elagabalo deo, quem colebat Antoninus (ita enim eum appellabat) deque ejus templo agens Lampridius, ait: *Elagabalum in Palatino monte juxta ædes imperatorias consecravit, eique templum fecit.* Sic igitur ibi consistens Sebastianus, ad suas ædes redeuntes Imperatores expectavit. Sed quid post hæc Acta? *Cumque hæc, & id genus alia diceret, Diocletianus ait: Tu ne es Sebastianus, quem nos dudum sagittis jusseramus interfici? Sebastianus dixit: Ad hoc Dominus meus Jesus Christus reservare * dignatus est, ut conveniam & contester vos coram omni populo, iniusto judicio persecutionem vestram in Christi famulos ebullire. Tunc jussit eum in Hippodramum Palatii duci, & tam diu fustibus cædi, donec exhalaret spiritum.*

* resuscitare.

XXVI. In cloacam projectus Sebastianus.

Tulerunt ergo corpus ejus noctu, & in cloacam maximam miserunt, dicentes: Ne forte Christiani eum sibi martyrem faciant. Porro beatus Sebastianus apparuit in somnis matronæ religiosæ, Lucinæ nomine, dicens ei: In cloaca illa, quæ est juxta Circum, quære, & ibi invenies corpus meum pendens in unco. Unco namque solita protrahi corpora damnatorum, illud Lampridii declarat in Commodo, cum tradit a Senatu acclamatum: *Carnifex unco trahatur more majorum, cadaver unco trahatur, dictum est pluries.* Et Seneca (*a*): *Cadavera quoque uncus trahens:* Sunt de his exempla quamplurima, nosque alibi (*b*) hæc fusius. Et quod ad cloacam pertinet; in eas protrahi infamissimorum cadavera, satis demonstrat Lampridius de Elagabalo, cum ait: *Per plateas tractus sordidissime, per cloacas ductus, & in Tiberim submissus est.* Aliorum quoque plurium martyrum cadavera in cloacam fuisse projecta, in Actis ipsorum legimus. Sed quid præterea Sebastianus ad Lucinam?

(*a*) Seneca de Ira l. 3.

(*b*) Not. in Roman. Mart. die 19. Jan. arii. g.

XXVII. Vestigia Apostolorum.

Quod cum levaveris (inquit) *perduces ad Catacumbas, & sepelies me in initio cryptæ juxta vestigia Apostolorum.* Extat adhuc ibi in Memoria S. Sebastiani nomine excitatus lapis duo continens impressa vestigia, quæ tamen feruntur esse Domini apparentis Petro; sed hujus loci permotus auctoritate, & aliorum martyrum Actis, quorum alibi facta est mentio, potius Apostoli Petri, vel Pauli esse putavi: verum certum quid de his definire, haud tutum existimo; cum per vestigia quoque Apostolorum vetus illa memoria possit intelligi, in qua olim ad tempus recondita fuerunt corpora Apostolorum; quæ adhuc eodem in loco viget; nam corporibus vacuum monumentum, vestigia quædam repræsentat veteris illius sepulcri, in quo collocata fuerant Apostolorum corpora.

XXVIII. Lucinapius.

At Lucina (inquiunt Acta) *cum servis suis media nocte abiit, & elevans corpus*

pus ejus posuit in pilento suo; perductumque ad locum, ubi ille imperaverat, cum omni diligentia sepelivit; perque dies triginta a sancto loco illo non recessit. Post aliquot autem annos, pace Ecclesiæ reddita, domum suam mutavit in Ecclesiam, omnesque opes suas pro Christianorum consolatione illi derelinquens, & Ecclesiam earum hæredem instituens, quievit in Christo; qui vivit & regnat per omnia sæcula sæculorum: Hucusque Acta.

Edicta contra Christianos.

Diversa est hæc ab illa Lucina Apostolorum discipula, cujus est celebris memoria pride Kalendas Julii. Hujus autem de qua agimus, præclara mentio quoque est in Actis S. Marcelli Papæ & Martyris. Cæterum omnium dictorum martyrum natales dies perpetuis monumentis adscripti habentur dignis præconiis, ex iisdem Actis acceptis, quorum sinceræ fidei tam Latini, quam Græci æque adstipulantur. Hæc igitur de his martyribus Romæ passis hoc anno sub dictis Consulibus inchoata, quonam anno Imperii Diocletiani necatis martyribus ad finem perducta sint, certum quid affirmare non possumus: nam de perditis Diocletiani & Maximiani rerum gestarum editis commentariis, quo potissimum anno eorum Imperii iidem Romam concesserint, incertum penitus habetur. Quod vero de Caio Papa, cujus in dictis Actis frequens est mentio, nulla, ut de aliis, habita sit quæstio; ab aliis Christianis eum subductum putamus, ad aliudque tempus dilatum fuisse martyrium ejus; de quo suo loco dicturi sumus.

XXIX. Duæ Lucinæ.

XXX. Unde persecutio.

Ut igitur quam acerbissime ipso exordio horum Imperii in Christianos Romæ persecutio grassaretur, eamdem illam præcessisse causam, quam modo retulimus, martyrum Acta significant; nempe quod omnes qui aderant Romæ Pontifices sacrorum Gentilium, Christianos Romæ agentes plurimis calumniis circumvenerant, eosque ad Imperatores detulerant in Rempublicam machinari; sicque ab eis composita techna est, ut apud eos fidem meruerint.

XXXI.

Quamobrem promulgatum ab iisdem in Christianos Romæ agentes edictum, nequaquam toto Romano orbi commune fuit; quin potius, si Eusebium auscultamus, in aliis regionibus ipsi de Christianis benemeriti fuisse traduntur, nec nisi ad ultima Imperii tempora in eos per Orbem persecutionis edicta dedisse. Quando & inter alia (plura enim tradit Eusebius ab iisdem Imperatoribus fuisse promulgata) hoc ipsum quod diximus, Romæ tunc editum est; ne cui illis vendere, neque alia naturæ usui necessaria impartiri liceret; quod tum in Oriente, tum in Occidente ab iisdem Augustis fuisse scriptum certa ac fidelia Acta martyrum declarant; nam de Galliis testatur Beda (*a*), qui versu scripsit Acta Justini martyris, in quibus hæc inter alia:

(*a*) Bed. to. 3.

Et ne quisquam potuisset
Contutari latebris,
Ubique componebantur
Hoc modo infidiæ,
Quæ euntes compulissent
In jus idololatriæ.
Nec illis emendi quicquam
Aut vendendi copia,
Nec ipsam haurire aquam
Dabatur licentia,
Antequam thurificarent
Detestandis idolis: Hæc Beda.]

Sed & Arethas (*b*) Episcopus Cæsareinsis de Oriente testis est ea oratione, quam scribit de sanctis martyribus Curia atque Samona, dum ait, non licuisse iis, qui Christiani essent, contrahere, nec quæ humanæ consuetudinis essent commercia exercere. Sed hæc & alia edicta in illis regionibus postea (ut dictum est) lata sunt; cum Eusebius (*c*) asserat, Diocletiani primordia, & alia quæ ad ultimos usque annos ejus Imperii secuta sunt tempora, Christianis fuisse felicia. Verum ante illa tempora, quibus refert ea promulgata edicta fuisse, quædam ingruentis gravioris procellæ præcessisse tonitrua, nonnullosque sanctos martyres in diversis provinciis passos esse; ipsa germana martyrum Acta, de quibus dicemus suo loco, testantur.

(*b*) Apud Lip. t. 3.

(*c*) Euseb. lib. 8. cap. 12.

JESU CHRISTI ANNUS 287. | CAII PAP. ANNUS 4. | DIOCL. ET MAX. IMPP. ANNUS 4.

I. Rurſum Manichæi.

ANno Redemptoris ducenteſimo octogeſimo ſeptimo, Diocletianus tertium & Maximianus ſecundum adierunt Conſulatum. Invaleſcente his temporibus Manichæorum hæreſi, quæ, Africæ quoque Provincias penetravit; iidem Imperatores ad eos compeſcendos ac penitus ſubmovendos, ejuſmodi dedere reſcriptum; quod ex antiquo Codice (*a*) Gregoriano, titulo *De maleficis & Manichæis*, libro ſeptimo exſcriptum eſt, ſed depravate admodum:

(*a*) *Edidit P. Pithœus in Moſaic. & Rom. legum col. tit. 15. p. 347.*

II.

M. Diocletianus & Maximianus nobiliſſimi Auguſti Juliano Proconſuli Africæ.

*Otia maxima interdum homines in communionem * conditionis naturæ hominum modum excedere hortantur: & quædam genera immaniſſima * ac turpiſſima doctrinæ ſuperſtitionis inducere ſuadent, ut ſui erroris arbitrio pertrahere & alios multos videantur, Juliane cariſſime. Sed dii immortales providentia ſua ornare * & diſponere dignati ſunt, quæ bona & vera ſunt, & multorum & bonorum & egregiorum virorum & ſapientiſſimorum conſilio & tractatu illibata probarentur, & ſtatuerentur; quibus nec obviam ire, nec reſiſtere fas eſt, neque reprehendi a nova vetus religio*

* *al.* communio.
* *al.* inaniſſima.
* *al.* ordinare.

Edictum adverſus Manichæos.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5780.

SÆC. III. Anno Urbis 1040. Olymp. 266. an. 3. Olymp. 266. *ſecundum Baronium.* A. C. 287.

☉ 16. B. ☽ 3. P. 17. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 287.

CAII PAPÆ 5.

DIOCLETIANI Imp. 4. MAXIMIANI HERCULII Imp. 2.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. C. *Valerius Diocletianus Aug. III. & M. Aurelius Valerius Maximianus Herculius Aug.* Herculii Conſulatus juxta priorem regulam, ob Imperium nempe Auguſteum anno præcedenti ſuſceptum; Diocletiani juxta tertiam, ut nempe Maximiani Collega eſſet. Baronius cum Onuphrio *Maximianum* cum nota numerali profitetur: imo Onuphrius Auctorem Chronici Alexandrini, Caſſiodorum, & Auctorem anonymum Cuſpiniani reprehendit, quod *Maximianum* ſine numerali nota edant, quam in libellum de Præfectis Urbi inſeruit; licet in correcto exemplari, quod Bucherius publicavit, *Maximianus* ſine ea exhibeatur. Verum Onuphrii, Baroniique errorem egregie confutat Card. Noriſius in Diſſert. I. De Numiſmate Impp. Diocletiani & Maximiani cap. 3, tam ex Inſcriptione Gruteriana, quæ dicitur dedicata *Kal. Jan.* D. D. N. N. DIOCLETIANO ET MAXIMIANO Coss. quam ex variis Reſcriptis hoc anno datis, cum hac ſubſcriptione: DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO Coss. Quamobrem tertium Diocletiani Conſulatum cum priori Maximiani geſtum fuiſſe, ut etiam in Faſtis Heraclii & Cæſareis legitur, certum, indubitatumque eſt.

Ipſis Kalendis Januariis Maximianus Auguſtus

II.

inſignem victoriam reportavit de *Germanis*, qui ad

NOTÆ [1] Coſſ. C. *Valerius Diocletianus Aug. III. & M. Valerius Maximianus Herculius Aug.* Gruterus pag. CCLXXXIII. 2.

DEDICATA. KAL. IAN.
DIOCLETIANO. III. ET
MAXIMIANO COSS.

De ea inſcriptione Petavius de Doctrina temporum, & Pagius ad A. D. 312. Nunc exſtat in ædibus Capitolinis, & ita habet:

DEDICATAE
KAL. IAN.
DD. NN. DIOCLETIANO.
III. ET MAXIMIANO, COSS.

Blanchinus monet, ex hac inſcriptione dilui objectiones Petavii, & Pagii, ob *Conſtantini* nomen huic marmori inſculptum: Sed vide quæ contra Petavium & alios, qui conſulatum ſuffectum *Maximiani* excogitarunt, ſcribat Noriſius in Diſſertatione de Diocletiani nummo Cap. II. Vide & eumdem ibidem cap. III. de Gruteriana inſcriptione modo laudata.

Numiſma Mediceum *Diocletiani & Maximiani*, a Noriſio ſingulari Diſſertatione illuſtratum, ubi in poſtica:

IMP P. DIOCLETIANO III. ET I.
MAXIMIANO COSS.

Idem numiſma habetur quoque in Muſeo Theupolo tom. II. pag. 819.
Nummi Diocletiani apud Bandurium tom. II. pag. 7. cum epigraphe:

IMP. P. DIOCLETIANO. III. ET
MAXIMIANO COSS.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Bucherii laterculi: *Diocletiano III. & Maximiano.*

CHRISTI 287. | CAII PAP. 4. | DIOCL. & MAX. IMPP. 4.

* *al.* debet.

*ligio deberet *. Maximi enim criminis eſt retractare, quæ ſemel antiquitus tractata & definita ſunt, & ſtatum & curſum tenent & poſſident. Unde & pertinaciam pravæ mentis nequiſſimorum hominum punire, inde ingens nobis ſtudium eſt. Hi enim qui novellas & inauditas ſectas deterioribus religionibus opponunt, ut pro arbitrio ſuo pravum * excludant, quæ divinitus conceſſa ſunt.*

* *al.* prava.

III.

Quoniam nobis de quibus ſolertia tua ſerenitati noſtræ retulit, Manichæos audivimus eos nuperrime, veluti nova, inopinata prodigia in hunc modum de Perſica adverſaria nobis gente progreſſa, volorta eſſe, & multa facinora ibi committere;

PAGIUS

Maximianus Aug. Germanos vincit.

ad Treviros uſque, in qua urbe, Galliarum Metropoli, ipſe agebat, pervenerant, ut anno præcedenti oſtendimus. Hinc cuſus Nummus majoris magnitudinis in Gaza Medicea aſſervatus, & a Card. Noriſio egregia Diſſertatione explicatus, in cujus antica parte viſuntur Imperatores Diocletianus & Maximianus laureati, ac Conſularibus trabeis induti, ſcipionem eburneum ſtringentes; in cujus ſuperiori parte aquila apparet. In poſtica eminet currus triumphalis junctis quatuor elephantis. Imperatores ſtant in quadriga triumphali, & deſuper Victoria, quæ hinc inde palmas ſpargit. In antica legitur: IMP P. DIOCLETIANO ET MAXIMIANO AUGG. in poſtica: IMP P. DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO COSS. Recte obſervat Card. Noriſius, Auguſtos victis hoſtibus laureatas literas Romam mittere ſolitos, ubi eiſdem triumphus Senatuſconſulto decernebatur, & in delati honoris monumentum Numiſmata cudebantur. Quare quadrigæ in Nummis aliquando triumphos Romæ actos, aliquando tantum ibidem a Senatu decretos deſignant. Sed cum nonniſi poſt debellatos hoſtes decretæ fuerint, inveſtigandæ ſunt victoriæ a Diocletiano & Maximiano partæ, ob quas in eo Nummo, hoc anno percuſſo, currus triumphalis eiſdem S. C. decretus fuerit. Et quidem de *Maximiani* victoriis anno præcedenti, ac Kalendis Januariis præſentis ab eodem in Occidente relatis jam egimus; reſtat itaque, ut de *Diocletiano* loquamur.

III. *Diocletianus Perſarum victor.*

Is cum ingenti exercitu anno præcedenti ex urbe Nicomedienſi, ubi Kalendis Aprilis *Maximianum Herculium* Auguſtum appellavit, diſcedens in Perſas movit, ac bellum de proximo oſtentans, tantum *Narſeo* Perſarum Regi terrorem iacuſſit, ut hic abductis propere e Syria præſidiis, non modo eandem adventanti Imperatori ultro ceſſerit, verum etiam miſſa cum muneribus Legatione, pacem ſupplex rogaverit. Diocletianus Antiochia, aliiſque urbibus incruenta victoria potitus, recenti terrore utendum ratus, bellum undique urgebat, quo metum hoſtium intenderet. Mamertinus in Panegyrico Maximiano Auguſto dicto victorias a Diocletiano nullo ſuorum cruore, a Maximiano vero cum ingenti hoſtium clade partas deſcribens, ducta ſimilitudine a Jove & ab Hercule, quorum agnomina iidem Auguſti aſſumſerant, hæc ſcribit cap. 7. *Credo itidem, optimam illam, fertilemque Syriam velut amplexu ſuo tegebat Euphrates, antequam Diocletiano ſponte ſe dederent regna Perſarum. Verum hoc Jovis ſui more, nutu illo patrio, quo omnia contremiſcunt, & Majeſtatis veſtræ nominis conſecutus eſt. Tu autem Imperator invicte, feras illas indomitaſque gentes vaſtatione, præliis, cædibus, ferro, ignique domuiſti.* Quas inter victorias hiemem clauſiſſe annum CCLXXXVI. ſcribit Card. Noriſius in Diſſert. I. de Numiſmate Impp. Diocletiani & Maximiani cap. 4. Ex quo Card. eruditiſſimus intelligere poterat, *Carauſii* rebellionem, quam in hunc annum diſtulit, ſuperiori contigiſſe; cum Eutropius indicet, eodem tempore *Carauſium* in Britannia rebellaſſe, & *Narſeum* Orienti bellum intuliſſe, & parte alia Euſebius in Chronico, licet per hæc tempora tam in editione Pontaci, quam in editione Scaligeri, ob Diocletiani initium perperam conſignatum, turbato, recte ſub eodem numero annoque Diocletiani tertio habeat: *Carauſius, ſumta purpura Britannias occupavit. Narſeus Orienti bellum intulit.* Quæ verba ex Eutropio ab Hieronymo in illud Chronicon inſerta. Poſt eam victoriam Diocletianus hieme appropinquante *Nicomediam* rediit, ibique hibernavit, ut in fine anni præcedentis diximus.

IV. *Apparatus bellici adverſus Carauſium.*

Cum vero, ut ibidem cap. 6. Em. Cardinalis Noriſius notat, quadrigæ elephantorum Perſici triumphi propriæ eſſent, non dubium, quin triumphales in laudato Nummo ſcalptæ deſignent eorumdem Principum victorias ante annum CCLXXXVIII. Germanica ac Perſico bello reportatas. *Diocletianus*, recepta anno ſuperiori Syria, bellum impigre urgebat. Tandemque pace cum *Narſeo* Perſarum Rege compoſita, in Europam ſe contulit, cum *Maximiano* de bello contra Carauſium, ut conjicere licet, adminiſtrando conſulturus. Utriuſque colloquium Mamertinus citatus cap. 9. laudat: *In quo*, inquit, *vobis mutua præbuiſtis omnium exempla virtutum, atque invicem vos (quod fieri jam poſſe non videbatur) auxiſtis: ille oſtendendo domi Perſicæ, tu illi ſpoliæ Germanicæ.* Quem congreſſum præſenti anno contigiſſe exiſtimo, quo etiam *fere toto* naves adverſus Carauſium ædificatæ, ut teſtatur idem Orator cap. 12. *Quid nunc animi habet ille Pirata, cum fretum illud, quo ſolo mortem ſuam huc uſque removatus eſt, pene veſtros exercitus videat ingreſſos, oblitoſque navium, refugium mare ſecutos eſſe qua cederet? Quam nunc inſulam remotiorem, quem alium ſibi optet Oceanum? Quo denique pacto effugere pœnas Reipublicæ poteſt? niſi ſi hauſtu terra devoretur, aut turbine aliquo in devia ſaxa rapiatur? Ædificatæ ſunt ornataque pulcherrimæ claſſes cunctis ſimul ambitus Oceanum petituræ. Neque ſolum ad perficiendas eas certatim homines laborarunt, ſed etiam ad excipiendas flumina repente creverunt. Totæ fere anno, Imperator, quo tibi opus erat ſerenitate, ut navalia texerentur, ut trabes caderentur, ut artificum animi vigerent, ne manus torpeſcerent, nullus fere dies imbre fœdatus eſt.* Ut poſtea his verbis Orationem concludit: *Facile itaque quivis intelligit, Imperator, quam proſperi te ſucceſſus in re maritima ſecuturi ſint, qui jam ſic tempeſtatum opportunitas obſequatur.* Habita hæc Oratio, uti exiſtimo, anno ſequenti, ut tunc dicam, cum Maximianus claſſem contra Carauſium totis Germaniæ ac Galliæ fluviis educeret. Quare currenti anno naves illæ ædificatæ, & colloquium illud inter duos Imperatores habitum. Card. Noriſius utrumque in annum ſequentem confert. Sed ſi *Carauſii* initium recte collocaverimus, non dubito, quin ad currentem revocanda ſint. Neque enim ratio ulla erat, cur colloquium illud naviumque conſtructionem tamdiu Maximianus & Diocletianus differrent.

tere: populos namque quietos perturbare, necnon civitatibus maxima detrimenta inferere; & verendum est, ne forte, ut fieri assolet, accedenti tempore conentur execrandas consuetudines, & istas has leges Persarum innocentioris naturæ homines, Romanam gentem modestam atque tranquillam, & universum Orbem nostrum, veluti venenis de suis malevolis inficere. Et quia omnia quæ pandit prudentia tua, in relationem religionis illorum, genera maleficiorum statutis evidentissimorum exquisita, & adinventa commenta; adeo eorum minas atque pœnas debitas & condignas illis statuimus.

IV. *Jubemus namque, auctores quidem ac principes, una cum abominandis scripturis eorum, severiori pœnæ subjici; ita ut flammeis ignibus exurantur; consectaneos vero, & usque adeo contentiosos capite puniri præcipimus, & eorum bona fisco nostro vindicari sancimus. Si qui sane etiam honorati, aut cujuslibet dignitatis, vel majoris personæ, ad hanc inauditam & turpem atque per omnia infamem sectam, vel ad doctrinam Persarum se transtulerunt; eorum patrimonia fisco nostro associari facies, ipsosque forensibus *, vel Proconensibus metallis dari. Ut igitur stirpitus amputari malis, *, & nequitiæ de sæculo beatissimo nostro possint; devotio tua jussis ac statutis tranquillitatis nostræ maturius obsecundare. Dat. prid. Kalend. Aprilis Alexandriæ:* Hucusque edictum. Fixisse sane altas radices in Africa, ad cujus Provinciæ Proconsulem Diocletianus scribit, Manichæorum hæresin; labores S. Augustini ad eam extirpandam insumpti facile demonstrant. Sed quæ nova post hanc Diocletiani temporibus, exorta est hæresis in Ægypto, dicemus anno sequenti.

* *al.* froconensibus.

* *al* mala.

I. Hieracitæ hæretici. DUcentesimus octogesimus octavus Christi annus Consulatu Maximi secundo & Januarii adscribitur Fastis; sub quibus nihil est præterea quod invenerimus accidisse, nisi quod progressa est his Diocletiani temporibus (certus tamen annus a nemine descriptus habetur) in Ægypto Hieracitarum hæresis, auctore Hierace, quem & Hieracam multi dicunt; quam quidem sectam merito omnes ponunt post hæresin Manichæorum, cujus etiam fuisse participem tradunt. Hieracitas namque Philastrius ait fuisse particulam Gnosticorum ac Manichæorum: Quod enim detestarentur conjugia, & inducerent superstitiosam escarum abstinentiam; cum hæc cuncta a diabolo facta dicerent, Manichæorum videbantur esse Hieracitæ propagines. Accidit namque hoc hæreticis omnibus, ut a veritate semel aberrantes, ab aliis adinventis mendaciis non facile acquiescant, nisi ipsi ex animi sententia aliquid addentes, vel detrahentes, novum commentum effingant compingantque concinne; ut sic incautos novitatis semper cupidos facile capiant. At de hæresis hujus auctore Hierace, hæc S. Epiphanius (*a*) tradit. *Post*

(*a*) Epiph. hæres. 67.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5781.

SÆC. III. Anno Urbis 1041. Olymp. 266. an. 4. A. C. 288. ☉ 17. AG. ☽ 4. P. 8. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 288.

CAII PAPÆ 6.

DIOCLETIANI IMP. 5. MAXIMIANI HERCULII IMP. 3.

I. Consules. [1] AD num. I. Coss. *M. Aurelius Valerius Maximianus Herculius Aug. II. & Pomponius Januarius*, non vero Maximus II. & Januarius, ut perperam Baronius cum Onufrio. Hic, cum hæc verba apud Ammianum lib. 23. legisset: *Julianus jam ter Consul adscito in collegium Trabea Sallustio Prafecto per Gallias, quater ipse amplissimum inierat magistratum: & videbatur novum, adjunctum esse Augusto privatum; quod post Diocletianum & Aristobulum nullus meminerat gestum;* ut illud subsistere posset, *Maximum II.* loco *Maximiani II.* contra omnium antiquorum Fastorum, Heraclii & libelli de Præfectis Urbi fidem reposuit. Sed Card. Norisius in Dissert. 1. de Numismate Impp. Diocletiani & Maximiani cap. 3. solide vulgarem illum errorem refellit, ideoque Ammianus vel memoria lapsus, vel corruptas Consulum tabulas legit, cum a tertio anno a Diocletiani & Aristobuli Consulatu, currenti videlicet, Maximianus Augustus Januarium in trabea Consulari Collegam habuerit. Ejus Consulatus juxta secundam Con-

Quinquennalia Imperii Cæsarei Maximiniani.

NOTÆ [1] *Coss. M. Aurelius Valerius Maximianus Herculius Aug. II. & Pomponius Januarius.* Lapides Gruteriani pag. CCLXXXI. ubi *M. Aurelius Valerius Maximianus* cum TR. POT. II. COS. II. Nummi *Maximiani* apud Bandurium tom. II. pag. 48. cum epigraphe COS. II. Et pag. 51. TR. P. II. COS. II. Panegyricus *Maximiano* dictus, plura de hoc ejus consulatu memorat. Vide Norisium in Dissertatione de Diocletiani nummo Cap. III. Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii laterculi: *Maximiano II. & Januario.*

II. Hierax ex apostata fit hæreticus. *Post flagitiosam hanc, & venenum supra omnem hæresin ejaculantem, barbaricam Manetis illius reptiliformis doctrinæ emissionem, surrexit quidam Hierax nomine, a quo appellati sunt Hieracitæ. Hic in Leonto Ægypti vixit non exiguæ eruditionis, & Græcæ totius doctrinæ studiis exercitatus, & in medicina, sophistica, aliisque omnium Ægyptiorum & Græcorum disciplinis exacte versatus, denique & astronomiam & magiam attigerat; expertissimus enim fuit multarum doctrinarum in exponendo ac narrando, velut indicant ipsius orationes: egregie vero novit Ægyptiam linguam, erat enim vir Ægyptius; & in Græca non modice clarus erat, omnibusque modis acutus. Et fuit sane Christianus, verum non permansit in politia Christi; impegit enim, & lapsus excidit; nam, ut clare dicam, a Veteri ac Novo Testamento discedens, & in ipso expositiones faciens, docuit a se ipso, a propria vanitate, quod ipsi visum est, & quod ipsi in mentem venit.* Hæc Epiphanius.

III. Hieracis Hæreses. Idem quoque tradita ab eo dogmata numerat; nimirum quod negaret carnis resurrectionem, animæ tantum eam esse asserens, cælibumque solum diceret esse vitam æternam; quod Paulus de castitate loquens, & sanctificationem appellans, dicat? *Sine qua nemo videbit Deum.* Rursum vero, pueros ante perfectam cognitionem morientes a salute rejici, ex eo quod idem dicat Apostolus (*a*): *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit.* Non credere paradisum esse sensibilem, idem auctor tradit. Melchisedech esse Spiritum sanctum, illumque ipsum de quo ab Apostolo (*b*) scriptum est: *Ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Et ad hæc confirmanda commentarium edidisse, excogitasseque Assessorium Isaiæ, ciborum quoque abstinentiam ac vini præsertim docuisse suos, multaque ex erroribus Origenis mutuatum, eosdem alios docuisse; ac demum hæc de eo: *At vero hic senex mortuus est; scripsit autem Græce & Ægyptiace expositiones opificii Sex dierum, fabulis quibusdam confictis & fastuosis allegoriis. Id quoque in aliis scripturis fecit, quæ a scripturis composuit; psalmos etiam multos recentes confixit.* Addit his idem quoque auctor, multos pietatis exercitatores statim ab ipso fuisse seductos, cum alioqui ipse in suam conversationem non reciperet nisi virgines, aut solitariam vitam agentes, continentes, ac viduas.

(a) 2. Tim. 2.

(b) Rom. 8.

IV. Hieracis blasphemia. At quid Hierax (qui & Hieracas) de divinitate Filii Dei senserit, hæc habet S. Hilarius (*c*): *Sed nec sicut Hieracas, lucernam de lucerna, vel lampadem in duas partes; qui nec fuit ante, postmodum natum, vel supercreatum in filio. Hieracas nesciens Unigeniti nativitatem, nec Evangelicorum sacramentorum virtutem adeptus, unius lucernæ duo lumina prædicavit, ut lychnorum bipartita divisio substantiam Patris, & filii æmularetur, quæ ex unius vasculi unguine accenderetur in lumen, tamquam esset substantia exterior, ut oleum in lucerna continens luminis utriusque naturam; vel certe, ut lampas papyro eidem intexta, utroque capite luceret, esset que media materies, lumen ex se utrumque protendens. Hæc stultitiæ humanæ error invexit, dum quod sapiunt, ex se potius quam ex Deo sapiunt:* Hæc Hilarius, dum quomodo intelligatur illud quod profitetur Ecclesia, *Lumen de lumine*, cum de Filii divina substantia loquitur, exacte sincereque declarat. Hactenus de Hierace, & Hieracitis, qui sunt dicti alio nomine *Abstinentes*; sic enim Philastrius (*d*) eos appellat; quos suo tempore fuisse, & in Galliis & Hispaniis tradit.

(c) Hilar. de Trinit. l. 6.

(d) Philast. c. 85.

V. De conflictatione autem Macarii Ægyptii cum hæretico Hieracita Evagrius (*e*) perlegentem historiam his verbis brevi narratione contexuit: *Ajebant* (inquit) *præterea venisse ad eum*, nempe Macarium Monachum, *hæreticum quemdam Hieracitam, quod genus hæreseos invenitur apud Ægyptum. Hic cum per multam loquendi artem plurimos fratrum, qui habitabant in Eremo, conturbare ausus esset, & jam coram ipso fidei suæ asserere pravitatem, eique resisteret Senior, & contradiceret; ille verba simplicia argumentis callidis eludebat. Sed cum videret Sanctus fidem fratrum periclitari. Quid opus est, inquit, nos verbis contendere ad subversionem audientium. Exeamus ad sepulcra fratrum qui nos præcesserunt in Domino; & cui nostrum concesserit Dominus*

(e) Evagr. in Vit. Patr.

PAGIUS

II. *Panegyricus Maximiano dictus.* Consulatuum Cæsareorum regulam, ob Quinquennalia nempe ejus Imperii Cæsarei.

Hoc anno die natali Urbis, vicesima scilicet prima mensis Aprilis, Mamertinus Panegyricum Maximiano Augusto dixit. Card. Norisius in Dissertatione mox laudata existimat, illum anno tantum sequenti recitatum. Verum hæc verba, quæ cap. 10. leguntur, citius habitum insinuant: *Hoc eodem modo Rex ille Persarum nunquam se ante dignatus hominem confiteri, fratri tuo* (scilicet Diocletiano) *supplicat, totumque, si ingredi ille dignetur, regnum suum pandit, offert; interim varia miracula eximia pulchritudinis feras mittit, amicitia nomen impetrare contentus, promeretur obsequio.* Ostendimus autem, bellum Persicum anno CCLXXXVI. inchoatum fuisse, annoque præterito quadrigam triumphalem Diocletiano decretam ob victoriam Persicam. Quare *Narseus* Persarum Rex pacem petere non videtur distulisse. Præterquam quod Orationes coram Imperatoribus annis Quinquennalibus addictis de more dictæ, iisdemque annis animalia non antea visa, populo exhibita. Denique nihil in eo Panegyrico legitur, quod ante præsentem annum non contigerit.

CHRISTI 288. | CAII PAP. 5. | DIOCL. & MAX. IMPP. 5.

nus suscitare mortuum de sepulcro, sciant omnes, quia illius fides probatur a Deo. Sermo hic omnibus, qui aderant, fratribus placuit. Processerunt ad sepulcra. Hortatur Macarius Hieracitam, ut evocaret mortuum in nomine Domini. At ille: Tu, inquit, qui proposuisti, prior revoca. Et Macarius prosternens se in oratione ante Dominum, ubi sufficienter oravit, elevatis sursum oculis ad Deum: Tu inquit, Domine, quis ex duobus nobis rectam fidem teneat, ostende, eleva-

Macarius miraculo superat Hieracitam.

to mortuo hoc. Et cum hæc dixisset; fratris cujusdam nomen, qui nuper fuerat sepultus, evocavit; cui ille cum de tumulo respondisset: accedentes fratres continuo, quæ superposita erant, auferunt; & eductum eum de sepulcro, resolutis fasciolis quibus constrictus erat, exhibuerunt viventem. Hieracita vero ubi hæc vidit, obstupefactus, in fugam vertitur; quem fratres quoque omnes insequentes, extra terminos terræ illius exturbarunt: Hucusque de his Evagrius.

JESU CHRISTI ANNUS 289. | CAII. PAP. ANNUS 6. | DIOCL. & MAX. IMPP. ANNUS 6.

SEquens annus ducentesimus octogesimusnonus Consulibus Basso & Quinctiano notatur; quo nihil certi memoria dignum factum invenimus, quod hic in Annalibus conscribatur.

JESU CHRISTI ANNUS 290. | CAII PAP. ANNUS 7. | DIOCL. & MAX. IMPP. ANNUS 7.

I. Acta Proconsularia.

CHristi annus ducentesimus nonagesimus adscribitur Fastis, Diocletiano quartum, & Maximiano tertium Augustis Consulibus, quibus inscripta habentur Proconsularia Gesta publice a Notariis excepta, dum de sanctis martyribus Tarsi in Cilicia passis, ex more quæstio haberetur. Extant alia eorumdem martyrum

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5782.

⊙ 18. F. ☽ 5. P. 24. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 289.

CAII PAPÆ 7.

DIOCLETIANI IMP. 6. MAXIMIANI HERCULII IMP. 4.

SÆC. III. Olymp. 267. an. 1. Anno Urbis 1042. Anno Urbis 1040. *secundum Baronium.* A. C. 289.

I. *Consules.*

[1] COss. *Bassus II. & Quinctianus.* Bassum cum nota numerali edunt libellus de Præfectis Urbi, Fasti Græci Theonis, Cæsarei & Lex 9. Codicis Justinianei *De accusationibus & inscriptionibus.* Qui iteratus Consulatus indicium aliquod est Quinquennaliorum hoc anno a Diocletiano editorum. In Fastis Heraclii Bassus dicitur *Tiberius Bassus.*

Quinquennalia Diocletiani.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5783.

⊙ 19. E. ☽ 6. P. 13. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 290.

CAII PAPÆ 8.

DIOCLETIANI IMP. 7. MAXIMIANI HERCULII IMP. 5.

SÆC. III. Anno Urbis 1043. Olymp. 267. an. 2. A. C. 290.

I. *Consules. Quinquennalia Imperii Augustei Maximiani* II.

[2] AD num. I. & seqq. Coss. *Diocletianus Aug. IV. & Maximianus Herculius Aug. III.* Diocletianus secundum tertiam regulam, Maximianus juxta secundam; Imperii enim Augustei Quinquennalia dedit.

Baronius refert Acta Passionis SS. Martyrum *Tharasci, Probi & Andronici,* Tarsi in Cilicia, quæ dicuntur publice excepta, *Coss. Diocletiano IV.*

NOTÆ

[1] COss. *Bassus II. & Quinctianus.* Horum prænomina desiderantur, præterquam in Fastis Græcis Florentinis, ubi *Basso Tiberii* prænomen tribuitur; at mendose, ut censet Relandus. Fasti Idatiani, & Prosperi Chronicon: *Basso & Quintiano.* Vindebonenses, & Bucherii laterculi: *Basso II. & Quintiano.*

[2] COss. *Diocletianus Aug. IV. & Maximianus Herculius Aug. III.* Gruterus pag. MLXXXV. ex

M. AURELIO
VAL. MAXIMIANO
INVICTO. AUG. PONT.
MAX. IMP. VIII.
COS. III.
P. P. P.

Item

CHRISTI 290. | CAII PAP. 7. | DIOCL. & MAX. IMPP. 7.

rum Acta, quæ recitat Metaphrastes; sed periphrasibus circumducta, a pristino illo candore sunt admodum aliena. Quamobrem cum ea quæ habemus in nostra Bibliotheca, in omnibus pura sinceraque esse noscantur, necdum a quopiam sciamus esse typis excusa: hic eadem describere Acta Proconsularia, operæpretium existimamus. Cum enim illa ipsa verba a sanctis martyribus dicta, certo sciamus, non hominum, sed Spiritus sancti esse sermonem, testante id Domino Jesu Christo, atque dicente (a): Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis: perjucundum plane erit, illa ipsa divini Spiritus afflatu concepta verba, & martyris ore deprompta, auditu percipere. In quibus etiam nos interdum ad elucidationem quorumdam locorum interloqui, haud otiosum ingratumve lectori fore putamus. Sunt ergo hujusmodi tribus Interrogationibus distincta, nempe cum tertio auditi a Præside, subjecti sunt tertio quæstionibus. Est illorum hic titulus:

(a) *Mat.* 10.

II. *Acta Proconsularia beatissimorum martyrum Tharaci, Probi, & Andronici publice excepta, cognoscente Maximo Præside in civitate Tarso Ciliciæ.*

Acta SS. martyrum Tharaci & sociorum.

Consulibus Diocletiano quartum & Maximiano tertium, octavo Kalendas Aprilis, Demetrius Centurio dixit: Qui oblati sunt nobilitati tuæ, domine, in Pompeiopoli civitate ab Eutelmio Palladio speculatore, qui sunt pessimi & impii Christiani, qui non consentiunt præceptis dominorum nostrorum, præsentamus ante tribunal nobilitatis tuæ. Maximus Præses dixit Tharaco: Qui vocaris? te enim oportet interrogare primum, quoniam & ætate senior es.

A seniore enim ut debiliore auspicatur quæstionem Præses, quasi a timidiore, secundum Pauli (b) Jurisconsulti sententiam, vel, ut Ulpianus (c) de officio Proconsulis scripserat, a suspectissimo inchoandam esse quæstionem: *Respondit Tharacus: Christianus sum. Maximus Præses dixit: Tace de hac impia professione; dic: Qui vocaris? Tharacus dixit: Christianus sum. Maximus Præses dixit: Frangite ei maxillas dicentes: Illud noli respondere. Tharacus dixit: Quod est nomen meum, hoc dico: si autem quod est impositum a parentibus, dicor Tharacus; & cum militarem, nominatus sum Victor.*

(b) *l. verius ff. de quæstion.*

(c) *Ulpian. l. 2. §. ff. de quæst.* Quæstio de Tharaco.

Licuisse absque fraude mutare nomen, ipse Diocletianus ad Julianum in hæc verba rescripsit (d): *Sicuti in initio nominis, cognominis, prænominis impositio libera est; ita eorum mutatio innocentibus periculosa non est: Mutare itaque nomen, vel prænomen, sive cognomen sine aliqua fraude licito jure, si liber es, secundum ea quæ sæpe statuta sunt, minime prohiberis, nullo ex hoc præjudicio futuro.* Sed prosequamur Acta.

III.

(d) *l. 1. C. de mutat. nom.* Mutare nomen licere.

Præses dixit: Ex quo genere es Tharace? Tharacus dixit: Militari & Romano; natus autem Claudionopoli civitate Syriæ; & propterea quod Christianus sum, renuntiavi militiæ. Præses dixit: Non enim dignus eras militare: tamen quo modo recessisti a militia? Tharacus dixit: Deprecatus sum Publionem Principem, & dimisit me.

IV.

Honesta ne hæc, vel causaria missio fuerit, ignoratur. Erat enim honesta missio, cum miles consueta stipendia meruisset, quæ erant in Prætorianis cohortibus annorum sexdecim, in aliis viginti, ut docent Tacitus (e) & rescripta Principum. Causaria vero illa dicebatur, quæ ob malam valetudinem, & impares vires ad subeunda onera militaria concedeba-

De honesta missione militiæ.

(e) *Tac. Annal. l. 1. & l. 4. de veter. Cod. Theodos.*

PAGIUS

Martyrium Tharasci & sociorum tardius contigit.

no IV. & Maximiano III. octavo Kalend. Aprilis. Sed, ut recte observat Valesius in Notis ad lib. 9. Eusebii cap. 5. mendosa videtur inscriptio illa, scribendumque, *Coss. Diocletiano VIIII. & Maximiano VIII.* Nam in Actis illis mentio fit præcepti Imperatorum, quo jussum erat, ut omnes Diis sacrificarent, quod ad annum XIX. Diocletiani pertinet. Secundo, in iis hæc leguntur: *Præses dixit: Maledicis Principes, qui diuturnam & altam pacem præstitere. Andronicus dixit: Ego execratus sum pestem & sanguibulos, qui evertunt mundum.* Primum illud *de alta & diuturna pace* convenire non potest in quartum Consulatum Diocletiani, cum eo tempore Barbari Imperium Romanum undique aggrederentur. Deinde, quomodo *sanguibuli* dici potuerunt Diocletianus & Maximianus ante annum XIX. Diocletiani, quo persecutionem adversus Christianos decrevere? Baronius horum Sanctorum Acta prorsus sincera primus vulgavit,

NOTÆ

Item pag. CXCII. & CCLXXXI. ubi *Maximianus* IMP. VIII. COS. III. Gudiana inscriptio apud Relandum:

DEDICATA. XV. KAL.
MAIAS. D. D. NN.
DIOCLETIANO. IIII.
ET MAXIMIANO. III. CONSS.

Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii laterculi: *Diocletiano IV. & Maximiano III.* Prosperi Chronicon: *Diocletiano III. & Maximiano III.*

debatur. Sed (ut Ulpianus (*a*) docet) tertium quoque genus missionis erat ob delictum, ex qua irrogabatur infamia, ob idque eadem Ignominiosa dicta est a majoribus. Quod vero Tharacus jam senex esset, honesta missione vacationem meruisse putamus. Sed quid post hæc Præses, audiamus:

(*a*) *l. 2. §. ignominiæ ff. de his qui not. infam.*

V.

Præses dixit: Ergo prospice senectuti tuæ; quoniam & ego volo ut sis unus ex consentientibus præceptis dominorum nostrorum, & a me honorem magnum accipias. Ergo accede, & sacrifica diis nostris; quoniam & ipsi Principes super omnem Orbem colunt eos. Tharacus dixit: Errant multo errore satanæ. Præses dixit: Frangite maxillas, propterea quod dixit errasse Imperatores. Tharacus dixit: Ego dixi, & dico, quoniam errant, quasi homines. Præses dixit: Sacrifica diis nostris, & relinque stultitiam tuam. Tharacus dixit: Ego Deo meo servio, & sacrifico non in sanguine, sed in corde mundo; non enim sunt necessaria talia sacrificia. Præses dixit adhuc ... † tuæ ex parte, & senectutis, prudentiæ tuæ miserebor. Admoneo ut omnem vanitatem dimittas, & diis sacrifices. Tharacus dixit: Ego a lege Domini non recedo. Præses dixit: Ergo recede, & sacrifica. Tharacus dixit: Impietatem ego non operor, quoniam Dei legem honorifico. Præses dixit: Alia est ergo lex præter istam. O malum caput! Tharacus dixit: Est lex vestra, qua vos impii lapides, & ligna, & opera manuum hominum adoratis. Præses dixit: Super cervicem cædite eum, dicentes: Noli vanus esse.

Tharaci libertas in dicendo.

† *deerat aliquid in exemplari vetustate exeso.*

Plumbatis namque super cervices cædi reos solitos esse, rescripta Principum tradunt. Rursum Acta: *Cum cæderetur Tharacus, dixit: Ego de ista professione non recedo, quæ me salvum facit. Præses dixit: Ego te recedere faciam ab ista vanitate, & prudentem te faciam.*

Plane in hoc Præside illud expressum habetur, quod scribit Tertullianus (*b*) ad Scapulam; aliquos Præsides, cum potuissent continuo necare Christianos confitentes, tamen distuliisse, & summa pertinacia contendisse, ut ad negationem, repetitis sæpius quæstionibus, illos adigerent. Sed quid ad hæc ille?

(*b*) *Tert. ad Scapul. c. 30. & in Apol. c. 2. 3. 4.*

Præsidum pertinacia.

VI.

Tharacus dixit: Fac quod vis; potestatem habes in corpore meo. Maximus Præses dixit: Tollite vestimenta ejus, & virgis illum cædite. Tharacus, cum verberaretur, dixit: Nunc vere prudentem me fecisti, plagis confortans, me magis ac magis confidere in nomine Dei & Christi ejus. Præses dixit: Injuste & maledicte, quo modo duobus diis servis? Ecce nunc confiteris deos, & eos negas quos colimus? Tharacus dixit: Ego confiteor eum qui est manifestus Dominus. Præses dixit: Nonne confiteris Christum & Dominum? Tharacus dixit: Ipse est enim Filius Dei, spes omnium Christianorum, propter quem patimur, & sanamur. Maximus Præses dixit: Relinque verbositatem istam. Accede, sacrifica. Tharacus dixit: Non verbosus sum, sed veritatem dico; jam enim sexagintaquinque annorum sum, & sic credidi, & a veritate non recedo. Demetrius Centurio dixit: O homo, parce tibi, & immola; audi me. Tharacus dixit: Recede a me cum consilio tuo minister Satanæ. Maximus Præses dixit: Iste magnis ferreis vinculis in carcerem recipiatur. Adducite alium sequentem. Esse solebant diversa pro atrocitate criminum pondera vinculorum ut ex Ulpiano (*c*) colligitur.

(*c*) *l. damnum. §. inter ff. de pœnis.*

VII. Probi certamen.

Demetrius Centurio dixit; Præsto est, domine. Præses dixit: Qui vocaris, primo responde. Probus dixit: In primo, quod nobile est, Christianus; secundo apud homines vocor Probus. Maximus Præfectus dixit: Ex quo genere es, Probe? Probus dixit: Patrem habui e Thracia, natus autem in Perge Pamphiliæ plebejus: sed Christianus sum. Maximus Præses dixit: Nec lucrum facies de isto nomine. Audi me: Sacrifica diis, ut a Principibus honoreris, & amicus noster eris. Probus dixit: Neque honorem Principum volo, neque amicitiam tuam cupio; non enim parva erat substantia divitiarum mearum, quam reliqui, ut Deo vivo serviam. Præses dixit: Spoliate eum, tollite illi pallium, extendite eum, & nervis crudis cædite.

Cum verberaretur, Demetrius Centurio dixit: O homo, vide sanguinem tuum in terram effundi. Probus dixit: Corpus meum inter vos est, mihi autem tormenta unguentum sunt. Cum verberatus esset, Præses dixit: Requiescis a vanitate tua, aut permanes in duritia tua miser? Probus dixit:

VIII. Probus diversis modis torquetur.

vit, sed ex Codice mutilo; quare cum ea integra postea Rosweydus aliique reperissent, ea litteris mandarunt, & nuper Ruinartus in Actis sinceris Martyrum apud quem legenda.

III. *Carausius in Britannia pacifice regnat.*

Carausius bello navali superior, *Maximiani* classe partim capta, partim adversa tempestate disjecta, pacem ab eodem & Augusti titulum obtinuit. Scribit enim Eutropius: *Cum Carausio tamen, cum bella frustra tentata essent contra virum rei militaris peritissimum, ad extremum pax convenit.* Hujus pacis varii Nummi testes, præsertimque, qui ex Gaza Medicea producitur a Cardinali Norisio in Dissert. 1. de Numismate Impp. Diocletiani & Maximiani cap. 4. in cujus postica visitur *Carausius*, cum his verbis circum: IMP. C. CARAUSIUS PP. AUGG. in postica: PAX AUGG. Cernitur Pax stans, dextra ramum, sinistra hastam per transversum tenens. Qui tres Augusti alii non sunt, quam Diocletianus, Maximianus & Carausius. Sed quo anno pax hæc sancita, incompertum.

dixit: Non sum vanus, cordatior sum vobis in Domino. Præses dixit: Versate illum, & super ventrem cædite eum. Probus dixit: Auxiliare servo tuo Domine. Maximus Præses dixit: Cædentes eum, dicite illi: Ubi est auxiliator tuus? Probus cum verberaretur, dixit: Auxiliatur, & auxiliabitur. Sic enim pro nihilo habeo tormenta tua, ut non acquiescam tibi. Præses dixit: Attende ad corpus tuum miser, quoniam sanguine tuo impleta est terra. Probus dixit: Hoc scias, quoniam quod cum in me patitur corpus propter Christum, multo magis sanatur anima, & vivificatur. Cum verberatus esset; Præses dixit: Vincite ferro manus ac pedes illius; nec dimittatis aliquem curam ei apponere.

Studuisse Christianos vinctis pro Christi nomine omne exhibere officium, pluribus exemplis superius est demonstratum; quod autem hic Præsidem visus est contempsisse, arctiori custodia mancipatur.

IX. Andronici certamen.

Addidit Præses: Adducite alium in medio tribunali. Demetrius Centurio dixit: Præsto est, domine. Præses dixit: Qui vocaris? Andronicus dixit: Manifeste scire vis quia Christianus sum? Præses dixit: Illi qui ante te fuerunt, non sunt consecuti de nomine isto nihil; & te oportet respondere. Andronicus dixit: Commune nomen meum apud homines, Andronicus. Maximus Præses dixit: Quo genere es, Andronice? Andronicus dixit: De nobili genere, & primi ordinis Ephesiorum filius. Maximus Præses dixit: Tibi parce, & audi me sicuti patrem; nam qui antea voluerunt stulta loqui, nihil lucrati sunt; tu autem honorifica Principes & patres, diis nostris consentiens. Andronicus dixit: Bene illos patres nominasti, quoniam vos ipsi patrem habetis Satanam; filii illius, diaboli facti, opera ejus perficitis. Maximus Præses dixit: Adolescentia tua adhuc me contemnit? Scias enim jam tibi magna tormenta parari. Andronicus dixit: Putas me stultum esse, ut minor antecessoribus meis inveniar? paratum sum tibi ad omnia tormenta. Præses dixit: Expoliate eum, cingite, & suspendite.

X. *Demetrius Centurio dixit: Antequam exterminetur corpus tuum, miser audi me. Andronicus dixit: Melius est ut corpus meum pereat, ut non faciatis animæ meæ quod vultis. Maximus Præses dixit: Consenti & sacrifica, antequam exterminetis. Andronicus dixit: Ego numquam sacrificavi, nec ab infantia mea; & nunc non sacrifico eis, quibus me cogis sacrificare. Maximus Præses dixit: Tangite corpus ejus. Anaxius Corniculavius dixit: Consenti Præsidi: pater tuus sum in annis; consulo te. Andronicus dixit: Quoniam senior es, & sensum non habes, tale mihi consilium das, ut lapidibus & dæmonibus sacrificem.*

Cornicularius Palatinæ militiæ.

Quod autem hic Cornicularius esse dicatur: diversi ordinis fuisse Corniculario, in nostris Notis ad Romanum Martyrologium diximus; qui vero in Palatina militia apud provinciarum Præsides apparebant Cornicularii, fuisse præfectos exequendis sententiis damnatorum, ex Materno diximus, addidimusque sub quolibet majori magistratu in provincia Cornicularium militare consuevisse. Post hæc rursum Acta:

XI. Andronicus torquetur.

Cum torqueretur, Præses dixit: Non sentis tormenta miser, ut miserearis tui, & recedas a vanitate ista, quæ te non potest salvare? Andronicus dixit: Quam dicis esse vanitatem, professio mea valde in omnibus bona est, spem habens in Domino; sapientia autem tua temporalis sempiterna morte morietur. Præses dixit: Quis te docuit stultitiam istam? Andronicus dixit: Sermo qui & vivificat, in quo & vivificamur, habentes in cœlis Dominum spem resurrectionis nostræ. Maximus Præses dixit: Recede a stultitia tua, antequam incipiamus te strictius tormentis affligere. Andronicus dixit: Corpus meum ante te est positum; habes potestatem; quod vis, fac. Præses dixit: Torquete os ejus fortiter. Andronicus dixit: Aspiciat Dominus, quoniam me sicut homicidam pœnis subjecisti. Præses dixit: Contemnis præcepta Principum? & tribunal meum nihil tibi videtur esse? Andronicus dixit: In Dei misericordia, & veritate confido; inde hoc patior. Maximus Præses dixit: Ergo deliquere Principes, o Biothanate? Andronicus dixit: Deliquere, sicut intelligo; nam si vis, recto sensu intelliges, quoniam delictum est, dæmonis sacrificare.

XII. Atrox tormenti genus.

Dum torqueretur, Maximus Præses dixit: Convertite eum, & latera ejus pungite, Andronicus dixit: Ante te sum; quo modo vis, corpus meum subjice pœnis. Præses dixit: Tollite testam & plagam refricate. Hoc cum factum esset, Andronicus dixit: Confortasti nunc corpus meum in plagis. Maximus Præses dixit: Κατὰ modicum te exterminabo, te exterminabo. Andronicus dixit: Non timeo comminationes tuas; sensus meus melior est cogitationibus malitiæ tuæ: propterea contemno omnia præcepta tua. Præses dixit: Ligate ei collum & pedes ferro, & sub custodia habeatur.

Bojas dicta fuisse vincula ferrea, quibus reorum colla ligabantur, alibi diximus; hucusque prima Audientia, seu (ut Acta vocant) prima Interrogatio: vox usitata apud illos, ut prima Quæstio, prima Interrogatio diceretur; & sic de aliis. Sed prosequamur cætera.

† deerat in exemplari dies jam vetuſtate obliteratus.

Secunda Interrogatio facta eſt die † .... Sedente Numerio Maximo Præſide, &c. Maximus Præſes dixit: Voca impiiſſimos Chriſtianos, legi malæ ſervientes. Demetrius Centurio dixit: Præſto ſum, domine. Et cum perductus eſſet Tharacus Præſes dixit: Meminiſti quod ſenectus honoratur in multis, propterea quod eſt ipſius cogitatio & ſenſus; proinde cogitaſti apud te, ne iterum in prioribus illis cogitationibus & hodie velis permanere. Sed magis accede, & ſacrifica diis pro ſalute Principum, ut honorem conſequaris. Tharacus dixit: Honorem iſtum ſi intelligerent & ipſi Principes & alii qui communicant ſenſibus veſtris; ab omni cæcitate cogitationum vanitatis ſuæ ſe ſepararent, & in meliorem & fortiorem ſedem a Deo veriſſimo vivificarentur. Præſes dixit: Lapidibus os ejus frangite, & dicite: Recede a ſtultitia tua. Tharacus dixit: Si non eſſem accuratus, ſimilis tibi eſſem inſenſatus. Præſes dixit: Ecce dentes tuos comminutos; miſerere jam tibi miſer. Tharacus dixit: Non tibi perſuadeas in nihilo. Nam ſi omnia membra mea collidas, inſto fortis in eo qui me fortem facit. Præſes dixit: Crede quia melius eſt tibi ut ſacrifices. Tharacus dixit: Si ſcirem quia melius eſſet, hoc non expectarem a te.

XIV. Diris probatur tormentis.

Et cum non amplius Tharacus loqueretur, Præſes dixit: Cædite eum in os, clamantes ei: Reſponde. Tharacus dixit: Maxillæ meæ fractæ ſunt, quo modo reſpondeam? Maximus Præſes dixit: In omnibus his non conſentis inſenſate? Accede, adora, immola diis. Tharacus dixit: Si vocem clamoris mei ſubtraxiſti, verum ſenſui animæ meæ non nocebis, ſed magis intra unam horam me ædificaſti. Præſes dixit: Ego duritiam tuam expellam, maledicte. Tharacus dixit: Omnibus cogitationibus tuis adſum; ſed vinco in eo qui me fortem fecit, id eſt in nomine Domini. Præſes dixit: Afferte ignem, & expandite manus ejus, & ponite in eis. Tharacus dixit: Ignem tuum temporalem non timebo; timeo autem ſi forte conſentiam tibi, ne ignis æternus dominetur mei. Et cum poſitus eſſet ignis ſuper manus ejus, Præſes dixit: Ecce nunc manus tuæ exterminatæ ſunt ab igne; requieſce a vanitate tua, inſenſate, & immola diis. Tharacus dixit: Sic mecum loqueris, quaſi jam voluntati tuæ conſenſerim ex tua crudelitate; per voluntatem Domini fortiſſimus ſum in omnibus quæ adverſum me parantur.

XV. *Præſes dixit: Ligate eum pedibus, & in altum ſuſpendite, & fumum atrum ſupponite ſubtus faciem ejus. Tharacus dixit: Ignem tuum contemno, fumum tuum timere non habeo. Maximus Præſes, cum ſuſpenſus ille eſſet, dixit ad eum: Sic pendes, uſque dum conſentias, & ſacrifices. Tharacus dixit: Sacrifica Præſes, ſicut & conſuetudinem habes ſacrificare hominibus; mihi autem non licet hoc facere. Maximus Præſes dixit: Afferte acetum cum ſale, & in naribus ejus perfundite .... Deerat in codice pagina, qua continebantur reliqua tormentorum Tharaci, & Probi tota ſecunda Interrogatio excidit; ſed & Andronici, niſi tantum hæc pauca ſequenti pagina habentur conſcripta:*

XVI. Interrogatio Andronici.

Præſes dixit. Hi ſermones ſtultitiæ tuæ nihil tibi proderunt; ſed accede, ſacrifica diis, ne mala, ſceleſte, perdant te. Andronicus dixit: Et primo & ſecundo, quæ audiſtis, unum eſt; non enim puer ſum, ut ſeducar ſermonibus, & conculcer. Præſes dixit: Non me vinces, aut contemnes tribunal meum. Andronicus dixit: Non vos vincimus, ſed eſt qui nos confortat Dominus noſter Jeſus Chriſtus; nam ex parte ſentis & recognoſcis, quoniam non timemus te, neque tormenta tua. Præſes dixit; Præſententur mihi alia genera tormentorum proxima Seſſione. Hic autem vinculis ferreis recipiatur in cuſtodia, & a nemine videatur uſque in mane. Secunda Interrogatio explicit.

XVII. Tertia quæſtio.

Incipit tertia Interrogatio. *Præſes dixit: Voca iniquiſſimos Chriſtianos. Demetrius Centurio dixit: Præſto ſum, domine. Adducto Tharaco, Præſes dixit: Adhuc plagarum & pœnarum & cuſtodiarum vincula contemnis? Audi me Tharace, & recede a confeſſione iſta, unde lucrum non habes; ſed ſacrifica diis, quoniam per ipſos omnia ſtant. Tharacus dixit: Numquam bene ſit illis, ut per illos mundus gubernetur, quibus paratus eſt ignis & tormenta æterna; non ſolum illis, ſed & omnibus qui faciunt voluntatem ipſorum. Præſes dixit: Non quieſcis iniquiſſime blaſphemans? Aut putas tu, quia per impudentiam ſermonum tuorum caput tibi abſcindam, & recedas? Tharacus dixit: Sic erat, ut compendio moriens non magnum agonem haberem; nunc autem fac, ut mihi in Domino creſcat agonizatio fidei meæ. Præſes dixit: Talia patiuntur & patientur tui qui ſunt in vinculis, ac legibus morientur. Tharacus dixit: Hoc quod dicis, ſtultitia mentis tuæ eſt; quoniam qui operantur mala, merito moriuntur: nos autem qui malum neſcimus, ſed pro Domino patimur, mercedem ſperamus accipere cæleſtem a Domino. Præſes dixit: Maledicte & inique, quam mercedem expectatis, male & ſceleſte conſummantes? Tharacus dixit: Non tibi licet hoc interrogare, neque ſcire, quam præparavit nobis Dominus poſitam mercedem in cœlis; propterea ſuſtinemus iram ſenſus tui.*

XVIII. *Præſes dixit: Sic me alloqueris, maledicte, quaſi conſors meus ſis? Tharacus*

Tharacus tertio torquetur.

eus dixit: Ego conſors tuus non ſum; ſed habeo poteſtatem loquendi, & nemo poteſt me compeſcere, propter eum qui me confortat; hoc eſt Dominus. Præſes dixit: Ego poteſtatem iſtam, quam habes, eradicabo a te, nequiſſime. Tharacus dixit: Nemo poteſt auferre a me poteſtatem iſtam, neque tu, neque Principes tui, neque pater veſter Satanas. Præſes dixit: Verum quid loquor tecum in allectatione? Tharacus dixit: Allectatio tua tecum ſit. Ego ſicut & Dominus novit, cui ſervio, quoniam vultus tuus mihi horret, ut loquar tecum. Præſes dixit: Ligate eum, quoniam ſtultus eſt. Tharacus dixit: Stultus, ſi eſſem ſimilis tui, & voluntati tuæ acquieſcerem. Præſes dixit: Quoniam ſuſpenſus es, ſacrifica, antequam ſecundum meritum tuum pœnas tibi adhiberi faciam.

XIX. *Tharacus dixit: Licet tibi? At non licet tibi univerſas pœnas mihi adhibere, quoniam militaris fui. Sed ne exiſtimes quoniam acquieſcam iniquitati tuæ, omnes excogitationes pœnarum in me comple:* Hæc ibi.

Reſcriptum Imp.

At quid eſt, quod Tharacus de eo quod miles fuerit, Judicem arguit, non licuiſſe illi in ipſum experiri ea pœnarum genera, quæ ex legis præſcripto non eſſent? niſi quod ab eodem Diocletiano Imperatore nuper ad Salluſtium Præſidem ſic reſcriptum fuiſſet (*a*): *Milites neque tormentis, neque plebeiorum pœnis in cauſſis criminum ſubjici concedimus; etiam ſi non emeritis ſtipendiis ſuis videantur eſſe dimiſſi: exceptis iis ſcilicet qui ignominioſe ſunt ſoluti, quod & in filiis militum veteranorum ſervabitur:* Hactenus reſcriptum Imperatoris.

(*a*) *l. miles. C. de quæſtion.*

XX. Calumniam patitur Tharacus.

Ad hoc igitur jure Præſidem provocat Tharacus miles emeritus. Id enim, & ex eo perfacile intelligitur, quod idem Præſes adverſus eum objiciat ex ejuſdem reſcripti auctoritate: dum calumniatur, ipſum nequaquam honeſta miſſione ſolutum a militia, ut Tharacus eo pro ſui incolumitate privilegio uti poſſet; nam hæc ſubdunt Acta:

Præſes dixit: Milites ſemper pro ſalute Principum diis ſacrificant, ut promereantur dignitatem ſuam; tu autem, cunctis peſſimus, & quod fugiſti militiam, propterea parantur tibi majora tormenta: Hæc Præſes; quod fugitivo eo uti privilegio non liceret, quippe qui exercitum deſerens, reus majeſtatis (ut Ulpianus (*a*) diſputat) eſſet effectus: licet hæc ille calumnioſe in Tharacum objecerit, qui nonniſi honeſta (ut dictum eſt) fuit miſſione dimiſſus. Sed proſequamur cætera.

(*b*) *l. ff. ad leg. Jul. majeſt.*

XXI. *Tharacus dixit: quid commoveris frater? Tibi dico, fac quod vis, impie. Præſes dixit: Noli putare te ſemel damnari, ſed particulatim te exterminabo, & reliquias tuas beſtiis dabo. Tharacus dixit: Fac quod facturus es citius; noli ſermonibus promittere. Præſes dixit: Putas quia mulierculæ aliquæ corpus tuum habent aromatibus, vel unguentis condire, iniquiſſime? nam de hoc eſt cogitatio, ut reliquias tuas perdam.*

Hæc plane Præſes, quod optime ſciret Chriſtianorum conſuetudinem in ſepeliendis ſanctorum martyrum reliquiis, quas ſolerent (ut teſtatur Tertullianus (*b*) & alii) magna impenſa pretioſis unguentis pollinctorum arte ſtudioſe condire ac venerari.

(*c*) *Tert. in Apolog. cap. 42.*

XXII. Dira parata tormenta.

*Tharacus dixit: Et nunc quæ vis corpori meo adhibe, & poſt mortem fac, quod vis. Præſes dixit: Sacrifica prius. Tharacus dixit: Stulte, quod neque diis tuis, neque ignominiis veſtris ſacrificem ſæpius dixi. Maximus dixit: Frangite ejus faciem, & concidite labia. Cum factum eſſet, Tharacus dixit: Faciem meam exterminaſti, ſed animam meam vivificaſti. Præſes dixit: Miſer, abeſto a vanis cogitationibus tuis; ſacrifica, ut de anguſtiis iſtis poſſis evadere. Tharacus dixit: Putas me ſtultum, & inſenſatum, & quod in Domino confidens non vivam in cœlo? tu ad horam temporalem vitam corporis aufers; animam tuam perdis in ſæcula ſæculorum. Præſes dixit: Obeliſcos incendite, & ad ejus maxillas * ponite. Ea patiens Tharacus dixit: Et majora quam iſta ſi feceris, non convertes ſervum Dei, ut adoret ignominiam, & Dæmonia.*

* *al.* axillas.

XXIII. Quid in Martyrem Præſes.

Præſes dixit: Afferte novaculam, & abſcindatur cutis ejus; caput autem ejus radite, & prunas ſuperimponite. Tharacus dixit: Etſi totum corpus meum excoriari jubeas, non recedo a Deo meo, qui me fortem facit, ut ſuſtineam arma militiæ tuæ. His omnibus factis, Præſes dixit: Colligite obeliſcos, & incendite nimis, & ſub aliis ejus ponite. Tharacus patiens dixit: Reſpiciat Dominus de cœlo, & judicet. Præſes dixit: Quem Dominum vocas, maledicte? Tharacus dixit: Quem tu neſcis, qui reddit unicuique ſecundum opera ſua. Præſes dixit: Nonne ſic te perdam, & ſicut antea prædixi, & reliquias tuas? ne mulierculæ in linteamine corpus tuum involvant, & unguentis, & odoribus adornent. Sed ſceleſte, jubebo te comburi, & cineres tuos in ventum diſpergam. Tharacus dixit: Et antea dixi, & nunc dico, fac quod vis; habes poteſtatem in hoc ſæculo. Præſes dixit: Recipiatur in cuſtodiam, & ſervetur proximo muneri ad Beſtias. Alium afferte ante tribunal.

XXIV. Probus iterum ad certamen.

Demetrius Centurio dixit: Præſto eſt, domine, Probus. Præſes dixit: Conſule tibi, ne in præteritas pœnas irruas, Probe; nam ante te qui voluerunt permanere in duritia ſua, poſtea pœnituit eos. Et tu nunc ſa-

crifica, ut a nobis honoreris, & a diis: accede, sacrifica. Probus dixit: Sensus noster unus est, unicordes Deo servimus; noli putare a nobis aliud audire; nam audisti, & vidisti, quia non vales convertere nos; præsto sum tibi hodie contemnens comminationem tuam; ergo quid expectas? Præses dixit: Consuluistis invicem in malis vestris Deum negare. Cingite eum, & pedes sursum suspendite. Probus dixit: Non quiescis pro dæmoniis agonizare. Maximus Præses dixit: Crede mihi antequam patiaris, consule corpori tuo; vides enim quæ tibi parentur mala. Probus dixit: Omnia quæ mihi facta fuerint, in consolationem animæ erunt: ideo fac quod vis. Præses dixit: Ignite obeliscos, & in lateribus ponite, ut stultus non sit. Probus dixit: Quo magis tibi stultus videor, eo sapientior ero in lege Domini. Post hæc addidit Præses: ignitos obeliscos in dorsum ejus infigite. Cum pateretur Probus, dixit: Subjectum est tibi corpus meum; videat Dominus de cælo humilitatem, & sustinentiam meam.

XXV. Vim patitur Probus.

Post hæc præcepit Præses afferri carnes immolatas, & vinum sacrificii, & ait: Infundite illi vinum, & carnes de ara mittite in os ejus. Cum hæc agerent, dixit Probus: Videat Dominus, & aspiciat de altissimis sedibus suis vim, & judicet judicium meum. Præses dixit: Multa sustinuisti miser, & ecce jam sacrificium accepisti. Probus dixit: Nihil magnum fecisti, vim faciens: Dominus scit voluntatem meam. Præses dixit: Et manducasti, & bibisti. Probus dixit: Scit Dominus, & vidit vim quam patior. Præses dixit: Ignitos obeliscos suris imponite. Probus dixit: Neque ignis, neque tormenta, neque pater tuus Satanas potest avertere servum Dei a confessione sua. Præses dixit: Clavos acutos ustulate, & in manibus ejus ponite. Probus dixit: Gratias tibi ago Domine, quoniam & manus meas dignatus es cruciari in nomine tuo. Præses dixit: Multa tormenta vanum te fecerunt. Probus dixit: Multa potestas te non solum fatuum, sed & cæcum fecit, quod enim facis, nescis. Præses dixit: Debilis toto corpore audes talia in me dicere, quoniam adhuc oculos tuos sanos reliqui; pungite oculos ejus, ut non videns, minutatim a lumine isto discedat. Cum hoc factum esset, Probus dixit: Ecce, & oculos corporis mei abstulisti; sed numquam tibi dabitur, ut oculos fidei vivos possis tollere. Præses dixit: Post ista tormenta vivere te speras? aut putas quod sinaris lætus mori? Probus dixit: In hoc pugnans agonizor, ut confessionem bonam, & integram perficiam, ut a te occidar sine misericordia. Præses dixit: Tollite, & ligate; & servate eum in custodia, & nemo de sodalibus ejus accedat, & magnificet eos ex eo quod impie permanserunt. Proximo muneri tradetur.

XXVI. Andronici suprema confessio.

Post hæc Præses dixit: Afferatur mihi Andronicus. Demetrius Centurio dixit: Præsto est, domine. Præses dixit: Vel nunc ætati tuæ consule, si prudenti sensu cogitasti, ut pius sis in deos; assentire, sacrifica diis, ut solvaris. Andronicus dixit: Numquam id tibi detur tyranne, ut extra legem Dei faciam; non solves confessionem meam, quam habeo in Domino; assisto duritiæ tuæ. Præses dixit; videris furere, & Dæmonem habere. Andronicus dixit: Si Dæmonium haberem, consentirem tibi; nunc autem quia Dominum confiteor, Dæmoni non acquiesco; tu autem Dæmon, & cæcus, quæ Dæmonis sunt operaris. Præses dixit: Si non sic gessero sicut impius, deponam omnem virtutem tuam. Andronicus dixit: Non timeo te, neque iram tuam, assistens tibi in nomine Domini mei Jesu Christi. Præses dixit. Ex papyro manipulos facite, & apponite ignem ventri ejus. Quod cum fieret, Andronicus dixit: Etsi totus arderem, adhuc in me est spiritus; non me vinces, perverse; præsto est qui me confortat Dominus, cui servio. Præses dixit: Quousque non acquiescis, insensate? quære, ut vel in lecto moriaris. Andronicus dixit: Quousque vivo, vinco malitiam tuam. Præses dixit: Incendite obeliscos, & ponite inter digitos ejus. Andronicus dixit: Insensate Dei contemptor, omni cogitatione Satanæ plenus es totus; vides corpus meum consumptum a pœnis tuis; putas quod jam timeam artes tuas? habeo Christum Dei Filium in me, & contemno te. Præses dixit: Inique, non scis quem invocas Christum hominem quemdam factum, sub custodia Pontii Pilati punitum, cujus extant Acta passionis? Andronicus dixit: Obmutesce; non enim licet tibi de hoc inique loqui. Præses dixit; Quod lucrum facis immanissime fidei, & spei hujus hominis quem dicis Christum? Andronicus dixit: Lucrum magnum habeo, & mercedem; propterea hæc omnia sustineo.

XXVII. Dira patitur Andronicus.

Præses dixit: Aperite os ejus, & mittite carnes de ara, & vinum infundite. Dum hæc agerentur, Andronicus dixit: Domine, Domine, vide vim quam patior. Præses dixit: Usquequo sustines positus in pœnis? ecce gustasti de sacrificio. Andronicus dixit: Pereant omnes qui colunt idola, tu & Principes tui. Præses dixit: Maledicis Principes, o malum caput, qui diuturnam, & altam pacem præstitere? Andronicus dixit: Ego execratus sum pestem, & sanguibibulos qui evertunt mundum: quos Dominus brachio suo potenti confundat, & perdat. Præses dixit: Mittite ferrum in os ejus, & excutite ejus dentes, & molas; & blasphemam linguam abscin-

dite, ut discat blasphemare Principes; dentes autem ejus tollite, & linguam comburite; cinerem facite, & ubique spargite; ne de consortibus hujus impii, aut ex mulierculis aliqua colligat, & servet veluti pretiosum aliquod, aut sanctum; ipsum autem tollite, & custodite in custodia, ut cum suis consortibus proximo muneri offeratur. Tertia interrogatio absoluta est: Hucusque Acta Proconsularia. Quæ autem sequuntur de eorum consummatione, cum in amphitheatrum ducti, & bestiis traditi sunt; addiderunt Macarius, Felix, & Verus, Christiani homines qui interfuerunt spectaculo, & de rebus post hæc gestis epistolam conscripserunt, cujus cum in Codice deesset exordium, narratio tantum inerat his verbis conscripta:

XXVIII. Martyres dantur bestiis.

Numerius Maximus Proconsul Ciliciæ, advocans Terentianum Sacerdotalem Ciliciæ, jussit ei, sequenti die munera edenda curare. Mane autem diei sequentis, viri ac mulieres exierunt in amphitheatrum, quod mille passus longe aberat a Civitate. Cumque repletum esset theatrum, advenit Maximus videre spectaculum. Et in prima muneris editione cum multæ feræ immissæ essent, multorum corpora devorata sunt. Nos cum essemus in abdito, expectantes eramus cum omni metu; cum subito Maximus militibus mandat introduci Christianos martyres, Tharacum, Probum, & Andronicum. Milites autem angariaverunt homines, qui in humeris portarent martyres; non enim poterant ambulare laceratione pœnarum, quos vidimus in theatrum ferri. Hæc nos videntes, convertentes capita, lacrymati sumus. Projecti sunt in medium amphitheatri, factusque est timor omnium, & murmur in Maximum, qui sic judicasset. Et multis ex illis spectaculum dimisere, obloquentes in Maximum, ejusque feralem sævitiam. Quod videns Maximus, jussit adstantibus sibi militibus, eos qui discessissent notare, ut postmodum illos audiret.

XXIX. Bestiæ blandiuntur Martyribus.

*Jussit interea feras dimitti in corpora martyrum; quæ cum illos non tetigissent, jussit Munerarios cædi; & minans mandat, ut, quam ferocissimam haberent bestiam in cavea, mitterent. Dimissus est ursus, qui tres homines ea die occidisset; & cum ad Andronicum accessisset, sedens quievit lingens ejus vulnera. Andronicus illum vellicans irritabat, ut cibus illius fieret, sed ille pepercit, mansuetus in omnibus redditus. Iratus Præses mandat lanciariis ursum occidi. Curat Terentianus, timens iram Præsidis, dimitti in martyres leænam, quæ missa fuerat Antiochia ab Herode. Missa in amphitheatrum leæna incussit timorem adstantibus; eo quod hinc inde discurrens fugam captaret, sed perveniens tandem ad corpora martyrum, accubat genuflexa ante Tharacum, eum clunium demissione * venerata; manu sua ille eam attrahebat, ut sic irritata ab ea voraretur: Hæc ibi, & alia quæ dicemus.*

* Dimissione.

Innovantur plane antiqua illa Ignatii verbis de bestiis parcentibus Christianis scriptis mandata miracula, & spiritus item Ignatii in iis ipsis martyribus incalescens ostenditur; etenim ille ad Romanos scribens ait: *Fruar bestiis mihi paratis; quas opto truculentiores mihi inveniri; quas & blanditiis demulcebo, ut crudelius me devorent; non ut quosdam metuentes non attigerunt; & illæ si sponte nolint, ego illas vi adigam. Ignoscite mihi; quid mihi utile sit, ego novi.* Sed post hæc Acta; rursum de bestia. XXX.

Leæna autem, ut ovis mansueta Tharaco inhærebat. Excitantur clamores in theatro ob ingentem admirationem, quo Præses confusus, & ira excandescens, mandat suis, leænam provocari; quæ magno rugitu posticum aggreditur. Clamat populus timens magna voce: Leænæ aperiatur; posticumque destructum est. Maximus indignans vocat ad se Terentianum, jubetque edi gladiatorum munus, quibus mandaretur in primis Christianos martyres gladiis confodi; quod factum est quinto Idus Octobris. Cum vero Maximus se domum ex amphitheatro recepisset; reliquit decem milites, quibus mandavit, ut corpora martyrum admiscerent cum corporibus extinctorum gladiatorum, ut cognosci non possent.

Christiani a gladiatoribus occisi.

Hæc cum vidissemus facere milites; non appropinquantes, Dominum rogavimus ut nobis nota fieret corpora martyrum. Et post hæc proxime appropinquantes, vidimus custodes cœnantes, & focum prope habentes propter vigilias noctis; & iterum fiximus genua, & oravimus Dominum & Christum ejus, ut desideriam nostrum impleret, & de cælo auxilium mitteret, & sanctorum corpora nobis ostenderet; & subito terræmotus factus est, & tonitrua, & fulgura, & magna tempestas imbrium: & nos iterum oravimus, & ad corpora appropinquavimus, & invenimus focum extinctum, & nullum militum, qui ob tempestatem aufugerant; & ad cælum manus levavimus, ut dignaretur Dominus reliquias sanctorum martyrum nobis certo signo patefacere. XXXI. Inveniuntur, & sepeliuntur Martyres.

Et mox tres facellæ veluti stellæ apparuerunt supra ipsorum corpora: quæ furtim subtraximus & ambivimus, præcedentibus nos cælestibus illis lucernis, quas nos sequentes, duxerunt in adversam partem montis, & sic recesserunt; ibi ea in cava petra illic reperta posuimus, & aditum magna diligentia clausimus, ne ab inquirente Maximo invenirentur. Posteæ redeuntes ad civitatem cognoscere quid actum esset, invenimus custodes esse necatos XXXII. Signo cœlesti martyres indicantur.

ter a Maximo. Nos autem gratias egimus Domino nostro Jesu Christo, qui vivit in sæcula sæculorum. Ego Macarius, Felix, & Verus hic reliquum vitæ nostræ tempus facere cupimus, ut hic cum illis quiescere digna sint nostra corpora, & cum illis in cælo perfrui digna. Quos autem cum his ad vos mittimus, suscipite in timore Domini: sunt enim operarii Domini nostri Jesu Christi. Habetote nos in mente. Gratia Dei; Amen: Hucusque horum epistola.

XXXIII. Publica Acta martyrum fidelissima.

Hæc autem ipsa Acta Metaphrastes, quod prolixiora fortasse sint visa, redacta in compendium, edidit magno præjudicio Ecclesiasticæ antiquitatis, nec sine aliquo dispendio veritatis. At licet fusiora videantur, jucundum tamen illa ipsa audire martyrum verba a notariis tunc fideliter scripta, quæ postea a Fidelibus, pacis tempore, magno redempta pretio sunt & exscripta: gratiora quidem hæc ac clariora aliis quibusvis licet veris, pigmentis tamen eloquentiæ circumlitis. Etenim omne quod fucatum est, suspectum redditur, & verum non semper creditur, quod magna artis industria concinnatur, contenta namque nitore suo veritatis pura simplicitas, eo pulchrior, quo incultior, recte sentientibus esse solet. Sic igitur ex omnibus memoriæ commendatis Actis martyrum, illa fideliora atque in omnibus magis integra (quod sæpe dicere solemus) esse noscuntur, quæ a fidei hostibus scripta, & in publica relata sunt Proconsulum monumenta. Adeo namque execrandum erat, in publicis tabulis falsum quid scribere, vel ex eis aliter ac scripta essent recitare, ut hoc ipsum crimen primo capite legis Majestatis (ut Ulpianus (a) tradit) includeretur.

(a) l. 2. ff. ad leg. Jul. Majest.

XXXIV. Martyrum Acta sæpe corrupta.

Ac proinde quæ sic scripta ab illis, & exscripta a nostris veneranda prodit antiquitas post tot naufragia scripturarum, facie pura, sincera & decora, sunt eadem cupide a veritatis cultoribus amplectenda, atque avidius osculanda. Etenim haud pepercit Actis sanctorum martyrum, malis perpetrandis semper invigilans astutia Satanæ, quæ per pravorum hominum mentes ea labefactare curavit. Nam impietas, omnium malorum auctrix, quod veris Actis martyrum, a Christianis exscriptis, Christianæ fidei certitudo, & Christi gloria effulgerent. Gentiliumque deorum falsitas, colentiumque ipsos stultitia, & hæreticorum nugacitas perspicue haberentur expressa atque convicta: interdum sanctorum martyrum vera Acta corrupit; ac falsa edidit, suppressis veris, vel igni traditis. Id quidem cæca malitia de Actis Pilati primum, quæ de Christi Domini nostri mortis sententia (ut dictum est superius) fuere conscripta, temerario conatu præsumpsit, quod ipsum quoque factitatum est de quibusdam Actis martyrum. Ad hæc spectat justa illa querela Arnobii (b), qui ejusdem Diocletiani temporibus vixit, qua alt in Gentiles, hæc de Christianis scriptoribus garrientes: *Sed conscriptores nostri mendaciter ista prompserunt* (de Christo scilicet atque ejus præconibus) *extulere in immensum exigua gesta, & angustas res satis ambitioso dilatavere præconio. Atqui utinam cuncta referri in scripta potuissent, vel quæ ab ipso gesta sunt, vel quæ ab ejus præconibus pari jure, & potentia terminata: magis vos incredulos faceret vis tanta virtutum: aut apprehendere locum fortasse possetis, quo videretur esse similimum veri, & incrementa rebus apposita, & inditas scriptis, & commentariis falsitates. Sed neque omnia conscribi aut in aures omnium pervenire potuerunt gesta, gentibus in ignotis, & usum nescientibus litterarum: aut si qua sunt litteris conscriptionibusque mandata, malevolentia Dæmonum, quorum cura, & studium est hanc intercipere veritatem, & consimilium his hominum interpolata quædam; & addita, partim mutata atque detracta, verbis, syllabis, litteris, ut & credentium tardarent fidem, & gestorum corrumperent auctoritatem*: Hæc Arnobius. Præstiterunr hæc Gentiles pariter, & hæretici.

(b) Arnob. lib. 1. ad vers. Gent.

XXXV. Acta martyrum corrupta.

Indeque illa prudens Gelasii Papæ animadversio dimanavit, qua in Romano Concilio, ubi scriptorum Christianorum salubris est facta cribratio: *Gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant, quis ista Catholicorum dubitet, & majora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei, & adjutorio universa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in S. Romana Ecclesia non leguntur: quia, & eorum, qui conscripsere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus idiotis superflua, aut minus apta quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cujusdam Quiriaci, & Julitæ, sicut Georgii aliorumque hujusmodi passiones, quæ ab Hæreticis perhibentur compositæ. Propter, quod (ut dictum est) ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur*: Hæc ipse. Sed habito delectu postea, complura fidelia inventa sunt Acta martyrum, quæ in eadem Ecclesia, sicut in cæteris, publice recitantur. Vides lector, & in his consilium nostrum, ut ex multiplicibus Actis sanctorum martyrum, illa ferme solum hic describamus, proconsularia, quæ omnium fidelissima esse noscantur, non quod reliqua improbemus; sed ut ex iis, quæ ex publicis ac-

accepta tabulis, sincera ac pura, omnique fide dignissima esse sciantur; reliquorum omnium martyrum res gestas, quæ perierunt, vel corruptæ, atque aliter depravatæ sunt, in horum imagine contempleris.

JESU CHRISTI ANNUS 291. CAII PAP. ANNUS 8. DIOCL. & MAX. IMPP. ANNUS 8.

DUcentesimusnonagesimusprimus Christi annus, Junio Tiberiano, & Cassio Dione Coss. adscribitur Fastis; rerum tamen Ecclesiasticarum, ob inopiam scriptorum, jejunus.

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1044. Olymp. 267. an. 3. Olymp. 267. *secundum Baronium.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5784.

⊙ 20. D. ☽ 7. P. 5. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 291.

CAII PAPÆ 9.

DIOCLETIANI IMP. 8. MAXIMIANI HERCULII IMP. 6.

A. C. 291. I. *Consules.*

[1] COSS. *Junius Tiberianus II. & Cassius Dio.* Tiberianus cum nota numerali in Fastis Græcis Heraclii, & in libello de Præfectis Urbi effertur. Junius Tiberianus & Cassius Dio fuere Præfecti Urbi.

II. *Mores Maximiani Herculii.*

Cum hic annus *rerum Ecclesiasticarum jejunus* sit, ut ait Baronius, referendum hic quod scribit Lactantius qui ejus tempore lucem non viderat lib. de Mortibus Persecutorum cap. 8. loquens de moribus Maximiani Augusti: *Quid frater ejus* (nempe Diocletiani) *Maximianus, qui est dictus Herculius, non dissimilis ab eo? nec enim possent in amicitia tam fideli cohærere, nisi esset in utroque mens una, eadem cogitatio: par voluntas, æqua sententia. Hoc solum differebant, quod avaritiæ minori altero fuit plus, majori vero minus, sed plus timiditatis, plus vero animi, non ad benefaciendum, sed ad male. Nam cum ipsam Imperii sedem teneret Italiam, subjacerentque opulentissimæ Provinciæ vel Africa vel Hispania, non erat in custodiendis opibus tam diligens, quarum illi copia suppetebat. Et cum opus esset, non deerant locupletissimi Senatores, qui subornatis indiciis affectasse Imperium dicerentur, ita ut effoderentur assidue lumina Senatus. Cruentissimus Fiscus male partis opibus affluebat. Jam libido in homine pestifero, non modo ad corrumpendos mores, quod est odiosum ac detestabile, verum etiam ad violandas primorum filias. Nam quacumque iter fecerat, avulsa a conspectu parentum virgines, statim præsto. His rebus beatum se judicabat, his constare felicitatem Imperii sui putabat, si libidini & cupiditati mala nihil denegaret.* Hi mores hominis, qui Ecclesiam persecutus est.

III. *Colloquium inter utrumque Augustum.*

Bellis undique orientibus *Diocletianus & Maximianus* veniunt Mediolanum, & de Cæsaribus creandis, quibus exercitus tuto committi possent, & cum quibus curas bellicas communicarent, deliberant, ut deducitur ex Genethliaco ab Eumenio dicto Maximiano Augusto, cap. 11. Quæ Oratio hoc anno recitata videtur, cum nulla in ea de Constantio & Galerio Cæsaribus sit mentio.

NOTÆ

[1] *Coss. Junius Tiberianus II. & Cassius Dio.* Lapis Christianus apud Boldettum lib. 1. cap. XIX. n. 30. nunc in ædibus Marchionis Alexandri Gregorii Capponii.

DED. KAL. APRIL.
TIBERIANO. II. ET
DIONI. COSS.

Fasti Idatiani, Vindebonenses, Prosperi Chronicon, & Bucherii laterculi: *Tiberiano & Dione.* Libellus de Præfectis Urbi: *Tiberiano II. & Dione.* Antonius Augustinus de familiis Romanorum pag. 318. censet, hunc *Dionem*, Dionis Cassii historici filium, vel nepotem fuisse. *Cassius Dio*, ex libello de Præf. Urbi, præfuit Urbi A. D. 296. & *Junius Tiberianus* hoc anno. Cassii nomen, quod a Pagio ponitur, ex lapidibus non comparet. Utriusque etiam prænomina adhuc inquirimus.

JESU CHRISTI ANNUS 292. | CAII PAP. ANNUS 9. | DIOCL. & MAX. IMPP. ANNUS 9.

I. SEquens vero annus ducentesimus nonagesimus secundus Annibalianum, & Asclepidotum Cos. habuit: quo ipso Christi anno assumptos esse in regnum ob tyrannos emergentes Flavium Constantium Chlorum, & Maximianum Galerium cognomento Armentarium, Eusebius testatur his verbis (*a*): *Ægyptum Achilleas obtinuit, ob quæ Constantius, & Galerius Maximianus Cæsares assumuntur in regnum: quorum Constantius Claudii Imperatoris ex filia nepos fuit; Galerius in Dacia haud longe a Geroica natus; atque ut eos Diocletianus etiam affinitate conjungeret, Constantius privignam Herculei Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit. Galerius filiam Diocletiani Valeriam duxit: ambo uxores, quas habuerant, repudiare compulsi:* Hæc Eusebius hoc ipso Christi anno, licet in annorum Diocletiani Imperii numero (ut dictum est) errore labatur. Scimus ab alio (*b*) horum Cæsarum creationem poni anno superiori; sed errare certum est. Nam cum in inscriptione (*c*) edicti ejusdem Galerii pro Christianis adversus Gentiles editi, simul jungatur ejus Consulatus octavus cum Tribunitia potestate vicies repetita, incidisseque habeatur in annum Domini trecentesimum undecimum; numerando ejus annos ex Tribunitia potestate vicies repetita; necesse est ab hoc anno ducere ejus regni principium numeri. Sed de illa edicti inscriptione illud monendum irrepsisse errorem in nomen Constantini: siquidem error patens est, nec occultari potest; cum constet quinque annos ante Consulatum illum Galerii Constantium ex hac vita sublatum esse, atque Constantinum regnare cœpisse. Sed hæc suo loco.

(*a*) *Euseb. in Chron.*

Constantius & Galerius Cæsares.

(*b*) *Pan. vin. in Fast.*

(*c*) *Apud Euseb. lib. 8. cap. 29.*

II. Delecti hæredes Imperii. Quod vero adsciti dicantur hi Cæsares ad propulsandos tyrannorum vel barbarorum insultus: Panegyricus Maximiano inscriptus, cum de eorumdem Cæsarum creatione meminit, contrarium potius videtur adstruere: nempe pacato Imperio Romano, quæsisse Diocletianum, & Maximianum, qui parta tuerentur, ac novis accessionibus propagarent: quod auctor narrat, his scilicet verbis agens de ortu Cæsarum: *O Kalendæ Martiæ, sicuti olim annorum volventium, ita nunc æternorum auspices Imperatorum! Quanta enim, invictissimi Principes, & vobis & Reipublicæ propagatio, orbis vestri participando tutelam. Cujus licet, omni hoste perdomito, certa securitas; nimios tamen in diversa discursus vel revisenda poscebat. Partho quidam ultra Tigrim redacto, Dacia restituta, porrectis usque ad Danubii caput, Germaniæ, Rhetiæque limitibus, destinata Bataviæ Britanniæque vindicta, gubernacula majora quærebat, aucta atque augenda Republica:* Hæc & alia ibi, sed ista satis ad institutum.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5785.

SÆC. III. Anno Urbis 1045. Olymp. 267. an. 4. A. C. 292. ☉ 21. CB. ☽ 8. P. 24. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 292.

CAII PAPÆ 10.

DIOCLETIANI IMP. 9. MAXIMIANI HERCULII IMP. 7.

I. Consules. II. [1] AD num. I. & seq. Coss. *Annibalianus*, & *Asclepiodotus*.

[2] Hoc anno ut recte apud Baronium legitur, *Constantius Chlorus* Constantini Magni pater, & *Galerius Maximianus* Cæsares creati, & Tribunitia Potestate exornati, ut ex iis, quæ in Galerii Maximiani interitu dicemus, certum fiet. Errarunt itaque Idacius in Fastis & Auctor Chronici Alexandrini, qui hanc nuncupationem anno præcedenti factam scripsere. Recte tamen Auctor Chronici Alexandrini, qui etiam in die peccavit, tradit, eam *Nicomediæ* factam fuisse. *Kalendis Martiis* eosdem Cæsares appellatos, non solum Idacius in Fastis, sed etiam Eumenius in Panegyrico Constantio Cæsari dicto cap. 3. testantur. *Constantius privignam Hercule i Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit; Galerius filiam Diocletiani Valeriam e ambo uxores, quas habuerant, repudiare compulsi,* inquit

Constantius & Galerius Maximianus Cæsares dicti.

NOTÆ [1] *Coss. Annibalianus & Asclepiodotus.* Horum prænomina nondum prodiere. Fabrettus pag. 626. n. 226.

XV. KAL. FEB.
HANNIBALIANO.
ET. ASCLEPIODOTO. COSS.

Reinesius Inscript. pag. 522.

. . . . . .

ASLEPIODOTI
II. COIUS.

Vulgati Fasti: *Annibaliano* seu *Hanibaliano*, & *Asclepiodoto*.

[2] GAlerium Maximianum creatum fuisse Cæsarem anno 291. eo argumento probo, quod idem Galerius Maximianus apud L. Cælium *de Mortibus Persecut. cap.* 18. Diocletiano instituit, ut sibi cederet Imperium; jam enim fluxisse dicebat annos 15. quibus longam relegationem in Illyrico vel ad ripas Danubii tulerat. Certum est autem eo missum fuisse a Diocletiano, ut se barbaris opponeret Cæsarem jam factum, ut ex Pagio ad A. 294. 5. Igitur hi anni 15. nonnisi a 291. supputati desinere possunt in annum 305. quo accidit Diocletiani abdicatio. Et quidem ab eo anno 291. cæptum Imperium consulare Galerii annum 20. explebat anno 311. Kal. Martii, adeoque edictum ab eo latum paulo ante obitum obsignatum Potestate Tribunicia XX. datum fuit ante Martium; quare non bene Pagius ad A. 311. 15. hoc edictum consignandum dicit post Martium mensem; cum præsertim mors ejus, quæ statim a lato edicto accidit, innotuisse dicatur eo tempore quo vicennalia futura expectabantur *Kalendis Martiis impendentibus*. Quis credat illud *impendentibus* designare Kalendas Martii anni futuri? Facile igitur error irrepsit in L. Cælio ubi dicitur edictum illud innotuisse Nicomediæ pridie Kal. Maii, & alia ejusdem mensis die vulgatum ibi fuisse Galerii obitum. Refragatur quidem huic nostræ sententiæ nummus ille Græcus Golzii de quo Pagius ad A. 311. 15. Sed Golzianos illos Nummos suspectos Eruditis esse nemo ignorat. Falli etiam videtur Pagius cum ex auctoritate Fastorum Idatianorum anno 294. constituat exordium bellorum barbaricorum, quam in expeditionem missum censet Maximianum Galerium statim ac Cæsar renunciatus fuit. Igitur exordium illud ab anno 291. revocandum non est.

CHRISTI 292. | CAII PAP. 9. | DIOCL. & MAX. IMPP. 9.

PAGIUS inquit Eutropius, *diremtis prioribus conjugiis*, ait Victor de Cæsaribus, *ut in Nerone Tiberio, ac Julia filia Augustus quondam fecerat*, quem scilicet Imperatores omnes tanquam exemplar sibi proponebant. Addit Victor: *Et quoniam bellorum moles acrius urgebat, quasi partito Imperio, cuncta, quæ trans Alpes Gallia sunt, Constantio commissa: Africa Italiaque Herculio: Illyricique ora ad usque Ponti fretum, Galerio: cetera Valerius retentavit.* Galerius, *cui cognomen Armentario erat*, ut inquit idem Victor, a Diocletiano, quando eum adoptavit, *Maximianus* appellatus est; quod ex Lactantii in libro de Mortibus Persecutorum cap. 18. loco, si emendetur, colligitur: *Alterum quem dabis?* (dixit Diocletianus Galerio Maximiano, quando post abdicatum a Diocletiano Imperium, de creandis Cæsaribus actum est). *Hunc, inquit, ostendens Daiam adolescentem quemdam semibarbarum, quem recens jusserat Maximinum vocari de suo nomine. Jam & ipsi Diocletianus nomen ex parte mutaverat hominis causa, quia Maximianus fidem summa religione præstabat;* ubi loco horum verborum, *hominis causa*, legendum cum editione Anglicana, *ominis causa*. Quare ex hac emendatione, quæ certissima est, discimus Diocletianum, quando Galerium Armentarium hoc anno Cæsarem renuntiavit, ei nomen ex parte mutasse, eumque *Galerium Maximianum* fausto, ut sibi videbatur, omine vocari præcepisse; quia Maximiani cognomento Herculii erga se fides nunquam defuerat. Quo exemplo motus Galerius Maximianus anno CCCV. quo *Daiam* Cæsarem dixit, huic ex toto nomen mutavit, eumque de suo nomine *Galerium Maximinum* appellari voluit. Galerius enim Maximinus *sorore Armentarii progenitus, vero nomine ante Imperium Daza dictus*, inquit Victor in Epitome. Indeque factum, ut nec Armentarii nec Dazæ nomina in Nummis, Inscriptionibus, ceterisque monumentis publicis unquam legantur. Porro *nomen cum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet*, ait Cicero 2. de Invent.

Denique in hac creatione *Constantius* priorem locum obtinuit, ut colligo ex Eusebio lib. 8. cap. 5. ubi ait, edictum persecutionis anno CCCIII. in publico Nicomediæ loco affixum, a quodam pio viro detractum fuisse: *Idque duobus Imperatoribus in eadem urbe commorantibus, quorum alter senior Augustus* (nempe Diocletianus) *primum inter omnes Imperii gradum; alter vero* (videlicet Galerius Maximianus) *quartum obtinebat*; ubi in Græco legitur: *δυοῖν ἐπιτυχόντων κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν βασιλέων*, id est, *duobus in ipsa urbe Regibus commorantibus*, quia non solum Augusti, sed etiam Cæsares Regis nomine compellabantur, quemadmodum & Imperatoris, ut alibi ostendi. Denique Constantius Cæsar & prior Consulatum gessit, & prior Quinquennalia exhibuit; quæ eum primum locum in hac nuncupatione obtinuisse argumento sunt.

III. *In ea designatione Constantius primum locum tenuit.*

1.

ANnus ducentesimus nonagesimus tertius, Diocletiano quintum, & Maximiano quartum Consulibus adnotatur, idemque annus secundus Imperii Galerii Maximiani: quo pariter consignata habentur exordia Actorum SS. martyrum Nicomediensium (*a*); quæ quidem omni ex parte examinata, invenimus, paucis quibusdam emendatis, fidelissima, ac plane digna quæ in Annalibus una cum cæteris Actis martyrum, suis quibusque locis, ut temporis ratio postulat (quod ab instituto non discrepet) describantur. Præerat tunc Nicomediensi Ecclesiæ Cyrillus Episcopus, qui sedulo pastorali studio eam mirifice illustrabat. Quem Domna virgo Gentilis, sacerdotum maxima, cum incidisset in Acta Apostolorum, & ex eis pietatem prægustasset, cupiens plenius ad Christianam fidem institui, noctu convenit: a quo religionem edocta, signoque Crucis ex more, dato nomine, consignata, effectaque catechumena, Agapium Diaconum ab eodem catechistam accepit, rei tantum conscio Inde barbaro homine, regio eunucho, paribus votis Christianum fieri expetente: quo cum etiam statuto tempore baptismum suscepit; & quod in iisdem (*b*) Actis (*b*) Apostolorum legerat, quæcumque habuit, ad Cyrilli pedes in pauperes eroganda portavit. (*b*) Act. 4.

II. Antimus succedit Cyrillo.

Cum vero ex hac vita S. Cyrillus Nicomediensis Episcopus excessisset, in locum ipsius Antimus subrogatur; cujus sedis tempore, a Persa quodam eunucho Indes collega, ac pariter Domna, quod Christianam fidem excolerent, Præfecto domus regiæ deferuntur; qui rem accuratius exploraturus, suasione delatoris, cubiculum eorum ingreditur. Quænam vero in eo invenerit, & quæ solerent esse Christianorum supellectilia, auctoris verbis, ea sic describentis, referimus: *Audivit*

(*a*) *Extant apud Metaphr. die 26. Januar.*

Acta Martyrum Nicomediensium.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5786.

SÆC. III. Anno Urbis 1046. Olymp. 268. an. 1. A. C. 293.

⊙ 22. A ☽ 9. P. 9. April. Indict. XI.

JESU CHRISTI 293.

CAII PAPÆ 11.

DIOCLETIANI IMP. 10. MAXIMIANI HERCULII IMP. 8.

I. *Consules.*

[1] AD num. I. Coss. *Diocletianus Aug. V.* & *Maximianus Herculius Aug. IV.* uterque juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam. Augustei enim Imperii Diocletiani, & Cæsarei Maximiani Decennalia in hunc annum incidunt. Sed an uterque eodem anno, uti postea Vicennalia, dederit, incompertum. Mediobarbus in Numismatis Imperatorum, egregium Diocletiani Nummum ex suo Museo profert, in cujus antica legitur: IMP. DIOCLETIANUS AUG. in aversa parte. PRIMIS X. MULTIS XX. Quæ formula jam ante a Gallieno, ut vidimus, usurpata, posthac in usu fuit. Idem Mediobarbus quatuor Maximiani Herculii Numismata exhibet in quorum postica legitur: VOT. XX. quæ in prioribus, vel in posterioribus ejus Decennalibus percussa. *Decennalia Imperii Augusti Diocletiani, Cæsarei Herculiique dicti.*

Si vir doctissimus annotasset, an Diocletianus in laudato Nummo cum habitu Consulari repræsentetur, utrum hoc anno Decennalia ediderit, certo constaret. Eum tamen hoc anno ea solemnia exhibuisse, intelligimus ex Eusebio

II. *Nova in Decennalibus indici solita.*

NOTÆ [1] *Coss. Diocletianus Aug. V. & Maximianus Herculius Aug. IV.* Gruterus pag. CLXVI. & Fleetwod. Inscript. pag. 117.

IMP. CAES. C. AURE. VAL.
DIOCLETIANUS. AUG. PONT.
MAX. SAR. MAX. PERS.
MAX. TR. POT. XI. IMP. X. COS. V. P. P.
ET. IMP. CAES. M. AUR.
VAL. MAXSIMIANUS
AUG. PONT. MAX. SAR.
MAX. PERS. MAX.
TRIB. P. X. IMP. VIII.
COS. IIII. P. P. &c.

Cur *Maximianus* hic Sarmaticus & *Persicus* dicatur, difficulter assequuntur *viri docti*, quod bellum adversus *Persas* agi cœperit A. D. 296. decimo tertio imperii Diocletianei.

Nummus Maximiani, apud Bandurium tom. II. pag. 48. ubi Maximianus Augustus Cos. IIII. P.P. PROCOS. Item apud Tristanum tom. III. pag. 366. cum epigraphe,

P. M. TR. P. VIII. COS. IV.

Vide Norisii Dissertationem de numismate Diocletiani Cap. IV. in fine. Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Buclerii laterculi: *Diocletiano V. & Maximiano IV.* Prosperi Chronicon: *Diocletiano IV. & Maximiano III.*

divit (inquit) *Præfectus; & cum libenter eam admisisset probationem, aufert ab eis claves; & cum aperuisset, invenit protinus, sed non ut ipse sperabat; sed ea quæ vere erant veneranda, nempe divinæ Crucis figuram, & librum sacrosanctum, nimirum Apostolorum Deo gratas Actiones, & præterea possessionum vacuitatem eorum, quæ in cœlis magnum thesaurum recondebant: cujus præclaræ opes erant duæ floreæ in nudo solo stratæ, generosorum, & beatorum Domnæ, & Indes supellex; fictile præterea thuribulum, & lucerna, & ligneæ arculæ, in qua reposuerant sacram oblationem, cujus fiebant participes:* Hæc ibi:

III. Eucharistia domum portari solita.

Porro pristinæ hujus consuetudinis eam Occidentalis, quam etiam Orientalis Ecclesiæ, ab Ecclesia sumptam sacratissimam Eucharistiam domum ferre, & in arca collocatam asservare, eamdemque diebus singulis participare; quæ superius ex Tertulliano, Cypriano, Gregorio Nazianzeno, Basilio, & aliis scripta primo Annalium tomo habentur, aperte significant. Sed & signum sanctæ Crucis aliqua materia expressum habere apud se consuevisse pios Christianos, quæ tradit

PAGIUS febio in chronico, ubi hoc anno habet: *Primus Diocletianus adorari se ut Deum, & gemmas vestibus calceamentisque inseri jussit, cum ante eum omnes Imperatores in modum Judicum salutarentur, & chlamydem purpuream a privato plus haberent.* Scaliger ad numerum Eusebianum 2210. ait, Hieronymum hæc ad verbum ex Eutropio accepisse, atque se haud scire, an decimo duntaxat anno Imperii sui Diocletianus & ut Deus adorari, & gemmatis calceis uti cœperit; sed hoc unum se scire, eum morem esse Hieronymo, ut ejusmodi multa in quemvis annum conjiciat. Sed si Viro eruditissimo Consulatuum Cæsareorum regulæ innotuissent, non dubitasset, quin ea novitas, insolentiaque hoc anno primum visa esset.

III. *Domnæ, Indes, & Anthimus martyrium patiuntur.*

Ad num. IV. Nicephorus lib. 7. cap. 6. narrat Martyrium Domnæ Virginis, & Indes eunuchorum fidelissimi Anthimi Nicomediæ Episcopi institutione & opera divinam gratiam consecutorum, quos Diocletianus ex expeditione Æthiopica redux morti tradi jussit cum præclaris viris qui militaribus ordinibus allecti fuerant. Tum Nicephorus cap. 7. *Hæc sic apud Nicomediam in initio persecutionis gerebantur*, ideoque anno CCCIII. quo magna persecutio Diocletianea decreta. Domna & Indes inscribuntur Martyrologio Romano ad diem XXVIII. Decembris, Anthimus ad diem XXVII. mensis Aprilis, quo in Actis Bollandianis exhibentur Acta ejus martyrii, quæ etiam Metaphrastes, & Surius repræsentarunt; sed cum antiqua non sint, Ruinartus in Actis sinceris Martyrum, eorum non meminit. Eusebius lib. 8. narrans res ætate sua gestas, capite 6. ea incipit describere quæ Nicomediæ gesta sunt: *Tunc etiam Anthimus Ecclesiæ Nicomediensis Episcopus, ob confessionem Christi in eadem urbe capite truncatus est. Huic adjuncta est ingens Martyrum multitudo. Quippe iisdem diebus, nescio quo casu, in Palatio excitatum erat incendium: cujus cum nostros auctores fuisse publicus rumor falsa suspicione jactasset; Imperiali jussu, quotquot illic erant Dei cultores, acervatim cum suis familiis, alii gladio, flammis alii consumti, periere. Tum divina quadam alacritate, quæ verbis explicari non potest, conciti simul viri ac mulieres in ardentem rogum insiliisse dicuntur.* Dein cap. 13. recenset Præsides Ecclesiarum qui fidem suam fuso sanguine declararunt, aitque: *Primus in tabulis priorum a nobis nominetur Anthimus, Nicomediensis Episcopus, testis regni J. C. in eadem urbe capite truncatus.* In Actis Bollandianis & in Annalibus Baronii ad annum CCCII. num. CXIII. martyrium Anthimi cum eo anno alligatur, quia tam Baronius quam Henschenius eo anno generalem Diocletiani persecutionem cœptam credidere; verum eam cum anno CCCIII. conjungendam esse ibidem monstrabimus, ideoque non solum Anthimi, sed etiam Domnæ & Indes martyria ad annum CCCIII. referenda, licet Baronii ordinem sequentes anno CCCII. Anthimi mentionem facturi simus.

IV. Arreptitii traditi soliti Christianis.

Cæterum sic detecti Domna atque Indes Christiani, detruduntur in carcerem ac fame diutius cruciantur: divinitus autem impertitis alimentis pellunt inediam. Sed blanditiis eos demulcere Præfectus studuit: cum illa, ne certamini hujusce modi magis periculoso succumberet, non sine divini Spiritus instinctu, instar David Saulem fugientis, simulavit insaniam, arreptæ a Dæmone speciem præseferens: sicque diu omnium molestia perseverans, tandem Christianorum Episcopo Anthimo curanda committitur. Consuevisse plane Gentiles ad liberandos arreptos a Dæmone, quibus abundare solerent, Christianorum auxilium frequentissime implorare, quæ sunt ex Tertulliano, Cypriano, & aliis superius dicta, manifeste declarant. Hæc autem hoc anno (ut diximus) cœpta, producta sunt usque ad Galerii Maximiani reditum Nicomediam, cum jam Parthos ac Persas prælio superasset. Quæ autem post hæc contigerint, suo loco dicturi sumus.

IV. *Carausius occiditur.* Baron. an. 297. a num. XVII. ad XXIII.

comediæ gesta sunt: *Tunc etiam Anthimus Ecclesiæ Nicomediensis Episcopus, ob confessionem Christi in eadem urbe capite truncatus est. Huic adjuncta est ingens Martyrum multitudo. Quippe iisdem diebus, nescio quo casu, in Palatio excitatum erat incendium: cujus cum nostros auctores fuisse publicus rumor falsa suspicione jactasset; Imperiali jussu, quotquot illic erant Dei cultores, acervatim cum suis familiis, alii gladio, flammis alii consumti, periere. Tum divina quadam alacritate, quæ verbis explicari non potest, conciti simul viri ac mulieres in ardentem rogum insiliisse dicuntur.* Dein cap. 13. recenset Præsides Ecclesiarum qui fidem suam fuso sanguine declararunt, aitque: *Primus in tabulis priorum a nobis nominetur Anthimus, Nicomediensis Episcopus, testis regni J. C. in eadem urbe capite truncatus.* In Actis Bollandianis & in Annalibus Baronii ad annum CCCII. num. CXIII. martyrium Anthimi cum eo anno alligatur, quia tam Baronius quam Henschenius eo anno generalem Diocletiani persecutionem cœptam credidere; verum eam cum anno CCCIII. conjungendam esse ibidem monstrabimus, ideoque non solum Anthimi, sed etiam Domnæ & Indes martyria ad annum CCCIII. referenda, licet Baronii ordinem sequentes anno CCCII. Anthimi mentionem facturi simus.

Carausius, qui in Britannia regnabat, ab *Allecto* ejus socio occisus est, *post septennium*, inquit Eutropius; Victor de Cæsaribus ait, *post sexennium*, ideoque septimum annum tantum inchoavit. In Nummis Græcis sextus Imperii ejus annus legitur. Post ejus interitum *Allectus* triennio imperavit, Eutropio & Orosio testibus.

JESU CHRISTI ANNUS 294. | CAII PAP. ANNUS II. | DIOCL. ET MAX. IMPP. ANNUS II.

I. Susannæ certamen.

QUi sequitur annus Christi ducentesimus nonagesimusquartus, novos Cæsares Constantium Chlorum & Galerium Maximianum Consules habuit. His Consulibus, tertio Idus Augusti Susanna Gabinii filia, Caii Papæ neptis, cum nuptias Maximiani renuisset a Diocletiano affine tentatas, quod Christiana esset inventa, jussu ejusdem Imperatoris in paternis ædibus capite truncata martyrii palmam est consecuta. Hæc autem, quomodo contigerint ejus martyrii Acta declarant; quæ quidem in Ecclesiis legi consueverunt, quibus & vetera quæque Martyrologia fidem adjiciunt.

II. Ad ea autem elucidanda quæ videri possunt ambigua, illud in primis est intelligendum; Diocletiani filiam, quæ conjugio juncta fuit (ut dictum est) Galerio Maximiano Cæsari, haud diu post nuptias fuisse superstitem; nulla enim penitus extat ejus memoria in antiquioribus monumentis, sed nec ex ea proles aliqua legitur esse suscepta; pater autem ut filiæ defunctæ memoriam consecraret æternitati, Pannoniæ partem (sicut inquit Ammianus *a*) ejus nomine instituit atque cognominari voluit. Sed & ejusdem Valeriæ nomine nuncupavit civitatem sitam ad ripam Danubii, ut Ennodius (*b*) tradit; frequentior tamen est provinciæ Valeriæ mentio, quam civitatis; ejus enim post Ammianum Zosimus (*c*) & ex nostris S. Ambrosius (*d*) meminerunt. Dicta est autem Valeria Pannoniæ, ad distinguendam eam a Valeria pro-

(*a*) *Ammianus Marcell. lib. 19.* (*b*) *Ennod. in Acta S. Antonii Monachi.* Valeria Pannoniæ. (*c*) *Zosim. hist. lib. 2.* (*d*) *Ambr. lib. 2. ep. 4. in fin.*

PAGIUS | ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5787.

SÆC. III. Anno Urbis 1047. Olymp. 268. an. 2. A. C. 294. | ☉ 23. G. ☽ 10. P. 1. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 294.

CAII PAPÆ 12.

DIOCLETIANI IMP. 11. MAXIMIANI HERCULII IMP. 9.

I. Consules. [1] AD num. I. & seqq. Coss. *Fl. Valerius Constantius Cæsar*, & *C. Galerius Valerius Maximianus Cæsar*, uterque juxta primam regulam. Anno quidem antecedenti hic Consulatus geri debuit; sed propter Augustorum Decennalia in hunc dilatus est. Hincque intelligimus, & Augustos anno præcedenti Decennalia dedisse, & utrumque Cæsarem anno CCXCII. eam dignitatem consecutum esse. Si enim anno CCXCI. ut tradidit Idacius in Fastis, Cæsares nuncupati fuissent, anno CCXCII. non privati, sed ipsimet Consules processissent. Incidunt & in hunc annum Decennalia Augustei Imperii Maximiani Herculii. Unde Nummi ejus anno præcedenti laudati, quos videre non licuit, illum repræsentare debent sine veste Consulari; ideoque ex iis nihil certi deduci potest, sed tantum ex Nummo Diocletiani ibidem citato, qui sine dubio eo anno Decennalia edidit, si in eo cum palmata ac veste Consulari exhi-

Decennalia Imperii Augustei Herculius edit.

NOTÆ [1] *Coss. Fl. Valerius Constantius Cæsar, & C. Galerius Valerius Maximianus Cæsar.* Sponius in Miscell. pag. 99.

D. M. D. I.
D. D. N. N. CONSTANTIO
ET MAXIMIANO. NOBB.
CAESS. CONSS. XVIII.
CAL. MAII.

Item pag. 295.

OPTIMO BENIGNISSIMOQUE
PRINCIPI. FLAVIO. VALERIO
CONSTANTIO. NOB. CAE-
SARI. GERMANICO. MAX. CONS.

Nummus apud Bandurium tom. II. pag. 51. in cujus parte altera:

IMP. MAXIMIANUS.
AUG. COS. IIII.

In altera vero:

MAXIMIANUS. NOB.
CAES. ET. CONSUL.

Bandurius notat, primum *Galerii* Consulatum cum quarto *Herculii* hoc nummo conjungi, Fastis omnibus reclamantibus; sed hujusmodi sphalmata in nummis frequentia esse; atque adeo memorari *primum* Galerii consulatum, licet multo ante præcesserit; ex more Augustorum qui tandiu consulatum primum memorabant, donec alterum occæpissent. Fasti Idatiani: *Constantino & Maximiano* Vindebonenses, & Bucherii laterculi: *Constantio & Maximiano*. Prosperi Chronicon: *Constantio & Maximo*.

CHRISTI 294. | CAII PAP. II. | DIOCL. & MAX. IMPP. II.

(*a*) *Not. in Martyrol. Rom. die 23. Jan. &.* provincia in Italia, de qua alibi (*a*) a nobis fusius dictum est.

Diocletianus igitur, qui (ut demonstratum est) omnem adhibuit diligentiam, ut Galerium, quem creasset Cæsarem, affinitatis vinculis obligaret, & ob id coegisset eum, quam duxerat, repudiare conjugem, atque filiam suam Valeriam sumere in uxorem; illius morte resoluto jam vinculo, quam in sua cognatione haberet gradu propinquiorem virginem, eam illi fœdere nuptiarum conjungere festinavit. Fuit hæc Susanna, filia Gabinii germani Caii Papæ; qui ambo Diocletiano sanguine conjuncti erant, consobrini nempe, iidemque ex Dalmatia oriundi.

III. Susanna quæritur uxor Galerio.

IV. Diocletiani filius adoptivus.

Quod vero ejusdem Susannæ Acta habeant, quæsisse Diocletianum uxorem Maximiano, vel, ut alii codices habent, Maximino (sed nihil refert, nam utroque nomine dictus habetur) filio suo adoptivo; sane quidem peculiare Principibus erat, ut, quem cuperent Imperii successorem, eumdem in filium adoptarent; nam sicuti ipse Galerium Maximianum, ita & Maximianus Herculius collega adoptavit Constantium Cæsarem; quod panegyricus ipsi dictus testatur. Sane quidem & in alio Panegyrico idem Galerius Cæsar filius nominatur Diocletiani Imperatoris; quod nonnisi per adoptionem legitime fieri potuit, cum nulla penitus Diocletiano proles mascula esset. Huic igitur, defuncta Valeria, Diocletianus (ut dictum est) statuit Susannam matrimonio jungere. Quæ autem post hæc secuta sint, ejusdem martyrii Susannæ Acta declarant, quorum quatuor exemplaria nacti sumus; ex iisdemque alia prolixiora, alia vero breviora legimus, parum ab invicem discrepantia. Nos vero, quod diversis plane verbis eadem prope invenerimus esse narrata, ex iisdem hæc summatim desumpta describimus.

V. Susannæ stemma.

Susannæ in primis stemma in eis sic deductum invenimus: Maximum, seu Maximinum Diocletiani fuisse germanum, eumque vita functum duos reliquisse liberos suos Caium atque Gabinium, quos Christianæ religionis professio ab ejusdem Diocletiani consuetudine segregavit. Duxit uxorem Gabinius, ex qua Susanna est orta; idemque postea, uxore defuncta, sacris ordinibus initiatus, presbyteratu dignus est habitus; Caius vero, quod duxisset vitam cælibem, summo quoque sacerdotio auctus & creatus est Urbis Episcopus, totiusque simul Christianæ religionis Antistes. Porro legimus in iisdem Actis, Gabinium egregia eruditione præditum, adversus Gentiles scripsisse pro religione Christiana defensionem.

VI. Susanna renuit conjugium.

Valeria igitur (ut dictum est) ex hac vita sublata, agit per Claudium propinquum Diocletianus, ut Susannam Galerio Maximiano jungat uxorem. Quod cum per illum Gabinio significatum esset; mox ipse, præsente Caio Papa, Susannæ animum exploravit; & licet sibi satis cognitus ex ejus vitæ instituto videri posset

exhibeatur; anno vero CCXCII. si eo in Nummo illa indutus non videatur. Porro nondum mihi liquet, an Decennalia Imperii Cæsarei Herculii in Nummis descripta fuerint, cum Tribunitiam Potestatem non acceperit, quando Cæsar est appellatus.

II. *S. Susanna uxor Galerii Cæsaris non fuit.*

Quod ait Baronius ex Actis *S. Susannæ*, eam scilicet ad nuptias Galerii Maximiani nulla arte induci potuisse, eamque anno sequenti martyrio coronatam fuisse, & deinde patrem, ut filiæ defunctæ memoriam consecraret æternitati, Pannoniæ partem ejus nomine institui atque cognominari voluisse, verum esse non potest, ruente fundamento, super quo positum fuerat, id est, morte Valeriæ, quam diu supervixisse Galerio constat, ut observavit Baluzius Vir doctissimus in Notis ad Librum Lactantii de Mortibus Persecutorum cap. 15. ubi Lactantius loquens de iis, quæ gesta sunt anno CCCIII. postquam Diocletianus persecutionem adversus Christianos excitavit; ait: *Furebat ergo Imperator jam non in domesticos tantum, sed in omnes, & primam omnium filiam Valeriam conjugemque Priscam sacrificio pollui coegit.* Imo tam *Valeria*, quam *Prisca* Maximiano Augusto anno CCCXIII. extincto superstites fuere, ut infra ex eodem Lactantio cap. 50. demonstrabo. Deinde locum Ammiani lib. 19. quem Baronius citat, aliud non dicit, ut recte ibidem Baluzius, quam eam Pannoniæ partem ad honorem Valeriæ Diocletiani filiæ & institutam & ita cognominatam. Hæc Ammiani verba: *Valeriam venit partem quondam Pannoniæ, sed ad honorem Valeriæ Diocletiani filiæ & institutam & ita cognominatam*: non a Diocletiano, sed a Galerio Maximiano, ut tradit Victor de Cæsaribus: *Provinciam uxoris nomine Valeriam appellavit*: ideoque hæc ad rem non faciunt, cum Valeria vivente id nomen ea provincia acceperit. Bollandus die XXIII. Januarii in Vita S. Susannæ eadem, quæ Baronius, refert. Neuter enim laudatum Lactantii librum, summo Historiæ Ecclesiasticæ emolumento dein a Clarissimo Baluzio publicatum, viderat.

III. *S. Serena uxor Diocletiani Imp. non fuit.* Baron. an. 295. num. IV.

Quæ de *S. Serena* Diocletiani uxore a Baronio dicuntur juxta fidem Actorum S. Susannæ, corruunt ex dictis numero præcedenti; indeque constat, ea Acta vel in toto, vel saltem in parte esse supposititia. Etenim si *Priscæ* Diocletiani uxor mater *Valeria* fuit, ut sane fuit, necesse est, eam Diocletiano nupsisse, antequam is fieret Imperator; cum Valeria Galerio Maximiano juncta matrimonio sit anno CCXCII. ætatis suæ ut minimum duodecimo. Vixisse autem tum *Priscam* matrem ejus hinc certo colligitur, quod diu postea superstes fuit, & anno tantum CCCXIII. extincta est, post victoriam, quam Licinius de Maximino reportavit. Baronius, licet librum Lactantii de mortibus persecutorum non vidisset, suspicabatur tamen futuros, qui eam de *Serena* Augusta historiam in dubium revocarent; quod nulla penitus de ea mentio alibi habeatur, neque apud Scriptores Ethnicos, neque in antiquis Inscriptionibus; ac tanquam ei difficillimæ quæstioni finem imposuisset, interrogat litteratulos, si his displiceat nomen *Serenæ*.

Au-

set; tamen, ut Claudii & Imperatoris vitaret invidiam, noluit petitionem honestissimam (ut videbatur) rejicere, sed exploraturum se puellæ animum dixit: sicque dimisso Claudio, Susannam allocutus est una cum Caio Papa, eique Diocletiani consilium de nuptiis significavit: illa vero vehementiori spiritu detestata cultoris dœmonis nuptias, nihil antiquius sibi fuisse addidit, quam excultam castitate vitam Christo Domino consecrare; licet sciret id sibi corporis dispendio redimendum, atque martyrio comparandum. Laudata est a parente responsio; ac tum ejus, tum Caii Papæ exhortatione corroboratur ad pugnam; utque semel arrepto altissimæ vitæ proposito, in eodem firmis insistens vestigiis, constans perstaret adversus imminentes ex Principis ira fragores, eorumdem admonitionibus confirmatur.

VII. Claudius cum uxore factus Christianus.

Rediit post triduum Claudius, ut, quid cum Susanna esset actum, cognosceret: advocatur illa, jubeturque palam ac libere mentis suæ consilium aperire. Illa autem suæ confessionis auspicatura principium, divino quo flagrabat afflata Spiritu, primo cur ipsum Claudium licet patruum non admisisset more Romano ad osculum, reddidit rationem, nimirum quod dæmonum sacrificiis os pollutum haberet. Quid plura? Tanta vi, divinitus sibi impartita loquendi libertate, hominem redarguit impietatis, eoque adegit, ut & deos relinquere, Christianamque religionem ex animo consectari eidem persuaserit, qui ante Christianos fuerat persecutus: quem Caius Papa, explorata in omnibus ejus sincera fide, nomen ipsius recipiens, inter catechumenos voluit more solito profiteri.

Rediens vero Claudius domum, cum hæc omnia Præpedignæ uxori nunciasset: illa cum diu ante de fide Christiana sectanda consilium iniisset, sed viri impietate perterrita destitisset; audita viri tanta a Deo facta mutatione, repente ad Caium Papam se contulit, ad pedesque procidens eosque, ex more (ut Acta habent) exosculata, æque se ad fidem recipi postulavit. Aderat cum eo & Susanna, quæ eam amanter suscepit. Sed & sequenti nocte reversus est Claudius domum Gabinii, secum ducens duos quos habebat filios, eosque pariter fide Christiana initiari rogavit: quos Gabinius Christianam fidem edocuit, ipsumque Claudium baptizavit, quem Caius Papa sacro chrismate ex more perunxit; idemque filios ejus Alexandrum & Curiam, necnon eorum matrem Præpedignam pariter sacro baptismate abluit.

VIII. Claudii uxor & filii baptizantur.

IX. Lactis & mellis propinatio.

Post hæc obtulit (inquiunt Acta) *pro illis sacrificium in eadem domo, & consecravit corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi, & lac & mel & fontem, participavitque cum omnibus mysterium Dei.* Reddidimus hæc ipsa verba ex Actis ipsis, quo illius Ecclesiasticæ consuetudinis usus, cujus meminit Tertullianus, (*a*) ejusmodi relinquatur testatus exemplo. Ille quidem recensens antiquas in Ecclesia Catholica præscriptas consuetudines, cum de baptismatis ritibus locutus est, addidit: *Inde suscepti lactis & mellis concordiam prægustamus*, &c. typum quidem hæc gerebant, quod per baptismi gratiam, qui antea erant filii iræ, habitantes (ut ait Psalmus *b*) in terra deserta, loco horroris, & vastæ solitudinis, per baptismum terram illam promissionis

(*a*) *Tert. de Coron. milit. c. 4.*

(*b*) *Deut. 32.*

PAGIUS Augustæ, ut dicant quonam alio nomine Diocletiani conjux Augusta ab Antiquioribus dicta inveniatur, & cum non invenerint, non faciant de nomine controversiam.

IV. *Neque Eleutheria neque S. Alexandra Diocletiani uxores fuere.*

Verum huic interrogationi satisfactum est cumulatissime, inquit Baluzius loco citato; ubi & rejicit Hadriani Valesii opinionem in Defensionem Disceptationis suæ de Basilicis, ubi colligit ex Anastasio Bibliothecario in Vita Vigilii Papæ, *Eleutheriam* vere Diocletiani uxorem fuisse. Sed cum certum sit, Diocletianum toto Principatus sui tempore aliam uxorem non habuisse, quam *Priscam*, locus Anastasii, ubi de Diocletiano & Eleutheria sermo corruptus. Corrupta & Acta *S. Georgii* Martyris, in quibus agitur de *S. Alexandra* Diocletiani conjuge, licet Henschenius & Papebrocius Tomo III. Sanctorum mensis Aprilis, die XXI. de S. Alexandra, tanquam si Diocletiani uxor fuisset, loquantur, asserantque, *Serenam* priorem Diocletiani uxorem circa annum CCXCVI. extinctam, coli XIX. mensis Augusti; *Alexandram* vero alteram ejus conjugem anno CCCIII. gloriosam ad cœlum evolasse, ejusque sacram memoriam celebrare Græcos die XXI. Aprilis; ac denique afferant encomium, quod Alexandræ tribuitur in perantiquo Menologio Basilii Porphyrogeniti Imp. sæculo Christi X. conscripto, aliaque ex Græcorum Menæis. Non enim Lactantii librum Viri doctissimi viderant, cum hæc scripsere.

V. *Sarmata aliique populi a Galerio devicti.*

Diocletianus adversus Bastarnas, Carpos, & Sarmatas rebelles, Galerium Maximianum mittit. In Fastis enim Idacii sub hujus anni Consulibus legitur: *His Coss. castra facta in Sarmatia contra Acinco & Bononia.* Aquincum seu Acincum, Cluverio teste, Buda est; Bononia vero, quæ olim urbs, nunc oppidum Pannoniæ inferioris ad Danubium. De hoc bello Eutropius intelligendus: *Varia deinceps & simul & viritim bella gesserunt*, (nempe Diocletianus & Galerius Maximianus) *Carpis & Basternis subactis, Sarmatis victis, quarum nationum ingentes captivorum copias in Romanis finibus locaverunt.* Mediobarbus duo Diocletiani Numismata profert, quorum alterum in postica parte habet: VICTORIAE SARMATICAE; in aversa alterius legitur: VICTORIA SARMATICA. Sequentibus annis Sarmatæ rursus superati, postquam sc. Galerius Cæsar Persas debellavit, teste Eutropio. Denique ex Codice Justinianeo apparet, hoc anno Diocletianum fuisse in Illyrico & Thracia, Sirmii, Viminiaci, Singedini, Philippipoli, & Heracleæ, ideoque & adversus Sarmatas bellum gessisse.

sionis viderentur ingressi, quam lacte & melle manantem, præ sui excellentia, divina Scriptura nominare consuevit.

Sed prosequamur res gestas. Claudius, postquam baptismum est consecutus, suas facultates cœpit in Christianos pauperes erogare, sed in eos potissimum qui tenerentur in vinculis, vel abdita loca quæsissent; supplex petens ab eis, ut eorum precibus Deum, quem Christianos persequendo adeo offendisset, mereretur habere propitium; addiditque ad expiationem sceleris, licet baptismate esset sanctificatus, dorso cilicium. Sed cum diu in assiduis precibus perseveraset, invenitur eo habitu & statu corporis a germano suo Maximo, Rei privatæ Comite, misso a Diocletiano, ut de Susannæ nuptiis quid esset actum, cognosceret; qui ab eo perductus est in domum Gabinii, quæ *erat ad Arcus* (ut habent Acta) *portæ Salariæ, juxta ædes Sallustii*. Occurrens illis Gabinius, & introducens domum, ex more ejusmodi dedit orationem, sic exordiens: *Oremus.* Illisque humi prostratis, sic oravit: *Domine Deus, qui dispersa congregas, & congregata conservas, respice in opus manuum tuarum, & illumina omnes in te credentes, quia tu es lumen verum in sæcula sæculorum. Amen*, responderunt omnes, *surgentesque de terra mutuo se complectuntur, & osculantur. Claudius vero cum gaudio osculabatur pedes Gabinii sacerdotis*: Hæc ibi. Ejusmodi laude dignam Christianorum, Romæ præsertim agentium, consuetudinem, ut sacerdotes excipientes ad se venientes, sic primum eos ad preces, ac post inde ad pacis osculum invitarent, meminimus notasse quoque superius.

Oratio dici consueta.

XI. Advocata quoque est Susanna, & de adventu Maximi nunciatum est Caio Papæ, cujus domus quoque erat & ecclesia prope ædes Sallustii, qui se illuc contulit. Ad cujus adventum, qui erant congregati in domo Gabinii, in terram prostraverunt se omnes ex more, quibus ille: *In nomine Domini constantes estote, dansque orationem, dixit: Oremus, Domine Deus pater Domini nostri Jesu Christi, qui omnibus ad salutem & vitam æternam misisti Dominum nostrum Jesum Christum, ut nos e mundi tenebris erueret; da nobis servis tuis constantiam fidei, quia tu regnas in sæcula sæculorum. Responderunt omnes. Amen.* Consuetæ hæ videntur esse preces cum Romanus Episcopus alios inviseret, ac pariter hortaretur.

XII. Pontificis pedes exosculantur.

Sermonem quoque Caius post hæc ad eos habuit, audiente quoque Maximo; qui exosculatis Caii pedibus, de Susanna aperuit Diocletiani consilium. Sed institituto virginis eidem patefacto, cum Caii, tum Claudii verbis admonitus Maximus, de fide Christiana capessenda cogitare, ac avidius quærere cœpit; dimissusque domum, penitus persuasus, æstuans calore fidei, sua mox cœpit in pauperes erogare. Elapsis vero diebus quinque, ad Caium rediens, ad pedes accidens, baptismum enixius postulavit; quem de fide plenius eruditum, idem Caius baptizavit, atque ex more sacro chrismate inunxit, obtulitque sacrificium, ex eoque illum impertivit. Cum autem per Thrasonem, Christianum occultum, Maximus sua bona in egentes erogaret; re pervulgata, delatus est Maximus per Arsitium collegam Principi. Quid autem de eo jusserit Diocletianus, dicemus anno sequenti, quo ea facta esse noscuntur.

I. Martyrium Claudii, Maximi, & sociorum.

CHristi annus ducentesimus nonagesimusquintus Tusco & Anullino Consulibus consignatur; quo Diocletianus Imperator relatione Arsitii cum comperisset Maximum, necnon Claudium ejusque conjugem Præpedignam, Alexandrum & Curiam affines suos recenter factos esse Christianos; eos omnes ab Urbe abductos ad Ostia Tiberina incendio tradi, eorumque cineres in fluenta jactari mandat. Julius ab Officio homo severissimus, mandato Principis eosdem ducens, dicto in loco, duodecimo Kalendas Martii incendio concremavit; relatus est horum martyrii dies in tabulas (*a*) Ecclesiasticas, atque anniversaria memoria consecratus. Hæc ex Actis S. Susannæ, quæ distincta temporum ordine, quæ priori, quæve posteriori anno sunt gesta, referimus. Cum enim (ut eadem Acta habent) mensis unius & dierum sexdecim spatium intercessisset, ex quo de Susanna Diocletianus illud Claudio dedit in mandatis, & postea Maximo ejus germano curandum negotium tradidit; cumque in iisdem Actis primum quinque, inde quindecim habeantur elapsi certi dies, antequam Maximus ad Diocletianum delatus esset, absque aliis diebus excursis, quorum nulla fit mentio; rursumque dicta Februarii die hos martyrium consummasse constet; affirmasse necesse est, hoc anno, non autem præterito, quo de nuptiis Susannæ cœptum est agi, hos esse martyrio coronatos.

(*a*) *Mart. Rom. die 18. Febr. & alia.*

II. Dum autem Diocletianus de Susanna nepte sua Maximiano Cæsari matrimonio con-

Susanna cum patre detrusa in carcerem.

conjungenda initum semel consilium (quod dictum est anno superiori) implere satageret: & jam compertum habuisset, Susannam refragantem, esse Christianæ, religioni addictam; eamdem una cum patre Gabinio voluit custodiæ detineri, ut sic tam parentis, quam filiæ animum emolliret. Sed postquam quinquaginta, & quinque dies ambo sic detenti fuissent; agit idem Princeps cum Augusta conjuge, ut Susannam ad se perduceret, ejusque animi consilium exploraret, & a susceptanova religione revocare studeret: Hæc modo ibi.

III. Serena Augusta.

Sed antequam quæ Actorum sunt reliqua prosequamur, de Augusta Diocletiani conjuge, de qua incidit mentio, disserendum. Ipsam enim dictam esse Serenam, non tantum quæ præ manibus sunt Acta Susannæ testantur; sed & res gestæ Marcelli Papæ, insuper & Romanum ac reliqua omnia Martyrologia antiquitus scripta eidem veritati adstipulantur. Siquidem quod Christiana esset, & de Christianis optime merita, ac sancto fine quieverit, Occidentalis Ecclesiæ (*a*) tabulæ omnes ejus memoriam antiquitus scriptam conservant, nam decimoseptimo Kalendas Septembris natalis ejus dies adscriptus habetur.

(*a*) *Mart. Rom. Bed. Usuar. Adon. & alii die 16. Aug.*

IV. Respondetur tacitæ objectioni.

Deridebunt hæc fortasse litteratuli, qui Gentilium instar, candidam Christianam simplicitatem ex more sagillant, quod apud scriptores Ethnicos, vel in antiquis inscriptionibus nulla penitus de Serena Augusta Diocletiani uxore mentio habeatur. Sed dicant, quonam alio nomine Diocletiani conjux Augusta ab antiquioribus dicta inveniatur? Quod si alio nomine eam quis appellatam posset invenire, non tamen propterea Serenæ nomen explodendum esset; quid enim absurdi est, ut Imperator, qui tot annis vixit, plures diversis temporibus uxores habuerit? vel illa ipsa etiam Serena fuerit cognominata? At cum nulla sit mentio apud scriptores Ethnicos, nec in antiquarum inscriptionum monumentis vestigium ullum extet de ejus conjugis nomine; quo jure quis negare poterit, eam non eo nomine esse dictam, quo in Actis sanctorum martyrum reperitur adscripta, & in tabulis Ecclesiasticis appellata? Prodant aliud nomen, quibus displicet nomen Serenæ

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5788.

SÆC. III. Anno Urbis 1048. Olymp. 268. an. 3. Olymp. 268. *secundum Baronium.* A.C. 295. I. *Consules.*

⊙ 24. F. ☽ 11. P. 21. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 295.

CAII PAPÆ 13.

DIOCLETIANI IMP. 12. MAXIMIANI HERCULII IMP. 10.

[1] AD num. I. & seqq. Coss. *Nummius Tuscus* & *Annius Annulinus*, ut colligitur ex libello de Præfectis Urbi. Idacius in Fastis habet: *His Coss. Carporum gens in Romania se tradidit.* Idem habet Eutropius loco præcedenti anno relato. Erant Carpi seu Carpiani, ut Cluverius docet, populi Sarmatiæ Europææ inter Carpatem montem & Vistulam fluvium. De hac Carporum & Basternarum in solum Romanum translatione loquitur Eusebius in Chronico anno Abrahami 2209. qui anno Christi CCXCIII. mense Septembri desinit. Sed Chronologia per hæc tempora in eo Chronico perturbata.

Carpi in solum Romanum transiati.

II. *Varia martyria.*

Refert Baronius ex Actis Sanctæ Susannæ martyria Maximi Comitis rei privatæ, Claudii Clarissimi, ejus fratris, Præpedignæ Claudii uxoris, Alexandri & Cutiæ filiorum, quæ & leguntur in Martyrologio Bedæ vulgato, imo & in

NOTÆ [1] *Coss. Nummius Tuscus & Annius Annulinus.* Gruterus pag. XXVII. 3. & alii:

FECIT. DIE. IIII. KAL. MART.
TUSCO. ET ANULLINO. COSS.

Ibid. pag. LVIII. 4.

IN H. D. D.
PRO. SALUTE. IMPP.
DIOCLETIANI ET MA
XIMIANI AUGG. &c.
A SOLO. RESTITUIT. DIE
XIII. KAL. OC. . . . USCO.
ET ANULINO. COS.

Boldettus ad Cæmeteria sacra pag. 81. n. 16.

TUSCO ET ANULINO.
COS. LIII. KAL. SEPT.

Postrema tantum nomina in lapidibus nota sunt. In libello de Præf. Urbi: *Nummius Tuscus* A. D. 302. & *Annius Anulinus* A. D. 306. Urbi præfuere. At Relandus extremis tantum nominibus hos consules exhibet, nimirum: *Tusco & Anulino.* Fasti vulgati: *Tusco & Anulino.*

venæ Augustæ; sed cum non inveniant, nihil est ut faciant de nomine controversiam.

V. Aboleri jussa nomina plurium.

Fortasse accidit (haud enim inanis est conjectura) quod cum absque exemplo inter tot conjuges diversorum Imperatorum solius inveniatur uxoris Diocletiani nomen excidisse; id in odium Christianæ religionis factum esse decreto Principis, vel ex Senatusconsulto (quod alias sæpe accidisse scimus Imperatoribus) ut nomen ejus abolitum atque abrasum penitus fuerit; quod in chartis Christianorum tantummodo integrum manserit. Deperditis enim semel commentariis Claudii Eusthenii de rebus Diocletiani, tum nomen Augustæ ex libris Gentilium excidit, tum alia multa sunt penitus oblivione deleta. Sed jam cætera prosequamur.

VI. Favet Serena Susannæ.

Serena igitur jussu Imperatoris Susannam accersens, tantum abest ut eam conata sit a susceptа religione, quam, & ipsa Augusta clam coleret, dimovere; ut eam in ipsius confessione vehementer corroborarit, & fortiter atque constanter agere hortata sit. Nam ipsam apud se diebus plurimis detinens, una simul cum ea ex Christianorum instituto diu noctuque, quæ erant Christianæ religionis officia frequentabat. Cum vero innotuisset Imperatori, Susannam perstare in sententia de Christiana fide sectanda, ac conjugio refutando; eamdem in Gabinii patris domum reduci mandat. Ad quam Maximianus Cæsar, cui eam Diocletianus sponderat, veniens, vim virgini illaturus; resiliit correptus numine, cujus fulgore eam ambiri atque custodiri cognovit; sed totum magiæ tribuitur, cum Diocletiano, quod acciderat, aperitur.

VII. Susannæ Martyrium.

Quamobrem Imperator, missо ad eam Macedonio, jubet eam occulte subjici quæstioni, & in refragantem animadverti. Abiit ille; convenit eam; admovet tripodem, jubet ut thura offerat Jovis, quod statuerat, simulacro; sed detestata illa facinus, flexis genibus Deum est precata, ut abominabilem impietatem everteret; quamobrem divinitus factum est, ut Jovis statua ab eorum oculis evanesceret; & alibi sit inventa in terra prostrata. Quæ cum a Macedonio renuncia-

rentur Diocletiano, jussit eam intra domesticos parietes gladio necari; quo percussa spiritum Deo reddidit, sicque gloriosam martyrii coronam laureæ virginitatis adjecit.

VIII. Serena curat corpus Susannæ.

Quæ autem post hæc secuta sint, ipsa Acta habent his verbis: *Ubi comperit Serena Augusta Susannam martyrium suum forti animo consummasse; gaudens, noctu in ædes illius advenit, corpusve ejus propriis manibus curavit, linteo involvit & aromatibus condivit opere polinctorio, sepelivitque in Arenario in crypta apud sanctum Alexandrum, tertio Idus Augusti; velum autem, quo sanguinem ejus absterserit, apud se in theca argentea retinuit, & diu noctuque erat furtivis precibus ibi orans.*

IX. Sacrificium in memoriam Martyris.

A die quo Susanna percussa est, B. Caius Papa in domo Susannæ, in loco ubi percussa est, jugiter obtulit sacrificium pro ejus commemoratione; erat conjuncta Caii domus cum ædibus S. Susannæ & Gabinii patris ejus. Atque inde factum est postea, ut statio Christianorum in duabus illis ædibus fuerit instituta; facta sunt hæc in sexta Regione, apud Vicum Mamuri, ante forum Sallustii: Hucusque ibi. Mentio est de vico Mamuri, seu Mamurei, in Regione sexta, apud Sextum Rufum & P. Victorem. At de statua Mamurii plumbea, quæ loco nomen dedit, celebris est apud antiquos scriptores memoria; claruit Mamurius (*a*) statuarius temporibus Numæ. Forum quoque Sallustii ibidem positum fuisse, iidem tradunt auctores. Celebris atque frequens est mentio apud Gentiles auctores de ædibus hortisque Sallustii in eadem Regione positis.

(*a*) *Ovid. Fast. l. 3. Propert. l. 4. eleg. 2.*

Perseverat hactenus nobilis memoria S. Susannæ eodem in loco; sed quæ erat Caii illi propinqua, jam est vetustate collapsa. Mentio crebro fit in tabulis Ecclesiasticis Tituli S. Susannæ; qui locus nostra ætate auctus est nobili monasterio sacrarum virginum institutionis S. Bernardi. Quomodo vero eadem ex causa, tum pater Susannæ Gabinius, tum etiam Caius Papa subiere, eodem Diocletiano jubente, martyrium; dicemus anno sequenti, quo vetera monumenta contigisse testantur.

X. Memoria S. Susannæ.

PAGIUS

in veteri Martyrologio Romano a Rosweydo edito ad diem XVIII. mensis Februarii, ad quem diem Bollandus exhibet partem Actorum Sanctæ Susannæ, in qua de omnibus his Sanctis Martyribus sermo est. Verum jam anno superiori præfata S. Susannæ Acta sincera non esse, sed a posterioribus scripta diximus, quia Spondanus, cujus ordinem in prima hujus Tomi editione sequebamur, S. Susannæ martyrium in eumdem annum retraxit. Susanna itaque, Serena, Maximus Comes rei privatæ aliique mox memorati morte quidem a Diocletiano in fidei Christianæ odium mulctati, sed quæ de iis posteriores Scriptores retulere, vel ex toto, vel ex parte fabulosa.

In Chronico Alexandrino sub hujus anni Consulibus legitur: *Anno CCLXVII. Domini in Cœlos Assumptionis, ac iisdem prædictis Coss. Martyrium subiit sanctus Menas Cotyæi: Phrygiæ Salutaris civitate, Atyr XV. ex ante diem III. Idus Novemb.* Ad eumdem diem, nempe XI. Novemb. ejus mentio in Martyrologio Rom. ubi miles fuisse dicitur.

III. *Martyrium S. Mennæ militis.*

JESU CHRISTI ANNUS 296. — CAII PAP. ANNUS 13. — DIOCL. ET MAX. IMPP. ANNUS 13.

I. SAlvatoris Domini nostri anno ducentesimo nonagesimo sexto, Consulibus Diocletiano Augusto sextum & Constantio Cæsare, vigesimasecunda (*a*) Aprilis, Caius Papa martyrio coronatur, cum sedisset annos duodecim, menses quatuor, & dies quinque. De his autem quæ passus est sub Diocletiano, hæc in libro de Romanis Pontificibus scripta habentur: *Hic fugiens persecutionem Diocletiani, in cryptis habitans, confessor quievit; martyrio coronatus post annos octo*: Hæc ibi. Porro ejusmodi latebræ contigisse videntur post martyrium S. Sebastiani & aliorum, quos idem Caius ad fidem instituit & baptizavit. Causam autem suscepti ab eo martyrii paulo post addit auctor, sic dicens: *Qui post annos XII.* cum Gabinio fratre suo; propter filiam Gabinii, nomine Susannam, martyrio coronatus; sepultus in cœmeterio, Callisti, via Appia; decimo kalend. Maii*: Hæc ibi de Caii atque Gabinii ejus germani martyrio.

(*a*) *Lib. de Rom. Pont. in Caio.*

Caii Papæ Martyrium atque Gabinii.

* XI.

II. Quod vero ab eodem Caio hæc instituta dicantur: *Hic constituit, ut omnes ordines in Ecclesia sic ascenderent; si quis Episcopus fieri mereretur, ut esset ostiarius, lector, exorcista, acoluthus, subdiaconus, diaconus, presbyter, & exinde Episcopus ordinaretur*. Nequaquam sic sunt intelligenda, ut ipse primus instituerit, ut ad summum ordinem ascensurus, per inferiorum ordinum gradus conscenderet sublime fastigium sacerdotii; nam ejusmodi hierarchicum in Ecclesia ordinem jam temporibus Apostolorum stabilitum fuisse atque usu receptum, superius pluribus est narratum. Sed Caii de hac re decretum illud fuisse videtur, ut non proveheretur ad thronum Episcopalem, nisi qui in singulis inferioribus ordinibus consueto tempore ministrasset. Rursus ibi de eodem: *Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros viginti quinque, diaconos octo, Episcopos per diversa loca quinque*. Fertur ejus nomine epistola hoc anno, iisdemque Consulibus ad Felicem Episcopum data.

Caii Papæ instituta.

III. Quod autem spectat ad Gabinii martyrium: nequaquam, quod hic simul cum Caio ponitur, eodem quo Caius ipse passus est die; nam in tabulis Ecclesiasticis natalis dies ejus, qua martyrium consummavit undecimo Kal. Martii habetur adscripta hoc elogio: *Romæ natalis S. Gabinii presbyteri & martyris, fratris B. Caii Papæ; qui*

III. Gabinius diverso die passus.

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 1049. Olymp. 268. an. 4. A. C. 296.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5789.

⊙ 25. ED. ☽ 22. P. 5. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 296.

MARCELLINI PAPÆ 1.

DIOCLETIANI IMP. 13. MAXIMIANI

HERCULII IMP. 11.

I. Consules.

[1] ANum. I. ad VI. Coss. *Diocletianus Aug. VI. & Constantius Cæsar II.*

II. Quinquennalia Constantii Cæsaris.

Diocletiani Consulatus juxta tertiam regulam; Constantii juxta secundam; Quinquennalia enim Imperii Cæsarei dedit. Horum indicium Oratio Eumenii pro reparandis Scholis Augustodunensibus, in cujus priori parte ostendit Orator, mentem Imperatorum & Cæsarum esse, ut non templa modo & publica opera, sed multo magis *Æduenses Scholæ* Bagaudicæ factionis irruptionibus collapsæ ad Gallicæ Nobilitatis educationem instaurentur. Quare cum ædificatio urbium & templorum, aliaque monumenta publica signa sint Quinquennaliorum & id genus festorum, ea Oratio hoc anno certissime habita. Onuphrius in Fastis sub Titiano II. & Nepotiano Coss. anno nempe CCCI. dicit, in antiqua marmorea basi legi, CAESARUM DECENNALIA, ideoque eo Christi anno Constantium & Galerium Cæsares Decennalia edidisse. Verum, hæc epigraphe anno CCXCII. quo Constantius & Galerius Cæsares dicti sunt, & Vota Decennalia de more susceperunt, sculpta; non vero in eorum Votis Decennalibus aut Quinquennalibus solutis, quod, ut ex dicendis apparebit, diversis annis ab utroque præstitum. In

NOTÆ [1] *Coss. Diocletianus Aug. VI. & Constantius Cæsar II.* Lapis Gruterianus pag. MLXIII.

PRO. SALUTE
DD. NN. AUGG.
CONSTANT. ET. MAXIMIAN.
PIISSIMOR. CAESAR. &c.
..... ET CONSTANTIO.
CAESARE. ITERUM.
COSS.

Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii laterculi; *Diocletiano V. & Constantio II.* Prosperi Chronicon; *Diocletiano V. & Constantio II.*

CHRISTI 296. — MARCELLINI PAP. 1. — DIOCL. & MAX. IMPP. 13.

qui a Diocletiano diu in custodia vinculis afflictus, pretiosa morte cæli gaudia comparavit.

IV. Marcellinus Papa.

Post Caii Papæ martyrium cessasse Episcopatum ejus dies undecim, in superius citato de Romanis Pontificibus commentario traditur; qua ratione dicendum est, Marcellinum successorem sedere cœpisse quinto Nonas Maii; quem fuisse Romanum, natum parte Projecto, quæ ab eodem auctore sunt scripta, fidem faciunt.

Ann. Eccl. Tom. III.

Quantum autem temporis hic sederit, in fine ex more dicemus. Hic autem, admonuisse oportet, errare Eusebium, atque alios eum secutos, dum post Caium Papam sic successorem posuerunt Marcellinum, ut, Marcellum omnino prætereuntes, ex ambobus unum conflarint; existimantes nimirum similitudine nominis unum eumdemque esse cum Marcellino Marcellum. Verum tabulæ Ecclesiasticæ, in quibus series Romanorum

Mm 2 Pon-

PAGIUS

III. Caii Papæ obitus.

[1] In Chronico Damasi legitur: *Caius annos duodecim, mensibus quatuor, diebus septem. Fuit temporibus Cari & Carini ex die XVI. Kalend. Januarii, Consulibus Caro II. & Carino usque in X. Kalend. Maii Diocletiano VI. & Constantio II. Consulibus*. Cari II. & Carini Consulatus incidit in annum ducentesimum octogesimum tertium, quo Caium die decima quinta mensis Decembris ordinatum fuisse diximus. Consulatus vero Diocletiani VI. Constantio II. Collega, currenti anno gestus. Quare Pontificatus Caii duratio accurate in Chronico Damasi & in Annalibus Baronii consignata. Papebrocius tamen in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum Romanorum, ait: *Initium Pontificatus in eodem primo Catalogo notabatur a XVI. Kalendas Januarii; sed vel hic erratum a Librario est detractione unitatis, vel ejus additione in numero dierum VII. præter annos XII. & menses IV. Sedi Caii attributorum. Hi enim a X. Kal. Maii retrotracti perveniunt usque ad XVII. Kal. Januarii, qui dies cum anno CCLXXXIII. Dominicus fuerit, patet ratio cur priori numero potius quam posteriori correctionem adhibendam esse statuerimus*. Sed frustra laborat Vir doctissimus, ut Pontificum ordinationes cum diebus Dominicis conjungat, quas vel solus hic locus aliis diebus ante pacem Ecclesiæ redditam, peractas evincit. Caius igitur, qui die decima quinta Decembris anni CCLXXXIII. Pontificatum iniit, & usque ad diem XXI. Aprilis præsentis anni Ecclesiam gubernavit, sedit annos XII. menses IV. dies VII. die scilicet emortuali in summam collato. Ex quo & liquet, perperam Baronium ejus Pontificatum inchoasse a die XVII. Decembris. In Martyrologio Hieronymiano ad diem XXII. Aprilis legitur: *Romæ in Cœmeterio Callisti S. Gai*, vel *Gagi Papæ*. In Indiculo Depositionis Episcoporum apud Bucherium: *Decimo Kalendas Maii, Caii in Callisti*. Verum, dies *X. Kalend. Maii* sive dies XXII. mensis Aprilis, tam in Chronico Damasi, quam in Martyrologiis citatis memoratus, non dies emortualis *Caii*, sed dies, quo sepulturæ mandatus est. Ejus enim depositio in Wandelberto & in nonnullis MSS. jungitur cum die XXI. Aprilis, argumento, alterum diem ad obitum, alterum ad sepulturam pertinere, juxta regulam a nobis statutam [2].

Caio successit Marcellinus, non *quinto Nonas Maii*, ut habet Baronius, sed *ex die pridie Kalendas Julias*, ut legitur in Chronico Damasi, id est, die tricesima mensis Junii, quæ in feriam tertiam incidit. Quare Sedes vacavit post Caii mortem, non *dies undecim*, ut in Annalibus ex libro Pontificali legitur, sed menses duos, dies octo, ut numeranti liquet. Eutychiano & Caio Decretales adscriptæ suppositititiæ sunt, cum in iis Leonis Papæ loca integra recitentur, & alia suppositionis indicia habeantur. Marcellino etiam Decretales affictas fuisse demonstrat Epistola LXII. Hormisdæ pro exordio assumta. Non minus adulterina Marcellini Epistola in Annalibus hoc anno memorata, quæ dicitur scripta ad Salomonem Episcopum. Incipit enim cum verbis Leonis primi Epist. XCIII. juxta veterem ordinem: *Quam laudabiliter pro Catholicæ fidei veritate*. Consarcinata est ex testimoniis Idacii ad Warimadum cap. 51. 52. 53. & 55. & Hormisdæ Papæ Epist. XXIV. XXV. aliisque, ut jam Viris doctis observatum.

IV. Marcellinus sit Papa.

V. Britanniæ hoc anno receptæ. Eutropius enim de *Allecto* Tyranno, qui Augustus in Nummis dicitur, quique Carausium occiderat, loquens, ait: *Eum* (nempe Carausium) *post septennium Allectus socius ejus occidit; atque ipse post eum Britannias triennio tenuit: qui ductu Asclepiodoti Præfecti Prætorio est oppressus. Ita Britannia decimo anno recepta*. Paulo post: *Maximianus quoque Augustus bellum in Africa profligavit, domitis Quinquegentianis & ad pacem redactis*; quæ duo non solum uno tenore Zonaras recitat; sed etiam Eumenius in Panegyrico Constantio Cæsari post victoriam Britannicam dicto cap. 13. ubi postquam retulit, Constantium Cæsarem bellum Britannicum suscepisse, ait: *Primo omnium, in quo præcipue consulendum fuit, ne quid barbaræ nationes, converso illuc numine tuo, novare tentarent, invocata patris tui* (nempe Maximiani Herculii, cujus privignam duxerat) *majestate provisum est. Tu enim ipse tu, Domine Maximiane, Imperator æterne, novo itineris compendio adventum divinitatis tuæ accelerare dignatus, repente Rheno insilisti, omnemque illum limitem non equestribus, neque pedestribus copiis, sed præsentia tua terrore tutatus es. Quantoslibet valebat exercitus Maximianus, in ri-*

V. Bella hoc anno gesta.

pa

NOTÆ [1] *Ajus*, ut putat Constantius pag. 306. in locum *Eutychiani* suffectus fuit A. D. 283. *die* XVII. *Decembris*, feria secunda; & die XXII. *mensis Aprilis* A. D. 296. obiit. Inhæret autem Bucheriano catalogo, in quo habetur: *Caius annis X. mensibus IV. diebus VII. Fuit temporibus Cari, & Carini, ex die XVI. Kal. Januarii, Coss. Caro II. & Carino, usque in X. Kal. Maii, Diocletiano VI. & Constantio II. Coss.*

[2] GEnuina lectio Codicis Vindebonensis ab Eccardo consulti fert Caium sedisse annis XII. m. IIII. d. VIII. quam veluti mendosam corrigens Caspinianus legit dies VII. sed certe a die XVI. Kal. Januarii usque ad X. Kal. Maii non sunt menses IIII. & dies 7. vel 8. sed tantum 6. Igitur certe mendosa est lectio, nec sanatur lectione Eccardi.

Pontificum habetur adscripta, Martyrologia, vetusque ille scriptus liber de Romanis Pontificibus, Tabulæ Cresconianæ, ac denique Latini omnes, qui texuerunt catalogum Romanæ Urbis Episcoporum, & inter alios ex antiquioribus Optatus (a) Milevitanus, & S. Augustinus (b) omnes pari consensione utrumque ponunt, nempe Marcellum, & Marcellinum; quos ipsa sua ipsorum Acta diversa (si ceteræ deessent testificationes) plus satis distinguunt ab invicem.

(a) *Optat. cont. Parmen. lib. 2.*
(b) *Aug. ep. 165.*

V. De Marcellini epistola.

Extat ejusdem Marcellini nomine inscripta epistola, hoc anno octavo idus Septembris data ad Salomonem Episcopum, qui ipsum consuluerat de hæreticis nuper emergentibus, & ex Pauli Samosateni, paulo ante Antiochiæ damnati, schola progressis, qui Christi negarent divinitatem, & qualem cum Patre honorem & cultum. Cætera autem de Marcellino, suis locis sæpe inferius dicturi sumus.

VI. Episc. Hierosol. successio.

Hoc eodem anno decimotertio Imperatoris Diocletiani, post Hymenæum ponitur ab Eusebio in Chronico Zambdas Episcopus Hierosolymorum, de quo hæc in Historia: (c) *Hierosolymorum Ecclesiæ ministerium post Hymenæum Episcopum, quem paulo ante demonstravimus, Zambdas capessit: paulo post, isto mortuo, Hermon, posteremus eorum qui ante persecutionem nostra memoria ibi concitatam fuerunt Episcopi:* Hæc ibi; sed de Hermone inferius; quantum autem quisque eorum temporis sederit, haud est certum.

(c) *Euseb. lib. 7. ca. ult.*

Christi

PAGIUS

pa. Tu vero, invicte Cæsar, instructis armatisque diversis classibus ita hostem incertum consiliique inopem reddidisti, ut tunc denique senserit, quod non munitus esset Oceano, sed inclusus. Jam itaque Maximianus Herculius Africam versus copias eduxerat; sed ut accepit, Constantium in Britanniam transisse, rediit illico, ut interea Rhenum contra Francos tutaretur. Quæ hoc anno gesta ostendit Eumenius in Panegyrico *pro restaurandis Scholis*, hoc anno recitato, in cujus calce ait: *Ibi* (sc. in scholis Augustodunensibus) *fortissimorum Imperatorum pulcherrimæ res gestæ per diversa regionum argumenta recolantur, dum calentibus semperque venientibus victoriarum nuntiis revisuntur gemina Persidos flumina*, (nempe Tygris & Euphrates, ideoque bellum adversus Persas a Galerio Maximiano tunc gerebatur) *& Libya arva scientia*, (Quinquegentianos in Libya sitos intelligit) *& connexa Rheni cornua*, (de bello adversus Francos loquitur) *& Nili ora multifida*; (quod ad bellum Ægyptiacum referendum) *dumque sibi ad hæc singula intuentium animus affingit, aut sub tua, Diocletiane Auguste, clementia, Ægyptum furore posito quiescentem*; (jam itaque Achilleus, qui Ægyptum invaserat, perierat) *aut te, Maximiane invicte, perculsa Maurorum agmina fulminantem.* (Mauritani igitur ante præsentem anum a Maximiano Herculio domiti, de qua victoria incertus in Panegyrico Constantino & Maximino dicto cap. 8.) *aut sub dextera tua, Domine Constanti, Bataviam, Britanniamque squalidum caput silvis & fluctibus exerentem, aut te, Maximiane Cæsar, Persicos arcus pharetrasque calcantem*, quæ Galerium Maximianum adversus Persas occupatum respiciunt.

VI. *Britannia recuperata.*

Hic locus egregius ad Chronologiam per hæc tempora præsidiis destituram, elucidandam. Primo enim constat, Britanniam hoc vel præcedenti anno, idque *decimo anno*, ut habet Eutropius, recuperatam fuisse; ideoque & Carausium anno CCLXXXVI. in ea regnare cœpisse. Huic insulæ post Carausium *Allectus* imperitabat, adversus quem *Asclepiodotum*, *qui Prætoriani is Præfectus præerat, cum parte classis ac legionum* præmisit Constantius, inquit Victor de Cæsaribus, ipsemet Constantius cum reliquis copiis subsecuturus. Is ubi in Britanniam pervenit, simul universis navibus ignes injicit, ut nullo fugæ suæ præsidio reservato, in sola victoria spem ponerent, ut ait Eumenius in Panegyrico Constantio Cæsari dicto cap. 15. *Allectus* audito nuntio adventus Constantii, classem portumque deseruit, sed mari Constantium fugiens, terra in *Asclepiodotum* incidit, a quo victus interfectusque est, ut legitur in eodem Panegyrico cap. 16. Regnavit in Britannia annos tres, ut diximus ex Eutropio.

VII. *Sicuti & Ægyptus.*

Secundo apparet, in Oriente Diocletianum Alexandriam octavo obsidionis mense cepisse, ibique interfecto seditionis auctore, eamdem diripuisse, everssisque ejus muris, totam Ægyptum vastasse, postquam Busirim ac Coptum urbes ejus primarias funditus a paucis annis diruisset. Eusebius enim in Chronico juxta editionem Scaligeri anno Abrahami 2304. qui Kalendis Octobris anni Christi CCLXXXVII. incipit, ait; *Ægyptum Achilleus obtinuit. Ob quæ Constantius & Galerius Maximianus Cæsares assumuntur in regnum*; ubi tamen quæ diversis annis accidere, uno tenore narrat, citiusque quam par erat, Imperium Achillei in Ægypto auspicatur. At cum in Nummis Græcis sextus Imperii ejus Augustei annus legatur, Constantius & Galerius anno CCXCII. dicti sint Cæsares, & in Chronico Eusebii juxta editionem Scaligeri anno Abrahami 2313. qui Kalendis Octobris præsentis Christi anni inchoatur, scriptum sit: *Alexandria cum omni Ægypto per Achilleum Ducem a Romana potestate descisens, octavo obsidionis mense a Diocletiano capta est. Itaque plurimi per totam Ægyptum gravibus proscriptionibus exiliisque vexati, interfectis his, qui auctores perduellionis extiterant*; Eusebius ex ipsomet Eusebio corrigendus, dicendumque *Achilleum* anno Christi CCXCI. aut CCXC. purpuram in Ægypto sumsisse, & hoc anno, Imperii ejus sexto, interfectum fuisse. Denique bellum Persicum; de quo anno sequenti, inchoatum jam fuisse Eumenius nos certos facit.

I. Legio Thebæorum Romam vocata.

CHristi anno ducentesimo nonagesimoseptimo, creati sunt Consules Maximianus Augustus quintum, & Galerius Maximianus Cæsar secundum, cum Marcellinus Papa jam secundum sedis suæ annum auspicaretur; quo legio Christianorum militum Thebæorum ab Oriente Romam evocatur adversus novos emergentes tyrannos Amandum & Ælianum. Qui omnes Christi milites ab eodem Marcellino Papa exhortatione firmantur, ut a fide Christiana numquam deficiant, paratique potius sint millies, si opus esset, profundere vitam, quam fidei in Christum leve saltem dispendium pati; cujus oratione, fidei constantia roborati; cum militarent in Galliis, omnes gloriose pro fide certantes, consecuti sunt apud Agaunum coronam martyrii.

II. Martyrum Thebæorum certamen.

At tam nobile militum Christianorum certamen plane dignum est, quod ex certis probatisque auctoribus hic Annalibus intexatur. S. Eucherius Episcopus Lugdunensis ex antiquioribus monumentis eorum martyrii Acta jam prope injuria temporis antiquata, recentiori memoria restituta, posteris legenda tradidit. Fuissent hæc collocanda superius, cum (ut eorum habent Acta) Maximianus creatus est Cæsar; sed quod eadem contineant, hæc agi cœpisse, cum jam Marcellinus Papa Ecclesiæ Romanæ præesset; hic merito, ubi ejusdem Pontificis absolvitur annus primus, atque secundus incipit numerarari, ea recensenda putamus. Eucherius igitur cum egregiam navarit operam, ut eorumdem martyrum Acta quam diligentissime pervestigaret, eademque perquisita describeret, ad Sylvium Episcopum de iis perbrevem scripsit epistolam his verbis:

III. S. Eucherii epistola.

Domino sancto, ac beatissimo in Christo Sylvio Episcopo Eucherius Episcopus.

Missi ad beatitudinem tuam scriptam nostrorum martyrum passionem. Verebar namque ne per incuriam tam glorioso gesta martyrii ab hominum memoria tempus aboleret. Porro ab idoneis auctoribus rei ipsius veritatem quæsivi; ab iis utique, qui affirmabant se ab Episcopo Genevensi S. Isaac hunc, quem protulit, passionis ordinem cognovisse; qui credo hæc a viro temporis anterioris acceperit. Atque cum alii ex diversis locis atque provinciis in honorem officiumque sanctorum, auri atque argenti, diversarumque rerum munera offerant; nos scripta (si vobis suffragantibus dignantur) offerimus, utique exposcentes pro eis intercessionem omnium delictorum, atque in posterum juge præsidium patronorum semper meorum. Memento vos quoque nostri in conspectu Domini

Lugdunensi Episcopo in literas relata credidit, spuria sunt, atque sub falso *Eucherii* nomine publicata, postquam ea, quæ Eucherius scripserat, periere. In iis enim Pseudo-Eucherius Thebæorum militum mortem ad Marcellini Pontificatum, & ad Maximiani Herculii profectionem in Galliam adversus Bagaudas refert. Et tamen ea profectio initio Imperii Diocletiani contigit, Caio Ecclesiam Romanam administrante, cui Marcellinus anno tantum præcedenti successit. Petrus Franciscus Chiffletius in Paulino Illustrato genuinam Eucherii lucubrationem ex Codice manuscripto Monasterii Jurensis in lucem dedit, in qua nulla neque Bagaudarum, neque Marcellini Papæ, nec denique Æliani & Amandi mentio, sed tantum Maximiani cum Diocletiano Collega Imperium tenentis; hæcque martyrii, quod Thebæi milites feliciter consummaverunt, sola & vera causa, quod *hi, cum sicut & ceteri militum ad per-*

Martyrium militum Thebæorum. Baron. n. 1. & 11.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5750.

SÆC. III. Anno Urbis 1050. Olymp. 269. an. 1. A. C. 297.

☉ 26. C. ☽ 13. P. 28. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 297.

MARCELLINI PAPÆ 2.

DIOCLETIANI IMP. 14. MAXIMIANI HERCULII IMP. 12.

I. Consules. Quinquennalia Imperii Cæsarei Galerii Maximiani II.

[1] AD num. & seqq. Coss. *Maximianus Herculius Aug. V. & Galerius Maximianus Cæsar II.* Herculii Consulatus juxta primam regulam, Galerii juxta secundam; Imperii enim Cæsarei Quinquennalia dedit.

Acta Martyrum *Agaunensium*, quæ Baronius ex Surio mutuatus est, quæque ab *Eucherio*

NOTÆ

[1] *Coss. Maximianus Herculius Aug. V. & Galerius Maximianus Cæsar II.* Vetus fragmentum Romæ in pavimento Ecclesiæ S. Salvatoris ad pontem Senatorium vulgatum nuper ab Antonio Maria Lupo in Dissertatione ad Epitaphium S. Severæ pag. 12.

. . . NN. MAXIMIANO AUG. V.
. . . AXIMIANO CAES II CONS.
. . . C. GESSIT VALERIUS VICTOR
PATERNUS VP

Fasti Idatiani: *Maximiano VI. & Maximiano II.* Prosperi Chronicon: *Maximiano IV. & Maximiano II.* Fasti Vindebonenses & Bucherii laterculi; *Maximiano V. & Maximiano II.*

vini sanctorum semper officiis inhærentes, domine sancte, & merito beatissime frater: Hæc Eucherius. Periisset hæc etiam cum aliis epistolis ejusdem Eucherii (nam liber epistolarum, quem ab eo fuisse conscriptum ferunt, penitus excidit) nisi iisdem martyrum Actis præfationis loco appositæ esset. Præmissa post hæc brevi præfatione narrationem rerum gestarum, sic exorditur:

IV. Tyranni Amandus & Aelianus.

Diocletianus Romanæ Reipublicæ Princeps, cum ad Imperium totius Orbis fuisset electus, omnesque provincias turbari quorumdam præsumptione perspiceret; ad consortium Imperii vel laboris olim sibi commilitonem Herculium Maximianum Cæsarem fecit; eumque contra Amandum, & Ælianum, qui in Bagaudarum nomen præsumptione servili arma commoverant, ad Gallias destinavit. Eadem plane de tumultibus Gallicanis Eutropius (*a*) quoque his verbis: *Ita rerum Romanorum potitus Diocletianus, cum tumultum rusticani in Gallia concitassent, & factioni suæ Bagaudarum nomen imponerent, duces autem haberent Amandum, & Ælianum: ad subigendos eos Maximianum Herculium Cæsarem misit, qui levibus prœliis agrestes domuit, & partem Galliæ reformavit*: Hæc Eutropius, eadem quoque Orosius (*b*).

(*a*) Eutrop. lib. 9.

(*b*) Oros. l. 7. cap. 25.

V. Maximianus contra tyrannos.

Electo igitur Maximiano, qui ad hos compescendos tumultus in Gallias fecesserat; ei *ad supplementum exercitus* (inquit Eucherius *c*) *legionem Thebæam ex Orientalibus militibus ire præcepit: quæ legio sex millia sexcentos sexaginta sex viros validos animis, & instructos armis, antiquorum Romanorum habebat exemplo. Hi igitur milites Christianæ religionis ritum Orientali traditione a Hierosolymitanæ urbis Episcopo susceperant.* Hoc idcirco accidit, ut Thebæi milites a Zambda Episcopo Hierosolymitano Christiana fide imbuerentur; quod eadem legio in hibernis esse soleret in Palæstina, ubi ad Parthorum atque Persarum tumultus comprimendos cum aliis legionibus in Syria agentibus præsto esset. Sed addit:

(*c*) Apud Sur. tom. 5. die 22. Sept.

VI.

Hi (inquit) *fidem sacram virtuti, & armis omnibus præponebant. Ad Urbem quippe Romam itinere attingentes, eamdem Christianitatis fidem, quam acceperant, apud beatum Marcellinum prædictæ Romanæ Urbis Pontificem confirmaverunt; ut ante gladio interirent, quam sacram fidem Christi, quam acceperant, violarent. Recepti igitur a Diocletiano Cæsare, jubentur, ut post Maximianum collegam iter, quod cœperant, ad Gallias tenderent.* Hæc ipse; quæ autem post hæc secuta sunt, ab auctore prolixius enarrata, nos breviori compendio perstringemus. Alpibus ab exercitu superatis, jam Octodorum cum ventum esset, & Maximianus hostes obvios aggressurus esset; ex more, lustrandi exercitus consilium iniit. Ad hæc agenda præparavit consueta sacrificia, quibus milites expiati, super aras jurarent, adversus imminentes hostes se pari fortitudine pugnaturos; id enim sæpius solitum facitari, cum præsertim periculum aliquod immineret, multa apud Gentiles historicos sunt exempla. Cum ergo legio Thebæorum hæc parari videret; quod scirent se ejusmodi sacrificiis non tantum non lustrari, sed inquinari; communicato consilio, secessionem potius facere, & majestatis criminis argui, quam sacrificiis nefandis fidem Christianam, vel minimum quidem polluere & apud Deum impios reperiri, obfirmatis animis omnes una decernunt.

Lustratione exercitus detecti Martyres.

VII.

Nova hæc quidem in milites Christianos ab Imperatore exercetur impietas; nam cum alias sæpius in castris Christiani consueverint militare (ut superius susius dictum est) numquam tamen in procinctu ad sacrificium compulsi sunt, nec sacramento militiæ ad aliud quidpiam, quamquod propria religio admoneret, numen jurandum. Quodnam autem esse soleret ejusmodi juramentum a Christianis militibus præstari solitum, quibusve esset verbis expressum; Vegetius (*a*) docet cum ait: *Jurant per Deum Christum, & per sanctum Spiritum, & per majestatem Imperatoris, quæ secundum Deum generi humano diligenda est & colenda:* & paulo post: *Jurant autem milites, omnia se strenue facturos, quæ præceperit Imperator, numquam desertures militiam, nec mortem recusaturos pro Romana Republica:* Hæc Vegetius. Ad ejusmodi plane Sacramentum Christianorum visus est alluisse Tertullianus (*b*) dum ait: *Credimus humanum sacramentum divino superinduci licere, & in alium Dominum respondere post Christum.* Quod scilicet per Imperatoris majestatem Christiani post Christum jurarent; sic enim locus ille mihi explicandus videtur.

(*a*) Veget. de Re milit. lib. 2.

Juramentum militare Christianorum.

(*b*) Tertul. de coron. mil. c. 11.

VIII.

Certe quidem Tertullianus (*c*), licite Christianos per salutem Cæsarum jurare solitos, tradit, magnamque docet esse differentiam inter Gentiles, qui jurant per Genium Cæsaris, & Christianos jurantes per salutem ipsius; nam ait: *Sed & juramus, sicut non per Genios Cæsarum, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus Geniis*: sed & rationem reddit, dicens: *Nescitis Genios Dæmones dici, & inde diminutiva voce Dæmonia? Nos judicium Dei suscipimus in Imperatoribus, qui gentibus illos præfecit. Id in eis scimus esse, quod Deus voluit: ideoque & salvum esse volumus, quod Deus voluit, & pro magno id juramento habemus. Cæterum Dæmones, id est, Genios adjurare consuevimus, ut illos de hominibus exigamus; non dejerare, ut illis honorem divinitatis conferamus*: Hæc Tertullianus de Christianis militibus post Christum per vitam Imperatorum jurantibus. Viguit adhuc apud nonnullos idem usus, & adhuc viget, ut sic homines jurent; sed temerarium atque periculosum visum est Francorum Regibus, ejusmodi a quocumque passim fieri solita salutis Regis per juramentum oppignerationi numini (*d*); quamobrem lege scripta caverunt, ne quis præsumeret per vitam Regis ac filiorum ejus jurare.

(*c*) Tert. in Apolog. cap. 31.

Per salutem Cæs. non per genium jurant fideles.

(*d*) Not. Pamel. apud Tert. Apolog. cap. 31. not. 50.

Constat quidem Romanos exercitus fuisse refertos Christianis militibus; id enim Tertullianus (*e*) affirmat; quos etiam pietatem cum militia conjunxisse, certum est; tantum enim aberat a Christianis militibus, ut inter Gentiles in Romano exercitu militantes, quid vel saltem leve in religionem peccarent, ut, possent ne lauream ferre cum donativum acciperent, magna controversia fuerit Severi tempore (ut vidimus) in Ecclesia disputatum, contestante Tertulliano (*f*) potissimum id faciendum non esse. Sic igitur videas, contra jus fasque absque aliquo majorum exemplo, immo contra priorum Imperatorum consuetudinem, Maximianum immenso odio, quo in Christianam religionem flagrabat, Christianos milites ad sacrificiorum contagionem compellere impie studuisse.

IX.

(*e*) Tert. Apol. c. 37.

Christian. militum copia.

(*f*) Tert. de Coron. milit.

X. Mauritius ad martyrium milites armat.

Ne igitur Christiana legio, lustrationis ac juramenti prætextu, eadem cum Gentilibus involveretur impietate; fecessit ad octo millia passuum longius, ad locum dictum Agaunum. Maximianus vero, ad eorum explorandam voluntatem, nuncium misit, qui eos pariter hortaretur reverti ad castra; & quod commilitones facerent, idem ipsi præstare non detrectarent. Cum Mauritius Tribunus legionis, Experius Vexillarius, & Candidus ordinis Senatorii vir, nomine omnium responsum prudens quidem (ut par erat) dedere; paratos scilicet esse milites Imperatori in omnibus esse subjectos, & ad castra reverti, atque adversus barbaros (quod alias sæpe fecerant) strenue pugnaturos: verum quod Christianam religionem colerent, se numquam fore immolaturos; ob idque nolle redire.

XI. Decimatio exercitus.

His auditis, ira succensus Maximianus decernit in eos publicum militare supplicium; nimirum, ut decimum quemque eorum gladius feriret, quem sors funesta monstraret. Vetus est genus supplicii in delinquentem exercitum ab Imperatore solitum exerceri; de quo plura a nobis in

pertrahendam Christianorum multitudinem destinarentur, soli crudelitati ministerium detrectare ausi sunt, atque *hujusmodi præceptis se obtemperaturos negarunt*.

III. *Vera Acta post multa sæcula inventa.*

Porro etsi horum Martyrum nomina plerique ignota sint, celeberrima tamen semper in Ecclesia fuit eorum memoria, ut ostendit Ruinartus in Actis sinceris primorum Martyrum ex veteribus Auctoribus, qui eos sub *sanctorum Acaunensium*, a loco martyrii, vel *Legionis Thebeæ*, nomine appellarunt. *Legionem Felicem* appellat Gregorius Turonensis lib. de Gloria Martyrum cap. 75. qui cap. seq. eorumdem Martyrum aliquot miracula refert. Eorum numerus incertus: *Erat eodem tempore*, inquiunt Acta sincera, *legio militum, qui Thebæi appellabantur. Legio autem vocabatur, quæ tunc sex millia ac sexcentos viros in armis habebat. Hi in auxilium Maximiani ab Orientis partibus acciti venerant, viri in rebus bellicis strenui, & virtute nobiles, sed nobiliores fide, ergo Imperatorem fortitudine, ergo Christum devotione certabant.* Agauni locus, ubi decimus quisque ex legione semel & iterum interfectus fuit, exinde celeber evasit, ob structum ibi insigne monasterium & quotidianum psallentium ibidem institutum a Sigismundo Burgundiæ Rege. Tempus passionis sanctorum Agaunensium incertum, aliis in hæc circiter tempora, aliis ad sequentes vel præcedentes annos illam referentibus.

IV. *Persecutionem a militibus Galerius incipit.*

Persecutio adversus Christianos a militibus cœpit, ut non tantum Eusebius in Chronico de *Viturio* militiæ Magistro loquens, & in Historia lib. 8. cap. 1. & cap. 4. sed etiam Lactantius lib. de Mortibus Persecutorum cap. 9. & 10. testantur. Recitanda hic Lactantii verba, quibus Galerius Maximianus suis coloribus depingitur, & Historia Ecclesiastica per hæc tempo-

ra

ra mirum in modum illustratur: *Alter vero Maximianus, quem sibi generum Diocletianus asciverat, non his duobus tantum, quos tempora nostra senserunt, sed omnibus qui fuerunt, malis pejor. Inerat huic bestiæ naturalis barbaries, efferitas a Romano sanguine aliena. Non mirum, cum mater ejus Transdanuviana infestantibus Carpis in Daciam novam transjecto amne confugerat. Erat etiam corpus moribus congruens, statu celsus, caro ingens, & in horrendam magnitudinem diffusa & inflata. Denique & verbis & actibus & aspectu terrori omnibus ac formidini fuit. Socer quoque eum metuebat acerrime. Cujus timoris hæc fuit causa. Narseus Rex Persarum concitatus domesticis exemplis avi sui Saporis, ad occupandum Orientem cum magnis copiis inhiabat. Tunc Diocletianus, ut erat in omni tumultu meticulosus animique dissectus, simul & exemplum Valeriani timens, non ausus est obviam tendere, sed hunc per Armeniam misit, ipse in Oriente subsistens & aucupans exitus rerum. Ille insidiis suis Barbaros, quibus nos est cum omnibus suis ad bellum pergere, multitudine impeditos, & sarcinis occupatos non difficiliter oppressit; fugatoque Narseo Rege, reversus cum præda & manubiis ingentibus, sibi attulit superbiam, Diocletiano timorem. In tantos namque fastus post hanc victoriam elevatus est, ut jam detrectaret Cæsaris nomen. Quod cum in literis ad se datis audisset, truci vultu ac voce terribili exclamabat: Quousque Cæsar? Exinde insolentissime agere cœpit, ut ex Marte se procreatum & videri & dici vellet, tanquam alterum Romulum; maluitque Romulam matrem stupro infamare, ut ipse Diis oriundus videretur.* Tum de Diocletiano scribit.

V. *Causa persecutionis.*

Quam vero causam persequendi habuerit, exponam. Cum ageret in partibus Orientis, ut erat pro

in Notis (*a*) ſunt dicta. Cum autem legioni innotuiſſet ferale decretum Principis, lætiſſime id accepit, rata nimirum ſibi decerni triumphum, quo milites cælum conſcenderent martyrio laureati poſt Chriſtum, cum eo perpetuo regnaturi. Porro incenſos omnium martyrii amore animos, Mauritius ad eos habita concione, qua omnes corroboraret in fide, reddidit ſubeundi pro Chriſto mortem deſiderio flagrantiſſimos. Quid plura? Decimantur milites, reliqui vero, ut redeant Octodorum, Principis mandato jubentur. Renuentes illi, iterum decimantur; ſed nec ſic qui remanſerunt, illi parent ut ad exercitum redeant, expectantes ſinguli eamdem cum Chriſtianis commilitonibus ſubire optatiſſimam ſibi ſortem: quorum deſiderium magis magiſque incenſum eſt alia proxime habita ad eos ab Exuperio concione.

(*a*) *Not. in Mart. Rom. die 22. Sept.* 6.

XII. Reliquorum trucidatio militum.

Cum autem illorum immotum animum Imperator, iterum facto periculo, ſatis compertum exploratumque habuiſſet; deſperans omnino quemquam illorum a Chriſtiana fide poſſe deduci; omnem tandem in eoſdem immittit exercitum, a quo ſinguli trucidentur. Ferociſſimum impetum ſuſtinent illi protecti ſcuto fidei, gladio ſpiritus, & galea ſalutis armati; ac proinde novo pugnandi genere victores effecti, de proſtrata impietate ac fide ſalvata, glorioſiſſimis martyrii coronis aucti, æternam in cælo beatitudiem ſunt feliciter conſecuti. Hic finis Thebææ legionis Chriſtianæ certaminum, quorum coronas, palmas, trophæa, atque triumphos Dei Eccleſia ab eo tempore in hodiernum anniverſaria celebritate commemorare non deſinit.

XIII. Victoris martyrium.

Sed quid poſt hæc, eadem die, Victori Chriſtiano militi veterano illuc caſu advenienti contigerit, ipſum Eucherium id his verbis narrantem audiamus: *Interea veteranus quidam ultimæ ætatis ſenio fatigatus, nomine Victor, ad contaminatum cædibus locum itineris neceſſitate deductus eſt. Dum ad epulas pro ætatis veneratione ab omnibus rogaretur: requirere cœpit, quænam eſſet cauſa lætitiæ, quod inter tot corpora interemptorum, gaudentes exultanteſque poſſent milites epulari? Dictum a quodam eſt, quod cum legio Chriſtianæ ſtudio legis cærimonias Romanas, cultumque deorum pariter cum Imperatoriis juſſionibus contemnere voluiſſet, datam eam neci eſſe, ut diſciplinæ militaris traditus ordo ſeverius teneretur. Tunc Victor alte gemitum trahens, graviterque ſuſpirans, deteſtatus convivas, deteſtatuſque convivium, exclamat: Heu me, qui per tot annorum militiam ad hanc ætatem veni, & in hac legione militare non merui. Quam bene inter tales glorioſæ mortis honore donatos finem vitæ invenire potuiſſem! Saltem ſi commilitare indignus eram, vel me ante has duas horas viandi neceſſitas detuliſſet, ut ſenilis pectoris cruor tantorum virorum victimis miſceretur. Obtuleram corpus hoc neci, dummodo tantæ laudis conſortio non carerem.*

Talia dicentem profanorum ſtatim turba vallavit; quæ, utrum Chriſtianus eſſet, XIV. Victoris confeſſio. *reſpondere minaciter jubet. At ille paululum oculos ad cælum erigens, tali percontantibus ſermone reſpondit. Longius me vivendi uſus ad hanc quam videtis perduxit ætatem. Quæcumque in hoc mundo aguntur, aut ſtudium reperit, aut rerum volubilitas agit, aut varius ſemper caſus infeſtat; quodcumque volumus, optamus, ſcimus, aut cupimus, totus mundus caligine ſubmerſus, tenebris circumfluentibus, latet, niſi nobis aut viam Chriſtus oſtenderit, aut lumen Chriſti affulſerit. Quod ego fideli mente perpendens, utinam ultimo conteſter affectu; quod ſi me ad tempus paulo ante trucidatæ legionis itineris neceſſitas detuliſſet, conviviis, & epulis veſtris horum funerum conſortium prætuliſſem. Sed jam nunc præſtabit Chriſtus*

pro timore ſcrutator verum futurarum, immolabat pecudes, & in jecoribus eorum ventura quærebat. Tum quidam miniſtrorum ſcientes Dominum, cum adſiſterent immolanti, impoſuerunt frontibus ſuis immortale ſignum. Quo facto fugatis dæmonibus, ſacra turbata ſunt. Trepidabant aruſpices, nec ſolitas in extis notas videbant; & quaſi non litaſſent, ſæpius immolabant. Verum idemtidem mactata hoſtia nihil oſtendebant, donec magiſter ille aruſpicum Tages, ſeu ſuſpicione, ſeu viſu, ait, idcirco non reſpondere ſacra, quod rebus Divinis profani homines intereſſent. Tunc ira furens, ſacrificare non eos tantum qui ſacris miniſtrabant, ſed univerſos qui erant in Palatio, juſſit, & in eos, ſi detrectaſſent, verberibus animadverti; datiſque ad Præpoſitos literis, etiam milites cogi ad nefanda ſacrificia præcepit, ut qui non paruiſſent, militia ſolverentur. Hactenus furor ejus & ira proceſſit, nec amplius quicquam contra legem aut religionem Dei fecit. Deinde in-

ſtus, ut Chriſtianum me, vel ob profeſſionem meam, tranſire ulterius per beata funera non ſinatis.

Hæc eum loquentem ſubita percuſſoris obtruncat inſania. Ita vir ſanctus conſortium ſanctorum celeri confeſſione promeruit, cæteriſque martyribus in eo loco ſicut morte, ita eſt honore conjunctus: Hucuſque Eucherius de Victoris præclaro martyrio. Additque duos alios ejuſdem legionis milites abſentes, Urſum, atque Victorem alium Solodori paſſos eſſe pridie Kalendas Octobris. Quo modo autem eorumdem corpora ſint inventa, idem auctor inferius narrat hiſtoriam. Tu vero conſule alia multa, quæ ad dictorum martyrum memoriam ſpectantia notavimus in Romano (*a*) Martyrologio. Quæ autem idem Eucherius ſubdit de divina ultione in Maximianum Imperatorem, ſuo loco dicemus.

XV. Urſus atque Victor Martyres.

(*a*) *Die 22. Septem. a. b. & 30. ejuſdem.*

Hos omnes ad martyrium præceſſiſſe viſi ſunt, antequam Alpes ſuperaſſet Romanus exercitus, duo inſignes ejuſdem legionis milites, nimirum Secundus, & Alexander, qui paſſi dicuntur ſeptimo Kalendas Septembris, qua die eorum memoria ejuſmodi celebratur encomio (*b*): *Apud Albentimelium Liguriæ civitatem, ſancti Secundi martyris, viri ſpectabilis, & ducis ex legione Thebæorum:* ac rurſum: *Bergomi in Gallia Ciſalpina, ſancti Alexandri martyris; qui & ipſe unus ex eadem legione, cum nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti conſtantiſſime fateretur, martyrium capitis abſciſſione complevit.* Sed, & Taurini quoque ejuſdem legionis nobiliſſimi milites Octavius, Solutor, & Adventor glorioſo martyrio exercere trophæa victoriæ, quorum celebritati dicata eſt dies duodecima Kalend. Decembrium.

XVI. Alexandri & aliorum martyrium.

(*b*) *Martyr. Rom. Bed. & alii.*

Verum alii quoque ejuſdem legionis milites ſunt poſtea martyrio coronati; qui, antequam ab Imperatore fides illorum exploraretur, ab eodem adverſus Carauſium fuerant amandati, eo fortaſſe conſilio,

XVII.

ut, cohortibus ab ea legione divulſis, debilis remaneret, nec quid novi tentandi, diviſis viribus, locus relictus eſſet. Cecinit de iiſdem martyribus Venantius Fortunatus carmen elegiacum. Sed & alii quoque plures, qui eadem expeditione in Romano exercitu inventi ſunt Chriſtiani, pariter coronam martyrii ſunt conſecuti.

Sic namque poſthac crevit Maximiani odium in milites Chriſtianos, ut iis, quos adverſarios diceret eſſe deorum, exercitium omnino purgandum eſſe ſtatuerit; tunc enim ſibi Herculem, quem præcipue colebat, a quo & cognomen deduxerat, ut Herculius diceretur, exiſtimabat ſibi fore propitium, ſi milites numen illius ſpernentes pœna mulctaret. Sed & felices rerum eventus eumdem magis magiſque in ſententia ſtabilierunt; nam ejus adventu in Gallias tyrannos Amandum, & Ælianum abſque aliquo, vel levi tantum exercitus damno compreſſit; & Carauſium provinciam ad Oceanum poſitam miniſtrantem, ac in Romanum Imperium rebellantem, in Britanniam fugere compulit.

Maximiani odium in milites Chriſtianos.

At quinam fuerint illi martyres, qui in ea expeditione ejuſdem Maximiani juſſu, Chriſtianæ religionis obtentu, necati ſunt; Helinandum (*c*) audiamus, qui eadem omnia ex antiquioribus monumentis accepta brevi ſermone contexuit; celebris ſuorum temporum ſcriptor ejuſmodi oratione rem geſtam proſequitur enarrare: *Maximianus Auguſtus, coadunato exercitu, permixta tamen Fidelium, & infidelium cœtu, feſtinus Alpium juga transgrediens, Galliæ appropinquabat; ſoloque adventu ſuo Amando, & Æliano ducibus tumultus perterritis, ſeditionis illius tempeſtatem facile ſine ſui exercitus damno ſedabat. Comperto vero quod Carauſius quidam nobilis inſidias contra Romani regni fines moliretur; qui tamen Procurator conſtitutus erat provinciæ quæ eſt juxta Oceanum, ubi Franci jam ſecun-*

XVIII.

(*c*) *Apud Sur. t. 5. die 10. Oct.*

Gereonis & ſociorum certamen.

adhuc magis explicatum. *Pace facta*, inquit Ruſus in Breviario, *Meſopotamia eſt reſtituta, & ſuper ripam Tigridis limes eſt reformatus, ita ut quinque gentium trans Tigridem conſtitutarum ditionem aſſequeremur. Quæ conditio fœderis in tempus Divalis Conſtantii reſervata duravit.*

VII. *Et quidem hoc anno.*

Narſeum hoc anno debellatum, tam ex Idacio in Faſtis, quam ex Auctore Chronici Alexandrini manifeſte deducitur. In priori legitur: *His Conſſ. victi Perſæ.* In poſteriori: *Perſæ maximo bello a Conſtantio & Maximino Jovio Cæſaribus devicti ſunt.* Paulo poſt: *Iiſdem Coſſ. a Maximiano Herculio Perſæ prælio victi ſunt.* Quæ duo loca corrupta quidem; cum nec Herculius Auguſtus, nec Conſtantius Cæſar in Orientem profecti fuerint; ex illis tamen conſtat, Perſas præſenti anno ſuperatos fuiſſe. Libanius in Baſilico ait, Perſas poſt ingentem illam cladem a Galerio acceptam, *quadraginta annos* in apparatu conſumſiſſe, ut eam refarcirent, & paulo ante Conſtantini Magni obitum bellum Romanis intuliſſe. Ab hoc vero anno ad Conſtantini Magni obitum anni quadraginta fluxere. Ex quibus manifeſtiſſimum ſit, bellum Perſicum cum anno CCC. perperam a Baronio illigatum fuiſſe; magiſque a recto tramite deviaſſe Dodwellum in Diſſert. Cyprianica XI. num. LXVIII. ubi tam militum perſecutionem, quam reditum Galerii ex expeditione Perſica, in annum trecenteſimum ſecundum differt.

Baron. an. 300. num. 3.

VIII. Eufebius in Chronico anno Abrahami 2314. qui Kal. Octobris currentis Chriſti anni inchoatur, ait: *Juxta Lingonas a Conſtantio Cæſare LX. millia Alemannorum cæſa.* Quam illuſtrem victoriam Eutropius, Zonaras, aliique memorant. Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis de hac victoria loquens ait: Mirum, Eumenium verba habentem ad Conſtantium, tam inſignem victoriam

Conſtantius Cæſar Alemannos debellat.

VI. *Perſæ a Galerio Cæſare victi.*

do a ſuis ſedibus expulſi juxta Gallorum, & Saxonum confinia conſederunt, miſit illuc per Rheni fluminis alveum partem ſui exercitus, cujus militari virtute reparius caſſaretur incœptus. In quo itinere præcipuos belli Dominici duces, Gereonem, Victorem, Caſſium, & Florentium felices turmæ Chriſtianorum militum ſequebantur.

XIX. Caſſii, & Florentii & Soc. Martyrium.

Paulo poſt vero, narratis, quæ ab eodem Maximiano apud Agaunum in legionem Thebeam ſunt impie perpetrata, ad dictos milites adverſus Carauſium miſſos ſtylum convertens, ſic ait: *Hæc primum apud Agaunum oppidum, ubi maxima multitudo ſancti reſedit exercitus, agebantur; inde præcedentium ſecuti veſtigia, reperierunt primarios milites Caſſium, & Florentium, cum ſeptem aliis ſimilis conſtantiæ viris, juxta Veronam civitatem in ripa Rheni fluminis, confidentes, alioſque cum eis quamplurimos ejuſdem agminis, ſed non ejuſdem intentionis ſatellites. Hos dum agnoviſſent de Orientali fuiſſe præſidio, ſævientes contra eos, de profeſſione ſciſcitati ſunt. Cumque illi nec voluntate cordis, nec ſententia reſponſionis a ſuperioribus diſcreparent, ſubmiſſis capitibus, in eodem loco pro Chriſti nomine perempti ſunt.*

XX. Gereonis, & Sociorum martyrium.

Mox ergo ad beatum Gereonem ejuſque ſocios trecentos decem, & octo cum illo pariter fide veritatis armatos perſecutor, neſcio velocius an fama pervenerit. Progreſſi tamen paululum ante ſubſequentes carnifices, in campis Agrippinæ magnæ Civitatis martyrii gloriam, ſeſe invicem cohortantes, præſtolati ſunt. Quibus continuo ſupervenientes hi qui miſſi erant a Judice, nullam in eis defendendi, vel a propoſito deficiendi voluntatem, ſed conſtantiſſimam nominis Chriſti invenerunt confeſſionem. Ibi beatus Gereon dux, & martyr egregius cum illis Regis æterni vernaculis, edomitis omnibus, quæ ad hujus vitæ delectationem poſſent allicere, ſemetipſum ſponteneus obtulit hoſtiam vivam Deo. Inſani vero tortores ſauctorum ibidem corpora cruentantes per campi illius planitiem traxerunt, & in puteum quemdam maximum projecerunt. Monſtratur autem uſque hodie in loco, ubi ſanctus Gereon trucidatus eſt, ſanguinis ipſius ſpectaculum; & ipſe locus, AD MARTYRES, ab incolis acceptum ſervat vocabulum.

XXI. Victoris, & Sociorum martyrium.

Hæc itaque dum agerentur, cohors illa, quæ beatum Victorem comitabatur, ad locum cui deſtinata eſt properans, pervenit ad oppidum Francorum, quod ex majorum ſuorum ſedibus Trojam nuncupabant, ibique cum Duce ſuo caſtra in pratis virentibus poſuit. Nec minus audaces illi cruentique milites adfuerunt; peremptoque illic fortiſſimo Chriſti milite Victore, cum trecentis triginta martyribus; ſancta eorum corpora in locis paluſtribus ſubmerſerunt. Tandem optatis locupletati ſpoliis cum exercitu reliquo, quia Carauſius ille fugiens, ſe ſe in Britanniam tranſtulit; per viam, qua venerant, læti pro ſcelere redierunt. Hæc Acta.

XXII. (a) Eutrop. li. 9. Carauſius Tyrannus.

At de Carauſio hæc Eutropius (*a*): *Poſt hæc tempora etiam Carauſius, qui viliſſime natus in ſerenæ militiæ ordine famam egregiam fuerat conſecutus, cum apud Bononiam per tractum Belgicæ, & Armoricæ pacandum mare accepiſſet, quod Franci, & Saxones infeſtabant; multis barbaris ſæpe captis, nec præda integra aut provincialibus reddita, aut Imperatoribus miſſa; cum ſuſpicio eſſe cœpiſſet, conſulto ab eo admitti barbaros, ut tranſeuntes cum præda exciperet, atque hac ſe occaſione ditaret; a Maximiano juſſus occidi, purpuram ſumpſit, & Britannias occupavit:* Hæc ipſe. Sed res tunc geſtas adverſus milites Chriſtianos, idem qui ſupra auctor enarrare pergens, hæc ſubdit:

XXIII. Mauritani martyres.

Eodem vero tempore de Mauritania, quæ eſt pars Africæ, finitimiſque regionibus milites ab Imperatore propter frequentes Gallorum tumultus evocati, in Galliam navigio venerunt; quorum trecenti quinquaginta pro fide Catholica truci-

cidati, cum beato Gereone ejuſque ſociis, beatorum corporum quietem, & veneratione perpetuam delegerunt: Hucuſque de militum coronis Helinandus, qui poſt hæc narrationem inſtituit de eorumdem ſanctorum reliquiis digne memoriis illuſtratis. Porro horum omnium natales dies tabulis Eccleſiaſticis habentur adſcripti, quibus eorumdem celebritas quolibet anno vertente recolitur. Hæc autem temporibus Marcellini Papæ eſſe geſta, non tantum qui ſupra Eucherius fidem facit, ſed & qui horum martyrum res geſtas eadem eſt proſecutus oratione; licet ſciamus hæc de Carauſio ad exordia Imperii Maximiani referri.

XXIV. Floriani, & ſociorum martyrium.

Tunc quoque accidiſſe putamus, ut Laureaci in Norico Ripenſi quadraginta milites, Chriſtianitatis quoque cauſa graviſſima paſſi ſint; quos martyrii cupidiſſimus adiens commilito Florianus, oblatus Præſidi Aquilino, iiſdem veſtigiis confeſſionis inſiſtens, iterum atque iterum fuſtibus cæſus, & ſcapulis acutis clavis confoſſus, ſuſpenſo ad collum lapide in Aniſum fluvium præcipitatur quarto Nonas Maii (*a*), qua die anniverſaria illius celebritas recurrit: de ejus corporis inventione, & miraculis ibi fieri ſolitis, ejuſdem Acta in fine habent.

(*a*) *Mart. Rom. ea die. Sur. 3. ea die.*

XXV. Maximianus qualis.

Hæc, & alia complura id genus in Chriſtianos milites meditatus eſt Maximianus, homo (ut ait Victor) naturaferox, ardens libidine, conſilio ſtolidus, ortu agreſti, Pannonioque, & (ut addit Eutropius) incivilis ingenii, aſperitatem ſuam, & vultus horrore ſignificans. Sed & Julianus Apoſtata in Cæſaribus eumdem egregiis ignominiæ notis ſugillat; quod acerbus, & intemperatus eſſet, rerum novarum cupidus, & perfidiæ plenus; ob idque a bonorum Principum conſortio a Sileno fingit excluſum.

XXVI. Milites Chriſtiani in Oriente vexati.

Porro non tantum, his temporibus, in Occidente, ſed & in Oriente quoque vexatos eſſe milites Chriſtianos, teſtatur Euſebius in Chronico; qui hoc ipſo anno Diocletiani Imperatoris decimoquarto hæc ait: *Veturius Magiſter militiæ Chriſtianos milites perſequitur: paulatim, ex illo jam tempore perſecutione adverſus nos incipiente:* Hæc ibi. Verum tam in Oriente, quam in Occidente, ac præſertim Romæ, non nunc primum, ſed ipſo prope exordio ejus Imperii (ut dictum eſt) quibuſdam præludiis, agentibus Gentiliciæ ſuperſtitionis Pontificibus, & Proconſulibus in provinciis, nonnullos martyres eſſe paſſos, certa eorumdem martyrum Acta ſuperius recenſita exploratiſſimam fidem faciunt; quæ martyria licet frequentia fuerint, & immania; habito tamen reſpectu ad ingruentem poſtea tempeſtatem, nullius prope momenti ac plane levia videri Euſebio, vel aliis potuerunt, quem de iis quæ agerentur in Palæſtina, ubi degebat, putamus intellexiſſe; cum alioqui non neget, ſed æque confirmet, perſecutionem in Chriſtianos, pedetentim a nece Chriſtianorum militum inchoatam.

XXVII. Conſilium Diocletiani.

Qui enim penitus convellere Chriſtianam religionem decreverant, ſic ejus primum vires infringere aggreſſi ſunt, Chriſtianos milites tollendo; ne, cum in reliquos omnes publica eorum per Orbem edicta ſævirent, ipſaque furens perſecutio graſſaretur, eſſent qui obſiſterent armati milites Chriſtiani. Digna plane atque rationabilis hæc illis viſa eſt cauſa in milites ſæviendi; ne quando iidem, cum viderent Imperatorum conſilium de extirpanda penitus religione Chriſtiana, turbas cierent, & tumultuantes ſeceſſionem facerent ac rebellarent. Vel quod cum infame penitus haberetur Chriſtianorum hominum genus; qui militia nobiles gravi notati eſſent infamia ex nomine Chriſtiano, acerba animadverſione digni haberentur; nam ſecundum quod Macer ſcripſit de Re militari (*b*): *Quædam delicta pagano aut nullam aut leviorem pœnam irrogant; militi vero graviorem; ita tamen, ut ſi miles artem ludricam fecerit, &c.* Sane quidem qui deſertores deorum eſſent, uti Chriſtiani, præ cæteris pœna digni ab Imperatoribus habebantur.

(*b*) *l. quædam. ff. de pœnis.*

XXVIII. (*c*) *Euſeb. l. 8. c. 4.*

De ejuſmodi perſecutione a militibus cœpta hæc habet Euſebius (*c*): *Paulo ante illud tempus, cum qui Imperii domi-*

riam obiter perſtrinxiſſe, hominem alioqui laudum Conſtantii prodigum: *cap. 10. proculcata eſſet Alamannia.* Verum hinc intelligere poterat Vir doctiſſimus, eam Eumenii Orationem, quæ tota eſt de recuperata Britannia, ac coram Conſtantio Cæſare recitata, vel ſub finem præcedentis anni, vel currentis initio, antequam ſcilicet Barbari in Gallias irrupiſſent, habitam fuiſſe; alioquin amplam illam Conſtantii laudandi materiam Orator non prætermiſiſſet, qui nec verbum quidem in eo Panegyrico de eo habet. Verba enim laudata ad victorias alias de Alemannis reportatas referuntur. Hinc Eumenius cap. 5. antequam de expeditione ac victoria Britannica loquatur, ait: *Adorata ſint igitur mihi Sarmatica expeditiones, quibus illa gens prope omnis extincta eſt, & pene cum ſolo nomine relicta, quo ſerviat. Dent veniam trophæa Nilaces,* (de Achilleo nempe victo & Alexandria capta) *ſub quibus Æthiops & Indus intremuit. Contenta ſit voce gloria ſua etiam proxima illa ruina Carporum.* (quæ anno CCXCV. contigit) *Reſervetur nuntiis jam jamque venientibus Mauris immiſſa vaſtatio. Aliis hæc, permittente Majeſtate veſtra, celebrabo temporibus.*

IX. *Eumenii Oratio antevictas Alemannos Conſtantio dicta.*

Cum itaque Eumenius victorias a Conſtantio Collegis reportatas enumeret, ſeque eas alio tempore celebraturum promittit, nullamque victoriæ Alemannicæ, quæ Conſtantio propria erat, mentionem faciat, apparet, quando hæc Oratio recitata, eam nondum relatam fuiſſe. Quando autem Eumenius hunc Panegyricum dixit, Maximianus Herculius in Mauritania pugnabat, non contra Quinquegentianas gentes, ut Vir doctus exiſtimavit; eæ enim in Libya ſitæ; ſed contra alios populos in Mauritania poſitos, de quorum clade nuntii expectabantur. Unde Incertus in Panegyrico Maximiano & Conſtantino dicto cap. 8. Maximianum Herculium alloquens ait: *Tu ferociſſimos Mauritaniæ populos inacceſſis montium jugis, & naturali munitione fidentes expugnaſti, recepiſti, tranſtuliſti;* quod hoc anno contigiſſe videtur.

X. *Perſecutio a militibus cepit.* Baron. n. XXXV.

Euſebius in Chronico juxta editionem Pontaci ad annum Abrahami 2305. qui Kal. Octobris anni Chriſti CCXCVIII. inchoatur, ait: *Veturius Magiſter militiæ Chriſtianos milites perſequitur, paulatim ex illo jam tempore perſecutione adverſus nos incipiente.* In editione ejuſdem Chronici Scaligeriana, hæc uno anno tardius conſignantur. Anno itaque ſequenti perſecutio adverſus milites decreta, de qua legendus Euſebius in Hiſtoria lib. 8. cap. 4. & Lactantius lib. de Mortibus Perſecutorum, cujus verba mox recitavimus. Legenda etiam quæ de ea perſecutione anno CCCII. ſcripſimus. Porro cum dicat Euſebius paulatim ex illo jam tempore perſecutionem adverſus Chriſtianos incepiſſe, liquet hallucinatos Viros doctiſſimos, qui autumarunt militum perſecutionem anno tantum CCCII. decretam fuiſſe.

XI. *Martyrium S. Gelaſini mimi.*

Auctor Chronici Alexandrini ad Conſulatum Maximiani Herculii V. & Maximiani Jovii Cæſaris II. currenti nempe anno, ait: *Anno CCLXIX. Domini in cœlos Aſſumptionis, ac iiſdem ſupra nominatis Coſſ. martyrio vitam finivit Sanctus*

*natum & potentiam occupabat, esset tamquam e gravi & temulento sopore excitatus; atque adeo tempore inter Diocletianum * & Galerium interjecto, clam, & ex occulto primum in Ecclesiæ Dei invaderet, non quasi acervatim bellum contra nos suscipiendo, sed eos solos qui in exercitu Romano militiam exercebant, pedetentim adoriendo (nam si prius cum illis concertans, superior forte discederet, reliquos ea ratione facile posse capi putabat) permultos eorum qui in militia versabantur, cernere potuisses, qui subeuntibus animis vitam tenuem & abjectam amplexari maluerunt, quam pietatem & cultum erga Deum universarum rerum opificem aliquando negare.*

(*) *Decium & Gallium.*

Persecutio cœpta in milites Christianos.

XXIX. Segreguntur milites Christiani.

Ubi autem Dux, quisquis tamen ille fuerit, jam tum primum contra eos, qui ex nostris in exercitu Romano militabant persecutionem excitaverat, & illos ab aliis militibus in quorum numerum relati erant, segregaverat, sejunxeratque; & liberam optionem dederat vel honoris perfruendi, si edicto obsequerentur; vel ejusdem amittendi, si resistèrent; multi admodum qui veri regni Christi milites erant, nulla mora interposita, fidei in eum confessionem, falsæ & adumbratæ gloriæ, quæ in mundo fruerentur, sine ulla dubitatione prætulerunt. Inter quos jam, licet numerus perexiguus, quandoquidem Dux lentius & moderatius adhuc in nos tendebat insidias, & paucorum admodum sanguinem fundere aggrediebatur: propterea quod multitudo Christianorum illum (ut erat verisimile) deterruit; & animum ejus, ne bellum contra omnes simul conciaret retardavit; licet inquam numerus perexiguus, unus tamen & alter non modo dignitatem amittere, sed mortem etiam pro veræ pietatis defensione oppetere voluerunt. At postquam apertius rem erat aggressus: nulla oratione aut dicendi vi explicari potest, quot & quam insignes Christi martyres his, qui civitates quasque & regiones incoluerunt, oculis cernere licuisset.

XXX. Ingens militum numerus passus.

Hucusque Eusebius de persecutione in milites primum omnium inchoata; ipse vero ab eo tempore quo generale edictum est promulgatum in omnes ubique Christianos agentes, narrationem exorditur; cum tamen plurima Christianorum militum certamina obvoluta penitus silentio prætermiserit; nam si ex iis qui in Occidente passi sunt Christiani milites, rationem ducere & conjecturam facere licet de iis qui agebant in Oriente militibus; quorum, ob apparatum Persici belli, Ægyptiosque tumultus, ingentes fuisse copias, certum exploratumque videri debet; de iis qui inter eos militabant Christianis, quibus legiones fuisse refertas jam diximus, magnam cædem esse patratam quis neget? At quæ, scriptorum inopia, egregia Christianorum militum pro fide certamina obscura remanserant, illorum saltem, qui in occidente commilitones sunt passi, illustrantur exemplo; licet nec horum omnium fuerint præclara facinora scriptorum memoriæ commendata, nec nostri sit instituti omnium martyrum hic Acta conscribere, sed nonnullorum quæ certis probatisque auctoribus egregie testata omni ex parte reddunturs; ex quibus etiam de reliquis, quorum nulla extant scriptorum monumenta, quæ quantave passi sint, probe liceat facere conjecturam.

Du-

ctus Gelasinus in Heliopolitanorum urbe Libanensi (est urbs Episcopalis Provinciæ Libani.) *Hic cum secundus esset mimus* (id est, *secundarum partium* juxta Ciceronem divinatione in Verrem) *ac publici celebrarentur in theatro Ludi, spectante populo, in magni balnei solium aqua tepida plenum ab aliis mimis injectus est, Christianæ religioni, sanctoque baptismo illudentibus. Ipse vero Gelasinus secundus mimus baptizatus, & ex solio balnei egressus, candidis indutus vestimentis, in theatrum prodire deinceps veniens, dicens*: Christianus sum, vidi enim in solio tremendam gloriam, & Christianus morior. *Quod cum vidisset populus qui in theatro Heliopolitanorum spectabat, furore succensus, ex gradibus in scenam irruens, arreptum Gelasinum, ac theatro cum ipsis candidis, quæ indutus erat, vestibus ejectum, lapidibus obruit atque interfecit.* Colitur a Græcis Gelasinus, seu Gelasius die XXVII. mensis Februarii, ad quem diem de eo Bollandus agit. Ejus non meminit Baronius.

I. Marcelli Centurionis Acta.

DUcentesimus nonagesimus octavus Christi annus Fausto & Gallo Consulibus adscribitur Fastis; quo persecutio in Christianos milites sæpe grassari cœpta, longe lateque diffusa, totum Christianum orbem Imperio Romano subjectum invasit. Sed inter alios egregios milites, qui Christi nominis causa afflictati sunt, magnopere martyrium Marcelli Centurionis elucet, qui Tingi in Mauritania passus est. Extant ejus Acta, & quidem fidelissima, eademque perbrevia. Quæ apud nos habentur, eadem pene sunt cum illis quæ habentur edita (*a*). Citantur (*b*) alia consignata hujus anni Consulibus Fausto & Gallo. Nos vero, quæ habemus præ manibus, hic describimus; sic enim se habent.

(*a*) *Apud Sur. 1. v. die 30. Octob.*

(*b*) *Citat. Vasæ in Chron. ex Brev. Ebor.*

II.

In civitate Tingitana, procurante Fortunato Præside, advenit natalis dies Impe-

PAGIUS

SÆC. III. Anno Urbis 1051. Olymp. 269. an. 2. A. C. 298.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5791.

⊙ 27. B. ☽ 14. P. 14. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 298.

MARCELLINI PAPÆ 3.

DIOCLETIANI IMP. 15. MAXIMIANI HERCULII IMP. 15.

I. Consules.

[1] ANum. I. ad X. Coss. *Anicius Faustus II. & Severus, Gallus*, ut recte Auctor Chronici Alexandrini, qui cum Consulatus suffectos pro more non numeret, iterati Fausti Consulatus non meminit; verum in Fastis Theonis, in Cæsareis in Anonymo Cuspiniani, & in libello de Præfectis Urbi Faustus cum numerali nota editur. *Diocletianus*, qui sub Basso iterum Consule Quinquennalia, sub Fausto secundum Consule Quindecennalia in Oriente, quemadmodum & in Occidente *Herculius* Imperii Cæsarei Quindecennalia dedit.

Imperii Cæsarei Herculius, Augustei Diocletianus Quindecennalia edidit.

II. *Militum persecutio.*

[2] Persecutio adversus milites hoc anno inchoata, ut recte Prosper in Chronico. Sicut igitur persecutio generalis in ipsis utriusque Augusti Vicennalibus cœpit, sic & ejus quædam velitatio in utriusque Quindecennalibus. Quare martyrium *S. Marcelli* Centurionis a præsenti anno non removendum, cum in Chronico Vasæ, & Breviario Eborensi sub hujus anni Consuli-

Baron. n. 1. & seqq.

NOTÆ

[1] Coss. *Anicius Faustus II. & Severus Gallus*. Inscriptio vetus apud Boldettum ad Cœmeteria sacra pag. 83. num. 18. & pag. 461.

D. M.
P. LIBERIO. VICXIT
ANI N. II. MENS. N. III.
DIES. N. VIII. R. ANICIO
FAUSTO ET VIRIO GAL
LO CONS.

Sigla R. forte *Recessit* Significat, nempe *obiit*. Lapis Christianus inter antiquas Inscriptiones Etruriæ P. I. pag. 219. eruptus ex cœmeterio Cyriacæ, litteris Græcis exaratus, quæ sic Latine redduntur:

QEIIT. ANTE DIEM XIII. KAL.
NOVEMB. FAUSTO ET
GALLO COSS.

Inscriptio apud Contelorium in libel. de Præf. Urbi:

SIMULACRUM. MINERVAE
ANICIUS. ACILIUS. AGI
NATIUS FAUSTUS &c.

Itaque alia sunt nomina Fausti præter *Anicium*; ut & *Gallo*, non *Severi*, sed *Virii* nomen est. Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii laterculi: *Fausto II. & Gallo*. Prosperi Chronicon: *Fausto & Gallo*.

[2] JUvat hic referre Inscriptionem, quæ ex Inscriptionibus Etruriæ in superiori Nota producta est, & servari apud se tradit Cl. Buonarroti in suis *Osservazioni sopra i vetri &c. Florentiæ* 1716. Sic igitur concepta est litterisque Græcis descripta: *Simplicia quæ & Kalimenos, vixit annis* 11. *diebus . . . obiit tertiodecimo Kal. Novembris, Fausto & Gallo Consulibus*. Porro non una hinc animadversio occurrit. Primo Faustus enunciatur hic (quod & servatur in reliquis omnibus Inscriptionibus superius productis) absque numerali nota; quod si admittatur, non erit cur prior *alius* Consulatus Fausti suffectus statuatur. Secundo his consulibus notatur annus 298. qui emortualis dicitur piæ illius fœminæ cujus sepulcrum cum martyrii præferat insignia, ut idem Buonarroti innuere videtur, facile inde colligimus persecutionem hujus anni indictam in Clericos, adhuc tamen & reliquos Fideles asperisse.

Marcellus abstinet a sacrificiis.

peratoris. Ibi cum omnes in conviviis epularentur atque sacrificarent; Marcellus quidam ex Centurionibus legionis Trajanæ, profana reputans illa convivia, rejecto etiam cingulo militari coram signis legionis, quæ tunc aderant, clara voce testatus est, dicens: Jesu Christo Regi æterno milito. Abjecit quoque vitem & arma; & addidit: Ex hoc militare Imperatoribus vestris desisto, & deos vestros ligneos & lapideos adorare contemno, quæ sunt idola surda & muta. Si talis est conditio militantium, ut diis & Imperatoribus sacra facere compellantur; ecce projicio vitem & cingulum; renuncio signis, & militare recuso: Hæc Acta.

III. Vitis insigne Centurionis.

Quod vero hic dicitur Marcellus Centurio vitem projecisse & cingulum; erat vitis insigne Centurionum, quam manu gestarent, eaque in delinquentes milites animadverterent; unde apud Juvenalem (*a*) de Mario gregario olim milite sub Centurione:

(*a*) *Juven. sat.* 8. *Plin. l.* 14. *c.* 1. *Tacit. Annal. l.* 1.

Nodosam post hæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Sed & Plinius: *Centurionum* (inquit) *in manu vitis & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat:* Nempe quod nobili ligno iidem delinquentes verberarent. Sed est & illud Taciti in animadversione militum per Centuriones exhiberi solita ligno vitis, hæc dicentis de Lucillo Centurione sævissimo: *Centurio Lucillus interficitur; cui militaribus facetiis, Cedo alteram, indiderat; quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, & rursum aliam poscebat.* Porro Centurioni vite verberanti reluctari minime sine pœna licebat; nam sic Macer in libro de Re militari, de milite irreverente (*b*): *Si vitem tenuit, militiam mutat;* nempe in gradum inferioris ordinis redigatur; rursum: *Si ex industria fregit, vel manum Centurioni intulit, capite punitur:* Hæc ipse ex præscripto veteris disciplinæ. Judicare subditos sibi milites Centurionem, est illud quoque Juvenalis (*c*):

(*b*) *l. milites agrium §. is autem, vers. si vitem ff. de re milit.*

(*c*) *Juven. satyr.* 16.

——justissima Centurionum
Cognitio est igitur de milite, &c.

Sed post hæc Acta: *Stupefacti sunt autem milites ista audientes; tenuerunt eum, & nunciaverunt Astasiano Fortunato Præsidi legionis; qui jussit eum conjici in carcerem. Finitis autem epulis, residens in Consistorio præcepit introduci Marcellum Centurionem. Introductoque Anastasius Fortunatus Præses ei dixit: Quid tibi visum est, ut contra disciplinam militarem te discingeres, & baltheum ac vitem projiceres?* Hæc ibi modo. In desertores quosque militaria jura sæviisse, multo magis autem si desertioni miles aliud quoque crimen adjungeret, scripsit Arrius Menander de re militari (*d*): quamobrem gravissima visa est causa Marcelli; qui desertioni addidisse videretur impietatem, atque crimen, ob contentos Principes Majestatis; cum alioqui omnis contumacia adversus Ducem & Præsidem capite puniri soleret (*e*). Sed quid ad hæc Marcellus? Acta narrant his verbis:

IV. Quæstio habetur de Marcello.

(*d*) *l. non omnes §. qui desertioni ff. de re milit.*

(*e*) *l. omnes. §. contumacia ff. eod.*

V.

Marcellus respondit: Jam die duodecimo Kalendarum Augustarum apud signa legionis istius, quando diem festum Imperatoris celebrastis, publice clara voce respondi, me Christianum esse, sacramento hinc militare non posse, nisi Jesu Christo Filio Dei Patris omnipotentis. Quænam autem ratio esset, ut, qui hactenus militasset, jam sibi amplius militare non licere contestaretur; ex iis quæ superius dicta sunt de aliis militibus Christianis, pietatis causa necatis, illam fuisse liquet quod Imperatores cogerent milites omnes diis sacrificare. Sed Acta rursum: *Anastasius Fortunatus Præses dixit: Temeritatem tuam dissimulare non possum; & ideo perferam Imperatoribus, & Cæsari ipsi. Sanus transmitteris ad dominum meum Aurelianum Agricolaum, agentem vicem Præfectorum prætorio. Mittitur sub custodia Marcellus Centurio in Mauritaniam Tingitanam, ad Aurelianum Agricolaum.*

Marcellus mittitur ad Agricolaum.

VI.

Cur autem a Præside legionis ad Præsidem Mauritaniæ amandaretur Marcellus Centurio, ea hic causa redditur, quod Aurelius Agricolaus, provinciæ Præses, vicem ageret Præfecti prætorio; cujus in milites quoque summum jus erat; utpote qui locum teneret Magistri equitum, qui secundam post Dictatorem, cui socius accedebat, potestatem haberet (*a*); jure igitur reus Centurio religionis & militiæ violatæ, ab Anastasio Fortunato legionis Præside, ad Agricolaum agentem in Mauritana vicem Præfecti prætorio mittitur; cum alioqui ad quemvis Præsidem provinciæ minus mittendus fuisset, cum Præsidis legionis esset in suos milites delinquentes, illo absente, legibus agere; de cujus jurisdictione hæc Vegetius:

(*a*) *l. v. ff. de offic. Præfect. prat.*

Legitimus judex militum.

Proprius autem Judex erat Præfectus legionis, habens continue primi ordinis dignitatem; qui absente Legato, tamquam vicarius ipsius, potestatem maximam retinebat. Quamobrem de provinciarum Præsidibus jure cautum erat, ut delinquentem militem mitterent judicandum ad suum Ducem. Id enim Modestinus testatur, cum ait (*b*): *Desertorem auditum ad suum Ducem cum elogio Præses mittet; præterquam si quid gravius ille desertor in ea provincia, in qua repertus est, admiserit; ibi enim plecti debere, ubi facinus admissum est, divi Severus & Antonius rescripserunt.* Hac quoque ratione accidit, ut reperiantur complures milites Christiani a provinciarum Præsidibus pœnis affecti, & ultimo supplicio condemnati; quod nimirum ibi Christiani ii esse detecti fuissent, vel agerent vicem Præfecti prætorio, ut hic Agricolaus. Post hæc ibi:

(*b*) *l. Desert. ff. de re militum.*

VII. Acta coram Agricolao.

Sequuntur Acta Marcelli Tingi in Mauritania coram Aureliano Agricolao die tertia Kalendarum Novembrium. In civitatem Tingitanam introducto Marcello ex Centurionibus; ex Officio dictum est: Anastasius Fortunatus, Præses legionis, Marcellum ex Centurionibus præsentem, ad tuam potestatem transmittit. Præsto est epistola super nomen ejus; quam, si præcipis, recito. Agricolaus dixit: Recitetur. Ex Officio dictum est: miles hic, rejecto cingulo militari, Christianum se esse testatus, coram omni populo in deos & in Cæsarem multa blasphema locutus est; ideo eum ad te direximus, ut, quod ex eodem claritas tua sanxerit, jubeas observari.

VIII.

Recensitis itaque litteris, Agricolaus dixit; Locutus es hæc apud Acta Præsidialia? Marcellus dixit: Locutus sum. Agricolaus dixit: Quo furore accensus es, ut projiceres sacramenta, & talia loquereris? Marcellus respondit: Furor nullus est in eis qui timent Dominum. Agricolaus dixit: Singula hæc locutus es, quæ in Actis Præsidialibus continentur? Marcellus dixit: Locutus sum. Agricolaus dixit: Projecisti arma? Marcellus respondit: Projeci; non enim oportet Christianum hominem molestiis sæcularibus militare, qui Christo militat: Hæc ipse. Quod pertinet ad quæstionem de projectis armis; per grave ejusmodi crimen videri poterat; nam si scutum, galeam, vel gladium alienando, desertionis criminis (ut Paulus

Dejectio armorum grave crimen.

PAGIUS

sulibus accidisse dicatur, & Acta S. Marcelli a Surio die XXX. Octobris & a Ruinarto in Actis sinceris primorum Martyrum relata hanc temporis notam præferant: *Jam die XII. Kalend. Augustarum, quando diem festum Imperatoris vestri celebrastis, publica voce respondi, me Christianum esse*, inquit Marcellus, qui in civitate Tingitana Herculio subdita passus est. Quæ verba non de genuino Herculii Natali, quod singulis annis celebrabatur, sed de Natali ejus Imperii Cæsarei intelligenda. Dies autem natalis Imperii nonnisi singulis quinquenniis, decenniis, ac deinceps festus habebatur. Eusebius lib. 8. in Appendice de Martyribus Palæstinæ cap. 2. scribit, *S. Romanum* ante diem *XV. Kalend. Decembris*, anno primo persecutionis Dioclctianeæ, Christi scilicet CCCIII. martyrio coronatum fuisse; & ubi narravit, S. Martyri linguam abscissam esse, ait: *Post quod supplicium contrusus in carcerem ac diutissime ibidem maceratus, tandem cum Imperatoris Vicennalia jam adessent, & ex solemni more universis qui in custodia tenebantur, indulgentia publice per præconem annunciata esset, martyrio, sicut optaverat, exornatus est*, die nempe XV. Kal. Decemb. [1].

Antequam liber de Mortibus Persecutorum publicatus fuisset, non dubitabam, quin Eusebius intelligendus esset de Vicennalibus Diocletiani, quæ Consulatus VIII. anno CCCIII. susceptus, tunc peracta indicabat. Et licet *XV. Kal. Octobres* Imperii ejus Natali celebrari debuissent, dilata fuisse autumabam in XII. Kal. Decemb. quem suspicabar Imperii Cæsarei Herculii

III. *Dies natalis Imperii Cæsarei Maximiani Herculii explicatur.*

NOTÆ

[1] IMperii Cæsarei Maximiani exordium diei XII. Kal. Augusti illigandum esse hic quidem asserit Pagius immemor eorum quæ supra ad A. 282. 12. operose stabiliverat, nempe natalem illius ad XII. Kal. Dec. revocandum esse. Sed revera exordium illud Maximiani ad diem XII. Kal. Augusti referendum supra in Nota ad A. 284. 12. probavimus.

PAGIUS

culii Natalem esse, eoque anno, quo passus est Marcellinus, Quindecennalia Imperii ejus Cæsarei aliquot mensibus anticipata fuisse. Augusti enim & Cæsares, si Decennalia & id genus festa vel differre vel antevertere contingeret, non alio die ea celebrabant, quam die natali, vel die natali Collegarum, vel saltem die ejusdem denominationis cum eo, quo Imperium iniissent. *Herculius* autem die Kal. Aprilis Augustus dictus, *Diocletianus* XV. Kal. Octobres purpuram sumsit: neque enim Herculius a Diocletiano anno CCLXXXIV. XII. Kalend. Augusti Cæsar creari potuit, cum eo die Diocletianus nondum Imperator esset. Quare persuasum mihi erat, ideo *Herculium* XII. Kalend. Aug. Quindecennalia celebrasse, quia anno CCLXXXIV. XII. Kalend. Decembres, Cæsar nuncupatus fuerat, alioquin *Diocletianus* anno CCCIII. post diem XV. Kalendas Decembris, Vicennalia non edidisset. In ea mente animum obfirmabam, quia omnes loci Eusebii citati quæ afferebantur interpretationes, frivolæ & inanes mihi visæ. Aliqui enim dicebant, præfatum locum mendosum esse, ac loco *Novembris*, legendum esse *Septembris*, quo mense Diocletianus Imperium capessierat; quasi vero Imperatores nunquam aliis mensibus, quam quibus Imperium susceperant, has festivitates exhibuissent. Alii suspicabantur, Diocletianum, uti postea Constantinum, Vicennalia iteratse; quod cum de Constantino falsum sit, de Diocletiano asseri non poterat. Alii Eusebii verba ad Herculium nullo modo referri volebant, quod eum nunquam fuisse Cæsarem existimarent. Dum in ea mente eram, in lucem editus est liber Lactantii de Mortibus Persecutorum, qui omnem scrupulum ex animo tandem evulsit; cap. enim 17. ait: *Diocletianus perrexit Romam, ut illic Vicennalium diem celebraret, qui erat futurus ad XII. Kalendas Decembres*: qui dies cum non posset esse natalis Imperii Diocletiani, nec ab eo eligi ad præfata solennia, decimus enim quintus Kalendas Decembris electus fuisset, cum XV. Kal. Octobris purpuram induerit, sequitur omni-

(a) l. qui commeatus, §. arma ff. de re milit.

lus (a) de pœnis militum scripsit) miles reus constituebatur; quanto magis si contemptu militiæ projecisset. Quamobrem audita de projectione armorum Agricolaus Marcelli confessione, mox in eum mortis sententiam tulit, ut quæ sequuntur Acta declarant. Sed quod Marcellus de armorum projectione eam afferat causam, quod non deceat Christianum hominem sæcularibus molestiis militare; per sæculares quidem molestias intellexisse militiam ejus temporis, quam nonnisi dispendio fidei Christianæ exercere possent, quod immolare diis milites cogerentur, superius dicta aperte declarant.

IX. Sententia in Marcellum.

Sed quid post hæc Præses? Agricolaus dixit; ita se habent facta Marcelli, ut hæc disciplina debeant vindicari. Atque ita Agricolaus in Marcellum Centurionem dictavit hanc sententiam: In Marcellum, qui Centurio ordinarius militabat, qui abjecto publice sacramento, polluisse se dixit; & insuper apud Acta Tribuni alia verba furore plena deposuit: animadverti placet. Cum ad supplicium duceretur, dixit Agricolaus: Nec tibi Deus benefaciat. Sic enim decebat martyrem ex hoc mundo discedere. Cæsus capite occubuit pro nomine Domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in sæcula. Amen: Hactenus Marcelli Acta, hoc anno, dictis Consulibus (ut demonstratum est) consignata. Porro ejusdem Marcelli triumphi fuerunt quoque participes illius filii, numero duodecim, nimirum Claudius, Lupercus, Victorius, Facundus, Primitivus, Hemetherius, Chelidonius, Faustus, Januarius, Martialis, Servandus, & Germanus; qui omnes pro Christi confessione idem subeuntes certamen, eadem quoque sunt corona martyrii insigniti.

X. Milites ad opus Thermarum damnati.

Victus autem Maximianus constantia militum Christianorum, non eos amplius gladio demeti, velocique martyrio necari voluit; sed ut eos, more servorum, diuturno labore fatigaret, ad opus damnavit. Erigere enim aggressus erat ingentes ædificiorum moles, nempe Romæ Thermas Diocletianas, Charthagine vero in Africa suo nomine Maximianas, quarum operi milites Christianos adscripsit. Hoc namque anno decimoquinto Imperii Diocletiani (inquit Eusebius b) *Thermæ Diocletiani Romæ factæ, & Maximianæ Carthagine.* Verum non hoc anno perfectæ; sed cœptæ esse dicendæ sunt, quæ post annos septem absolutæ & ornatæ a Constantio & Maximiano Augustis, necnon a Severo & Maximino Cæsaribus sunt dedicatæ, & publico usui mancipatæ, de quibus extat ejusmodi vetus (c) inscriptio: CONSTANTIUS ET MAXIMIANUS INVICTI AUGG. SEVERUS ET MAXIMINUS CAESS. THERMAS ORNAVER. ET ROMANIS SUIS DEDICAVER. Hæc denotasse voluimus, quod integro isto septennio, quo tam immensæ molis opus, Thermarum Diocletiani Romæ ædificatio, perduravit, Christiani eidem adscripti sunt operi, & tot annorum spatio eodem labore fatigati; erant enim illæ (ut Marcellini (d) verbis utar) in modum provinciarum extructæ, præ incredibili sui amplitudine.

(b) Euseb. in Chronic.

(c) Apud Panvin. in Fast.

Thermæ Diocletianæ Romæ.

(d) Marcell. l. 16.

XI.

Huic igitur operi construendo Maximianus inter alios milites Christianos, illos adscripsit, de quibus hæc in ipso exordio Actorum Marcelli (e) Papæ habentur: *Tempore illo, quo Maximianus ex partibus Africæ rediit in urbem Romam, volens placere Diocletiano Augusto, ut in nomine ejus Thermas ædificaret; cœpit ob invidiam Christianorum omnes milites, sive Romanos, sive alterius gentis, ad afflictionem laboris compellere, & per varia loca alios ad lapides, alios ad arenam fodiendam damnare.* In ignominiam plane Christianæ religionis qui militia nobiles essent, iidem ab Imperatoribus persecutoribus contemptibilioribus subjiciebantur pœnis; nam nonnisi sordidiores personas ad opus publicum damnari solitas, Paulus (f) Jurisconsultus declarat, cum ait: *Si sordidiores personæ erunt, in opus publicum ejus temporis dabis:* & hoc contra ipsorum leges quibus Modestinus (g) affirmat non licere militem nec ad metalla damnari, neque torqueri. Sic videas Christianos milites transfugarum loco habitos, quos (ut idem ait Jureconsultus b) liceret torquere, & ad bestias atque furcas quoque damnare; quibus sane suppliciis Christianos milites affectos sæpe fuisse, complura demonstrant exempla, quamvis nihil horum pati

(e) Apud Sur. t. 1. die 16. januarii.

Vilioribus pœnis affecti milites Christiani.

(f) l. Pedius §. non plurium ff. de incend. ruin. & naufrag.

(g) l. 3. §. nam in ff. de re mil.

(h) Eadem leg. §. ii qui ad hostem.

ti debere milites, esset eorum legibus constitutum.

XII. De his qui damnatis ad opus ministrabant.

Rursum vero de aliis quoque tunc ad illud ipsum opus damnatis, mentio habetur in dictis Actis S. Marcelli Papæ; in quæ tamen mendum irrepsisse puto, ut quæ ibi primo loco dicuntur facta sub Marcello & a Marcello, contigerint sub Marcellino; sicque pro Marcellino Marcellus, cujus tamen sunt Acta posteriora, errore sit scriptus: nam hoc tempore Maximiani Herculii Romanæ Ecclesiæ Marcellinum non Marcellum præfuisse, quæ sumus inferius dicturi ex notatis Consulibus satis aperte declarant. Hoc igitur tempore, quo Maximianus ex Africa Romam veniens, Thermas ædificare aggressus est, Marcellino Romæ sedente: *Christiani milites* (inquiunt Acta a) *cum ad opus illud damnati essent; Thraso, qui Christianus vir potens & facultatibus locuples, & vita fidelis erat, cum vidisset affligi Christianos fatigatione, & labore, de sua facultate sanctis martyribus alimoniam & victum ministrabat per viros Christianos Sisinium, Cyriacum, Smaragdum, & Largum. Hoc audiens B. Marcellinus * Urbis Romæ Episcopus, gaudio repletus est; cumque ab illis ad se accersitis rem omnem didicisset; initio consilio, consecravit Sisinium, & Cyriacum diaconos Ecclesiæ Romanæ.*

(a) Act. S. Marcellini Pap.

* Marcellus.

XIII. Sisinius & Cyriacus diaconi damnati ad opus.

Factum est autem, ut una nocte, dum deferrent humeris suis sanctis martyribus victum, quem Thraso ministrabat: tenti sunt a militibus Gentilibus, & perducti ad Tribunum Spurium. Suscipiens autem eos Tribunus, retrusit in custodiam publicam. Post diem vero tertium nuntiavit Maximiano Augusto; qui jussit ut sub custodia foderent arenam, & humeris suis portarent usque ad locum ubi Thermæ ædificabantur. Erat autem vir senex inter eos, nomine Saturninus, qui jam senectute maceratus erat; & cœperunt eum ad portandum juvare. Hoc cum fieri viderent custodes quia Sisinius & Cyriacus Diaconi suas & aliorum sarcinas cum adiutorio Christi portarent, mirati sunt, & nunciaverunt Tribuno Spurio. Quo modo autem iidem fuerint arctiori custodiæ mancipati, & divina operante virtute complures ad fidem Christi converterint, ac tandem cum ipsi, tum alii martyrio coronati sint, eadem Acta declarant, in nonnullis tamen corrigenda.

XIV. Maximi ducis certamen.

Inter quamplurimos milites Christianos quos diximus a Maximiano operi adscriptos esse; præter alios quorum memoria excidit, clarissimus ille extitit Christi martyr Maximus, dux Millenarius qui a puero Christianus, alios quos poterat ad Christi fidem suscipiendam inducebat: & inter alios, centum viginti milites sibi subjectos cum ad fidem convertisset, Marcello Papæ baptizandos tradidit. Hæc cum Maximianus Imperator audisset, eosdem militia privatos ad servile Thermarum opus adscripsit, nempe ad fodiendam arenam. Sed bene accidit, ut cæteri Maximo olim subjecti milites, quos ipse paternis officiis demeruisset, sæpe eum ac cæteros commilitones in arenario laborantes inviserent: quibus Maximus præmia vitæ eternæ, & supplicia malorum sempiterna inculcabat; quorum gratia, nempe ut assequeretur illa, ista vero caveret, diceret se libentissime pati dispendium ordinis honestissimi, atque obire opus servile; quibus illi persuasi, ad Christi fidem amplexandam prompto animo additi sint.

XV. Maximi & sociorum martyrium.

Quod intelligens Marcus ejusdem legionis Tribunus abreptum a cæteris Maximum conjecit in carcerem, & supplicio militari citra mortem affecit; fustibus enim eum crudeliter cædi præcepit; verum, ulciscente numine, ipse effectus est cæcus. Hæc autem cum ad Maximianum perlata essent, in Maximum Millenarium ducem atque centum illos, & viginti milites gladio animadverti præcepit; reliquos autem ex millenariis milites in eodem arenario flammis jussit incendi: quorum cineres, ac Maximi & sociorum corpora, opera Marcellini Papæ, & Joannis presbyteri, illata sunt atque sepulta via Salaria in cœmeterio ad Clivum Cucumeris, secundo ab Urbe lapide.

XVI. Filii Maximi martyres.

Delati quoque sunt filii Maximi una cum matre ipsorum, quod Christiani essent; quorum mater Secunda, uxor Maximi, coram Judice in quæstionibus reddidit Deo spiritum; filii vero Calendius, Marcus, atque Severa, Centumcellas versus abducti, ibi relegati, tamdem plumbatis cæsi tamdiu sunt, donec sub plumbo mortem oppeterent. Perseverat hactenus eodem in loco Memoria sanctæ Severæ. Porro in eorumdem quoque martyrum Actis scriptum habetur Flavianum Vicariam Præfecturam Romæ agentem, cum de dictis martyribus filiis Maximi quæstionem haberet, viso super capita puerorum cœlestis nuncii apparentis splendore, perterritum, a cœpto judicio destitisse, ac domum reversum, patria superstitione relicta, Christianam religionem una cum suis domesticis consectatum esse: quos ad Centumcellas exilio relegatos subsecutus est gladius; omnes enim ibidem capite truncati sunt. Hæc omnia iisdem Actis continentur, explosis iis, quæ in eadem irrepserunt, erroribus atque mendis: perperam enim ibi Claudii Imperium atque Maximiani conjungitur, & alia quæ a temporis ratione discrepare noscantur.

XVII.

Sed describamus summatim hic ad recensita Acta superius appendicem. Eodem tempore contigit, ut Diocletiani & Ma-

ximiani conſilio omnes ubique poſitæ legiones luſtrarentur; & qui in eiſdem reperti Chriſtiani *milites eſſent*, exuti militia, ac penitus exarmati vincti Romam perducti, tamquam ſervi adſcriptitii Thermarum operibus fuerint mancipati. Thermis vero abſolutis, qui conſtantes in confeſſione nominis Chriſti, nullis fracti laboribus, perſtitiſſent; ne laborum opere alleviati (quod ingens eſſet illorum numerus) aliquid in Imperium molirentur; omnes pariter capitis ſententia condemnantur: repertus eſt omnium numerus decem millium ducentorum trium: qui omnes una cum Zenone Tribuno, qui inter eos dignitate excellere videbatur, extra Urbem porta Trigemina ducti ſunt; & in concavo vallis, in loco dicto, Gutta jugiter manans, ad Aquas Salvias, ad unum omnes necati ſunt ſeptimo Idus Julii, quo celebri memoria annuatim eorumdem triumphi dies natalis recolitur.

Zenonis & ſociorum martyrium.

XVIII. Quod igitur ſudoribus Chriſtianorum militum, eorumdemque confeſſorum ac denique martyrum immenſa illa Thermarum extructa ſit moles: Dei beneficio factum putamus, ut, cum omnes ab aliis Imperatoribus Thermæ erectæ, collapſæ propemodum ſint atque redditæ plane ignobiles, nullus amplius reliquus fuerit uſus earum; attamen quæ Diocletiani fuerunt Thermæ, quod illæ ſanctorum martyrum labore fuerint extructæ, potiſſima pars earum in uſum Eccleſiæ, memoriamque Dei Genitricis Mariæ & Angelorum religioſe fuerit commutata. Sed de his ſatis.

Thermæ Dioclet. in Baſilicam. converſæ.

Hoc eodem anno decimoquinto Dioletiani Imperatoris (ut auctor eſt Euſebius) defuncto Lambda Epiſcopo Hieroſolymitano, ſubrogatus eſt in locum ejus Hermon, qui & Thermon dictus reperitur, numeraturque decimuſoctavus ejus ſedis Epiſcopus: quod vero dicat eum ſediſſe annos triginta novem, mendum in notam numeri irrepſit: nam Maximum & Macarium intra dictum tempus ſediſſe, certum eſt, id etiam eodem auctore teſtante, quod & inferius ſuo loco dicemus.

XIX. Hermon Epiſcopus Hieroſolym.

JESU CHRISTI ANNUS 299. MARCELLINI PAP. ANNUS 3. DIOCL. & MAX. IMPP. ANNUS 16.

I. Anno ſequenti ducenteſimo nonageſimo nono creati ſunt Conſules Diocletianus ſeptimum & Maximianus ſextum; quo paſſim in diverſas Orbis regiones perſecutione graſſante; ſicut in Occidentalis orbis partibus, ita etiam in Orientalibus, in quibus fides Chriſtiana caleſceret, multiplicari cœperunt germina martyrum; illuſtriorque reddita eſt S. Eccleſia, fœcundiori horum in dies aucta propagine. Ante enim quam ab Imperatoribus in univerſas provincias generalia promulgarentur edicta; qui provinciis præerant Præſides truculentiores, odio Chriſtianæ religionis in quam ſcirent Principes male compoſitos, eam perſequendo, quæ poſt lata ſunt ipſa prævenerunt edicta.

Præſides abſque edicto perſequuntur Chriſtianos.

Sub eodem namque Conſulatu ſexto Maximiani notata habentur (*a*) Acta ſanctorum martyrum Guriæ & Samonæ, quorum fidei tum Menologia, tum etiam Martyrologia adſtipulantur: eoſdem quoque martyres Aretas (*b*) Cæſarienſis egregia eſt proſecutus oratione, qua & complexus eſt reliqua a Diocletiano adverſus Chriſtianos eadem perſecutione decreta. Facta ſunt hæc Edeſſæ in Syria, cum

II. Guriæ, & Samonæ mart.

(*a*) *Recitat Metaphr. die 15. Novemb. apud Sur. tom. 6.*

(*b*) *Extat apud. Lipom. 3. & Sur. t. 6.*

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1052. Olymp. 269. an. 3. Anno Urbis 1050. Olymp. 269. *ſecundum Baronium.* A. C. 299.

DIOCLETIAN. IMP. 16. MAXIMIANI HERCULII IMP. 14.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5792.

⊙ 28. A. ☽ 15. P. 2. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 299.

MARCELLINI PAPÆ 4.

I. *Conſules.*

[1] AD num. I. Coſſ. *Diocletianus Aug. VII. & Maximianus Herculius Aug. VI.* Diocletianus juxta tertiam regulam, Maximianus juxta ſecundam; Imperii enim Auguſtei Quindecennalia dedit, ut ex ejuſdem Imperii Vicennalibus etiam apparet.

Quindecennaliæ Imperii Auguſtei Herculii.

Hoc anno Idacius in Faſtis habet: *His Coſſ. victi Marcomanni*; quos etiam poſt bellum Perſicum devictos memorat Eutropius.

II. *Victi Marcomanni.*

NOTÆ [1] COſſ. *Diocletianus Aug. VII. & Maximianus Herculius Aug. VI.* Inſcriptio Græca apud Grutetum pag. LX. XV. 5. ſed emendatior & auctior in Donianis Inſcriptionibus Cl. I. n. 182. pag. 23. in qua legitur.... *Aprilis. Pharmuthi primo, Coſſ. Dominis noſtris Diocletiano Aug. VII. & Maximiano Aug. VI.* Nummi Bandurii tom. II. pag. 49. ubi *Maximianus Aug.*

CONSUL VI. PP. PROCOS.

Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Bucherii laterculi: *Diocletiano VII. & Maximiano VI.* Proſperi Chronicon: *Diocletiano VI. & Maximiano V.*

cum ambo ruri vitam agerent, & alios ad Chriſtianam fidem ſectandam, ac eam præſentis vitæ levi diſpendio profitendam hortarentur. Ab Antonio Præſide tenti audiuntur; exploratæque eorum conſtantia, Muſonio totius Syriæ Præſidi traduntur: qui cum eos audiſſet, & a fidei confeſſione nulla arte dimoveri poſſe videret; ſæviſſimo tormentorum genere eos affligendos Anvino Commentarienſi mandavit: nimirum ut utriuſque altera manu ſuſpenſa, adjiceret pedibus pondera, quibus nervi diſtenderentur, & compages corporis diſſolverentur.

III. At cum nec ſic eorum conſtantia minueretur; in cuſtodiam trudi, & fame necari jubentur; ibique detenti ab Auguſto menſe uſque ad quartum Idus Novembris, iterum interrogati, iterum auditi, fortioreſque propoſito mentis inventi ſunt: cum Samonas altero pede genu vinculis inhærente ſuſpendi juſſus, altero ponderibus aggravato, ut diſcerperetur, crudeliter cruciatus eſt ad quintam horam; adeo ut coxæ conjunctio, magna commiſeratione ſpectantium ſolveretur; tandem eo cruciamento ſolutus, iterum detrudi jubetur in carcerem cum collega martyrii Guria; cui, quod debilis admodum atque conſumptus videretur, veritus Præſes ne ſi ſic diſtenderetur, in tormentis efflaret animam, tunc pepercit: nam ſicut tormentis reos torquere eſt lege permiſſum; ita tormentis occidere quempiam, iiſdem legibus (*a*) vetitum erat. Auditi itaque iterum decimoſeptimo Kalendas Decembris; exploratæque eſt rurſus eorum conſtantia, quæ non tantum, vel latum unguem (ut aiunt) cruciatibus imminuta aut attenuata eſt, ſed ſpiritibus majoribus aucta. Tunc in eos tulit ſententiam Præſes, ut extra civitatem Edeſſæ capite plecterentur eadem die, quæ gloria martyrum facta eſt memorabilis Syris, Græcis, atque Latinis.

Diriſſimum tormenti genus.

(*a*) *l. aut. damnum §. Nec ea ff. de pœnis.*

IV. Hoc eodem anno decimoſexto Dioletiani Imperatoris, vita functo Cyrillo Epiſcopo Antiocheno, locum ejus obtinuit Tyrannus, qui numeratur decimus ejus ſedis Epiſcopus: Hæc Euſebius (*b*) in Chronico, qui alibi (*c*) hæc de eo: *Hoc illo officio fungente, bellum ad Eccleſias expugnandas vehementer exarſit.* Teſtatur idem (*d*) claruiſſe ejuſdem ferme nominis Tyri Epiſcopum, & martyrem Tyrannionem, qui, perſecutione urgente, in profundos maris vortices demerſus eſt.

IV. Tyrannus Epiſcop. Antioch.

(*b*) *Euſeb. in Chron.*

(*c*) *Euſeb. lib. 7. c. 26.*

(*d*) *Idem l. 8. c. 25.*

JESU CHRISTI ANNUS 300. MARCELLINI PAP. ANNUS 4. DIOCL. & MAX. IMPP. ANNUS 71.

I. Petrus Epiſcop. Alex.

THRecenteſimus Chriſti Redemptoris humani generis annus in Conſularibus Faſtis adſcriptus eſt, Conſtantio, & Galerio Cæſaribus tertium Conſulibus, cum Diocletianus ageret in Imperio annum decimum ſeptimum; quo, ex hac vita ſublato Theona Epiſcopo Alexandrino, ſubrogatus eſt Petrus, de quo S. Athanaſius (*e*): *Petrus*, inquit, *ante perſecutionem Epiſcopus, & in perſecutione martyr declaratus.* Ante perſecutionem nimirum dicit eſſe creatum, illam ſcilicet vehementiorem intelligens, quæ (ut dicemus) decimonono anno ejuſdem Diocletiani Imperatoris progreſſa eſt omnium immaniſſima. Porro hoc anno, nempe triennio ante illam, Petrum creatum eſſe Epiſcopum Alexandriæ poſt Theonam, Euſebius (*f*) teſtatur, ſic dicens:

(*e*) *Athan. Apolog. 2.*

Poſt Theonam, cum decem & novem annis

(*f*) *Euſeb. lib. 7. c. ult. in fin.*

PAGIUS SÆC. III. Anno Urbis 1052. Olymp. 269. an. 3. Anno Urbis 1050. Olymp. 269. *ſecundum Baronium.* A. C. 299.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5793.

⊙ 1. GF. ☽ 16. P. 24. Martii Indict. 3.

JESU CHRISTI 300.

MARCELLINI PAPÆ 5.

DIOCLETIANI IMP. 17. MAXIMIANI HERCULI IMP. 15.

I. *Conſules. Quindecennalia Imperii Cæſarei Galerii.*

[1] AD num. I. & ſeq. Coſſ. *Conſtantius Cæſar III. & Galerius Maximianus Cæſar III.* Conſulatus Galerii juxta tertiam regulam, Conſtantii juxta ſecundam; Decennalia enim exhibuit.

Auctor Hiſtoriæ Patriarcharum Coptitarum tradit, *Theonam* Epiſcopum Alexandrinum obiiſſe *Tubæ octavo, die Mercurii*, hoc nempe anno, quo tertia Januarii dies & feria quarta concurrerunt. Theonæ ſucceſſit S. *Petrus*, cujus inaugurationem Euſebius in Chronico in annum ſequentem perperam differt, quem errorem in Hiſtoria lib. 7. cap. ultimo correxit, quando ait, eum præfuiſſe annis duodecim, & ante perſecutionem quidem *tribus fere annis*, id eſt, tribus circiter annis. Quare recte in Chronico Alexandrino ſub hujus anni Conſulibus ejus initium recitatur.

II. S. *Petrus Martyr fit Epiſc. Alexandriæ.*

Ad

NOTÆ [1] COſſ. *Conſtantius Cæſar III. & Galerius Maximianus Cæſar III.* Faſti Idatiani, Vindebonenſes, Proſperi Chronicon, & Bucherii laterculi: *Conſtantio III. & Maximiano III.*

Petri sedis annorum ratio.

annis Ecclesiam administrasset, in Episcopatum Alexandriæ succedit Petrus: hic duodecim annis continuis in eo officio fungendo cum summa dignitate inter primos floruit. Qui cum triennium prope ante persecutionis tempus in Ecclesia illa gubernanda contrivisset, de reliquo vitam duriore exercitatione, & magis severa traduxit, & (uti omnibus constabat) Ecclesiarum utilitati omni cura ac studio prospexit; ac propterea nono persecutionis anno, capite amputato, est a Deo insigni martyrii corona donatus: Hæc Eusebius. At de rebus ab eo præclare gestis, & ejus martyrio pluribus suis locis dicturi sumus.

III. Hoc eodem anno a Galerio Maximiano adversus Persas ingens expeditio comparata est. Quod enim (ut testatur Eutropius) Galerius Maximianus adversus Narsetem male pugnasset; mox contractis undique copiis, rursus adversus Persas profectus est. Misit interea Diocletianus legatum ad Persas Publium virum clarissimum. Erat hic Anastasiæ nobilissimæ Romanæ fœminæ maritus; sed quia Gentilis homo erat, & Christianæ religionis infensissimus hostis, cum sciret eam esse Christianam, domestico ipsam diu multumque carcere afflictavit, & profecturus ad Persas, sub custodia in vinculis dereliquit, de ea supplicium sumpturus post reditum. Sed divina providentia factum est, ut in ipso itinere morbo confectus interiit: eum ipsa Anastasia soluta vinculis, libertatique restituta totam se cum bonis, quæ sibi relicta sunt, Christianorum præcipue confessorum ac martyrum usui atque obsequio mancipavit. Sed hæc pluribus Acta ejus, de quibus inferius. Hic autem modo (quod ratio temporis postulat) recitare datas ab ea epistolas, dum esset in carcere, ad Chrysogonum, & ab eo redditas pariter describere, operæpretium existimamus, cum sint germanæ, & per multa sæcula in hanc diem integræ conservatæ. Recitat eas Nicephorus (a), nec non Suidas, (b) quas hic Latinitate donatas exscribemus:

(a) Nicephor. li. 14. in fin.

(b) Suid. in hist. 19.

Anastasiæ certamen.

Epistola Anastasiæ martyris ad Chrysogonum.

IV. Epistola Anastasiæ ad Chrysogonum.

Sancto confessori Christi Chrysogono Anastasia S. Quamvis pater meus idola plurimum veneraretur: tamen mater mea Flavia, cum perpetuo Christiana fuisset, ex quo peperit, Christianam me fecit, verœque Dei cognitionis participem reddidit. Post obitum autem illius, viro nupsi sceleratissimo: cujus gratia divina, conjugium effugi, supplicans Domino nostro Jesu Christo dies noctesque, ut me ab illo impuro idololatra liberaret; quem constat meas facultates omnes cum impuris, & idololatris exhausisse: me vero tamquam veneficam, & sacrilegam in gravissimum carcerem conjecit, ut hanc temporariam vitam perderem. Itaque nihil mihi præter vitam reliquum est. Verum precor, ut cum spe divina moriar. Quamvis autem confessione Christi mei glorier; valde tamen doleo quod facultates, quas optabam in servos Dei insumere, sceleratus ille homo Dæmonum cultoribus suppeditat; & quas ego in servos Dei expendere optabam, eas fœdis, & impiis hominibus largitur. Propterea rogo te, serve Christi, ut diligenter pro me Deum ores; ut, si quidem constituit Deus, maritus meus Publius credat in Christum; sin minus, ut eum suis fraudibus perire sinat; me vero ab eo liberet. Satius enim mori, quam Filium Dei abnegare, & in eum credentibus impedimento esse; ipse omnipotens Christus testatur. Cum libera fuero ab hac fraude, sanctis dabo operam, eorumque curam (ut cœpi) perpetuo suscipiam. Vale serve Dei, & memento mei: Chrysogonus his litteris acceptis, sic rescripsit:

V. Chrysogoni ad Anastasiam epistola.

Chrysogonus Anastasiæ S. Tibi jactatæ procellis vitæ hujus, Christus, qui in fluctibus ambulavit, opem ferat, ut diaboli potentiam sermone illius irritam reddas. Magno

Magno igitur, & quasi in medio maris jacens, credas Christo, eum tui rationem habiturum, & ad te ipsam conversa, exclamato cum propheta, (a) qui dixit: Quare tristis es anima mea, & reliqua; duplex enim potentia gratiæ divinæ monstratur: nam & temporaria tibi abunde suppetent, & cœlestia adjicientur. Deus enim eos a quibus pro bonis rebus non rogatur, aversatur. Vide ne turberis hoc, quod tibi piæ perpetuo erga Christum affectæ adversa eveniunt; neque enim fallit te Christus, sed explorat, neque firmum est humanum auxilium, ut tu existimas; cum Scriptura dicat: Maledictus homo, qui confidit in homine; benedictus autem qui in Deum sperat (b). Age strenue, & vigilanter, & prorsus fuge peccatum. Hoc a Deo solatium expete, ejusque mandata custodi. Jam enim tempus salutis super te veniet, & velut in obscura nocte clarum tibi Dei lumen affulgebit, & post tempestatem hilare tibi atque serenum arridebit tempus; tibique perinde ac reliquis propter Christum afflictis, præbebit in præsenti patientiam, per quam æternam recipias mercedem. Vale in Domino, & ora pro me. Rursus Anastasia ad Chrysognum:

(a) Psal. 41.

(b) Hier. rem. 17.

VI. Alia Anastasiæ epistola.

Chrysogono confessori Christi Anastasias S. Cum finis instet corpori meo, ora pro me, ut ille meam animam recipiat, propter quem has afflictiones fero: Hæc illa breviter, quod se ob ærumnas quas pateretur, migraturam brevi ex hac vita putaret. Sed ad eam sic Chrysogonus:

VII. Chrysogoni alia epistola.

Ancillæ Dei Anastasiæ Chrysogonus S. Quemadmodum tenebras lucem superare manifestum est; sic & imbecillitatem salus consequitur, & post mortem vita dignis tribuitur, eumdem enim finem rerum humanarum felicitas habet; ut neque submissi despondeant animos, neque magnanimi glorientur. Unum enim mare est, in quo navigia nostri corporis decurrunt, & ab uno gubernatore reguntur: quorum igitur naves carinis munitæ sunt, hi incolumes navigare possunt; infirmæ autem etiam sine fluctibus in tranquillitate periclitantur. Non procul enim absunt ab interitu, quæ non ad portum salutis pervenire student. Tu vero, quæ ancilla Christi irreprehensibilis es, crucem in toto animo tuo conservato, teque ad salutem præparato, ut in numerum martyrum Christi recipiaris. Vale: Hucusque Chrysogoni ad Anastasiam epistola; quæ autem post hæc utrisque acciderint, suo loco dicemus.

VIII. Quod vero hæc a viro suo Publio domi detineretur in carcere: accidisse putamus id ipsum in Anastasia, quod Cornelius Tacitus (c) tradit de Pomponia Græcina fœmina Consulari, quæ & ipsa de externa superstitione rea facta, ex prisco instituto marito traditur judicanda; qui convocatis cognatis causam cognosceret.

(c) Tacit. An. l. 13.

I. Triumphus de Persis.

QUi sequitur Christi annus trecentesimus primus, Titiano, & Nepotiano Consulibus adscribitur; quo agens Diocletianus Imperii annum decimumoctavum una cum collega Maximiano triumphavit de Persis. Id quidem Eusebius in Chronico, hoc anno, notat his verbis: *Diocletianus, & Maximianus Augusti insignumerali effertur. Præter hunc, Volusianum anno CCCXIV. & Merobaudem anno CCCLXXXIII. Consulem, nullus ex privatis toto hoc sæculo in Fastis Consul iterum dicitur.*

II. *Triumphus Diocletiani & Maximiani.*

Triumphus Diocletiani & Maximiani Herculii de Persis, non hoc anno ductus, ut Baronius, neque sequenti, ut Valesius in Notis Eusebianis lib. 8. cap. 13. aliique arbitrati sunt, sed anno CCCIII. quo Lactantius lib. de Mortibus Persecutorum cap. 17. Diocletianum Romæ *Vicennalia* celebrasse tradit. Nam cum Triumphus ille Romæ exhibitus fuerit, ut Eusebius in Chronico, Eutropius, & Cassiodorus testantur, & ante annum CCCIII. post victoriam Persicam *Diocletianus* Romæ non fuerit, liquet, eo anno triumi-

PAGIUS III. *Acta S. Chrysogoni & Anastasiæ a posteriori-bus scripta.*

Ad num. III. & seqq. Henschenius ad diem III. Aprilis pluribus probat antiquitatem Actorum Sanctarum Agapes, Chioniæ & Irenes, præsertim ex antiquo cultu SS. Chrysogoni & Anastasiæ, in quorum honorem vetustissimas Basilicas constructas fuisse Romæ ait, imo & eorum nomina Canoni Missæ inserta a primis Ecclesiæ seculis fuisse refert. Verum, ut observavit Ruinartus in Actis sinceris primorum Martyrum pag. 419. ubi ea recitat, non dubium quin Chrysogonus & Anastasia, de quibus hic Baronius, vere martyrium pertulerint, eosque ut tales Ecclesia Catholica semper venerata fuerit. Sed hæc ad Actorum antiquitatem nihil conferunt, præsertim cum ad eam probandam Henschenius testem non adhibeat superiorem Aldhelmo, qui sub seculi septimi finem in Anglia floruit. Quis enim ignorat, multa Martyrum Acta, quamvis interpolata & vitiata, ab illius ævi Auctoribus prolata & laudata fuisse, & a posterioribus Auctoribus deinceps admissa? Id vel ipsius Aldhelmi Opere laudato probari potest, qui Theclæ, Eugeniæ, Agnetis, Ruffinæ, Chrisanti & Dariæ, Joannis & Paulæ, ubi Constantina virgo Magni Constantini filia dicitur, aliorumque Martyrum Acta laudat, quorum tamen aliqua saltem, & quidem ea ipsa quæ ab Aldhelmo referuntur loca, ut sincera & ab omni interpolatione aliena numquam admittet ipsemet Henschenius, inquit Ruinartus, qui & alia in eamdem rem habet. Acta itaque Sanctæ Anastasiæ quæ in Martyrologio Romano colitur ad diem XXV. Decemb. & Acta S. Chrysogoni, qui ibidem inscribitur ad diem XXIV. Novembris, antiqua non sunt.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5794.

⊙ 2. E. ☽ 17. P. 13. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 301.

MARCELLINI PAPÆ 6.

DIOCLETIANI IMP. 18. MAXIMIANI HERCULII IMP. 16.

SÆC. IV. Anno Urbis 1054. Olymp. 276. an. 1. A.C. 301.

I. *Consules.*

[1] AD num. I. Coss. *Titianus II. & Nepotianus*. In libello de Præfectis Urbi, & in Inscriptione Onuphriana Titianus cum nota

NOTÆ [1] *Coss. Titianus II. & Nepotianus*. Horum prænomina hactenus delitescunt. Gruterus pag. CCCXII. 3.

DED. PRID. NON. MAI.
TITIANO. II. ET. NEPOTIANO
COS.

Fabrettus

signi pompa Romæ triumpharunt, antecedentibus currum eorum Narsæi fororibus, liberis, & omni præda, qua Parthos * *spoliaverant*: Hæc apud Eusebium. Sed male apud Cassiodorum hæc post sex annos ponuntur, Consulibus Constantio atque Galerio sextum; cum jam ante uterque se abdicasset Imperio: nam triumphum de Persis ac Parthis, antequam deponerent purpuram, contigisse tradit Eutropius (*a*), qui victoriam de his gentibus Galerio Maximiano tribuit. Fuit autem Narses, seu Narsæus (ut tradit Eutropius) avus Hormisdæ atque Saporis Junioris Persarum Regis, ipse vero successit post Hormisdam, & Varanarum Sapori Seniori qui Valerianum captivum duxit. Sed de successione Regum Persarum tertio tomo fusius agitur.

* al Persas.

(*a*) Eutrop. lib. 9.

II. Christiani ducis virtus.

Porro enituit in bello Persico eximia virtus Andreæ Tribuni militum, hominis Christiani, licet adhuc dumtaxat cathecumeni, sub Antiocho totius exercitus duce: dicebatur tamen & ille etiam dux exercitus, qui vel uni tantum ab Imperatore legioni præfectus erat, ut Ulpianus (*b*) declarat. Andreas igitur adversus Persarum copias in Romani Imperii fines irrumpentes missus, cum subjectos sibi militès ad pietatem instituisset, & in eum, qui verus est Deus, fiduciam habere, & ab eo auxilium esse implorandum, docuisset; licet multo inferiores ipsis essent numero, de hostibus tamen sunt magna gloria victoriam consecuti: sed a quibusdam illi subjectis militibus apud Antiochum reus Christianitatis nomine constitutus; cum a mentis proposito nulla arte divelli potuisset, tum ipse, tum cæteri qui crediderant in Christum ejus milites, diris tormentis exagitantur, Antiocho in eos acerbissime sæviente, qui de eo literas dedit ad Galerium Maximianum.

(*b*) *l. 2. §. nam exercituif. de iis qui not. infam.*

Cæterum Galerius cum rem insperatam indignissime accepisset, licet in Christianos acerbissimo flagraret odio, tamen rem tantam dignam existimavit, quæ maturiori esset expendenda consilio: suadebat enim hæc ratio, quod consideraret, facile accidere potuisse, ut tanti Tribuni, tamque egregiorum commilitonum nece (quos sciret ab omnibus diligi) totus turbaretur exercitus. Rescripsit igitur ad Antiochum, non esse ejus temporis opus, ut in Andream ac reliquos milites animadverteret; sed callide in præsentiarum esse dissimulandum: hæcque verba ad finem epistolæ a se scriptæ addidit: *Placet mihi hujusmodi viros a carcere liberari, quasi anteactarum rerum venia ipsis concessa: paulo autem postea, nisi respuerint, tamquam ob aliud crimen delatos, illos ipsos graviter puniri*: Hæc tunc ipse.

III. Andreæ & sociorum certamen.

IV. Andreas cum suis baptizatur.

Dimissus Andreas cum reliquis Christianis militibus, Tarsum se contulit Ciliciæ metropolim, percepturus a sanctissimo civitatis illius Episcopo Petro baptismum; nactusque est apud eum & Nonnum Episcopum Berœensem, amborumque consortio dignus habitus, baptizatus est una cum suis. Verum cum audisset, a Seleuco Vicario, ad quem Antiochus cum de ipsius, tum suorum nece litteras dederat, insidias sibi parari; inde recedens, deque loco in locum fugiens una cum sociis, in angustias tandem montis Tauri, historicorum fama celebres, se conjecit.

V. Sponte se dedunt milites martyrio.

Cum vero de proximo sibi ac suis martyrio ibidem consummando Dei voluntatem intellexissent; licet loci natura muniti

PAGIUS

triumphum hunc actum esse. Præterea triumphos cum Vicennalibus & id genus festis de more exhibitos fuisse, fæpeque dilatos non semel insinuavi. Quare licet pax inter Romanos & Persas jam ab anno CCXCVII. sancita fuisset, tamen triumphus de Persis anno tantum CCCIII. actus. Victis itaque hostibus sive per se, sive per Legatos, quadrigas triumphales sibi decerni curabant Imperatores, sed triumphum plerumque differebant. Hinc Mamertinus in Panegyrico Maximiano Herculio die natali dicto cap. 4. sic eumdem Imperatorem & Diocletianum alloquitur: *Hos fructus capitis operum maximorum: sic interim meritoria conscientia triumphatis, dum triumphos ipsos sæpe vincendo differtis.* Hæc causa cur tot Imperatores, quibus decretæ quadrigæ triumphales, morte præventi non triumpharint. Quod Antiquarii non animadvertentes, Imperatorum triumphos cum annis, quibus quadrigæ triumphales eisdem tantum decretæ, illigarint. *Narseus* Persarum Rex, cujus filii in triumphum ducti, anno incerto *Misdatem* successorem nactus est, de quo Agathias lib. 4. ait: *Misdates hujus filius & hæres non solum potentia, sed annorum æqualitatis & spatii.* Hunc excepit Sapores, qui plura cum Romanis bella gessit, ut suo loco videbitur.

Ad num. II. & seqq. *Diocletianus* non hoc anno, sed anno CCXCIII. quo Decennalia celebravit, se ut Deum adorari voluit, ut ibidem ostenditur.

III. *Sævitur in milites.*

NOTÆ Fabrettus pag. 208.

T. F. POSTHUMIO. TITIA NO. V. C. COS. &c.

At ad alium *Titianum*, quam ad hujus anni consulem, inscriptio fortasse pertinet. Fasti Idatiani: *Titiano II. & Nepotiano*. Vindebonenses & Prosperi Chronicon: *Titiano & Nepotiano*, sine nota gemini consulatus in Titiano.

niti, & pauciores iidemque præstantissimi valuissent Antiochum profligare: tamen exhortatione ab Andrea ad suos habita, omnes una simul se Deo supplicibus votis pro consequendo martyrio commendarunt: sicque insequentem cum cohortibus expeditis Antiochum expectantes; sese illi interimendos pro Christi nomine sponte dederunt. Necati sunt omnes a furentibus militibus decimoquarto Kalen. Septembris, Dominica die, hora secunda; qua itidem ipsa die tum a Græcis, tum etiam a Latinis, perpetua memoria adscripti omnes habentur in Ecclesiasticis monumentis. Porro Andreæ ac etiam sociorum corpora collecta sunt a Petro Episcopo Tarsensi, ejusque clericis, & decenti sepulturæ pro temporis ratione mandata; cujus quoque opera ejus martyrii Acta (*a*) collecta atque scripta esse putantur; quæ quidem, & germana noscuntur.

(*a*) *Extant apud Metaphras. die 19. Aug. ex quo alii acceperunt.*

VI. Quid in Nicomed. Christianos Imp.

Quid præterea post acceptam de Parthis Persisque victoriam idem Galerius Maximianus adversus Nicomediæ Christianos omnes aggressus sit, sanctorum martyrum Indes & Domnæ (*b*) Acta declarant, de quorum integra fide inferius disturi sumus: modo autem, quæ ad hæc pertinent tempora, hic describpturi sumus iisdem quibus ibi narrata verbis habentur; alia vero suis locis pro temporis ratione ponentur. Sunt hæc igitur ex iisdem actis accepta: *Jam autem Maximiano tunc erecta erant trophæa adversus inimicos, Deo ei sapienter viam aperiente ad salutem; ut, cum quæsiisset cujusnam manu hæc recte gererentur, cognosceret veritatem. Sed ille in his plane cæcutiens, deorum qui falso dicuntur, auxilio adscribebat victoriam, & tantum aberat ut vero Deo ageret gratias; ut etiam præpararet adversus Deum bellum gerere; & aliis postpositis, acri animo armabatur adversus Christianos, dæmonibus festa peragens & sacrificia: etiam si primo vulpinam pellem induens, donis & honoribus clam se insinuabat in populi benevolentiam, & suam tectam esse volebat improbitatem.*

(*b*) *Recitat ex antiq. script. Metaphr. die 26. Dec.*

VII. *Theatrum itaque frequentissimum ab eo fuit congregatum. Non aperte autem ostendebatur hoc certamen comparari adversus Christianos; sed obscure, dolose, & malitiose instruebatur. Simulacra enim, quæ auro quidem honorabantur ab impiis, fossam vero interitus eis vicissim largiebantur; hæc, inquam, aurea, & quæ rursus facta fuerant ex argento, producens impius, posuit in sede regali, & coronis redimivit: & tandem eis tauros sacrificans, jussit execrandis sacerdotibus aspergere populum, temporis quoque ea in re utens auxilio; tunc enim ore hianti attendebant omnes jucunda theatri acroamata. Quicumque ergo erant quidem in pietate firmi & stabiles, & quorum animos religio Christiana, non solum usque ad nomina, sed etiam ad cor usque penetraverat; ii, cum id quod fiebat, deprehendissent, & nec ejus quidem conspectum ferre potuissent; a theatro recesserunt, suum potius sanguinem profundere, quam tali sanguine pollui, præclare eligentes. Quibus autem pluris fiebat voluptas & recreatio, iis polluebantur animæ & corpora, ex modica (proh dolor!) delectatione sibi gravissima recondentibus supplicia.*

Christiani recedunt a theatro.

VIII. Oratio Maximiani.

Sed enim Maximianus, qui toto animi impetu ferebatur ad impietatem, non amplius latenter sed aperte volens se impie gerere, hos habuit sermones ad eos qui erant congregati, qui quidem gravissimam redolebant impietatem: Quo abitis, dicens, o homines, luci tenebras præferentes, & non deos esse putantes, a quibus dependet hoc universum? Non videtis victorias & trophæa? Non videtis bona plurima, quæ bonis adjiciuntur: & quemadmodum quæ sunt, recte quidem se habent, & sunt in tuto; alia vero accedunt quotidie, & quorum non eramus prius domini, in ea nunc dominatum obtinemus? non gloriam, quæ augetur? non Imperium, quod dilatatur? non civitates, quæ partim quidem sunt tributariæ, partim autem sunt futuræ? & partim quidem jam captæ sunt, partim vero sunt jam jam capiendæ? non gentium Reges, qui sunt reputati pro mancipiis? non omnia quæ eveniunt nobis ex sententia? Cujusnam ergo hæc contingunt providentia? Vobis persuadeant temporum temperationes, moderatæ pluviæ, fructuum fertilitates; immo vero universum tempus fructus producens, & spectantia omnia ad abundantiam: Hucusque verba Galerii Maximiani ad populum in theatro; alludentis nimirum

PAGIUS

oftensum. Præterea nullum hoc anno de persecutione Christianorum promulgatum edictum, sed tantum in milites sævitum. Quare Martyres, de quibus Baronius, ante annum CCCIII. passi non sunt. Certe in Passione *S. Savini* Episcopi & Martyris, cujus Fragmentum edidit Baronius, & quam integram ex Codice MS. Colbertino publicavit Baluzius V. C. nullus temporis character extat, ex quo certam anni rei gestæ notitiam eruere possimus; ideoque recte Baluzius martyrium illud cum anno trecentesimo tertio, quo revera persecutio decreta, copulavit. Subjungit in Notis, *Savinum*, quem Baronius *Sabinum* appellat, Spoleti quidem martyrium fecisse, sed Episcopum Assisiensem non extitisse; cum in Actis ejus solum dicatur captus *in civitate Assisinati, & in eodem loco custodiæ mancipatus cum duobus Diaconibus & multis Clericis cum eis.*

Baron. n. XVIII. & seqq.

Initium schismatis Meletianorum uti anno *CCCVI. num. XXIX. ostenditur.*

mirum in primis ad insignem de Persis, & Parthis obtentam victoriam, qua ultra Ctesiphontem (quod antea Romanorum Imperatorum nemini licuisset) Imperium propagasset, & regias personas pariter (ut dictum est) captivas duxisset.

IX. Interrupta prodigiis Maxim. oratio.

Sed quod mox subsecutum est immane prodigium, Imperatoris orationem redarguit falsitatis. Nam hæc ibi subduntur in dictorum martyrum Actis: *Cum ille copiosa lingua sic loqueretur; & iis qui non sunt, ea quæ sunt, falso adscriberet; & alia adhuc vellet contexere; non permisit ex alto is, cujus sunt judicia vera justificata, mendaciis amplius gloriari adversus veritatem; ne aliis quoque, qui erant ad pervertendum faciles, causa esset interitus. Sed interim dum loqueretur, cum esset dies serenus, & Sol regionem ureret meridianam; repente erupit sonus multorum tonitruum, & elisus fuit ignis ex nubibus: & profundæ simul tenebræ, & densa grando cum ventis vehementibus: & malum hoc horrendum vocem propemodum emittebat, esse gravem Dei commoti iram.*

X. Terror e disjectus Maxim. & exercitus.

Nam alii quidem solo tonitru auribus, & animo perculsi, ibi in terram cadebant semimortui: alii vero in fugam quidem se conjecerunt, se autem multo gravius affecerunt, ut qui fuerint a se invicem conculcati: & sic vitæ violentum invenerint exitum. Ipse quoque impius Imperator propemodum periit, periturus fortasse, nisi Deus judicasset id minus esse supplicium, quam quod ille dignus erat pati. Non usque autem ad ea quæ dicta sunt, stitit Deus terrore; sed fluvii quoque aquarum impetu inundantes, & segetes funditus evellentes, agricolarum labores in mare deportarunt, idque cum esset æstas, & speraretur fore ut longo tempore non plueret. Fuit tamen, quod factum est admodum leve & parvum ad penetrandum Maximiani animum, & persuadendum ut resipisceret ab impietate: Hæc ibi.

XI. De indicenda persecutione consilium.

Post hæc autem, re comperta, Domnam sacerdotem Dianæ atque Minervæ, ac Inden Eunuchum a deorum cultu penitus desciviſſe, Christianamque religionem consectatos esse; in regiæ domus Præfectum primo indignationem convertens, eumdem præfectura exutum, Claudiopolim ad camelorum servitia amandavit: & de indicenda publicis edictis in Christianos omnes sæviſſima persecutione consilium iniit: in quam cæteri quoque collegæ imperii, nempe Diocletianus, & Maximianus Herculius, votis paribus conspirarunt. Cum enim admirabili quadam felicitate iidem hactenus Imperium gubernassent, Reges potentissimos domuissent, rebellantes provincias compressissent, extinxissentque tyrannos Imperium invadentes, finesque Romani Imperii longius propagassent, quod summa concordia quatuor simul Imperatores unanimes (quod numquam antea factum fuerat) administrarent; hæcque diis (ut vidimus) accepta ferrent: ad majorem eorum gratiam promerendam, majoribus studiis incenduntur. Et quod putassent, deorum hostibus compluribus Christianis occisis, divina sibi ad ea impertienda conciliasse numina; iisdem hostis ea sibi magis magisque propitia reddere omni conatu laborant.

XII. Persecutionis diri ssimæ apparatus.

Sic igitur quiescentibus undique bellis externis, ac civilibus penitus extirpatis, ad expugnandos prorsusque delendos deorum inimicos infensissimos Christianos (quibus vigentibus, patriam religionem, & una cum ea conjunctum Romanum Imperium necesse videretur collabi atque consumi) omnes comparant vires, cunctasque admovent machinas: in his enim moliendis omnia ipsorum versantur consilia, laborat industria, nituntur vires, & studia vigilant; ac denique omnem insumunt operam, & tendunt nervos, ut infestum diis Christianum nomen prorsus extinguant: in eosque jurant quodammodo perpetuum & implacabile bellum, quod religione patria sacrum putant, ipsumque adeo formidolosum, ut ejus primo congressu viderentur quique fortissimi posse prosterni. Eoque ferocius in eos parant insurgere, quod magno dedecore totius Imperii una gens hæc nunquam visa sit tot Imperatoribus in eam insurgentibus, & totis viribus opugnantibus, potuisse domari; quæ sine armis dimicans, semper invicta permanserit, & de cultoribus deorum majorem in dies prædam captivam adduceret, eamque Christi jugo subjiceret. Ad hos inquam, penitus convellendos, vetera jura restituunt, nova decernunt, armant leges, decernunt arma: Ecclesiamque omnibus comparatis viribus agressuri, infaustum illud inclamant: Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea (*a*).

(*a*) *Psal.* 136.

XIII. Facilis vi sa extinctio Christianorum.

Tale quippe fuit Diocletiani, & collegarum Maximianorum Herculii atque Galerii consilium, ut Christianam religionem toto terrarum pene orbe diffusam extingueret; cujus robur jam disjecisse atque abstulisse propemodum videbantur, dum (quod pluribus dictum est) Christianos milites, diis immolare negantes, ubique locorum diversis suppliciis affecissent. Fracto itaque (ut apparebat) cuneo armatæ militiæ Christianæ, leve quod superesset prælium putabatur: sic igitur in reliquos, qui superarant, Christianos inermes, cujusque generis essent, status atque conditionis, sive clerici, sive laici, servi vel liberi, generis claritudine nobiles vel obscuri natalibus, masculi vel fœminæ, cujusque essent ætatis,

in hoc

in hos, inquam, omnes velut fasce uno perstrictos vindicta sævire festinant.

XIV. Totis parata viribus persecutio.

Jam enim haud sibi diutius tolerandum videbatur, hujusmodi invisum genus hominum ubique gentium longe lateque feliciter propagari; avitamque religionem ab iisdem haberi ostentui pariter atque contemptui, proscindi blasphemiis, exponi ludibriis, totque scriptis in eamdem commentariis, ac omni ex parte labefactari; ejusdemque cultores, ut vecordes, & insanos homines, quod colerent lapides, derideri. Quamobrem ad tot ignominias diis, Imperatoribus, amplissimo senatui Populoque Romano illatas, ulciscendas, castra movent, ipsis Imperatoribus promulgatis edictis, classicum personantibus, & perinde ac si de summa rerum bello acturi, & pro diis eorumque templis ipsaque patria, ac denique libertate essent dimicaturi, magnis se parant animis: quos ardentius impellit invidia, cum ipsorum res auctas viderent & in immensum propemodum excrevisse, suas autem collapsas undique atque prostratas, derelictis jam ubique templis, neglectis undique diis atque despectis, deficientibus jam offerri ex consuetudine sacrificiis, & jam jamque timeretur affore, quod ab oraculo a temporibus Hadriani ferebatur esse prædictum (ut testatur Lampridius in Alexandro) nempe omnes homines Christianos futuros esse, deorumque templa penitus deserenda, a Christianis vendicanda, Christoque alia omnia erigenda; cum Hadrianus, præscius futurorum, templa erigens absque deorum imaginibus, primus ipsorum se præbuit architectum.

XV. Diabolus in principibus furit.

Diabolus igitur probe intelligens quæ invitus, Deo impellente, in simulacris olim prædixerat; sciens modicum jam tempus reliquum esse (quod scriptum est in Apocalypsi *a*) venit habens iram magnam, & ad Christianam religionem penitus desolandam sponte currentes Imperatores furoris calcaribus urget; Pontifices, & sacerdotes omnes Gentiliciæ superstitionis jam incensos, spiritu vehementiori perflans inflammat: ignobile pariter sponte furens excitat vulgus, allicitque ipsum præda Fidelium. Sed & sicut olim Spiritus sanctus Beseleelem (*b*) ad omnia vasa aliaque ornamenta tabernaculi conficienda, ut affabre fierent, inspiravit; ita spiritus nequam præsto fuit opificibus impietatis, quibus horribilium & terribilium instrumentorum ad cruciandos martyres in ipsorum mentibus impressit imagines, ipse immanis cruciamentorum omnium architectus.

(*a*) *Apoc.* 12.

(*b*) *Exod.* 31.

Nova tormenta excogitantur.

XVI. Terrificus apparatus.

Tot tantaque ab inferis deorsum, & ab hominibus desuper terram adversus Christianam religionem inermem undique comparantur, ut eorum tantum aspectus for-

tia quæque pectora timore concutere, robustos quosque animos prosternere potuisset, ipsoque solum intuitu omnes facere desertores; adeo ut jam res penitus desperata videri posset, si propriis tantum viribus Christianis obnitendum foret. Sed fide illi subnixi, qua alias sæpe sancti vicerunt regna (*c*), effugaverunt aciem gladii, fortes facti sunt in bello, & castra verterunt exterorum; intrepide expectant expetuntque certamen. In hunc igitur modum rebus Christianorum se habentibus, hoc ipso anno Galerius Maximianus Nicomediæ, (ut dictum est) agens una cum Diocletiano, & Maximianus Herculius Romæ, paribus votis in Christianam religionem conspirant, atque pariter de inferenda sævissima omnium persecutione edicta decernunt atque promulgant.

(*c*) *Hebr.* xi.

XVII. Tempus illatæ persecutionis.

At nec quemquam fallat, quod Eusebius dicat anno decimonono Imperii Diocletiani ejusmodi persecutionem cœptam esse, nempe anno sequenti; nam illud plane intelligendum est de promulgatis ab Imperatoribus edictis de Ecclesiarum demolitione, & conflagratione librorum omnium ad religionem Christianam spectantium: quod quidem eodem auctore constat factum sequenti anno, mense Martii, ex quo plane tempore idem Eusebius numerare aggreditur persecutionis annos, cum tamen non neget, ante illud tempus in Christianos, præsertim milites, nonnihil esse sævitum: cum alioqui ex his quæ superius dicta sunt, a primo propemodum anno Imperii Diocletiani primus quoque persecutionis annus numerandus jure esset; cum ab eo tempore nullus penes præterlapsus sit annus, qui exors fuerit sanguinis Christianorum: Cæterum quod respectu eorum quæ sunt postea subsecuta, illa priora sint potius visa præludia quædam quam certamina; eam Eusebius numerandi persecutionis annos rationem iniisse videri potest. Sed de ejus consilio in ea re disponenda, suo loco anno sequenti iterum pluribus dicturi sumus.

XVIII. De promulgata Romæ persecutione.

De his igitur acturis, primo quid Romæ hoc anno in Christianos, ex Senatusconsulto decretum sit, deinde quæ Nicomediæ adversus eosdem fuerint a Galerio Maximiano statuta, dicenda nobis sunt. Ex Actis namque Sancti Sabini Episcopi Spoletini, illustris martyris, hæc digna sane memoria hic describere visum est; quæ quidem sinceriſſima sunt, ac proinde, quæ ad verbum sint merito recensenda: utinam sicut fidelia, ita in omnibus integra reperiſſemus, & eo quo sunt cœpta candore, pariter absoluta. Sic enim exordiuntur: *Cum Maximianus Herculius Romæ esset, & decimoquinto Kal. Maias in Circo Maximo spectaret Circen-*

ses ludos: Sexto misso Veneto vincente, acclamatum est in Circo: Christiani tollantur: dictum est duodecies. Iteratumque: Auguste, Christiani non sint, clamatum decies. Ex quo factum est, ut Eugenius Hermogenianus Præfectus Prætorio retulerit in Senatu de persecutione in Christianos decernenda: Hæc ibi: solitum quippe populum theatralibus acclamationibus ab Imperatoribus, quæ vellet efflagitare; qui ipsorum Vitas legendo percurrit, satis intelligit. Rursum vero iisdem in locis peti a Gentilibus solere Christianorum necem; quæ dicta a nobis sunt superius ex Tertulliano, & Cypriano, aperte declarant.

Tempus passi Martyrii.

XIX. Rescriptum adversus Christianos.

Quid autem actum sit in Senatu, eadem Acta his verbis significant: *Decernitur in Senatu persecutio. Rescriptumque dedit Maximianus ad Venustianum Augustalem Tusciæ his verbis: Ex suggestione patris nostri Hermogeniani P. P. apud nos clarissime cognoscit, &c.* desunt in nostro exemplari cætera, quæ sequuntur usque ad hæc verba: *Ideo monemus, ut, ubicumque Christiani inventi fuerint superstitionem colentes; aut sacrificare cogantur diis; aut certe pœnis intereant; facultatibusque nudati, eædem Fisco cum tributis publicis socientur. Vale parens carissime. Dat. pridie Kal. Maias:* Hucusque ibi. Hic idem ille Hermogenianus, sub quo passus quoque Romæ legitur Restitutus, cujus martyrii Acta habentur.

XX. Contra suas leges nituntur Impp.

Quanta autem impietate simul cum injustitia ac crudelitate Senatus annuerit Gentilibus necem Christianorum clamoribus in theatro poscentibus: quam insuper iniquissime adversusque a se legem nuper promulgatam Maximianus in eosdem rescripserit; ipsa ab ipsis Diocletiano, & Maximiano edita sanctio testis accedat, quæ his verbis in Codice Justiniani hactenus conservatur, tamquam eorumdem iniquitatis testimonium semper loquens de iis quæ iidem ipsi alias sunt interlocuti (*a*):

(*a*) *l. Decurionum C. de pœnis.*

Decurionum filii non debent bestiis subjici. Cumque a populo acclamatum esset iterum; dixerunt: Vanæ voces populi non sunt audiendæ, nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine absolvi, aut innocentem condemnari desiderant: Hæc illi. Cæterum quantumlibet iniquissime, & adversus legem a se editam hæc agerent Imperatores; tamen quod dicerent Christianos perduelles esse Imperii, dum Gentilitiam superstitionem acceptam a majoribus impugnarent; se jure quidem necem illis inferre, errore decepti putabant. Quomodo autem Venustianus post hæc Exuperantium atque Marcellum religionis causa tormentis exagitatos morte damnarit; rursumque de Sabino Episcopo quæstionem habens, ejus precibus meruerit fieri particeps veritatis, & ad Christum converti, ac denique tum ipse, tum Sabinus a Lucio Tribuno ad eos misso fuerint ultimo affecti supplicio; ipsa citata desuper Acta monstrant.

XXI. Persecutio in Oriente.

Sed jam ad ea quæ per alterum Maximianum, cognomento Galerium, in Oriente hoc eodem anno Nicomediæ gesta sunt, orationem convertamus, hic describendo, quæ apud citata superius Acta martyrum extant, ea nempe, quæ sunt ab Eusebio prætermissa. Ipse enim res Nicomedienses a promulgatis edictis de diruendis Ecclesiis enarrare aggressus est: nos vero, quæ hoc anno sunt gesta, exacte servato ordine describemus; nimirum, quæ ibi acta sunt, cum adhuc Ecclesiæ Christianorum absque demolitione integræ permanerent; quæ anno sequenti (ut dictum est) jussæ sunt penitus æquari solo.

XXII.

Reddemus hic ea quæ in superius citatis sanctorum martyrum Actis fidelissime scripta esse inveniuntur: quorum fidem exploratam in omnibus esse reperimus: nec (quod diximus superius) quemquam moveat, si in eis de Asceteriis sive monasteriis mentio habeatur; quod errore decepti multi putant nonnisi a temporibus Constantini fuisse ejusmodi res, & nomen inventum: nam præter illa, quæ superius dicta sunt cum de Essenis actum est, & quæ de existentibus temporibus Apostolorum collegiis virginum, testificatione Ignatii a nobis etiam paulo post citandi, narrabimus; si de his dubitans Eusebio fidem adhibet, equidem ipse (ut suis locis dicemus) hac eadem persecutione urgente, nonnullos ex Ascetis passos esse martyrium tradit. Plane si Ascetæ erant, oportuit Asceteria quoque, fuisse, quibus ii continerentur, unde & nomen quoque fuerint consecuti: quod si virorum, multo magis sane sacrarum virginum erant, quas timor facilis lapsus, & virgineus pudor magis includi debere suadent. Sed de iis alibi pluribus. Nunc quidem res gestas ex iisdem (*b*) Actis depromptas hic describamus.

Monasteriorum antiquus usus.

(*b*) *Apud Metaph. die 26. Decembr.*

XXIII. Delecti sævissimi Præsides.

Cum itaque paulatim solvisset quamcumque habebat speciem humanitatis; aperte quidem pugnabat adversus Christum, sacra templa diruens, & ædes Dæmonibus ædificans (at hæc de Ecclesiarum demolitione facta sunt, ut dicemus, sequenti anno Paschali tempore): *Præfectos autem, & in dicendo formidabiles, & in puniendo crudeles mittens per universum orbem terræ; quibus non sufficiebat sua adversus Christianos crudelitas, sed accedebat etiam immanitas Imperatoris. Jubebat enim, ut Christianis non obedientibus nihil cederent; sed sic punirent, tamquam oculi illius una examinarent, & spectarent tribunalis austeritatem, & in examinando curiositatem, & in puniendo novam inventionem atque vehementiam: dicens eum illi plurimum gratificaturum, qui pluribus suppliciis afficeret Christianos. Sic incitatos emittebat Præfectos. Verum enimvero se ipsum quoque eis ostendebat exemplum ad inhumanitatem. Nam ipse quoque erat primus occidens, puniens, de medio tollens, expellens; quid non violentum agens atque tyrannicum? immo vero sæpe quoque non vim meram afferens, sed eam etiam miscens persuasione: & ipsam porrigens tamquam escam; ut sic quoque fieret sævior, & haberet probabiliores puniendi occasiones, quod nollent pii parere verbis solis.*

XXIV. Antimi Episc. certamen.

Quid autem primum omnium adversus Antimum, Episcopum Nicomediæ, ipso persecutionis gravius instauratæ exordio egerit; eadem Acta sic prosequuntur: *Ipse cum sanctissimum Antimum diu quæsitum non invenisset; ingressus Ecclesiam, tamquam fera aliqua varia, & dolosa, cum exercituum, & satellitum multitudine eam circumdedisset, & deinde etiam lenitatis personam subisset, ut alii quidem formidarent vim, & multitudinem, alii autem ad sibi utilem intuentes benignitatem, abducerentur a persuasione: & cum sic tamquam duobus fortibus vinculis, timore, & persuasione, pios colligasset, captivos ducebat ad impietatem.*

XXV. Imp. Oratio ad Christianos.

Cum hæc apud se cogitasset, ad populum talem habuit orationem: Ego etiam adversus gentes barbaras, quæ meum jugum ferre recusant, & non parent Romanorum legibus, non statim moveo hastam, neque utor jaculis, neque gladiis eis cædem infero; sed bonos imitor medicos, mollibus primum verbis, & benignis, perinde ac oleo tumorem emolliens; deinde postquam videro eos esse valde immedicabiles, ulcusque eorum valde malignum atque profundum, tunc utor cauterio, & tam aspera, & acerba sectione, ut neque ab initio me videatur aliquis humanior, neque post misericordiam, & mansuetudinem violentior. Absit autem, ut vos me umquam sentiatis conturbatum, & iratum. Sed accedentes libate magnis diis, & rogate, ut vos benignis intueantur oculis: ut sic a nobis quoque consequamini honores magistratus, & pecunias, & sitis inter meos primos amicos, & familiares. Quemadmodum enim non est absurdum, barbaros quidem, qui sunt alterius linguæ; nostra tam æquo animo ferre, vos vero in Romanorum legibus educatos, & in rebus Græcorum eruditos, & mihi subjectos, non in omnibus servare obedientiam, sed in rebus præcipuis videri inobedientes, & bellum aperte suscipere adversus vestrum Imperatorem; ut ideo excidatis ab Imperatoris benevolentia, & larga munificentia? Recedite ergo, recedite ab hac falsa religione. Sin minus, pœna non procul abierit. Videte hanc ædem, in qua confidistis: eam igni mandans, vos quoque simul perdam: & scietis omnino quantum sit malum a ratione aliena audacia, & mentis pervicacia: Hactenus oratio, qua Galerius Maximianus in Ecclesia allocutus est Christianos.

Blanditiis addit minas Imperator.

XXVI.

Quæ autem post hæc secuta sint, eadem Acta his verbis significant: *Cum dirus Imperator Maximianus sic immanitati conjunxisset humanitatem, & malorum minis, & bonorum promissis variasset orationem: qui instar mellis dulcem habebat linguam sapiens Glycerius: qui erat re vera divinus sacrificus, & sacerdos, & sua verba studebat sacrificare Christo, cui sacrificabat; brevem, & opportunam dans responsionem, & linguam vinxit Maximiano, & os ejus conturbavit, & labefactavit, & simul cum ira animum ejus replevit admiratione; dixit enim:*

Quid Glycerius ad Imp.

Neque tua promissa, & dona desideramus, o Imperator; neque tuas minas omnino curamus, illa enim quo modo appetere mus, aut quo modo ea nostrum delinirent animum; qui quæcumque sunt mundi, habemus pro somniis? Malum autem quid iis miniteris, qui pœnam potius existimant non vel gravissima sustinere propter Christum? Quæ vero dicis, & de quibus gloriaris, de trophæis, inquam, adversus Gentes erectis; ea magis stabunt a nobis, & meis verbis suffragabuntur. Quando enim tu, qui vicisti plurimos, mox conspectus es victus a fœminis, & pueris; ab iis, inquam, qui colunt religionem Christianam; quemadmodum non erit mei Christi virtus multo manifestior? Et præterea qui est adeo attonitus, & stultus, ut sit oblitus tonitruum & fulminum quæ paulo ante fuerunt, & illius horrendæ Dei significationis, mortisque violentæ, & ejus quæ prope fuit submersionis, & fructuum interitus? & quod hoc tuis diis, non autem vero potius Deo adscripseris, qui opportune, o Imperator, infert iram adversus eos qui illos honorant, & colunt? Ne sic ergo bellum contra nos susceperis: sunt nobis arma quoque desuper, quibus sicut hodie tui a te satellites, ita nos a Rege munimur universorum; per quæ, & contra te in aciem prodibimus, & adipiscemur victoriam valde admirabilem: percussi enim interimemus, & cadentes contra te trophæum erigemus: Sic plane magna animi constantia peroravit Christianus sacerdos. At quid ad hæc Imperator? Subdunt Acta:

XXVII.

Hæc audiit Imperator, & secantibus verbis in medio corde quodammodo saucia tus, animi motum in præsentia celare habens in animo, & nihil amplius dicens aut faciens, e templo egreditur. Pius autem

tem ille populus Deo quidem gloriam, sapienti vero Glycerio pro se quisque tales voces edidit: Quam (a) dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo! Glycerius torquetur. Non futurum autem erat, ut Maximianus iram diu cohiberet; sed apud se furore percitus, jubet Glycerium eumtem ad Ecclesiam comprehendi manu militari, & correptum ad se adduci. Qui cum ad illius tribunal esset adductus, nihil interrogatum jussit verberari boum nervis tam vehementer, donec verberantes quidem vires, illum autem qui cædebatur vox deficeret. Præconi quoque ei, dum verberabatur, jussit dicere: Lingua parcius utere, o Glyceri: nec sis arrogans, nec seditiosus, nec insolens: in honore habe mores Romanorum, reverere Imperatores. Sic quidem imperavit Maximianus. Sed neque torquens persuasit, neque hæc cantans, eum affecit pudore; sed cum esset martyr superior & manibus lictorum & vocibus quæ ei incantabantur, quærebat suum Regem, & tota voce & viribus illius invocabat auxilium: Domine Jesu Christe, dicens, quo modo me, ut pro te dicerem, corroborasti: ita etiam, o bone, da mihi vires, ut pro te patiar, ut accessione eorum quæ sunt tristia, sit mihi præmiorum major remuneratio.

(a) Ps. 118.

XXVIII. Glycerii martyrium. Hoc tamquam ignis igni additum, Maximiano majorem iram incendit; ipse autem, qui percutiebant, eousque ut verberarent, incituvit, donec corpus martyris humi jaceret, nihil differens ab inanimis, sanguine quidem jam exinanito, pelle vero vento tumefacta, & ipsa carne prius consumpta, & nudis solis ossibus apparentibus. Quod quidem movit misericordiam non solum piis & humanis animis, sed etiam infidelium; at non Maximianum, cujus animus erat lapide durior. Sed postquam sic affectum Glycerium, & a mortuo nihil prope differentem, solam autem linguam moventem vehementi spiritu, & dicentem; Sum Christianus, servus Christi, qui solum verus Deus est; unus est mihi Dominus, unus Rex: non ferens ille loquendi libertatem, jubet eum quidem solvi a vinculis, abductum vero extra civitatem, igne crematum mortem subire. Ductus ergo generosus ille ad locum constitutum, & stans ad Orientem, partim quidem Christo agit gratias, qui eum a multis liberarat periculis; partim autem pro se vehementer oravit, & pro piis qui erant ubique. Deinde cum Christi signum suo adhibuisset corpori, fuit affixus ligno, sacra victima, aries carens omni vitio, ei qui ligno propter nos fuit affixus. Igne autem subtus accenso, Jesu fuit oblatum holocaustum, & sacrificium acceptabile, & divina hostia aræ supernæ conveniens.

XXIX. Quid vero? hinc ne intellexit Maximianus pios esse immutabiles? Multum abest; sed cum execrandæ ejus hostiæ ducerentur ad templum duodecim deorum, quod erat intra Regiam; aderant quidem impii candidis, & magnificis vestibus celebrantes festum sui interitus: solus autem Judes (erat hic eunuchus, & eunuchorum princeps Christianus, de quo superius facta est mentio) atris indutus erat vestibus; & cum hæc celebrarentur, maximo dolore affectus, cum se in valde obscura inclusisset domuncula, impiorum flebat interitum. Candidatos quidem consueviſse diis sacrificare Gentiles, ex Platone Cicero (b) docet, Valerius (c), & alii. Sed quomodo Imperator in eum jussit animadverti, Acta his verbis significant:

Candidati sacrificant.

(b) Cicer. de Leg. li. 2.

(c) Valer. l. 1. cap. 1. n. 15.

Renuntiatur hæc quoque Imperatori; & is statim ab ipso abripitur, & sistitur ab illo Judici judicandus. Cum autem etiam antequam loqueretur, ei renunciaret vestis, quod, quæ fiebant ab eo, censebantur digna luctu, & tristitia: jussit ejus manibus, & pedibus injectis catenis, & collo collari, eum servari inclusum in carcere. Atque Indem quidem habebat custodia; Maximianus vero Domnam quoque quærebat; & furore perinde ac ebrietate læsa ratione, & oblitus eorum, quæ de ipsa audiverat; dicebat assidue: Ubi est Domna? Ubi est sacerdos Dianæ, ac Minervæ? Rursus ergo ei dicunt de integro, quæ videbantur accidisse virgini, & quæ fecerat eunuchus; & ut res se habebant (nempe quod Christiana effecta esset) *significant. Ille autem cum multa dixisset de archieunucho; & valde ægre tulisset quod ei vita fuisset conservata: jubet ei quidem caput amputari, virginem vero quæri in monasteriis, & diis illius servari: Hæc cum resciviſset ea, quæ monasterio præerat, in quo erat Sancta: in primis virili suscepta cogitatione, virili tonsu, & veste ornata virgine, & preces cum lacrymis ei præbens viæ custodes, & duces, eam clam emittit ex sacro thalamo.*

XXXI. Quod audis de monasterio virginum, haud id tibi videatur esse novum: quandoquidem jam diu ante, & S. Ignatius Apostolorum discipulus meminit de collegiis virginum suo tempore existentibus (d). At de his plura superius. Quoniam pacto vero Maximianus post hæc sævierit in sacras Deo dicatas virgines, eadem Acta sic narrant: *Sed sceleratus non cessabat quærere; & cum eam non inveniret, furebat communiter in omnia Asceteria. Atque sacra quidem Asceteria omnia crudeliter diruebantur, virgines vero turpiter probris afficiebantur: virgines (prob dolor!) quas ne masculorum quidem oculis videri erat umquam tolerandum. Atque ita per omnia pervadebat calamitas, quasi capta esset civitas ab hostibus. Quibuscumque ergo earum corpora erant valentia: & neque*

(d) Ignat. ad Philip. epist. 8.

Quid in sacras Virgines.

senectus neque morbus aliquis tardabat earum pedes, ipsæ statim fugam spectabant, & ad montes, & spelunças, & ignotas solitudines celeriter adibant, malentes vitam degere cum feris, quam habitare cum hominibus feris longe immanioribus, & qui corpora virginitatem exercentia probro afficere, inhonestum non esse existimant. Sed in eo quod cogitaras, frustratus es, o inimice omnium: & per quæ speraſti tyrannidem exercere, per ipsa fracta fuit tibi tyrannis. Non enim neglexit Deus, qui natus est ex virgine, ipsas virgines vel in medio lictorum conservare: & quo modo fidem, ita & continentiam ipsas prodere non permittere.

XXXII. Deus custodire solitus Virgines. Hic opportune admoniſſe oportuit, quæ S. Basilius de his scribit in commentario illo, cujus est titulus, De vera virginitate: *Cum ferveret* (inquit) *persecutionis immanitas, electæ virgines propter sponsi fidem ad illudendum impiis hominibus traditæ, corporibus inviolatæ perduraruntt; eo scilicet, cujus gratia id perferebant, impiorum conatus ab earum carne irritos arguente, & integra earum corpora non sine prodigio, & virtute custodiente:* Hæc ipse Cappadociæ primæ sedis Episcopus: quæ provincia cum proxima sit Nicomediæ in Bithynia, ubi hæc agebantur; hæc omnia de sacris virginibus, quæ dicta sunt, & quæ dicturi sumus, haud potuit ignorasse; sed ea scribens, his alluſisse, omnes facile possunt intelligere. Porro divina operante virtute (quod ait) virgines a stupri periculo liberatas esse; exemplum, quod Acta subdunt de Theophila, aperte demonstrat his verbis:

XXXIII. Theophila Virgo in prostibulum trahitur. *Inter eas autem, tamquam inter claras, & lucidas stellas, una mirandum in modum resplendebat instar Lunæ, & pulchritudine, & genere, & virtute aliis præstans. Ea vero vocabatur Theophila: hoc autem longe melius res ipsa ostendit. Cum enim illa esset vultu adeo formosa, traheretur autem a lictoribus, & jam ad probri, & contumeliæ officinam violenter introduceretur; manus simul, & oculos in cælum tollens, & miserabiliter aspiciens, Mi Jesu, dixit, meus amor, mea lux, meus spiritus, meus custos castitatis, & vitæ, vide eam quæ est tibi desponsa. Vide, o sponse, in quem nulla cadit reprehensio, & festina; quoniam non est quidem tempus precandi, ne pactum conventum fallam, ne prodas me bestiis, ne lupi tuam peculiarem lanient. Serva, sponse, sponsam: meam conserva castitatem, fons castitatis: ut tuum quoque nomen nunc maxime glorificetur, quod intelligenter glorificatur ab Angelis.*

XXXIV. *Hæc illa quidem oravit cum lacrymis; effectum autem Deus reddidit. Sed est adhibendus animus narrationi; introducitur virgo ad prostibulum. Illa vero etiam in tali loco, & tempore non est oblita eorum, quæ oportuit: Sed protinus ejiciens id quod habebat in sinu (id autem erat sacrosanctum Evangelium) aperuit, & dat operam lectioni. Unus vero ex intemperantibus æstro insano percitus ad eam ingreditur: qui aliquantisper quidem eam audivit legentem. Cum autem jam prope esset, a maximo metu invaditur, & tremore valde agitatur, & humi procumbit mortuus; & sic jacebat ad pedes Theophilæ non spirans. Multæ horæ præterierant; & cum aliis visum esset, quoniam non exibat, eum non posse satiari virgine: ubi alius quoque ingreditur, ipse quoque jam prope stans, lucis quidem, quæ verbis exprimi non potest, fulgore illustratur; deinde eum a luce tenebræ excipiunt, & obtutu orbatus, quærebat obiens, non amplius virginem, sed quemadmodum citra offensionem exiret extra fores.*

Prodigium de salvata Virgine.

XXXV. Theophila divinitus liberata. *Cum autem multi quidem talia passi essent, & nonnulli etiam magis horribilia; nulli fuit amplius cordi ingredi. Sed etsi quis ingrediebatur; non ingrediebatur captus amore, sed solum volens scire ea quæ facta fuerant. Postquam autem ingressi sunt complures, vident ea quæ ad videndum erant terribilia, & ad dicendum aliis maxime admirabilia: puellam quidem honeste sedentem, & libro incumbentem; adolescentem autem quemdam prope eam stantem luce quidem ineffabili, pulchritudine vero incredibili, veluti quædam tela fulguris emittentem ex oculis. Hæc postquam viderunt, & metu obrigueruntt, & vix tandem, Quis est sicut Christianorum Deus? exclamaverunt; & simul, non ferentes spectaculum, recte secum agi putabant si fugerent; & celeritate maxima domo exibant, omnes quidem oblitidinis, nonnulli autem etiam ipsa impietate abiurata.*

XXXVI. *Sed neque hæc quidem ignoravit Maximianus. At cum resciviſset, virginem quidem non posse capi ab iis qui ipsam servabant militibus, quinetiam multos ex suis esse victos, & didicisse Deum pie colere: Dei gratiam adscribit incantationi, dicens Christianos uti artificiis ad vulgus decipiendum. Sed ille quidem hæc dicens, seipsum potius decipiebat, & quicumque his rugis animum adhibebant. Ille autem plenus lumine qui videbatur virgini assistere, cum eam domo eduxisset, suo lumine præcedens deducebat. Deinde cum etiam adduxisset usque ad sacram Ecclesiam, eam statuit in vestibulo: & cum,* Pax tibi, *dixisset, recessit. Eam autem invasit, & metus, & gaudium: metus quidem quod ille eam reliquisset; gaudium vero, quod sic libidinosorum manus effugisset, nihil passa indecorum. Accedens ergo pulsat ostium populi jam congregati, & nocturna de*

Theophila ad suos redit.

de more Deo canentis. Cum autem januæ strepitum sensisset quidam Diaconus; & quænam esset, rescivisset: renuntiavit iis qui erant intra Ecclesiam. Omnes itaque ad eam confluunt: nam alioqui erat etiam illustri genere, sicut audivimus, virtute autem multo illustrior. Cum eam ergo vidissent; & quos, & quidnam volentes, effugisset, intellexissent: & quænam illa in eos fecisset miracula; quosnam quidem fontes lacrymarum non moverunt? quasnam autem voces in Deum non emiserunt? in principio quidem raptum virginis miserantes; in fine quidem impios miseros ducentes. Illam vero quibusnam non prosequuntur beatitudinibus? Illa autem se ipsam quidem jacit humi, & aræ sacros tangit cancellos. Flet vero tam vehementer, ut eos etiam, qui videbant, ad similem moveret affectionem & fluenta lacrymarum. Fitque communis ad Deum gratiarum actio toto pectore. Sed ita quidem se habebant res virginis: Sic ibi. Post hæc autem adnexum est Actis Dorothei clarissimi viri certamen his verbis.

XXXVII. *Improbo autem Maximiano oportebat improbos etiam esse ministros, & ex eadem (ut aiunt) fidelia. Quicumque ergo pie Deum colentes latebant Maximianum, ii illos non secus ac venatici canes investigantes significabant. Qui quidem etiam adversus Dorotheum, qui gloria quidem, & civili dignitate erat insignis, ut qui Præpositus vocaretur ab Italis, pietate autem erat insignior: adversus eum ergo, & Mardonium, & Mygdonium, & qui prius dictus est, Indem, & quosdam alios fide quidem in Christum acerrimos, Imperatoris autem honore claros, immittunt tela calumniæ. Hi scilicet, quorum dentes arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus (a), dicentes: Si servos, o Imperator, & eos qui in tua regia habitant, & sunt tibi subjecti, non potes subjugare: cur aliis conaris persuadere, inutiliter laborans, & frustra te crucians? Ii enim ægre potuerint abduci a dogmate, illos videntes nos suaviter irridentes, & tui tribunalis austeritatem nihili facientes. Vide enim quousque procedit eorum contemptus; non solum ipsi contemnunt contraria sentientes, sed aliis quoque qui latent, qui eadem, quæ ipsi sentiunt, & alimenta suppeditant, & ad certamina parant, & instruunt: quinetiam mittunt litteras ad eos qui procul distant, simul & eos confirmantes in sententia, & exhortantes ad constantiam. Et alioqui quicquid adversus ipsos, & quam habent religionem tua excogitaverit potentia, id statim per illos ab ipsis deprehenditur.*

Dorothei, & sociorum certamen.

(a) Ps. 56.

XXXVIII. Quid in Martyres Maximianus.

His fuit Maximianus ad iram incensus, & dicto citius jussit sanctos ad se adduci. Et aderant quidem illi nihil timentes, neque ullum formidinis vestigium vultu præseferentes. Illè autem torvis ipsos oculis intuens: O pessime perdendi, inquit, o omnium hominum ingratissimi: cur tantam a nobis adepti claritatem, & soli propemodum sceptris præfecti Imperatoriis, tam mali deprehensi estis in benefactorem? qui pro multis nostris in vos beneficiis qualem refertis gratiam? Jesum quemdam vobis, & aliis Regem adscribere dictitantes, & novæ hujus religionis duces sedulo celantes, & eis omni studio providentes, eosque foventes, quos funditus interire, & ne nomen quidem eorum remanere, putavi esse pulcherrimum, & primum meorum trophæorum? An non hæc sunt vera, & quæ factis magis arguuntur, quam verbis?, Illi autem, tamquam latrantem canem, ne tantillum quidem curantes, neque existimantes esse tempus responsionis, steterunt silentes. Maximianus vero, cum silentio magis esset ejus irritatus animus: Non per deos immortales, inquit, non vobis parcam: sed cum omne genus supplicii vobis intulero, & carnes consumpsero, & ossa contrivero, & igne combusserо; relinquam insepultos, a canibus, & avibus commedendos; & vos ipsos puniens pro meritis, & aliis metum incutiens, ne talia aggrediantur.

XXXIX. *Nec hæc quidem sanctis timorem intulerunt; sed statim solutis zonis, & chlamydibus exutis, stabant parati ad cursum martyrii, uno ore, & animo se esse Christianos, & Christi servos audacter nominantes. Deinde etiam Maximiano: Nobis, o tyranne, dixerunt, honores tui, & vanæ hæ dignitates ne tantillum quidem umquam curæ fuerunt. Quid enim opus fuerit tali honore, qui a Deo disjungens, est redacturus in servitutem Dæmonum? Sunt enim talia vestra impiorum dona: quæ fugientes, tantum abest, ut persequentes, non solum iis tibi cedimus, sed etiam ipso corpore, & vita. Cum ii ita essent parati, & tales essent eorum spiritus; jussit Maximianus, ut extensis simul manibus, & pedibus, crudelibus boum nervis fortiter verberarentur. Et statim sex circumsistentes lictores, magna ex parte diei unumquemque eorum perpetuo verberabant, nulla scelerati commoti communis naturæ misericordia: idque cum viderent terram eorum sanguine effectam purpuream. Martyres quidem hæc ferebant fortiter, ne vocem quidem emittentes; interni vero animi motibus glorificabant eum propter quem hæc sustinebant. Flagellatos excipiebat carcer, cum essent eorum colla vincta collaribus, manus autem catenis, & pedes compedibus.*

Torquentur Martyres.

XL. *Maximianus vero, tamquam torrens qui fertur per segetes, per omnes deinceps pios pervadebat. Et ad hæc quidem jubebantur inservire Præsides, & Præfecti, qui erant impietate eximii. Quicumque autem*

autem ejus parebant Imperio, qui Christum esse Deum confitebantur, tortoribus simul tradebantur, & variis tormentis laniabantur miserabiliter. Et sic quidem quotidie ei qui seipsum pro nobis sacrificavit, rationalia offerebantur sacrificia, pie martyrio effecta holocausta: Hucusque ibi: quæ quidem facta esse hoc anno, nempe antequam de diruendis Ecclesiis fuisset promulgatum edictum; conventus Christianorum in Ecclesia passim fieri soliti, quorum in iisdem Actis mentio habetur, satis manifeste declarant. Porro novissimus conventus ille fuit, qui sacrosancta Natalis Domini festivitate hoc anno celebratus est, natalis pariter dies passionis effectus eorumdem qui convenerant Christianorum martyrum; qui his verbis in iisdem Actis describuntur:

XLI. Natali Domini die trucidati Martyres.

Oportebat autem festorum maximum, Christi Natalem, ei qui nascebatur copiosa offerre sacrificia. Nam ortus quidem Christi dies festus agebatur, quicquid autem est pium, congregabatur ad glorificationem. Profani vero Maximiani ministri profani accedentes, Quoniam, inquiunt, o Imperator, hodie festorum, quæ norunt maximum celebrant Christiani; ut qui hodie Deum suum natum esse fabulentur; & celeberrimo totius populi concursu ad festum conveniunt: age ne ex media fugena præda effugiat: sed militibus quidem præoccupentur templi aditus; est autem ara ante portas; accedentes vero præcones jubeant quidem omnes e tempore egredi, & nihil cunctantes aræ sacrificare. Sin autem non pareant; quid sit deinceps agendum, statuere, tui est imperii, & judicii. Quod si hoc quoque nobis permittis dicere; igne templum circumcirca comprehendentes milites, protinus perdant eos qui non obtemperant. Et sic illos quidem de medio tolles, qui in rebus præcipuis perniciem afferunt tuis populis; te autem liberabis a cura, quæ tuum animum præmit non mediocriter, sicut nos non ignoramus.

XLII. *Nondum finem acceperat oratio; excipiens autem Maximianus, Juro, inquit, maximos deos, me hæc jamdiu versasse in animo. Nescio vero qui factum sit, ut ea quæ cogitaram, nondum sim executus: sed vobis magnas, o dii, ago gratias, quod effeceritis, ut his quoque opportune veniret in mentem, quod esset conducibile. Et simul jubet, ut primi ex Protectoribus, cum magna manu militum Ecclesiam circumdedissent, sarmentis, & quacumque alia materia, quæ facile accenditur, in orbem congesta, & apposita, ad templi portam aram statuerent. Deinde ut præcones clara voce proclamarent, ut omnes exirent, & ad aram accederent sacrificaturi. Quod si non parerent; portis statim optime clausis, & omni alio ejus obstructo exitu, ignem accenderent; ut sic omnes una cum ipso templo perirent, &, ut digni sunt, ab igne consumerentur. Hæc quidem Imperator.*

Ecclesia obsidetur a militibus.

XLIII. Optio data.

Nuncius autem statim mittitur ad Ecclesiam, ut diceret, quæ jussus fuerat ab Imperatore. In medium itaque accedens, & magna voce clamans: O homines, Maximianus Orbis terræ dominus, inquit, me ad vos missо, alterius ex duobus dat vobis optionem: Ut aut diis sacrificetis (adest enim ara parata) aut si non pareatis, omnes simul pereatis: præsto est ignis. Quod ergo vultis, quamprimum eligite. Cessavit ille cum hæc dixisset.

XLIV. Archidiaconus hortatur fideles ad martyrium.

Ecclesiæ autem Archidiaconus, cum ei esset cor accensum igne divinæ gratiæ, stans ad cornu altaris: O vos, inquit, mei fratres, & inter vos invicem unanimes; nescitis quemadmodum, quæ a tribus pueris facta sunt, paulo ante persequentes, dici non potest, quantum eorum admirabamur virtutem, & eorum in pietate obstupebamus fortitudinem: & quemadmodum, non tamquam stantes in medio ignis, sed in molli aliqua herba choros ducentes, ipsi & hymnum canebant, & omnem creatam naturam ad universorum Deum laudandum vocabant? Hos non solum judicabamus beatos; sed eorum quoque coronarum cupiebamus esse socii. Quoniam ergo, & nunc nos vocat tempus, & sunt mores Imperatorum similes (nam etsi nominibus differunt, at crudelitate, & impietate maxime conveniunt) efficiamur nos quoque similes iis qui tunc decertarunt. Quo modo enim non esset absurdum, illos quidem, cum essent pueri, & nec plures tribus, & alioqui cum nullum adhuc accepissent exemplum animi magnitudinis in tuenda pietate, tam præclare decertasse: nos vero, qui & multitudine sumus prope innumerabiles, & multi, quibus nihil deest ad perfectam ætatem, & quibus est etiam tanta exemplorum copia, videri vitæ cupidos, & ignavo abjectoque esse animo, & non oblatam occasionem tamquam lucrum arripere: & hanc, quæ est ad tempus, vitam despicere pro Deo qui nos fecit, & suam animam dedit pro nobis ad mortem; testimonium autem firmæ, & infractæ nostræ fidei nostram præbere mortem? Hæc autem dico, etiam si nulla esset pro eis remuneratio.

XLV. Promptus animus subeundi martyrium.

Cum vero sint valde pravæ hujus temporis passiones, si conferantur cum iis, quæ sunt illic remunerationibus, & vita quidem expers molestiæ, & æterna pro hac brevi, & laboriosa; gloria autem numquam cessans pro infida, & quæ facile excidit; & divitiæ, quæ subripi nequeunt, & voluptas, quæ numquam transit ad molestiam; nos adhuc in præsentibus manere concupiscemus; & non potius cum ad eam, quæ

quæ est illic gloriam, pro Christo subeundo mortem invenerimus perveniendi occasionem, quamprimum transibimus? Et quidnam aliud facientes ab iis qui sapiunt judicabimur, nisi digni qui lugeamur? Mementote, immo vero aspicite ad aram. Verus enim noster Dominus fuit pro nobis sacrificatus. Non nos quoque pro eo in loco sancto animas profundemus, & veluti quoddam sacrificium eas illi igni offeremus in holocaustum? Hæc Archidiaconus est concionatus ad populum, quod (ut vidimus) Episcopus Antimus, qui quærebatur ad necem, jam fecessisset, atque latebras quæsiisset. Cæterum nulla prope ex causa etiam persecutionis tempore prætermittere solitos esse Christianos celebrare dies festos, satis superius ex Dionysii Episcopi Alexandrini epistola est demonstratum. Sed rursum Acta:

XLVI. Digna Christianorum responsio.

Cum sic dixisset, omnes incitavit, & effecit, ut moriendi vehementi tenerentur desiderio. Simul itaque cum illo beatam illam vocem exclamaverunt: Christiani sumus, Christiani; & deos tuos, o Imperator, non colemus. Hæc Maximiano quidem annunciabantur. Ille autem cum nec finem quidem expectasset orationis, jussit in eos ignem incendi, & eos una cum templo exuri; ut nullus eorum nec misericordiam consecutus, neque latens posset effugere. Pii vero, cum omnes congregassent simul catechumenos, viros & mulieres, & pueros, eosque in quatuor divisissent, utpote, quod tempus postularet celeritatem, eos divino baptismo perficiunt & chrismate ungunt, & eos intemeratis impertiunt Sacramentis.

XLVII. Christiani omnes in Ecclesia comburuntur.

Protinus autem aderant ministri quoque Imperatoris, & ignem incendebant, illeque omni ex parte tollebatur in altum: & cum totam comprehendisset Ecclesiam, in unum ascendebat verticem; omnia tam quæ erant extra eam, quam quæ intra, depascens: premens itaque malum ingruebat gravissimum. Illi autem intus magna voce ad Deum clamabant, & canebant canticum puerorum, omnem creatam naturam vocantes ad choream: neque prius cessarunt glorificare, quam oblata essent accepta sacrificia, castæ hostiæ Agno qui fuit pro mundo mactatus. Quinque dies transierant, & ignis depascebatur materiam. Cum vero flamma jam cessasset, nullus quidem teter odor sentiebatur nec ex corporibus, nec ex fumo; spirabat autem potius quidam suavis, & mire fragrans odor. Apparebat vero quidam radius, auri rutilantis speciem præseferens, varium quemdam edens, & valde gratum splendorem, quo modo Sol lucet qui modo apparet in Oriente: Atque de his ibi hactenus. Quæ autem ibi sequuntur, quoniam ad sequentem annum pertinent, suo loco de eis agemus.

XLVIII. Elogium de martyribus.

Porro tam apud Græcos quam Latinos illustris memoria horum martyrum est descripta in tabulis Ecclesiasticis; & in Romano Martyrologio, digno ejusmodi epitaphio, octavo Kal. Januarii recensetur: *Nicomediæ passio multorum millium martyrum; qui cum in Christi Natali ad Dominicum convenissent, Diocletianus Imperator* (aderat, & ipse quoque Nicomediæ, cujus nutu cuncta geri videbantur) *januas Ecclesiæ claudi jussit, & ignem circumcirca parari, tripodemque cum thure pro foribus poni, ac præconem magna voce clamare, ut, qui incendium vellent effugere, foras exirent, & Jovi thus adolerent. Cumque omnes una voce respondissent, pro Christo se mori libentius; incenso igne consumpti, eo die nasci meruerunt in cælis, quo Christus in terris pro salute mundi nasci dignatus est.* Ita ibi: habet eadem quoque Nicephorus (*a*). Si autem Eusebius hæc intacta reliquerit, haud mirum, quippe qui (ut dictum est) res tantum gestas ab anno sequenti, quo de diruendis Ecclesiis edictum est promulgatum, historia prosecutus, cum hæc, tum alia multa scitu dignissima silentio obvoluta præterierit. At de rebus Nicomediensibus sæpe inferius.

(*a*) Nicep. l. 7. c. 6.

JESU CHRISTI ANNUS 302. MARCELLINI PAP. ANNUS 6. DIOCL. ET MAX. IMPP. ANNUS 19.

I.

CHristi anno trecentesimo secundo, Constantino Chloro, & Galerio Maximiano Cæsaribus quartum Consulibus, Diocletiani Imperii decimonono, sævissimam omnium persecutionem (quam decimam (*b*) vocant) in Christianos, novis adversus eos promulgatis edictis, concitatam esse tradit Eusebius; qui a promulgationis ejusmodi edictorum tempore hujus persecutionis numerat annos. Quænam fuerint hæc edicta, idem narrat his verbis (*c*): *Anno decimonono Imperii Diocletiani, mense Dystro (qui a Romanis Martius nominatur) cum salutaris Passionis Dominicæ festum jam pro foribus esset; omnibus in locis per Imperatoris litteras palam indictum fuit; ut tum deturbarentur Ecclesiæ, soloque æquarentur; tum scripturæ Christianorum absumerentur igni; tum qui honorem fuissent*

(*b*) Aug. de Civit. Dei li. 18. c. 52. & Oros. l. 7. c. 27.

(*c*) Euseb. lib. 8. c. 9. Edicta contra Christianos lata.

issent adepti, de gradu turpiter deponerentur, tum privati, si modo in professione perstarent, libertate penitus privarentur; Ac primum edictum contra eos editum tale fuit. Non longo post tempore, aliis litteris exeuntibus, mandatum est, ut omnes Ecclesiarum Præsides ubique gentium primum conjicerentur in vincula; deinde omnibus machinis adhibitis, idolis victimas immolare cogerentur: Hucusque de edictis hoc anno latis Eusebius.

II.

At vero antequam de his agamus, illud est indagandum (quod, & superius quoque attigimus) quidnam est, quod idem Eusebius tempora Diocletiani & Maximiani Imperatorum, quæ hanc de qua dicere aggredimur persecutionem indictam præcesserunt, fuisse Christianis felicissima multis testetur; cum diversis in locis vexatos fuisse Christianos ante hæc tempora veris certisque testificationibus fuerit sæpius demonstratum? Sed primum antequam hæc disquiramus; quid de statu rerum Christianorum ante præsentem annum idem scribat Eusebius (*a*), audiamus; qui ait: *Quantum splendoris doctrina veræ pietatis in Deum omnium rerum gubernatorem mundo per Christum patefacta, apud omnes homines Græcos simul ac barbaros ante istam persecutionis tempestatem, quæ nostra ingruit memoria, obtinuerit, & quam libere inter eos prædicata fuerit; majus quiddam est, quam quod nos nostra in dicendo tenuitate satis pro dignitate explicare possimus. Cujus rei argumento esse poterit singularis Imperatorum humanitas, qua nostros tam benigne exceperunt: quibus quidem tum provinciarum præfecturas gratuito impertierunt; tum propter incredibilem benevolentiam, qua erga nostram religionis professionem habebant, omni afflictione, & molestia, quam pro Dei amore homines Christiani solent perpeti, eos penitus liberarunt.*

(*a*) Euseb. l. 8. c. 1.

Status Ecclesiæ ante persecutionem.

III.

Quid de his attinet dicere, qui sunt in Imperatorum Palatio magnam dignitatem adepti; deque ipsis Imperatoribus, qui domesticis suis pro sermone divino propagando, & pia vitæ ratione degenda, ipsi velut inspectantes copiam fecerunt libere & ingenue dicendi; atque adeo suis ipsorum uxoribus, liberis, & servis, quasi palam de mira fidei libertate gloriandi exultandique potestatem permiserunt? quos certe cariores habuerunt & magis eximie dilectos, quam reliquam servorum turbam: ut Dorotheum illum, qui præter cæteros erga illos, & benevolentiam summam ostendit, & fidem non minorem; ac propter ea præ aliis, qui magistratus, & præfecturas in Imperio gerebant, amplissimum honoris gradum adeptus est: ut Gorgonium, qui non dissimili fama & celebritate enituit; ut alios non paucos, qui propter Dei verbum sunt parem cum illis dignitatem consecuti.

IV. Florens status Ecclesiæ.

Aut quid memorem, qua humanitate, cultu, & benevolentia, non illa quidem vulgari & contemnenda, provinciarum Præfecti & Rectores Ecclesiarum Præsides & Episcopos (ut manifesto cernere licebat) amplexati fuerint? Aut quomodo quisquam conventus illos infinita hominum turba frequentatos multitudines in singulis civitatibus coactas, illustres hominum in templis

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1055. Olymp. 270. an. 2. A. C. 302.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5795.

⊙ 3. D. ☽ 18. P. 5. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 302.

MARCELLINI PAPÆ 7.

DIOCLETIANI IMP. 19. MAXIMIANI HERCULII IMP. 17.

I. Consules.

II. Decennalia Galerii Maximiani.

[1] AD num. I. Coss. *Constantius Cæsar IV.* & *Galerius Maximianus Cæsar IV.* Consulatus Constantii secundum tertiam regulam, Galerii juxta secundam; Imperii enim Cæsarei Decennalia dedit. Ex quo utriusque Cæsaris Consulatu discimus, eos ante annum CCXCII. Cæsaream dignitatem non obtinuisse; quinquin Maximiani Decennalia ante hunc annum exhibita fuissent; cum nullum extet indicium, ea fuisse dilata. Ad hæc solennia referenda quæ hoc anno Idacius in Fastis habet: *His Consulibus vilitatem jusserunt Imperatores esse.* Annis enim, quibus Imperatores & Cæsares Decennalia celebrarunt, eos erga populum liberales ac munificos fuisse in Dissertatione Hypatica ostendi.

III. De persecutione indicenda deliberatum. Baron. n. 1. & seqq.

Non tantum Baronius, sed & Petavius in lib. de Doct. Temp. aliique plures Viri docti persecutionis Diocletianeæ initium in hunc annum contulere. Verum liber Lactantii de Mortibus Persecutorum controversiam tandem diremit, & Valesii sententiam certam esse ostendit. Is in Notis ad lib. 8. Eusebii eam anno tantum sequenti cœptam adeo solide demonstravit, ut mirum mihi acciderit, post ejus Notas in lucem emissas, inventos fuisse qui contrarium senserint. Hoc itaque anno *per totam hiemem* de Christianis

NOTÆ

[1] COss. *Constantius Cæsar IV.* & *Galerius Maximianus Cæsar IV.* Fasti Idatiani, Vindebonenses, Prosperi Chronicon, & Bucherii latercului; *Constantio IV.* & *Maximiano IV.*

[1] DE sphalmate Baronii in assignando initio persecutionis Diocletianeæ ante Pagium scripsit Norisius in Epochis in Præfatione earum, & pag. 143.

concursus poterit oratione explicare? Unde cum in antiquis illis ædificiis non satis loci haberent, ampliores Ecclesias in universis urbibus, fundamentis earum ad majorem laxitatem dilatatis, erexerunt. Et quamdiu divina & cœlestis Dei manus populum suum, utpote auxilium ejus promerentem obtexit, suoque munivit præsidio; tam diu neque ulla hominum invidia, quo minus istæ res una cum tempore indies majores progressiones facerent, incrementoque & magnitudine augescerent omnino potuit obsistere, neque vesanus ille & perditus dæmon vel suo ipsius conatu eas in invidiam rapere, vel hominum insidiis ulla ex parte impedire: Hæc de statu piorum, Diocletiani & Maximiani temporibus, quod ad Christianas res spectat, tradit Eusebius.

V. At quantum hæc adversentur Actis sanctorum martyrum, quæ certis definita temporibus sunt suis locis superius recitata, nemo non videt. Verum nec ipse Eusebius negat ante hæc tempora multos Christianorum martyrium consummasse: nam tam in Chronico, quam in Historia (a) (ut dictum est) tradit jam antea pedetentim in Christianos milites persecutionem grassari cœpisse, licet ipse totum negotium exercitus Ducibus tribuat, excusans Imperatores. Sed quod spectat ad Imperatores hac ratione necesse esset affirmare, præteriisse Eusebium quæ ab ipsis tum Romæ, tum in Gallis in Christianos sunt iniquissime perpetrata; & ob id quod unum, vel duos, sive paucos alios Christianos beneficiis iidem fuerint prosecuti, crediderit ita erga omnes eodem quoque modo fuisse Imperatores affectos: vel, quod in hanc diem nullum generale in omnes provincias ab eis promulgatum sit edictum, putaverit in omnibus provinciis Christianos tranquilla pace potitos esse; vel, quod Syria Palæstina, ubi (ut dictum est) ipse Eusebius agebat, a Christianorum cæde in hanc diem expers fuerit, æque alios in aliis regionibus existimarit Fideles otio quievisse. At vel unum exemplum Caii Romani Pontificis, si res Ecclesiasticas diligenti cura lustrasset oculis, ab hac sententia Eusebium dimovere potuisset. Cum alioqui certo sciamus, sæpius contigisse, ut quiescentibus etiam Imperatoribus, immo & de Christianis optime merentibus, nihilominus vel Præsidum in Christianos accenso odio, vel Pontificum Gentilicia superstitionis invidia, & interdum furore populi Christianos acerrime fuisse vexatos; Severi enim atque Alexandri tempora superius enarrata certam de iis fidem faciunt. Cæterum testimonio quoque Constantini Imperatoris cœptam esse persecutionem ipso exordio Diocletiani Imperii, paulo inferius dicturi sumus, adeo ut nullus amplius de ea re dubitandi locus remaneat.

(a) Euseb. l. 8. c. 4.

Eusebii dicta elucidantur.

VI. Sed quæ præcesserint causæ, ut Deus Ecclesiam suam adeo afflictari permiserit, idem Eusebius (b) narrat, hæc dicens: *Verum cum nos præ nimia quadam licentia in molliciem delicatam & dissolutam segnitiem essemus prolapsi, cumque alii aliis invidere, maledictis insectari, & prope nos ipsi inter nos petulantibus linguis tamquam mutuis armis oppugnare, & casu aliquando verborum contumelias velut hastas unus in alium intorquere, & Præsides Ecclesiarum alter alterius vires infringere, & populus in populum seditionem concitare inciperet; cumque ficta & adumbrata sanctitatis species, quæ oratione nequit exprimi, & simulatio fronte occultata ad immensam quamdam pravitatem serpsisset; divina ultio, dum permagna adhuc Christianorum ubique versabatur frequentia, parcius aliquando, remissius, & moderatius, ut solet, primo persecutione ex fratribus qui militiam exercebant, inchoata, cœpit in nos animadvertere.*

(b) Euseb. l. 8. c. 1. & 2. Soluta disciplina multorum, unde persecutio exorta.

VII. *Sed ubi veluti sensibus orbati, & præstricti mente, nulla cura aut cogitatione incubuimus, ut divinum numen in nos incensum benevolum & placatum efficeremus; sed tamquam imperii nostras res a Deo nec curari nec animadverti arbitrati, alia vitia aliis acervatim adjecimus; & pastores nostri, depulsa repudiataque pietatis regula, dissidio & contentione inter se*

Corrupti mores sacerdotum.

PAGIUS nis persequendis actum. Lactantius enim postquam cap. 10. de militum persecutione, quam anno CCXCVIII. inchoatam esse diximus, egit: *Deinde*, inquit, *interjecto aliquanto tempore in Bithyniam venit hiematum*: (nempe Diocletianus) *eodemque tum Maximianus quoque Cæsar inflammatus scelere advenit, ut ad persequendos Christianos instigaret senem vanum, qui jam principium fecerat. Cujus furoris hanc causam fuisse cognovi. Erat mater ejus Deorum montium ultrix, mulier admodum superstitiosa. Quæ cum esset, dapibus sacrificabat pene quotidie, ac vieariis suis epulis exhibebat. Christiani abstinebant; & illa cum gentibus epulante, jejuniis hi & orationibus insistebant. Hinc concepit odium adversus eos, ac filium suum non minus superstitiosum querelis muliebribus ad tollendos homines incitavit. Ergo habito inter se per totam hiemem consilio, cum nemo admitteretur, & omnes de summo statu Reipublicæ tractari arbitrarentur, diu senex furori ejus repugnavit, ostendens quam perniciosum esset inquietari Orbem terra, fundi sanguinem multorum. Illos libenter mori solere: satis esse si Palatinos tantum ac milites ab ea Religione prohiberet. Nec tamen deflectere potuit præcipitis hominis insaniam. Placuit ergo amicorum sententiam experiri. Nam erat hujus malitia. Cum bonum quid facere decrevisset, sine consilio faciebat, ut ipse laudaretur. Cum autem malum, quoniam id reprehendendum sciebat*

se exarserunt; quin etiam nullas alias res, præterquam discordias, minas, æmulationem, inimicitias, & odium inter ipsos mutuo adaugere studuerunt, & animis ambitionis æstu incensis, tyrannorum more, principatum obtinere laborarunt; tunc demum, juxta illam Hieremiæ (a) sententiam: Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: projecit de cœlo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui? &c. & paulo post (b).

(a) Hier. 2.

(b) Euseb. l. 8. c. 2.

VIII. Causa persecutionis. *Verum non est nostrum oratione describere tristes illas calamitates, quæ ad extremum invectæ fuerunt; quandoquidem neque discordias ante persecutionem inter eos commotas, neque absurdos & importunos conatus, nostrarum partium esse putamus memoriæ commendare. Quo circa nihil amplius de illis scriptis prodere decrevimus, quam unde justum Dei judicium in illos declaratum perspicue probare possemus:* Hæc Eusebius, omnem propemodum persecutionis causam rejiciens in Christianos jam turpiter moribus depravatos; licet iidem justi, Gentilium oraculi testimonio, fuerint comprobati. Nam cum in Vita Constantini, quam scripsit, edictum (c) ab eodem pro Christianis editum recitat, hæc verba quoque in eo scripta fuisse testatur: *Apollinem autem id temporis ex antro quodam & tenebricoso recessu, non ex sacerdotis ore hoc oraculum edidisse ferunt: Justos qui in terris versabantur impedimento ipsi fuisse, quo minus vera loqueretur; & propterea falsa oracula ex tripode edita esse; indeque etiam factum esse, ut comam demitteret.* Oraculo igitur hoc modo exagitato, hominum malitia de ea re conqueri cœpit. *Sed videamus ista ad quem exitum venerint. Te jam Deum altissimum conteslor, nec verum dicturum.*

(c) Euseb. de Vita Const. l. 2. c. 49. & 50.

Oraculum de probitate Christianorum.

IX. *Audiebam, cum jam puer admodum essem, eum qui illo tempore principem locum inter Romanos Imperatores obineret, miserum, plane miserum, errore cæcatum a satellitibus suis curiose inquirentem rogasse: Quinam essent illi in terris justi? quemdamque ex vatibus suis responsum dedisse, eos esse Christianos. Tyrannum autem responsum illud tamquam mel ore avide arripientem, gladios, qui erant ad injuriam ulciscendam excogitati contra sanctos viros, qui erant omni labe & reprehensione carentes, intentasse. Exemplo igitur mandata crudelibus scariis, quorum manus erant cæde, & sanguine respersæ, data esse, Judicesque missos, ut celeres animi motus a natura datos, de acerbiora suppliciorum genera invenienda intenderent:* Hæc Constantinus in edicto.

X. Confutatur Eusebius ex Constantino.

Sed & quæ de Episcoporum discordiis idem etiam Eusebius recitat, pariter refutantur. Certe quidem nec leve vestigium discordiarum, quas jactat inter Ecclesiarum Præsides interfuisse, his temporibus antequam Meletiani in Ægypto schisma conflarent, vel Arius hæresin excogitaret (quæ omnia facta sunt postea) aliquis poterit demonstrare. Sed in eo quoque assertio illa Eusebii confutatur, qua ait, nonnisi hoc anno decimonono sui Imperii a Diocletiano sæviri cœptum in Christianos: nam si id (ut ipse Constantinus in edicto testatus est) contigit, cum puer adhuc admodum esset; cum constet eumdem hoc anno fuisse suæ ætatis annorum vigintiocto, qui (ut testatur Eusebius d) annos natus triginta duos imperare cæpit, quod contigit post annos tres, nempe Domini trecentesimofexto: plane colligitur, ipso initio Imperii Diocletiani, cum Constantinus ipse ageret annum nonum, ac proinde (ut ait) admodum puer, Diocletianum Christianos vexare cæpisse, sed edicta illa hoc anno ab eo promulgata fuisse.

(d) Eusab. in Vita Const. l. 1. c. 1. & l. 4. c. 53.

XI. Eusebii instituta.

At rursus Eusebii narrationem prosequamur, qua suum institutum in hac describenda persecutione declarat his verbis (e): *Neque propterea aut de illis qui persecutionis tempore animis prope ceciderunt, aut de illis qui omnino salutis suæ fecere naufragium, suaque sponte tamquam in profundum ingentium fluctuum gurgitem projecti sunt, mentionem facere instituimus; sed eas solum in historiam res gestas generatim complectentem includimus, quæ nobis ipsis primum, de-*

(e) Euseb. l. 8. c. 2.

PAGIUS *bat, in consilium multos advocabat, ut aliorum culpæ adscriberetur quicquid ipse deliquerat. Admisse ergo Judices pauci & pauci Militares, ut dignitate antecedebant, interrogabantur. Quidam proprio adversus Christianos odio inimicos Deorum & hostes Religionum publicarum tollendos esse censuerunt, & qui aliter sentiebant, intellecta hominis voluntate, vel timentes, vel gratificari volentes in eamdem sententiam congruerunt. Nec sic quidem flexus est Imperator, ut accommodaret assensum; sed Deos potissimum consulere statuit, misitque Aruspicem ad Apollinem Milesium*: (hanc historiam narrat Eusebius in lib. 2. de Vita Constantini cap. 1.) *respondit ille ut divinæ Religionis inimicus. Traductus est itaque a proposito. Et quoniam nec amicis, nec Cæsari, nec Apollini poterat reluctari, hanc moderationem tenere conatus est, ut eam rem sine sanguine transigi juberet, cum Cæsar vivos cremari vellet, qui sacrificio repugnassent.* Quæ sub finem præsentis anni, non vero præcedenti, ut existimavit Baronius, decreta. Persecutio itaque adversus milites anno CCXCVIII. inchoata: *Deinde interjecto aliquanto tempore*, annis nempe quatuor, Diocletianus *in Bithyniam venit hiematum*, in urbem nempe Nicomediensem, quæ sedes Regia erat, quo sub hujus anni finem se contulit, & ubi persecutio universalis adversus Christianos destinata fuit.

Baronius Eusebium reprehendit, quod perse-

XII.

inde posteritati adjumento esse queant. Hæc de suo in conscribenda persecutionis historia instituto Eusebius, parum explens numeros sui muneris; dum perinde ac si panegyrim scriberet, non historiam; triumphos dumtaxat martyrum atque victorias, non autem lapsus jacturamque Fidelium posteris scripturæ monumentis curaret testata relinquere. At suspectum hoc ejus nobis de lapsis silentium redditur, dum ea reticendo, pudori suo potius quam aliorum consuluisse visus est: quippe qui, si ea fideliter præstitisset, suum ipsius de fide naufragium fuisset literis commendaturus. Excidisse quidem ipsum a fide, ac, ut liberaretur a parabilis sibi tormentis, Gentilibus obtemperasse; in conventu Tyrio Magnus ille Potamon Heracleæ in Ægypto Episcopus & confessor in faciem exprobravit.

De Eusebii lapsu.

XII. Hæc vera esse, his verbis testatur Epiphanius (*a*): *Cum* (inquit) *zelotes esset pro veritate ac recta fide prædictus B. Potamon, liberum habens os, & qui nunquam personam alicujus suscepit* (oculo enim in persecutione propter veritatem orbatus erat) *cum vidisset Eusebium Episcopum Cæsareæ sedentem ac judicantem, & Athanasium stantem: stupefactus tristitia, & lacrymans ob ea quæ apud veritatis professores fiunt; invectus est voce magna contra Eusebium, ac dixit: Tu sedes, Eusebi? & Athanasius innocens existens a te judicatur? Quis tulerit talia? Dic vero mihi tu: Nonne mecum fuisti in carcere tempore persecutionis? & ego quidem oculum amisi pro veritate; tu vero nihil mutilatum in corpore habere videris: neque testimonium pro confessione præbuisti; sed stetisti vivens, nulla parte detruncata. Quo modo discessisti a carcere? nisi quod promisisti iis, qui necessitatem persecutionis nobis intulerunt, id quod nefarium est facturum te esse, aut sane feceris. Hæc ubi audisset Eusebius, indignatione quidem commovebatur, ac surrexit, & dissolvit judicium:* Hucusque Epiphanius de Eusebio & Potamone; ut ejus silentii, quo prætermisit scribere de lapsis, causa innotesceret; & sciretur pariter, quod quem semel diabolus fecit fidei desertorem, eumdem quoque adjungens postea Ario, constituerit fidei proditorem, atque perfidiæ defensorem: itidemque intelligeretur, qui hæc tacuit, multa quoque de rebus gestis Arianorum obvoluta silentio reliquisse; ob idque opus sit nobis, eum hucusque intrepide persecutis, posthac cautius ejus vestigia assectari; nec inconsulto eidem, præsertim in rebus quæ ad ejus dogmatis historiam spectant, fidem præstare; sed ex institutione divinæ legis Patres nostros, Catholica fide clarissimos, de semitis antiquis interrogare.

(*a*) *Epiph. hæres. 68.*

XIII. At quid idem senserit de Ecclesiarum demolitione, & sacrorum librorum conflagratione, quæ oculis vidit ac scripsit, recenseamus (*b*): *Ista* (*inquit*) *omnia mala erant nostris scilicet expleta temporibus, quando sacras ædes precibus dicatas e sublimi in solum fundamentis ipsis conquassatis, dejectas; divinas & sanctas scripturas medio foro in rogum impositas: Ecclesiarum pastores, hos in latebras hic illic se cum ignominia abdentes, illos non sine dedecore prehensos, & ab hostibus ludibrio expositos, oculis nostris aspeximus:* (& post multa *c*): *Tunc igitur* (cum edicta sunt promulgata) *inciderat tempus, cum sicut plurimi, qui Ecclesiis præerant, libentibus animis verberibus graviter cæsi, in Christi stadio luctati sunt, & ingravibus certaminibus præclare obeundis præclara sane spectacula hominum oculis subiecerunt ad contemplandum: sic alii infiniti confestim animis præ formidine perculsi & attoniti, facile eo modo, impetu in illos facto, prorsus succubuerunt.*

(*b*) *Euseb. l. 8. c. 2.* Demolitio Ecclesiarum.

(*c*) *Euseb. ibid. c. 3.*

XIV. *Ex cæteris autem quisque varia tormentorum genera alternis subiit: hic plagis toto corpore dilaceratus, ille cruciatus distorsione membrorum, alius acutis & intolerabilibus novaculis dilaniatus; inter quos nonnulli erant, qui vix satis honestum vitæ exitum consecuti sunt; alii item qui sine fructu certamen decurrerunt. Nam ut unus infidelium violentia contusus, & ad sacrificia illa nefaria impuraque deductus, quamvis non immolarat, tamen perinde ac si immolasset, libere dimissus est; sic alter, quamquam non omnino appropinquaverat, neque quicquam attigerat impuri; Gentilibus tamen eum sacrificasse affirmantibus, tacitus eorum tulit contumeliam, seque inde proripuit. Alius semivivus sublatus, velut jam martuus projicitur. Quidam prostratus humi, inque numerum sacrificantium relatus, longinquo spatio pedibus abstrahitur. Alius vociferatus est, & magna voce contestatus, se hostias penitus repudiare. Alius salutaris Christi appellationis confessione gestiens, se Christianum esse clamavit. Alius neque immolasse, neque se aliquando immolaturum, asseveranter affirmavit. At tamen isti etiam frequentibus satellitum ad eam rem delectorum manibus in os verberati, & ad silentium compulsi, in vultum quoque & genas percussi, vi e medio extrusi fuerunt. Ita pietatis hostes omnino vel videri effecisse, quod animo intendebant, permagno æstimarunt* (*a*).

Diræ cruciatus.

(*a*) *Euseb. l. 8. c. 4.*

XV. Martyrum alacritas. *Verum contra sanctos martyres, quorum res gestas nulla dicendi genere satis accurate explicare possumus, isti perditi infidelium conatus neutiquam ex animi sententia eis processerunt. Infinitos enim videre licebat, qui admirabile studium & propensionem animi pro vero Dei omnium fabricatoris cultu & religione declararunt; idque non ex eo tempore solum, qua persecutionis ardor erat contra omnes Christianos incensus; sed longe etiam ante, cum adhuc pax tranquilla in Ecclesia vigeret:* Hæc Eusebius de martyribus summatim perstrinxit, cætera persecuturus distincta oratione secundum tempora atque loca, de quibus agemus inferius.

XVI. Edictum de libris comburendis. Ut autem singillatim de rebus in hac persecutione gestis agamus; quod in primis spectat ad edictum de sacris codicibus concremandis, de eo quod ad certitudinem temporis consignandam pertinet, non tantum Eusebii testimonio exploratum redditur id factum hoc anno decimonono Diocletiani Imperatoris; sed S. Augustini quoque testificatione id firmius stabilitur, qui contra Donatistas (*b*) agens, sic ait: *Post passionem quippe ejus* (nempe beati Cypriani) *quadraginta, & quod excurrit, annis, peractis, traditio codicum facta est, unde cœperunt appellari Traditores:* Hæc ipse. Cum vero contigerit Cypriani martyrium sub Fusco & Basso Consulibus, anno Domini, secundum rectam a nobis institutam chronologiam, ducentesimo sexagesimoprimo: si ab eo anno usque in præsentem annum numerum supputemus, fient anni quadraginta & unus; vel duo, si ambo qui extremi sunt anni, numero includantur, Nec est quod illud: *Et quod excurrit* possit longiori spatio propagari: nam cum constet anno sequenti (ut dicemus) quarto Nonas Martii, Consulibus Diocletiano (*c*) octies & Maximiano septies habitum esse in Numidia Cirtense Concilium in causa eorum qui sacros codices tradidissent; jam certum est, non eo anno, sed potius superiori, eodem mense Martii (ut ex Eusebio dictum est) de comburendis divinis scriptis fuisse promulgatum edictum.

(*b*) *August. de Baptism. li. 7. c. 2.*

(*c*) *Apud Aug. cont. Cresc. li. 7. c. 27.*

XVII. Meminit quoque Arnobius (*d*), agens adversus Gentes, de ejusmodi Gentilium rabie de exurendis Christianorum codicibus & demolitione Ecclesiarum, sic dicens: *Quod si haberet vos aliqua vestris pro religionibus indignatio; has potius litteras, hos exurere debuistis olim libros* (Gentilium nimirum) *istos demoliri; dissolvere theatra hæc potius, in quibus infamiæ numinum propudiosis quotidie publicantur in fabulis. Nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conventicula dirui? in quibus summus oratur Deus, pax cunctis & venia postulatur magistratibus, exercitibus, Regibus, &c.* Hæc Arnobius, proculdubio alludens ad promulgata de cremandis libris & Ecclesiis demoliendis edicta.

(*d*) *Arnob. adv. Gent. l. 4. in fin.*

XVIII. Arnobius quando scripsit. Ex his plane manifestum apparet, Arnobium nequaquam ante præsentem annum scribere cœpisse, sed post de comburendis libris editam Imperatoriam jussionem. Quamobrem cum in eodem commentario numeret annos Urbis usque ad tempus quo ea scriberet, mille & quinquaginta etiam Eusebii verbis liquet, deceptos esse Viros doctissimos, qui autumarunt, Lactantium citatum indicare, militum persecutionem præsenti anno cœptam, sequentique adversus omnes Christianos decretam fuisse. Nam in hac Historia explicanda Eusebius & Lactantius inter se conferendi, alterque ex altero explicandus; in paucissimis quippe dissentiunt. Cum itaque Eusebius in Chronico militum persecutionem cum anno Christi CCXCVIII. diserte conjungat, & loco Historiæ mox recitato indicet etiam, inter initium persecutionis adversus milites, & persecutionis universalis aliquot annos fluxisse, non dubium, quin hæc Lactantii de Diocletiano verba, *deinde* (post decretam nempe mili-

PAGIUS

Causa persecutionis vitia Christianorum, & Antistitum dissordia.

Baron. n. VI. & VII. cutionis causam in Christianos jam turpiter moribus depravatos, & in Episcoporum discordias rejecerit. Verum cum schisma Meletianum, quod Baronius in annum trecentesimum sextum differt, anno trecentesimo vel trecentesimo primo, ut infra ostendam, contigerit, Eusebius hac in re omni culpa vacat. Hæc Eusebii verba: *Cum ex nimia libertate in negligentiam ac desidiam prolapsi essemus; cum alter alteri invidere atque obtrectare cœpisset; cum inter nos quasi bella intestina gereremus, verbis tamquam armis quibusdam hastisque nos mutuo vulnerantes; cum Antistites adversus Antistites, populi in populos collisi, jurgia ac tumultus agitarent, denique cum fraus & simulatio ad summum malitiæ culmen adoleviſſet: tum divina ultio levi brachio, ut solet, integro adhuc Ecclesiæ statu, & fidelium turbis libere convenientibus, sensim ac moderate in nos cœpit animadvertere; orsa primum persecutione ab iis, qui militabant:* Hæc Eusebius de discordiis Antistitum nobis ignotis, quæ militum persecutionem præcessere: hæc vero de schismate Meletiano, quod aliquot annis post militum persecutionem excitatum Eusebius insinuat, scribit. *Cum vero sensu omni destituti de placando Dei numine ne cogitaremus quidem; quin potius instar impiorum quorumdam res humanas nulla sollicitudine ac providentia gubernari rati, alia quotidie crimina aliis adjiceremus, cum Pastores nostri spreta Religionis regula,*

PAGIUS

gula, mutuis inter se contentionibus decertarent, nihil aliud quam jurgia, minas, æmulationem, odia ac mutuas inimicitias amplificare studentes; Principatum quasi tyrannidem quandam contentissime sibi vindicantes: tunc demum juxta dictum Hieremiæ, obscuravit Dominus in ira sua filiam Sion, & dejecit de cœlo gloriam Israel, &c. Valesius in Notis Eusebianis ad hæc verba, *principatum quasi tyrannidem quamdam contentissime sibi vindicantes*, ait: *Dum scilicet Episcopi inter se certant de honoris prærogativa aut de finibus Parœciarum suarum*, quia scilicet is non magis ad præfatum schisma, quam Baronius, animum adverterat; quod tamen jam in Ægypto grassatum esse infra demonstrabimus. Ex

quaginta, sic dicens (a): *Ætatis urbs Roma cujus esse in Annalibus indicatur? Annos ducit quinquaginta & mille, aut non multum ab his minus.* Satis manifeste cognoscitur (nisi in numerum illapsus sit error) ipsum in numerando Urbis annos nequaquam secutum esse supputationem Varronianam, qua anni Urbis mille & quinquaginta explentur Christi anno ducentesimo nonagesimo octavo, quo perperam putarunt alii (b) ab Arnobio commentarium illum esse elucubratum; quem ejus testificatione scriptum fuisse constat post edicta de libris concremandis & Ecclesiis demoliendis proposita. Numerans vero idem auctor annos a Christo, ex quo nomen deductum est Christianum, sic ait (c): *Trecenti sunt anni ferme, minus vel plus aliquid, ex quo cæpimus esse Christiani, & terrarum in orbe censeri:* Hæc ipse alludens ad Christi natalem, cum censu Quirini descriptus est.

(a) *Arnob. lib. 2.*

(b) *Pamv. in Fast.*

(c) *Arnob. lib. 1.*

XIX. Gentilium libri contra ipsorum religionem.

Quod item spectat ad imperatam Christianorum librorum incensionem; ab eodem Arnobio traditur fuisse nonnullorum Gentilium sententiam, non tantum (quod factum est) ut Christianorum codices igni subjicerentur, sed & illos omnes, licet a Gentilibus scriptos, quibus gentilitia superstitio videretur posse convelli, ac præsertim quos Cicero de Natura deorum, vel de divinatione conscripsit, esse pariter abolendos; in quos invehitur idem auctor his verbis (d): *Ante omnes Tullius, Romani disertissimus generis, nullam veritus impietatis invidiam, ingenue constanter, & libere quid super tali opinatione sentiret, pietate cum majore monstravit: a quo si res sumere judicii veritate conscriptas, non verborum luculentias pergeretis, perorata esset hæc causa, nec secundas (ut dicitur) actiones nobis ab infantibus postularet. Sed quid aucupia verborum, splendoremque sermonis peti ab hoc dicam, cum sciam esse non paucos qui aversentur & fugiant libros de hoc ejus, nec in aurem velint admittere lectionem opinionum suarum præsumpta vincentem? cumque alios audiam mussitare indignanter, & dicere, oportere statui per Senatum, aboleantur ut hæc scripta, quibus Christiana religio comprobetur, & vetustatis opprimatur auctoritas? Quin immo si fidibus, exploratum vos dicere quicquam de diis vestris; erroris convincite Ciceronem, temeraria & impia dicta refellitote, redarguite, reprobate: nam intercipere scripta, & publicatam velle submergere lectionem, non est deos defendere, sed veritatis testificationem timere:* Hæc in eos Arnobius, de cujus his temporibus, facta ad Christi fidem conversione dicemus inferius.

(d) *Arnob. lib. 3.*

XX. Libri longe ante vetiti.

Cæterum de abolendis improbatæ religionis libris, ac proinde Christianorum, jam longe ante, nempe temporibus Alexandri Imperatoris, Ulpianus (e) Christianorum hostis visus est respondisse. Quod enim (ut sæpe dictum est) & Arnobius, qui his prope diebus hæc scribebat, testetur, Christum a Gentilibus magum fuisse creditum, & ejus sectatores eadem imbutos disciplina magos pariter existimatos: ipsorum quoque libros cremandos pariter fore, illi Juris prudentissimi responderunt; ac si penitus abolendos, & ut incendio darentur, promulgatum olim illud in magorum libros fuerat edictum: secundum illud plane Paulus (f) Jurisconsultus illa conscripsit: *Libros magicæ artis apud se neminem habere licet; & , si penes quoscumque reperti sint, bonis ademptis, combustisque his publice, in insulam deportantur: humiliores capite puniuntur; non tantum hujus artis professio, sed scientia prohibita est:* Hæc ipse, & jure quidem in magiæ libros, quos etiam ante Pauli tempora publice igni tradi solitos, ipsa quæ diximus Apostolorum Acta (g) testantur.

(e) *Liv. 4. ff. famil. herc. esse.*

(f) *Paul. 5. sentent. tit. 23. in fin. post. Codic. Theod. edit. Rovil.*

(g) *Act. 9.*

XXI. De libris Numæ.

Verum non magiæ libros tantum, sed quoscunque putarent adversari avito deorum cultui, igni decerni; vetus illud Senatusconsultum fidem facit, quo & tunc inventa in Janiculo in arca lapidea Numæ volumina, illis ipsis quæ de diis docuerat adversantia, incendio sunt addicta. At quod pertinet ad sacros abolendos codices, Antiochus Epiphanes in eos primus in-

PAGIUS

militum persecutionem *interjecto aliquanto tempore in Bithyniam venit*, de intervallo aliquot annorum, non vero de intervallo aliquot mensium interpretanda sint.

V. *Quibus anno, mense ac die persecutio decreta.*

Certum hujus persecutionis non tantum annum, sed mensem ac diem, Lactantius libro citato, post longam tot seculorum ignorationem nos docuit cap. 11. & 13. *Inquiritur peragendæ rei dies aptus & felix, ac potissimum Terminalia deliguntur, quæ sunt ad septimum Kalendas Martias, ut quasi terminus imponeretur huic Religioni.* (Cœpit itaque persecutio die XXIII. Februarii, ut patet etiam ex cap. 48. ejusdem libri) *Ille dies primus leti, primusque malorum causa fuit, quæ & ipsis & Orbi terrarum acciderunt. Qui dies cum illuxisset, agentibus Consulatum senibus ambobus octavum & septimum,* (anno scilicet sequenti, quo Diocletianus VIII. & Maximianus VII. Consules processere, quove ideo persecutio certo cœpit) *repente adhuc dubia luce ad Ecclesiam profectus cum Ducibus & Rationalibus venit: & revulsis foribus simulacrum Dei quæritur. Scripturæ repertæ incenduntur, datur omnibus præda. Rapitur, trepidatur, discurritur. Ipsi vero in speculis (in alto enim constituta Ecclesia ex palatio videbatur) diu inter se contendebant, utrum ignem potius supponi oporteret. Vicit sententia Diocletianus, cavens ne magno incendio facto pars aliqua civitatis arderet. Nam multæ ac magnæ domus*

Baron. n. XVI.

invenitur immaniter desæviisse; sed illud Cumani (a) Judææ Procuratoris dignum laude prædicatur, dum in militem, qui sacros Hebræos codices conscidisset, jure animadvertit.

(a) *Joseph. Antiq. l. 20. c. 4.*

XXII. Inquisitio de libris Christianorum.

Ejusmodi igitur de libris comburendis promulgato Imperatoris edicto, in omni provincia Præsides, & in singulis civitatibus, oppidis, atque vicis Officia invigilabant, ut a Christianis codices traderentur; ad hocque iidem urgebantur, additisque tormentis crudeliter cogebantur. Qui ergo atrocitate pœnarum perterriti, quos apud se haberent codices traderent, Traditores (ut dictum est) ejusmodi vocabantur: horum (ut demonstrabimus) ingens numerus fuit; sed prope infinitus illorum, quorum constantia nulla est concussa formidine tormentorum, qui ne codices sacros traderent, lubentissimo animo mortem oppetierunt: horum omnium coronas; quod impossibile visum sit singulorum memoriam prosequi, una die, nempe secunda Januarii (b), Romana Ecclesia celebrat hoc præconio: *Romæ commemoratio plurimorum sanctorum martyrum, qui spreto Diocletiani Imperatoris edicto, quo tradi sacri codices jubebantur, potius corpora carnificibus, quam sancta dare canibus maluerunt:* Ita ibi. Verum hæc modo hactenus; sæpius enim de his inferius agendum erit.

(b) *Mart. Rom. ea die.*

XXIII. Ecclesiæ una die diruta.

Quod vero pertinet ad edictum de Ecclesiis demoliendis ab iisdem Imperatoribus promulgatum; una die, nempe Passionis Domini, ex composito Ecclesias omnes demolitas fuisse, Theodoretus (c) affirmat; quas tamen post novem annos, persecutione cessante, fuisse majori amplitudine restitutas, idem testatur. Eusebius (d) autem non una die, sed ipsis diebus Paschalibus eam Ecclesiis inflictam cladem affirmat.

(c) *Theod. l. 5. c. 28. in fin.*

(d) *Euseb. in Chron.*

XXIV. Persecutionis hujus Immanitas.

Acturi vero jam de sanctis martyribus hac persecutione coronatis, primum quid de ejus immensitate ac pariter immanitate sit generatim memoriæ commendatum, mox vero quid per annos singulos gestum sit, hic describere instituimus.

Quod ad primum pertinet; Constantinus (e) Imperator in eo quod pro Christianis sancivit edictum, de furente hujus temporis persecutione summatim sic narrat: *Licuerat tum, licuerat inquam cernere, quanta cum animi alacritate egregii pietatis athletæ, in crudelitate continua, non vulgares, sed novas in dies singulos afflictationes pertulerint. Quippe modestia, quam nullus hostium aliquando læserit, furorem iracundorum & amentium civium multo fecit truculentiorem. Quæ incendii flamma fuit, qui cruciatus, quod tormentorum genus, quod non fuerit omnium sanctorum corporibus, nulla ætatis ratione habita, irrogatum? Eo tempore terra re vera lacrimas effudit: mundus res universas suo complexu coercens, tabido cruore inquinatus fletum dedit: dies etiam ipsa præ lugubri prodigii calamitate obscurata est. Sed quid ista memorem? Barbari inde jam gloriantur: qui quidem eos, qui per idem tempus a nobis aufugerent, in tutelam receperunt; & licet illos tenuerint ut captivos, tamen humanissime tractarunt: nam non solum in ea securitate collocarant, ut salutem, sed etiam ut religionis suæ instituta, & ritus retinere possent. Et jam Romani hanc maculam ad longinquum tempus continuatam sustinent, quam Christiani eis imprimebant eo tempore, quo ex eorum ditione ejecti, ad barbaros confugerunt:* Hæc in edicto Constantinus.

(e) *Apud. Euseb. in Vita Const. l. 2. c. 51. & 52.*

XXV. Martyrii desiderium.

De ejusdem etiam persecutionis acerbitate, Christianorumque in perferendis tormentis alacritate, Severus (f) hæc tradit: *Hac tempestate omnis fere sacro martyrum cruore Orbis infectus est: quippe certatim gloriosa in certamina ruebatur; multoque avidius tum martyria gloriosis mortibus quærebantur, quam nunc Episcopatus pravis ambitionibus appetuntur. Nullis unquam magis bellis mundus exhaustus est, neque majore unquam triumpho vicimus, quam cum decem annorum flagitibus vinci non potuimus. Extant etiam mandatæ litteris præclaræ ejus temporis martyrum passiones, quas connectendas non putavi, ne modum operis excederem:* Hæc ipse. Quod

(f) *Sever. l. 2.*

PAGIUS

domus ab omni parte cingebant. Veniebant igitur Prætoriani acie structa cum securibus & aliis ferramentis; & immissi undique, tamen illud ædificium paucis horis solo adæquarunt. Postridie, die videlicet XXIV. Februarii *propositum est edictum, quo cavebatur, ut Religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate, tormentis subjecti essent, quacumque ordine aut gradu venirent, adversus eos omnes actio caleret, ipsi non de injuria, non de adulterio, non de rebus ablatis agere possent, libertatem denique ac vocem non haberent. Quod edictum quidam, etsi non recte, magno tamen animo diripuit & conscidit, cum irridens diceret victorias Gothorum & Sarmatarum præpositas, statimque productus, non modo extortus, sed etiam legitime coctus, cum admirabili patientia postremo exustus est.* Hæc Lactantius. Eusebius tamen lib. 8. cap. 2. scribit propositum fuisse edictum mense Martio, appetente die festo Dominicæ Passionis. Auctor Chronici Alexandrini die XXV. Martii ipso die Paschæ. Verum hæc sic conciliat Baluzius V. C. ut primo edictum illud propositum fuerit *Nicomediæ*, ubi agebat Lactantius, velut in civitate Regia, die XXIV. Februarii, deinde missum ad ceteras Imperii civitates, mense quidem Martio propositum in eo loco, ubi tum Eusebius habitabat, & in Palæstina mense Aprili, *Alexandriæ* vel alibi, ipso die Paschæ. Quam conjecturam certam esse mox ostendo.

Pergit

XXVI. Ingens Martyrum numerus.

Quod vero spectat ad ingentem Christianorum numerum, qui sunt hac persecutione sublati; si ex iis qui uno mense sunt passi, totius decem annorum temporis licet deducere rationem, in immensum excresceret martyrum numerus. Nam in libro de Romanis Pontificibus traditur in Marcellino, ex quo descripserunt alii, uno dumtaxat mense numeratos esse decem & septem millia martyrum. Sed illud quoque exploratum habetur, tantum abesse, ut persecutio adeo furenti immanitate progressa, post hæc temperantius egerit, ut aliis quoque (ut dicemus) adjectis aucta, in dies ferocior visa fuerit: quandoquidem Diocletianus & Maximianus Galerius & Herculius Imperatores animo firmiter statuissent, Christianam religionem penitus e medio tollere, radicitusque convellere.

XXVII. Persecutio Ecclesiæ Nicomediensis.

His igitur de hac persecutione præmissis, quid in primis Eusebius de rebus in Oriente singulis annis gestis conscribat, hic ordine temporum intexamus: ipse enim narrationem instituens, ab iis quæ Nicomediæ facta sunt, exorditur; nam Imperatoria sedes Nicomedia facta erat: ac proinde ab ea civitate, ubi primum exorta, & unde emanarunt edicta, atque est cœpta carnificina, inchoandum videtur: sic enim ait (*a*): *Simulatque edictum contra Ecclesias Christi editum in Nicomedia propositum erat: vir quidam non obscurus & ignobilis, sed (ut hominum fert opinio) longe illustrissimus, incredibili amore erga Deum, & ardenti fide incitatus, ocyus prodit in medium; & illud in aperto & publico loco affixum, tamquam profanum & maxime impium, manu avellens, dilacerat; idque cum duo ex Imperatoribus in civitate adessent, quorum alter ætate præ cæteris provectus primum Imperii gradum, alter quartum ab eo obtinuit (erant hi Diocletianus & Galerius Maximianus.) Atque iste primus martyrum, qui tunc occubuerunt, ad hunc modum eximie nobilitatus, taliaque cruciamenta perpessus, qualia erat verisimile, eum qui fuisset in ejusmodi facinore deprehensus, subiturum, tum constanti & virili animo, tum placato & tranquillo ad extremum usque spiritum constitit.* His de primo martyre Nicomediæ passo dictis, ad eos qui in aula erant Imperatoris, convertit orationem (*b*):

(a) Euseb. l. 8. c. 5.

(b) Euseb. l. 8. c. 6.

XXVIII. Dorothei certamen.

Ex omnibus (inquit) *qui unquam vel apud Græcos, vel apud barbaros, propter animi magnitudinem illustres, & hominum sermone celebrati sunt; nullus cum divinis & eximiis nostri temporis martyribus Dorotheo & suis sodalibus, Imperatorum ministris, comparari potest: qui quidem cum summum honorem apud dominos adepti fuissent, & amore essent apud illos liberis propriis & ingenuis non inferiores; probra & afflictationes pro pietate corporibus impositas, nova, & multiplicia mortis genera contra ipsos excogitata, splendidiores re vera existimarunt divitias, quam gloriam, quam delicias, quibus hominum vita soleat diffluere. Mortem igitur unius ex illorum numero, qualis fuerit, commemorare placet, eamque lectoribus spectandam relinquere; ut inde, quæ reliquis etiam ejus sodalibus contigerint, animadverti possint. Quidam illorum in civitate supra commemorata coram Imperatoribus, quos diximus, in medium adducitur; qui cum jussus idolis immolare, omnino recusaret; mandarunt nudum in sublime tolli, ac flagellis eousque toto corpore dilaniari, quoad supplicio evictus, etiam animo invito, quod erat imperatum, præstaret. Sed ubi iste perpessus, constans, & immutabilis persisteret; de reliquo ossibus ejus jam carne nudatis, acetum sale permixtum in corporis membra cruciatu attenuata, consumpta, & prope contabefacta infuderunt.*

XXIX. Petri Martyrium.

Atque ut istos dolores protriverat, & veluti pedibus conculcarat; inde craticula atque ignis una in medium trahuntur; & reliquiæ ejus corporis, tamquam carnes ad comedendum paratæ, ignis incendio non raptim, ut brevi e vita decedens omni dolore liberaretur, sed paulatim absumptæ fuerunt. Neque quæ eum imposuerant in rogum, etiam post tot tamque gravia cruciamenta ei ullum respirandi locum dare, in animo habebant,

PAGIUS VI. *Incendium Christianis malitiose imputatum.* Baron. n. xxx.

Pergit Lactantius cap. 14. *Sed Cæsar* Galerius nempe Maximianus *non contentus est edicti legibus. Aliter Diocletianum aggredi parat. Nam, ut illum ad propositum crudelissimæ persecutionis impelleret, occultis ministris palatio subjecit incendium.* Eusebius lib. 8. cap. 6. nescire se fatetur, quo casu excitatum fuerit; Constantinus vero in Oratione ad Sanctorum cœtum cap. 25. ait, palatium fulmine ictum conflagrasse. *Et cum pars quædam conflagrasset, Christiani arguebantur velut hostes publici, & cum ingenti invidia simul cum palatio Christianorum nomen ardebat: illos consilio cum eunuchis habito de extinguendis Principibus cogitasse, duos Imperatores domi suæ pene vivos esse combustos. Diocletianus vero, qui semper se volebat videri astutum & intelligentem, nihil potuit suspicari; sed iræ inflammatus, excarnificari omnes suos protinus præcepit. Sedebat ipse, atque innocentes igne torrebat. Item Judices universi, omnes denique qui erant in palatio Magistri, data potestate torquebant. Erant certantes quis prior aliquid inveniret. Nihil usquam reperiebatur; quippe cum familiam Cæsaris nemo torqueret. Aderat ipse & instabat, nec patiebatur iram inconsiderati senis desiagrare. Sed quindecim diebus interjectis aliud rursus incendium molitus est. Sed celerius animadversum, nec tamen auctor apparuit. Tunc Cæsar medio hiemis profectione paratæ prorupit, eodem die contestans fugere se, ne vivus arderet.* Hæc cap. 14. Tum cap. 15. Fi-

bant, nisi prius ipsorum imperata facturum annueret. Sed ille proposito suo mordicus adhærescens, victor in tormentis animam efflavit. Tale unius regiorum famulorum martyrium extitit, appellatione sua (Petrus enim nominatus fuit) re vera dignum. Cæterorum autem sociorum ejus martyria, quæ non inferiora sunt, quo orationis terminemus modum, missa in præsentia faciemus. Tantum autem exponemus, quo pacto Dorotheus, & Gorgonius una, aliique non pauci ex Imperatoris familia, post varia certaminum genera, laqueo vita deposita, divinæ victoriæ præmia reportarint.

XXX. De Antimo Episcopo, & Martyre.

Per idem tempus Antimus, qui tum Ecclesiæ Nicomediensi præfuit, capite propter Christi testimonium cervicibus abscisso, moritur. Sed de Antimo ex aliis martyrum Actis rursus inferius dicendum. Pergit vero: *Huic ingens, & frequens martyrum turba adjuncta fuit; idque, quod iisdem fere diebus forte, nescio quo pacto, Regia Nicomediensis incendio conflagraret; & ex suspicione quadam rumor esset dissipatus, illud facinus a nostris fuisse admissum. Unde Imperatoris jussu, ex piis qui ibi versabantur, acervatim & tamquam cumulo alii gladio trucidati sunt, alii ardore flammarum corporibus circumjectarum obierunt. Quo tempore, fama est, & viros, & mulieres etiam divina inexplicabili alacritate sua sponte in rogum insiluisse; reliqua autem multitudo vinculis alligata, & a lictoribus in scaphis imposita, in vastum maris gurgitem fluctusque præceps projecta fuit. Famulos illos regios post mortem decoro, & celebri funere terræ mandatos, Imperatores, qui eorum domini putabantur, rursum de integro effodiendos, in mareque præcipitandos, sententiis decreverunt; ne ut eorum ferebat opinio, quidam eos in sepulcris, & monumentis conditos, deos esse reputantes, divina veneratione prosequerentur:* Hæc idcirco illi agebant, ut

Martyres vetiti sepeliri.

XXXI.

patet, quod (ut aliis innumeris quoque exemplis est declaratum) solerent Fideles reliquias sanctorum martyrum honore prosequi, & debito illas cultu venerari.

At hæc contra jus fasque, immo contra suas ab ipsis Imperatoribus sancitas leges, impie ac injuste pariter facta sunt; nam iidem Imperatores Diocletianus, & Maximianus iisdem ipsis Consulibus, illo nempe quartum, isto tertium, octavo Idus Aprilis, hæc ad Gaudentium diu anterescripserunt (*a*): *Obnoxios criminum, digno supplicio subjectos, sepulturæ tradi non vetamus.* Sed subdit Eusebius: *Quæ igitur initio persecutionis Nicomediæ fuere patrata, sic fere se habent:*

(a) l. Obnoxios C. de relig. & sumpt. funer.

XXXII. Edictum in Episcopos.

Non longo tempore post, cum alii in Melitina (sic illa regio est appellata) alii rursus in Syria Imperio insidias parare moliretur; edictum Imperatorum exiit, ut omnes Ecclesiarum Præsides, utpote ea de re suspecti, in carceres, & vincula conjicerentur; adeo ut spectaculum illarum rerum, quæ deinceps ibi gerebantur, omnem explicandi facultatem longe superet. Nam multitudo infinita ubique gentium in custodiam conclusa fuit, & carceres passim, qui jam olim homicidis, & mortuorum sepulcris conditorum expilatoribus parati fuerant, tunc Episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus, & exorcistis penitus referti; adeout his, qui maleficiis tenebantur obstricti, nihil illic loci esset reliquum: Hucusque Eusebius.

XXXIII. De Nicomed. Martyribus reliqua.

Sed quod rursum pertinet ad res Nicomedienses, quas ipse visus est leviter tantum attigisse, compluraque præterm isisse digna memoria; hic nos eas ex Actis martyrum describemus, illis inquam, ex quibus res gestas Nicomediæ anno superiori retulimus, cum de incensa una cum Christianis ibi consistentibus Ecclesia die Natali Domini actum est; quibus hæc mox intexuntur de ipso Imperatore Ga-

PAGIUS VII. *Diocletianus & Galerius domni Regiæ non parcunt.*

Furebat ergo Imperator jam non in domesticos tantum, sed in omnes, & primam omnium filiam Valeriam, conjugemque Priscam sacrificio pollui coegit. Potentissimi quondam eunuchi necati, per quos Palatium & ipse ante constabat. Comprehensi Presbyteri ac Ministri, & sine ulla probatione ad confessionem damnati, cum omnibus suis deducebantur. Omnis sexus & ætatis homines ad exustionem rapti. Nec singuli, quoniam tanta erat multitudo, & gregatim circumdato igni ambiebantur domestici, alligatis ad collum molaribus mari mergebantur. Nec minus in cæterum populum persecutio violenter incubuit. Nam Judices per omnia templa dispersi universos ad sacrificia cogebant. Pleni carceres erant. Tormentorum genera inaudita excogitabant; & ne cui temere jus diceretur, ara in secretariis ac pro tribunali posita, ut litigatores prius sacrificarent, atque ita causas suas dicerent: sic ergo ad Judices tanquam ad Deos adiretur. Et jam literæ ad Maximianum atque Constantium commeaverant, ut eadem facerent. Verum itaque est quod supra diximus, edictum scilicet prius in civitate Regia, quam in aliis Imperii urbibus, imo prius in Oriente, quam in Occidente propositum fuisse. *Eorum sententia in tantis rebus expectata non erat. Et quidem senex Maximianus libens paruit per Italiam, homo non adeo clemens. Nam Constantius, ne dissentire a majoribus præceptis videretur, conventicula, id est, parietes, qui restitui poterant, dirui passus est, verum autem Dei templum, quod est in hominibus, incolume servavit.* Tum cap. 16. *Vexabatur ergo universa terra, & prater Gallias, ab Oriente usque ad Occasum tres acerbissimæ bestiæ sæviebant. Non mihi si linguæ centum, oraque centum, ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas, omnia pœnarum percurrere nomina possem, quæ Judices per Provincias justis atque innocentibus intulerunt. Verum quid opus est illa*

lerio Maximiano: Maximianus autem existimans se jam omnes vicisse, & relaxatum esse a curis certaminis, theatris pascebat oculos, & equorum scilicet, & hominum curriculis. Illud vero non erat vincere, sed potius victum esse, idque magis induxit pios, ut libere loquerentur; ostendunt autem, quæ sequuntur.

XXXIV. *Ante theatrum quidem erat ædificatum maximum fanum Cereris, quæ erat apud eos dea maxima. Accedens autem ille eum universo populo, & exercitu, execranda peragebat sacrificia. Quidam vero ex numero militari, Zeno nomine, zelo plenus adversus impios, nec ferens sic pietatem affici contumelia, stans in alto: Erras, inquit, o Imperator, insensibilibus sacrificans lapidibus, & mutis lignis; hoc enim est quod apparet; id autem quod est revera, & intelligitur, est fraus Dæmonum, quæ suos cultores adducit ad interitum. Intellige, o Maximiane, & hos oculos, & internos in cælum tollens, quære ex iis, quæ videntur, Creatorem; qualis sit opifex, disce ex operibus; & disce Deum pie colere; qui non sanguine, & nidore animalium ratione expertium, sed mundis hominum delectatur animis, & mundo corde.*

Zenonis confessio, & martyrium.

XXXV. Crudele supplicium. *Hæc cum audisset Maximianus, jubet pondere lapidum ejus maxillas confringi, & simul clamat lictoribus quidem, ut fortiter percuterent; sancto autem per præconem, ne deos maledictis appeteret. Sic ergo patienti sancto omnes quidem dentes sunt immaniter excussi, maxillæ vero sunt contritæ; & jam parum spirantem, & mox moriturum jubet adduci extra civitatem, & amputari caput, quod libere erat locutum. Et sic Zeno generosissimus, cum magna celeritate peregisset beatum stadium martyrii, capite truncatur, & sursum fertur ad Christum caput omnium:* Hucusque de Zenonis martyrio Acta martyrum; in quibus de Dorotheo in carcerem anno superiori post verbera sæva detruso, deque aliis qui post comprehensi sunt, ejusmodi narratio subditur:

XXXVI. *Sacer quoque chorus qui erat circa Dorotheum, qui a tam bono instituebatur magistro, divino inquam Antimo (erat hic Episcopus Nicomediæ, in latebris adhuc agens, & litteris frequentibus suos admonens) non sic erat habiturus caput coronæ expers; sed hæc quoque superne dispensabantur ac providebantur a divina gratia. Et a sancto quidem Antimo ad eos mittebantur litteræ; ipso quidem in quodam vico delitescente; illos autem aperte decertantes, ad suscipienda strenue certamina, precibus adjuvante.*

XXXVII. *Hoc postquam evasit manifestum sceleratis Imperatoris satellitibus, & ipsas litteras, & eum cui erant datæ, adducunt ad Imperatorem. Ille autem cum eum vidisset, & legisset quæ scripta erant, scripta vero erant (ut est verisimile) quæ ille quidem nolebat, pulchra autem erant, & salutaria; ira æstuans, jussit eos quamprimum abduci. Illi ergo statim sunt abducti. Imperator autem: Vana ne inquit, fuit mea conjectura, cum prædicerem, vos a me defecisse? Immo vero execrandi jam etiam adversus me insurrexistis; ad alium autem, cum quo nos acre bellum gerimus, transfugistis. Et simul dat eis legendam epistolam. Jussit vero eum quoque, qui abductus erat, introduci. Quem cum vidissent martyres, valde lætati sunt animo, eumque etsi procul starent, vultu & nutu salutaverunt.*

Litteræ Antimi Episcopi intercepte.

XXXVIII. *Maximianus autem fustum quemdam, & spiritum suscipiens Principis; & immaniter eum intuens; Dic mihi, inquit, infelix, quis est qui hæc tibi tradidit, & ubinam latet terrarum?* qui has enim litteras attulerat, diaconus erat; nefas enim fuisse, dictum est sæpe alias, nonnisi per ministros Ecclesiæ Episcopum dare litteras. *Diaconus vero* (subdunt Acta) *cum*

Diaconi dicendi libertas.

PAGIUS *navare, præcipue tibi, Donate charissime, qui præter ceteros tempestatem turbidæ persecutionis expertus es? Nam cum incidisses in Flaccinum Præfectum, non pusillum homicidam, deinde in Hieronem ex Vicario Præsidem, qui auctor & consiliarius ad faciendam persecutionem fuit, postremo in Priscillianum successorem ejus, documentum omnibus invictæ fortitudinis præbuisti.* Ex prioribus Lactantii verbis discimus, tam uxorem Diocletiani *Priscam*, cujus etiam nomen ignorabamus, quam *Valeriam* ejus filiam & Galerii Maximiani conjugem Christianas fuisse.

VIII. *Locus Eusebii notatu dignus a Valesio non intellectus.* Baron. n. 11. Id quidem Eusebius lib.8. cap.1. indicarat, sed verbis obscurioribus, & ab ejus Interpretibus plerumque non intellectis. Hæc ejus verba: Τί δεῖ περὶ τῶν κατὰ τὸς βασιλικὸς λέγειν οἴκους, καὶ τῶν ἐπὶ πᾶσιν ἀρχόντων; οἵ τοῖς οἰκείοις εἰς πρόσωπον ἐπὶ τῷ θείῳ παῤῥησιαζομένοις λόγῳ τε καὶ βίῳ, συνεχώρησαν γαμετᾶς καὶ παισὶ καὶ οἰκέταις, μονονουχὶ καὶ ἐγκαυλᾶσθαι ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ τῆς πίστεως ἐπιτρέποντες. Quæ verba sic Valesius vertit:

Quid opus est dicere de iis, qui in Imperatorum palatiis versabantur, quid de Imperatoribus ipsis? Qui domesticis suis eorumque uxoribus, liberis ac servis, ea qua Religionis sua erant, tam verbis, quam factis libere exequendi coram semetipsis, potestatem dederunt: ipsis ob hanc Fidei suæ libertatem gloriari ac se ostentare quodammodo permittentes. In Notis vero ait: *Hac verba de Imperatorum conjugibus intellexit Christophorsonus, quibus scilicet Imperatores permiserint, Christianam Fidem libere profiteri. Sed quæ sequuntur, sensum hunc aperte refutant.* Verumenimvero, locum illum Christophorsonus melius quam Valesius intellexit, quando eum sic vertit: *Quid de his attinet dicere, qui sunt in Imperatorum palatio magnam dignitatem adepti, deque ipsis Imperatoribus, qui domesticis suis pro sermone divino propagando, & pia vitæ ratione degenda, ipsi velut inspectantes, copiam fecerunt libere & ingenue dicendi: atque adeo suis ipsorum uxoribus, liberis & servis, quasi palam de mira Fidei libertate*

cum magna voce tacite ad Deum prius clamasset, & petisset, ut convenienter verissimæ promissioni daretur sibi oris apertio: Qui litteras, inquit, dedit, cum sit Pastor, & procul absit, gregem hortatur, & incitat ad pietatem, & maxime cum senserit incursionem luporum atque ferarum; tunc enim alta, & clara voce suo gregi imperat, & quæ sint facienda significat. Quæ autem dicit, non sunt sua, sed ea accepit a primo Pastore, qui dicit (a): Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Atque dixi quidem quisnam dederit litteras; ubi nam autem sit, non dicam; aperta enim fuerit insania, Pastoris esse proditorem eum qui ex illo maximam accepit utilitatem: qui etiam absque nobis mox fiet manifestus: non posse enim abscondi civitatem supra montem positam (b) vox divina dixit, & veri amatrix.

(a) Matt. 10.

(b) Mat. 5.

XXXIX. Diaconi Martyrium. *Cum hæc fortissime dixisset lingua sancta; non ferens Maximianus dicendi libertatem, ut ipsa amputetur, eum condemnat. Deinde sic eum jubet obrui lapidibus. Et ille quidem post sacræ linguæ ablationem, sic obrutus lapidibus, tela quidem nihil curabat; sed corpore quidem jam partim attrito jaculationibus, partim autem obruto lapidibus, adhuc magis erigebatur, & in cælos attollebatur anima, Christo angulari lapidi conjungenda.*

XL. Dorothei & sociorum martyrium. *Adhuc vehementer irascebatur Maximianus; quocirca Dorotheum cum suis multiplicia excepere supplicia. Illis vero minime perpetua defuit constantia Christum invocantibus, & tormenta ut levia & imbecilla minime curantibus, vel potius reputantibus illa pro deliciis, & tyranno impietatem acerbius exprobrantibus. Quamobrem ille jam defessus, communiter quidem omnes morte condemnat, diversas autem pronuntiat sententias; Dorotheo quidem ense caput amputari, Mardonium vero vivum cremari, & Mygdonium in fossam projectum obrui: Gorgonium, vero, Indem, & Petrum, molaribus lapidibus eorum collis alligatis, in mare projici. Et ita sunt, consummatis victoriis, insignes Christi martyres vario mortis genere una via ingressi ad Dominum:* Hæc ibi. At quod ad Petrum spectat; plane diversa hæc sunt ab iis quæ de eo ab Eusebio scripta superius enarrantur, nempe in tormentis efflasse animam; eadem quoque de Petro Nicephorus (a) habet.

(a) Nicepb. lib. 7. c. 15.

XLI. Martyres sepultura donati. Quo modo autem eorumdem sanctorum martyrum corpora, quæ in mare demersa sunt, Domna virgo illa, de qua multa suo loco superius dicta sunt, a piscatoribus, ad littus rete tracta sepulturæ mandarit, cum adhuc virilem quem semel fugiens sumpserat habitum gestans, vir omnium oculis appareret; & quo pacto insuper delata quod maryres sepultura donasset, ab eodem Galerio Maximiano occidi jussa, inventaque ad sepulturam martyrum orans, capite truncata sit; eadem Acta fusius narrant, quibus velut egregium corollarium de Euthymii martyrio hæc breviter adnectuntur: *Paulo post iis adjungitur sapiens quoque Euthymius, qui doctrinis & monitis multos prius Christo martyres obtulerat: nam propter illius magnum zelum ad pietatem valde vexatus Maximianus, ira & furore plenus, multis quidem tormentis eum prius conatur omnino abducere a confessione. Cum autem ille puniens esset defessus, ense mortem affert athletæ.*

Euthymii martyrium.

XLII. De Antimii Episcopi martyrio. Ad Euthymii usque martyrium eadem Acta Nicomediensium martyrum producunt historiam; quamobrem cum de eorum Episcopo Antimo nonnisi (ut dictum est) latebras & pastorale munus in scribendis ad suos litteris (ut vidimus quoque facere consuevisse S. Cyprianum) recenseant; plane significatur, nonnisi post hos omnes eum diu summa industria perquisitum, tandem inventum, Nicome-

PAGIUS *tate gloriandi exultandique potestatem permiserunt?* Is itaque locus sic verbo ad verbum reddendus: *Quid attinet de iis dicere, qui sunt in Imperatoriis domibus, & de iis, qui omnibus imperant: qui domesticis coram se in iis, qua ad numen spectant, sermone & vitæ instituto libere agentibus indulgebant, uxoribus suis ac liberis & famulis tantum non quoque gloriari de libertate Fidei permittentes?* Huic explicationi, Vir clarissimus Tolnardus in Eusebii, Lactantiique lectione exercitatissimus calculum album adjecit, eamque etiam Rufinus amplectitur. Eusebius lib.8. cap. 6. confirmat quod scribit Lactantius, Diocletianum nempe in domesticos sæviisse, & insuper persecutionem in Gallia, quam Constantius regebat, locum non habuisse, qua de re fuse anno sequenti. Denique is Lactantii locus confirmat conjecturam Baronii, inquit Baluzius in Notis ad Lactantium, qui sequentia Lactantii verba lib.5. de Institut. cap.2. de Hierocle inelligenda existimavit: *Alius eamdem materiam mordacius scripsit, qui erat tum e numero Judicum, & qui auctor inprimis faciendæ persecutionis fuit.* Bithyniæ Præsidatum gessit *Hierocles*, antequam Præfecturam Ægypti, qua eum ornatum fuisse docet Valesius in Annotationibus ad Eusebium in libro de Martyribus Palæstinæ cap.5.

IX. *Porphyrius Judæus non fuit.* Baron. n. XLV. & seqq. Ex duobus Ethnicis, quos Lactantius citatus adversus Christianos scripsisse prodit, de *Hierocle* numero præcedenti egimus; restat, ut de *Porphyrio* aliquid dicamus. Holstenius in libello de Vita & Scriptis Porphyrii cap.5. ostendit, Baronium deceptum, quando Hieronymi auctoritate innixus scripsit, Porphyrium Judæum fuisse: *Quod nequaquam intelligens Batanæotes & sceleratus ille Porphyrius in primo Operis sui adversus nos libro, Petrum a Paulo objecit esse reprehensum*, &c. Batanæa Judææ civitas est: sed quod eum patriæ generisque tæderet, falso mentitum fuisse Phœnicium, quo olim & nunc vulgo creditur. Verumenimvero, si *Porphyrius* falso se

diamque perductum, consummasse martyrium; nec illud quidem breve atque leve, sed in quem Maximianus præ cæteris (ut superius enarratum est) immensum odium concepisset, utpote quem sibi ante alios adversarium sentiebat (quo superstite, spe cadere videri posset, ut quod conabatur efficeret, de Christianis ubique delendis) in eum, inquam, ad se perductum omnia quæ diu fuerat meditatus supplicia violentus exercuit. Perierunt ejus martyrii Acta; nec de eo quicquam Eusebius (ut vidimus) nisi quod, abscissis cervicibus, martyrium consummarit. Nicephorus (*a*) autem (puto ex Actis ejus quæ tunc extabant) summatim hæc de admirabili ejus agone diutius exantlato collegit, cum ait: *Divinus autem Antimus primum quidem crudelissime cæditur, fibulis igne candentibus talos perforatur, super fractis testis reponitur, baculis converberatur, crepidas æreas ignitas induitur, fidiculis aliisque tormentorum instrumentis excruciatur, facibus aduritur, & ad postremum securi percutitur*: Hæc de Antimi Episcopi martyrio adeo præclaro Nicephorus.

(*a*) *Niceph. lib. 7. c. 6.*

XLIII. At probe quidem (quod dictum est superius) sui exemplo cæteros provinciarum Præsides Maximianus instituere voluit, quid in Christianos singuli agerent, qui Imperatorem in eos adeo immania perpetrare sentirent; ut plane erubescentes ignavi atque segnes in eo obeundo munere inveniri, ob id in exquirendis atrocioribus cruciamentorum generibus pro viribus laborarint, ac penitus dixerim, desudarint: ut eisdem ex intervallo temporis repetitis, fessum tandem martyrem nec mori valentem, ad negationem adigerent. At de his quæ in eadem provincia Bithynia, in qua Nicomedia sita est, agebantur; qui tunc aderat, & ea pervidebat Lactantius gravissimus testis accedat, qui ait (*b*): *Vidi ego in Bithynia Præsidem gaudio mirabiliter elatum, tamquam barbarorum gentem aliquando subjecisset, quod unus, qui per biennium magna virtute restiterat, postremo cedere visus est. Contendunt igitur, ut vincant, & exquisitos dolores corporibus immittunt; & nihil aliud evitant, quam ut ne torti moriantur*: Hæc Lactantius de Præsidum portentosa sævitia; ut plane ex his appareat, quod non superent humanum captum & fidem, si quæ interdum, immo passim reperiuntur in Actis Martyrum exhibita in eos adeo horrenda tormenta. Quibusnam parceret, quæso, ingeniosa crudelitas, & quæ non invenisset prava, & inquieta, ad mala inferenda semper advigilans curiositas? quod intelligis ex Lactantio, quem, de iis quæ viderat, Præsidum crudelitatis testem adduximus.

Immanitas Judicum.

(*b*) *Lactan. lib. 5. c. 11.*

Quid præterea hoc ipso anno, quo Ecclesiæ omnes jussæ sunt dirui, ibidem Nicomediæ; ubi idem Lactantius Rhetoricam publice profitebatur, actum sit; ipsum ea spectantem atque narrantem audiamus (*c*): *Ego* (inquit) *cum in Bythynia litteras oratorias accitus docerem; contigisseque eodem tempore, ut Dei templum everteretur; duo extiterunt ibidem, qui jacenti atque abjectæ veritati, nescio utrum superbius, an importunius, insultarent. Quorum alter antistitem se Philosophiæ profitebatur; verum ita vitiosus, ut continentiæ magister non minus avaritia, quam libidinibus arderet; in victu tam sumptuosus, ut in schola virtutis assertor parsimoniæ, paupertatisque laudato, in palatio pejus cœnaret quam domi; tamen vitia sua capillis, & pallio, & quod est maximum velamentum, divitiis prætegebat; quas ut augeret, ad amicitias judicum miro ambitu penetrabat, eosque sibi repente auctoritate falsi nominis obligabat, non modo, ut eorum sententiam venderet, verum etiam, ut confines suos, quos*

XLIV. Lactantius Nicomediæ.

(*c*) *Lactan. lib. 5. c. 2.*

PAGIUS Tyrium appellasset, id statim innotuisset, cum ex maxima Phœniciæ civitate plurimi & Alexandriam & Romam quotidie commigrarent, quorum indicio fraus facile detecta esset; eoque magis quod ipsemet patrem Tyrium nominet, & Eunapius eum non ignobili genere apud suos ortum testetur. Et quomodo id latere potuit Longinum, Iamblichum, aliosque Syros, qui cum eo versabantur? Ipse *Longinus* Epistolam Plotini Vitæ inseruit ex Phœnicia ad se scriptam, quo ex Sicilia evocatur, ubi Longinus Tyri patriæ ejus meminit. Et cum Libanius Sophista Syrus oratione funebri in Julianum Imp. Porphyrium *Tyrium senem* honoris causa appellasset, Socrates, qui lib. 3. cap. 25. ea Sophistæ verba conquisitis rationibus verbisque operose confutat, de patria tamen nullam ei litem intendit. Ceterum, certum est, *Porphyrium* universam Sacram Scripturam legisse, ea mente ut falsam ostenderet Divinorum oraculorum fidem, quod Eusebius in libris de Præparatione Evangelica, & Theodoretus serm. 7. testantur. Sed inde nullo modo sequitur, eum fuisse Judæum. Locus tamen laudatus Hieronymi facilem explicationem non habet. Tres affert Holstenius, quarum nulla mihi satis probata. Existimo, Porphyrium gravi alicui vitio deditum fuisse, quod ei Hieronymus exprobrans; illum Batanæotem scommate vocat, quia nempe illius urbis cives eo infectos esse fama passim jactatum erat. Hinc & Chrysostomus Homil. 6. in Epist. ad Corinth. *Sufficientes testes sunt ad probandam librorum vetustatem, qui contra nos invecti sunt, Celsus &c. & post illum Batanæotes.*

X. *Porphyrius in Christianos scripsit Diocletiano Eccleziam persequente.*

Lactantius a Baronio citatus ait, duos extitisse, qui dum Dei templum everteretur, adversus Christianos scripserint, Philosophum alterum, & alterum Judicem. Et hunc quidem ultimum *Hieroclem* fuisse recte judicavit Baronius. Sed in eo quod putat, Philosophum illum alium non fuisse quam *Porphyrium*, eum hallucinari demonstrat Holstenius citatus cap. 3. Porphyrius in Sici- 11. & seqq.

quos ædibus agrisque pellebat, a suo repetendo hac potentia retardaret:

XLV. Philosophus quid contra Christianam Religionem.

Hic vero qui suas disputationes moribus destruebat, vel mores suos disputationibus arguebat; ipse adversus se gravis censor, & accusator acerrimus, eodem ipso tempore, quo justus populus nefarie lacerabatur, tres libros evomuit contra religionem, nomenque Christianum; professus ante omnia Philosophi officium esse, erroribus hominum subvenire, atque illos ad veram viam revocare, id est, ad cultus deorum, quorum numine ac majestate (ut ille dicebat) mundus gubernaretur; nec pati homines imperitos quorumdam fraudibus illici, ne simplicitas eorum prædæ ac pabulo sit hominibus astutis. Itaque se suscepisse hoc munus philosophiæ dignum, ut præferret non videntibus lumen sapientiæ; non modo, ut susceptis deorum cultibus resanescant; sed etiam ut, pertinaci obstinatione depositâ, corporis cruciamenta devitent, nec sævas membrorum laceraciones frustra perpeti velint.

XLVI. Philosophi adulatio.

Ut autem appareret cujus rei gratia opus illud elaborasset, effusus est in Principum laudes, quorum pietas, & providentia (ut quidem ipse dicebat) tum in cæteris rebus humanis, tum præcipue in defendendis deorum religionibus claruisset. Consultum esse tandem rebus humanis, ut, cohibita impia, & anili superstitione, universi homines legitimis sacris vacarent, ac propitios sibi deos experirentur. Ubi autem religionis ejus contra quam perorabat, infirmare voluit rationem; ineptus, vanus, ridiculus apparuit; quia gravis ille consultor utilitatis alienæ, non modo quid oppugnaret, sed etiam quid loqueretur, nesciebat. Nam si qui nostrorum assueverunt, quamvis temporis gratia conticescerent, animo tamen derisere; utpote cum viderent hominem profitentem, se illuminaturum alios, cum ipse cæcus esset; reducturum alios ab errore, cum ipse ignoraret, ubi pedes suos poneret; eruditurum alios ad veritatem, cujus ille ne scintillam quidem unam vidisset aliquando; quippe qui cum sapientiæ professor, profligare sapientiam niteretur. Omnes tamen id arguebant, quod illo potissimum tempore id operis esset aggressus, quo furebat odiosa crudelitas. O philosophum adulatorem, ac tempori servientem! Verum hic pro sua inanitate contemptus est; qui & gratiam, quam speraviit, non est adeptus; & gloria, quam captavit, in culpam reprehensionemque conversa est.

XLVII. Jurisconsultus adversus Christianam Religionem scripsit.

Alius eamdem materiam mordacius scripsit, qui erat tunc e numero Judicum, & qui auctor in primis faciendæ persecutionis fuit; quo scelere non contentus, etiam scriptis eos, quos afflixerat, insecutus est. Composuit enim libellos duos, non contra Christianos, ne inimice insectari videretur; sed ad Christianos, ut humane, & benigne consulere putaretur; in quibus ita falsitatem Scripturæ sacræ arguere conatus est, tamquam sibi esset tota contraria; nam quædam capita, quæ repugnare sibi videbantur, exposuit; adeo multa, adeo intima enumerans, ut aliquando ex eadem disciplina fuisse videatur. Quod si fuit, quis eum Demosthenes poterit ab impietate defendere? qui religionis, cui fuerat assensus, & fidei cujus nomen induerat, & sacramenti, quod acceperat, proditor factus est; nisi forte casu in manus ejus divinæ litteræ inciderunt. Quæ igitur temeritas erit, id audere dissolvere, quod illi nemo interpretatus est? bene, quod aut nihil didicit, aut nihil intellexit. Tantum enim abest a divinis litteris repugnantia, quantum ille abfuit a veritate, & fide.

XLVIII. In Apostolos Philosophus insanivit.

Præcipue tamen Paulum Petrumque laceravit, cæterosque discipulos, tamquam fallaciæ seminatores, quos eosdem tamen rudes, & indoctos fuisse testatus est, nam quosdam eorum piscatorio officio quæstum fecisse;

PAGIUS Sicilia cum alios libros plurimos, tum sceleratos illos contra Christianam Religionem scripsit, ut testatur Eusebius lib. 6. cap. 19. & post ipsum Hieronymus in Catalogo illustrium Scriptorum, ubi & Eusebii Opera recenset. Id certe non obscure colligi potest, vixisse eum aliquot annos in Sicilia, & quidem fama maxima. Nam & *Longinus* post *Plotini* obitum, inde illum in patriam evocat, & Plotini libros ad se mitti petit: tum Divus Augustinus Retract. lib. II. cap. 31. ob longiorem in insula commorationem, alium ab hoc nostro Philosopho credit fuisse Porphyrium *Siculum illum*, ut ait, cujus *celeberrima est fama*. Qua in re similis fere error est, vel Nicephori Callisti, vel ejus Interpretis, lib. 1. cap. 13. ubi Eusebii citati locus transcribitur: nam cum Eusebius dicat: τί δεῖ ταῦτα λέγειν ὅτε καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν σικελίᾳ καταστὰς πορφύριος &c. id est, *Sed quid de iis dico, quando & ipse Porphyrius, qui nostra propemodum memoria in Sicilia degens, contra Fidem nostram libros conscripsit?* pro eo apud Nicephorum, *Porphyrius Siculus* nunc legitur: ὁ ἐκ Σικελίας πορφύριος. Unde videre est, illum in Siculo recessu magnum sibi & illustre nomen parasse; quod unius alteriusve anni spatio vix fieri potuit. Ad istum recessum respiciebat Hieronymus in Præfatione Commentariorum in Ezechielem, quando dicebat: *Verum, quia & tu indesinenter hoc flagitas, & magno vulneri cicatrix paulatim obducitur: scorpius que inter Enceladum & Porphyrium Trinacriæ humo premitur*, &c. ubi *scorpii* nomine Rufinum intelligit, qui capta Roma in Siciliam se receperat, ut suo loco dicam. Præterea Lactantius Philosophum illum libros tres adversus Religionem Christianam scripsisse prodit; Porphyrius vero libros quindecim edidit, Hieronymo & Suida testibus; neque temporum vitæque ratio Baronii conjecturæ favet. Non enim ætas, nec vitæ Pythagoricæ institutum cum aliis convenire videntur, quæ Lactantius de Asiatico illo Philosopho tradidit. Nam

feciſſe; quaſi ægre ferret, quod illam rem non Ariſtophanes aliquis, aut Ariſtarchus commentatus ſit. Abfuit (a) ergo ab his fingendi voluntas, & aſtutia, quoniam rudes fuerunt. Aut quis poſſet indoctus apta inter ſe, & cohærentia fingere, cum philoſophorum doctiſſimi Plato, & Ariſtoteles, & Epicurus, & Zenon ipſi ſibi repugnantia, & contraria dixerint? Hæc eſt enim mendaciorum natura, ut cohærere non poſſint. Illorum autem traditio, quia vera eſt, quadrat ubique, ac tota ſibi conſentit, & ideo perſuadet, quia conſtanti ratione ſuffulta eſt. Non igitur quæſtus, & commodi gratia religionem iſtam commenti ſunt; quippe qui, & præceptis, & ipſa re eam vitam ſecuti ſunt, quæ & voluptatibus caret, & omnia quæ habentur in bonis ſpernit; & qui non tantum mortem pro fide ſubierint, ſed etiam morituros eſſe ſe, & ſcierint, & prædixerint; & poſtea univerſos, qui eorum diſciplinam ſecuti eſſent, acerba, & nefanda paſſuros.

(a) Lactan. lib. 5. c. 3.

XLIX. Blaſphemiæ in Chriſtum.

Ipſum autem Chriſtum affirmavit a Judæis fugatum, collecta nongentorum hominum manu, latrocinia feciſſe. Quis tantæ auctoritati audeat repugnare? Credamus hoc plane; nam fortaſſe illi hoc in ſomnis Apollo aliquis nuntiavit. Tot ſemper latrones perierunt, & quotidie pereunt, utique multos & ipſe damnaſti. Quis eorum poſt crucem ſuam, non dicam Deus, ſed homo appellatus eſt? Verum tu forſitan ex eo credidiſti, quia vos homicidam Martem conſecraſtis, ut deum; quod tamen non feciſſetis, ſi illum Areopagitæ in crucem ſuſtuliſſent. Item cum facta ejus mirabilia deſtrueret (*), nec tamen negaret, voluit oſtendere, Apollonium vel paria, vel etiam majora feciſſe; mirum quod Apuleium prætermiſit, cujus ſolent, & multa, & mira memorari. Cur igitur, o delirum caput, nemo Apollonium pro deo colit? niſi forte tu ſolus, eo ſcilicet deo dignus, cum quo te in ſempiternum verus Deus puniet.

* al. adſtrueret.

L. De libri titulo.

Et poſt multa, hæc de librorum titulo: *Cum igitur talia ignorantiæ ſuæ deliramenta fudiſſet, cum veritatem penitus excidere connixus eſſet, auſus eſt libros ſuos nefarios ac Dei hoſtes, φιλαληθῆς, id eſt, Veritatis amatores, annotare. O cæcum pectus! o mentem Cimmeriis (ut ajunt) tenebris atriorem! Diſcipulus hic fortaſſe Anaxagoræ fuit, cui nives atramentum fuerunt; atque eadem cæcitas eſt, & vero falſitatis, & mendacio veritatis nomen imponere. Videlicet homo ſubdolus voluit lupum ſub ovis pelle celare ut fallaci titulo poſſet irretire lectorem:* Hæc & alia adverſus oblatrantem in Chriſtianam religionem hominem Lactantius prodit.

LI. Porphyrius in Chriſtianos ſcripſit.

Verum quinam ii fuerint, quos ipſe nec nominandos exiſtimavit (tanti enim eos fecit Chriſtianus orator, ut ne illa quidem eos memoria dignos eſſe putarit, quæ ex immani quopiam ſcelere comparatur) perveſtigare, haud otioſum erit; etenim ex inſignis nominis proſtratis hoſtibus poſt partam victoriam ad triumphum fiet gloriæ majoris acceſſio. Quod igitur ad priorem attinet; quinam ille fuerit, quem dicit Lactantius inter philoſophos hujus temporis ſibi locum principem vendicaſſe, nullus alius quem opinari poſſimus occurrit, niſi Porphyrius, qui inter Platonicos horum temporum excellebat; quem & adverſus Chriſtianam religionem commentarios edidiſſe, exploratiſſimum eſt. Meminimus ejus ante ſub Gallieno, cum de Plotino, quo uſus eſt præceptore, opportuna incidit mentio; cum & ex ipſius ſcriptis ætatem ejus teſtatam reliquimus; qui enim (ut dictum eſt) anno decimo Gallieni annos triginta natus erat, cum ſub eodem Plotino profiteri cœpit; hoc anno decimonono Diocletiani, attigiſſe ſexageſimum octavum ætatis annum, certum eſt, ſed & ad ultimam ſenectutem perveniſſe, ſuo loco dicemus. Philoſophorum vero alium ab ipſo neminem ſcimus qui hac tempeſtate adverſus Chriſtianos ſcripſerit. Quamobrem ut quæ Lactantius tradit, alicui alii adſcribamus potius, quam Prophyrio, nulla eſt ratio.

LII. Porphyrii nomen & genus.

Quod autem ad ejus genus pertinet; eum patria Tyrium fuiſſe, Eunapius (a) auctor eſt, qui addit Porphyrio nomen initio fuiſſe Malchum, quod Syrorum lingua Regem ſonat; ſed detorta appellatione ad purpuram regiam in veſtimento inſigne, Porphyrium veluti purpureum eum nominaſſe Longinum, apud quem ſublimibus ſtudiis erudiebatur: hæc Eunapius. Porro fuiſſe eum conſtat natione Judæum, Batanæe, quæ eſt in Judæa civitas, natum; hincque eſt quod S. Hieronymus (b) eum Batanæotem appellat, cum ait: *Quod nequaquam intelligens Batanæotes & ſceleratus ille Porphyrius, in primo operis ſui adverſus nos libro, Petrum a Paulo objecit eſſe reprehenſum, &c.*

(a) Eunapius in Vita Philoſ.

(b) Hier. in epiſt. ad Galat. præfat. lib. 1.

LIII. Porphyrius deſertor Fidei.

Quinetiam fuiſſe aliquando Chriſtianum, ſed non ferentem majorum juſtam reprehenſionem, eſſe factum apoſtatam ac deſertorem, Socrates (c), auctore Euſebio, quem citat, tradit, ſic dicens: *Jam vero (ut videtur) idem illi, nempe Juliano, accidit, quod Porphyrio; nam iſta Cæſareæ Palæſtinæ a quibuſdam Chriſtianis reprehenſus, cum pro gravi qua ardebat iracundia illud ferre non poſſet, religionem Chriſtianam deſeruit; & præ odio illorum qui ipſum coarguerant, ad libros conſcribendos, quibus Chriſtianos maledice, & contumelioſe perſtringeret, præceps fuit:* Hæc Socrates.

(c) Soc. l. 3. c. 19.

LIV. Porphyrius in furorem præceps.

Sed nihil eſt, ut de animo ejus ad reprehenſiones tolerandas admodum alieno, atque ad iracundiam, & furorem præcipiti, alterius teſtimonium afferamus; cum ipſe de ſe in Vita Plotini, quam ſcripſit, hæc dicat: *Ego quandoque me ipſum interimere cogitabam; quod mirabiliter ille perſenſit: mihique domi perambulanti protinus adſtitit, aitque: Studium nunc iſtud, o Porphyri, tuum non ſanæ mentis eſt, ſed animi potius atrabile furentis. Itaque Roma abire me juſſit:* Hæc de ſe ipſe. Honeſta plane miſſio, & digna philoſopho, qui præſertim (ut idem ipſe ait) decem, & octo annos Romæ Plotinum audiſſet.

LV. Quales hoſtes fidei Chriſtianæ.

Quonam pacto, rogo, tam indomita fera valuit cum Chriſti ovibus eſſe? & quomodo ſic moribus comparatus truculentus apoſtata, canina rabie in Chriſtianos latrare ceſſaſſet, cum præſertim ea arte Principum gratiam aucuparetur? Vides plane, quales Chriſtiana religio habuerit adverſarios, ſuperbos, tumidos, iracundos, petulantes, avaros, ac libidinibus (ut tradit Lactantius) omni ex parte turpiſſimos; indignos ſane, qui non tantum inter Chriſtianos, at nec inter Ethnicos, quibus optimi mores cordi eſſent, allegerentur; ſed procul abjicerentur ab humano conſortio, qui ab humanitate eſſent prorſus extorres. Porro hunc ipſum Porphyrium calumniarum patrem jure (d) Cyrillus appellat, quod amaros (ut ait e) in nos libros effuderit.

(d) Cyrill. contra Julian. l. 3.

(e) Ibid. l. 1.

LVI. De libris Porphyrii in Chriſtianos.

Cæterum non omne ſimul Porphyrius virus effudit; ſed primum tres illos, quorum Lactantius meminit, libros edidit, quibus alios poſtea elaborans addidit uſque ad numerum decimumquintum; tot enim ab eo ſcriptos contra Chriſtianos, libros, Suidas tradit. Adjeciſſet, & alios, niſi Conſtantinus exterruiſſet, a quo in exilium pulſus eſt, ut ſuo loco dicemus; quinam autem adverſus eum ſcripſerint, inferius pariter demonſtrabimus. Duxiſſe eum uxorem viduam quamdam, Marcellam nomine, matrem quinæ ſobolis, idem Eunapius tradit, vixiſſeque ad extremam uſque

PAGIUS Nam cum initium perſecutionis Diocletiani & Eccleſiarum demolitio, cujus ibidem Lactantius meminit, in annum CCCIII. incidant, & ſexageſimum ætatis Porhyrii, aliorum ego judicium facio, inquit Holſtenius laudatus, an ea, quæ de libidinibus, de luxuria, de aſſentatione, & paraſitiſmo aulico Aſiatici illius Philoſophi Lactantius refert, ſeni decrepito conveniant; ei præſertim qui ſiccum & ſobrium Pythagoricæ vitæ inſtitutum ſemper fuerat ſectatus, quod diligentiſſime ſervatum libri περὶ ἀποχῆς ad Firmium Patricium ſcripti aliunde probant. Neque enim amico optimo, intimo & fraternæ neceſſitudinis vinculo ſibi conjuncto eam vitæ & philoſophandi rationem tam operoſo volumine ſuaſurum fuiſſe exiſtimandum, ſi ipſe eam neglexiſſet.

Antiqui non dicunt Porphyrium hoc tempore ſcripſiſſe.

XI. Nec quiſquam Veterum, hujuſmodi quid *Porphyrio* objicit; quem rabidum, furioſum, impium, blaſphemum, veritatis & Dei hoſtem Euſebius, Hieronymus, Auguſtinus, aliique perpetuo cognominant: qui nullam ejus exagitandi materiam, anſamque prætermiſerunt. Inſuper Methodius Patarenſis, Epiſcopus Tyri, qui *nitidi compoſitique ſermonis adverſus Porphyrium confecit libros*, (ut verbis Hieronymi lib. de Script. Eccleſiaſt. in Methodio utar) *ad extremum noviſſimæ perſecutionis (ſive, ut alii affirmant, ſub Decio & Valeriano) in Chalcide Græciæ martyrio coronatus eſt.* Verum, ut poſterior illa opinio de conſummatione martyrii ſub Decio, manifeſte falſitatis convinci poteſt, ex eo quod, Decio imperante, Porphyrius, quem Methodius refutavit, viceſimum ætatis annum attigiſſet, & poſt XVI. annos integros in Siciliam profectus fuerit: ita poſterior illa ab Hieronymo memorata aperte oſtendit, ante prædictum annum XIX. Diocletiani, & Porphyrium ſuas blaſphemias edidiſſe, & Methodium iiſdem reſpondiſſe; cum Lactantius Chriſtianos *temporis gratia* conticuiſſe diſerte affirmet, quod nemo illum dicturum fuiſſe exiſtimaverit, ſi Methodius tum ſolus communem Eccleſiæ cauſam defendendam ſuſcepiſſet: nec reticuiſſent Euſebius atque Hieronymus diligentiſſimi harum rerum obſervatores.

XII. *Quid de Porphyrio S. Auguſtinus ſcripſerit.*

Denique Auguſtinus, cum lib. 10. Civit. Dei cap. 32. *Porphyrium* eo tempore vixiſſe dixiſſet, quo *Diocletianus* Eccleſiam Chriſti perſequebatur, nec tot Martyrum conſtantia ad veritatis viam agnoſcendam permotum doleret, id tam opportuno loco non omiſiſſet, Porphyrium eo ipſo tempore furentem Imperatoris animum impiis ſuis libris adverſus innocentes Chriſtianos vehementius concitaſſe, & veritati armis opreſſæ importuna inſultaſſe protervia; quo nomine Lactantius Aſiaticum illum Philoſophum maxime accuſat. Auguſtinus, cum ſub principium capitis ſcripſiſſet, Porphyrium in libris *de Regreſſu animæ* dixiſſe, *nondum receptam unam quamdam ſectam, quæ univerſalem viam animæ contineat liberandæ*, ſubjungit deinde: *Quænam iſta eſt univerſalis via, niſi quæ non ſua cuique genti propria; ſed univerſis gentibus, quæ communis eſſet, divinitus impertita eſt? Quam certe iſte homo non mediocri ingenio præditus eſſe non dubitat. Providentiam quippe divinam ſine iſta univerſali via liberandæ animæ genus humanum relinquere potuiſſe non credit. Neque enim ait non eſſe, ſed hoc tantum bonum, tantumque adjutorium nondum receptum, nondum in notitiam ſuam eſſe perlatum. Nec mirum: tunc enim Porphyrius erat in rebus humanis; quando iſta anima univerſalis via, quæ non eſt alia, quam Religio Chriſtiana, oppugnari permittebatur, ab idolorum dæmonumque cultoribus Regibuſque terrenis, propter aſſerendum & conſecrandum Martyrum numerum, hoc eſt, teſtium veritatis, per quos oſtenderetur, omnia corporalia mala pro fide pietatis & commendatione veritatis eſſe toleranda. Videbat ergo iſta Porphyrius, & per hujuſmodi perſecutiones cito iſtam viam perituram, & propterea non eſſe ipſam liberandæ animæ univerſalem putabat, non intelligens hoc quod eum mo-*

usque senectutem, atque Romæ obiisse.

LVII. Quod autem (ut vidimus) testetur Lactantius hoc ipso anno, quo Ecclesias demoliebantur Imperatores, Nicomediæ libros contra Christianos ab eodem Porphyrio esse conscriptos; S. Hieronymus (*a*) vero dicat, illum in Sicilia scripsisse; id inde accidit, quod cum certum sit ipsum Roma a Plotino recedentem in Siciliam recessisse, & (quod ipse Porphyrius (*b*) testatur) apud Lilybæum diutius permansisse, idem Hieronymus pariter existimarit ipsum suas lucubrationes ibidem elaborasse; quod quidem licet de aliis pluribus factum jure putemus; de his vero contra Christianos tunc editis, Lactantii, qui his rebus interfuit, fidem sequimur. Quod autem existimarit S. Augustinus (*c*) duos fuisse Porphyrios, alterum qui contra Christianos edidit commentarios, alterum vero Siculum fama celeberrimum; unum tantum eumdemque fuisse, qui adversus Christianos scripsit Porphyrium Platonicum, cum eo qui (ut dictum est) habitavit diutius in Sicilia, omnes plane consentiunt.

(a) Hieron. de Script. Eccles. in Eusebio.

(b) Porphyr. in Vita Ploti.

(c) Aug. Retract. l. 2. cap. 31.

LVIII. De Hierocle Philosopho. Posterior ille vero, quem Lactantius tam egregie suis coloribus pingit, non alius quidem ex titulo operis esse, cognoscitur, quam Hierocles, quem eo titulo, nempe, *Veritatis amatoris*, libros suos annotasse quos adversus Christianos conscripsit, Eusebius auctor est, dum adversus eum scribens, omnes impudentis hominis conatus temerarios, sed leviss. mos quidem, infringit. Ad eum igitur commentarium Eusebii in Hieroclem provoco curiosos homines studiososque Philostrati, qui Apollonii Tyanæi Vitam mendaci stylo conscripsit; eosdemque revoco ad ea quæ de eodem Apollonio primo tomo Annalium a nobis scripta sunt; ut plenius de impostore cognoscant.

LIX. Quod insuper idem Lactantius de Hierocle dicat, fuisse ex Judicibus unum, & perse-

Hierocles Præfect. Persecut.

cutionis auctorem; nempe ex Præfectis primariis aliquem, qui apud Imperatores plurimum posset, in eam sententiam adducimur, ut hunc ipsum existimemus esse Hieroclem, qui hac eadem persecutione (ut auctor est Epiphanius *d*) Præfecturam Augustalem exercuit Alexandriæ; idemque Hierocles in Actis Ædesii martyris, in Ægypto passi, Judex iniquissimus nominatur: quæ vero acerbissima omnium tormenta, & quæ omnem humanum captum superent, excogitarit Alexandriæ Præses; sequens paulo post Eusebii narratio de Ægypti martyribus, quæ paulo infra ponetur, apertius demonstrabit.

(d) Epiph. hæres. 68.

LX. Ut igitur tam Porphyrii, quam Hieroclis in Christianam religionem vulgatos commentarios contrariis scriptis penitus confutaret, veritatemque calumniis oppressam suo nitore fulgentem redderet, ac magis magisque illustraret; idem ipse Lactantius nobilem illam suscepit provinciam, ut divinarum Institutionum septem illos luculentissimos libros conscriberet. Ipse enim sui instituti rationem reddens, hæc ait (*e*): *Ii ergo, de quibus dixi, cum, præsente me ac dolente, sacrilegas suas litteras explicassent, & illorum superba impietate stimulatus, & veritatis ipsius conscientia (ut ego arbitror) suscepi hoc munus; ut omnibus ingenii mei viribus accusatores justitiæ refutarem; non ut contra eos scriberem, qui paucis verbis obteri poterant; sed ut omnes, qui ubique idem operis efficiunt aut effecerunt, uno simul impetu profligarem:* Hæc Lactantius.

(e) Lactan. l. 5. c. 4.

Lactantii institutum.

LXI. Porro S. Hieronymus (*f*) tum has, tum reliquas Lactantii lucubrationes recensens hæc ait: *Firmianus, qui & Lactantius, Arnobii discipulus, sub Diocletiano Principe accitus cum Fannio * grammatico, cujus de Medicinalibus versu compositi extant libri, Nicomediæ Rhetoricam*

(f) Hieron. de Script. Eccles. in Lactan. * al. Flavio.

vehat, & quod in ejus electione perpeti metuebat, ad cujus confirmationem robustioremque commendationem potius pertinere: Ita Augustinus. Quo ex loco certo colligitur, inquit Holstenius citatus, vel Porphyrium postremæ illius persecutionis tempore non scripsisse, vel supinam Divi Augustini fuisse ignorantiam aut oblivionem, qui tali loco rem tantam præteriret.

XIII. *Varia de Porphyrio.* Holstenius observat etiam, deceptum esse Baronium, quando ait, *Porphyrium* scribere, se decem & octo annos Romæ Plotinum audisse. Quod enim Porphyrius Amelio, Baronius Porphyrio per inadvertentiam attribuit. Hæc Porphyrii in Vita Plotini verba: *Decimo Gallieni Imp. anno ego Porphyrius e Gracia una cum Antonio Rhodio Romam veniens, Amelium veperi XVIII. jam annos familiariter Plotino usum. Plotinus autem decimo Gallieni Imp. anno quinquagesimum ætatis annum agebat, ego vero Porphyrius, cum primum huic adhæsi, triginta tunc annos impleveram.* Ad hæc, Holstenius cap. 4. ait, Baronium contra Eunapii & Suidæ fidem, Porphyrii vitam

Baron. n. LIV.

usque ad XXIII. annum Constantini produxisse, perperamque Porphyrium Philosophum cum *Optatiano Porphyrio* Poeta Christiano confudisse, qui error a Spondano jam correctus. Notat denique Holstenius, in eo etiam hallucinatum Baronium, quod ex Gilda Britanno *Porphyrium* de Constantino contumeliosa locutum, atque ob eam causam exilio damnatum fuisse colligat; cum potius contrarium ex Gildæ verbis evincatur: *Igitur*, inquit, *nunc omittens priscos, communesque omnibus gentibus errores, nec enumerans patriæ portenta ipsa diabolica pene numero Ægyptiaca vincentia, & tacens vetustos immanium Tyrannorum annos, qui aliis longe positis regionibus vulgati sunt: ita ut Porphyrius rabidus Orientalis adversus Ecclesiam eanis dementiæ suæ ac vanitatis stylo hoc etiam adnecteret: Britannia, inquit, fertilis Provincia Tyrannorum.* Quid, quæso, hic de Constantino aut ejus ævo, cum diserte de iis temporibus loquatur, quibus Britan-

Lactantii Scripta. *eam docuit; & penuria discipulorum, ob Græcam videlicet civitatem, ad scribendum se contulit. Habemus ejus Symposium, quod adolescentulus scripsit Africæ, & Ὁ δοκητοριανὸς de Africa usque Nicomediam hexametris scriptum versibus.* Cum itaque ipse Africanus hominis in Africa professentis discipulus fuerit, & Africæ Symposium scripserit, & ex Africa Nicomediam usque suum iter metro cecinerit; plane ipsum fuisse patria Africanum, conjici posse videtur. Sed & de aliis lucubrationibus ejus hæc idem Hieronymus: *Scripsit, & alium librum, qui inscribitur Grammaticus, & pulcherrimum de Ira Dei, & Institutionum divinarum adversus Gentes libros septem, Epitomen ejusdem operis in libro uno ἀνεφαλαιῶν, & ad Asclepiadem libros duos, de persecutione librum unum, ad Probum epistolarum libros quatuor, ad Severum epistolarum libros duos, ad Demetrianum auditorem suum epistolarum libros duos, ad eumdem de Opificio Dei, vel formatione hominis librum unum. Hic in extrema senectute magister Cæsaris Crispi filii Constantini in Gallia fuit; qui postea a patre interfectus est:* Hæc de Lactantio Hieronymus. Verum quos elaborasse diximus septem libros adversus Gentiles, temporibus Constantini illos edidit, eidemque etiam dedicavit, ut inferius suo loco patebit.

(a) Hieron. de Script. Eccles. in Method. c. 83.

(b) Not. in Mart. Rom. die 18. Septemb.

(c) Epiph. hæres. 64.

(d) Hieron. de Script. Eccles. in Eusebio.

(e) Hier. de Script. Eccles. in Apolliuar.

LXII. De Methodio Episcopo. Cæterum non defuerunt qui infames libros adversus religionem Christianam a Porphyrio editos, simulac prodierunt, adversariis commentariis egregie confutarint, prorsusque compresserint. Id in primis suæ esse provinciæ existimavit insignis ille doctrina, & celebris S. Methodius Episcopus Tyri, ut Tyrii hominis (sic ille dici volebat potius, quam Batanæus, pertæsus Judæum genus) infringeret temeritatem, procaciamque retunderet. *Hic* (inquit Hieronymus *a*) *Olympi Lyciæ, & postea Tyri Episcopus, nitidi compositique sermonis adversum Porphyrium confecit libros, & Symposium decem virginum, de Resurrectione opus egregium contra Origenem, & adversus eumdem de Pythonissa & de ἀυτεξουσίου, in Genesim quoque & in Cantica Canticorum commentarios, & multa alia, quæ vulgo lectitantur, & ad extremum novissimæ persecutionis (sive, ut alii affirmant sub Decio, & Valeriano) in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est:* Hæc Hieronymus. Porro sententiam illam de ejus martyrio temporibus Decii, alibi (*b*) plenius refutavimus. Methodium alio nomine dictum esse Eubulium, qui eum citat, Epiphanius (*c*), tradit. At post Methodium Eusebius (*d*), ac denique extremo loco Apollinaris (*e*) contra eumdem Porphyrium edidit commentarios; licet sparsim tum S. Hieronymus, tum etiam S. Augustinus, Cyrillus, & alii, quæ idem contra divina scripta impudenter effutiit, passim cum se offerret occasio, refellere non prætermiserint. Postea vero (ut suo loco dicemus) Imperatoriis sanctionibus iidem libri comburi jussi, penitus desierunt.

LXIII. Ex hostibus comparatus Defensor. Sed admirandum in eo præsertim divinum consilium; quod hoc ipso tempore, quo oblatrantium infidelium studiis in hunc modum oppugnaretur Christiana religio, eorumdemque vulgatis scriptis ubique prosciderentur salutare Christi nomen; idem ipse Dominus non e suis quempiam, qui his assueverit certaminibus, in campum adversus eos certaturum adduxerit, sed Ethnicum hominem, eumque Christianorum antea acerrimum hostem; quem, ut crederet, divina luce perfuderit, moxque antequam plene per

Britanni, nec Romani Imperii potentiam, nec Christianæ Religionis veritatem agnoverant? Audiendus Hieronymus, a quo Gildas Porphyrii verba transcripsit. Is in libro ad Cresiphontem ait: *Et ad extremum, quod solet nobis objicere contubernalis vester Porphyrius, qua ratione clemens & misericors Deus ab Adam usque ad Moysem, & a Moyse usque ad Christi adventum passus sit universas gentes perire ignorantia legis & mandatorum Dei; neque enim Britannia fertilis Provincia Tyrannorum, & Stoica gentes, omnesque usque ad Oceanum per circuitum barbaræ nationes Moysem, Prophetasque cognoverant.* Ubi nihil de Constantino; sed ea designantur tempora, quæ Christi adventum & Romani Imperii propagationem ad Britannos præcesserunt. Nec de Porphyrii mente dubitare nos sinit, quod eadem quæstio ex Porphyrii libris contra Christianos desumta Divo Augustino inter alia proposita fuit, cui ille fuse respondet Epistola XLIX. secundum veterem ordinem ad *Deogratias*. Vide etiam quæ anno CCCXXV. de *Porphyrio* dicam. Is itaque non est ille Philosophus, quem Lactantius ait adversus Christianos scripsisse, quando Diocletianus Ecclesiam persecutus est. Quisnam autem ille fuerit, nondum liquet.

XIV. *Arnobius scribit adversus Gentes.* *Arnobius* lib. 2. testatur, se Opus adversus Gentes scribere anno Urbis conditæ millesimo quinquagesimo, ideoque ante præsentem annum. Si enim Varronianam putationem secutus est, libros suos septem adversus Gentes scripsit anno Christi CCXCVII. Sed quia Scriptores sæpe putationem Capitolinam aut etiam Frontinianam usurpant, & militum persecutio ante annum CCXCVIII. inchoata non est, ut suo loco diximus, non dubito, quin libri illi eo anno, aut anno CCXCIX. scripti fuerint, ideoque quin Auctor annos Urbis secundum supputationem Capitolinam aut Frontinianam numeraverit. Et ratio est, quia, ut observavit Baronius, *Arnobius* in fine libri quarti diserte agit de persecutione, quæ tunc exercebatur. Ea autem ante annum CCXCVIII. adversus milites non sævit, nec adversus omnes Christianos ante annum CCCIII. Hinc magis doctorum Virorum opinio evertitur, qui militum persecutionem anno CCCII. incepisse volunt, adversus Arnobii tum viventis ac scribentis testimonium.

Baron. n. XVIII.

XV. His scriptis animadverti Baronium num. XVII.

baptismum fieret Christianus, necdum pene in militia tyro, in emeritos illos impietatis omnia stipendia militet veteranos armarit, & in eos debellaturum immiserit. Sic plane ex divino illud accidisse miraculo videatur, quod tamquam magnum aliquod ostentum Dominus Job demonstraverit, dicens (*a*): *Numquid volet rhinoceros servire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? Numquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium post te?* & quod sequitur: *Numquid credes illi, quod sementem reddat tibi, & aream tuam congreget?*

(*a*) *Job.* 39.

LXIV. Talis profecto his temporibus erat Arnobius, qui inter rhetores hujus temporis principem sibi locum absque controversia vendicabat; & eo ipso sane tempore quo in religionem Christianam major omnium persecutio ingruebat, cum Fidelium alii fugam arriperent, latebras quærerent alii, rursus alii plures (quod deterius est) tormentorum metu succumberent; hic, inquam, fidem Christianam professurus, dat nomen Ecclesiæ. Sed cum non crederent Episcopi id illi sincere poscenti, nisi prius oppignoraret fidem suam aliqua scriptione, qua deorum falsitatem, & fidei veritatem omni ex parte professam atque testatam relinqueret; eam adversus Gentes scribendi commentarium oblatam occasionem libenter arripuit. Id quidem S. Hieronymus (*b*) tradit, sic scribens: *Arnobius in Africa rhetor clarus habetur; qui cum in civitate ... ccæ ad declamandum juvenes erudiret, & adhuc Ethnicus ad credulitatem somniis compelleretur; neque ab Episcopis impetraret fidem quam semper impugnaverat; elucubravit adversus pristinam religionem luculentissimos libros; & tandem veluti quibusdam obsidibus pietatis fœdus impetravit:* Hæc Hieronymus.

Arnobius scribit adversus gentes.

(*b*) *Hieron. in Chron. addit. ad Euseb.*

LXV. Arnobii prior status. Scripsisse ipsum eos commentarios hoc tempore post promulgatum de incensione librorum & Ecclesiarum demolitione decretum, jam satis superius ex ipsius scriptis est demonstratum; in quibus in primis hæc (*c*) de se ipso: *Venerabar (o cæcitas!) nuper simulacra modo ex fornacibus prompta, in incudibus deos & ex malleis fabricatos, elephantorum ossa, picturas, veternosis in arboribus tenias. Si quando conspexeram lubricatum lapidem, & ex olivi unguine ordinatum, tamquam inesset vis præsens, adulabar, affabar, beneficia poscebam, nihil sentiente de trunco. Et eos ipsos divos quos esse mihi persuaseram, afficiebam contumeliis gravibus, cum eos esse credebam ligna, lapides, atque ossa, aut in hujusmodi rerum habitare materia. Nunc doctore tanto in vias veritatis inductus, omnia ista quæ sint, scio; digna de dignis sentio; contumeliam nomini nullam facio divino; & quid cuique debeatur vel personæ, vel capiti, inconfusis gradibus atque auctoritatibus tribuo. Ita ergo Christus non habeatur a nobis Deus? nec qui omnium alioquin vel maximus potest excogitari, divinitatis afficiatur cultu, a quo jamdudum tanta & accepimus dona viventes, & expectamus, dies cum venerit, ampliora? Sed patibulo affixus interiit; quid istud ad causam? &c.* Plura prosequitur de gloria Crucis Christi.

(*c*) *Arnob. lib. 1.*

LXVI. Unde autem scribendi susceperit argumentum, ipso ingressu operis declarat, sic dicens (*d*): *Quoniam comperi nonnullos, qui se plurimum sapere suis persuasionibus credunt, insanire, bacchari, & velut quiddam promptum ex oraculo dicere: Postquam esse in mundo Christiana gens cœpit, terrarum orbem periisse, multiformibus malis affectum esse genus humanum; ipsos etiam cælites, derelictis curis solemnibus, quibus quondam solebant invisere res nostras, terrarum ab regionibus exterminatos; statui pro captu & mediocritate sermonis contraire invidiæ, & calumniosas dissolvere criminationes:* Ita ipse. Hanc quidem falsam causam prætexuisse inter alias visi sunt Imperatores, ut qualemcumque honestam viderentur nacti esse Christianos persequendi occasionem; nam & inferius post multa de iisdem, quid dicere solerent, hæc ait: *Negliguntur dii, clamitant; atque in templis jam summa raritas est; jacent antiquæ derisui cærimoniæ, & sacrorum quondam veterrimi ritus religionum novarum superstitionibus occiderunt; & merito humanum genus tot miseriarum angustiis premitur.* Quæ omnia ipse validissime confutat.

(*d*) *Arnob. lib. 1. in initio.*

Calumniæ in Christianos.

Quod vero opus illud, ut inter Fideles admitteretur, quasi fidei suæ vadem festinus absolvit; hinc plane est quod in eo (ut ait Hieronymus *a*) fuisse visus est inæqualis & nimius, & absque operis sui partitione confusus. Rursum vero quod nondum plene effet scienta rerum Christianarum imbutus, utpote cum non solum non fuerit baptismate illustratus, sed nec in Ecclesiam inter catechumenos acceptus; venia dignus est, si aliquibus nævis visus est commentarius ille esse respersus; qui in eo totus est, ut refellat ab Ethnicis in Christianos illatas calumnias, quæ multæ erant; cum undiquaque illi occasionem captarent, ut nomen carperent Christianum: usque adeo, ut, quod (*b*) res nostræ barbarismis atque solœcismis obsitæ essent, & locutionis vitiorum deformitate pollutæ, objicerent; & quod novella esset Christiana religio, & magicis esset propagata præstigiis, & aliis similibus; quæ omnia ille quam validissime confutat.

LXVII. Arnobii opus præcox.

(*a*) *Hier. ad Paulin. ep.* 13.

(*b*) *Arnob. lib.* 1.

Sed inter alia brevi quodam compendio omnia, quæ præsentis temporis essent, ob oculos ponit; & de ea, quæ tunc invalescebat persecutio, meminit; qua minime religio Christiana flaccesceret, sed crescceret, quæ & ubique barbaras quoque gentes humanioribus moribus excoluerit; cum ait (*c*): *Nonne vel hæc saltem fidem vobis faciunt argumenta credendi, quod jam per omnes terras in tam brevi tempore & parvo immensi nominis hujus sacramenta diffusa sunt? Quod nulla jam natio est tam barbari moris, & mansuetudinem nesciens, quæ non ejus amore versa molliverit asperitatem suam, & in placidos sensus assumpta tranquillitate migraverit? Quod tam magnis ingeniis præditi oratores, grammatici, rhetores, consulti Juris, ac medici, philosophiæ etiam secreta rimantes magisteria hæc expetunt, spretis quibus paulo ante fidebant? Quod ex dominis esse servi, cruciatibus affici omnibus statuerint, malint solvi conjuges matrimoniis, exhæredari a parentibus liberi, quam fidem rumpere Christianam, & salutaris militiæ sacramenta deponere? Quod, cum genera pœnarum tanta sint a vobis proposita religionis hujus sequentibus leges, augeatur res magis, & contra omnes minas atque interdicta formidinum animosius populo obnitatur, & ad credendi studium prohibitionis ipsius stimulis excitetur?*

(*c*) *Eod. l. 1. in fin.*

LXVIII. Religio propagata.

An numquid hæc fieri passim, & inaniter creditis fortuitis incursibus assumi has mentes? Ita ne istud non divinum & sacrum est, aut sine Deo eorum tantas animorum fieri conversiones, ut cum carnificis unci, aliique innumeri cruciatus (quem-

LXIX. Gentilium crudelitas.

PAGIUS referre locum Arnobii, quo liquido constat, eum Opus illud elucubrasse post editam Imperatoriam jussionem de libris comburendis; unde manifestum est Scriptorem istum peculiarem aliquam rationem annorum Urbis numerandorum secutum esse. Certe Ausonius, qui anno CCCLXXIX. Consul ordinarius processit, epocham Varronianam annis XIII. prævertit; & ne quis errorem in numeros irrepsisse existimet, ejus Versus hic recito, qui omnem suspicionem tollunt:

Arnobius peculiari Urbis epocha usus est.

Urbis ab æterno deductam Rege Quirino
Annorum seriem Procule accipies.
Mille annos centumque & bis fluxisse novenos
Consulis Ausonii nomen ad usque leges.

Hæsit ad hos versus Onuphrius in lib. I. Fastorum, ubi opinionum varietatem de variis annorum Urbis rationibus accuratissime discutit, aitque eum aut antea fuisse Consulem suffectum, vel secutum fuisse annorum in digerendis Urbis conditæ annis rationem, *quam nemo alius agnovit*. Petavius lib. 9. de Doct. Temp. cap. 40. eadem de re diligenter disserit, sed de epocha Urbis ab Ausonio usurpata tacet.

At Arnobio Ausonium præviisse, tam ex loco a Baronio recitato, quam ex aliis, qui legitur lib. 2. adversus Gentiles, apparet: *Quod tam magnis*, inquit, *ingeniis præditi Oratores, Grammatici, Consulti juris, ac Medici, Philosophi etiam secreta rimantes magisteria hæc expetunt; spretisque quibus paulo post ante fiderant, quod ab dominis se servi cruciatibus effici quibus statuerint, malunt, solvi conjuges matrimoniis, exhæredari a parentibus liberi, quam fidem rumpere Christianam; salutaris militiæ sacramenta deponere. Quod cum genera pœnarum tanta sint a Vobis proposita, religionis hujus sequentibus leges, augeatur res magis, & contra omnes minas, atque interdicta formidinum animosius populus obnitatur, & ad credendi studium prohibitionis ipsius stimulo excitetur.* Quare cum testetur Arnobius in eodem libro, cum scriberet *annos* Romæ *quinquaginta & mille, aut non multum ab his minus*, fluxisse, annusque ille Urbis juxta supputationem Varronianam in annum Christi CCXCVII. juxta Capitolinam in annum Christi CCXCVIII. conveniat, neutram sine dubio secutus est Arnobius, tunc enim tantum in milites sævitum est, & tamen edictum persecutionis

XVI. *Eam secutus est Ausonius Poeta.*

nis generalis, post cujus publicationem se scripsisse ostendit; cum loquatur de Christianis cujuscumque ætatis, sexus, ac conditionis; ante sequentem Christi annum emissum non est. Utitur itaque Arnobius epocha Urbis, quam postea adhibuit Ausonius, ideoque adversus Gentiles eo tempore scripsit, quo Galerius omni tormentorum genere Christianos vexabat, anno sc. Christi trecentesimo decimo. In tanta quippe diversitate opinionum de priori anno Urbis conditæ, nulla occurrit cui adhærere potuerit Arnobius præter illam, quam diximus.

XVII. *Eugenius in Syria Tyrannidem arripit.* Baron. n. XXXIII.

Eusebius lib. 8. cap. 6. postquam locutus est de iis, quæ in ipso persecutionis exordio *Nicomedia* gesta sunt, subdit: *Ceterum paulo post cum alii in Melitina Armeniæ regione, alii in Syria Imperium arripere conati essent: promulgatum est Imperatoris edictum, ut omnes ubique Ecclesiarum Antistites vincti in carcerem truderentur.* Valesius in Notis ad eum Eusebii locum ait, se nihil legisse de Tyranno, qui in minori Armenia, ubi Melitina sita, Imperium arripuit; sed Tyranni qui in Syria insurrexit, quique in ea brevi regnavit, nomen & historiam ex Libanii Orationibus primus omnium eruit. Erat quidam Tribunus Seleuciæ, nomine *Eugenius*, qui quingentis militibus præerat. His opus id iniunctum erat, ut os portus, aditumque excavarent. Milites, cum diu noctuque laborarent, ægre id ferentes, Præpositum suum ad Imperium capessendum compellunt, qui coactus, purpura ex simulacro Dei cujusdam abrepta, Imperator salutatur. Mox Antiochiam militibus vacuam tendit eamque circa occasum Solis occupat. At milites solita per totum iter lascivia usi, agros vastaverant, vinoque ac epulis sese ingurgitaverant. Quo comperto *Antiochenses*, paucitatem militum, ebrietatemque despectui habentes, lapidibus ac cujusque modi telis, ipsis mulieribus adjuvantibus, tam Tyrannum in palatium tendentes, quam milites omnes interfecerunt: ita ut circa primam vigiliam nemo ex ipsis supereset. At *Diocletianus*, qui multam gratiam Antiochensibus habere debuisset, in Antiochensis & Seleucensis ordinis principes gladio animadvertit; cum nec hi, nec illi quicquam commeruissent. Ita Valesius ex Libanio, tum in Oratione ad Theodosium post reconciliationem pag. 411. tum in Antiochico pag. 363. tum in Oratione ad Theodosium de seditione Antiochena pag.

admodum diximus) impendeant crediturís , velut a quadam dulcedine atque nectare ebrii cuncta contemnant ? O ingratum & impium sæculum , &c. Sed & de suppliciis, quibus Gentiles solerent Christianos afficere, hæc idem consentientia omnibus quæ de martyribus superius dicta sunt, atque dicentur (a): *Hoccine est, quæso, audax illud facinus & immane, propter quod maximi cœlites aculeos in nos intendunt irarum atque indignationum suarum ? propter quod vos ipsi, cum libido incesserit sæva, exuitis nos bonis, exterminatis patriis sedibus, irrogatis supplicia capitalia, torquetis, dilaceratis, exuritis, & ad extremum nos feris & belluarum laniatibus objectatis ?* At de his, quæ in Gentiles dicta sunt ab Arnobio, satis.

(a) *Arnob. l. 1.*

LXX. Jam reliqua prosequamur, quæ de Martyribus hoc anno passis ab Eusebio scripta sunt. Cum (b) autem ea narrasset, quæ Nicomediæ gesta sunt, ad res tum in Palæstina, tum in Ægypto gestas sic stylum convertit, ut eas potius summatim comprehendat, quam sigillatim percenseat. Sed ipsum audiamus: *Cum* (inquit) *aliud edictum statim post primum illud insequeretur, in quo præcipiebatur de iis qui tenebantur in carcere, ut, qui immolare vellent, abire in libertatem permitterentur ; qui inficias irent, infinitis tormentis divexarentur : multitudo Martyrum, qui denuo in singulis provinciis occumbebant, a nemine dinumerari potest, & eorum maxime qui in Africa, in gente Maurorum, in Thebaide, in Ægypto denique martyrio defuncti sunt. Ex Ægypto autem in alias urbes, & provincias progressi, martyrii coronis erant insigniter decorati.*

(b) *Euseb. l. 8. c. 7.*

Carnificinæ Sanctorum diversæ.

LXXI. *Quosdam enim ex illis in Palæstina ,*

propter patientem tormentorum perpessionem , claruisse scimus ; alios Tyri Phœniciæ magnam laudem collegisse : quos quidem quis est qui non supra modum miratus fuerit , cum oculis cerneret innumerabiles plagas , & egregiam athletarum re vera admirabilium in his pro pietate , & religione concertantium constantiam ; & statim post plagas , dimicationem cum bestiis voracibus , inque ea pardorum , ursorum immanium , aprorum agrestium , taurorum denique igne & ferro ad rabiem acriter incitatorum impetus , & eximiam generosorum martyrum contra cujusque bestiæ ictum tolerantiam ? Quibus quidem rebus , dum gerebantur , ipsi interfuimus ; divinamque potentiam Salvatoris nostri , ipsiusque Jesu Christi , cui illi in cruciatu præclarum testimonium perhibebant , id temporis præsto martyribus opem tulisse , & evidenter se ipsam eis ostendisse , animadvertimus.

Martyres Tyri passi.

Nam belluæ illæ rapaces , longo temporis spatio , neque sanctorum corpora attrectare neque ad ea prope accedere audebant ; sed in infideles qui extra repagula , alius aliunde , incitatione quadam eas in martyres instigarunt , impetu ferebantur . Et quamquam sancti Dei athletæ nudi consistebant in medio , manibusque eas provocabant , & in se pertrahere conabantur (hoc enim ut agerent , illis erat imperatum) illos tamen solos non omnino attigerunt ; verum interdum , dum in eos irruebant , tamquam diviniore quadam vi ac virtute fuerunt repulsæ , & retro denuo quam mox restiterunt : quod cum diu fieri cerneretur , non exiguam infidelibus spectantibus excitavit admirationem ; usque adeo ut prima bestia frustra incursante , secundam & tertiam in unum eumdemque martyrem dimitterent .

LXXII. Parcunt Bestiæ Martyribus.

Inter-

LXXIII. Adolescentis constantia.

Interea non modo virilem , & intrepidam sanctorum illorum animi tolerantiam , sed firmam etiam atque inflexibilem in teneris corporibus constantiam cum stupore quodam mirari licuerat . Vidisses enim adolescentulum , non viginti annos integros natum , nullis constrictum vinculis , firme consistentem , manibus in crucis modum e transverso expansis , & robusta & excelsa mente in precibus ad Dei numen fundendis attentissime defixum , neque omino se commoventem , neque in hanc vel illam partem de loco in quo steterat deflectentem ; idque cum ursi & pardi furorem & mortem in eum exhalarent , cumque jam ejus carnem dentibus lacerare aggrederentur ; quorum ora divina quadam & inexplicabili potentia , nescio quo facto , fuere probe obturata , & iterum ipsi retro propere recurrerent . Sed de isto hoc modo .

LXXIV. Diversæ sanctorum carnificinæ.

Alios rursum cernere patuisses (omnes enim simul quinque erant) agresti & immani tauro objectatos ; qui nonnullos ex infidelibus proprius adventantes cornibus in aerem conjecit , eosque discerpsit misere , & semivivos hominum manibus inde auferendos reliquit : verum ad sanctos martyres solos , dum furore & rabie exardescens in eos irrumpere conabatur , ne appropinquare quidem poterat ; & tametsi pedibus atque cornibus huc illucque vibrantibus insultabat , & cauteriorum incitamentis lacessitus , contra illos terrorem spirabat ; tamen retrogrado cursu , divina sacri numinis providentia repulsus fuit ; usque eo , uti , cum iste illos neutiquam læsisset , alias belluas in eos immitteret ; ad extremum post graves & varias illarum etiam incursiones , ense obtruncati fuere , & marinis fluctibus sepulcrorum loco mandati . Talis fuit Ægyptiorum pugna , qui Tyri pro vera pietate præclara certamina obierunt .

Illos (a) *autem qui sunt in ipsa Ægypto patria sua martyrio defuncti , nemo est qui non magnopere admiretur : ubi viri cum uxoribus & liberis numero prope infiniti pro Salvatoris nostri doctrina , vita fragili & brevi temporis momento duratura penitus neglecta , varia mortis genera subierunt . Quorum alii post cuticulam novaculis laceratam , post membra luxata & distorta , post corpora flagellis acerbissimis laniata , aliisque infinitis variis & dictu horrendis tormentis excruciata , in ignem tandem conjecti fuerunt ; alii in altum pelagus præcipitati ; alii lictoribus sua capita amputanda fidenti animo objecerunt ; alii occubuerunt ipsis cruciamentis oppressi : alii fame confecti interierunt ; alii rursum patibulis suffixi , quorum nonnulli tamquam malefici suspensi ; alii deteriore modo capite in terram dimisso , clavis firmati , & vivi usque eo servati , quoad ipsis in patibulis fame contabescerent .*

LXXV. (a) *Euseb. l. 3. c. 8. & 9.* Martyres Ægyptii.

LXXVI. Prodigiosa tormentorum genera.

Nullo dicendi genere explicari potest , quænam verbera , quas ærumnas martyres in Thebaide exantlarint , testis acutis ungularum loco admotis , per totum corpus ad extremum spiritum dilaceratis . Mulieres autem uno pede alligatæ sublimes in aerem , capite deorsum statuto , quibusdam machinamentis attractæ , nudis omnino & detectis corporibus , spectaculum fœdissimum , crudelissimum omnium ; & ab omni humanitate alienissimum , intuentium oculis exhibuerunt . Homines rursus arboribus , & earum ramis adstricti perierunt ; nam cum duos ramos , robustissimos illos quidem machinis quibusdam in unum attraxissent , ad utrumque illorum martyrum crura distinentes alligantesque , eos impetu quodam denuo pro natura sua distendi , diffundique dimiserunt ; sicque illorum membra , in quos ista excogitabant ,

re-

PAGIUS pag. 399. Hæc occasio novi adversus Ecclesiarum Antistites edicti anno sequenti publicati .

XVIII. *Lapsus Marcellini PP. commentitius est.* Baron. n. LXXXVIII. & seqq.

Lapsus *Marcellini* Papæ commentitius est , quod & de Synodo *Sinuessana* , in qua supponitur coram centum octoginta Episcopis pœnituisse , etiam dicendum . Harum suppositionum certa indicia Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum pag. 43. Natalis Alexander aliique Viri docti exhibent . Cur enim Donatistæ , qui omnem verterunt lapidem in tot Conciliis & Collationibus , ut unum Cæcilianum traditionis arguerent ; *Marcellini* Pontificis lapsum ac thurificationem sæpius non prodiderunt ac probaverunt ? Certe in celeberrima illa mandato Imperatoris facta Collatione Carthagine Catholicos inter & Donatistas , cum se separatos jactitarent Hæretici ad convincendum traditionis *Melchiadem* Romanum Pontificem , & prolixa admodum Acta legi petivissent ; nihil in eis , quo reus probaretur , penitus inventum est , ut refert Augustinus in Breviculo Collationis cap. 18, & libro post Collationem edito cap. 12. & 13. At si vere lapsus esset *Marcellinus* , ibi lapsum ejus objicere non omisissent , ad creandum negotium *Melchiadi* , qui ejus Presbyter fuerat ; sicut ex persona *Felicis* Aptungitani Cæciliano moverunt quæstionem , quod ab eo fuisset ordinatus ; qui fuerat sacrorum librorum traditor . In Actis illis *Marcellini* supposititiis dicitur , Marcellini condemnationem ad Diocletianum esse perlatam , cum esset in bello Persarum ; quod aperte convincitur falsitatis ; cum biennio antequam se Imperio Diocletianus abdicaret , de Persis profligatis Romæ triumphum cum Herculio Collega egerit .

Præterea in Actis illis habetur , multitudinem Christianorum ad templum idolorum perrexisse , ut de rumore , qui sparsus erat contra *Marcellinum* , certiores fierent , & testimonium contra ipsum ferre possent , si eum viderent idolis sacrificantem . Qua in narratione multa sunt , quæ veri speciem nullam habent . Primo , quod tempore persecutionis , quo Fidei Christianæ professores delitescebant , tot Christiani caterватim prodierint in publicum . Secundo quod ad templum idolorum accesserint , sacrificii aut thurificationis sacrilegæ futuri testes , quibus sacrificia & quosvis impiæ superstitionis ritus spectare nullatenus licebat , ut con-

XIX. *Quod iterum probatur.*

PAGIUS constat ex Tertulliano passim in libro de Spectaculis , præsertim cap. 13. ubi postquam præmisit , Christianos abstinere ab idolothytis ex horrore idololatriæ , hæc addit : *Si ergo gulam & ventrem ab inquinamentis devitemus , quanto magis augustiora nostra , oculos & aures , ab idolothytis voluptatibus abstinemus , quæ non intestinis transiguntur , sed in ipso spiritu & anima digeruntur , quorum munditia magis ad Deum pertinet , quam intestinorum .* Quod si spectacula Christianis adire non licebat , *quia ex idololatria constabat universa eorum paratura* , ut ait Tertullianus ; quanto magis ipsis erat illicitum sacrificia ipsa falsis exhibita Numinibus spectare ?

Ad hæc , Acta illa referunt , LXX. testes adXX. *Alia suppositionis Actorum Marcellini justificaberis ; tamen in nostra præsentia . Et post indicia.*

ducti fuisse in mediam Synodum , qui sacrilegæ thurificationis Marcellinum convincerent , & nihilominus dixisse ipsi universam Synodum : *Tu eris judex : ex te enim damnaberis , & ex te* depositionem dicitur : *Ore suo condemnatus : nemo enim* , inquit aliquis ex fictitiis Patribus Synodi Sinuessanæ , *unquam judicavit Pontificem , nec Præsul Sacerdotem suum , quoniam prima Sedes non judicatur a quoquam .* Quæ si vere dicta essent , quam ob causam tot prolata essent adversus *Marcellinum* testimonia ? Quorsum testes necessarii ad convictionem rei , qui judicari a nemine mortalium potest ? Insuper Pontificem Romanum illo ævo purpura fuisse indutum nemo sibi facile persuadebit . Quod tamen supponunt Acta Sinuessana , in quibus unus testium quærenti Marcellino , quo die ipsum thurificantem vidisset , respondisse fertur ; *Quo die exuisti purpuram , & induisti cocum , & gaudebat super te Diocletianus ; & quos paulo ante negabas , eis ante ejus tribunal thurificabas .* Alia etiam in iisdem Actis narrantur cum circumstantiis & formulis ita peregrinis , ut mirum sit , ea in Compilationibus Conciliorum absque debita censura tolerari .

XXI. *Nicolaus PP. I. & Breviarium Romanum favent lapsui Marcellini.*

Neque objicias auctoritatem *Nicolai* Papæ I. ad Michaelem Imperatorem scribentis , & Breviarii Romani eadem , quæ ille de lapsu *Marcellini* ac responso Synodi , referentis . Nam quoad *Breviarium* , non censeri debent explo-

ratæ & inconcussæ auctoritatis quæcumque eidem sunt inserta : quod illius tot locis antea

factæ

repentino impetu distracta fore suspicati sunt.

LXXVII. Diutina & sæva carnificina. Neque hæc certe fuere ad paucos dies, aut ad exiguum tempus, sed diu admodum ad annorum integrorum spatia continuata; in quo quidem spatio erant interdum plures quam decem, nonnumquam viginti numero, & amplius eo, sæpe non pauciores quam triginta interfecti; jam prope sexaginta, aliquando rursum centum viri uno die simul cum tenellis admodum liberis, & mulieribus morti addicti, & variis suppliciorum generibus vicissitudine quadam admotis trucidati. Ipsi etiam cum forte in iisdem locis versaremur, complures confestim uno die sumus oculis contemplati; alios ignis incendio perimi, alios securi percuti; usque adeo, ut cum securis ipsa feriendo obtunderetur, & velut crebriore ictu debilitata infringeretur, tum carnifices ipsi trucidando defatigati, mutuis operis traditis, alter ad alterum sublevandum succederet.

LXXVIII. Martyrum alacritas. Quo quidem tempore mirandam supra modum alacritatem, vimque re vera divinam, & singularem animi propensionem eorum qui in Christum Deum crediderunt, intuebamur. Simulatque enim sententia contra priores pronuntiata fuit, alii aliun de ad tribunal Judicis prosilire cœperunt, seque Christianos confiteri, acerbitates & multiplicium tormentorum modos pro nihilo putare, absque metu & terrore libere pro religione & cultu Dei omnium rerum moderatoris loqui; cum gaudio denique, risu & lætitia postremam mortis sententiam excipere; sic ut psalmos, hymnos & gratiarum actiones in Deum totius mundi conditorem, quoad extremum spiritum edidissent, lætis animis decantarent.

LXXIX. Atque (a) isti martyres admiratione quidem digni fuerunt; sed illi præ cæteris videbantur egregie admirabiles, qui quamvis divitiis, nobilitate, gloria, eloquentia, & philosophiæ cognitione illustres essent; hæc omnia tamen pro vera pietate & fide in Salvatorem & Dominum nostrum Jesum Christum pro nihilo ducerent. Talis erat Philoromus, vir magistratum non illum quidem vulgarem adeptus, sed ad Imperatoris negotia Alexandriæ procuranda delectus; qui non sine magna gloria & honore (ut Romanorum mos est) a satellitibus stipatus, in dies singulos de controversiis ad se relatis judicium tulit. Talis Philæas etiam Thmuitensis Ecclesiæ Episcopus, vir plane cum in civilibus patriæ institutis & Ecclesiæ ministeriis valde præstabilis, tum philosophiæ disciplinis eximius. Isti duo, cum permulti & cognati & alii amici eos obsecrassent, cum præterea viri primarii, qui cum Imperio erant, orassent, cum ipse Judex denique hortatus esset, ut sui ipsorum caperent misericordiam, liberorumque, & uxorum curam ducerent; nequaquam ejusmodi virorum precibus adduci poterant, ut vitæ cupiditate aliqua ex parte delectarentur, & divinas leges de confessione, & negatione Salvatoris nostri penitus contemnerent; sed virili animo, & mente digna philosophis, immo vero pia & digna Deo contra omnes Judicis minas, contra contumelias fortiter se opponentes, ambo capitibus abscissis, abierunt e vita. Sed quoniam Philæam propter humanioris litteraturæ notitiam crebro hominum sermone prædicatum diximus, ipse sui ipsius in ea re locuples testis accedat; & partim se ipsum, quinam tandem fuerit, ante oculos cujusque proponat; partim martyria, quæ ejus ætate Alexandriæ contigerint, accuratius multo, quam in nostra situm est potestate, narret his verbis, quæ quidem ab

(a) Euseb. l. 8. c. 10. & 11. De Philoromo, & sociis.

PAGIUS factæ correctiones evidenter probant. Et quoad *Nicolaum*, is bona fide allegavit, quæ suo tempore referebantur, ut certo vera, quæ tamen nunc ab Eruditis ut certo falsa repudiantur. Qua in re nihil commisit quod Pontificiæ dignitati probro verti possit: alioquin tanto justius eidem objiceretur *Marcellini* thurificatio, quanto gravius foret, Pontificem aliquem thus obtulisse cum idololatris, quam in alicujus rei narratione erravisse cum vulgo hominum ceterorum etiam optimorum: præterquam quod in recipiendis Sinuessani Concilii suppositiis Actis decipi potuit Nicolaus. Nam in eadem Epistola ad Michaelem paulo ante allegat etiam Acta cujusdam pseudo-Concilii Romani sub Sixto III. in causa *Polychronii Hierosolymitani Episcopi*, quem nullum umquam in rerum natura fuisse ad annum CCCCXXXIII. num. XXXVIII. agnoscit demonstratque Baronius. Ille tamen post suam restitutionem sedisse dicitur adhuc *annos septem & menses sex*; auditus autem in judicio fuisse *Valentiniano VII. & Avieno Coss.* id est, anno X. post Sixti obitum. Hæc aliaque cum expendisset Baronius, & quasi objecisset sibi, *Acta ea ut legitima citata a Nicolao Romano Pontifice, & a Petro Damiani, atque ab aliis postea recentioribus de illis minime dubitantibus*, tandem concludit: *Libenter equidem audirem, si quis esset* (quod idem de Sinuessanis Actis dicendum) *qui eadem Acta veritati in omnibus redderet consentanea, vel saltem aliqua ex parte verisimilia. Licet enim in his plurimum laboris insumserim, nihil præterea sum consecutus, nisi ut impossibile esse repererim, ad veritatis lineam eadem revocari aliquo modo posse.*

XXII. *Acta Sinuessana frustra defensa.* Ast, inquies, idem Baronius, qui & ipse *Sinuessana* Acta in priori sua editione Romana habuerat de suppositione suspecta, in secunda Antuerpiensi conatus est suspicionem detergere, eaque verisimilia facere: quod in causa *Polychronii* non fecit. Fateor, sed eatenus tantum id conatus est, (ut apparet ex Appendice ad annum CCCII. post X. Tomum) quatenus utcumque satisfaciat vehementissimis Virorum doctissimorum querelis *de Martyrologio atque Breviario Romano, quod ista in Ecclesia recitanda contineant*; suadeatque, *Ecclesiam Romanam, quæ ante octingentos annos ita publice lecta reperit, quamvis sibi valde molesta, haud adeo vane leviterque ista hactenus legenda reliquisse.* Atque in

Baron. an. 302. n. CIV.

ab ipsius litteris ad Thmuitas præscriptis petita sunt.

LXXX. Ex Philææ Episcopi epistola. *Beati martyres, qui apud nos occubuerunt, præclara illa exempla, monita salutaria, & insignes præceptiones in divinis ac sacris litteris nobis ad imitandum propositas, nulla ex parte contemnentes, oculos animi ad Deum omnium effectorem exquisite intendebant; & mortem pro pietate oppetere secum statuentes, mordicus suæ vocationi adhærescebant. Ac quoniam isti sancti martyres Christi insignibus decorati, Dominum nostrum Jesum Christum pro nobis hominis naturam induisse, pro certo cognoverant, ut omne peccatum radicitus extirparet, & viatica nostri itineris ad vitam æternam suscepti nobis suppeditaret: Non (a) enim rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo; humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis: Isti, inquam, idcirco, meliora dona æmulantes, omnem cruciatum, omnia suppliciorum genera quæ poterant excogitari, non semel, sed iterum atque iterum sustinuerunt; atque præ omnibus satellitum terroribus, quos laborabant non verbis solum, sed rebus ipsis obnixe eis injicere, non demiserunt animos, neque succubuerunt, propterea quod perfecta in illis charitas timorem foras miserat. Quorum eximiam fortitudinem & excelsam in singulis tormentis animi magnitudinem quæ tandem oratio poterit explanare?*

(a) Phil. 2.

LXXXI. Omnes exhibent tortoris munus. *Et cum libera potestas omnibus permissa esset contumelias & pœnas illis pro arbitratu inferendi; hi fustibus, illi virgis, alii flagellis, nonnulli loris, multi funibus eos percusserunt. Atque spectaculum novis vicissim plagarum, & supplicii generibus erat variatum; & multum probri habuit & ignominiæ. Quidam enim primum manibus a tergo colligatis ligno appensi, & machinis quibusdam membra eorum universa distenta distractaque, deinde a tortoribus ex mandato magistratuum per totum corpus graviter divexati; & non quemadmodum cum homicidis agi solet, latera solum, sed venter, tibiæ, & genæ flagris ferreis cæsæ. Alii pependerunt ad porticum una manu affixi, & articulorum membrorumque distensionem, quæ omnem doloris superabat acerbitatem, pertulerunt.*

LXXXII. Tormenta nova & acerbissima. *Alii vultu alterius in alterum obverso ligati, & columnis, pedibus non ad terram demissis, appensi; sic uti cum funes acrius retraherentur & contentius, corporis gravitate ac pondere acerbius premerentur: neque tantisper solum dum Præses cum illis quæstione disceptabat, illisque examinandis vacabat; sed per totum fere diem istud supplicii genus sustinuerunt; quando enim ab illis ad alios profectus est ministros, ipsius auctoritati obsequentes reliquit, qui priores accurate observarent, si quisquam tormentis evictus cedere videretur; mandavitque ut acerbe, & sine remissione ulla funibus distorqueretur; & deinceps cum jam jam essent animam acturi, rursum in terram demissi, passim misere raptarentur; neque enim de nobis vel minima cura in eorum animis resedit; sed omnia in nos perinde tum excogitare, tum re præstare videbantur, ac si homines non fuissemus.*

LXXXIII. Diversa alia tormentorum genera. *Præter alia tormentorum genera istud novum præterea, quod sequitur, adversarii nostri invenerunt. Nonnulli enim post verbera in compedibus ligneis positi erant, & pedes alter ab altero ad quartum foramen distenti districteque, adeo ut necessario supini jacerent, nec possent propter plagarum*

PAGIUS in hoc libenter Baronio subscribimus, quæ tamen hactenus abolita non sunt, aliquando abolenda non diffidimus, cum scilicet inter omnes convenerit de eorum falsitate. Dicimus autem, Baronium non nisi paucas ex multis objectionibus solvendas suscepisse, idque languide satis & parum efficaciter per dissimillima valde exempla. Quod autem ait de tempore octingentorum annorum, quibus *ita lecta* in Ecclesia fuerint, id neque certo aliquo documento probat; nec, ut probaret, sufficere posset fidei indubitatæ Actis Sinuessanis asserendæ: cum similiter aut etiam diutius tolerata in Actis S. Silvestri, aliorumque nonnullorum nunc sine scrupulo examinentur, & fide indigna judicentur.

Utrum autem Romana Ecclesia morem assumserit legendi Sanctorum Acta sub matutinum Officium ante annos plures quam quadringentos aut quingentos, & quidem dubito vehementer; adeoque privati solum usus, non publici erant, si quæ antea extabant in Romanis Basilicis Passionalia vel Legendaria, inquit Papebrocius loco supra citato, ex quo hæc mutuati sumus.

XXIII. *Passio S. Felicis Episc. Africani.* Baron. n. CXVIII. & seqq. [1] Acta *S. Felicis* Episcopi Tubyzacensis in Africa primus edidit Surius, & ex eo Baronius, sed valde mendosa & mutila. Postea integriora in Tomo XII. sui Spicilegii dedit Dacherius, & cum quatuor antiquis & optimis Manuscriptis contulit Baluzius, retulitque lib. 2. Miscellaneorum. Horum autem initium est: *Diocletiano octies*

NOTÆ [1] S. Felix Episcopus Tubyzacensis in Africa martyrium Nolæ consummavit, non quidem A. 304. sed 305. quod sic probo. A. 303. die 24. Februarii persecutio cœpit, ut ex L. Cœlio. A. 304. Nonis Januarii edictum proclamatum fuit in Civitate Tubyzacensi & captus S. Felix; qui post varios casus, primo Carthaginem deductus, dein translatus Romam, ac tandem transvectus Nolam ibi martyrium consummavit die XV. Kal. Februarii alterius anni 305. neque enim tantum itineris confecisset paucis adeo diebus qui a die Nonarum Januarii ad XV. Kal. Februarii ejusdem anni 304. numerantur.

rum vulnera recens toti corpori inflicta se ullo modo commovere. Alii in solum projecti, præ crebris tormentorum ictibus, quos pertulerant, semineces jacuerunt, & propter varia ac diversa tormentorum stigmata, quæ in corporibus habebant, miserabilius spectaculum, quam cum torquebantur, oculis contemplantium subiecerunt. Ex his autem qui ita se habebant, nonnulli in cruciatu mortui sunt, & singulari animi tolerantia adversarium prorsus confuderunt. Alii semineces in carcerem conclusi, non multis diebus, post dolorum gravitate oppressi, excedunt e vita. Reliqui valetudine & viribus curatione recuperatis, temporis longinquitate, carcerisque usu, & velut contritu multo, evadunt fidentiores. Sic igitur cum esset singulis illorum præceptum, libera data optione, vel victimas execrabiles contrectandi, quo liberarentur molestiis, & profana atque execrabili ab illis libertate potirentur, vel non sacrificandi, & sententiam mortis exciperent: illi absque mora ad mortem libentibus animis gradiuntur. Norunt e-
(a) Exod. 22. *nim pro certo ea quæ a sacris litteris nobis præscripta sunt: Sacrificans (a) diis*
(b) Exod. 20. 23. *eradicabitur, &: Non (b) sint tibi dii alieni, nec alius præter me.*

LXXXIV. Philææ Episcopi certamen & scripta. *Ejusmodi sunt voces Philææ martyris, cum sapientiæ, tum Dei ipsius amore inflammati maxime, quas ante extremam de eorum judicio latam sententiam, cum adhuc esset in carceris custodia, ad fratres Ecclesiæ, cui ipse præerat, per litteras misit; partim uti quo loco res illius erant, illis exponeret; partim uti eos hortaretur, ut pietate in Christo post mortem suam, quæ brevi ipsum esset occupatura, mordicus adhærescerent:* Hucusque de Philææ scriptis ejusque martyrio Eusebius. Sed & S.
(c) Hieron. de Script. Eccl. in Philaa. Hieronymus (c) de eodem hæc addit: *Elegantissimum librum de Martyrum laude composuit; & disputatione Actorum habita adversus Judicem, qui eum sacrificare cogebat, pro Christo capite truncatur, eodem in Ægypto persecutionis auctore, quo Lucianus Nicomediæ.* Natalis dies Philææ Episcopi adscripta habetur tabulis Ecclesiasticis cum Philoromo pridie Nonas Februarii, mentioque de eodem fit sexto Kal. Decembris.

LXXXV. Palæstini martyres. Recitatis Eusebius quæ a Philæa Episcopo & martyre ad suos scripta erant, ad res in Palæstina gestas, nempe pa-

trias, convertens stylum, sic ait: *Ex Palæstinæ martyribus primus erat Procopius; qui antequam carceris satis magnum fecisset periculum; statim a primo ingressu, cum in judicio coram Præsidibus sisteretur, & ei imperatum esset ut diis eorum immolaret; unum solum Deum se scire dixit, cui, sicut ab eo ipso præceptum est, soli esset sacrificandum. Postquam vero quatuor Imperatoribus hostias etiam offerre illi mandatum fuit; sententiam quamdam, quæ illis parum arridebat, elocutus, hoc scilicet Homeri carmen:*

Non bona res multi Domini. Rex unicus esto:

extemplo securi percutitur. Cum de Procopio scribat Eusebius, momentaneo prope martyrio agonem consummasse, diversum ab hoc illum constat fuisse Procopium, cujus Acta fusius scripta
(d) Recitat ea Metap. die 8. Jul. (d), cognita sunt in Concilio Nicæno secundo, Actione quarta. Prosequitur Eusebius de martyribus orationem, sic dicens: *Post istum Alphæus & Zachæus, cum post verbera & novaculas, post vincula aspera, gravesque in iisdem dolores, post alias diversas in tormentis quæstiones, post pedes dies noctesque compedibus ligneis, quatuor foraminum intervallo interpositis, distentos distractosque, decimoseptimo die mensis qui vocatur Dius, hoc est apud Romanos ad decimumquintum Kal. Decembris, unum solum Deum, & solum Jesum Christum Regem libere essent confessi; velut aliquid locuti blasphemiæ, pari ratione cum martyre superiore, capitibus abscissis, ex hac luce decedunt.*

LXXXVI. Romani martyrium. *Ea porro quæ erant Antiochiæ, eodem die, de Romano martyre factitata, memoria plane digna videntur. Iste enim Palæstinus genere, Ecclesiæ Cæsariensis diaconus & exorcista, cum pariter Antiochiæ in Ecclesiarum vastatione forte versaretur, complures viros simul cum uxoribus & liberis acervatim ad idolorum delubra properantes, & iisdem hostias immolantes intuitus, spectaculum neutiquam tolerandum arbitratus est; & propterea singulari pietatis studio incensus accedit propius, & magna voce exclamans, eos graviter redarguit. Qui propter hoc tam audax facinus prehensus, generosissimus (si quisquam alius) testis declaratur veritatis. Nam cum Judex mortem illi ignis incendio infligendam pronuntiasset; ille vultu*

PAGIUS *octies & Maximiano septies Consulibus Augustis, exivit edictum eorumdem Cæsarum vel Imperatorum, &c. Tum programma positum est in civitate Tubyzacense, die Nonarum Januariarum.* In annum CCCIII. Consulatus ille incidit, sed cum hæc acta sint Carthagine & in Africa mense Januario, referenda omnino sunt ad annum CCCIV. Male itaque apud Surium scriptum est: *Diocletiano novies & Maximiano octies Consulibus.* In iisdem Actis correctis legitur: *Decollatus est die octavo decimo Kalendas Februarii, ibique in Nola corpus ejus positum est.* Apud Surium habetur, *tertio Kalendas Septembris.* Et in vetustis Martyrologiis Passio S. Felicis refertur ad diem IX. Kal. Novembris, quod, ut conjicere licet, eo die aliqua ejus Reliquiarum Translatio facta fuerit. Omiseram monere Ruinartum in Actis sinceris primorum Martyrum *S. Felicis Acta correctiora edidisse.*

vultu hilari & animo maxime læto sententiam lubens amplexatus, ad supplicii locum abducitur. Deinde ubi alligatur ad palum, & dum ligna illi circumcirca coacervabantur, & hi qui incenderent rogum, Imperatoris jam præsentis sententiam exspectabant; clamavit: Ubi mihi ignis, quæso?

LXXXVII. Martyris invicta constantia. *Hæc locutus, accersitur ad Imperatorem, quo novum & insuetum genus supplicii sustineret, ut lingua nimirum illi amputaretur; quod fortissime perpessus, rebus omnibus declaravit, divinam vim illis, qui aliquid pro pietate subeant acerbitatis, opem semper apportare solere, cum laboves & ærumnas allevando, tum animi alacritatem firme corroborando. Iste enim simulatque novum illum supplicii modum intellexit, præ generosa animi alacritate neutiquam obstupefactus, lubens extendit linguam, & paratissimo animo eam lictoribus quasi instructam præbet. Post quod supplicium in vincula conjectus longinquo temporis spatio ibi afflictatus; tandem cum vigesimus annus regni Imperatoris* (nempe sequens) *adventaret, quo ex decreto concessum erat ut libertas omnibus, qui vinculis ubique constricti tenebantur, palam prædicaretur (in ipsis scilicet Vicennalium solemni celebritate) solus ipse in compedibus jacens, utroque pede ad quintum foramen distracto, laqueo collo circumjecto, strangulatus, martyrio demum, sicut ei erat in optatis, decoratur. Et quamquam extra patriam subiit martyrium; tamen cum Palæstinus genere esset, dignus videtur qui in Palæstinorum martyrum numero merito reponatur. Hæc igitur primo anno, cum persecutio solum contra Ecclesiæ Præsides grassaretur, hoc modo in Palæstina gesta fuerunt.* Quæ autem sequenti anno facta esse idem Eusebius tradit, suo loco dicemus.

LXXXVIII. Acta Marcellini Papæ. Visis his, quæ ab eodem auctore de martyribus hoc anno in Oriente passis sunt scripta; jam ad ea quæ in Occidente, ac potissimum Romæ sunt gesta, orationem convertamus. Feruntur in primis Acta quædam, sed admodum depravata de Marcellini Papæ lapsu, deque ejus per Concilium facta condemnatione, sequenti anno sub Consulatu Diocletiani octavo & Maximiani septimo; atque adeo ut lapsus Marcellini hoc anno, quo (ut ex Eusebio vidimus) adversus Præsides Ecclesiarum est promulgatum Imperatorum edictum, contigisse dici posse videatur.

LXXXIX. Quid autem Acta quæ extant, qualiacumque sint, de Marcellini lapsu contineant, jam videamus. Ea quidem adeo depravata habentur, ut perdifficile sit sensum ex eis germanum exquiri; triplici sunt editione excusa, & quæ scripta legimus in Crescioniana antiqua Collectione, haud emendatoria esse reperimus.

Quamobrem, quæ ad lapsum spectant, ex eis magis hic sententiam, conjecturis interdum adjuvantibus, reddere, quam verba ipsa describere instituimus. Cum vero (ut diximus) hoc primo anno persecutio in Ecclesiarum Præsides potissimum indicta esset, Marcellinus Papa, ut thurificaret, per Urbanum Jovis Capitolini Pontificem pertentatur, eoque vano obtentu, quod (ut ajebat) cum Magi Christi cunabulis munera, aurum, thus, & myrrham obtulerunt, thuris diis adolendi sanxisse visi fuerint disciplinam. Hæc adeo insulsa refellit Marcellinus, qui & de thure Christo oblato mysterium referavit. XC.

Provocat autem ille ad judicium Diocletiani atque Maximiani Imperatorum. Ipsis Vulcanalibus, quæ mense Augusti Romæ agebantur, iisdem Principibus ambo ex condicto obtulerunt contrariis sententiis libellos scriptos: diis thus offerendum Urbanus inculcat; sed ex adverso Marcellinus faciendum esse negavit. Tum Diocletiano consultius visum est cum Marcellino blanditiis agere; sicque eum blandis sermonibus adeo delinivit, ut secum ea arte ad Vestæ templum perduxerit. Comitabantur illum duo Diaconi, Caius & Innocentius, ac tres Presbyteri, Urbanus, Castorius, & Juvenalis; qui ubi Marcellinum in templum ingressum esse vidiffent, nondum tamen thus offerentem; ab eo recedentes, ad collegas Presbyteros in Vaticanum abierunt, & rem gestam, ut viderant, retulerunt.

Cum interim inde complures Christianorum, exploraturi quid in templo fieret ingressi essent, Marcellinum viderunt thurificantem. Qui omnes sceleris testes, nominatim singuli in iisdem Actis descripti sunt, omnes numero secundum emendatiores codices septuagintaduo; de quibus sic enumeratis, hæc in iisdem Actis leguntur: *Omnes electi sunt viri libra Occidua, qui testimonium perhibent, videntes sacrificasse.* Hactenus de Marcellini lapsu ex Actis, de quibus antequam disseramus, quæ proxime dicta sunt de libra Occidua, elucidemus; sunt hæc quidem perobscura; sed quid ea sibi velint, ab eruditis viris consultus, hæc ipsa respondi. XCI.

Inoleverat apud antiquos mos ille, ut interdum ponderum notis numerum consignarent, atque distinguerent; ut, quod exempli causa adduci potest, cum integram hæreditatem pondo unius libræ comprehenderent, partes ejus secundum libræ pondus in alia quoque minora pondera, secundum quod a Volusio Metiano (a) plu-
(a) Volus. Met. distrib. habetur edit. in Cod. Theod. edit. Rovil. 1568. ribus scriptum est, partirentur. Quod igitur inferius Acta Synodi in causa Marcellini numerum septuagintaduorum testium, libram Occiduam nominant; inde patet, quod hic dicitur: *Omnes electi sunt viri*

XCII.

viri libra Occidua, qui testimonium perhibent, numerum septuagintaduorum testium esse significatum, eumque esse dictum libram Occiduam, quod scilicet ea libra septuagintaduos solidos contineret, ut ea lege (*a*) declaratur: qua dicitur:

(a) *l. Quotiescumque. de suscipiendis. C. l. 10.*

Quotiescumque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa transmittitur; in septuagintaduos solidos libra feratur accepta. Quæ quidem lex in Codice Theodosiano posita, lata habetur Romæ, Lupicino, & Jovino Consulibus, Imperatoribus Valentiniano, atque Valente fratribus. Extat, & alia huic similis ab Arcadio (*b*) & Honorio promulgata. Erat ergo libra Occidua, nota, quæ septuagesimumsecundum numerum impleret; & puto Occiduam dictam ad differentiam prioris librae numeri, quæ contineret octogintaquatuor solidos; quam quidem partitionem primus omnium Constantinus Imperator fecisse videtur; qui cum esset in Oriente, statuit continere auri unciam septem solidos, ut patet ex ejus (*c*) rescripto ad Eufrasium, Paulo, & Juliano Consulibus, ab hinc post annos vigintitres dato.

(b) *l. 1. de oblatione pot. Cod. Theod.*

(c) *l. 1. de ponderatoribus Cod. Theodos.*

XCIII. At nec propterea quod auctus est numerus, imminutum est pondus, sed crevit illud quidem æque. Nam sic est ab eo libra partita in octogintaquatuor solidos, ut quilibet solidus esset quatuor scrupulorum; ita ipse, dum septem solidos pro uncia impendi voluit, quemlibet solidum quatuor mandavit appendi scrupulis; & sic quælibet uncia vigintiocto scrupulos continebat, cum alioqui nonnisi viginti-quatuor scrupula pondus sit unciæ; hæc igitur fuisse videtur libra Orientalis, cujus respectu illa alia septuagintaduorum solidorum, Occidua libra sit dicta.

XCIV. Cum vero per Constantinum, & Valentinianum illud sit discrimen inductum inter libram Occiduam, & Orientalem; nec penes antiquiores sit reperiri ejusmodi differentia, cum nonnisi una esset ubique libra; plane intelligi potest, Acta illa Marcellini nequaquam his temporibus esse conscripta, quando ejusmodi de libra Occidua nomenclaturæ, nullus penitus usus erat; sed post dictas promulgatas leges, quibus inter utramque libram diversitas illa exorta est. At de libra Occidua ex actis lapsus Marcellini modo satis. De Synodo autem, quæ habita legitur Consulatu Diocletiani octies; & Maximiani septies, agemus anno sequenti.

XCV. Modo autem de Actis recensitis agamus. Quæ quidem etsi veneranda extent antiquitate signata, veteribus testata monumentis, ac tabulis Ecclesiasticis consignata, plurimorumque testificationibus confirmata videantur, ut ab his desciscere, stultum; & tot testibus obniti, temerarium existimari possit; tamen de veritatis certa fide dubitandum, haud leviter admonere videntur tum quæ a S. Augustino sunt scripta adversus ea quæ ab adversariis Catholicæ fidei in Romanam Ecclesiam, quam odio infensissimo sunt insectati, per calumniam objecta sunt; tum etiam quæ in iisdem Actis parum sibi constantia notata habentur; tum denique ea quæ a Græcis de eodem Marcellino dicuntur; quæ quidem haud sunt talia quæ dissimulari aut sepulta silentio valeant prætermitti.

XCVI. Augustinus defensor Marcellini.

At primum quæ de Marcellino S. Augustinus habeat, adducantur in medium. Agens enim adversus Petilianum, acerrimum illorum patronum; ipsum hæc in eosdem Romanæ Ecclesiæ Episcopos effutientem redarguens ait (*d*): *Quid ergo jam opus est, ut Episcoporum Romanæ Ecclesiæ quos incredibilibus calumniis infectatus est, objecta ab eo crimina diluamus? Marcellinus, & Presbyteri ejus, Melchiades, & Marcellus, & Silvester traditionis codicum divinorum, & thurificationis ab eo crimine arguuntur; sed numquid ideo etiam convincuntur, aut convicti aliqua documentorum firmitate monstrantur? Ipse sceleratos, & sacrilegos fuisse dicit; ego innocentes fuisse respondeo; quid laborem probare defensionem meam, cum ille nec tenuiter probare conatus sit accusationem suam?* Ita ibi.

(d) *Aug. de unico Baptis. cont. Petil. c. 16.*

XCVII. Ad hæc adde, quod si vera essent quæ a recentioribus objecta sunt Donatistis: quo modo ista tam enormia tacuissent ipsorum majores pugnacissimi Donatistæ? cum enim de absoluto Cæciliano a Melchiade Papa adversus eum querelarum libellos obtulerunt Constantino Imperatori, nihil penitus in Melchiadem, objecerunt, quamvis assertione Donatistarum communis esset ejus causa in lapsu cum Marcellino; recentiores vero agentes adversus unum Melchiadem, ejus sententiam pro Cæciliano latam labefactare satagentes, ea in Melchiadem objecere; in quorum principem Petilianum idem Augustinus calumniam arguens, ista subdit, quibus cum sibi, tum reliquis omnibus ea fuisse incognita, satis docet: *An vero* (inquit) *quod de foro Aptungensium factum fuerat, ab istis accusaretur, & quod in Capitolio Romanorum factum fuerat, taceretur?* plane significans quod si ea (ut calumniabantur) vere facta fuissent, omni genere attestationum eadem corroborata reliquissent; quippe qui consuevissent abdita quæque pervestigare; & quæ non invenissent, facta mentiri, atque Acta Proconsularia fingere, ut Catholicos crimine thurificationis, vel traditionis aspergerent, quo se jure illorum vitare communicationem ostenderent: hæc enim omnia totus ille longior causæ Cæciliani progressus, de quo agemus, aperte demostrat.

Hæc

XCVIII. Marcellini causa disquiritur.

Hæc igitur cum ita se habeant; quo modo quæ non in angulo, sed in medio Urbis, & coram Imperatore, & in templo idolorum sunt facta, a tali præsertim tantoque viro, ut & quod in Urbe commissum esset, sciret Orbis (nam etsi Fideles facinus tacuissent, Gentiles magna sua gloria diffamassent) unum præterierunt Augustinum, qui etiam Romæ tam diu versatus est? Certe quidem agens contra litteras ejusdem Petiliani idem Augustinus in commentariis antea a se scriptis (ut ex tractationum ejus catalogo possumus intelligere) cum eadem de Marcellino ab ipso objicerentur; quæ Petilianus non probaret, a se minime credi testatur (*a*): ut plane appareat ea omnia fuisse incognita Augustino. Quod si hæc scivere tantummodo Donatistæ; cur rem tantam absque aliqua testificatione iidem prodiderunt; cum præsertim thurificationis atque damnationis Marcellini publica illa atque fide dignissima Acta suppeterent Synodalia?

(a) *Aug. cont. litteras Petil. l. 2. c. 92.*

XCIX. Sed demus ea ab oscitante esse prætermissa Petiliano, alioqui vigilantissimo omnium non tantum ad perquirenda quæ essent vera, sed ad adstruendas quoque calumnias; cur in tot Conciliis, & Collationibus reliqui Donatistæ, qui omnem verterunt lapidem, ut unum diaconum Cæcilianum criminis traditionis arguerent, non pariter quos accusarent, Romanorum Pontificum, ac Marcellini præsertim, cum opus fuit (quod & Augustinus objicit) lapsus prodiderunt, ac probaverunt? Certe quidem in celeberrima illa edictis Imperatoris coacta Collatione Carthagine ex Catholicis atque Donatistis Episcopis, cum vane verbosi illi gloriarentur se probare paratos Melchiadem Romanum Pontificem fuisse sacrorum codicum traditorem; cum prolixa admodum Acta legi petiissent (*b*), nihil ejusmodi penitus in eis inventum est. Sed cur ibi, si vere putassent Marcellinum lapsum, non ex eo facessivere negotium Melchiadi, quem illius dicebant fuisse presbyterum, sicut cum ex persona Felicis Aptungitani Cæciliano movere quæstionem, quod ab eo qui fuerat librorum traditor, ipse fuerit ordinatus?

(b) *Aug. in Brevic. coll. dici 3. c. 18. & post. collat. c. 12. 13.*

C. Si igitur in tanto Concilio trecentorum Episcoporum tunc habito, Marcellini lapsus cognitus atque probatus fuit; quonam pacto res tot tantisque testibus patefacta, nullo (ut ait Augustinus) testificationis genere, nec a Petiliano, nec ab aliis schismaticis est asserta? vel quo modo tam libere atque secure id ab eis nulla probatione jactari, S. Augustinus affirmat, quod ex tanto Concilio, vulgatis Actis, poterat esse perspicuum? Verum si ea clandestine in Sinuessana crypta fuut facta, quo modo, si ejus lapsus fuit omnibus adeo manifestus, non etiam ejus pœnitentiam curassent Patres, publicatione Actorum omnibus innotescere? Sed esto (ut hæc eadem sæpius inculcemus) hoc unum latuit Augustinum; cur, quæso, id Augustinum negantem Petilianus adversariis literis postea non redarguit, nec a se dicta adeo certis firmisque testimoniis confirmavit?

CI. Rursum vero cum non Marcellinum tantum thurificationis criminis Petilianus arguerit, sed & Marcellum, Melchiadem, atque Silvestrum; plane convincitur, eadem facilitate, temeritate, ac dixerim falsitate, qua cæteros, de quibus nulla umquam fuerit suspicio, fugillasse etiam Marcellinum, in quem nihil amplius quam in reliquos Petilianus intulerit, nec de eo gravius quam de cæteris in crimen adductis conquestus sit. Sed more suo hos omnes simul calumniis liquet exagitasse; sicut cum Cæcilianum Diaconum, atque Mensurium Episcopum Carthaginensem (ut suo loco dicemus) iidem falsis accusationibus vexaverunt: hæc quo ad objectiones Donatistarum in Marcellinum, & S. Augustini defensionem. Cum præter hæc alia in ipsis Actis Marcellini lapsus nonnulla contineantur, quæ respui jure possent, nisi textus penitus depravatus hæc aliqua ex parte excusaret. Si Græcos de Marcellino auctore consulas; satis constat, Eusebium (*c*) non noviisse ejus lapsum, sed martyrium tantum; & Theodoretum (*d*) aperte testari de ipso, magna fuisse gloria in persecutione ista nobilitatum. Hæc porro a nobis ex munere elucidandæ historicæ veritatis sunt allata; non autem ut lapsum Romanorum Pontificum, si vere contigisset, quovis prætextu (quod a liberalis historici candore procul abhorret) sive in Marcellino, sive in aliis Romanis Pontificibus, excusandum sumamus.

(c) *Euseb. lib. 7. c. 26.*

(d) *Theod. lib. 1. c. 3.*

CII. Quantumlibet enim consenserimus id accidisse; nihil est tamen quod præjudicium afferat Catholicæ veritati. *Quid enim* (inquit Tertullianus *e*) *si Episcopus, si diaconus, si vidua, si virgo, si doctor, si etiam martyr lapsus a regula fuerit; ideo hæreses veritatem obtinuere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personas?* Et S. Augustinus postea de iisdem agens, hæc ipsa decernit (*f*): *Non sane parva est* (inquit) *parumque gloriosa consolatio cujusque nostrum, si ab inimicis Ecclesiæ cum ipsa Ecclesia criminamur; ejus tamen defensio non in eorum hominum defensione consistit, quos isti nominatim falsis criminationibus appetunt. Prorsus quales fuerint Marcellinus, Marcellus, Silvester, Melchiades, Mensurius, Cæcilianus, atque alii, quibus objiciunt pro sua defensione quod volunt, nihil præjudicat Ecclesiæ Catholicæ toto terrarum*

(e) *Tertull. de Præscr.*

(f) *Aug. de unic. Baptis. contra Petil. cap. 16.*

orbe diffusæ; nullo modo eorum innocentia coronamur, nullo modo eorum iniquitate damnamur. Si boni fuerunt, in aream Catholicæ tritura tamquam grana mundati sunt; si mali fuerunt, in aream Catholicæ tritura tamquam stipulæ comminuti sunt. Intra istam aream boni, & mali esse possunt: Hæc Augustinus.

CIII. Porro his addere ista compellimur, quod post evulgata ista nostra, diligenterque examinata a viris sane doctissimis, eosdem scriptis suis vehementissime nos compellasse, indigne ferentes, Marcellini Papæ integritatem male traduci commenticiis Actis illis nullius ponderis existentibus, levissimisque argumentis (ut ajunt) nomen Marcellini ab antiquioribus omnibus bene acceptum, & magnæ æstimationis habitum, infamari, asserentes Acta illa nonnisi callide excogitatum commentum fuisse Donatistarum; idque validis sane argumentis probare conati, de Martyrologio atque Breviario Romano queruntur, quod ista in Ecclesia recitanda contineant. Sed sciant velim, Romanam Ecclesiam antiquitatis tenacissimam, quæ ante octingentos annos ita publice lecta reperiit, haud adeo facile convellenda quamvis sibi valde molesta putavit. Cæterum eadem ipsa Romanam Ecclesiam, non sicut Evangelium (quod Gelasius monuit) legere consueviſſe; vel legenda proponere quælibet Sanctorum Acta, sed potius ea cuncta Apostolica illa lance libranda relinquere, omnia probate, quod bonum est tenete. Porro ipsam haud adeo vane leviterque ista hactenus recitanda reliquisse, quæ habentur inferius, cum agetur anno sequenti de Sinvessano Concilio, declarabunt.

CIV. Marcellini & Petri martyrium. Jam de Marcellino Papa ad Marcellinum Ecclesiæ Romanæ presbyterum, qui una cum Petro exorcista his temporibus Romæ passus est, convertamus orationem; quorum martyrium præclara monumenta reddidere conspicuum, adnotatum enim habetur in Ecclesiasticis tabulis; illorumque memoriam Constantinus via Lavicana, erecta Ecclesia, digne prosecutus est; sed & eorumdem nomine fuit Romæ Titulus institutus. Quod enim admirandis, & plane egregiis quibusdam signis fuerit a Deo ipsorum martyrium illustratum, celebrioribus quoque officiis Romana Ecclesia illorum gloriam illustravit. Extant Acta ipsorum, quæ, reddita pace Ecclesiæ, ab ipso carnifice nomine Dorotheo, qui eos gladio percussit, Damasus Papa tunc lector accepit, qui & nobili epitaphio eorum quoque sepulturam jam factus Episcopus exornavit.

CV. (a) *Apud Sur. tom. 3. die 2. Junii.* Passi enim sunt hi sub Sereno Vicario: hæc autem quo modo se habuerint, ex ipsorum Actis, quæ extant (a) antiquitus scripta, hic attexere dignum existimamus: *Urgebat Romæ in Christi fideles sævissima persecutio; quando inter alios Petrus clericus exorcista, sæpe confessus, sæpe est detrusus in carcerem. Cum autem in vinculis esset, Arthemius carceris custos Paulinam filiam a Dæmone lugebat arreptam. Cui Petrus: Si in Christum credis, Arthemi, salva erit filia tua. Ad quem ille: Miror valde imprudens consilium; nam licet tu credas, Deus tamen tuus te liberare non potest. At Petrus: Non liberat nos Deus noster semper, ut patiendo faciat clariores; sed cum expedit, facere non desinit; si ergo cum me vinculis liberum videris, paratus es credere; certus sum quod ab his me Dominus solvet. Consensit Arthemius; & ne quid humanitus posset accidere, duplicat illi catenas, & claustra quoque carceris communivit. Cum vero abiisset domum, ac de his sermonem haberet cum Candida uxore, atque hominem derideret, illa vero prudentior commendaret; ecce ex promisso Petrus mox affuit candidatus, crucem manu gestans; cum, quæ tunc aderat una simul Paulina filia, corruens ad pedes ejus, fuit, pulso Dæmone, liberata. Perculsi illi his magnis prodigiis, crediderunt, & una cum ipsis alii plures hæc audientes; qui omnes a S. Marcellino presbytero, Petro in domum Arthemii perducto, sunt baptizati. Mansit apud eos Marcellinus, illos erudiens, ultra mensem, quod Serenus Vicarius ægrotaret.*

Arthemius experitur miraculo fidem.

Cum autem convaluisset, sessurus die sequenti, per Commentariensem Arthemio nuntiavit, ut Christianos, qui in carcere essent, sisteret ante tribunal. Ille vero demissis qui voluissent abire Christianis, mane coram Vicario, quid a Petro gestum esset, publice narravit; qui his auditis, mox Arthemium ipsum custodem carceris mandat plumbatis cædi, & in custodiam trudi: Marcellinum vero & Petrum præconis voce admissos interrogat primo verbis pacificis; sed nihil proficiens, Marcellinum, Christi nomen magna gloria prædicantem, pugnis graviter cædi jussit, cæsumque manicipari custodiæ, ibi & super vitri fragmina nudum sterni.

CVI. Arthemius cæditur.

Post hæc de Petro habuit quæstionem, quam his Judex paucis absolvit: Nolo, inquit, ut existimes te iterum equuleo, & lampadibus esse torquendum; sed ad palum cras ligaberis, & feris lacerandus trades. Hisque dictis, recipi eum jubet in carcerem, & ligneo quoque compede coarctari; sed licet sæviat judicantis, hæcque præcipientis immanitas; tamen qui in eorum curam ac ministerium invigilat Angelus, solvit eum rursus, ac potius frangit vincula, ac demit ambos e carcere, liberosque duxit ad eos qui nuper fuerant baptizati, ut eos roborarent in fide jam brevi passuros; eoque per dies septem perfuncti

CVII. Liberati ab Angelo Confessores.

functi officio, ad Serenum Vicarium redire jubentur. Cum interim Judex, non inventis illis in carcere, Arthemium, & uxorem ejus Candidam atque Paulinam filiam comperisset esse Christianos; nec admoniti desciscere a fide, & sacrificare voluissent, damnat eos ruderum mole via Aurelia vivos obrui.

CVIII. Arthemii & focior. martyrium. *Cum autem iidem ducerentur, Marcellinus, & Petrus, magnaque Christianorum multitudo eos asectantium illis occurrunt; his perterriti qui eos ducebant, fugam arripuissent, nisi a Christianis retenti fuissent; quibus parentes distulerunt illorum necem tanto temporis spatio, quousque Marcellinus Missas in proxima crypta perficeret. Quibus absolutis, Arthemium gladio percusserunt, Candidam, & Paulinam in cryptam impulsas (ut jussum fuerat) obruerunt; Marcellinum vero, & Petrum seipsos sponte dantes arbori alligarunt, donec Serenus mandaret quid de illis esset agendum.*

CIX. Marcellini & Petri martyrium. *Qui eos, ut maleficos, ne novis prodigiis alios (ut hactenus fecerant) ad Christo credendum impellerent, longius amandans ab Urbe, ad Silvam Nigram perduci jussit ibique truncari capite. Quo cum pervenissent Marcellinus, & Petrus; se invicem osculo salutantes, flexis genibus, decollati sunt. Fuerunt tunc ex Christianis qui viderunt animas eorum mira claritudine tamquam sponsas ornatas in cælum ferri. Sed & Senatoriæ fœminæ Christianæ, Lucilla, & Firmina, divinitus admonitæ, collegerunt corpora Marcellini, & Petri, & sepelierunt in crypta inferiori apud S. Tiburtium, adjuvantibus eas duobus acoluthis:* Hucusque Acta eorum brevius enarrata. Porro locus ille Memoria horum martyrum illustris est redditus, & a Fidelibus non amplius Silva Nigra, sed Candida dictus est; idemque præ martyrum excellentia, sede quoque Episcopali postea insignitus.

CX. Damasi Papæ epigramma. Habent autem eadem ipsa Acta tum edita, & quæ antiquitus scripta legimus, hanc appendicem: *Hæc omnia Damasus, cum lector esset, puerulus didicit ab eo qui eos decollaverat; & postea factus Episcopus, in eorum sepulcro his versibus limina decoravit:*

Marcelline tuos, pariter Petre, nosce triumphos.
Percussor retulit Damaso mihi, cum puer essem,
Hæc sibi carnificem rabidum mandata dedisse:
Sepibus in mediis vestra, ut tunc colla secaret;
Ne tumulum vestrum quisquam cognoscere posset:
Vos alacres vestris manibus mundasse sepulcra,*

* al. fodisse

Candidulo occulte postquam jacuistis in antro.
Postea commonitam vestra pietate Lucillam
Hic placuisse magis sanctissima condere membra.

Is vero qui eos decollavit, nomine Dorotheus, postea sub S. Julio Pontifice publicam egit pœnitentiam; & omni populo indicans, quæ vidisset, baptizatus est in senectute sua, & per bonam confessionem pervenit ad misericordiam Salvatoris, qui vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen: Hucusque ibi; his quidem vetera quæque Martyrologia in omnibus consentiunt, quibus natalis ipsorum dies egregia memoria illustratur.

CXI. Sed de reliquis, qui ex Romano Clero, hac eadem persecutione furente (quæ hoc anno potissimum in Christianos Romæ sæviit) subiere martyrium, prosequamur historiam. Inter alios autem nomine celebres enituerunt Maximus presbyter atque Sisinius Diaconus, gloria confessionis, & virtute miraculorum illustres; qui pro religione Christiana amplificanda egregiam navantes operam, inter alios Faltonium Pinianum virum Consularem, ejusque conjugem Lucinam ad Christi fidem perduxerunt; qui ambo in fovendis Christianis curandisque omnem adhibuerunt diligentiam. Facti enim sunt Romæ agentibus Fidelibus ab impetu persecutorum perfugium, auxiliumque tutum profugis Christianis; quibus consilio, ope, omnique officio præsto erant, suscipientes eos, & in diversa sua prædia amandantes, pascentes, atque servantes.

Piniani consularis Christiani illustris memoria.

CXII. Ex hoc namque Piniano illum quoque S. Albinæ generum Pinianum fide Christiana clarissimum proveniſſe putamus; cujus nomen tum Hieronymi, tum etiam Augustini chartis egregie illustratur. Lucina vero omnibus propemodum Actis martyrum, qui sub hac persecutione Romæ sunt passi, magnopere commendatur. At quod ad ipsos martyres pertinet: Sisinius diaconus, qui cum aliis compluribus Christianis in prædium Piniani secesserat, apud Auximum in Picæno una cum sociis Diocletio atque Florentio a Gentilibus impetitus lapidibus necatus est: Antimus vero Romæ via Salaria, & post eum Maximus, Bassus, & Fabius capite plexi, martyrium sunt consecuti: post hos passos esse Simplicium, & Faustinum fratres, eorumdem ipsorum martyrum Acta (a) declarant. Porro Beatricis eorum sororis martyrium, & divina ultio in eum, qui, ut illius prædio potiretur, eam occidendam curavit, sic ibi breviter enarrantur.

Martyrium Sisinii & sociorum.

(a) *Apud Sur. t. 3. die 31. Maii in aliquibus corrigenda.*

CXIII. *Cum autem cæsi essent Simplicius, & Faustinus via Portuensi, soror eorum Beatrix eos sepelivit; atque deinde se contulit*

tulit ad venerabilem Lucinam, mansitque apud eam septem mensibus. Interea cum prædium quoddam Beatricis hujus Lucretius vicinus possessor usurpare conaretur, quod viva ipsa facere non liceret; eo obtentu quod Christiana esset, & nollet sacrificare, a servis eam præfocari mandat; qua extincta, quod optabat, potitus est prædio; cumque ibi lætus una cum suis epularetur, mox infantis ei mortem nunciantis voce perterritus, arreptus a Dæmone, ab eodem extinguitur. Sic Deus Christianorum injurias digna animadversione per Dæmones vindicabat. Quid simile eadem ipso exordio Acta narrant etiam accidisse Cheremoni olim in Proconsulatu Asiæ Piniano assidenti; qui cum in Christianos acerbius ageret, invasus a pravo Dæmone e carruca prouens, male vexatus, martyres nominans quos necaverat, ab obsidente dæmone extinctus est; quibus exterrefactus, & in morbum incidens Pinianus, a Christianis ab uxore Lucina vocatis sanatus, atque licet occulto, Christianam fidem amplexus est. Hæc autem, & alia quæ in eisdem Actis narrantur, haud dissimilia ab iis esse noscuntur, quæ a Tertulliano in libello ad Scapulam recensentur. Porro horum omnium martyrum natales dies, (a), qui ex more in Ecclesiasticis tabulis semel scripti sunt, anniversaria celebritate in Ecclesia perseverant.

De Lucretio, & Cheremone divina ultio.

(a) Mart. Rom. 11. Maii & 29. Julii.

CXIV. Felicis, & Adaucti Martyrium.

Sed ejusdem quoque persecutionis tempore presbyter Romanæ Ecclesiæ Felix, cujus mentio etiam habetur in Actis Caii Papæ, pro fide Christiana nobile martyrium subiit; cujus Acta martyrii summatim complexa, his verbis monumentis Ecclesiasticis commendata habentur (b): Romæ via Ostiensi passio beati Felicis presbyteri sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus; qui post equulei vexationem, data sententia, cum duceretur ad decollandum, obvius ei fuit quidam Christianus; qui dum se Christianum quoque esse sponte profiteretur, mox cum eodem pariter decollatus est. Hujus nomen ignorantes Christiani, Adauctum eum appellaverunt, eo quod sancto Felici auctus sit ad coronam: Hæc ibi.

(b) Idem die 30. Augusti.

CXV. (c) Idem die 18. Aug. & alii.

Ex eodem quoque Romano clero Joannes (c) & Crispus, ordine presbyteratus insignes, cum in eadem persecutione multorum martyrum corpora religiose sepulturæ mandassent, & ipsi quoque eorum sunt meritis sociati; quorum memoria consignata certa ipsorum die natali in Ecclesia est insignis. Passi sunt ex eodem clero alii insuper illustres martyres, de quibus una cum Marcello Papa suo loco dicemus, deque aliis quoque martyribus Romæ, tunc martyrio coronatis. Quod enim instituimus de martyribus hac persecutione, egregio exantlato certamine, coronatis tum Romæ, tum aliis locis distincte ordine temporum agere; ad ea in primis martyrum Acta convertemus orationem, quæ certis Consulibus consignantur; ac demum de cæteris in unum summatim collectis agemus. Cum alioqui sciamus, hoc primo persecutionis anno, non tantum in memoratis provinciis, sed in aliis ubique gentium sub Romano Imperio constitutis, in Christianos crudeliter esse sævitum.

De aliis Martyribus Romæ passis.

CXVI.

Quibus autem exagitatæ fuerint cladibus Ecclesiæ Galliarum atque Hispaniarum, nemo puto pro dignitate assequi aliquando poterit oratione; ut jam poeticum illud in historia, at non poetice quidem, liceat usurpare (d):

(d) Virgil. Æneid. 6.

Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possim.

Rerum quidem immensitas ferme superat omnem hyperbolen. Quandoquidem (ut sæpius dictum est) cum universum Romanum Imperium refertum esset cultoribus Christi, & tota vis Imperatorum in hoc posita, ut Christianam religionem radicitus extirparet, penitusque convelleret; non provincia, non civitas, oppidum, vicus, rus, prædium, hortus, vel casa fuit, in quibus de Christianis non fuerit habita diligens inquisitio & animadversio. Quid autem in singulis Christiani orbis provinciis acciderit, etsi non omnia assequi licuit; tamen ex iis quæ vera atque germana scripta esse invenimus Acta Proconsularia martyrum, de cæteris licet judicium facere.

Immensa martyrum multitudo.

CXVII. Felicis Episcopi certamen.

Cum pervenisset Imperatorum de libris comburendis edictum in Africam; qui primus, vexillum confessionis adversus execrandam impietatem erexerit, fuisse reperitur Felix Episcopus Thibarensis, cujus martyrii extant Acta, legitima quidem, sed (ut apparet) depravata in Consulibus: nam cum ex iis quæ dicta sunt, liquido sit demonstratum, hoc anno, sub iisdemque Consulibus de libris comburendis fuisse promulgatum edictum; tamen sub Consulatu Diocletiani novies, & Maximiani octies, id factum in iisdem ponitur; sed eo anno eosdem Imperatores se abdicasse Imperio, suo loco dicemus. At reddamus hic eadem Acta (e); & quæ mendosa esse videntur in margine adnotemus; ut lectioni, quam reperimus, in omnibus sit consultum.

(e) Apud. Sur. t. 5. die 24. Octob.

CXVIII. * Diocles. IX. & Maxim. VIII. Coss.

*Constantino * Chloro & Galerio Maximiano quartum Consulibus, exivit edictum Imperatorum & Cæsarum super omnem faciem terræ; & propositum est per colonias & civitates principibus & magistratibus, suo cuique loco, ut libros Deificos legis peterent de manu Episcoporum & presbyterorum. Tunc programma positum est in civitate Thibarensi * die Nonarum Juniarum. Tunc Magnilianus Curator jussit ad se perduci seniores plebis. Eadem die Felix Episcopus Carthaginem fuerat profectus. Aprum vero presbyterum ad se jussit perduci, & Cyrum & Vitalem lectores. Quibus Magnilianus Curator dixit: Libros Deificos habetis? Aper dixit: Habemus. Magnilianus Curator dixit: Date illos igni aduri. Tunc Aper *: Episcopus noster apud se illos habet. Magnilianus Curator dixit: Ubi est? Aper dixit: Nescio. Magnilianus Curator dixit: Eritis ergo sub Officio, donec Anulino Proconsuli rationem reddatis.*

* Thibarensi.

Acta SS. Martyrum Africanorum.

*al Cyrus.

CXIX.

*Postera autem die Felix Episcopus venit Carthagine Thibarim *. Tunc Magnilianus Curator jussit Felicem Episcopum ad se perduci per officialem. Cui Magnilianus Curator dixit: Felix Episcope, da libros, vel membranas quascumque habes. Felix Episcopus dixit: Habeo, sed non do. Magnilianus Curator dixit: Prius est quod Imperatores jusserunt, quam quod tu loqueris: Da libros, ut possint igni aduri. Felix Episcopus dixit: Melius est me igne aduri, quam scripturas Deificas; quia bonum est obedire (a) Deo magis quam hominibus. Magnilianus Curator dixit: Prius est quod Imperatores jusserunt, quam id quod tu loqueris. Felix Episcopus dixit: Prius est præceptum Domini, quam hominum. Magnilianus dixit: Recogita tecum.*

* al. Thibiur.sm.

Felicis confessio.

(a) Act. 5.

CXX. Alia quæstio de Felice.

Post tertium autem diem jussit Curator Felicem Episcopum ad se perduci, & dixit ei: Recogitasti tecum? Felix Episcopus dixit: Quæ prius locutus sum, & modo loquor, & ante Proconsulem ea sum dicturus. Magnilianus Curator dixit: Ibis ergo ad Proconsulem, & ibi rationem reddes. Tunc assignatus est illi Vincentius Celsinus, Decurio civitatis Thibarensium. Tunc profectus est Felix a Thibari, octavo Kalend. Julias; ligatus deductus est: ligatum vero jussit in carcerem trudi.

* al post.

CXXI. Quæstio sub Anulino.

*Alia autem die productus est Felix Episcopus ante lucem; cui dixit Proconsul. Quare scripturas supervacuas non reddis? Felix Episcopus dixit: Habeo, sed non dabo. Tunc jussit eum alligatum in ima carceris mitti. Post sexdecim autem dies Felix Episcopus productus est de carcere in vinculis, hora noctis quarta ad Anulinum Proconsulem. Cui dixit Anulinus: Quare scripturas supervacuas non reddis? Felix Episcopus respondit: Non sum eas daturus. Tunc jussit eum Anulinus Proconsul ad Præfectum Prætorio mitti Idibus Julii. Tunc Præfectus jussit eum suo carcere recipi, & majoribus vinculis ligari. Post dies autem novem jussit eum Præfectus ad * Imperatores navigare.*

*Tunc Felix Episcopus ascendit navim cum vinculis magnis & fuit in capsa * navis diebus quatuor; volutat sub pedibus æquor: panem & aquam non gustavit, jejunus in portum pervenit, & in civitate Agrigento exceptus est a fratribus cum summo honore. Inde venerunt in civitatem nomine Catanam; ibi similiter sunt excepti. Inde Messanam venerunt. Inde Taurominium: ibi similiter sunt excepti. Postea fretum navigaverunt in partes Lucaniæ civitatem nomine Rulo. Inde profecti sunt Venusium, quæ est civitas regionis Apuliæ. Tunc Præfectus jussit Felicem de vinculis eripi, & dixit Felix, quare scripturas Dominicas non das? aut forsitan non habes? Cui respondit: Habeo quidem, sed non do. Præfectus dixit: Felicem gladio interficite. Felix Episcopus dixit voce clara: Gratias tibi Domine, qui me dignatus es liberare.*

CXXII. * al. in cæscale. Navigatio Felicis.

Et ductus est ad passionis locum (cum etiam ipsa Luna in sanguinem conversa est) die tertio Kalend. Septembris. Felix Episcopus, elevans oculos in cœlum, clara voce dixit: Deus gratias tibi; quinquaginta & sex annos habeo in hoc sæculo; virginitatem custodivi, Evangelia servavi, fidem & veritatem prædicavi. Domine Deus cœli & terræ, Jesu Christe, tibi cervicem meam ad victimam flecto, qui permanes in æternum; cui est claritas, & magnificentia in sæcula sæculorum. Amen: Hucusque Felicis Acta ex Gestis Proconsularibus magna ex parte (ut apparet) accepta. In tabulis autem Ecclesiasticis, nono Kalendas Novembris, Felicis & aliorum natalis dies ponitur, in quibus loco Magnaliani, Magdeliani legitur, hoc titulo: *Venusiæ in Apulia natalis sanctorum martyrum Felicis Episcopi Africani, Audacti, & Januarii presbyterorum, Fortunati & Septimi lectorum; qui tempore Diocletiani a Magdeliano Procuratore multis diu vinculis & carceribus in Africa & Sicilia macerati; cum Felix nullatenus sacros libros juxta Imperatoris edictum tradere voluisset, tandem occisione gladii consummati sunt.*

CXXIII. Felicis Episcopi martyrium.

Urgente sævius hac persecutione in Ecclesiam Africanam sub eodem Proconsule Anulino, qui eam provinciam plurimis annis usque etiam ad tempora Constantini administravit, quamplurimi sunt coronati martyrio, quorum memoria e chartis excidit. Prædicatur vero mirifice inter alios insignes martyres Crispina clarissima fœmina, quæ Thebaste in Numidia sub eodem Proconsule passa est, cujus frequenter meminit Augustinus (b); ejus natalitia dies Nonis Decembris dicta est. Cui subjiciuntur ii martyres Thagure in Numidia passi, Julius, Potamia, Crispinus, Felix, & alii septem.

CXXIV. Martyres Africani.

(b) Aug. de Virg. c. 4. In Psalm. 120. & 137. De verb. Dom. serm. 53. de Diver. serm. 39. c. 2.

Sed

Sed & Marciana virgo in Cæsarea Mauritaniæ mirifice commendatur vitæ constantia & castitate, ejusque memoria quinto Idus Januarii est adscripta; quam ad coronam secuti sunt decimo Kalendas Junii Timotheus, Polius, & Eutychius diaconi. At Carthagine inter alios insignes martyres coronata est martyrio Candida virgo, duodecimo Kal. Octobris. Sed exciderunt, magno sane detrimento, Acta tum horum, tum etiam aliorum plurimorum, qui in eadem provincia passi sunt martyres; nulla quippe provincia adeo externorum incursionibus perinde atque Africa patuit, ut suis locis dicturi sumus.

CXXV. Martyres legitime probantur.

Vigebat in Africa consuetudo his temporibus (quam in aliis quoque provinciis servatam credimus) ut, quamvis ingens esset martyrum numerus, ingravescente persecutione; non tamen absque delectu omnes qui passi essent, in Ecclesiasticas martyrum tabulas inferrentur, neque passim cunctis deferretur honor atque cultus probatis tantum martyribus debitus; sub cujus enim Ecclesia aliquis martyrio vita functus esset, Episcopus rem gestam ad Primatem ejus provinciæ perferebat: ille vero rursum totius Africæ Primatem, nempe Carthaginensem Episcopum, de iisdem quæ gesta essent, magna diligentia admonebat; qui re accuratius considerata, & (ut puto) cum aliis quoque communicato consilio, decernebat cuinam martyris cultus deberet impendi, cuive denegandus esset.

CXXVI. Mensurii decretum.

Est de his plane exemplum Mensurii Episcopi Carthaginensis, litteras rescribentis (*a*) ad Secundum Primatem Numidiæ, quibus illos interdixit honore martyrii, qui non divini Spiritus impulsu, sed temeritate quadam, nulla a persecutore facta interrogatione, se sacros habere codices, quos non essent daturi, profiterentur. Eadem quoque ex causa contra Cæcilianum, ejusdem Mensurii in Ecclesia Carthaginensi diaconum, exarsit furor Lucillæ potentissimæ fœminæ; quæ cum ab eo argueretur, quod ante sacræ Eucharistiæ communicationem os cujusdam martyris nondum recepti exosculari soleret; magno furore in eum exarsit, nec destitit donec vixit (ut dicemus) eum mille modis lacessere, atque exagitare molestiis; rem gestam in hæc verba narrat Optatus (*b*): *Cum Lucilla correptionem Archidiaconi Cæciliani ferre non posset, quæ ante spiritualem cibum & potum os nescio cujus martyris, si tamen martyris, libare dicebatur, & cum præponeret calici salutari os nescio cujus hominis mortui, etsi martyris, sed nondum vindicati; correpta, cum confusione irata discessit: Irascenti & dolenti ne disciplinæ succumberet, occurrit subito persecutionis onata tempestas*: Hæc Optatus. Porro eam fuisse natione Hispanam, Augustinus (*c*) affirmat; sed de ea plura ac sæpe inferius.

(*a*) *Apud Aug. in Brevic. Col. die 3. c. 13.*

(*b*) Optat. *Milevitan. cont. Parmen. l. 1.*

(*c*) *Aug. de Unitat. Eccl. c. 3.*

CXXVII. Alii Martyres in Africa passi.

Sed ad martyres in Africa passos redeamus. Coronati ibidem reperiuntur Paulus, Gerontius, Januarius, Saturninus, Successus, Julius, Catus, Pia, atque Germana; quonam autem martyrii genere interierint, quoniam perierunt Acta, haud liquet. Sunt & alii; de quibus ex temporis ordine dicturi sumus anno sequenti. Certe quidem, cum omnes quæ erant sub Romano Imperio Ecclesiæ constitutæ, hac vehementer fuerint persecutione exagitatæ, præ omnibus tamen sensit Ecclesia Africana jacturam, quæ nullo umquam remedio posterioribus temporibus redimi valuit, non quidem cæde martyrum (nam id lucrum fuerat existimandum) sed quod complures Episcopi impio parentes edicto sacros codices cum tradidissent, una simul conspirantes adversus pios, quos calumniis oppresserant, schisma immortale conflarunt; id quidem Optatus (*d*) Milevitanus, de iis quæ hoc anno sunt gesta agens, narrat his verbis:

(*d*) Optat. *cont. Parmen. l. 1.*

CXXVIII. Schisma in Ecclesia Africana.

In Africa duo mala & pessima admissa esse constat; unum in traditione, alterum in schismate, sed utraque mala & uno tempore, & iisdem auctoribus videntur esse commissa. Debes ergo, frater Parmeniane, discere quod intelligeris ignorare. Nam ferme ante annos sexaginta, & quod excurrit, per totam Africam persecutionis est devagata tempestas, quæ alios fecerit martyres, alios confessores; nonnullos funesta prostravit in morte, latentes dimisit illæsos. Quid commemorem laicos qui tunc in Ecclesia nulla fuerunt dignitate suffulti? quid ministros plurimos? quid diaconos in tertio; quid presbyteros in secundo sacerdotio constitutos? Ipsi apices & principes omnium aliqui Episcopi illis temporibus, ut damno æternæ vitæ, ipsius incertæ lucis moras brevissimas compararent, instrumenta divinæ legis impie tradiderunt. Ex quibus erant Donatus Masculitanus, Victor Russiccadiensis, Marinus ab Aquis Tibilitanis, Donatus Calamensis, & homicida Purpurius Limatensis, qui interrogatus de filiis sororis suæ, quod in carcere Milei necasse diceretur, confessus est dicens: Et occidi & occido non eos solos, sed quicumque contra me fecerit. Et Menelaus, qui, ne thurificasse a suis civibus probaretur, oculorum dolorem fingens, ad confessum suorum procedere trepidavit: Hæc Optatus. Erat hic confessus, conventus Cirtensis, cujus idem auctor paulo post meminit, nosque de eo mox dicemus anno sequenti, quo celebratus fuit.

Christi

I. Cirtensis Synodus traditorum.

CHristi annus trecentesimus tertius adscribitur Fastis Consulatu Diocletiani octavo & Maximiani septimo. Quo (ut nuper dictum est) cum aliquot Episcopi, qui codices tradiderant, convenirent Cirtam in Numidia, ut ibi in locum defuncti Episcopum ordinarent, cognita est pariter in eorum conventu causa Episcoporum qui sacros codices ex Imperatorum edicto comburendos tradidissent, vel thurificassent. Fragmentum ejusdem Synodi recitatur a S. Augustino (*a*), cum adversus Cresconium agit, his verbis: *De vestris autem majoribus extat Secundi Tigisitani Concilium cum paucissimis quidem factum apud Cirtam, post persecutionem codicum tradendorum, ut illic in locum defuncti ordinaretur Episcopus. Ibi quæ gesta sint, accipe; nam quæ necessaria fuerunt, infra scribere curavi.*

(*a*) *Aug. contra Cresc. l. 3. c. 26. in fin. & 27.*

II. Acta Cirtensia.

Diocletiano octies & Maximiano septies Consulibus, quarto Nonas Martii, Cirtæ cum Secundus Episcopus Tigisitanus primæ cathedræ consedisset in domo Urbani Donati, idem dixit: Probemus nos primo, & sic poterimus hic ordinare Episcopum. Secundus Donato Masculitano dixit: Dici-

*tur te tradidisse. Donatus respondit: Scis quantum me quæsivit Florus ut thurificarem, & non tradidit me Deus in manu ejus, frater; sed quia Deus mihi dimisit, ergo & tu serva me Deo. Secundus dixit: Quid ergo facturi sumus de martyribus? Quia non tradiderunt, ideo & coronati sunt. Donatus dixit: Mitte me ad Deum, ibi reddam rationem. Secundus dixit: Accede una parte. Secundus Marino ab Aquis Tibilitanis dixit: Dicitur & te tradidisse. Marinus respondit: Dedi Pollochartulas; nam codices mei salvi sunt. Secundus dixit: Transi una parte. Secundus Donato Calamensi dixit: Dicitur te tradidisse. Donatus respondit: Dedi codices medicinales. Secundus dixit: Transi una parte, & alio loco. Secundus Victori a Russiccade dixit: Dicitur te tradidisse Quatuor Evangelia. Victor respondit: Valentianus Curator fuit; ipse me coegit, ut mitterem illa in ignem. Sciebam illa deletitia * fuisse. Hoc delictum indulge mihi, & indulgebit mihi Deus. Secundus dixit: Transi una parte, & alio loco.*

* al. delitia.

III. Traditores Episcopi.

Secundus Purpurio a Limata dixit: Di-

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5796.

SÆC. IV. Anno Urbis 1056. Olymp. 270. an. 3. Olymp. 270. *secundum Baronium.* A. C. 303.

⊙ 4. C. ☽ 19. P. 18. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 303.

MARCELLINI PAPÆ 8.

PERSECUTIONIS DIOCLETIANI 10.

DIOCLETIANI IMP. 20.

MAXIMIANI HERCULII IMP. 18.

I. Consules.

[1] AD num. I. & seqq. Coss. *Diocletianus Aug. VIII. & Maximianus Herculius Aug. VII.*

[2] Sumtus ab utroque Consulatus juxta secundam regulam; ille enim Augustei, hic Cæsarei Imperii Vicennalia Romæ celebrarunt. De Diocletiani Vicennalibus loquitur Lactantius lib. de Mortibus Persecutorum cap. 17. ubi postquam narravit, quæ in persecutione adversus Christianos hoc anno gesta sunt, quæ nos anno superiori recitavimus, subdit: *Hoc igitur scelere perpetrato, Diocletianus cum jam felicitas ab eo recessisset, perrexit statim Romam* (anno nempe currenti) *ut illic Vicennalium diem celebraret, qui erat futurus ad duodecimum Kalendas Decembres. Quibus solennibus celebratis, cum libertatem populi Romani ferre non poterat, impatiens & ager animi prorupit ex Urbe, impendentibus Kalendis Januariis, quibus illi nonus Consulatus deferebatur.* Acta ea solennia die natali imperii Cæsarei Herculii, ut anno CCXCVIII. demonstravi.

II. *Vicennalia & Triumphus Diocletiani & Maximiani.*

NOTÆ

[1] *Coss. Diocletianus Aug. VIII. & Maximianus Herculius Aug. VII.* Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii laterculi; *Diocletiano VIII. & Maximiano VII.* Prosperi Chronicon; *Diocletiano VII. & Maximiano VI.*

[2] Vicennalia hæc ante diem XII. Kal. Decembris hoc anno celebrata Diocletiani fuisse, non Maximiani ex loco Aurelii Victoris *de Cæsar.* in Nota ad A. 284. 12. demonstravi. Acturus enim ibi Victor de utroque Imperatore sermonem primo de Diocletiano instituit affirmavitque illum post vicennalia Regni gloriose celebrata tandem Imperium abdicasse. Cum autem Diocletianus alia nulla vicennalia celebrasse ex Libro de Mortib. Persecut. constet, quam quæ ibidem commemorantur, inferre ex his licet vicennalia illa ad Diocletianum non ad Maximianum pertinuisse. Hæc si vera sint, nulla quidem hoc anno a Maximiano vicennalia sua celebrata sunt; non vicennalia Imperii Augustei quæ nondum impleta erant; non Imperii Cæsarei, cujus ex ordium uno anno serius in eadem nota constituimus, adeoque nonnisi sequenti anno complebantur. Tunc autem fieri potest ut & sua pariter vicennalia Maximianus celebrarit, quod fortasse eruere tur ex libro de Mortib. Persecut. cap. 30. ubi enarrato Maximiani obitu subditur: *Qui per longum temporis intervallum viginti annorum vota celebravit.*

Dicitur te necaſſe filios ſororis tuæ duos Milei. Purpurius reſpondit: Putas me terreri a te, ſicut & alteri? Tu quid egiſti, qui tentus es a Curatore & ordine, ut ſcripturas dares? quo modo te liberaſti ab ipſis, niſi quia dediſti, aut juſſiſti dari quodcumque; nam non te demittebant paſſim; nam ego occidi & occido eos qui contra me faciunt; ideo noli me provocare ut plus dicam. Scis me de nemine tractare. Secundus minor patruo ſuo Secundo dixit: Audis quæ dicat in te? Paratus eſt recedere, & ſchiſma facere, non tantum ipſe, ſed & omnes quos arguis; quos ſcio quia dimittere te habent, & dare in te ſententiam, & remanebis ſolus hæreticus. Ideo quid ad te pertinet, quis quid egit? Deo habet reddere rationem. Secundus Felici a Rhotaria Centurionis, & Victori a Garbe dixit: Quid vobis videtur? Reſponderunt: Habent Deum, cui reddant rationem. Secundus dixit: Vos ſcitis, & Deus: Sedete. Omnes reſponderunt: Deo gratias: Hucuſque Acta ab Auguſtino recitata. Quomodo autem ejuſmodi Traditorum collegium, juncto ſibi Silvano Cirtenſi Epiſcopo, eodem crimine polluto, & alii poſtea coeuntes in unum reſtiterunt ordinationi Cæciliani, cum creatus eſt Epiſcopus Carthaginenſis, ſuo loco dicemus.

IV. Traditorum res geſtæ.

(a) Optat. Milevit. l. 1.

Eadem Acta Cirtenſia ſummatim complexa recitantur ab Optato (*a*) Milevitano, ſed in menſe ac die paulo diverſa ſunt, & in nomine Urbani Donati, in cujus domo convenerunt Epiſcopi Traditores, quem Urbanum Cariſum nominat, ſic dicens: *Hi & cæteri, quos principes ſuos fuiſſe, paulo poſt docebimus poſt perſecutionem apud Cirtam civitatem (quia baſilicæ necdum fuerant reſtitutæ) in domum Urbani Cariſi conſederunt die Iduum Majarum, ſicut ſcripta Nundinarii tunc diaconi teſtantur, & vetuſtas membranarum teſtimonium perhibet, quas dubitantibus proferre poterimus; harum namque plenitudinem rerum in noviſſima parte iſtorum libellorum ad implendam fidem adjunximus. Hi Epiſcopi, interrogante Secundo Tigiſitano, tradidiſſe confeſſi ſunt. Et cum ipſe Secundus a Purpurio increparetur, quod & ipſe diu apud Stationarios fuerit, & non fugerit, ſed dimiſſus ſit; non ſine cauſa dimiſſum fuiſſe, niſi quia tradiderat, jam omnes hæretici cœperunt murmurare; quorum ſpiritum Secundus metuens, conſilium accepit a filio fratris ſui Secundo minore, ut talem cauſam Deo ſervaret. Conſulti ſunt qui remanſerunt, id eſt, Victor Garbienſis, Felix a Rotharia Centurionis: ii dixerunt, talem cauſam Domino debere reſervari. Et dixit Secundus: Sedete omnes. Tunc dictum eſt ab omnibus: Deo gratias. Et ſederunt. Habes, Parmeniane frater, qui manifeſto fuerint Traditores*: Hucuſque Optatus, cujus quoque teſtificatione eadem probata voluimus.

V.

Excuſans autem ſcelus ſuum Secundus Epiſcopus Tigiſitanus, qui primatum agebat Epiſcoporum Numidiæ, ad Menſurium Carthaginenſem Epiſcopum ſcripſit; quo modo autem excuſarit, Sanctus Auguſtinus (*b*) ex litteris ejuſdem Secundi in Collatione publica recitatis, narrat ſic dicens: *Scripſit etiam Secundus & ad ſe ipſum miſſos a Curatore & Ordine Centurionem & Beneficiarium, qui peterent divinos codices exurendos, eiſque reſpondiſſe: Chriſtianus ſum, & Epiſcopus, non Traditor: & cum ab eo vellent aliqua ecvola (per ecvola intelligit res ejectas; nempe quarum nullus eſt uſus, ab ἐκβολὴ, quod eſt ejectio, ſeu expulſio) aut quodcumque accipere, neque hoc eis dediſſe, exemplo Eleazari Machabæi (c), qui nec fingere voluit, ſuillam carnem ſe manducare, ne aliis præberet prævaricationis exemplum:* Hæc de litteris Secundi Auguſtinus.

(b) Aug. in Brevic. col. lat. dici, 3. c. 13. Secundi traditio qualis.

(c) 2. Mat. 6.

VI.

Cæterum cum hæc poſtea cognoſcerentur in conventu Epiſcoporum, facta publica Collatione, dictum (*d*) Cirtenſe Concilium, & ſententia Purpurii in eumdem tunc lata eſt pariter recitata. Antequam autem iidem Epiſcopi Traditores Cirta receſſerint, id etiam peregerunt cujus cauſa convenerant; nempe ordinaverunt Epiſcopum Cirtenſem, Paulum nomine; qui hoc eodem anno conventus a magiſtratibus, libros, & Eccleſiæ ſupellectilia tradidit; ſicut & Silvanus ejuſdem ſubdiaconus, poſtea vero & ipſe Cirtenſis Epiſcopus; quorum nefariæ traditionis adhuc extant

(d) Ibid. c. 14. & 15.

Pauli Epiſcopi traditio.

(a) Apud Aug. cont. Creſc. l. 3. c. 29.

extant Acta Proconſularia, quæ recitat Auguſtinus (*a*) ex aliis Actis imperante Conſtantino habitis ſub Zenophilo Conſulari, in quibus eadem fuerant recitata atque ſimul intexta; ſunt hujuſmodi:

VII. Acta proconſularia de traditor.

*Et legit Nundinarius exceptor: Diocletiano octies, & Maximiano ſepties Conſulibus, quarto decimo Kalendas Junii, ex Actis Munatii Felicis Flaminis perpetui Curatoris Coloniæ Cirtenſis. Cum ventum eſſet ad domum, in qua Chriſtiani conveniebant, Felix Flamen perpetuus Curator Paulo Epiſcopo dixit: Proferte ſcripturas legis, & ſi quid aliud hic habetis; ut & præcepto, & juſſioni parere poſſitis. Paulus Epiſcopus dixit; Scripturas lectores habent: ſed nos quod hic habemus, damus. Felix Flamen perpetuus Curator dixit Paulo: Oſtende lectores, aut mitte ad illos. Paulus Epiſcopus dixit: Omnes cognoſcitis. Felix Flamen perpetuus Curator dixit: Non eos novimus. Paulus Epiſcopus dixit: Novit Officium publicum, ideſt, Edeſius & Junius exceptores. Felix Flamen perpetuus Curator dixit: Manente ratione de lectoribus, quos monſtravit Officium, & vos, quod hic habetis date. Sedente Paulo Epiſcopo, & Montano, & Victore de Caſtello, Memor presbyter, adſtante Marte cum Ælio & Marte diacono, proferente Marculio, Catulino, & Silvano, & Carioſo * Subdiaconis, & Januario, Marculio, Fructuoſo, Miggene, Saturnino, Victore, Sanſurico, & cæteris foſſoribus * contra ſcribente Victore Auſidii in Breve ſic: Calices duo aurei, item calices ſex argentei, &c. Et alio loco: Poſteaquam apertum eſt in bibliotheeam, inventa ſunt ibi armaria inania; ibi protulit Silvanus capitulatam argenteam, & lucernam argenteam, quod diceret, ſe poſt arcam inveniſſe eas. Victor Auſidii Silvano dixit: Mortuus fueras, ſi non illas inveniſſes. Felix Flamen perpetuus Curator Silvano dixit: Inquire diligentius, ne quid hic remanſerit. Silvanus dixit: Nihil hic remanſit; totum hoc ejecimus, &c.*

* al. Carroſio.

* al. ſeſſoribus.

(c) Ibid. c. 19. De Silvano traditore.

VIII. (b) Aug. contra Creſcon. l. 3. c. 27. & 28. & epiſt. 165.

Hunc Silvanum poſtea Cirtenſem fuiſſe Epiſcopum, idem qui hæc recitat, Auguſtinus (*b*) tradit, de quo, & ſubdit libellum Nundinarii Diaconi ejuſdem Silvani Cirtenſis, his (*c*) verbis: *Exemplar libelli traditi Epiſcopis a Nundinario diacono. Teſtis eſt Chriſtus, & Angeli ejus, quoniam Traditoribus communicaſtis; id eſt, Silvanus a Cirta Traditor eſt, & fur rerum pauperum; quod omnes vos Epiſcopi, presbyteri, & Diaconi, & ſeniores ſcitis, & de quadringentis follibus Lucillæ clariſſimæ fœminæ, pro quo vobis conjuraſtis, ut fieret Majorinus Epiſcopus, & inde factum eſt ſchiſma. Nam & Victor Fullo veſtri præſentia & populi dedit folles viginti, ut factus eſſet presbyter; quod ſcit Chriſtus, & Angeli ejus, &c. Et alio loco: Quibus lectis, Zenophilus Conſularis dixit: Et Actis, & litteris, quæ recitatæ ſunt, Traditorem conſtat eſſe Silvanum. Item alio loco: Zenophilus Conſularis dixit: Quis adminiſtrabat? Tunc Silvanus: In clericatu, reſpondit: Sub Paulo Epiſcopo orta perſecutio eſt, & Silvanus ſubdiaconus fuit*: Hucuſque Acta Proconſularia apud Auguſtinum.

IX. Alia actorum editio.

At poſt hæc edita, ſuppeditata ſunt nobis ex bibliotheca Pithœi viri inſigniter eruditi Acta ipſa Proconſularia ſub Zenophilo tempore Conſtantini Imperatoris, in quibus res hoc tempore geſtæ a Traditoribus continentur, & e quibus hæc omnia mutuatus eſt Auguſtinus, in quibus recitata habentur Acta ſub Munatio Felice; quæ licet ob nimiam vetuſtatem ſint admodum depravata, & interdum mutila & imperfecta; tamen quia antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſis ſciamus eſſe pergrata quæque vetera monumenta, licet mendoſa, dum tamen vera atque germana; eadem huic ſecundæ editioni attexenda curavimus, cum præſertim nonnulla habeant notatu digna; ſunt hujuſmodi:

X. Conſtantio. * Nobiliſſimo Cæſare, ita ex Auguſtino legendum.

CONSTANTINO * *Maximo Auguſto, & Conſtantino Juniore nobiliſſimis* * *Cæſaribus Conſs. Idibus Decembribus. Sexto Thamugudienſi inducto, & applicito Victore Grammatico, adſiſtente etiam Nundinario diacono, Zenophilus vir clariſſimus Conſularis dixit: Quis vocaris? Reſpondit: Victor. Zenophilus V. C. Conſularis dixit; Cujus conditionis es? Victor dixit: Profeſſor ſum litterarum Romanarum, Grammaticus Latinus. Zenophilus V. C. Conſu-*

Acta ſub Zenophilo proconſule.

IV. (a) Optat. Milevit. l. 1. Traditorum res geſtæ.

PAGIUS ſtravi. Hoc pariter anno, eodemque circiter tempore uterque de Perſis aliiſque hoſtibus Romæ triumphavit, ut oſtendi anno CCCI. ubi & obſervavi, triumphum cum Decennalibus & id genus feſtis de more conjunctum fuiſſe. Horum autem Vicennalium indicium decima Eccleſiæ perſecutio, quam hoc anno decretam fuiſſe anno præcedenti certis argumentis probavi. Quare quæ ibi de ea dixi, huc transferenda.

III. Concilium Cirtenſe.

Concilium Cirtenſe Baronium & Petavium in 2. parte Rationarii Temporum induxit, ut crederent, perſecutionem Diocletianeam anno ſuperiori cœptam eſſe. Auguſtinus enim, in-

PAGIUS *ſtæ ſunt Diocletiano IX. & Maximiano VIII. prid. Id. Februarias. Geſta autem Epiſcopalia decreti Cirtenſis, poſt eorundem Conſulatum III. Non. Martias.* Neque hanc ſcripturam ſuſpicari quiſpiam de falſo poteſt. Addit enim ibidem Auguſtinus, Officiales juſſos a Judice inſpicere quantum temporis interfuiſſet inter Paſſionem Martyrum & Concilium Cirtenſe, deceptos fuiſſe, ac per imprudentiam falſum renuntiaſſe. Nam cum Geſta Martyrum inſcripta eſſent Diocletiano IX. & Maximiano VIII. pridie Idus Feb. Acta vero Concilii Cirtenſis poſt Conſulatum Diocletiani novies & Maximiani octies, III. Nonas Martias, Officiales poſt-Conſulatum pro Conſulatu fumentes, menſem dumtaxat inter utraque Geſta interpoſitum eſſe reſponderunt; cum tamen XIII. menſium ſpatium revera interpoſitum fuiſſet, ut rectiſſime tradit Auguſtinus. Extant quidem ipſa Martyrum Geſta, quæ in Collatione illa deſignantur; verum in iis nec dies, nec Conſul adſcriptus eſt, ut videre eſt apud Baronium. Aut igitur hunc locum ex Breviculo Collationis, ubi Geſta Martyrum Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Coſſ. confecta memorantur, mendoſum eſſe neceſſe eſt, aut inſcriptionem Concilii Cirtenſis in libro 3. contra Cre-

quiunt, in Breviculo Collationis poſt Paſſionem Martyrum illud Concilium congregatum eſſe affirmat: coactum eſt autem Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coſſ. uti docent ipſius Concilii Acta ab Auguſtino in lib. 3. contra Creſconium relata, anno ſcilicet CCCIII. At ut recte advertit Valeſius in Notis ad lib. 8. Euſebii cap. 2. mendum eſt in Actis illius Concilii, legendumque: *P. C. Diocletiani IX. & Maximiani VIII.* anno ſcilicet CCCV. Id enim apertiſſime deducitur ex Breviculo Collationis die III. cap. 17. ubi dicitur: *Nam geſta Martyrum, quibus oſtendebatur tempus perſecutionis, Coſſ. geſta*

sularis dixit: Cujus dignitatis es? Victor dixit: Patre Decurione Constantinienſium, avo milite; in Comitatu militaverat. Nam origo noſtra de ſanguine Mauro deſcendit. Zenophilus V. C. Conſul. dixit: Memor fidei, & honeſtatis tuæ ſimpliciter deſigna, quæ cauſa fuerit diſſenſionis inter Chriſtianos. Victor dixit: Ego diſſenſionis originem neſcio; unus ſum de populo Chriſtianorum. Siquidem cum eſſem apud Carthaginem, Secundus Epiſcopus cum Carthaginem tandem aliquando veniſſet, dicuntur invenisse Cæcilianum Epiſcopum, neſcio quibus non recte conſtitutum. Illi contra alium inſtituerunt. Inde illic apud Carthaginem cœpta diſſenſio eſt; & inde originem ſcire diſſenſionis plene non poſſum, quoniam ſemper civitas noſtra unam Eccleſiam habet, & ſi habuit diſſenſionem, neſcimus omnino.

XI. Quæſtio de traditoribus.

Zenophilus V. C. Conſul dixit, Silvano communicas? Victor reſpondit; Ipſi. Zenophilus V. C. Conſul dixit: Cur ergo intermiſto eo, cujus innocentia probata eſt? & adjecit; Adſeveratur præterea te aliud certiſſime ſcire, quod Silvanus Traditor ſit; de eo confitere. Victor reſpondit: Hoc neſcio. Zenophilus vicarius Conſularis Nundinario diacono dixit: Negat Victor ſcire quod Silvanus Traditor ſit. Nundinarius diaconus dixit: Scit ipſe, nam tradidit codices. Victor reſpondit: Fugevam hanc tempeſtatem: &, ſi mentior, peream. Cum incurſum pateremur repentinæ perſecutionis, fugimus in montem Bellonæ. Ego ſedebam cum Marte diacono; & Victor presbyter, cum ab eodem Marte quærerentur codices omnes, negavit ſe habere. Tunc Victor dedit nomina omnium lectorum. Ventum eſt ad domum meam; cum abſens eſſem, aſcenſum eſt a magiſtratibus, & ſublati ſunt codices mei; cum ego veniſſem, inveni codices ſublatos. Nundinarius diaconus dixit: Tu ergo reſpondiſti apud Acta, quoniam dediſti codices; quare negantur hæc quæ prodi poſſunt? Zenophilus V. C. Conſularis Victori dixit: Simpliciter confitere, ne ſtrictius interrogeris. Nundinarius diaconus dixit: Legantur Acta. Zenophilus V. C. Conſ. dixit: Legantur. Et dedit Nundinarius, & exceptor recitavit.

XII. Acta Proconſularia ſub Munatio Felice.

Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Conſulibus XIV. Kalendas Junias, ex Actis Munatii Felicis F. P. P. Curatoris Coloniæ Cirthenſium. Cum ventum eſſet ad domum in qua Chriſtiani conveniebant, Felix F. P. P. Curator Paulo Epiſcopo dixit: Proferte ſcripturas legis, & ſi quid aliud hic habetis ut præceptum eſt, ut juſſioni parere poſſitis. Paulus Epiſcopus dixit: Scripturas lectores habent; ſed nos, quod hic habemus, damus. Felix F. P. P. Curator Paulo Epiſcopo dixit: Oſtende lectores, aut mitte ad illos: Paulus Epiſcopus dixit: Omnes cognoſcitis. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ dixit: Non eos novimus. Paulus Epiſcopus dixit: Novit eos Officium publicum, id eſt, Edeſius & Junius Exceptores. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ dixit: Manente ratione de lectoribus quos demonſtrabit Officium, vos, quod habetis, date. Sedente Paulo Epiſcopo, Montano, & Victore, Deuſatelio, & Memorio presbyteris, adſtante Marte cum Helio diacono, Marcuclio, Catullino, Silvano & Caroſo Subdiaconis, Januario, Meraclo, Fructuoſo, Miggine, Saturnino, Victore, & cæteris (a) foſſoribus, contraſcribente Victore Auſidii, in brevi ſic: Calices duo aurei; item calices ſex argentei; urceola ſex argentea; cucumellum argenteum: lucernæ argenteæ ſeptem; cereofala duo: candelæ breves æneæ cum lucernis ſuis ſeptem: item lucernæ æneæ undecim cum catenis ſuis; tunicæ (b) muliebres LXXXII. maforteæ XXXVIII. tunicæ viriles XVI. caligæ viriles paria XIII. caligæ muliebres paria XLVII. coplæ ruſticanæ XIX. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Marcuclio, Silvano, & Caroſo foſſoribus dixit: Proferte hoc quod habetis. Silvanus & Caroſus dixerunt: Quod hic fuit, totum hoc ejecimus. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Marcuclio, Silvano, & Caroſo dixit: Reſponſio veſtra Actis hæret.

(a) Erant foſſores qui ſepeliebant mortuos.

(b) Veſtes in pauperes erogandas.

XIII. Actorum proſecutio.

Poſteaquam perventum eſt in Bibliothecam, inventa ſunt ibi armaria inania; ibi protulit Silvanus capitula argentea, & lucernas argenteas, quod diceret ſe poſt arcam eas inveniſſe. Victor Auſidii Silvano dixit: Mortuus fueras, ſi non illas inveniſſes. Felix F. P. P. Curator Reipu-

publicæ Silvano dixit: Quære diligentius, ne quid hic remanſerit. Silvanus dixit: Nihil remanſit, totum hoc ejecimus. Et cum aperiretur triclinium, inventa ſunt ibi dolia quatuor, & orcæ ſex. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ dixit: Proferte ſcripturas quas habetis, ut præceptis Imperatorum & juſſioni parere poſſimus. Catulinus protulit codicem unum pernimium majorem. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Marcuclio & Silvano dixit: Quare unum tantummodo codicem dediſtis? Proferte ſcripturas quas habetis. Catulinus & Marcuclius dixerunt: Plus non habemus, quia ſubdiacones ſumus; ſed lectores habent codices. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Marcuclio & Catulino dixit: Monſtrate nobis lectores. Marcuclius & Catulinus dixerunt: Non ſcimus ubi maneant. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Catulino & Marcuclio dixit: Si ubi manent non noſtis, nomina eorum dicite. Catulinus & Marcuclius dixerunt. Nos non ſumus proditores; ecce ſumus, jube nos occidi. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ dixit: Recipiantur. Et cum ventum eſſet ad domum Eugenii, Felix F. P. P. Curator Reipublicæ dixit Eugenio: Profer ſcripturas quas habes, ut præcepto parere poſſis. Et protulit codices quatuor. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Silvano & Caroſo dixit: Demonſtrate cæteros lectores. Silvanus & Caroſus dixerunt: Jam dixit Epiſcopus, quia Eduſius & Junius exceptores omnes noverunt. Ipſi tibi demonſtrent ad domos eorum. Eduſius & Junius exceptores dixerunt: Nos eos demonſtramus, domine. Et dum ventum fuiſſet ad domum Felicis Sarſoris, protulit codices quinque. Et cum ventum eſſet ad domum Victorini, protulit codices octo. Et cum ventum fuiſſet ad domum Projecti, protulit codices quinque majores, & minores duos.

XIV. Alii traditores.

Et cum ad Grammatici domum ventum fuiſſet, Felix F. P. P. Curator Victori Grammatico dixit: Profer ſcripturas quas habes, ut præcepto parere poſſis. Victor Grammaticus obtulit codices II. & quiniones quatuor. Felix F. P. P. Curator Victori dixit: Profer ſcripturas, plus habes. Victor Grammaticus dixit: Si plus habuiſſem, dediſſem. Et cum ventum fuiſſet ad domum Eutici Cæſarianenſis. Felix F. P. P. Curator Euticio dixit: Profer ſcripturas quas habes, ut præcepto parere poſſis. Euticius dixit: Non habeo. Felix F. P. P. Curator Euticio dixit; Profeſſio tua Actis hæret. Et cum ventum fuiſſet ad domum Coddeonis, protulit uxor ejus codices ſex. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ dixit: Quære, ne plus habeatis; proſer. Mulier reſpondit: Non habeo. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Bovi ſervo publico dixit: Intra & quære, ne plus habeat. Servus publicus dixit: Quæſivi, & non inveni. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Victorino, Silvano, & Caroſo dixit; Si quid minus factum fuerit, vos contingit periculum.

XV. De ſimoniaca ordinatione Majorini.

Quibus lectis, Zenophilus V. C. Conſul Victori dixit: Confitere ſimpliciter. Victor reſpondit: Non fui præſens. Nundinarius diaconus dixit: Legimus epiſtolas Epiſcoporum factas a Forte, & legit exemplar libelli traditi Epiſcopis a Nundinario diacono. Teſtis eſt Chriſtus, & Angeli ejus, quoniam tradiderunt quibus communicaſtis, id eſt, Silvanus a Cirtha traditor eſt, & fur rerum pauperum. Quod omnes vos Epiſcopi, presbyteri, diacones, ſeniores ſcitis de quadringentis follibus Lucillæ clariſſimæ fœminæ, pro quo vobis conjuraſtis ut fieret Majorinus Epiſcopus; & inde factum eſt ſchiſma: Sed hæc de creatione Majorini poſtea contigerunt. Subdit Nundinarius: *Nam & Victor Fullo, veſtri præſentia & populi, dedit folles viginti, ut factus eſſet presbyter; quod ſcit Chriſtus, & Angeli ejus. Et recitatum eſt exemplum epiſtolæ.*

XVI. Recitantur Epiſtolæ.

*Purpurius Epiſcopus Silvano Coepiſcopo in Domino S. Venit ad me Nundinarius diaconus, filius noſter, & petiit has literas deprecatorias a me, ad te, Sanctiſſime, dirigerem; ut, ſi fieri poſſet, pax inter te & ipſum ſit; hoc enim volo fieri, ut nemo ſciat quid inter nos agatur. Si volueris ſcripto tuo * ut & ego ſolus ibi in re præſenti veniam, & diſſenſionem ipſam de inter vos amputem. Manu ſua enim mihi tradidit libellum rei geſtæ, pro qua cauſa fuerit tuo præcepto lapidatus. Non eſt verum, ut pater caſtiget filium con-*

PAGIUS Creſconium. Atqui inſcriptio illa Geſtorum Martyrum falſa eſſe non poteſt, ut patet ex dictis. Celebratum igitur fuit anno CCCV. quo perſecutio ceſſavit, poſtquam Diocletianus & Maximianus Imperium depoſuerunt.

IV. *Concilium Cirtenſe anno CCCV. celebratum.*

Affert Valeſius laudatus aliud argumentum quo convinci poteſt, *Cirtenſe* Concilium Conſulatu Diocletiani VIII. hoc anno geſto collectum non fuiſſe. Cum enim id Concilium coactum fuerit ad ordinandum Cirtenſis Eccleſiæ Epiſcopum, teſte Auguſtino, quæro quis Epiſcopus ab Epiſcopis illis ordinatus ſit? Non *Silvanus*. Hic enim hoc ipſo anno adhuc Subdiaconus erat Pauli Cirtenſis Epiſcopi, ut liquet ex Geſtis Munatii Felicis. *Paulum* igitur dicent cum Baronio, creatum ab illis Epiſcopum Cirtæ. Sed neque hoc ſtare poteſt. Etenim ſub Paulo orta eſt perſecutio, ut docent Acta apud Zenophilum Conſularem Numidiæ, quæ referuntur in lib. 3. contra Creſconium: *Zenophilus Conſularis dixit: Quid adminiſtrabat tunc Silvanus in Clericatu? Reſpondit: Sub Paulo Epiſcopo orta eſt perſecutio, & Silvanus Subdiaconus fuit.* At in Cirtenſi Concilio Coſſ. Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Paulus Epiſcopus factus eſt; quomodo illud verum eſſe poterit, ſub Paulo ortam eſſe perſecu-

PAGIUS cutionem, cum Cirtenſe Concilium, in quo creatus dicitur Epiſcopus, anno ut minimum dicam, poſt initium perſecutionis geſtum ſit. Sed omnino veriſſimum eſt, quod in illis Actis dicitur, ſub Paulo Cirtenſium Epiſcopo ortam eſſe perſecutionem, Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coſſ. quo anno *Munatius Felix* Curator Reipublicæ Cirtenſium ingreſſus domum Pauli Epiſcopi, juſſit ut traderet Scripturas, ut legitur in Actis apud Zenophilum Conſularem, quæ referuntur in lib. 3. contra Creſconium, & in Epiſt. Auguſtini 165. juxta veterem ordinem, & quæ poſt Collationem Carthaginenſem edita ſunt, illud, inquam, veriſſimum eſt; falſum vero, *Cirtenſe* Concilium geſtum fuiſſe Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coſſ. Denique conſtat, *Cirtenſe* Concilium coactum fuiſſe anno poſt Geſta illa Martyrum Africanorum, ſeu potius XIII. menſibus. Nam Concilium geſtum eſt III. Nonas Martias; Martyrum autem Geſta pridie Idus Feb. Ergo ſi Concilium *Cirtenſe* actum eſt Diocletiano VIII. Conſule, Paſſio Martyrum Conſtantio IV. Conſule, anno nempe CCCII. pridie Februarii contigerit, neceſſe eſt. Atqui perſecutio cœpta eſt ſeptimo Kalendas Martias, ut habet Lactantius lib. de Mortibus Perſecutorum

cap.

contra veritatem; & scio quia vera sunt, quæ in libello mihi tradito sunt conscripta. Quære remedium, quomodo poterit tibi malignitas ista extingui, antequam flamma exurgat, quæ post demum extingui non poterit sine sanguine spiritali. Adhibete conclericos & seniores plebis Ecclesiasticos vivos, & inquirant diligenter quæ sunt istæ dissensiones; ut ea quæ sunt secundum fidei præcepta fiant. Non declinabis ad dexteram vel ad sinistram. Libenter autem commodare nolis malis institutoribus, qui nolunt pacem. Omnes nos occiditis. Et alia manu, Vale. Item, & exemplum epistolæ.

XVII. Alia epistola.

Clericis & senioribus Cirthensium in Domino æternam salutem. Clamat Moyses ad omnem Senatum filiorum Israel, dixitque illis, quæ Dominus jubeat fieri; sine consilio seniorum nihil agebatur. Ita & vos carissimi, quos scio omnem sapientiam cœlestem & spiritalem habere, omni vestra virtute cognoscite quæ sit dissensio hæc, & perducite ad pacem. Dicit enim Nundinarius diaconus, quod nihil vos lateat, unde hæc dissensio est inter carissimum nostrum Silvanum & ipsum. Tradidit enim mihi libellum, in quo omnia sunt conscripta. Dixit enim & vos non latere. Ego scio quia auris non est bonum. Quærite remedium quomodo extinguatur hæc res sine periculo animæ vestræ, ne subito, cum personam accipitis in Judicio, ruatis. Justum judicium inter partes judicate, secundum gravitatem vestram & justitiam. Cavete vobis ne declinetis in dextram, neque in sinistram. Dei res agitur qui scrutatur cogitationes singulorum; elaborate, nemo sciat quæ sit conjuratio hæc; vestra sunt quæ libello continentur, non est bonum. Dicit enim Dominus: Ex ore tuo condemnaberis, & ex ore tuo justificaberis. Item alia recitata.

XVIII. Fortis Episcopi epistola.

*Fratri carissimo Fortis in Domino æternam S. Venit ad me filius noster Nundinarius diaconus, & retulit ea quæ inter te & illum contigerint, ut præ malevoli intercessu, qui vult animas vestrorum a via veritatis avertere. Cum audirem, mente defectus sum, quod talis dissensio inter nos venit. Dei enim sacerdos, ut ad hoc veniat quod non nobis expediat * fiat. Nunc ergo petite eum, ut, quod potest, cum ipso pax Domini Salvatoris Christi sit. Non ad publicum veniamus, & a Gentibus damnemur. Scriptum est enim: Videte, ne dum mordetis, & consumamini inimicitiam, ab invicem consumamini. Ergo peto Dominum, ut tollatur de medio nostrum hoc scandalum, ut possit res Dei cum gratiarum actione celebrari, Domino dicente: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Quæ pax poterit esse, ubi dissensio est? æmulationes sunt. Nam cum ego a milite essem ass**** separatus & in illo venissem, cum injuria tali, Deo commendavi animam meam, & remisi tibi, quia Deus videt mentes hominum & eorum, sive a te ad illos perductus sum; sed Deus nos liberavit, & tecum servimus. Ergo, sicuti dimissum est nobis, & vos reconciliamini paci; ut in nomine Christi possimus cum gaudio pacem celebrare. Nemo sciat.*

XIX. Fortis Episcopi epistola.

*Fratribus & filiis, clero & senioribus, Fortis in Domino æternam salutem. Venit ad me filius meus Nundinarius diaconus vester, & retulit ea quæ contra vos sunt gesta; necnon utique debuit a vobis componi ne ventum esset * ut talem insaniam passi, a quibus lapidaremur pro veritate, quod & vos & nos scimus, sicuti nobis retulistis, & scriptum est. Non est sapiens quisquam inter vos, qui possit judicare inter fratres? sed frater cum fratre judicio contendit, & hoc apud infideles, sicuti vos nunc in judicio contenditis. Sic ad hoc exilitum est, ut Gentibus demus tale exemplum, ut qui per nos Deo credebant, ipsi nobis maledicant, cum ad publicum pervenimus? Ergo, ne ad hoc veniatur, vos, qui spiritales estis, facite, ut nemo sciat, ut cum pace Paschæ celebremus, & hortemini eos paci reconciliari, & dissensio non sit; ne, cum ad publicum ventum fuerit, incipiatis & vos periclitari, si hoc factum fuerit, & postea vobis imputetis. Dubitis quamplurime, tu possessor Donati presbyter, singuli Valeri & Victor, qui omnia scitis, actutum date operam ut pax sit vobiscum. Item alia recitata*.*

* Silvano Episcopo.

XX. Alia epistola.

In Domino æternam salutem. Pervenit ad nos Nundinarius filius tuus, non tantum

tum ad me, sed ad fratrem nostrum Fortem, & gravem querelam referens. Miror gravitati tuæ, sic te egisse cum filio, quem tu nutristi & ordinasti. Si enim ædificium terræ structum sit, non additur quid cœleste, quod per manum sacerdotis ædificatur. Sed non est tibi mirandum, Scriptura dicente: Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobabo. Et iterum dicit: Potius dilexerunt homines tenebras, magis quam lucem; sicuti et tu facis. Sufficiat vobis, omnia scire, super quod & pater noster Fortis tibi scripsit. Nunc petierim de charitate tua, frater benignissime; ut suppleas dictum Isaiæ Prophetæ: Expellite malignitatem de animis vestris, & venite, disputemus, dicit Dominus. Et iterum: Projicite malum de medio vestrum. Sic & tu fac. Subjuga & averte seditiones, quæ noluerunt esse pacem inter te, & filium tuum; sed filius tuus Nundinarius in pace tecum Paschа celebret, ne res ad publicum veniat præterea jam omnibus nobis nota. Rogaverim te, frater benignissime, mediocritatis meæ compleas petitionem. Nemo sciat. Item alia recitata.

XXI. Sabini Epistola.

Fratri Forti Sabinus in Domino æternam salutem. Quæ sit charitas juxta omnes collegas, certus sum; peculiariter tamen secundum Dei voluntatem, qui dixit: Quosdam diligo super animam meam. Silvanum te coluisse, certus sum. Quare non dubitavi hæc scripta ad te dare; quia scripta tua ad eum facta dari feci propter nomen Nundinarii, & qui impigre agit, semper res Dei impetu procedit. Ne prætendas excusationem. Occupatio namque nos diebus istis stringet, & incunctanter commovet circa hæc usque ante diem solemnissimum Paschæ, ut per te fiat pinguissima pax, ut digni choæredes Christi inveniamur, qui dixit: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Et iterum: Peto ut facias. Et alia manu: Opto te in Domino bene valere, & nostri memorem esse. Vale. Sed rogo te, Nemo sciat.

XXII. Quæstio de Victore.

*Quibus lectis, Zenophilus V. C. Consularis dixit: Et Actis & litteris quæ recitatæ sunt, Traditorem constat esse Silvanum. Et Victori dixit: Simpliciter confitere, utrum scias eum aliquid tradidisse. Victor dixit: Tradidit, sed non me præsente. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Quid administrabat tunc Silvanus in clero? Victor respondit: Sub Paulo Episcopo oria est persecutio, & Silvanus subdiaconus fuit. Nundinarius diaconus respondit: Quando ventum est illic, ait, ut factus esset Episcopus, respondit populus alius, fiat, exaudi Deus. Zenophilus V. C. Consul. Victori dixit: Dictum est a populo, Silvanus Traditor? Victor dixit: Ego ipse luctatus sum. Episcopus Zenophilus V. C. Consul. Victori dixit: Ergo sciebas Traditorem? de hoc confitere. Victor respondit: Traditor fuit. Nundinarius diaconus dixit: Vos seniores clamabatis, Exaudi Deus civem nostrum, ille Traditor est. Zenophilus V. C. Consularis Victori dixit: Clamasti ergo populo, quod Traditor esset Silvanus, & non deberet fieri Episcopus? Victor dixit: Clamavi & ego, & populus; nos enim civem nostrum petebamus, integrum virum. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Qua causa putabatis eum non mereri? Victor dixit: Integrum petebamus, & civem nostrum, sciebam enim causam Imperatorum ad hoc nos esse venturos; dum enim talibus committitur ****

XXIII. Quæstio de Saturnino.

Item inductis & adplicitis Victore Samsurici, & Saturnino fossoribus, Zenophilus V. C. Consul. dixit: Quis vocaris? Respondit, Saturninus. Zenophilus Vicarius dixit: Cujus conditionis es? Saturninus respondit, Fossor. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Silvanum scis esse Traditorem? Saturninus dixit: Scio lucernam tradidisse argenteam. Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit: Quid aliud? Saturninus respondit: Aliud nescio, nisi quia depost orcam eam ejecit. Et remoto Saturnino Zenophilus V. C. Consul. dixit adstanti: Et tu quis vocaris? Respondit, Victor Samsurici. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Cujus conditionis es? Victor dixit, Artifex sum. Zenophilus V. C. dixit: Tabulam argenteam quis tradidit? Victor respondit: Non vidi; quod scio, hoc dico. Zenophilus V. C. Consul. dixit Victori: Licet jam constiterit ex responsione eorum qui supra sunt interrogati, tamen tu confitere, utrum Silvanus Traditor

PAGIUS

cap. II. aut mense Martio, ut scribit Eusebius; ex cujus utriusque testimonio aliisque argumentis persecutionem præsenti anno inchoatam esse certissimum redditur. Hæc accurate Valesius citatus.

V. *Saturninus & alii in Africa martyrio coronati.*

Baluzius tomo 2. Miscellaneorum refert Acta *S. Saturnini* & sociorum, quibus hunc titulum in Codice MS. præfigi dicit: *Incipiunt Confessiones & Actus Martyrum Saturnini Presbyteri, Felicis, Dativi, Ampelii, ceterorumque infra scriptorum, qui propter collectas & scripturas dominicas sub Anulino Proconsule Africæ die pridie Idus Februarii Carthagine Dominum confessi diversis locis, temporibusque discretis beatissimum sanguinem profuderunt.* Cum itaque persecutio die tantum XXIII. Februarii excitata fuerit, Sancti illi post præsentem annum martyrio coronati. Scripta sane sunt Acta illa, inquit Baluzius in Notis, ab aliquo Donatista, sed docto & erudito, & qui non admodum remotus fuit ab ævo Diocletiani. Falluntur autem vehementer, qui auctoritate Augustini abutuntur, ut probent, ea esse ipsa Proconsularia gesta excepta a Notariis, cum e contra ex testimonio Augustini colligatur, non extare hodie ea gesta, sed tantum historiam quam Donatista ille ex iisdem gestis

Baron. n. XXXVI. & seqq.

PAGIUS

gestis concinnavit. Nam Augustinus in Breviculo diei tertiæ cap. 17. docet, Gesta Martyrum notata fuisse Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Consulibus, pridie Idus Februarii, cum in hoc libro scriptum simpliciter sit, absque ulla temporis nota, bellum, ex quo orti sunt Traditores, commotum fuisse temporibus Diocletiani & Maximiani. Præterea quæ in capite 16. & seqq. dicuntur de Mensurio & Cæciliano, ea profecto non pertinent ad gesta Proconsularia; & lecta in Collatione Carthaginensi non fuisse, recte observatum est a Baronio.

VI. Cum persecutio anno tantum præsenti cœpe-

Plures Martyres hoc anno.

rit, martyria anno præcedenti a Baronio relata ad præsentem, & quæ hoc anno recitat, ad sequentem magna ex parte revocanda, & sic deinceps. Baronius enim, qui anno uno persecutionem antevertit, toto decennio, quo ea duravit, anno uno a via deflectit.

Baron. n. CVIII. & seqq.

VII. *Persecutio Diocletianea Gallias non afflixit.*

Existimavit Baronius, durante Diocletiani persecutione *Gallias* Martyrum sanguine exundasse. Certum tamen videtur, eam in illis, ubi Constantius imperabat, locum non habuisse; id enim diserte affirmat Lactantius lib. de Mortibus Persecutorum cap. 15. cujus egregia verba anno antecedenti retulimus. Neque Lactantius, qui

Baron. n. CXXIV. & seqq.

Cri-

ditor sit. Victor dixit: Secundo petito; quomodo hoc dimisit ut duceremur ad Carthaginem, ore ipsius Episcopi audivi. Data est mihi lucerna argentea, & capitulata argentea, & has tradidi. Zenophilus V. C. dixit Victori Samsurici: A quo audisti? Victor dixit: A Salviano Episcopo. Zenophilus V. C. Consul. Victori dixit: Ab ipso audisti quod tradidisset? Victor dixit: Ab ipso audivi quod suis manibus tradidisset illas. Zenophilus V. C. dixit: Ubi audisti? Victor dixit: In basilica. Zenophilus V.C. Consul. dixit: Apud Constantinam? Victor dixit: Ibi cœpit alloqui populum dicens, De quo dicunt me Traditorem esse? de lucerna & capitulata?

XXIV. De Nundinario.

Zenophilus Vicarius Consul. Nundinario dixit: Quid aliud putas esse quærendum? Nundinarius dixit: De cupis fesci, quis illas tulit. Zenophilus Vicarius Consul. Nundinario dixit: In templo Sarapis fuerunt, & tulit illas Purpurius Episcopus; acetum quod habuerunt, tulit illud Silvanus Episcopus, Donatius presbyter, & Lucianus. Zenophilus V. C. Consul. Nundinario dixit: Sciunt id factum qui adsistunt? Nundinarius respondit: Sciunt. Diaconus Saturninus dixit: Dicebant majores nostri quia sublatæ sunt. Zenophilus V. C. Consul. dixit: A quo sublatæ dicuntur? Saturninus dixit: A Purpurio Episcopo, & acetum a Silvano & Donatio & Luciano presbyteris, & Luciano diacono. Nundinarius dixit: Viginti folles dedit, & factus est presbyter Victor. Saturninus dixit *, & cum diceret, Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit: Cui dedit? Saturninus dixit: Silvano Episcopo. Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit: Ergo ut fieret presbyter, Silvano Episcopo viginti folles præmium dedit? Saturninus dixit: Dedit. Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit: Ante Silvanum positum est? Saturninus dixit, Ante cathedram Episcoporum. Zenophilus V. C. Consul. Nundinario dixit: A quo pecunia sublata est? Nundinarius dixit: Ipsi Episcopi diviserunt eam inter se Zenophilus V. C. Consularis Nundinario dixit: Donatum desideras exhiberi? Nundinarius dixit: Utique veniat, de quo clamavit populus biduo post * pare: Exau-

Acclamatio populi in ordinatione.

di Deus, civem nostrum volumus. Zenophilus V. C. Consul. Nundinario dixit: Certe clamavit hoc populus? Respondit: Clamavit. Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit: Traditorem clamavit Silvanum? Saturninus dixit, Utique. Nundinarius dixit: Quando factus est Episcopus, non illi communicavimus, quia dicebatur proditor esse. Saturninus dixit: Quod dicit, verum est. Nundinarius dixit: Vidi quia Mutus barenarius tulit in collo. Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit: Sic factum est? Saturninus dixit, Sic. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Vera sunt omnia quæ dicit Nundinarius, quia ab barenariis factus est Episcopus Silvanus? Saturninus dixit: Vera Nundinarius dixit: prostibulæ illic fuerunt.

XXV. De pecunia quæstio.

Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit: Harenarii illum gestaverunt? Saturninus dixit: Ipsi eum tulerunt, & populus, Nam cives in area martyrum fuerunt inclusi. Nundinarius diaconus dixit: Numquid populus Dei ibi fuit? Saturninus dixit: In casa majore fuit inclusus. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Certe omnia quæ dicit Nundinarius, vera sunt. Saturninus dixit: Vera. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Tu quid dicis? Victor dixit: Vera sunt omnia, domine. Nundinarius dixit: Purpurius Episcopus tulit centum folles. Zenophilus V. C. Consul. dixit Nundinario: De quadringentis follibus, quos putas interrogandos? Nundinarius dixit: Lucianus diaconus exhibeatur, quia ipse totum scit. Zenophilus V. C. Consul. Nundinario dixit: Hi sciunt? Nundinarius dixit: Non sciunt. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Exhibeatur Lucianus. Nundinarius dixit: Sciunt isti acceptos esse quadringentos folles; quia Episcopi eos diviserunt, nesciunt. Zenophilus V. C. Consul. Nundinario & Victori dixit: Scitis acceptos esse folles a Lucilla? Saturninus & Victor dixerunt, Scimus. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Pauperes non acceperunt? Dixerunt: Nemo nihil accepit. Zenophilus V. C. Consul. Saturnino & Victori dixit: Nihil de fano Sarapis sublatum est? Saturninus & Victor dixerunt; Purpurius tulit cupas, & Silvanus Episcopus, & Donatus & Superius pres-

PAGIUS Crispum Cæsarem Constantini Magni filium in Gallia jam senex Latinis literis imbuit, hoc ignorare potuit. Lactantio suffragatur Eusebius lib. 8. cap. 13. ubi postquam de Constantii morte locutus est, ait: *Denique tum aliis in rebus humanissimum se ac beneficentissimum erga omnes præstitit; tum concitati adversus nos belli nullatenus particeps fuit. Sed cum veri Dei cultores, qui sub Imperio suo degebant, immunes ab omni noxa & calumnia servasset, nec aut Ecclesiarum ædes subvertisset, aut quidquam adversus nostros esset molitus, tandem felicissimum ac beatissimum vitæ exitum consecutus est.* Vides, Lactantium & Eusebium in eo convenire, quod nullam, quæ in Constantii ditione Martyres fecerit, persecutionem fuisse uterque asserat; eo magis quod ipsemet Lactantius citatus cap. 24. de Constantino jam Augusto loquens scribat: *Suscepto Imperio Constantinus Augustus nihil egit prius, quam Christianos cultui ac Deo suo reddere. Hæc fuit primæ ejus sanctio sancta Religioni restituta.* At ut recte observat Dodwellus in Dissert. XI. Cyprianica, quæ est de Paucitate Martyrum num. LXXV. nihil habuisset agendum Constantinus, si nihil fuisset a patre ejus Constantio in Christianorum causa innovatum. Quare verum est quod

presbyteri, & Lucianus diaconus tulerunt acetum. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Responsione Victoris Grammatici, & Victoris Samsurici, & Saturnini, claruit vera esse omnia, quæ fuggesserit Nundinarius; submoveantur & exeant. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Quos alios putas interrogandos? Nundinarius dixit: Castum diaconum, ut dicat si non est Traditor. Ipse illum ordinavit.

XXVI. Quæstio de Casto diacono.

Et inducto & applicito Casto diacono, Zenophilus V. C. Consul. dixit: Quis vocaris? Respondit, Castus. Zenophilus V. C. Consularis Casto dixit: Cujus conditionis es? Castus dixit: Nullam dignitatem habeo. Zenophilus V. C. Consul. Casto dixit: Licet nunc per Victorem Grammaticum, quam etiam per Victorem Samsurici & Saturninum venerunt in confessionem quæ Nundinarius objecit, tamen etiam tu confitere, utrum Traditor sit Silvanus. Castus respondit: Dicebat quod invenerit lucernam post orcam. Zenophilus V. C. Consul. dixit Casto, etiam de cupis de fano Sarapis sublatis, & aceto confitere. Castus respondit: Purpurius Episcopus tulit cupas. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Acetum quis? Respondit Castus: Quod tulerunt inde acetum Silvanus Episcopus, Donatus & Superius presbyteri. Zenophilus V.C. Consul. Casto dixit: Confitere quot folles dedit Victor, ut presbyter fieret? Castus dixit: Obtulit, domine, saccellum, & quid habuerit, nescio. Zenophilus V. C. Consul Casto dixit: Cui datum est saccellum? Castus dixit: Ille tulit eum in casa majore. Zenophilus V. C. Consul. dixit Casto: Populo non est divisa pecunia? Castus respondit: Non est data, nec vidi. Zenophilus V. C. Consul. Casto dixit: De follibus, quos Lucilla dedit, populus minutus nihil accepit? Castus dixit: Non vidi accipere neminem. Zenophilus V. C. Consul. Casto dixit: Quo ergo pervenerunt? Castus dixit, Nescio. Nundinarius dixit: Utique vel audisti, vel vidisti, si dictum est pauperibus, Dat & vobis de re sua Lucilla. Castus dixit: Non vidi aliquem accipere. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Manifesta est Casti confessio, quod folles, quos Lucilla donavit, populo divisos esse nesciret; & ideo amoveatur.

XXVII. Quæstio de Crescentiano.

Et applicito Crescentiano subdiacono, Zenophilus V. C. Consul. dixit: Quis vocaris? Respondit, Crescentianus. Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit: Simpliciter sicut & cæteri confitere, utrum scias Traditorem Silvanum. Crescentianus dixit: Priores qui fuerunt clerici, ipsi retulerunt singulis. Zenophilus V. C. Consul. Crescentiano dixit: Quid retulerunt? Crescentianus dixit: Referebant quod Traditor esset. Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit: Dixerunt illum Traditorem? & adjecit, Qui dicebant? Crescentianus dixit: Qui cum illo conversabantur in plebe, dixerunt quod aliquando tradidisset. Zenophilus V. C. Consul. Crescentiano dixit: De Silvano dicebant? Crescentianus dixit, Utique. Zenophilus V. C. Consul. Crescentiano dixit: Cum factus fuisset Episcopus, præsto fuisti? Crescentianus dixit: Præsens cum populo fui, inclusus in casa majore. Nundinarius diaconus dixit: Campenses & Harenarii fecerunt illum Episcopum. Zenophilus V. C. Consul. Crescentiano dixit: Mutus Harenarius certe eum sustulit. Dixit, Manifeste. Zenophilus V. C. Consul. Crescentiano dixit: Cupas de fano Sarapis scis esse sublatus? Crescentianus dixit: Plures dicebant quod Purpurius Episcopus ipse sustulerit cupas, & acetum quod ad senem nostrum Silvanum pervenisset & filii Ælionis dicebant. Zenophilus V. C. Consul. Crescentiano dixit: Quid audisti? Crescentianus dixit: Acetum sublatum a sene Silvano, & Donatio & Superio presbyteris, & Luciano diacono.

XXVIII. Oblationes solitæ in pauperes erogari.

Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit: Ex quadringentis follibus, quos Lucilla donavit, populus aliquid accepit? Crescentianus dixit: Nihil inde nemo accepit, nescio, nec quis illos erogaverit. Nundinarius dixit: Aniculæ numquam inde aliquid acceperunt? Crescentianus dixit: Nihil. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Certe quotiens aliquid tale donatur, omnes inde populares publice accipiunt. Crescentianus dixit: Non audivi, vel vidi dedisse illum aliquos. Zenophilus V.C. Consul. Crescentiano dixit: Nihil ergo datum est de CCCC. follibus populo? Crescentianus dixit: Nihil: Utique pervenisset aliqua partiuncula ad nos.

PAGIUS quod scribit Lactantius loco laudato: *Constantius ne dissentire a majorum præceptis videretur, Conventicula, id est, parietes, qui restituti poterant, dirui passus est, verum autem Dei templum quod est in hominibus, incolume servavit.* Baluzius in Notis ad cap. 16. Lactantii confirmat ejus sententiam ex Libello precum Constantino M. oblato a Donatistis apud Optatum Milevitanum lib. 1. *Rogamus te, o Constantine optime Imperator, quoniam de genere justo es, cujus pater inter cæteros Imperatores persecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis est Gallia, petimus ut e Gallia nobis Judices dari præcipiat Pietas tua.* Galliæ ergo fuerunt immunes ab hac persecutione. Quin & Eutropius initio libri 10. dicere videtur, Gallicum sanguinem non fuisse fusum in hac persecutione, cum de Constantio scribat: *Hic non modo amabilis, sed etiam venerabilis Galliis fuit, præcipue quod Diocletiani suspectam prudentiam, & Maximiani sanguinariam temeritatem Imperio ejus evaserant.*

Sed adversus hæc reclamant Historiæ plurima- VIII.

*Zenophilus V. C. Consul. dixit: Quo ergo sublati sunt? Crescentianus dixit: Nescio: nemo nihil accepit. Nundinarius dixit: Victor quot folles dedit, ut fieret presbyter? Crescentianus dixit: Vidi allatos cophinos cum pecunia. Zenophilus V. C. Consul. dixit Crescentiano: Cui dati sunt cophini? Crescentianus dixit: Episcopo Silvano. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Silvano dati sunt? Crescentianus dixit: Silvano. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Populo nihil datum est? Respondit: Nihil. Necesse est ut & nos aliquid acciperemus, si distribuerentur sicut solet. Zenophilus V. C. Consul. Nundinario dixit: Quid aliud de Crescentiano putas esse requirendum? Nundinarius dixit: Ipsum est. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Quoniam de omnibus Crescentianus subdiaconus simpliciter confessus est, submoveatur. Item inducto & applicito Januario subdiacono. Zenophilus V. C. Consul. dixit: Quis vocaris? Respondit *** Hucusque Acta Proconsularia, quibus nonnulla deesse videntur.

XXIX. Donatistarum prima origo.

Hæc sunt malorum exordia, & ex hoc fonte fluxerunt impii Donatistæ, quorum causa Africana Ecclesia tot cladibus fuit multis sæculis in pœnam exagitata, ac a Wandalis primo, demum ab Arabibus est penitus devastata. Quæ autem post hæc ab iisdem Traditoribus Episcopis fuerint machinata, ordine temporum inferius dicturi sumus. At licet ejusmodi nebulones, & (ut ex recitatis Actis apparet) omnium hominum scelestissimi, adeo turpiter cesserint persecutoribus: non defuit tamen plurimis Fidelibus Christianæ constantiæ vigor, infractique animi constantia, qua, ne traderent sacros codices, neve sacros conventus prætermitterent, pœnis subjici sæpius, ac denique morte mulctari fortiter pertulerunt; ut Acta de Felice Episcopo superius narrato docent, & alia declarant Acta Proconsularia, de quibus proxime dicturi sumus.

XXX. (a) *Aug. in Brevic. collat. die 3. cap. 17.*

Sed primo illud admonendum; eadem Acta Cirthensis conventus in (a) collatione postea tempore Augustini facta cum Donatistis legi post Consulatum Diocletiani novies, & Maximiani octies: quamobrem in alterutrum illorum locorum mendum irrepsisse, affirmare necesse est. Nos autem, quod geminis testificationibus, nempe Actorum Cirtensium, & Gestorum Proconsularium sub Numatio Felice, atque postea sub Zenophilo, hoc anno dictis Consulibus Diocletiano octies, & Maximiano septies, eadem quæ recitavimus Acta consignata legantur; hoc anno potius voluimus posuisse. Sed præstat hic reddere verba Augustini ex dicta Collatione cum Donatistis, tum de Cirtensibus Actis, tum etiam de rebus gestis sanctorum martyrum ibidem allegatis. Post objectiones enim ab illis factas de Cirtensi conventu, quem negabant, dicentes, non potuisse tunc colligi Episcopos illos, quod ingrueret persecutio; hoc plane falsum esse, & ex Gestis sanctorum martyrum probantibus Catholicos tunc temporis in domibus privatis populares conventus agere consuevisse; Episcopi Catholici demonstrarunt.

XXXI. (b) *Exod. cap. 17.* De tempore Cirtensis Synodi.

Jussit etiam (inquit Augustinus b) *Cognitor computare Officium, & renuntiare, consideratis utriusque Consulibus, & diebus, & qui de Concilio Cirtensi, & qui de Gestis martyrum legebantur; quia dictum fuerat a Catholicis post illorum martyrum passionem, unde persecutionis tempus probabatur, prope annum consecutum fuisse usque ad Consulem, & diem Concilii Cirtensis. Responsio autem computantis Officii, mensem interfuisse, suggesserat. Voluerunt ergo Catholici de tabulis tolli quod dixerant, ut hoc solum Gesta retinerent, quod Officium responderat; hoc enim verius esse crediderant. Sed Donatistæ, quod a Catholicis dictum erat, noluerunt de tabulis tolli; unde Catholici non contenderunt, ut eorum in hoc calumniosus animus appareret. Porro autem illud erat verius, quod Catholici dixerant: Officium autem in computando errans, falsum renuntiaverat; quod postea conscripta, & diligentius considerata Gesta docuerunt; sicut potest probare, quem libuerit legere, & non piguerit computare. Nam Gesta martyrum, quibus ostendebatur tempus perpersecutionis, Consulibus facta sunt Diocletiano novies, & Maximiano octies, pridie Idus Febr. Gesta autem Episcopalia decreti Cirtensis post eorumdem Consulatum, tertio * Nonas Martias, ac per hoc tredecim menses interesse inveniuntur,* * *al quar-*
plures utique quam undecim, quos prius Catholici, minus diligenter computando *to.*
res

PAGIUS

Plures in Gallia passi dicuntur.

marum Galliæ civitatum ac Provinciarum, quæ suos Martyres hac persecutione ad Deum translatos prædicant, ita ut vix ulla civitas fuerit intra Gallias, quæ tum non dicatur maduisse sanguine Christianorum. Quæ sic conciliari posse existimat Baluzius, initio quidem Gallias a persecutione non fuisse prorsus immunes, occupato videlicet Constantio contra Barbaros, ut Bosquetus in lib. 4. Historiarum Ecclesiæ Gallicanæ cap. II. at pro consuetudine & solito Gentilium furore multos Christianos in Galliis cæsos fuisse. Confirmat hæc Eusebius in fine libri de Martyribus Palæstinæ: *Nam quæ ulterius sita sunt regiones, Italia videlicet tota, & Sicilia, Gallia quoque, & quacumque ad occasum Solis porriguntur, Hispania, Mauritania, & Africa, cum vix duobus primis persecutionis annis integris furorem belli experta essent, divini Numinis præsentissimum auxilium & pacem brevi sunt consecuta.* Verosimilius forsan dici posset, Martyres, qui Diocletiano & Maximiano sævientibus, passi in Gallia dicuntur, morte affectos fuisse initio Imperii Diocletiani, quando Herculium adhuc Cæsarem in Gallias adversus Bagaudas misit. Neque enim antiqua Martyrum Acta reperire est, in quibus Constantio Cæsare imperante persecutionem in Gallia viguisse legatur. Quare existimo, Scriptores persecutiones peculiares in quibusdam Provinciis & urbibus, primis Diocletiani & Maximiani Herculii annis excitatas, cum persecutione generali, quæ hoc anno contigit, confudisse, ut ante me Baronius observavit. Quoad Eusebium, is loco mox citato confirmat quod Lactantius scripsit, Constantium nempe templa dirui passum esse, a populo nimirum, vel a Præfectis. Quod si nulla templa diruta fuisse Eusebius existimaret, sibimet contradiceret; cum Galliam inter Provincias numeret, quæ belli furorem expertæ sunt, & alibi tradat, Constantium nec Ecclesiarum ædes subvertisse, nec quidquam adversus nostros esse molitum. Quod si nihil etiam adversus Christianos a populo vel a Præfectis molitum esset, immerito scriberet, Galliam, cum vix duobus primis persecutionis annis integris furorem belli experta esset

responderant. Sed Officium, ut falleretur, & mensem interesse responderet, eumdem Consulatum putavit; post Consulatum autem non advertit, ubi annus jam alius agebatur. Proinde Catholici tamquam ex vera Officii responsione cogebantur ostendere, tempore persecutionis illos undecim, vel duodecim Episcopos in domum privatam convenisse potuisse.

XXXII. Persecutionis tempore agi solitos conventus Ecclesiasticos.

Donatistis instantibus, ut hoc ex aliis Conciliis ostenderent, si aliquo tempore persecutionis facta Episcoporum Concilia reperire potuissent, quod Catholici quoniam tunc inquirere, & ad horam veteres chartas in Archivis Ecclesiasticis discutere non poterant; respondebant, multo facilius duodecim homines in domum convenire potuisse eo tempore quo etiam congregationes plebium fieri solebant, quamvis persecutione fervente, sicut ipsis Gestis martyrum monstrabatur, qui confitebantur in passionibus suis, se Collectam, & Dominicum egisse: Hucusque Augustinus. Ex quibus apparet, de celebri illo, quod dicitur factum, Concilio in causa Marcellini tempore flagrantis persecutionis Gentilium, nullam fuisse memoriam penes Catholicos Africanos Episcopos; quo unico exemplo ab illorum calumniosa objectione confestim liberare se potuissent.

XXXIII. Acta martyrum citata.

Cæterum ipsa tunc citata atque edita Acta martyrum; quibus de celebratione Dominici, & populari conventu agitur, ex Gestis Proconsularibus (ut apparet) accepta, hactenus extant; licet dolo Donatistarum in eo appareant depravata, quod nec diem, nec Consulem habeant, & illis etiam appendix dolo fit addita contra Mensurium Episcopum Carthaginensem atque Cæcilianum diaconum, quos vehementi odio prosequebantur. Sunt, & iidem martyres in Romanis tabulis adscripti, tertio Idus Februarii; cum citata ab Augustino, pridie Idus, nempe sequenti die, facta dicantur; sed quid mirum si unius diei error irrepsit; cum & in dictis Actis Cirtensibus duorum annorum spatii (ut dictum est) error appareat? nimirum, quod quæ hoc anno sub hujus anni Consulibus Acta Cirtensia habita esse dicuntur, in aliis post sequentis anni Consulatum posita inveniantur.

XXXIV. Eam igitur adeo nobilem antiquitatis

memoriam, ipsa Acta martyrum ex Proconsularibus Gestis probata, a Catholicis cognita, & accepta, a Donatistis disquisita, atque a Judice Cognitore inspecta, & examinata, hic attexere operæpretium existimamus. Auctor ipse, post quam pauca præfatus, ex Actis publicis ea se accepisse testatus, narrationem aggreditur, sine die tamen, & Consule; quæ dolose (ut demonstratum est) abolita esse videntur. Porro nisi constaret mendum in codicem irrepsisse, eadem Acta sequenti anno sub Consulatu Diocletiani nonum; & Maximiani octavum recensenda fuissent; quibus sane Consulibus ea accidisse, in dictis Collationis Actis expressum legitur. Verum quoniam ante Cirtensem conventum ea facta esse ibidem affirmatur, constatque ex his quæ dicta sunt, hoc anno idem Cirtense Concilium celebratum esse; nulla ratio patitur, ut hæc sequenti anno, & post Cirtensem Synodum in Annalibus collocentur, quæ ea ratione sunt etiam ante ipsum Cirtense Concilium referenda. Nos vero hic opportune, occasione factæ illorum publicæ editionis, eadem recensemus. Sic se habent (a).

Acta depravata.

(a) *Apud Sur. t. 1. die 11. Feb.*

XXXV. Acta proconsularia sanctorum Martyrum.

Temporibus namque Diocletiani, & Maximiani, bellum diabolus Christianis indixit, isto modo, ut sacrosancta Domini Testamenta, Scripturasque divinas ad exurendum peteret, basilicas Dominicas subverteret, & ritus sacros cœtusque sanctissimos celebrari Domino prohiberet. Sed non tulit exercitus Domini Dei immane præceptum, sacrilegamque jussionem perhorruit, & mox fidei arma corripuit, descendit in prælium, non tam contra homines, quam contra diabolum pugnaturus. Et quamvis tradendo Gentilibus scripturas Dominicas, atque Testamenta divina profanis ignibus comburenda, a fidei cardine cecidere nonnulli, conservando tamen eas, & pro ipsis libenter suum sanguinem effundendo, fortiter fecere quamplurimi. Quique pleni Deo, devicto, atque prostrato diabolo, victricem palmam in passione gestantes, sententiam in Traditores atque eorum consortes, qua illos ab Ecclesiæ communione præcidant, cuncti martyres proprio sanguine consignabant. Fas enim non fuerat, ut in Ecclesia Dei simul essent martyres, & Traditores.

XXXVI. Conventus in domibus privatis.

Advolabant itaque undiqueversum ad certaminis campum immensa agmina confessorum; & ubi quisque hostem reperierat, castra illic Dominica collocabat. Namque in Civitate Alutinensi, in domo Occani Felicis, cum bellica caneret tuba, Dominica signa glorioſi martyres erexerunt; ibique celebrantes ex more Dominica sacramenta, a Coloniæ magistratibus atque ab ipso Stationario milite apprehenduntur, Saturninus presbyter cum filiis quatuor, id est, Saturnino juniore, & Felice lectoribus, Maria sanctimoniali, Hilariano infante. Cum hic audis infantem, ne existimes puerum hunc esse nuper natum qui fari nesciat, nam loquendi usus erat apud Afros, ut quosque pueros, infantes dicerent; ut ex Victore Uticensi (*a*) alibi diximus, qui pueros Ecclesiæ cantores, infantulos nominat. Jam enim a temporibus apostolorum clerici in sacris ordinibus constituti cælibatum servabant; quod etiam Ecclesia Africana servabat; ut primo Annalium tomo demonstratum est. Porro quotennis esset puer hic, quem auctor vocat infantem; sua ipsius confessio coram Proconsule facta, inferius declarabit. Sed pergunt Acta alios recensere, qui eidem interfuere sacro conventui. *Itemque Dativus, qui & Senator, Felix, alius Felix, Emeritus, Ampelius, Rogatianus, Quintus, Maximianus, Thelica, Rogatianus, Rogatus, Januarius, Cassianus, Victorianus, Vincentius, Cæcilianus, Restituta, Prima, Fua, Rogatianus, Guinalius, Rogatus, Pomponia, Secunda, Januaria, Saturnina, Martinus, Datus, Felix, Margarita major, Honorata, Regiola, Victorinus, Pelusius, Faustus, Dacianus, Matrona, Cæcilia, Victoria, Herectina, secunda Matrona, Januaria:* Ex Actis publicis hæc auctor cum describat, ipse ad concinnandam historiam, sæpe cum opus esse videtur, interloquitur, ut cum ait:

(*a*) *Victor. Uticens. de Persec. Vandal.* 3.

XXXVII. Saturninus martyrum anteſignanus.

Hi apprehensi ducebantur alacres ad forum. Ad hunc primum certaminis campum prior Dativus ibat, quem sancti parentes candidatum Senatorem cœlesti curiæ genuerunt. Ibat etiam presbyter Saturninus numerosa vallatus propagine liberorum; cujus partus partem sibi sociam martyrio destinavit, partem sui nominis pignus Ecclesiæ relinquebat. Hos agmen Dominicum sequebatur, in quo fulgebat cœlestium splendor armorum, scutum fidei, lorica justitiæ, salvationis galea, & gladius bifrons, sermo Dei; quorum præsidio fulti, spem victoriæ fratribus promittebant; sed jam ad supradictæ civitatis pervenerunt forum. Ibi primum aggressi confessionis palmam magistratus elogio sustulerunt.

XXXVIII. Ingens miraculum de libris igni traditis.

*In isto namque foro jam pro Dominicis scripturis dimicaverat cælum, cum Fundanus, civitatis illius quondam Episcopus, scripturas Dominicas traderet exurendas. Quas cum magistratus sacrilegus igni apponeret, subito imber sereno cælo diffunditur, ignis scripturis sanctis admotus extinguitur, grandines adhibentur; omnisque ipsa regio pro scripturis Dominicis, elementis furentibus, devastabatur. De hac igitur civitate martyres Christi exoptata prima vincula susceperunt, directique ad Carthaginem alacres ac læti, per totum iter hymnos Domino canticaque psallebant. Qui cum ad Officium Anulini * tunc Proconsulis pervenirent, starentque in acie constanter; fortiter sævientes impetus diaboli Dominica constantia retundebant. Sed cum contra omnes simul milites Christi diabolica rabies prævaleret, singulos ad certamina postulavit. Quorum certaminum pugnam non tam meis exequar quam martyrum dictis ex Actis acceptis, ut & sevientis hostis audacia in tormentis atque in ipsa sacrilega inventione noscatur, & Christi Domini præpotens virtus in tolerantia martyrum atque in ipsa confessione laudetur.*

* al Anullini, vel Anolini.

XXXIX. Thelicæ martyris acta.

Cum igitur ab Officio Proconsuli offerrentur, suggereturque, quod a magistratibus Alutinensium transmissi essent Christiani, qui contra edictum Imperatorum, & Cæsarum Collectam Dominicam celebrassent; primum Proconsul Dativum interrogat, cujus esset conditionis, & utrum Collectam fecisset. Qui cum se Christianum, & in Collecta fuisse profiteretur; auctor ab ipso Collectionis sanctissimæ postulatur. Per Collectam namque, & Collectionem, & Dominicum, intelligit semper auctor sacrificium Missæ. Sed subdit: *Statimque jubet Officium, eumdem in equuleum sublevare, extensumque ungulis præparare. Sed cum carnifices ipsa crudelia atroci velocitate complerent, starentque sevientes, invictis & denudatis ad vulnera martyris lateribus, erectisque ungulis imminerent; subito sese per medium Thelica fortissimus martyr tormentis subjecit, & clamavit: Christiani sumus nos. Nos, inquit, collegimus. Statimque Proconsulis furor exarsit, & ingemiscens, spiritali gladio graviter vulneratus, martyrem Christi gravissimis ictibus tutudit, in equuleum suspensum tetendit, & unguliis stridentibus laniavit. At contra glorioſissimus martyr Thelica, media de ipsa carnificum rabie hujusmodi preces Domino cum gratiarum actione effundebat: Deo gratias. In nomine tuo Christe, Fili Dei, libera servos tuos. Talia iteranti Proconsul: Quis est, inquit, auctor tecum congregationis vestræ? Qui, crudelius sæviente carnifice, clara voce respondit: Saturninus presbyter, & omnes. O martyrem primatum omnibus dantem! sic enim presbyterum fratribus prætulit, sed presbytero fratres confessionis consortio copulavit;*

XL. Thelicæ illustris confessio.

Quærente igitur Proconsule, Saturninum ostendit; non quod illum prodiderit, quem adversus diabolum secum dimicare cernebat; sed ut illi panderet, integre se celebrasse Collectam, quando cum ipsis etiam presbyter fuerat. Manebat igitur Thelica cum voce Dominum deprecans; & præceptorum Evangelii memor, inimicis suis veniam martyr in ipsis corporis sui laniamentis poscebat. Inter ipsos namque vulnerum gravissimos cruciatus, tortores pariter, & Proconsulem his verbis exprobrabat: Iniuste facitis, infelices; contra Deum facitis. Deus altissime, noli illis consentire ad hæc peccata. Peccatis infelices, adversus Deum facitis, custodite præcepta Dei altissimi, injuste agitis infelices, innocentes laniatis. Non sumus homicidæ, non fraudem fecimus. Deus misereve. Gratias tibi ago. Pro nomine tuo da mihi sufferentiam. Libera servos tuos in captivitate hujus sæculi. Gratias tibi ago, nec sufficio tibi gratias agere.

XLI. Martyris precatio.

Et cum ictibus ungularum concussa fortius latera fulcarentur, profluensque sanguinis unda violentis tractibus emanaret, Proconsulem sibi dicentem audivit: Incipis sentire, quæ vos pati oportet? Et adjecit: Ad gloriam. Gratias ago Deo regnorum. Apparet regnum æternum, regnum incorruptum, Domine Jesu Christe, Christiani sumus, tibi servimus; Tu es spes nostra; Tu es spes Christianorum. Deus sanctissime; Deus altissime; Deus omnipotens, tibi laudes pro nomine tuo agimus. Cui talia oranti, tum a diabolo per Judicem dictum est: Custodire te oportuit jussionem Imperatorum & Cæsarum. Defatigato jam corpore, forti atque constanti sermone victor proclamavit: Non curo nisi legem Dei quam didici, ipsam custodio, pro ipsa moriar, in ipsa consummor, præter quam non est alia. Talibus itaque dictis glorioſissimi martyris in suis tormentis, magis ipse Anulinus torquebatur: cujus tandem rabies ferocitate saginata postea recluſum in carcere passioni condignum martyrem destinavit.

XLII. Accusatio calumniosa.

Post hæc Dativus a Domino in certamine erigitur, qui Thelicæ ad fortissimum prælium de proximo conjunctus est. Qui cum pendendo in equuleo extensus, se, voce sæpius repetita, Christianum esse, & Collectam fecisse, fortiter proclamaret; emersit Victoriæ martyris frater, vir sane togatus, sed a religionis Christianæ sanctissimo cultu ipsis temporibus alienus, qui suspensum in equuleo martyrem profanis vocibus hactenus arguebat: Hic est, ait, domine, qui per absentiam patris nostri nobis hic studentibus sororem nostram Victoriam seducens, hinc de splendidissima Carthaginis civitate, una cum Secunda & Restituta ad Alutinensem Coloniam secum usque perduxit; quique numquam domum nostram ingressus est, nisi tunc, quando quibusdam persuasionibus puellares animos illicebat.

XLIII. Dativus dire torquetur.

Sed non tulit Victoria clarissima martyr Domini, collegam & commartyrem suum falso appeti Dativum Senatorem. Statimque Christiana libertate prorumpens: Nullius, inquit, persuasione profecta sum, nec cum ipso ad Alutinensem coloniam veni; hoc possum per cives probare; omnia mea sponte atque voluntate perfeci: Nam & in collecta fui, & Dominicum cum fratribus celebravi, quia Christiana sum. Tunc impudens Advocatus maledicta exaggerabat in martyrem. Et contra martyr glorioſus de equuleo cuncta vera responsione solvebat. Inter hæc Anulinus ardescens, premi ungulas in martyrem jubet; statim carnifices nuda præparataque ictibus latera cruentis vulneribus invenerunt. Advolabant truces manus jussis velocibus, secretaque pectoris, diruptis cutibus, visceribusque divulsis, nefandis aspectibus adnixa crudelitate pandebant. Inter hæc martyris mens immobilis; &, licet membra rumpantur, divellantur viscera, latera dissipentur, animus tamen martyris integer inconcussusque perdurat.

XLIV. Preces martyris.

Denique dignitatis suæ memor Dativus, tali voce preces Domino sub carnifice rabiente fundebat: O Christe Domine, non confun-

PAGIUS esset, pacem brevi consecutam esse. Quamobrem Eusebius in posteriori loco mox laudato iis, quæ in priori dixerat, non contradicit; sed tantum indicat, persecutionem in Occidentalibus Provinciis post biennium cessasse; in *Gallia* vero, ubi nulli Martyres facti, templa a populi furore fuisse immunia. Existimo autem, anno trecentesimo quinto, quo Diocletianus & Maximianus abdicarunt, ideo persecutionem in regionibus Occidentalibus Severo Cæsari commissis cessasse; quia is ipso dignitatis exordio populos a se alienare noluit.

Victorinus Episcopus fuit, non *Pictaviensis*, ut Baronio, aliisque multis creditum, sed *Petavien-*

IX. *Victorinus Episc. Petavien-sis.* Baron. n. CXXVI.

sis seu Pitabionensis in superiori Pannonia, ut singulari libello docuit Joannes Launoius Doctor Theologus Facultatis Parisiensis. Floruit exeunte tertio Ecclesiæ seculo, & hoc anno quarto Nonas Novembris Martyr pro Fide Christi occubuit. Scripsit multa in plerosque sacræ Scripturæ libros: qua de re legendus Labbeus in Dissert. de Scriptoribus Ecclesiast.

X. *Passio S. Genesii ex mimo Martyris.*

Ruinartus in Actis Martyrum finceris recitat Acta Sancti Genesii ex mimo Martyris a se cum variis MSS. collata, in quibus dicitur: *Cum esset in Urbe Roma Magister mimithelæ artis, qui stans cantabat super pulpitum, quod themele vocabatur, & verum humanarum erat imitator,* &c. Est tymele vox græca significans locum

fundar. His dictis, beatissimus martyr, quod a Domino poposcerat, tam facile meruit, quam breviter postulavit. Denique mox Proconsul mente concussa, lingua volente parcere, profilivit. Cessavere carnifices; fas enim non erat, martyrem Christi in commartyris suæ Victoriæ causa torqueri. Nam cum contra eum Pompejanus suspicionis indignæ fœvus accusator accederet, calumniosamque conjungeret actionem, despectus a martyre est, & percussus. Quid agis hoc in loco, diabole? quid contra martyres Christi adhuc usque conaris? A Senatore Domini ac martyre & potestas simul & forensis rabies superata est.

XLV. Dativi illustris confessio.

Sed clarissimus martyr etiam pro Christo tortus, cum interrogatus, utrum in Collecta fuisset; profiteretur constanter, & diceret, cum Collecta fuisset, se supervenisse, & Dominicum cum fratribus congrua religionis devotione celebrasse, auctoremque ejusdem Collectionis sanctissimæ unum fuisse; in se se Proconsulem rursus acrius excitavit, cujus recrudescente sævitia, geminata martyris dignitas, iterato ungulis sulcantibus exaratur. At martyr ad vulnerum cruciatus sævissimos pristinam suam repetens orationem: Rogo, ait, Christe, non confundar. Quid feci? Saturninus est presbyter noster. Hujus cum latera, duri truciique carnifices magistra crudelitate monstrante, adjunctis ungulis raderentur; Saturninus presbyter ad prælium postulatur, qui cælestis regni contemplatione considerans parva admodum ac levia suos commartyres sustinere, congredi ipse etiam taliter cœpit; nam dicente Proconsule: Tu contra jussionem Imperatorum & Cæsarum fecisti ut hos omnes colligeres? Imperatorum & Cæsarum jussionem dicit, quod cum Diocletiani & Maximiani Augustorum, tum etiam Constantii atque Galerii Cæsarum nomine promulgarentur edicta.

XLVI. De celebratione Dominici.

Respondit presbyter Saturninus, Domini spiritu suggerente: Securi Dominicum celebravimus. Proconsul ait: Quare? respondit: Quia non potest intermitti Dominicum. Qui mox, ut hæc dixit, contra Dativum statim jubet aptari. Expectabat interea Dativus laniamenta corporis sui potius quam dolebat; & cujus ad Dominum animus mensque pendebat, nihil dolorem corporis æstimabat, sed tantum Dominum precabatur, dicens: Subveni, rogo, Christe, habe pietatem, serva animam, custodi spiritum meum: Non confundar, rogo, Christe, da sufferentiam. Cui cum a Proconsule diceretur: Ex hac splendidissima civitate magis debueras alios ad bonam mentem revocare, & non contra præcepta Imperatorum, & Cæsarum facere; fortius atque constantius acclamabat: Christianus sum. Qua voce diabolus superatus, Parce, inquit. Simulque illum in carcerem trudens passioni condignæ martyrem reservavit.

XLVII. Saturninus sævissime cruciatur.

At vero presbyter Saturninus, recenti martyrum sanguine delibutus, cum penderet in equuleo, admonebatur in eorum fide persistere, in quorum cruore perstabat. Hic cum interrogaretur, utrum auctor ipse esset, & omnes ipse adunasset, & diceret: Etiam, ego præsens in Collecta fui; Emeritus lector ad certamen exiliens, congrediente presbytero: Ego sum auctor, inquit, in cujus domo Collecta facta fuit. At Anulinus Proconsul, qui jam toties victus fuerat, impetus Emeriti perhorrebat, & tamen in presbyterum versus: Quare contra præceptum, inquit, faciebas, Saturnine? Cui Saturninus: Intermitti Dominicum non potest, ait. Lex sic jubet: scilicet lex Christiana de Dominico, nempe sacrificio celebrando. *Tunc Proconsul: Non tamen debuisti prohibita contemnere; sed observare potius, & non rem facere contra præceptum Imperatorum. Et meditata jam diu in martyribus voce terrorem suæ iræ commovit; cui non pigro paretur obsequio; nam carnifices in senile corpus presbyteri irruunt, & grassante rabie, rupta nervorum connexione, discerpunt illud ingeniscenda supplicia, & novi generis in sacerdotem Dei exquisita tormenta.*

XLVIII. * al pellere. Lex Ecclesiæ de celebrando Dominico.

Vide res quasi in pabulo vulnerum famis rabie, sævire carnifices; apertisque visceribus ad horrorem videntium, inter ruborem sanguinis ossa nudata pallere; * *& nec inter moras torquentium excluſam animam corpus, supplicio pendente, deseverere. At tali voce Dominus presbyter precabatur: Rogo te, Christe, exaudi. Gratias tibi ago Deus. Jube me decollari. Rogo, Christe, miserere. Fili Dei, subveni. Cui Proconsul: Quare contra præceptum facis? Et presbyter: Lex sic jubet: Lex sic docet, inquit. O admiranda satis ac prædicanda presbyteri doctoris divina responsio! Legem sanctissimam etiam in tormentis presbyter prædicat, pro qua libenter supplicia sustinebat. Legis denique voce deterritus Anulinus: Parcam, inquit. Eumque in custodiam carceris redigens, exoptato supplicio destinavit.*

XLIX. Emeriti certamen & Felicis.

At vero Emerito applicito: In tua, inquit Proconsul, domo Collectæ factæ sunt, contra præcepta Imperatorum? Cui Emeritus sancto Spiritu inundatus: In domo mea, inquit, egimus Dominicum. At ille

PAGIUS cum editiorem, in quo gesticulatores saltare, vel gestis ridiculis adstantes recreare solebant. Sed cum Genesius sacramentorum nostrorum mysteria complesset, Diocletiano Imp. exhibitus dixit, se ex eorum sanctificatione ludum ei exhibere velle, & baptizatus, jussus est decollari *VIII. Kal. Septemb.* inquiunt Acta sincera. De hoc sancto Genesio nullum verbum habet Baronius in Annal. licet de eo loquatur in Notis ad Martyrologium Romanum ad diem XXV. Augusti, quo sicuti alter Sanctus Genesius Arelatensis, de quo statim, colitur. Hinc, ut opinor, factum, ut Monbritius; & quidam alii ex duobus Genesiis unicum fecerint, quod eo proclivius fuit, quo Arelatensis hoc etiam sæculo passus sit.

ille: Quare permittebas, ait illos ingredi? Respondit: Quoniam fratres mei sunt, & non poteram illos prohibere. Sed prohibere illos, inquit, debuisti. At ille non potui, ait; quoniam sine Dominico esse non possumus. Statim vero ipse in equuleo jubetur extendi, extensusque vexari. Qui dum validos ictus, innovato carnifice, pateretur: Rogo ait, Christe, subveni. Contra Dei præceptum facitis, o infelices. Et interloquenti Proconsuli: Non oportuerat te eos suscipere; respondit; Non poteram, quin susciperem fratres meos. At Proconsul sacrilegus: Sed prior, inquit, erat jussio Imperatorum & Cæsarum. Contra religiosissimus martyr. Deus, inquit, major est, quam Imperatores. Rogo Christe: Tibi laudes: Christe Domine, da sufferentiam.

L. De scripturis quæstio.

Cui talia precanti, hæc Proconsul injecit: Habes ego scripturam aliquam in domo tua? Et respondit: Habeo, sed in corde meo. Et Proconsul: In domo, inquit, tua habes, an non? Emeritus martyr ait. In corde meo illas habeo. Rogo Christe: Tibi laudes: Libera me Christe: In nomine tuo patior, breviter patior, libenter patior, Christe non confundar. (a) 2. Cor. 3. *O martyrem Apostoli (a) memorem, qui legem Domini conscriptam habuit non atramento, sed Spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus! O martyrem legis sacræ idoneum diligentemque custodem, qui Traditorum facinus perrhorrescens, scripturas Dominicas, ne perderet, inter secreta sui pectoris collocavit! Quo cognito, Proconsul: Parce, inquit. Ejusque confessionem in Memoriam una cum cæteris confessionibus redigens* (est memoria locus ubi Acta Procunsularia asservabantur) *Pro meritis vestris omnes, inquit, secundum confessionem vestram pœnas meritas persolvetis. Sed jam ferina rabies ore cruento tormentis martyrum saginata langucbat.*

LI. Necessitas celebrandi Dominici.

Sed cum Felix nomine, & passione processisset in prælium, aciesque Domini omnis incorrupta invictaque perstaret; tyrannus mente prostratus, voce demissus, anima, & corpore dissolutus: Spero vos, inquit, hanc partem potius eligere, qua possitis vivere, ut jussiones conservetis. Contra quæ confessores Domini invicti martyres Christi, tamquam ex uno ore dixerunt: Christiani sumus, non possumus nisi Domini legem sanctam usque ad effusionem sanguinis custodire. Qua voce percussus inimicus, Felici dicebat: Non quæro an Christianus sis, sed an Collectam feceris, vel scripturas aliquas habeas. O stulta Judicis, & ridenda interrogatio! Christianus utrum sis, tace; & addidit. Si in Collecta fuisti? Respondit: Quasi Christianus sine Dominico esse possit, aut Dominicum sine Christiano celebrari. An nescis Satana, in Dominico Christianum, & in Christiano Dominicum constitutum, ut nec alterum sine altero valeat esse? Cum nomen audieris, frequentiam Domini disce; & cum Collectam audieris, nomen agnosce. Denique cognosceris a martyre, & rideberis, tali responsione confunderis: Collectam, inquit, religiosissime celebravimus; ad scripturas Dominicas legendas in Dominicum convenimus semper. Qua confessione confusus graviter Anulinus, fustibus cæsum exanimem cælesti Concilio martyrem properantem ad siderea tribunalia expleta passione consociat.

LII. Ampelii confessio & sociorum.

Sed Felicem sequitur alius Felix nomine pariter, & confessione, atque ipsa passione consimilis. Pari etenim virtute congressus, etiam ipse fustium læsione quassatus, animam in tormenta carceris ponens, superioris Felicis est martyrio copulatus. Post hos suscepit certamen Ampelius custos legis, scripturarum divinarum fidelissimus conservator. Hic quærente Proconsule, an in Collecta fuisset; hilaris atque securus alacri voce respondit: Cum fratribus feci Collectam, Dominicum celebravi, & scripturas Dominicas habeo mecum, sed in corde meo conscriptas. Christe tibi laudes refero: Exaudi Christe. Qui cum hæc dixisset, cervicibus contusus, quasi jam in tabernaculum Dominicum cum fratribus relegatur. Hunc sequitur Rogatianus, qui confessus Domini nomen, supradictis fratribus jungebatur illæsus.

LIII. Salus & spes Christianorum Dominicum celebrare.

Quintus vero applicitus, egregie nomen Domini magnificeque confessus, cæsus fustibus, in carcerem retruditur condigno martyrio reservatus. Hunc sequebatur Maximianus in confessione par, in congressione consimilis, in victoriæ triumphis æqualis. Post quem junior Felix, spem salutemque Christianorum Dominicum esse proclamans, cum similiter etiam ipse fustibus cederetur: Ego, inquit, devota mente celebravi Dominicum; Collectam cum fratribus feci, quia Christianus sum. Qua confessione meruit etiam ipse fratribus consociari. At junior Saturninus, martyris Saturnini presbyteri progenies, in certamen optatum festinus accessit; properans patris virtutibus glorioſissimis adæquari. Cui cum Proconsul furibundus diabolo suggerente dixisset: Et tu, Saturnine, interfuisti? respondit Saturninus: Christianus sum

PAGIUS

sum. Non a te quæro hoc, ait, sed utrum egeris Dominicum. Cui respondit Saturninus: Egi Dominicum, quia Salvator est Christus. Quo nomine Salvatoris audito, Anulinus exarsit, & in filium patris instaurat equuleum; extensoque Saturnino: Quid, inquit, Saturnine profiteris? Vide ubi positus sis: Habes scripturas aliquas? Respondit: Christianus sum. Proconsul vero ait: Ego quæro, an conveneris, & an scripturas habeas? Respondit: Christianus sum; aliud non est nomen quod post Christum oporteat nos sanctum observare. Qua in confessione diabolus inflammatus, quoniam permanes, inquit, in obstinatione tua, etiam te oportet tormentis affici. Dic an aliquas scripturas habeas. Et ad Officium dixit: Vexa illum. Ibant in adolescentis latera paternis vulneribus lassi lictores, & adhuc humectantem in ungulis patrium sanguinem cognato filii cruori miscebant. Videres per hiantium vulnerum sulcos de lateribus antea genitoris sanguinem fluere, & cruorem filii paterno permixtum, ungulis rovantibus, emanare.

Saturnini junioris confessio.

LIV. Constans martyris assertio.

At juvenis gemini sanguinis admixtione recreatus, medelam potius quam tormenta sentiebat; & recepta in tormentis fortitudine, fortissimis vocibus exclamabat: Scripturas Dominicas habeo, sed in corde meo. Rogo Christe, des sufferentiam, spes est vitæ. Anulinus inquit: Quare contra præceptum faciebas? Respondit: Quia Christianus sum. Quo audito, parce, inquit. Et statim, cessante tormento, in patrium consortium relegatur. Interea vergebat in noctem, horis labentibus, dies; & consumptis cum Sole tormentis, defecit atra tortorum rabies, & cum sui Judicis crudelitate languebat. Sed legiones Dominicæ, in quibus Christus, perpetuum lumen, armorum cælestium coruscо splendore fulgebat, fortius atque constantius in certamina prosiliebant. Cum vero adversarius Domini tot martyrum præliis gloriosissimis victus, tantisque ac talibus congressionibus superatus, desertus a die comprehensus a nocte, deficiente jam carnificum rabie, profligatus, cum singulis ulterius congredi non valeret; totius exercitus Domini animos percontatur, devotasque confessorum mentes tali interrogatione propulsat: Vidistis (inquit) eos qui perseveraverunt, quid sustinuerint, vel quid in sua confessione perstantes adhuc habeant sustinere? Et ideo qui vult ex vobis ad indulgentiam pervenire, ut salvus esse possit, profiteatur.

LV. *Ad hæc confessores Domini glorioſi martyres Christi, læti ac triumphantes simul non ex Proconsulis dictis, sed ex victoria passionis Spiritu sancto ferventes, fortius clariusque tamquam ex uno ore dixerunt: Christiani sumus. Qua voce prostratus est diabolus, & concussus Anulinus, confu-*

susque omnes sanctos in carcerem trudens, illos martyrio destinavit. Et ne devotissimus fœminarum sexus, florentissimusque sacrarum virginum chorus certaminis tanti gloria privaretur; omnes fœminæ, Christo Domino auxiliante, in Victoria congressæ sunt & coronatæ. Etenim Victoria sanctissima fœminarum, flos virginum, decus & dignitas confessorum, honesta natalibus, religione sanctissima, moribus temperata, in qua naturæ bonum candida pudicitia relucebat, respondebatque pulchritudini corporis fides pulchrior mentis, & integritas sanctitatis; ad secundam palmam restitutam se in Domini martyrio lætabatur. Huic namque ab infantia jam clara pudicitiæ signa fulgebant, & rudibus adhuc annis apparebat rigor castissimus mentis, & quædam dignitas futuræ passionis: denique postquam plena virginitas ultimum ætatis tempus explevit, cum puella nolens, & reluctans in nuptias a parentibus cogeretur, invitamque tradere sponso prædo suggereret; clam se per præceps puella demittit, auriſque famulantibus supportata, incolumis gremio terræ suscipitur; neque fuerat postmodum pro Christo Domino passura, si pro sola tunc pudicitia moreretur. Liberata igitur nuptialibus tædis, illusoque simul cum parentibus sponso, media pene de ipsa nuptiarum frequentia prosiliens, ad ædem pudicitiæ, portumque pudoris Ecclesiam intacta virgo confugit; ibique consecrati Deo dicatique capitis in perpetuam virginitatem sacratissimum crinem inconcusso pudore servavit.

Victoriæ insignе certamen.

Hæc ergo ad martyrium properans florentem pudicitiæ palmam triumphali dextera præferebat. Namque interroganti Proconsuli, quid profiteretur; clara voce respondit: Christiana sum. Et cum a Fortunatiano fratre rogato, ejusque defensore, vanis argumentationibus mente capta esse diceretur; Victoria Respondit: Mens mea est; numquam mutata sum. Ad hæc Proconsul: Vis ire, inquit, cum Fortunatiano fratre tuo? Respondit: Nolo, quia Christiana sum; & illi (a) sunt fratres mei, qui præcepta Dei custodiunt: & paulo post: Anulinus, depositа Judicis auctoritate, ad puellæ persuasionem descendit: Consule tibi, inquit, vides enim fratrem tuum providere cupientem saluti tuæ. Cui martyr Christi: Mea mens est, inquit, numquam mutata sum; nam & in Collecta fui, & Dominicum cum fratribus celebravi, quia Christiana sum. Mox cum hæc Anulinus audisset, furiis agitatus exarsit; & puellam sacratissimam martyrem Christi in carcerem una cum cæteris relegans passioni omnes reservavit.

LVI. Victoriæ constantia.

(a) Mat. 12.

LVII. Hilariani pueri martyrium.

Sed Hilarianus adhuc supererat, unus de natis presbyteri martyris Saturnini, qui ætatem suam parvulam ingenti devotione vincebat. Hic patris fratrumque trium-

triumphis approperans jungi, diras tyranni minas non tam exhorruit, quam in nihilum duxit. Huic cum diceretur: Patrem tuum aut fratres tuos secutus es? subito brevi de corpore vox juvenilis auditur, & angustum pueri pectus ad confessionem Domini totum aperitur in voce respondentis: Christianus sum, & mea sponte atque voluntate, cum patre meo, & cum fratribus feci Collectam. Audiebas patris Saturnini martyris vocem per dulcis filii meatus exire, & confitentem Christum Dominum linguam de fratris exemplo secuturam. Sed Proconsul stultus, non intelligens contra se non homines, sed Deum in martyribus dimicare; nec quia in puerilibus annis ingentes animos sentiebat, putabat puerum tormentis infantiæ posse terreri. Denique amputabo, inquit, & collum tibi, & nasum, & auriculas; & sic te dimittam. Ad hæc Hilarianus; puer patris fratrumque virtutibus gloriosus, qui jam didicerat a majoribus suis tormenta contemnere, clara voce respondit: Quicquid facere volueris, fac: quia Christianus sum. Mox in carcerem recipi etiam ipse jubetur: ingentique cum gaudio vox Hilariani auditur dicentis: Deo gratias. Hic certaminis magni pugna perficitur: hic diabolus superatur, & vincitur; hic martyres Christi de passionis futuræ gloria æterna jugi congratulatione lætantur.

LVIII. Hucusque Acta sanctorum martyrum a Catholicis allegata ad probandum Christianos tempore persecutionis ad Collectam atque Dominicum celebrandum convenire consuevisse. Est plane illorum integra, & sincera fides; non tamen sunt illa ipsa in ea Collatione tunc edita; quæ pura absque aliqua auctoris interlocutione fuisse ipsa Proconsularia Acta putamus; licet ex iisdem Actis (ut auctor qui exscripsit profitetur) accepta essent. At quisnam ille fuerit; non alium quidem quam ex Donatistis aliquem existimamus; qui tamen fideliter hucusque eadem reddidit; quippe qui ex iisdem ipsis, quæ præ manibus habebat Proconsularia Acta descripsit. Sed nescimus, qua occasione, multorum ibi nominatorum martyrum acerbissimæ coram eodem Proconsule instar aliorum habitæ quæstiones desiderentur. Quæ autem post hæc sequuntur usque ad finem, manifestas continent tum in Mensurium Carthaginensem Episcopum, tum etiam in ejusdem Ecclesiæ diaconum Cæcilianum calumnias; dum illum traditorem fuisse librorum testantur, & Cæcilianum ipsorum, quorum hucusque narrata sunt gesta, martyrum necatorem; nimirum, quod illis cibos inferre vetuerit, ob eamque causam iidem fame consumpti fuerint. Proh scelus! eo pervenit schismaticorum procacia (quod sæpius Augustinus deplorat) ut eorum auctores non tantum pœnitentiam egerint de traditione ab ipsis (ut vidimus) facta librorum; quin potius in rabiem atque furorem conversi, tam impudenter in Catholicos fide probatissimos, moribusque sanctissimos, illud ipsum crimen, quod ipsi turpiter perpetrassent, impingerent. Sed quo minus id veritate probare possent, eo magis nocendi mille artibus usi, eosdem maxime pios viros calumniis exagitatos multo temporum spatio vexavere. At hæc pluribus suis quibusque locis sunt opportunius pertractanda.

Acta corrupta a Donatist.

LIX. Calliditas in corrumpendis scriptis.

Hic modo appendicem tantum ad hæc eadem Acta additam recitabimus, apponemusque ad venenum antidotum; quo lector, qui habet eam alibi editam, cautius legat, sciarque pretiosum a vili distinguere. Etenim adeo vafre atque dolose sunt concinnata mendacia, sic fucatæ coloribus fraudes, ac ita blandiloquentiæ circumlita dulcedine, ut prudentem quoque virum, qui non calleat res gestas illorum temporum inter Catholicos, & Donatistas, decipere potuissent. Appendix autem in hunc modum se habet: *Verum quoniam nos (ut supra diximus) schismatis tempus admonuit, confessionibus tantis ac talibus martyrum decreta conjungere, constitutiones sanctissimas amicorum Dei gestis superioribus catenare; necessario breviter cuncta, quæ martyres in carcere ex auctoritate legis divinæ sanxerunt, servandaque posteris reliquerunt, discurram. Nec lapsorum superbiam atque audaciam Traditorum in hac ipsa mea festinatione præteream. Coegit enim me transcendere nihil gestorum fides, amor legis, Ecclesiæ status, salus publica, vita communis. His enim de rebus Ecclesia Catholica sic poterit recognosci, si labes pestifera Traditorum nefandis actibus suis sententiaque martyrum omnibus sæculis declaretur.*

LX. Concilium in carcere.

Postquam igitur supradictos martyres Christi exoptatus carcer recepit, confessores, qui illuc priores retrusi fuerant, victricibus palmis triumphales dexteras venientibus adjungebant. Veniebant præterea ad eumdem locum ex diversis provinciæ partibus alii quoque quamplurimi confessores, inter quos erant Episcopi, presbyteri, diaconi, cæterique clerici, qui legem Domini asserentes, Collectam, Dominicumque constanter, & fortiter celebrabant; quique scripturas Dominicas, divinaque Testamenta de flamma atque incendio conservantes, se ipsos diris ignibus, cruciatibusque diversis, Machabæico more, divinis legibus obtulerunt. Ea igitur tempestate cum horridus carcer, crassæque tenebræ intra se clausos retinerent testes fidelissimos Dei, & ingentia catenarum pondera devota membra vincerent; cum debilitaret fames, fatigaret sitis, frigus

frigus quateret, turba comprimeret, latera ipsa recenti ungularum laceratione disrupta ferverent inter catenas, & ferrum, instrumentaque tormentorum; ex auctoritate legis divinæ; quod sibimet posterisque martyribus conservarent celebrantes Concilium, cælestia decreta condebant. Vere enim vivus ille Spiritus sanctus confessorum mentes æternis aspirando, & divinis colloquiis exercebat: Hæc auctor.

LXI. Convincuntur mendacia Donatistarum.

Sed jam detegere, lector, incipies schismaticorum impudentiam, eorumdemque sibi ipsis sententiam adversantem. Quonam pacto, quæso, in Collatione illa negare potuerunt nullam simul in domum privatam cogendi Synodum datam fuisse persecutionis tempore facultatem; si etiam in carcere Concilium celebrandi, decretaque sanciendi, videtur esse concessum? Ex his quoque evidentius potest intelligi, hanc appendicem ad Acta Proconsularia in Collatione illa edita nequaquam tunc iisdem Actis fuisse conjunctam, nam de eis necessario fuisset mentio facienda, in qua summa rerum versari videri posset, eademque sæpius repetenda. At prosequamur cætera.

LXII. Calumniæ in Mensurium.

Sed post crudelem tempestatem ac persecutoris horribilis minas, quibus Christianam religionem tyrannica rabies infestaverat; quo iterum purior ac serenior Christiani nominis pax æterna lucesceret; non defuit Traditorum omnium callidissima fraus, conspiratioque pestiferorum naufragorum diabolica arte composita; quæ sub prætextu religionis, religionem impugnaret, fidem everteret, divina jura turbaret; maxime cum etiam Mensurius Carthaginensis quondam Episcopus, recenti scripturarum traditione pollutus, sceleris sui amentiam pejore cœpisset ferocia publicare; quippe qui combustorum veniam librorum a martyribus poscere ac implorare debuerat; ut delicta sua majoribus flagitiis cumularet; eo animo sæviebat in martyres, quo divinas tradiderat leges.

LXIII. Calumniæ in Cæcilianum.

Etenim hic tyranno sævior, carnifice crudelior, idoneum sceleris sui ministrum diaconum suum elegit Cæcilianum; idemque lora & flagra cum armatis ante fores carceris ponit, ut ab ingressu atque aditu cunctos, qui victum potumque in carcerem martyribus afferebant, gravi affectos injuria propulsaret. Et cædebantur a Cæciliano passim qui ad alendos martyres veniebant; sitientibus intus in vinculis confessoribus, pocula frangebantur ante carceris limina; cibi passim devorandi canibus spargebantur. Jacebant ante carceris fores martyrum patres, matresque sanctissimæ, & ab extremo conspectu liberorum excussi, graves nocte, dieque vigilias ad ostium carceris exercebant. Erat fletus horribilis, & acerba omnium qui aderant lamentatio, prohiberi pios martyrum complexus, & divelli a pietatis officio Christianos, Cæciliano sæviente tyranno, & crudeli carnifice: Hæc ibi.

Hic, rogo, primum illud lector attendat, quonam pacto Catholici ad convincendos schismaticos, atque probandum Fideles persecutionis tempore ad Collectas celebrandas atque Dominicum convenire solere, ejusmodi Actis uti voluissent, quibus tam aperte Mensurii atque Cæciliani adeo immania scelera probabantur, quorum iidem innocentiam atque integritatem tantopere propugnabant? Vel si hæc erant vera de Cæciliano atque Mensurio; cur eadem Acta martyrum non posunt edita ab ipsis impugnatoribus adversus Catholicos, in duobus illis & aliis Conciliis usque ad Augustini tempora, in quibus postea est eadem causa ventilata; nempe in Romano Concilio sub Melchiade, & Arelatensi paulo post celebrato in eadem causa Cæciliani, aliisque Patrum conventibus, & sæcularibus quoque judiciis, in quibus omnibus perspecta semper fuit atque publice acclamata innocentia Cæciliani, atque retusa Donatistarum procacia? Cur denique cum in ipsis publice habitis inter schismaticos atque Catholicos ea de re jussu Principum Collationibus, tum etiam in tot editis ab ipsis Donatistis, Petiliano, Cresconio, & aliis adversus Catholicos commentariis, non intexuerunt, immo nec meminerunt horum Actorum, quibus tam aperte tum Mensurii, tum Cæciliani tam horrenda facinora comprobantur, ex quibus sententia damnationis illi fuissent jure plectendi?

LXIV. Detegitur impostura.

LXV.

Sed quid ad hæc auctor addat, jam cæteris adjungamus: *Interea martyres Christi* (inquit) *non carceris squallor, non viscerum dolor, non denique ulla rerum penuria commovebat, sed meritis & confessione jam in Domino vicini direxerunt in posteros salutem, quæ communem Christiani nominis progeniem ab omni residua * communione Traditorum secerneret, tali sub comminatione:*

* al recidiva.

Si quis Traditoribus communicaverit, nobiscum partem in regnis cœlestibus non habebit. Et hanc sententiam, sancti Spiritus auctoritate conscriptam, tali comparatione firmabant.

Decreta de traditoribus efficta.

Scriptum est (inquiunt) *in Apocalypsi* (a): *Quicumque adjecerit ad librum istum apicem unum, aut unam litteram, adjiciat illi Deus innumerabiles plagas; & quicumque deleverit, deleat partem ejus Dominus de libro vitæ. Si ergo additus apex unus, aut littera una dempta, de libro sancto radicitus amputat, & sacrilegum facit, & subvertit auctorem; necesse est omnes eos qui Testamenta divina, legesque venerandas omnipotentis Dei & Domini nostri Jesu Christi, ignibus tradi-*

(a) Apoc. 22.

derunt exurendas, æternis gehennæ ardoribus, inextinguibili igne torqueri. Et ideo ut supra diximus.

Si quis Traditoribus communicaverit, nobiscum partem in regnis cælestibus non habebit.

Hæc communicantes singuli ad passionis gloriam festinabant, supremaque testatione unusquisque martyrum cruore proprio consignabat. Exinde Ecclesia sancta sequitur martyres, & execratur perfidiæ Traditores.

LXVI. Donatistæ sese produnt.

Ecce tibi cujusnam sectæ, cujusve communicationis sit auctor qui hæc scripsit, se jam palam prodit; & quam intelligat sanctam Ecclesiam, quam servare tradit martyrum sanctionem de non communicando cum Traditoribus, vel cum iis qui illis communicassent, aperte significat; nimirum conventum Donatistarum, qui penes se esse Ecclesiam arrogabant; quique eos quos arguebant lapsos traditione librorum, ac denique omnes qui illorum fuissent sententiæ vel levi communicatione conjuncti, adeo execrabantur; ut nec per pœnitentiam expiatos dicerent admittendos: ut plane ex iis intelligas (quod S. Augustinus sæpe in eos invehens inculcat) Novatianorum fuisse Donatistas hæredes, ab illisque mutuatos esse venenum; quod tam hic quam superius in præfatione tradat, non communicare debere simulque esse martyres & Traditores: erant hæ voces peculiares Donatistarum; idque solitos ipsos dicere cum refugerent communicationem Catholicorum, S. Augustinus (a) testatur; cum hæc de illis: *Indignum est, dicebant, ut in unum conveniant filii martyrum, & filii Traditorum; & hoc exordio libellos formabant; hæc per suos diaconos proclamari jubebant.* Sed pergit idem auctor:

(a) Aug. l. ad Donatist. post collat. c. 11.

LXVII. Præpositio Donatistarum.

Igitur cum hæc ita sint; quisnam est divini juris peritia pollens, fide præditus, devotione præclarus, religione sanctus, qui judicis Dei memor, veritatem ab errore discernat, a fide perfidiam disjungat, simulationemque fictam a certa & integra sanctitate secludat, separet a stante lapsum, ab integro vulneratum, a justo reum, ab innocente damnatum, a custode legis proditorem, a confessore Christi nominis negatorem, a martyre Domini persecutorem, & unum atque idem esse existimet & Ecclesiam martyrum, & conventicula Traditorum? Nemo scilicet: quoniam hæc inter se repugnant, contrariaque sibi sunt, ut lux tenebris, vita mortuis, sanctus Angelus diabolo, Christus Antichristo, Paulo Apostolo (b) *dicente: Quasi filiis dico; dilatamini & vos, & nolite conjungi cum infidelibus. Quæ enim est participatio justitiæ ad iniquitatem, &c.* Multaque eorum ore versata idem in eamdem sententiam inculcans hæc addit:

(b) 2. Cor. 6.

Quamobrem fugienda bonis, & vitanda est semper religiosis conspiratio Traditorum, hypocritarum domus, Pharisæorumque sententia; ut viam adoptionis filiorum filiarumque Dei in sancta Ecclesia spiritaliter nati, digne incedant, & non alienis facinoribus immersi, pro luce tenebras, pro vita mortem, interitum sibi pro salute acquirant. Talis est Ecclesia Domini, quæ una semper singularisque contra sese & in partes dividi non potest. Sed post teterrimam persecutionis noctem, turbinesque pestiferos tyrannorum, ad deceptionem innocentium, prædamque populorum, diabolus versutia callidissimæ fraudis adinvenit, ut quos aperta persecutionis clade transvorare non valuit, nec in sæculo sacrilego idolorum servitio mancipandos delictorum nexibus in perpetuam perniciem potuit retinere, eos pollutis traditionibus jungens sibi, sub prætextu sanctissimæ religionis extinguat. LXVIII.

LXIX.

En quam exacte, quis qualisve sit auctor, suis se coloribus pingit; nempe ex factione schismaticorum, qui se puriſſimos prædicabant, & Catholicorum communicationem execrabantur, quod semel polluti essent Traditorum communione. Cum alioqui in ipsa sancta Ecclesia numquam fuerit tanta severitas, ut ipsa, quantumvis lapsos, non reciperet pœnitentes, eosque sibi misericordi reconciliatione conjungeret. Donatistæ autem (ut fusius suo loco dicetur) non tantum lapsos, sed qui illis aliquando communicassent, in perpetuum aversabantur. Videas insuper auctorem ex ea quam factam dicit post persecutiones extinctas communicationem cum illis, se prodere, non hoc tempore ipsum scripsisse, sed cum jam esset eadem ex causa ab ipsis schisma conflatum, ac latius propagatum.

LXX. Detegitur Donatistarum impostura.

Sed quod mox addit, cætera quæ essent schismaticorum Donatistarum certa signa atque lineamenta demonstrat; cum sic invehitur in omnia sacrosancta Catholicorum mysteria, quæ omnia illi penitus exhorrescerent: *Denique illi* (inquit) *falsa sacrorum ritus, fictaque mysteria non tam in salutem, quam in perniciem miserorum celebrantur, cum erigit altare sacrilegus, celebrat sacramenta profanus, baptizat reus, curat vulneratus, veneratur martyres persecutor, legit Evangelia Traditor, hæreditatem cœli promittit divinorum testamentorum combustor: quos increpat Dominus & objurgat in Evangelio dicens* (c): *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, &c.* & post alia multa ab illis perperam ex divinis Scripturis citari solita, hæc ab eodem adduntur: *Fugienda ergo & execranda pollutorum omnium congregatio vitiosa, & appetenda omnibus beatissimorum martyrum accessio gloriosa; quæ est Ecclesia sancta una & vere Catholica, ex*

(c) Matth. 23.

qua martyres profecti sunt, & a quibus divina testamenta servata sunt. Hæc etenim sola persecutionis infestæ impetum fregit; hæc legem Domini usque ad effusionem sanguinis conservavit; in hac virtutes sancti Spiritus præsentia frequentantur, baptisma a Salvatore perficitur, vita perpetua reparatur.

LXXI. Videas plane Donatistarum expressa vestigia, de quibus exclamat sæpissime inter alia Augustinus, quod execrarentur collatum a nobis baptismum; qui, & in hoc se habere Cyprianum auctorem gloriarentur, a quo alienum baptisma non sit receptum. Sed de martyribus in carcere constitutis hæc habet in fine:

Quid in Mensurium & Cæcilianum. *Postremo cum nec Mensurius, nec minister ejus Cæcilianus, ab hac immani crudelitate cessare vellent, Anulino Proconsule, aliis persecutoribus interim circa alia negotia occupatis: beati martyres isti corporeis alimentis destituti, paulatim & per intervalla dierum, naturali conditione, famis atrocitate cogente, cesserunt, & ad siderea regna cum palma martyrii migraverunt; præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit in sæcula:* Hucusque auctor. Qui quidem ipsa Acta legitima, dicta Proconsularia, non tantum (ut demonstratum est) multis prætermissis nimia brevitate contraxit; sed inter alia reliquos martyres, non ut cæteros gladio, verum fame in carcere extinctos esse mentitur; quinetiam Mensurium Episcopum Carthaginensem horum malorum auctorem, Cæcilianum diaconum administrum, & plane carnificem extitisse confixit.

LXXII. Vide & mirare, quo sit progressa insania Traditorum; ut cum ipsi quidem (ut ex eorum confessione est recitatum) primum sacros codices tradiderint; inde simul sicut spinæ se invicem (*a*) complectentes, fœdere juncti nulloque tanti criminis dolore percussi & stimulis repressi conscientiæ se innocentissimos esse professi sint; immo & confessorum sibi gloriam jactanter adscripserint, quod petitos sacros codices non dedissent. Sed perinde ac si hæc non satis essent ad impietatem, illud immane facinus addiderunt, ut innocentes Episcopos, ipsumque primæ Africanæ sedis Antistitem Mensurium Carthaginensem, traditionis labe conspergerent, Cæcilianumque successorem ipsius eadem quoque fœdarent turpitudine. Verum, quod superat omne nefas, quod nec majores eorum ausi sunt excogitare, eosdem fuisse carnifices, necatoresque martyrum, hisce falsis martyrum Actis dolos dolis adnectentes, atque mentitis calumniis alias graviores addentes, & callide concinnantes turpiter prædicarunt, ac sceleratissime diffamarunt. Et quasi adhuc parva hæc essent, iidem non solum quos tot tantorumque criminum reos arguebant, sed & universam Catholicam Ecclesiam, quod horum communicatione pollutam esse jactarent, jurato in eam bello, sunt in perpetuum aversati. Hæc est origo & incrementum schismaticorum; hi enim a superveniente Donato (ut demonstrabimus) qui scelus auxit, propagavit, & schisma conflavit, nomen adepti sunt, ut Donatistæ fuerint appellati.

(*a*) *Nah.* 1.

Mira protervia traditorum.

LXXIII. Donatistæ unde.

Antequam autem de Mensurio Episcopo Carthaginensi quæ vera certaque esse noscuntur in medium afferamus, meminisse lector debet superius dictum esse, auctore Optato Milevitano, hunc subrogatum esse in locum Luciani, qui S. Cypriano successit. Rursus vero cum testificatione Pontii diaconi pariter sit declaratum, ante S. Cyprianum neminem Episcoporum Carthaginensium fuisse martyrio coronatum; illud plane inferri posse videtur: Restitutum Episcopum Carthaginensem cujus dies natalis martyrii titulo adscriptus habetur in Martyrologio Romano, quinto idus Decembris collocandum esse inter Mensurium, & Cyprianum, ac pariter subiisse martyrium. Nisi potius dicere velimus, ipsum Restitutum sedisse ante tempora Cypriani; sed sic vocatum esse martyrem (ut de multis aliis accidit) quod Christi nominis causa tormenta passus sit; non autem quod martyrio vitam finierit, ut S. Cyprianus qui percussus gladio martyrium consummavit. Id autem ut magis esse verum existimemus, non tantum illud persuadet, quod nonnisi post Cyprianum Lucianus, & Mensurius usque ad hæc tempora recensentur Episcopi Carthaginenses; sed quod Possidius (*b*), dum meminit tractatus S. Augustini in depositione ejusdem Restituti Episcopi Carthaginensis, nequaquam eum martyrem appellat, sicut nec Cyrum, ejusdem sedis sanctum Episcopum; de quo etiam absque titulo martyrii agitur in eodem Martyrologio pridie Idus Julii.

De S. Restituto Episcopo.

(*b*) *Possid. Indic. c.* 8.

LXXIV. Mensurii causa discutitur.

Quod rursum in primis ad Mensurium Carthaginensem Episcopum spectat; quæ ab eo gesta fuerint usque ad obitum, cum ei successit Cæcilianus, nullo videntur valentiori posse testimonio demonstrari, quam ex ipsis scriptis; quæ iidem Donatistæ adversus eumdem Mensurium publice protulerunt, eademque recitata atque examinata in mutua magna illa facta jussu Principis inter Catholicos atque Donatistas Collatione, in qua quicquid potuit inveniri contra Mensurium atque Cæcilianum ab iisdem schismaticis est diligenter investigatum atque prolatum. Quicquid igitur tunc illi quod proferrent contra Mensurium habuerint, & coram Judice Cognitore ediderint, S. Augustinus (*c*) his recitat verbis:

(*c*) *Aug. in Brevic. Coll. diei tertia, c.* 13.

LXXV. *Tunc Donatistæ aliquantulum prælocuti sunt*

Calumnia in Mensurium. *sunt, quod Mensurius, qui fuerat ante Cæcilianum Ecclesiæ Carthaginensis Episcopus, tempore persecutionis tradiderit persecutoribus sanctas Scripturas. Et hoc ut probarent, legerunt ejus epistolam ad Secundum Tigisitanum datam, qui tunc habebat primatum Episcoporum Numidiæ; in qua epistola videbatur Mensurius veluti de suo crimine confiteri; qui tamen non scripserat se sanctos codices tradidisse; sed potius, ne a persecutoribus invenirentur, abstulisse, atque servasse; dimisisse autem in basilica Novorum quæcumque reproba scripta hæreticorum; quæ cum invenissent persecutores & abstulissent, nihil ab illo amplius postulasse. Verumtamen quosdam Carthaginensis ordinis viros postea suggessisse Proconsuli, quod illusi fuerant, qui missi erant ad Christianorum scripturas auferendas & incendendas, quia non invenerant nisi nescio quæ ad eas non pertinentia; ipsas autem in domo Episcopi custodiri, unde deberent proferri & incendi; Proconsulem autem ad hoc eis consentire noluisse.*

LXXVI. *In eisdem etiam litteris lectum est, eos qui se offerrent persecutionibus non comprehensi, & ultro dicerent se habere scripturas, quas non traderent, a quibus hoc nemo quæsierat; displicuisse Mensurio, & ab eis honorandis etiam prohibuisse Christianos. Quidam etiam in ea epistola facinorosi arguebantur, & Fisci debitores, qui occasione persecutionis, vel carere vellent onerosa multis debitis vita, vel purgare se putarent, & quasi abluere facinora sua, vel certe acquirere pecuniam, & in custodia deliciis perfrui de obsequio Christianorum. Crimen tamen Donatistæ non ingerebant Mensurio, nisi de codicibus traditis; mentitum eum quippe dicebant, quod illi non fuerint codices sancti; & peccatum suum tegere voluisse; quamvis & ipsam fictionem criminarentur.*

LXXVII. *Recitarunt etiam rescripta Synodi Tigisitani ad eumdem Mensurium pacifice data, ubi & ipse narravit in Numidia persecutores quæ egerint, & qui comprehensi, & scripturas sanctas tradere nolentes, & multa mala passi & gravissimis suppliciis excruciati & occisi sunt; eosque honorandos pro martyrii sui merito commendavit, laudans eos non tradidisse scripturas sanctas, illius mulieris exemplo (a), quæ duos exploratores in Hierico, in quibus figurarentur duo Testamenta Vetus & Novum, tradere persecutoribus noluit; quod quidem exemplum si sub hac est figura intelligendum, Mensurium potius adjuvabat. In suis enim litteris Mensurius reprehendebat eos qui scripturas sanctas, quamvis eas non traderent, se tamen habere faterentur; quod mulier illa non fecit; neque enim eos exploratores, qui quærebantur, apud se esse confessa est, sed negavit:* Hæc ibi.

(*a*) *Josue* 2.

LXXVIII. Sed de Mensurio Episcopo hæc quoque Optatus (*b*), quibus ejus constantia commendatur: *Iisdem temporibus* (nempe persecutionis exortu) *Felix quidam diaconus, qui propter famosam nescio quam de tyranno Imperatore tunc factam epistolam appellatus est, periculum timens, apud Mensurium Episcopum delituisse dicitur; quem cum postulatum Mensurius publice denegaret, relatio missa est. Rescriptum venit, ut, si Mensurius Felicem diaconum non reddidisset, ad Palatium dirigeretur. Conventus non leves patiebatur angustias. Erant enim Ecclesiæ ex auro & argento quamplurima ornamenta, quæ nec defodere terræ, nec secum portare poterat, quasi Fidelibus senioribus commendavit, commemoratorio facto, quod cuidam aniculæ dedisse dicitur: ita ut si ipse non rediret, reddita pace Christianis, anicula illa illi daret, quem in Episcopali cathedra sedentem inveniret. Profectus causam dixit. Jussus est reverti Carthaginem; pervenire non potuit:* Nam diem obiit. Et (ut idem subdit auctor) commemoratorium illud redditum est Cæciliano, qui Maxentii tempore, reddita pace Ecclesiæ Africanæ, est suffectus Episcopus. Hactenus res Mensurii Episcopi Carthaginensis.

(*b*) *Optat. contr. Parmen. l.* 1. Mensurii constantia prædicata.

LXXIX. Arguitur calumnia contra Cæcilianum.

De his vero, quæ spectant ad Cæcilianum, cujus integritas sæpe judiciis Ecclesiasticis, omnium Episcoporum sententia, est comprobata, suis loci dicturi sumus inferius: Hic autem illud tantummodo attingendum, nec ipsos Donatistas qui usque ad Augustini tempora vixerunt, cum tam sæpe atque frequenter in pluribus Episcoporum conventibus, ac ipsis sæcularibus judiciis, fuerint prosecuti in Cæcilianum accusationes, umquam vel in novissima publica illa Collatione, cujus facta est mentio, illud in eum objecisse, quod fame coegerit mori in carcere Christianos martyres; sed illud tantummodo, quod nec probari potuit, Cæcilianum vetuisse offerri victum illis qui detinebantur in carcere. Id quidem in Actis Conciliabuli Carthaginensis, quod ab ipsis Donatistis contra Cæcilianum est celebratum, conscripserunt; quæ & ex eodem recitata esse in dicta Collatione, S. Augustinus (*c*) testatur, qui ait: *Et recitatum est a Donatistis Concilium fermeSeptuagintaEpiscoporum contra Cæcilianum apud Carthaginem factum, ubi eum absentem damnarunt, quod ad eos venire noluerit, tamquam a Traditoribus ordinatus; & quia cum esset diaconus, victum afferri martyribus in custodia constitutis, prohibuisse dicebatur:* Hæc ibi. At nequaquam crimini tunc ab illis datum est, quod (ut subdolus auctor dictæ appendici addidit) vel unus saltem ea ex causa fame perierit; ut plane videas eadem postea ab impudente auctore fuisse conficta, quæ

(*c*) *Aug. in Brevic. coll. diei* 3. *cap.* 14.

quæ antea tot Episcopi Donatistæ nec ausi sunt excogitare, dare crimini, & calumnias in Acta referre.

LXXX. Appendix commenticia.

At quis doloſi hominis ſtropham non intelligat? Quod enim ſciret a majoribus ſuis minime probari potuiſſe, Cæcilianum denegaſſe martyribus victum; veris certiſque martyrum Actis attexuit appendicem *illam*; idque tunc eum perſtitiſſe cum in magno illo Collationis conventu convicti Donatiſtæ poſteriores tulerunt, & a cauſa penitus exciderunt; nam ante illud tempus, agitata pluribus Conciliis cauſa Cæciliani, Romæ, Arelati, & alibi, nihil prorſus hujuſmodi fuit a Donatiſtis in Cæcilianum objectum. Quod ſi ejuſmodi Acta extitiſſent, quibus ſolis Cæcilianus damnari potuiſſet; eadem in Conciliis, Collationibus, Actiſque Proconſularibus, in quibus omnibus conventibus, quæcumque valuerunt, non prætermiſerunt congerere in Cæcilianum; utique magno præconio edidiſſent; quin in libellis ad Conſtantinum Imp. in eumdem ſæpe conſcriptis, eorumdem Actorum ſaltem iidem meminiſſent; ſicque univerſæ plane innotuiſſent Eccleſiæ; nam Imperator (ut dicemus) quæcumque in Cæcilianum a Donatiſtis eſſent objecta, exacte in Epiſcoporum voluit examinari conventibus.

LXXXI. Defenditur Cæcilianus.

Sed etſi verum eſſe daretur, quod illi *in dicto Carthaginenſi Concilio Cæcilianum* vetuiſſe ad martyres victum inferri dixere; ſi, inquam, id vere accidiſſe conſtaret; idque illi dicere, atque etiam probare potuiſſent, quod conſcientia malæ cauſæ nec inter alias fictas accuſationes proponere auſi ſunt; certe quidem ex iis, quæ dicta ſunt ex litteris Menſurii a Donatiſtis editis ac publice recitatis, dicendum utique eſſet, id ſancte pieque a Cæciliano geſtum eſſe non in martyres, ſed in nebulones illos ac paraſitos, turpeſque homines, quorum Menſurius dictis litteris meminit, cum ſcilicet (ut ait) ſycophantæ quidam vellent ea arte comparare pecuniam, & in cuſtodia in deliciis vivere de obſequio Chriſtianorum: qualeſnam ejuſmodi eſſe ſolerent nomen martyrum nundinantes; jam exemplum patens ſuperius recitavimus de Peregrino illo famoſiſſimo, cujus res geſtæ extant apud Lucianum conſcriptæ. Ejuſmodi igitur balatronibus ea ex cauſa (ut Peregrinus ille) ſe martyribus adjungentibus, qui magno Chriſtianæ religionis dedecore negaturi mox eſſent, prohiberi a Chriſtianis ſolita in martyres conferri ſubſidia, pecuniam, vel alimenta contribui; pietati adſcribendum erat, non crimini dandum. Si quid ergo hujuſmodi a Cæciliano pio ſtudio factum eſt, inde hoſtes ejus implacabiles qualemcumque captantes arripienteſque calumniarum occaſionem, dicebant Cæcilianum alimenta in vinculis detentis martyribus denegaſſe; ſed & perfricta fronte illud ſubdole addebant, ab eodem martyres omnes necatos eſſe.

LXXXII. Detegitur penitus impoſtura.

Verum vafer impoſtor, quod conſtaret ex aliis Actis ſanctorum martyrum (quod & ſuperius vidimus) Chriſtianos detentos in carcere interiori, quibus negaretur omne ſolatium fraternæ viſitationis atque ſubſidii, Fiſcali cibo nutriri ſolitos; velamentum mox addit mendacio: nimirum Anulinum Proconſulem illorum oblitum fuiſſe, aliis negotiis occupatum: egregie ſcilicet; perinde ac non Proconſul, ſed cuſtos carceris, cujus id operis eſſet, Anulinus fuiſſet. Sed cum nec cuſtos carceris id abſque capitis ſui periculo tentare potuiſſet, ut quemvis facinoroſum in carcere poſitum ſineret fame perire; cur non potius juſſu Proconſulis id factum dixit? aperiam paucis: Ne ſcilicet ſic a culpa liberaret Cæcilianum; perinde ac ſi in eum omnem curam atque cuſtodiam carceris Proconſul rejeciſſet; quo nihil ſtultius effingi poteſt. Sed jam de his ſatis; quæ quidem haud oportuit prætermiſiſſe, ne ſcilicet cauſa tot ſententiis definita, penes aliquem rem minus exacte perveſtigantem, obtentu Actorum ſanctorum martyrum, revocari in dubium facile poſſet.

LXXXIII. De celebratione Dominici.

Quod autem ſuperius in recitatis Actis fit demonſtratum, flagrantis perſecutionis etiam tempore ſolicitos fuiſſe Chriſtianos celebrare Dominicum, nempe (ut alias pluribus declaravimus) ipſum ſacroſanctum ſacrificium incruentum; ut nefas putarent, quovis impetu perſecutionis urgente, dimittere; ſed (quod coram Proconſule profeſſi ſunt potius mori paratos ex inſtituto fuiſſe, quam illo carere: cum hæc exemplo Africanorum martyrum in Eccleſia Occidentali ſatis eſſe demonſtrata videri poſſint; de eadem Eccleſiaſtica diſciplina in Orientali Eccleſia hoc ipſo tempore exemplum editum hic attexere, dignum exiſtimavimus. Extant Acta (*a*) martyris Anyſiæ, ex antiquioribus monumentis in lucem reddita, ubi, quo modo Theſſalonicæ paſſa ſit, breviter narratur his verbis.

(*a*) *Metaph. die 30. Dec.*

LXXXIV. Acta martyris Anyſiæ.

Tunc cum perſecutio Diocletiani ac Maximiani ardentius graſſaretur, cogitatio venit in mentem Anyſiæ, ut iret ad Dominicum; id autem erat Angelus, qui eam vocabat ad paſſionem martyrii. Cumque ingrederetur portam Caſandrioticam, excitatus eſt tumultus in populo. Deinde cum eam vidiſſet quidam ex ſatellitibus Imperatoris, & eſſet ab ejus fauciatus pulchritudine, vel ab ipſo potius diabolo incitatus; ei factus obviam: Sta, inquit, & dic quo vadis. Illa autem videns ejus inſolentiam, & immoderationem, & mente agitans tentationem; digito fecit in fronte ſignum Crucis. Ille vero plane fera, & fera ſævior, non reveritus eſt generoſum & decorum ſilentium; ſed ſe contumelia affectum, & deſpectum arbitratus, cum eam apprehendiſſet, voce aſpera eam agreſtius interrogabat, quænam eſſet, & quo proficiſceretur. Agna autem Chriſti, volens inſolitum devitare conſpectum, voluit eum brevi reſponſo ſuperare: Sum Chriſti ancilla, & vado ad Dominicum. Ille autem inſolens, impulſus ab eo qui in ipſo habitabat, dæmone, dixit: Sed non ſinam te illuc proficiſci, ſed te adducam ad diis libandum. Solem enim hodie colimus. Et ſimul hoc dicens, velum traxit volens vultum ejus detegere. Illa autem generoſe, & fortiter reſiſtens, in ejus faciem inſpirans, dixit: Increpabit te Chriſtus Jeſus, diabole. Ille autem ea ſufflatione, & nomine Chriſti motus ad iram, quæ cohiberi non poterat; ſtricto quem ferebat gladio, eo latus ejus transfodit; quæ ſtatim cum tremore & palpitatione membrorum in terram cadens, eam ſancto ſanguine reddens purpuream, exſpiravit. Hucuſque de martyrio ejus; quæ occaſione Dominici peragendi voluimus recitaſſe. Quod etſi ſciamus eamdem vocem pro Dei templo interdum accipi ſolitam; tamen quod eccleſiæ omnes ſolo æquatæ fuiſſent; ex aliis ſuperius recitatis de celebratione Dominici, nonniſi ſacrificium Miſſæ poſſe intelligi, ſatis eſt declaratum. Mentio habetur in iiſdem Actis Anyſiæ, ab Imperatoribus illud quoque fuiſſe promulgatum edictum, ut cuilibet volenti liceret ſine pœna occidere Chriſtianum.

LXXXV.

(*a*) *Euſeb. l. 8. c. 13.*

Martyres paſſi in Palæſtina.

Sed quæ ſunt anni hujus reliqua proſequamur. Euſebius (*a*) dum de hoc ſecundo perſecutionis anno (ſic ipſe numerat) meminit, agens de rebus in Palæſtina tunc geſtis, hæc ait: *Secundo anno jam adventante, cum bellum contra nos vehementius exardeſceret, & litteræ Imperatorum, in quibus generali edicto præceptum erat, ut univerſa plebs in ſingulis civitatibus idolis immolare & libamina offerre cogeretur, jam primum ad Urbanum id temporis provinciæ illius Præfectum perlatæ eſſent; Timotheus Gazæ urbis Palæſtinæ inſinitis prope tormentis exantlatis ad extremum in rogum lentius aliquanto & remiſſius exardeſcentem impoſitus, maxime germanam germanæ erga Deum pietatis probationem per patientiam in omni cruciatus genere oſtentatam demonſtravit; & coronam, quæ ſanctis Dei athletis pro pietatis victoria certantibus tribui ſolet ad extremum reportat. Tempore autem ejus martyrii Agapius & Thecla, quæ noſtra vixit ætate, conſtantiam animi maxime generoſam declarantes, beſtiis ex ſententia judicis traduntur devorandi.*

At quis tandem eſt, qui illa quæ ſequebantur, aut oculis conſpicatus non miraretur, aut ſolum auditione accipiens non obſtupeſceret? Nam dum Gentiles publica feſta inter ſe celebrabant, & conſueta agebant ſpectacula; inter alia quæ magnopere ipſis in optatis erant ad contemplandum, crebro hominum ſermone ferebatur, Chriſtianos, qui dudum erant ad beſtias damnati, certamen confecturos.

LXXXVI. De Timolao & ſociis martyribus.

Cum vero hujus rei fama latius manaret, & apud omnes paſſim vagaretur; adoleſcentes numero ſex, quorum unus genere Ponticus, nomine Timolaus; alter ex Tripoli urbe Phœniciæ, qui Dionyſius nuncupatus fuit; tertius Eccleſiæ Dioſpolis ſubdiaconus, qui Romulus dictus eſt; quartus Pauſis, & quintus Alexander, uterque Ægyptius; ſextus hujus gentilis Alexander ex urbe Gaza; propriis manus, quo ardentem martyrii cupiditatem ſignificarent, ante colligantes, ad Urbanum, qui jam beſtias ad Chriſtianos dilaniandos emiſſurus eſſet, curriculo currunt, ſeque Chriſtianos libere confitentur; atque ipſa ſua propenſione tamquam ad aciem inſtructa, & ad quodque diſcrimen admodum parata, liquido declararunt, eos, qui in vero Dei omnium rerum fabricatoris cultu gloriantur, violentas immanium ferarum incurſiones nequaquam formidaturos. Unde profecto tum ipſum Præſidem, tum illos qui cum eo erant, in repentinam admirationem traducentes, extemplo in carcerem contruduntur.

LXXXVII. De Agapio & Dionyſio.

Non multis diebus poſt alii duo fuere in eorum numerum adſcripti; unus qui acerba & varia tormenta propter fidei ſuæ confeſſionem variis temporibus oſtentatam antea exhauſiſſet, Agapius nomine; alter qui res ad corporis uſum neceſſarias illis martyribus ſubminiſtraſſet, Dionyſius appellatus; omnes iſti octo numero, uno die nempe vigeſimoquarto menſis Dyſtri, hoc eſt, ad nonum Kalendas Aprilis, in ipſa Cæſarea ſecuri percuſſi obeunt. Quæ autem poſt hæc Euſebius addit, anno potius ſequenti, quam præſenti contigiſſe, demonſtrabimus ſuo loco. Interea quæ hujus anni rerum geſtarum reliqua eſſe videntur, adjiciemus.

LXXXVIII. Acta Marcellini Papæ & Concilii.

Hoc eodem anno, iiſdemque Conſulibus, Acta Concilii adverſus Marcellinum Papam habiti notata habentur, nempe (ut in eis legitur) decimo Kal. Septembris Diocletiano octavum & Maximiano ſeptimum Conſulibus; quæ quidem Acta licet admodum depravata, tamen, qualiacumque ſint, hic deſcribere, deque eis diſſerere, noſtri muneris eſſe ducimus. Cumque eadem triplicis editionis edita habeantur, noviſſimam nos ſequemur, quæ medium locum obtinet; non quod ejus lectio in omnibus arrideat, ſed quod ſit legentibus facilioris intelligentiæ, viſis

sis ac cognitis eisdem in Cresconiana Collectione, ac etiam aliis scriptis codicibus. Narrato jam in eis Marcellini lapsu, quem summatim perstrinximus, ac suo loco posuimus, & quid de eis esset sentiendum pariter differuimus; hæc ibidem posita mox sequuntur, suis ubique titulis prænotata:

De Synodo, & de negatione Marcellini quod thurificasset.

LXXXIX. Synodus in crypta Sinvessana. *Facta est itaque Synodus; non tamen collecti sunt in integro sacerdotes; quia curriculus vergebatur persecutionis. Veniens autem Episcopus Marcellinus, negabat se thurificasse. Nam dixit, & hanc sententiam proposuit; quia dimiserant eum, qui cum eo esse videbantur in eodem loco presbyteri, Urbanus, Castorius, & Juvenalis, & diacones Caius & Innocentius. Synodus autem universa hoc dixit: Cunctorum judicio tu eris Judex; ex te enim damnaberis, & ex te justificaberis, tamen in nostra præsentia; illuc vero dum veneris ad judicium tuum, ex te tunc damnaberis, & ex te justificaberis; tu enim* *al. tui eris. *Judex, tu reus *. Presbyteri autem & diacones (quoniam Pontificem, qui eos creavit in ordinem presbyterii, vel diaconatus honorem, & dimiserunt aream *, & evacuerunt horreum) ad probandum eos, admisso ordine, intrent examen, quoniam evacuerunt horreum. Debuit enim Pontifex potius mori cum quinque, quam ut viveret suo judicio condemnatus. Introivit autem universa Synodus in cryptam Cleopatrensem, in civitate Sinvessana; & quia tota multitudo non recipiebatur in crypta Synodi, quinquageni introibant.*

*al. arcam.

XC. *De damnatione Urbani & Castorii, & testimonio Episcoporum adversus Marcellinum urbis Romæ Episcopum.*

Prima sessio. *Prima autem die introierunt hi, damnantes Urbanum, Castorium, & Juvenalem presbyteros, & diacones Cajum & Innocentium. Hi sunt qui introierunt Episcopi, audientes, non tamen judicantes Pontificem: Petrus, Castorius, &c. omnes numero quinquaginta.* Quarum autem Ecclesiarum Episcopi fuerint, non exprimitur; sunt tamen quædam nomina composita, quæ Africanis Christianis peculiaria esse solerent, ut Habetdeum, Spesindeo, & Beneservatus. Sed sequitur: *Hi introeuntes in cryptam propter metum Augustorum, uno ore quasi trecenti, uno die in Concilio judicantes damnaverunt Urbanum, Castorium, & Juvenalem presbyteros, & diacones Caium & Innocentium, qui* *al. quia. *qui evacuaverunt, & dimiserunt aream apertam, ut introiret immundus & comederet triticum; presbyteros & diaconos damnabant, qui Marcellinum Papam dimiserunt; ipsos etiam judicabant; non tamen judicabant Pontificem, quia sic ex uno ore erant concordati *, ut intra horum septuaginta duorum testimonia, ipse Judex, ipse reus, ipse semetipsum in præsentia eorum se innocentem servaret: aut infidelem se damnaret; quoniam in septuaginta-duorum libra Occidua in * reparationem surgit annus.* * al. per.

XCI. *Hoc quoque factum est novi, ut introiret unus de testibus, qui cum haberet uxorem & filios ex ea, ipse tamen illi spretæ adulteram superinduxit, & dedit uxori repudium. Et introeuntes alii decem & alii quatuor, dicentes: Nos te vidimus mittentem, & thurificantem Herculi, Jovi, & Saturno.* Cum in templum Vestæ & Isidis introductus a Diocletiano Marcellinus dicatur in iisdem Actis superius enarratis; cur non illis, sed aliis diis ibi thurificasse narretur, causam non invenio; cum secundum diversa numina, distincta quoque esse solerent templa deorum, ac eorum pariter cultus; nec in templo Vestæ coli Jovem, vel in templo Jovis Vestæ sacra fieri solita, vel Marti, aut alii cuipiam, certum sit. Quamobrem hac quoque ex parte eadem Acta impostura suspicione laborant. Sed sequitur.

XCII. *Dixit ergo Marcellinus: Quo die? Respondit unus eorum, & dixit: Quo die exuisti purpuram, & induisti coccum, & gaudebat super te Diocletianus, & quos paulo ante negabas ante tribunal, eis thurificabas. Athanasius Episcopus dixit. Ita ne vera sunt quæ testantur isti? Et respondit Petrus Episcopus, & dixit: Loquere Pontifex, & judica causam tuam. Et subscripserunt quinquaginta Episcopi qui supra dicti sunt, cum quatuordecim viris, qui uno ore loquebantur de septuagintaduobus, & firmabant judicium.* Quid autem per libram occiduam intelligatur, anno superiori, cum de Marcellini lapsu actum est, pluribus diximus.

XCIII. Secunda sessio. *Alia autem die venerunt triginta tres presbyteri Urbis Romæ, & in eorum judicio Urbani, Castorii, & Juvenalis presbyterorum, & Caji & Innocentii diaconorum damnationem integram perspexerunt; ac ipsi de suo ordine, suo judicio justitiam tenuerunt, dicentes: Amisso ordine, negent se esse horum qui sunt socii Ecclesiæ. Convenientibus autem eis secundo die post damnationem presbyterorum Urbani, Castorii, & Juvenalis, Caji & Innocentii diaconorum; venerunt alii quinquaginta Episcopi, & introierunt in cryptam propter tempestatem temporis; introivit & Marcellinus Urbis Romæ Episcopus, tum adhuc nomen tenens Episcopatus; nondum enim fuerat damnatus, nisi numerus secundum ordinem Synodi libræ probaret exemplum. Introivit autem Castinus Carpontanus, & reliqui quinquaginta numero.*

* al. Athanasius

*De responsione Anastasii * & Antimi Episcoporum.*

XCIV. *Responderunt Anastasius & Antimus Episcopi, & dixerunt: Tuo ore judica causam tuam, & non nostro judicio; solve conditionem. Respondens autem Sebastianus Episcopus, dixit: Noli audiri a nostro judicio; sed collige in sinu tuo causam tuam, & introduc testes, ut testificentur veritatem; quoniam ex te justificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis; quoniam recte præscripti Patres nostri & Coepiscopi damnaverunt, sicut & nostro ore petimus, & uno conformi judicio damnavi Urbanum, Castorium, & Juvenalem presbyteros, Caium & Innocentium diaconos. Unde quia isti ex spelunca fugerunt, & sæpe fatum Marcellinum Episcopum dimiserunt: amisso ordine, intrent examen; quia omnes tegulæ (dicit Petrus Episcopus) dum formatæ in fornace fuerint coctæ, iterum coquuntur Sole & pluvia, & ibi probantur, ut sint super habitaculis hominum.*

XCV. *Moram ergo non facientes (ut damnationi eorum jam ante dictorum subscriberent hi quinquaginta Episcopi) omisso ordine, introierunt in Synodum. Et ecce introierunt & quatuordecim testes, qui dicebant se vidisse Marcellinum thurificantem. Respondit unus Episcopus nomine Sallustius, dicens: Dicite coram veritatem. Respondit Petrus & dixit ad Marcellinum Episcopum: Jam audi Pontifex, & judica causam tuam; quoniam ex ore tuo justificaberis, & ex ore tuo condemnaberis: quoniam nulla membra sana esse possunt, si caput mœstum fuerit. Respondit Marcellinus Episcopus, & dixit clara voce: Non diis sacrificavi; sed tantum-* * al. levata manu. *grana thuris, levatis * manibus super prunas combussi. Levaverunt se omnes quinquaginta præscripti Episcopi, dicentes ad quatuordecim testificantes. Quid vidistis hunc facientem? Qui ex ore suo testati sunt, quasi uno ore loquentes. Et subscripserunt omnes quinquaginta Episcopi in testata quatuordecim virorum, ita ut vigintiocto complerentur cum participantibus. Unus autem de Episcopis, nomine* * al. Cyrillus *Quirinus *, dixit: Infudisti cor tuum Pontifex malitia, quod decem & octo annis sanctificaw eras * castitate: Præsul, vulnerasti omnia membra tua; propterea ergo non recedam de omni cœtu Synodi, donec purpureum * cor tuum manifestetur.*

* al. siccaveras * al. perpurum

XCVI. Tertia sessio acta Synodi contra Marcellinum. *Altera autem die hi ducenti Episcopi constituerunt, quatenus & ipsi introirent in Synodum; & facta collocutione simul cum præscriptis centum, sederunt in eadem civitate, omnesque uno examine trecenti alligaverunt, & damnaverunt hos, Urbanum, Castorium, & Juvenalem presbyteros, Caium, & Innocentium diaconos. Respondit Sebastianus Episcopus: Huic tribunali, nostro sermone, nostro chirographo, nostro eloquio, nostro auxilio, nostra constantia, & veritate fixa, & præclara dispositione auditionis exhibemus ligamen. Non enim nostro ore justificaberis, aut nostro ore condemnaberis. Quapropter consue tunicam tuam, & quam paulo ante induebas sutam, modo conscissam consue ex toto corde tuo, & ex manibus tuis involvere in peccato tuo, Marcelline Pontifex Romæ. Respondit Urbanus Episcopus ad Sebastianum Episcopum, & dixit: Introducantur testes viri veridici numero quadragintaquatuor, ut libra Occidua compleatur a multis, quod * a multis factitatum * est. Et introierunt testes, Tranquillinus, Priscus, Bonus, & reliqui.*

* al. quoniam. * al. fabricatum.

XCVII. *Singulis autem adstantibus in gremio trecentorum Episcoporum, & triginta presbyterorum Romanorum, & vigintiocto testium prædictorum, ut libra compleretur; quoniam duodecim unciis in libra prolabitur census, & in septuagintaduobus comparentibus damnabitur Præsul; respondit Quiriacus Episcopus, & dixit ad Marcellinum: Nunc cognosce * universum velamen cordis tui; judica ipse causam tuam, & disjectam a te maceriem tu ipse scrutare; non enim nostro, sed tuo ipsius judicio condemnaberis, nostro autem testimonio excusaberis. Nihil time, quoniam nos in tui damnationem nihil opponimus causale, nihil defendimus; sed damnamus eos qui evacuaverunt templum, & dimiserunt fabricam manu desuper constructam, ut introirent lupi, & facerent speluncas, & comederent agnos immaculatos; & eos, qui ex veteri ad novum venerant, inveterarent. Te enim non condemnamus, Præsul; quoniam ex ore tuo justificaberis, & ore tuo condemnaberis.*

* al. cognoscis

XCVIII. *Marcellinus autem in conspectu Synodi cecidit in terram; ibi ergo jacentem & moram eum facientem damnaverunt. Synodus autem & presbyteri triginta clara voce chirographum firmaverunt super Urbanum, Castorium, & Juvenalem presbyteros. Hi autem subscripserunt in damnationem horum quinque, Urbani, Castorii, & Juvenalis presbyterorum, & Caii & Innocentii diaconorum. In * autem trecentorum Episcoporum caput cinere involutum habens Marcellinus Episcopus Urbis Romæ, voce clara clamans, dicebat: Peccavi coram vobis, & non possum in ordine esse sacerdotum, quoniam avarus corrupit me auro. Subscripserunt igitur in ejus damnationem, & damnaverunt eum extra civitatem. Sacerdos nomine Melchiades * Episcopus subscripsit primus in ejus damnationem, non tantum pro hoc tempore (quod exigebat ordo) sed etiam in exemplum futuri temporis; quoniam & ipse clara voce dicebat: Juste ore suo condem-*

* Synodo Confessio Marcellini.

* al. Melchiades

*natus est, & ore suo suscepit anathema Maranatha; quoniam * ore condemnatus est. Nemo enim umquam judicavit Pontificem, nec Præsul sacerdotem suum. Quoniam prima sedes non judicabitur a quoquam.*

* suo

XCIX. *Hoc autem facto, Diocletianus, cum esset in bello Persarum, audivit quod trecenti Episcopi & triginta presbyteri, & tres diacones in eamdem condemnationem convenissent, quodque dum subscriberent omnes, ipse omnium primus Marcellinus manu sua propria concluserat in suum anathema, anathemati subscribens. Et iratus Diocletianus, in eamdem civitatem misit, & multos Episcopos ad coronam martyrii traxit. Factum est autem nihil aliud, nisi quod, dum primo damnati fuissent tres presbyteri, & duo diacones, damnatus est Marcellinus Episcopus suo judicio, decimo Kalendas Septembris, Diocletiano octavum, & Maximiano septimum Consulibus:* Hucusque Acta Synodalia.

C. Quæ quidem cum multa habeant, quæ ipsis jure posse objici videantur; ut in re valde dubia, quid de his sentiendum esset, noluimus in prima editione nostro arbitrio definire, sed cuncta subjecimus eruditorum judicio; licet nonnihil in eam procliviores visi essemus esse sententiam, ut recitata nuper Acta Synodi fuerint commentitia. In hac autem quam postremo cudimus, editione, re graviori lance perpensa, & sagaciori indagine disquisita, aliqua addenda esse putamus, quæ æquus judex pro adversæ partis defensione edenda, jure potuisset exigere. Resideat in throno suo gravis, & veneranda, quantumlibet obsita pannis, antiquitas, quæ majestate sua, ab invitis licet, extorqueat reverentiam, sed & impe ret jure suo, magna esse æstimatione habenda quæque vetera monumenta, licet temporis appareant edacitate corrosa; quo fit, ut quodlibet obtectum, consumptumque vile numisma rubigine, minime projiciendum esse censeat, sed velit omni industria periti manu artificis expoliri, unde sæpe contingat, ex parvis quibusdam signis, & notis nonnulla præclara admodum in lucem ferri.

CI. His igitur admoniti, eadem Acta accuratius intuentes atque attentius considerantes, procul absumus, ut ea penitus rejicienda putemus; atque longe longius abhorremus, ut eadem Donatistis adscribenda esse velimus. Quid enim illi finxisse dici possint, quæ non noverunt, neque aliquando eis usi esse reperiuntur, prout ex iis quæ superius dicta sunt, satis aperte est demonstratum? Sed jam ad hæc elucidanda veniamus. Quænam autem sint, quæ recitatis Concilii Actis repugnare videantur, e priori nostra hic reddamus editione, atque illa in primis, quæ dicta sunt superius adversus Donatistas lapsum Marcellini, & aliorum Romanorum Pontificum astruentes, sed nulla ex parte probantes; quod si nullus umquam lapsus Marcellini valuit demonstrari, certum est nec de lapsu potuisse agitari judicium, & Concilium congregari. Sed & illud ad exactius redigatur examen: Quonam pacto potuit accidisse, ut hoc potissimum tempore, quo hujus persecutionis flagraret incendium, & Imperatorum toto Orbe Romano in Christianos acerbior ira æviret, valuerit trecentorum Episcoporum cogi conventus, paulo minor majori illo, qui sub maxima omnium Ecclesiæ pace, totis viribus adnitente Constantino Imperatore, Nicææ in Bithynia fuit postea congregatus? Insuper quod ad locum pertinet; nulla prorsus de crypta Sinvessana, dicta Cleopatrensi, usquam mentio, vel levis memoria reperitur.

CII. Sed & in eo etiam error manifestus redargui posse videatur, dum in fine eorumdem Actorum (ut vidimus) de Diocletiano traditur, hoc ipso anno, sub ejus Consulatu octavo, & Maximiani septimo, expeditionem adversus Persas comparasse; quos tamen (ut suo loco superius dictum est) apparet ante biennium fuisse superatos. At quonam modo, quæso, hoc anno Diocletianus erat in procinctu cum exercitu adversus Persas, quem sententia Eusebii, & nonnullorum aliorum, hoc ipso anno vigesimo sui Imperii, secundo vero persecutionis in Christianos conflatæ, se Imperio abdicasse constat, vel secundum alios anno sequenti, mense Aprilis? quod omnes pariter tradunt ab eo Nicomediæ esse factum, ubi tunc agebat, & non alibi, ut auctor ille finxisse dici posse videatur; cum & superius Cassiodori Chronicon aperti mendacii sit redargutum, dum post annos tres, nempe sub Consulatu sexto Constantii, & Galerii Maximiani, ponitur ibi de Persis ac Parthis Diocletiani triumphus, tertium plane post annum ex quo ipse se Imperio abdicavit; quo nihil absurdius dici potest.

Hæc quidem adversus Concilii Acta proposita, etsi fortia videantur, nequaquam tamen hujusmodi esse reperimus, ut ex eis eadem Acta falsa penitus convincantur. Nam in primis, quæ superius in Marcellini lapsu negando sunt dicta, contrariis assertionibus esse labefactata, monstravimus. Quæ vero ordine sequitur vehementior de numero trecentorum Episcoporum objectio, nec quidem ejusmodi est, ut ipsa Acta spuria omnino esse redarguat, quod tunc perspicue, lector, intelliges, si tempora temporibus conferens, ex similibus discas hæc esse verisimilia. Accipe igitur antiquiora, ex quibus

bus recentiora captu difficiliora valeas intelligere.

CIII. Cum urgeret acerbissima illa sub Decio persecutio, & præ cæteris Romanam exagitaret Ecclesiam; & cum jam ejus Episcopus Fabianus martyrio coronatus, atque pars Cleri Romani conjecta in carcerem esset; qui reliqui erant Romanæ Ecclesiæ clerici, in anni unius interregno (non enim sinebat ingruens persecutio ob collegas detentos in carcere substituere Episcopum successorem) non unius tantum Urbis ipsius, sed totius Orbis protinus suscepere gubernandam Ecclesiam; qui in primis de martyrio Fabiani Pontificis litteras dedere ad longe etiam positas transmarinas Ecclesias; alias etiam addidere, quibus commonerent Episcopos illos persecutionis furore bene præesse suis Ecclesiis; adjecere alias redarguentes qui segniter agere viderentur. Excitata insuper eodem tempore de lapsis recipiendis non levi controversia, præter litteras ab illis de his datas ad S. Cyprianum, & universam Africanam Ecclesiam, iidem Romanæ Ecclesiæ clerici collegere Concilium cum ex Italiæ, tum ex aliarum remotiorum provinciarum Episcopis illis, qui ob persecutionem extorres ad præsidia Ecclesiæ Romanæ confugissent. Ubi & de recipiendis lapsis in eodem Concilio sancito decreto, illud ipsum in universo Christiano Orbe datis litteris promulgarunt.

CIV. At si quis tot hæc, & tanta, adeoque sublimia a parte dumtaxat Romani Cleri, quæ libera a vinculis esset, potuisse præstari, & exhibita omnino esse, absque dubitatione aliqua sed sine auctoritate asseveraret; quis non crederet esse commentum, & quidem inepte compositum, ab omni fide procul abhorrens? Sed & si quis ad hæc probanda, Acta aliqua pervetusta, eadem tam grandia facta narrantia, exhiberet; nonne continuo suboriretur de impostura suspicio, vel potius de figmento constans assertio? Et tamen hæc omnia certo certius contigisse, sanctissimi Cypriani Episcopi Carthaginensis plures epistolæ tunc temporis scriptæ, & aliæ ab ipso Clero Romano redditæ, ampliſſimam fidem, ut nec vel levis esse possit reliqua dubitatio, omnibus eas legentibus faciunt. Habes hæc omnia superius suo loco, & tempore, sub Fabiani Papæ vacante sede, narrata; hic vero summatim necessario repetita, quo percipere queas Cleri Romani, persecutionis tempore, cessante Pontifice, vigilantissimum studium, & super totius Orbis Ecclesias supremam junctam cum solicitudine potestatem.

CV. Qui igitur de martyrio Romani Pontificis ad transmarinas quoque Ecclesias dare litteras, quas Circulares nominavit antiquitas, Romanus Clerus in more habuit (quod communis omnium Ecclesiarum causæ esset, de statu Episcopi universalis Ecclesiæ admoneri) haud quidem ejusmodi officium prætermisit adeo necessarium, periculosissimo hoc omnium tempore, in deploratissima omnium causa, infelicissimo Ecclesiæ statu, universa Christiana religione in summo discrimine collocata, cum in universalis Ecclesiæ Antistite fidei Catholicæ primum post Christum, & in Christo solidum fundamentum magno terræmotu concussum, & excussum penitus videretur. Sed quod jure timenda esset in unius lapsu ruina omnium, & totius casus Ecclesiæ; datis a Clero ad omnes Episcopos ex more litteris, omnium ad suffulciendam tantam machinam collabentem est imploratum auxilium, & requisitum officium; indigere enim videbatur communis causa communi omnium consultatione, & novus casus novo consilio, atque inauditus hactenus morbus paratum omnium sententia remedium exposcebat. Quis, putas, Episcoporum tanto Romani Cleri litterarum classico excitatus, se domi valuerit continere, e qua etiam persecutio urgens arceret? Persecutionis enim tempore majorem Episcoporum numerum consuevisse Romam confluere, ex Cleri Romani litteris ad Cyprianum (*a*) datis possumus intelligere, (*a*) *Apud Cypr. ep.* 31. in quibus cum agitur de convocato tum sede vacante ab ipso Romæ Concilio, de Episcopis qui convenerunt, hæc habet: *Diu, & quidem multi, & quidem cum quibusdam Episcopis vicinis nobis, & appropinquantibus, & quos ex aliis provinciis longe positis persecutionis istius ardor ejecerat*, contulimus scilicet. Nihil est igitur amplius quod mireris, si in tanta causa audias convocatos convenisse trecentos Episcopos, cum etiam non vocatos soleret eos dira persecutio Romam impellere, ubi Gentilibus incogniti degerent, & Fidelibus tantum noti, Romanæ Ecclesiæ subsidiis alerentur; quæ (ut superius vidimus) perfecutionis tempore egentes Ecclesias, etiam longe positas, pascere consuevit.

CVI. De loco autem, quod nulla ejus memoria reliqua sit, inanis est prorsus objectio; cum post mille, & trecentos annos non unius tantum cryptæ, sed ampliſſimarum quoque *civitatum facta* fuerit desolatio, & terræmotibus sciamus montes atque planicies mutasse situm, & nomen. Sed tamen, quod ad loci regionem spectat; conferunt satis Actis iis ea quæ ex rebus gestis sanctorum martyrum Sebastiani & sociorum ab Ecclesiæ Romanæ Notariis accurate descriptis superius sunt recitata; nimirum sub hac ipsa Diocletiani persecutione, ad evitandum furentium Gentilium gladium, ingentem

Christianorum numerum cum Polycarpo presbytero, consilio Caji Pontificis, Marcellini antecessoris, in amplissimam Chromatii villam ad littus Campanum positam esse profectos, illicque incognitos habitasse; ut plane appareat Romanam Ecclesiam in eadem regione ad delitescendum amplos habuisse recessus, ubi non solum trecenti, sed multa Christianorum millia secreto degerent.

CVII. Quod vero ad novissimam illam objectionem ex ultima parte ejus scriptionis acceptam, qua dicitur Diocletianus in Persida audisse Marcellini resipiscentiam, & de nece Episcoporum Romæ agentium rescripsisse, quem constat ante biennium de Persis Romæ una cum Maximiano collega triumphum egisse; dicimus quidem, ea omnia non esse ex Actis Concilii, sed (ut apparet) ad ipsa Acta appendicem superadditam; quæ etiam veritati concinna reddetur, si quod ibi dicitur; *Cum esset in bello Persarum*; ita lectio restituatur: *Cum reversus esset e bello Persarum*, quam germanam existimo lectionem. At de his hactenus. Si quæ sunt alia, quæ his repugnent, horum comparatione levissima esse scias; ut non sis in his diutius detinendus. Habes, lector, posteriorem hanc nostram de lapsu Marcellini, & Concilio Sinvessano lucubrationem, qua & animi nostri institutum, mille antea signis sæpius patefactum, tibi plenius innotescat; velle nimirum ad veritatis rectam arctamque lineam cuncta referri; nec ad excusanda Pontificum Romanorum peccata (si quæ jure objici possunt) vel latum quidem, quod dicunt, unguem, immo nec tenuem saltem capillum velle deflectere. Sed jam reliqua prosequamur.

CVIII. Papiæ & Mauri certamen. Hoc ipso quoque anno, qui numeratur quintus ab exordio ædificationis Thermarum Diocletiani Imperatoris, contigit martyrium Saturnini senis, Sisinnii diaconi, Aproniani Commentariensis, atque Papiæ, & Mauri militum, ut colligitur ex Actis Marcellini atque Marcelli Romanorum Pontificum (sunt ea simul juncta, prioraque Marcellini, sed posito tantum nomine Marcelli, confusa.) In iisdem, inquam, Actis cum hæc ad finem eorumdem passionum legantur: *Post menses vero decem, & annos duos absoluta fabrica Thermarum cum gloria, &c.* Præsens annus plane significatur; nam cum Thermæ (ut dictum est) cœptæ sint anno Domini ducentesimo nonagesimooctavo, septemque annis earum ædificatio perdurarit; erit hic annus quintus ædificationis, idemque tertius ante absolutionem connumerabitur. Post recensita igitur, quæ superius dicta sunt de Saturnino atque Sisinnio, & quæ sequuntur de confessione atque martyrio Aproniani Commentariensis, quæ brevitatis causa prætermittimus; hæc habent de consummato martyrio Saturnini atque Sisinnii, &, qui iis accesserunt, Papiæ ac Mauri militum:

CIX. *Tunc* (a) *justit Laodicius Præfectus rerudi in custodiam Saturninum senem, & Sisinnium diaconum, dicens: Si non immolaveritis diis, diversis vos pœnis interficiam. Cum autem essent in custodia, veniebant multi Gentiles. Audiens hæc Laodicius, jussit parari sibi tribunal in Telude post dies triginta duos, & jussit sibi præsentari Saturninum, & Sisinnium. Qui vincti catenis, & nudis pedibus steterunt ante eum. Quibus dixit Laodicius: Quid est? Depositistis vanam superstitionem, & adoratis deos Imperatorum? Respondit Sisinnius: Nos peccatores * adoramus Dominum Jesum Christum Filium Dei; nam dæmonibus & lapidibus numquam humiliamur. Laodicius dixit: Deferatur tripoda & thurificent Majestatibus. Saturninus dixit: Conterat Dominus Deos Gentium. Et continuo soluta est tripoda ærea, velut lutum. Quod videntes duo milites Papias & Maurus, cœperunt clamare: Vere Deus est Dominus Jesus Christus, quem colunt Sisinnius, & Saturninus.*

(a) Ex cod. manuscr. cui assentiuntur posita a Surio t. 1. die 16. Januarii. Quæstio de Sisinnio & Saturnino.

* al. precatores

CX. Martyrium Sisinnii & Saturnini. *Iratus itaque Laodicius jussit eos in equuleos levari; & cum traherentur nervis, fustibus, & scorpionibus cæsi sunt. Illi autem clamabant: Gloria tibi Domine Jesu Christe, quia meruimus socii fieri servorum tuorum. Tunc Papias, & Maurus clamabant, dicentes: Ut quid vos coarctat diabolus in servos Dei ista exercere? Iratus Laodicius jussit ora eorum lapidibus contundi, & in carcerem retrudi, Saturnino autem, & Sisinnio flammas ad latera poni. Et cum in equuleo pendentes vultu alacri gratias Deo agerent, jussi sunt capitalem sententiam subire: & depositi de equuleo, ducti sunt in viam Nomentanam, ubi capite truncati sunt. Collegit eorum corpora Thrason cum Joanne presbytero, & postea sepelivit in prædio suo via Salaria cum aliis tertio Kalend. Decembris.*

CXI. *Post dies vero duodecim jussit Laodicius Papiam, & Maurum milites, qui baptizati sunt a Marcellino Episcopo, sibi præsentari in Circo Flaminio, & dixit ad eos: Cognovi quod & vos Christiani estis. Papias dixit: Vere Christiani. Dixit ad eos Laodicius: Deponite vestram fallaciam, & adorate deos quos Principes adorant. Respondit Maurus, & dixit: Adorent eos qui desperaverunt de animabus suis ut in æternum pereant. Laodicius dixit: Modo vos desperabitis de animabus vestris, si non sacrificatis diis immortalibus. Audite, & facite, quæ dico, & vivite. Respondit Papias: Sacrifica tu, & vive in tormentis æternalibus. Tunc jussit eos sterni in terram, & fustibus cædi. Et cum diu cæderentur, nulla vox ex eis audiebatur, nisi tantum: Christe adjuva nos servos tuos. Tunc jussit eos levari de terra, & plumbatis cædi. Et cum diu cæderentur, emiserunt spiritum. Quorum corpora collegit Joannes presbyter noctu, & sepelivit in via Nomentana, quarto Kalend. Februarii, ad Nymphas, ubi Petrus baptizabat:* Hucusque Acta horum martyrum; quæ autem sequuntur de Arthemia, usque ad Acta, & exitum Marcelli Papæ, additamentum putamus, quod in multis fide vacillent; nam nec ulla mentio fit de Arthemia filia Diocletiani virgine, & martyre in tabulis Ecclesiasticis, cujus memoria tam nobilis mille fuisset monumentis expressa, si verum esse majores novissent; nec de ea præterea mentio est apud scriptorem aliquem. Reliqua autem, quæ ad eadem Acta spectant, suo loco opportunius in Marcello dicentur.

Papiæ & Mauri martyrium.

CXII. De Martyribus passis sub Diocletiano. Quoniam vero hic ultimus annus Imperii Diocletiani atque Maximiani numeratur, qui & secundus persecutionis censetur, operæpretium existimamus hic enumerare, & si non omnes quidem martyres qui sub iisdem Imperatoribus passi sunt (nam id impossibile esse putamus) illos tamen qui in Ecclesiasticis tabulis habentur, suis quibusque diebus natalitiis consignati; illos, inquam, quorum certus, quo passi sint, annus minus habetur expressus: quorum enim martyrii Acta sunt die, & consule adnotata, certis quibus passi sunt temporibus, suis reponimus locis; reliquos autem, qui sub iisdem Imperatoribus martyrio coronati sunt, sed incertum est illorum tempus, hujus anni includimus termino. Licet autem iidem imperare hoc anno desierint; nequaquam tamen persecutio semel ab iisdem excitata quievit; sed (quod omnes affirmant) ad decennium usque progressa, quo inchoata est nomine, eodem quoque est usque ad annum ultimum propagata.

CXIII. De Abundio & Abundantio mart. His igitur Imperatoribus (ut de iis primum agamus qui Romæ sunt passi) coronati martyrio habentur via Flaminia Abundius presbyter, & Abundantius diaconus; quos Diocletianus Imperator (ut habent tabulæ Ecclesiasticæ) una cum Martiano viro illustri, & Joanne ejus filio, quem illi a mortuis suscitaverant, decimo ab Urbe lapide feriri jussit. Extant ipsorum Acta ex antiquis memoriis restituta, atque etiam notis egregie illustrata a Collegio Societatis JESU, eademque aucta eorumdem translatione; veneranda enim corpora SS. Abundii, & Abundantii translata sunt in basilicam Farnesianam ejusdem Societatis JESU Romæ primariam. Habetur quoque in iisdem Actis mentio aliorum viginti trium martyrum, qui duci jussi extra Urbem via Salaria veteri, ibi truncati capite sunt; quorum corpora collecta a Joanne presbytero sæpe superius nominato, cum de aliorum martyrum actum est sepultura (in id enim opus omni studio incumbebat) & a pia, & nobili fœmina Theodora, more majorum, aromatibus pollincta, & linteaminibus obvoluta, sepulta sunt in cœmeterio eadem via posito ad Clivum Cucumeris.

CXIV. De Pigmenio mart. Romæ itidem eadem ingruente persecutione, alius item presbyter Romanæ Ecclesiæ, Pigmenius nomine, idem pro Christi fide certamen iniens, sub Turpio (alias Turcio) Judice gladio percussus, nobilem martyrii palmam est consecutus. Ipse quoque Joannes presbyter, de quo modo mentio facta est, & cum eo quoque Cripsus item presbyter, quod multa corpora sanctorum curassent, iisdem meruerunt associari, ut superius diximus; tali enim elogio in tabulis Ecclesiasticis XV. Kal. Septemb. ambo habentur conscripti. Rursus etiam alii ex Romano Clero idem obiere certamen, de quibus dicturi sumus anno sequenti in Marcellini Papæ martyrio, ac de aliis quoque inferius in Marcello.

CXV. De Primo & Feliciano martyribus. Passi itidem sunt Romæ hoc tempore Primus, & Felicianus, qui longævam in Domino vitam pie ducentes, gravissima passi tormenta, tandem sub Promoto, & apud Nomentum martyrium consummarunt. Epicharide quoque fœmina Senatoria Christianæ religionis causa plumbatis cæsa, gladio percussa est. Sed & Lucia nobilis matrona, & Geminianus, gravissimis pœnis affecti, tandem capite truncati, certamen fidei feliciter exsolverunt. Flavianus etiam ibidem martyrii gloria triumphavit; sunt omnes ii in Martyrologio Romano, & aliis quique suis certis diebus adscripti. Insuper Basilides, Cyrinus, Nabor, & Nazarius milites sub Aurelio Præfecto pro fide Christi servanda, post varios cruciatus, pridie Idus Junii, via Aurelia capite plexi sunt. Via vero Appia, ipsis Kal. Januarii triginta milites eamdem quoque martyrii coronam promeruerunt. Quintodecimo vero Kalend. Julii de ducentis sexagintaduobus martyribus exhibita est carnificina, quorum reliquiæ simul collectæ positæ sunt in cœmeterio, via Salaria, ad Clivum Cucumeris. Sed & sexto Kalen. Octobris quadragintanovem milites cum Calliстrato Christi athleta fortissimo, ad certamen sæpius revocato, egregie certantes, coronati sunt. His accesserunt quinque martyres, Claudius, Nicostratus, Symphorianus, Castorius, atque Simplicius; quos post biennium Quatuor coronati secuti sunt ad coronam Severus, Severia-

rianus, Carpophorus, & Victorinus arte statuaria præditi. Hi enim, quod simulacra deorum sculpere noluissent, Christianitatis titulo scorpionibus cæsi, denique inclusi loculis plumbeis, vivi in amnem præcipitati sunt, octavo Idus Novembris, quo celebri memoria in Indicibus sanctorum martyrum adnotati habentur, simulque corporum eorumdem inventio.

CXVI. Ars statuaria collapsa.

Est plane observatione dignum, quo modo crescente numero Christianorum ars quoque statuaria exoleverit; nam ejus facultatis opifices omnes propemodum ad Christianam fidem conversi; indignum rati, opinari deos, quos ipsi manibus sculpsissent, mori potius delegerunt, quam deos, vel sacranda diis effigiarent; sicque ars statuaria sculptoribus ferme omnibus destituta penitusque collapsa remanserit. Est quidem ejus rei evidens atque perspicuum omnibus argumentum, quod quæcumque visuntur Romæ hujus temporis statuæ, crassæ Minervæ esse noscuntur, ab antiquioribus longe dispares. Sint in exemplum (ut de singulis dicere prætermittamus) quæ visuntur ab omnibus Romæ in arcu triumphali, qui post paucos annos ob debellatum Maxentium erectus est Constantino, quem, & ob inopiam sculpturæ artis opificum, ex Traiani, & Marci Aurelii memoriis, aliisque nobilibus Urbis monumentis, majori ex parte oportuit construxisse; reliqua vero, quæ nunc fuerunt elaborata, adeo rudia atque informia esse simulacra noscuntur, ut comparatione illorum, humano capiti (secundum poeticum illud) juncta videatur cervix equina.

CXVII. Pancratii martyrium.

Rursum etiam, quod spectat ad martyres Romæ passos, sustulit hæc persecutio Rusum virum nobilem, una cum omni familia sua, quarto Kalend. Decembris; sed & nobile specimen Christianæ constantiæ duo pueri ediderunt, quorum prior maxime commendatur, Pancratius quatuordecim annos natus; sed & alius quoque ætate minor Crescentius, qui sub Turpilio (seu Turpio) Judice, via Salaria gladio percussus est. Porro tum horum omnium, tum aliorum quos his subjiciemus, certum natalem diem in Romano Martyrologio scriptum, Index locupletissimus illi affixus suppeditabit.

CXVIII. Genesius martyr.

Tunc etiam egregium spectaculum Urbi præbuit Genesius mimus; qui in theatro, Imperatore spectante, cum mysteriis Christianorum illuderet, repente Dei virtute mutatus, serio agere cœpit, quod jocis antea actitabat; usque adeo, ut perfecte factus Christianus, Christumque alta voce confessus, tormentis exagitatus, consecutus fuerit tandem coronam martyrii. Longe plane felicius iste verum repræsentavit ex ficto, quam ille (*a*) mi-

(*a*) *Lucian. l. de saltation. prope fin.*

ser, qui Ajacis furentis personam agens, tantopere eo est raptus affectu, ut in insaniam vere fuisse conversum, recitet Lucianus. Quod Genesio accidit, Ardaleoni quoque pariter contigisse, eumque mimum ex joco factum serio Christianum, & martyrem, tam Græcorum, quam Latinorum tabulæ testantur, quæ ejus natalem diem adscriptum habent decimooctavo Kalendas Maii. Est haud longe dissimile illud, quod de Dioscoro Architheatro ad Alypium Augustinus (*b*) scribit exemplum; qui in deridendis Christianorum rebus esse soleret effusus; effectus & ipse, licet sæpe frustra renitens, Christianus: sicque plane accidit, quod scriptum est (*c*: *Dominus illusores deludet*. Sed de his hactenus.

(*b*) *Aug. ep.* 67.

(*c*) *Prov.* 3.

CXIX. Ambrosius martyr.

At qua insania atque furore Præsidum sæviebat Romæ tanta persecutionis acerbitas, non minori eorum qui singulis Italiæ civitatibus præerant his temporibus magistratus in Christianos omnes ira rabieque fervebat; studentibus singulis in iis obsecundare Imperatoribus, quos sciebant implacabile bellum in Christianos omnes hostiliter absque aliqua spe veniæ intulisse. Tunc Ferentini in Hernicis Ambrosius Centurio diversimode cruciatus, igne superior, aqua tandem martyrium consummavit decimoseptimo Kalen. Septembris. Sed & Campanus ferax ager fertilissimus redditur, sanguine martyrum iisdem temporibus irrigatus. Passi enim leguntur tunc in Campania S. Erasmus Episcopus, qui omni propemodum genere cruciamentorum superior existens virtute constantiæ, aliis ad idem subeundum certamen viam aperuit, ac facilem reddidit, martyrio coronatus quarto Nonas Junii, quo pariter inter martyres in publicis tabulis relatus habetur.

CXX. Dominica & socii mart.

Dominica quoque, sic dicta Campana virgo, divino quodam impulsu idola frangens, damnatur ad bestias: sed cum illæ parcerent, ac pariter blandirentur, sævior illis tortoris manus gladio virginis caput abscidit. Ariston quoque, Crescentianus, Eutychianus, Urbanus, Vitalis, Justus, Felix, Felicissimus, Marcia, & Symphorosa æque in eadem provincia coronam martyrii perceperunt sexto Nonas Julii. His quoque adjungendi essent qui Puteolis passi sunt præstantissimi martyres, Januarius Episcopus Beneventanus, atque socii; sed quoniam eorumdem passionem consignatam invenimus Consulibus Constantio, & Galerio Maximiano quinquies, seorsum de iisdem suo loco, nempe post duos annos, agemus. Sub iisdem quoque persecutoribus passi sunt Capuæ Rufus atque Carnophorus. Venafri Nicander, & Marcianus; Salerni vero Fortunatus, Caius, & Anthes iisdem martyrii coronis sunt illustrati. Lu-

cania quoque insignium martyrum trophæis nobilitata est, Viti, Modesti, atque Crescentiæ, quorum omnium natales dies adscripti habentur publicis monumentis. Sed major plane eorum numerus, quorum memoriam privatim Ecclesiæ complures prosequuntur: at innumeri fere illi qui memoria hominum penitus excederunt.

CXXI. Valentinus & soc. mart.

Illustratur & Tuscia compluribus sanctis martyribus eadem persecutione victoribus. Exantlarunt inter alios insigne pro Christo certamen Valentinus presbyter, & Hilarius diaconus, martyres Viterbienses; sed & tunc Senis est passus Ansanus, Tuderti vero Cassianus Episcopus, Benignus presbyter, Eradius, Felicissimus, Paulinus, Fidentius, atque Terentius. Illuminata quoque & Digna virgines diversis diebus eadem sunt illustratæ corona martyrii. Umbria etiam martyribus decorata est: tunc enim Firmina martyr Ameriæ passa, quam secutus est Olympiades, vir Consularis, ab ea ad fidem perductus. Secundus quoque ibidem insignitus est martyrii palma. Tiferni vero Crescentianus. Spoleti Sabinus Episcopus ac socii, quorum ante meminimus, egregium pro fide certamen obierunt. Sed & Gregorius presbyter, diversis exagitatus tormentis, ibidem Christianæ patientiæ egregium edidit experimentum.

CXXII. Martyres in Piceno & Æmilia.

Quosnam autem habuerit hac in persecutione Picenum martyres, sive Asculum, sive Auximum, alibi pro temporis ratione diximus; hic satis meminisse sit Palatiatis atque Laurentiæ, quæ Anconæ pro Christiana fide servanda insigniter decertarunt. Eadem quoque tempestate Ravennæ martyrii palmam consecuti sunt Valentinus, Felicianus, & Victorinus; alia vero die alius Valentinus, Solutor, & Victor; rursumque tertius Valentinus Magister militiæ, Concordius, Navalis, & Agricola. Sed Bononienses nobilis civitas præclaras habuit martyres Vitalem & Agricolam, Hermetem, Aggæum, & Caium: sed & Proculus quoque tunc ibi insignitus est corona martyrii, clarissimus fama martyr; verum quod ejus martyrii Acta deperdita sint, alia commentandi occasio data est; sed consule notata a nobis in Rom. Martyrologium, in quod errore irrepsit nomen Episcopi. Tunc & apud Juliam via Claudia in Parmensi territorio Dominus martyrio insignis occubuit. Aucta quoque tunc est Mediolani civitas novis martyribus, nempe Nabore atque Felice, sub Materno Episcopo, qui in carcerem trusus, & verberibus quoque confectus, multis confessionibus clarus postea quievit in pace. Tunc etiam Victor Maurus in castris Imperatoris Maximiani miles acerrima tormenta passus, gladio truncatus capite, victor coronam accepit.

CXXIII. Alii martyres In diversis italiæ locis.

Papiæ quoque eodem tempore Dalmatius, ejusdem civitatis Episcopus, præclaro exemplo cæteris ad martyrium viam stravit. Tum Novocomi Fidelis martyrii laurea donatus est. Veronæ autem Firmus & Rusticus nobilitati sunt palma martyrii, cum eorum quoque Episcopus Proculus colaphis & fustibus cæsus, & civitate pulsus, in pace Ecclesiæ reddidit Deo spiritum. Sed eadem persecutione Bergomi Asteria virginitatis coronæ adjecit martyrii lauream clariorem. Tunc itidem Aquileja iisdem est illustrata sideribus, cum ibi passi sunt clarissimi martyres ex Anicia familia Consulari, Cantius, Cantianus, & Cantianilla, una cum pædagogo ipsorum Proto: ibi, & vir insignis Chrysogonus martyrium consummavit; necnon etiam Felix, & Fortunatus exquisitis excruciati tormentis, tandem abscissione capitis in cælum migrarunt. Passus est eo quoque tempore Justus Tergestæ sub Munatio Præside.

CXXIV. Martyres passi in Gallia.

Exundaverunt & Galliæ sanguine martyrum: cum in primis (quod dictum est) fide armata legio Christiana, ipso ingressu in Gallias fuso sanguine, gloriosa morte de perfidia triumphavit; quorum exemplo incensa sunt corda Fidelium, ad martyrium undique properantium. Sed Treveris potissimum constitutus erat hujus certaminis campus; ibi enim cum Galliarum Præfectus Rictiovarus plurimum temporis in Præfectura ageret, ingens numerus martyrum ex diversis partibus Galliarum ad eum a magistratibus mittebatur; adeo ut ob immensam illorum frequentiam non potuerit haberi nominum omnium ratio, nec certus numerus adnotari. Quos omnes Dei Ecclesia unius commemorationis fasce conjungens, anniversaria solemnitate prid. Nonas Octobris ejusmodi præconio alta lectoris voce concelebrat, dicentis: *Treveris commemoratio innumerabilium pene martyrum, qui in persecutione Diocletiani sub Rictiovaro Præside ob Christi fidem vario mortis genere necati sunt*. Sed quorum certamina in tabulis habentur expressa, sunt hi: Maxentius, Constantius, Crescentius, Justinus; cum quibus, & alii passi sunt, quorum incomperta æque sunt nomina, quos omnes idem Rictiovarus tormentis excruciatos ultimo necavit supplicio. Colonia quoque Agrippina post trecentos illos decem, & octo martyres, qui Gereonem secuti sunt ducem, aliorum trecentorum martyrum coronis est aucta.

CXXV. Afra & sociæ martyres.

Augusta Vindelicorum etiam, hac eadem Diocletiani urgente persecutione, eximiam ex martyrum sanguine consecuta est claritudinem; namque Afra meretrix a S. Narcisso Episcopo ad fidem insti-

stituta, & ad optimam vitæ frugem reddita, egregie fidem professa coram Caio Judice, ab eodem ut viva cremaretur, sententia condemnatur; quam secuta est Hilaria mater, cum Digna, Euprepiaque, & Eunomia ancillis suis; quæ cum more Christiano precibus in pervigilio colerent memoriam martyris, ibidem jussæ sunt incendio comburi. Sed ex mendoso codice factum, ut cum loco Diocletiani Domitianus positus legeretur, in prima editione Romæ facta primi Annalium tomi, sub Domitiano iidem passi dicantur; quod in secunda editione a nobis est emendatum, admonitione viri clarissimi, & eruditi D. Marci Velseri, qui res gestas sanctorum Augustanorum egregie illustrandas suscepit, ad quod opus eum vehementer hortati sumus.

CXXVI. De Victorino Pictavien si.

Sed inter alios celebres martyres Galliarum, qui in eadem persecutione passi sunt, Victorinus Episcopus Pictavensis excelluit, qui & ob commentarios a se editos clarus habitus est inter scriptores Ecclesiasticos; S. Hieronymus (*a*) enim de eo in hunc modum scribit: *Victorinus Pictavensis Episcopus non æque Latine, ut Græce noverat; unde opera ejus grandia sensu, viliora videntur expositione verborum. Sunt autem hæc: Commentarii in Genesim, in Exodum, in Leviticum, in Isaiam, in Ezechielem, in Habacuc, in Ecclesiasten, in Cantica Canticorum, in Apocalypsim Joannis; Adversus omnes hæreses, & multa alia. Ad extremum martyrio coronatus est.* Idem alibi (*b*) ad Paulinum scribens de ipso ait: *Inclyto Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui non potest.* Rursum alibi, ejus opera grandia sensibus prædicat, sed viliora compositione verborum; meminitque de eo frequenter.

(*a*) *Hier. de Script. Eccl. in Vict.*

(*b*) *Hier. ep. 13.*

CXXVII. (*c*) *Conc. Rom. cap. de lib. apocryph.* (*d*) *Hier. ep. 35.*

Quod vero Gelasius in Concilio (*c*) Romano recensuerit Victorini opuscula inter apocrypha, duplex potuit esse ratio; tum quod (ut de eo idem testatur Hieronymus *d*) in explanatione Scripturarum secutus sit Origenem; tum etiam quod Millenariorum est sectatus sententiam, Papiæ, Justini martyris, & aliorum nonnullorum licet sanctissimorum virorum; qui quidem error toleratus fuisse videtur in Ecclesia usque ad tempora Damasi, quando, eum stabilire conante Apollinare hæresiarcha ex decreto Apostolicæ sedis fuit (ut suo loco dicemus) penitus condemnatus. Sed illud insuper de Victorino monendum putamus lectorem, reperiri in Romano Concilio, habito sub Silvestro, cujusdam Victorini damnationem, qui Paschale festum nequaquam ex instituto Ecclesiæ Catholicæ, sed decimo Kalendas Maii diceret celebrandum; haberique ibidem, eumdem introductum in Synodum (ut ejusdem Synodi Acta significant) sententiam condemnationis accepisse. At hæc nequaquam possunt intelligi de Victorino Episcopo Pictavensi: licet rerum illius ignarus temere nimis (sic plane dicam in re tanta, sed pace sua) absque aliqua testificatione antiquioris editionis addiderit (*e*) ei nomen, Pictaviensem Episcopum in tertia ejus Concilii, quam posuit mediam, editione. Quomodo, quæso, sub Silvestro temporibus Constantini, in summa Ecclesiæ tranquillitate, potuit Victorinus Pictavensis illi interesse Concilio, quem multos ante annos constat fuisse martyrio coronatum? Sed missa istæc faciamus; ad alios martyres passos in Galliis redeamus.

Millenarii.

(*c*) *Conc. Rom. sub Silv. ca.*

His quoque temporibus illustrarunt sanguine Ebredunum Vincentius, Orontius, & Victor, quorum unus idemque natalis dies undecimo kal. Februarii anniversaria recurrit celebritate solemnis. Ambiani vero alii passi sunt martyres tertio Idus Decembris, quorum hoc titulo memoria in tabulis Ecclesiasticis (*f*) commendatur: *Natalis sanctorum martyrum Victorici, & Fusciani sub eodem Diocletiano Imperatore; in quorum naribus, & auribus jussit Rictiovarus Præses immitti tarinchas, & clavis ardentibus tempora transfigi, deinde oculos evelli, ac postmodum eorum corpora jaculari; sicque una cum sancto Gentiano eorum hospite capitibus amputatis migraverunt ad Dominum:* Hæc ibi: voluimus hic descripsisse, quo sævissimi Præsidis, immo truculenti Galliarum martyrum carnificis, hoc uno exemplo testata omnibus redderetur immanitas; ut quoniam minus licet omnium, qui in ea provincia martyres passi sunt, Acta singula prosequi, cum & plurimorum incomperta omnino habeantur; ex iis quæ nota, & paucis expressa sunt, de cæteris judicium facere liceat.

CXXVIII. Ebredunenses & alii martyres.

(*f*) *Rom. Martyrol. die 11. Decemb.*

Sed & monemus lectorem, si in recensendis aliquibus ad torquendos Christianos summa industria undique comparatis instrumentis, quænam, qualiave, & quo modo composita essent, minus hic eludemus; sciat hæc nos in nostris Notis ad Romanum Martyrologium pro viribus præstitisse; quas consulat, qui horum cognitionis desiderio tenetur; longiores namque digressiones essent interponendæ, si ad singulorum instrumentorum elucidationem esset festine currens oratio deflectenda. Verum propediem edituros est Latino sermone redditam, & locupletatam hujus argumenti tractationem collega ac frater noster Antonius Gallonius nostræ Congregationis presbyter, qui haud indiget nostro commendari præconio, quem opus ipsum illustrat. Sed ad martyres. Passus est Agenni in Gallia Caprasius martyr; qui cum immanem ingruentis per-

CXXIX. De instrumentis carnificinæ tractatio.

persecutionis rabiem declinans delitesceret; exemplo virginis, nomine Fidei, & divino miraculo confortatus ad certamen prosiliens, præclaram martyrii palmam est consecutus. Sub eodem quoque Præside Rictiovaro Suessione Crispinus, & Crispinianus immanibus vexati tormentis, necati tandem gladio, de perfidia victores apparuere.

CXXX. Alii martyres in Galliis passi.

Sustulit idem Rictiovarus Præses Firminum Ambianensem Episcopum; quem variis cruciatum ante pœnis, capitis obtruncatione martyrem dignum effecit. Passus quoque Augustæ Veromanduorum Quintinus civis Romanus ordinis Senatorii, cujus passionis Acta coram eodem Rictiovaro pro tribunali sedente extant, ab auctore tamen, qui ea descripsit, nonnullis periphrasibus aucta. Est quoque illustris memoria inter martyres Gallicanos Ferreoli Tribuni militum, qui passus est in territorio Viennensi; cujus comes Julianus Brivatæ apud Avernos in eadem Diocletiani persecutione, secto gutture, martyrii palmam consequitur. Nannete vero Donatianus, & Rogatianus fratres, pariter pro pietate certantes, iisdem victoriæ præmiis nobilitantur. Arelate tunc quoque passus est Genesius Actorum publicorum exceptor; hic quidem jussus coram tribunali excipere decretum in Christianos, pertæsus sceleris, abjectis tabulis ante pedes Judicis, aufugit atque delituit; divinoque afflatus Spiritu, baptismum ab Episcopo sibi impartiri rogans, Dei voluntate accidit, ut antequam illius compos fieri posset, a Præsidis ministris præventus, proprio fuerit sanguine baptizatus, atque coronam martyrii consecutus, celebrique memoria, qua passus est die, adscriptus tabulis sanctorum martyrum.

CXXXI. Sævitia Rictiovari.

Idem immanissimus Præses Rictiovarus Macram virginem apud Rhemensem civitatem conjecit in ignem; sed cum divina virtute illæsa servata esset; absciss mammillis, detrusa in carcerem, cum per testulas ac prunas ejus jussu volutaretur, reddidit Deo spiritum; quod enim indignissime ferret vinci se a tenella virgunc ula, graviora ad eam expugnandam voluit adhiberi tormenta. Sed & Bellovaci ejusdem furentis Præsidis Rictiovari fregit impetus puer nomine Justus, qui quod Christianos prodere nollet quos Rictiovari ministri inquirebant, summa constantia jugulum præbuit, in fide Christianæ confessione persistens. Tornaci vero tunc temporis passus legitur Piaton presbyter, qui cum S. Quintino ab Urbe in Gallias prædicationis causa perrexerat; cujus, sicut aliorum, nomine adscripto inter martyres, anniversaria die ejus memoria pie sancteque recolitur Kalendis Octobris.

In territorio vero Agathensi idem pro fidei confessione certamen obierunt Tiberius, Modestus, atque Florentia; qui de impietate prostrata, martyrii laureis insigniti, una cum aliis gentilibus suis in cælestis regni gloria triumpharunt. At de Gallicanis martyribus hac persecutione passis hactenus; certo scientes, non esse humanarum virium, omnes tunc passos martyres percensere. Itaque satis ad institutum sit, paucos hos prodidisse, veluti aliorum quorum prætermittitur, vel non extat memoria, indices, Indicibus Ecclesiasticis adnotatos. Quem vero finem acceperit Rictiovari Præsidis sæva crudelitas, Acta (*a*) sanctorum martyrum, quos multis affectos suppliciis interfici jussit, Crispini, & Crispiniani declarant, his scilicet verbis: *Cernens impius Rictiovarus se nihil suis efficere suppliciis, furibundus (creditur arreptus a dæmone) in ignem sese præcipitat, & tali morte abiit e vita, justo quidem Dei judicio, ut qui multos Christi martyres, ad cælestia regna properantes, ignibus excruciatos interemerat, ipse ad æterni ignis flammas inestinguibiles, igne extinctus, proficisceretur:* Hæc ibi de interitu Rictiovari.

CXXXII. Vindicta in Rictiovarum.

(*a*) *Apud Sur. t. 5. die 25. Octob.*

Hispaniarum quoque Ecclesiæ, eadem in eas persecutione urgente, vehementissime exagitatæ sunt. At concussæ licet, non disjectæ; etsi afflictatæ, non tamen prostratæ sunt; quin potius eo motu atque concussione magis magisque firmatæ, solidius stabilitæ, & (quod Christi virtutis est) latius propagatæ. Agebat Præsidem in Hispania his temporibus Dacianus, Rictiovaro Galliarum Præside nihilo humanior atque clementior; erenim crudelitate ambo visi sunt simul certasse, quisnam eorum sæviora tormenta nosset excogitare, quis majorem Christianorum numerum cogeret a religione deficere, quisve numerosiorem Fidelium multitudinem neci traderet; pro viribus ambo stu-

CXXXIII. Martyres Hispaniarum.

PAGIUS XI. *Passio S. Genesii Arelatensis.*

Baronius num. CXXX. meminit sancti Genesii Arelatensis, qui *ante tribunal Judicis Exceptoris munere* fungebatur, & cujus Passionem scripsisse creditur sanctus Paulinus Nolanus Episcopus, qui paulo post ipsum vixit. De hoc Genesio loquitur Gregorius Turonensis lib. I. Mirac. cap. LXVII. & seq. aitque: *Hanc etiam Basilicam sancti Genesii Arelatensis Reliquiis illustravit*, & statim cap. sequenti: *Hic vero Martyr Genesius, decisione cervicis agonem pro Christi nomine apud eamdem Arelatensem scilicet urbem, pollente fervore fidei consummavit.* Tum eodem capite ac insequenti quædam ejus miracula memorat. Insigne aliud miraculum hujus sancti Martyris, quod sancto Honorato Episcopo Arelatensi existente ab eodem patratum S. Hilarius Arelatensis Episcopus fuso & eleganti sermone refert. Cum enim Pons qui inter Arelatem & sociam urbem hodie castrum Trenquataille appellatum die natali ipsius Sancti incerto casu

dentes, solicitiori ea in re navata opera, conciliare sibi gratiam Principum, quam noscerent nullo majori officio promereri posse; quam Christiano sanguine, Christianæque religionis interitu.

CXXXIV. Dacianus igitur etsi in omnibus ferme Hispaniarum civitatibus, cum ex more Proconsulum (*a*) provincias circumiret, crudelitatis suæ reliquerit ex Christiano sanguine impressa vestigia; ad carnificinam tamen de eisdem exercendam delegit nobilissimam amplissimamque civitatem Cæsaraugustam; eo enim Christianorum cœtus confertim ex diversis provinciis ac civitatibus perduci jubebat; segniores quippe visi sunt ei cæteri magistratus civitatum in Christianis exagitandis. Quamobrem, ut ad se Cæsaraugustæ agentem iidem mitterentur, instituit; cujus tantummodo nomen, ob immania illata Christianis supplicia, videtur esse cunctis horrori. Qui autem Christianorum numerus Cæsaraugustæ diverso cruciamentorum genere, varioque mortis supplicio, fuerit tunc temporis martyrio coronatus, innumerabili propemodum multitudine eorum, omnino remansit incertus. Quamobrem Dei Ecclesia hos omnes una simul anniversaria commemoratione complectens, natalem diem illis adscriptam hoc digno titulo consignavit (*b*):

(*a*) *ff. de offic. Proconf.*

Dacianus crudelis persecutor.

(*b*) *Martyrol. Rom. die 3. Nov.*

CXXXV. Cæsaraugusta Metropolis martyrum.

Cæsarauguſtæ ſanctorum innumerabilium martyrum, qui ſub Daciano Hiſpaniarum Præſide mirabiliter occubuerunt pro Chriſto: Hinc merito Prudentius Sapphico metro de eadem Cæsarauguſta sic cecinit (*c*):

(*c*) *Prudentius hymn. 4. in laud. xvjjj. mart. Cæſaraug.*

Sola in occurſum numeroſiores
Martyrum turbas Domino paraſti:
Sola prædives pietate multa
Luce frueris.
Vix parens orbis populoſa Pœni,
Ipſa vix Roma in ſolio locata,
Te decus noſtrum ſuperare in iſto
Munere digna eſt.
Omnibus portis ſacer immolatus
Sanguis excluſit genus invidorum
Dæmonum, & nigras pepulit tenebras,
Urbe piata.

Hæc Prudentius de martyribus Cæsarauguſtæ passis, dum quorumdam martyrum Cæsarauguſtanorum trophæa versibus illustravit.

Agens Isidorus (*d*) de eadem civitate, ea de causa præ cæteris Hispaniarum urbibus celebrat, cum ait: *Illustrior est florens sanctorum martyrum sepulturis*. Sed major omnium ille tumulus erat, qui cineres combustorum martyrum prope innumerabilium continebat; quos ab aliis cineribus candore distinctos, atque selectos, simulque congestos, Massam candidam dictam ferunt. Quos vero ibidem passos atque nominibus notos tumba una claudebat, eo hymno Prudentius cecinit, eosdemque una simul, & eadem die Ecclesia celebrat; quorum hæc sunt nomina, Optatus, Lupercus, Successus, Martialis, Urbanus, Julia, Quintilianus, Publius, Fronto, Felix, Cæcilianus, Eventius, Primitivus, Apodemius, quatuor Saturnini, Encratis, Caius, atque Crementius.

CXXXVI. (*d*) *Isidor. orig. l. 15.* Massa candida.

At quam immanis esset Daciani crudelitas; in Deo dicato purissimo Encratidis corpore, stylo ferreo pressis plane notis, perpetuo monumento testata remansit: quo ipso gloriæ titulo in tabulis (*e*) Ecclesiasticis describitur; ejusmodi namque epitaphio dies natalis ejus in sacris tabulis honoratur: *Encratis laniato corpore, mammilla abscisa, jecore avulso, adhuc spirans in carcere inclusa est, donec ulceratum corpus putresceret.* At ne ulla reliqua esset martyribus ibi positis consolatio, quam perciperent, vel exhortatione sanctorum, vel exemplo virtutis eorum in patiendo constantiæ; Dacianus inde abducendum curavit Valerium ejus civitatis Episcopum, ejusque diaconum opere sermoneque pollentem Vincentium, quem Valentiam ad supplicium amandavit. Quam autem immaniter idem Dacianus sævierit in Vincentium, ejus martyrii Acta, quæ fidelissima extant, amplissimam fidem faciunt; celeberrimus enim martyr ex dirissima persecutoris crudelitate redditus, stylo ferme omnium Latinorum Patrum antiquorum, celebratur. Valerius autem, quomodo supervixerit, & interfuerit post sequentem annum Concilio Eliberino, suo loco pluribus dicturi sumus.

CXXXVII. De Encratide.

(*e*) *Rom. Mart. die 16. April.*

Valerii episcopi & Vincentii certamen.

Sustulit idem persecutor Narcissum Episcopum Gerundensem, ejusque diaconum Felicem. Consummati sunt martyrio eadem persecutione in Gallecia apud Cæam fluvium Facundus, & Primitivus, filii S. Marcelli Centurionis & martyris, de quo

CXXXVIII.

PAGIUS casu corruisset, & Rhodanus infinitum populum, qui ad ejus natalem diem convenerat, mergeret, *erupit e vasto gurgite glorioſus exercitus, Jordanem iterum credereres rupto divinitus amne potuiſſe*, ita ut nullus perierit, sicut narrat S. Hilarius qui testatur se tunc ibi adstitisse, *& pedem ab ipſo (ut ita dixerim) ponte* retulisse. Legenda quæ de hoc sancto Martyre Ruinartus in Actis finceris Martyrum cum ejus Passione exhibet.

Dodwellus in Differt. XI. Cyprianica de Paucitate Martyrum num. LXXV. existimat, nullos Martyres in Hispaniis hoc tempore fuisse, quod eas Constantius regeret. Victor enim de Cæsaribus, qui scribit, Italiam & Africam Maximiano Herculio paruisse, de Constantio ait: *Quaſi partito Imperio, cuncta quæ trans Alpes Gallia ſi. ſunt, Conſtantio commiſſa.* Quare cum Hispanias aliis ditionibus Victor non accensuerit, putat Dodwellus Vir eruditissimus, Hispanias, & seqq. Britan-

XII. *Plures in Hiſpaniis martyrium paſſi.* Baron. n. CXXXIII.

quo plura superius dicta sunt; alii vero tres, Lupercus, Claudius, atque Victorius, Legione sunt passi. Tunc & Ulyssiponæ in Lusitania pari certamine victores coronati sunt Verissimus, ejusque sorores Maxima atque Julia; sed quæ erat metropolis ejusdem provinciæ Lusitaniæ Emerita, Eulaliæ virginis nobili agone vehementer est illustrata; de qua Prudentius (*a*).

Eulaliæ fortis pugna atque victoria.

(*a*) *Prudentius hymn. 3. in laud. xvjjj. mart. Cæſaraug.*

Luſitanorum caput oppidorum
Urbs odoratæ cineres puellæ
Obviam Chriſto rapiens ad aram
Porriget iſtam.

Idemque ejus præclarum martyrium sacro hymno cecinit, ubi in primis de virginis plusquam virilis pectoris infracto robore, & sexum superegrediente constantia, hæc inter alia (*b*):

(*b*) *Prudent. hymn. 3.*

Martyr ad iſta nihil: ſed enim
Infremit, inque tyranni oculos
Sputa jacit; ſimulacra dehinc
Diſſipat, impoſitamque molam
Thuribulis pede proſubigit.

Sed plane accidit, ut cæteri Christianorum, Eulaliæ exemplo permoti, intrepido fortique animo ad idola frangenda passim prosilirent, iidemque a Gentilibus in eos furentibus necarentur. Sed non placuit Hispanis Episcopis, id, quod privato quodam impulsu divini Spiritus Christi virgo fecisset, ab omnibus exemplo Eulaliæ importune ac temere usurpari. Quamobrem qui paulo post hæc (ut suo loco dicemus) Episcopi ex diversis Hispaniarum Ecclesiis convenerunt, hujusmodi in Concilio Eliberino canonem statuerunt (*c*): *Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occiſus, quia in Evangelio non eſt ſcriptum, nec invenitur ab Apoſtolis unquam factum; placuit eum in numerum non recipi martyrum.*

(*c*) *Conc. Elibc. 60.*

CXXXIX. Alii Hispani mart.

Sed ut de aliis agamus martyribus: adhæsit Eulaliæ, participesque facta est ejusdem martyrii coronæ Julia virgo. Insuper Emeritæ itidem tres fratres, Victor, Stercarius, & Antonogenes, pro Christo libentissime innumera supplicia, ac mortem denique pertulere. Ibidem quoque Lucretia virgo nobilem coronam martyrii est consecuta. Tunc etiam sub eodem Daciano Præside Toleti illustris virgo Leocadia Christum confessa, diro carcere macerata, cupida Eulaliæ consociari; cum ejus admirabile certamen audisset, positis genibus precata Deum, reddidit illi spiritum.

Accidit tunc temporis etiam, ut cum idem Dacianus provinciam circumiret, Complutumque advenisset, timor Christianos omnes invaderet fœvissimi Præsidis præsentia de Christianis supplicia horrenda sumpturi. Ad horum segnitiem arguendam, & ardorem fidei excitandum, atque furentis Præsidis impetus perfringendos, elegit Deus duos pueros Christianos, a parentibus piis ad martyrium institutos, Justum atque Pastorem; qui cum hæc accepissent de adventu Daciani, martyrii cupidissimi, relictis tabellis, quibus in litteris addiscendis tenella ætas detinebatur, ambo pariter mira alacritate sese martyrio obtulerunt. His Dacianus mirum in modum offensus, & plane rubore suffusus, nullo in pœnis infligendis ætatis discrimine habito, eosdem diris cruciamentis exagitatos, gladio demum jussit occidi.

CXL. Justus & Pastor martyres.

In ea vero Hispaniæ parte, quæ est prope Gades ad Fundum Ursonianum, eadem persecutione Servandus atque Germanus, sub Viatore Vicario, pro Christi nomine post verbera, squallorem carceris, famis sitisque injuriam, & longissimi itineris laborem, quem ferro onusti pertulerant, novissime martyrii cursum, datis cervicibus, impleverunt. Habent tabulæ Ecclesiasticæ, affirmantque vetera monumenta, hac eadem persecutione flagrante, Barcinone, Eulaliam, diversam ab illa Emeritensi, crucis supplicio promeruisse coronam martyrii. Ibidem etiam Cucuphatem martyrem pro Christi fide sub eodem Daciano Præside strenue decertasse, palmaque martyrii donatum esse, ejus agonis Acta testantur.

CXLI. Servandus & Socii martyres.

PAGIUS Britannias, & Gallias Constantio Cæsari creditas, indeque infert, nullos in Hispaniis Martyres fuisse; cum nullum accesserit Constantii edictum, & Urbici Magistratus, cum gladii potestate carerent, nullos martyrio coronare possent. Verum Victoris verba citata tantum offendunt, Constantium Gallias rexisse; Hispanias autem Maximiano Herculio subditas fuisse docet Lactantius lib. de Mortibus Persecutorum cap. 8. *Nam cum ipſum Imperii ſedem teneret Italiam,* (nempe Herculius) *ſubjacerentque opulentiſſimæ Provinciæ, vel Africa, vel Hiſpaniæ, non erat in cuſtodiendis opibus tam diligens, quarum illi copia ſuppetebat.* Quare Prudentius a Baronio citatus vere scripsit, innumeram Christianorum multitudinem in Hispaniis martyrium pertulisse, quod tamen perperam etiam negavit Morinus lib. 19. de Administrat. Sacrament. Pœnitent. cap. 19.

XIII. *Floret Oſius.* Baron. n. CXLIII.

Quo anno *Osius* Cordubensis Episcopus Christi Fidem coram Præside confessus sit, hactenus obscurum, ut infra videbimus, cum de Concilio Illiberitano verba faciemus.

XIV. *Romanos inter & Perſas antehac triumphum Romæ geſtum pax ſanguinoſa.*

Hoc vel præcedenti anno ante triumphum Persicum pax Romanos inter & Persas tandem fancita. Anno quidem CCXCVII. ex Idacio in Fastis & Auctore Chronici Alexandrini diximus Persas a Galerio superatos fuisse; & ex Libanio eos post ingentem illam cladem *quadraginta annos* in apparatu consumsisse, bellumque

CXLII. Osii Episcopi confessio.

Nobilissima quoque civitas Cordubensis duorum germanorum Aciseli atque Victoriæ martyrio majori claritudine illustratur. Præerat tunc Ecclesiæ Cordubensi magnus ille Osius toto orbi Christiano conspicuus, qui his ipsis persecutionis temporibus (ut par erat) Christi fidem magna constantia coram Præside confessus est; quod ipsemet Osius in litteris, quas ad Constantium Imperatorem scripsit, testatur his verbis: *Ego confessionis munus explevi, primum cum persecutio moveretur ab avo tuo Maximiano*, &c. Recitat eas S. Athanasius (*a*), qui & paulo superius de eodem Osio adversus Arianos hæc ait: *Neque quod pater esset Episcoporum, reveriti sunt; neque quod confessor erat, pudore commoti sunt; neque quod sexagesimum annum a confessione & eo amplius agebat, respexerunt:* Hæc de Osio Athanasius.

(*a*) *Apud Athanas. in epist. ad solit. vit. agentes.*

CXLIII. De Valerio Cæsaraugust. confess.

Quod vero tum ipse, tum etiam Valerius Cæsaraugustanus Episcopus, & si qui alii gloria confessionis illustres, nequaquam tamen eo pervenerint, ut, sicut alii complures martyrium consummaverint; id quidem ea ex causa accidisse puto, quod, dum adhuc detinerentur in carcere, Diocletianus atque Maximianus se abdicantes Imperio (quod anno vigesimo ejusdem Diocletiani contigisse historici omnes affirmant) liberas moderationis habenas Occidentalis Imperii Constantio reliquerint; qui (ut de ipso suo loco dicemus) de Christianis est optime meritus. Quamobrem qui eo tempore Christianitatis causa vinculis tenerentur adstricti, liberos fuisse dimissos, est æquum existimare. At de Hispanis martyribus satis; de his inquam, quorum memoria ex tabulis Ecclesiasticis clara est; hos enim omnes certis diebus Romanum Martyrologium notatos habet; cum alioqui alii complures existant, quorum, qui prosecuti sunt res Hispanicas meminerunt. De erectis vero Imperatoribus in Hispania titulis de expugnata & deleta Christiana religione, dicemus anno sequenti.

CXLIV. Britanni martyres.

Pervasit & insulas ejusdem persecutionis furentis impetus; sed memoria rerum gestarum sub obscura scriptorum raritate remansit, vixque paucorum est notitia litteris commendata. Siquidem cum eadem Imperatorum edicta in Britannia fuerint promulgata, vix quatuor martyrum mentio habetur, nempe Albani, qui pro clerico hospite, quem persecutionem fugientem susceperat, se ipsum tradens, post verbera, aliaque acerbiora tormenta, capite plexus est, atque una cum eo miles qui eum ducebat ad supplicium, & in via ab eo ad Christum conversus erat. Post hos Julius & Aaron cursum martyrii feliciter consummasse leguntur; quo tempore (addunt tabulæ Ecclesiasticæ) ibidem quamplurimi diversis cruciatibus torti, & sæviss̃imè lacerati, ad supernæ civitatis gaudia, consummato agone, feliciter pervenerunt.

CXLV. Martyres Sardiniæ Insulæ.

In Sardinia quoque insula hi etiam martyres passi habentur, Luxorius, Cisellus, & Camerinus, qui sub Delphio Præside gladio cæsi sunt. Ibidem quoque Protus presbyter, & Januarius diaconus, sub Barbaro Præside, qui illuc a Caio Romano Pontifice missi erant, Turribus passi sunt. Caralis vero sub eodem Præside Saturninus coronatus est. In Palmaria insula, quæ adjacet Latio, Anastasia mulier Senatoria longo certamine fatigata, cum eo deportata fuisset, tandem ad palum ligata, igne succensa est. Sed & ducenti viri, & septuaginta fœminæ, qui in eamdem insulam causa nominis Christi fuerant pariter relegati, diversis affecti suppliciis, vitæ æternæ præmium perceperunt.

CXLVI. Siculi mart.

Sicilia quoque insula, hac eadem persecutione urgente, insigniter nobilitata est sanguine martyrum, inter quos Syracusis Luciæ virginis præ cæteris martyrium effulsisse claritate videtur; cujus egregii martyrii Acta, ore omnium decantata, cunctisque perspicua facta sunt; ut non sit opus eadem hic recitare.

Porro quæ gesta sunt in Euplium martyrem, hujus anni notata Consulibus extant. Passum namque esse Cataneæ, Acta ejus perbreviter, sed fideliter quidem scripta, significant. Claudamus igitur præ-

que anno CCCXXXVI. *renovatum fuisse*. Sed vel Libanius loquitur numero rotundo vel annos illos XL. non a pace, sed a magna illa clade deducit. Petrus Patricius in Excerptis de Legationibus pag.26. refert Narsæum Persarum Regem Appharban Legatum ad Maximianum Galerium misisse, qui asseruit Narsæum conditiones non ferre, quibus pacem fieri vellet, sed id omne Imperatoris arbitrio permittere. *Hoc solum ipsum hortari, ut sibi uxorem & filios redderet*. Sed licet Persæ captivi æque liberaliter haberentur, ac si domi suæ, ut nobiles solent, fuissent, hoc tamen tantum obtinuit a Galerio, *ut speraret non multo post fore ut impetrata ab Imperatore venia captivi ad ipsum redirent*. Hæc Legatio anno incerto missa. Refert postea Petrus Patricius cap.29. Galerium & Diocletianum Nisibi convenisse, & misisse legatum in Persidem Sicorium Probum, cujus legationis capita hæc fuere: *ut Romani in Oriente haberent Intilinem, cum Sophene, Arsanicen cum Cardonene, & Zabdicene, & Tygris fluvius utriusque imperii limes esset. Conventionum locus Nisibis, ad Tigrim amnem sita, esset*. Narsæus solum abnuit conventionum locum esse Nisibim, cetera capita admisit, sicque pax peracta, & restitutæ sunt illis ejus uxores integræ sicuti & liberi.

XV. *Provinciæ Transtigritanæ Persæ Romanis cedunt.*

Pacis tractatio ad annum sequentem dilata fuisse non videtur; cum Diocletianus morbo detentus Ravenna ad Mesopotamiam, in qua Nisibis posita, non videatur proficisci potuisse. Meminit hujus pacis Ammianus lib.25. cap.7. aitque Persas Romanis cessisse *quinque regiones Transtigritinas*; earumdem provinciarum meminit Rufus Festus in Breviario. Valesius in Notis ad Ammianum ait se fœpenumero dubitasse cur Transtigritanæ dicantur eæ regiones, ex quibus pleræque Romanis erant cis Tigrim. Verum res nullam difficultatem habere videtur; cum enim a Persis provinciæ Transtigritanæ semper appellatæ fuissent, nomen etiam illud retinuere postquam juris Romani factæ sunt.

XVI. *Regiones Transtigritanæ in Provinciæ formam redactæ.*

Quinque hæ provinciæ Transtigritanæ vulgo appellatæ, præterquam quod varia sortiebantur nomina, hæc a Librariis varie depravata fuere. Harum tamen propria nomina fuisse eximo Arzanenam, Sophenem, Intilinem, Zabdicenen & Corduenam. Harum provinciarum occasione varia Romanos inter & Persas bella exorta; a Satrapis, ut vocabantur, antequam in Romanorum potestatem venirent, & ante Justinianum Imp. administratæ erant. Hic ut liquet ex Novella 31. Joanni Prætorio Orientis Præfecto & Exconsuli inscripta, Armeniam in quatuor provincias dividens, quartam ex quinque illis regionibus, quæ prius in forma provinciæ non continebantur, constituit, Satraparum nomen abrogavit, hancque provinciam Consularem esse voluit.

Acta Euplii martyris.

præsentem annum præclaris Euplii martyris Actis, quæ sic se habent, ut publice excepta sunt:

Diocletiano octies & Maximiano septies Consulibus, pridie Idus Augusti, in Catanensium civitate, cum esset extra velum Secretarii Euplius diaconus (qui ab exploratoribus inventus legere Evangelia, & docere Christianos, ab illis tentus est, & perductus cum libro) proclamavit, dicens: Christianus sum, & pro Christi nomine mori desidero. Audiens hæc Calvisianus Consularis, dixit: Ingrediatur qui clamavit. Et cum ingressus fuisset Euplius Secretarium Judicis, Evangelia portans; unus ex amicis Calvisiani, nomine Maximus, dixit: Non decet tales chartas eum tenere contra regalem præceptionem. Calvisianus Consularis dixit ad Euplium: Unde hæc sunt? de domo tua exierunt? Euplius respondit: Non habeo domum; hoc & Dominus meus Jesus Christus novit. Calvisianus Consularis dixit: Tu ea huc deportasti? Euplius dixit: Per me ea huc deportavi, sicuti & ipse vides; invenerunt me cum illis. Calvisianus dixit: Lege ea. Euplius aperiens, legit: Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Et alio loco: Qui vult venire post me tollat crucem suam, & sequatur me. Cum hæc & alia legeret, Calvisianus Consularis dixit: Hoc quid vult esse? Euplius dixit: Lex Domini mei, quæ mihi tradita est. Calvisianus Consularis dixit: A quo? Euplius respondit: A Jesu Christo Filio Dei vivi. Calvisianus Consularis interlocutus dixit: Quoniam innotuit ejus confessio, interrogetur sub tormentis, tradatur tortoribus. Et cum traditus esset, cœpta est secunda cognitio per quæstionem.

CXLVII. Secunda cognitio.

Diocletiano octies & Maximiano septies Consulibus, pridie Idus Augustas, Calvisianus Consularis dixit ad Euplium positum in tormentis: Quæ per tuam confessionem hodie dixisti, quid dicis modo de eis? Euplius libera manu signans sibi frontem, dixit: Quæ tunc dixi, & nunc ea confiteor; me esse Christianum, & divinas scripturas legere. Calvisianus dixit: Quare apud te habuisti, & non tradidisti has lectiones, quas Imperatores vetuerunt? Respondit Euplius: Quia Christianus sum, & tradere non licebat; magisque expedit mori, quam tradere. In his vita æterna est; qui tradit, vitam æternam perdit; ut eam non perdam, vitam meam do. Calvisianus interlocutus dixit: Euplius, qui secundum edictum Principum non tradidit scripturas, sed legit populo, torqueatur.

CXLVIII. Gloriosa Euplii confessio.

Cumque torqueretur, dixit Euplius; Gratias tibi Christe; me custodi, qui propter te hæc patior. Dixit Calvisianus Consularis: Desiste, Eupli, ab insania hac: deos adora, & liberaberis. Euplius dixit: Adoro Christum, detestor dæmonia; fac quod vis; Christianus sum; hæc diu optavi; fac quod vis; adde alia; Christianus sum. Postquam diu tortus esset, jussi sunt cessare carnifices, & dixit Calvisianus: Miser, adora deos, Martem cole, Apollinem, & Æsculapium. Dixit Euplius: Patrem & Filium & Spiritum sanctum adoro, sanctam Trinitatem adoro, præter quam non est Deus; pereant dii qui non fecerunt cœlum & terram, & quæ in eis sunt; Christianus sum. Calvisianus Præfectus dixit: Sacrifica, si vis liberari. Euplius dixit: Sacrifico modo Christo Deo me ipsum; quid ultra faciam non habeo; Frustra conaris; Christianus sum.

CXLIX. Sententia contra Euplium.

*Calvisianus præcepit iterum torqueri acrius. Cumque torqueretur, dixit Euplius: Gratias tibi Christe. Succurre, Christe, propter te hæc patior Christe; & dixit sæpius *; & deficientibus viribus dicebat labiis tantum absque voce hæc, vel alia. Calvisianus intra velum interius ingrediens, sententiam dictavit; Et foras egressus, afferens tabellam, legit: Euplium Christianum, edicta Principum contemnentem, deos blasphemantem, nec resipiscentem gladio animadverti jubeo: Ducite eum. Tunc appensum est ad collum ejus Evangelium, cum quo apprehensus fuerat, proclamante hæc præcone: Euplius*

* *al.* septies.

plius Christianus, inimicus deorum & Imperatorum. Euplius lætus dicebat semper: Gratias Christo Deo. Et cum ad locum perductus esset, genuflexus prolixius oravit; & iterum gratias agens, præbuit jugulum, & a carnifice decollatus est. Sublatum est postea corpus ejus a Christianis, & conditum aromatibus, sepultum est: Hucusque Acta Euplii diaconi, quæ in diversis exemplaribus diversa inter se reperi; sed quæ breviora, eadem quoque fideliora probavi. Vaticanus codex germanior inventus est; sed discrepat ab iis quæ ex Græcis edidit Metaphrastes.

Alii martyres Siculi.

CL. Præter hos martyres in Sicilia passos, seorsum ab iis alii septuagintanovem, nono Kal. Martii in eadem persecutione coronati, Ecclesiasticis tabulis adscripti habentur. At de martyribus occidentalis Ecclesiæ hactenus, illis scilicet, quorum expressa mentio est in sacris Indicibus, certis diebus in Ecclesia publice recitari solitis. De martyribus vero Orientalis Ecclesiæ, postquam eos qui ab Eusebio singulis annis, quibus sunt passi, positi habentur, recensuerimus; illos demum, quorum passionis incertus est annus, addemus. Quæ autem hæc secuta sunt, temporum ordine prosequamur.

JESU CHRISTI ANNUS 304. MARCELLINI PAP. ANNUS 8. CONST. & GALER. IMPP. ANNUS 1.

I. CHristi Redemptoris nostri anno trecentesimoquarto, Diocletianus nonum, & Maximianus octavum Consulatum adierunt; quo, vigesimo anno Diocletiani Imperii nondum penitus exacto, undecimo Kalendas Maii, ambo Impp. Parilibus ipsis se Imperio abdicarunt.

Panvini & aliorum error correctus. Ita quidem putavit Panvinus, sed tu loco Maii, ponas, Martii; erroris namque illum arguere necesse est, dum affirmat, id factum esse, nondum expleto biennio persecutionis indictæ, cum Eusebii constet auctoritate, eam cœptam mense Martii, quo mense liquet fuisse promulgatum persecutionis edictum. Ex his etiam eos erroris arguas, qui id anno superiori asserunt contigisse; nam sub hujus anni Consulibus Diocletiano Nono & Maximiano Octavo id factum esse, æque Zosimus asserit verbis istis. *A Consulatu Chilonis & Libonis, quo Severus ludos Sæculares exhibuit, donec Diocletianus nonum, Maximianus octavum Consules facti sunt, centum & unus anni elapsi fuerunt; ac tum quidem privatus ex Imperatore Diocletianus factus est, cujus exemplum Maximianus est secutus:* Hæc Zosimus: At vero quod ipse interlapsos dicat annos centum & unum a Consulatu Chilonis & Libonis, quo ludos sæculares contigit celebrari sub Severo Imperatore, usque ad abdicationem horum Imperatorum sub eorumdem dicto Consulatu factam; plane in dictum annorum numerum esse illapsum errorem, dicendum; restituendumque, centum duo minus anni, qui interlapsi reperiuntur usque ad præsentem Consulatum, quo se abdicaverunt iidem Imperatores, ut etiam ipse testatur. Siquidem idem Libonis & Chilonis Consulatus incidisse reperitur anno Christi ducentesimo sexto. Vel dicendum, quod idem Consulatus Chilonis & Libonis non suo loco sit positus a Cassiodoro, & aliis anno ducentesimo sexto, sed sub anno Christi ducentesimo tertio sit collocandus: quod ut magis dici debeat ea quoque ratio favet, quod cum testetur Zosimus, ludos sæculares, quolibet centesimo & decimo anno solitos celebrari, ut appareat, centum & decem interlapsos a ludis sæcularibus sub Severo usque ad illos sub Constantino celebratos anno Christi trecentesimo decimotertio, ut suo loco dicetur; plane dicendum Chilonis & Libonis Consulatum nonnisi in annum ducentesimum tertium incidere potuisse.

Diocletianus & Maximianus se abdicant.

II. Verum cum (ut dictum est superius) constet eosdem ludos sæculares sub dicto Consulatu Chilonis & Libonis celebratos, incidisse in annum Severi duodecimum, qui est annus Christi ducentesimus sextus, e suo loco minime convellendus est; adeo ut error irrepsisse dicendus sit in annorum numerum Zosimi, ut loco centum & unius annorum, ut dictum est, restituendum sit, centum duo minus anni. Sed nec semper verum quod asserit, quolibet centesimo decimo anno celebrari solitos ludos sæculares; non enim una eademque semper servata reperitur in iis celebrandis annorum periodus, ut est videre apud Panvinum qui commentarium eo argumento conscripsit; sed & si non quando celebrati sunt, sed celebrari debuerunt, ratio habenda erat, adhuc dicendum secundum eamdem periodum centum & decem annorum bene subsistere dictum Consulatum Chilonis & Libonis sub anno Christi ducentesimo sexto: nam cum constet auctoritate Dionis, anno ab Urbe condita septigentesimo trigesimoseptimo, sub Consulatu Furnii Nepotis & Silani sub Augusto celebratos esse ludos sæculares, secundo autem curriculo sub Severo; utique necessario habitos esse oportuit, anno ab Urbe condita, nongentesimo quinquagesimoseptimo, quo incidisse ponitur Consulatus Chilonis atque Libonis: qua ratione, nullo modo convellendus est Consulatus eorum e suo loco; sed Zosimus omnino sit arguendus erroris. Hoc demo nstrato, pergamus ostendere, quod cœperamus, hoc ipso anno eosdem Imperatores se Imperio abdicasse [1]. Auctor item incertus in Panegyrico Maximiano, & Constantino dicto, id factum esse sub eodem octavo Maximiani Consulatu, nempe hoc anno, habet expressum his verbis: *Te rursus vigesimo anno Imperatorem, octavo Consulem, ita ipsa amplexu quodam suo Roma voluit detinere, ut videretur augurari jam & timere quod factum est. Est enim, Imperator æterne, in quo uno querelam Reipublicæ pene meruisti. Audi doloris nostri liberam vocem; siquidem dii ipsi, quod plerumque humanas res negligant, dum querimur ignoscunt; quibus aliud fortasse curantibus, grandines ruunt, terræ dehiscunt, urbes exhauriuntur, quæ non illis exhauriuntur,*

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1057. Olymp. 270. an. 4. A. C. 304.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5797.

☉ 5. AB. ☽ 1. P. 9. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 304.

MARCELLINI PAPÆ 9.

PERSECUTIONIS 2.

DIOCLETIANI IMP. 21. MAXIMIANI HERCULII IMP. 19.

I. Consules. Vicennalia Imperii Augustei Herculii.

[1] ANum. I. ad XXIII. Coss. *Diocletianus Aug. IX.* & *Maximianus Herculius Aug. VIII.* Hic Consulatus juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam; Imperii enim Augustei Vicennalia celebravit: Diocletiani Consulatus juxta tertiam.

Eusebius in Historia, Zosimus lib. 2. Idacius in Fastis, Auctor Chronici Alexandrini, aliique Diocletianum & Maximianum Herculium hoc anno abdicasse scribunt, quæ communis sententia Eruditorum fuit, antequam Lactantii liber de Mortibus Persecutorum lucem videret. Sed eo publicato omnibus patuit, anno tantum sequenti utrumque Imperatorem novo exemplo, ut habet Eutropius, vitam privatam amplexum esse. Juvat hic Lactantium cap. 17. audire: *Vicennalibus celebratis, cum libertatem populi Romani ferre non poterat, impatiens & ager animi prorupit ex Urbe impendentibus Kalendis Januariis, quibus illi nonus Consulatus* (hoc anno gestus) *deferebatur. Tredecim dies tolerare non potuit, ut Romæ potius, quam Ravennæ procederet Consul. Sed profectus hieme, saviente frigore atque imbribus verberatus, morbum levem ac perpetuum traxit; vexatusque per omne iter, lectica plurimum vehebatur. Sic æstate transacta* (cur-

II. Diocletianus & Maximianus abdicant.

PAGIUS (currentis nempe Christi anni) *per circuitum ripæ strigæ Nicomediam venit* (per ripam nempe Danubii, qui antiquus erat Imperii limes, ubi erant prætenturæ Illyricianæ, *strigæ* dictæ, ut ostendit Dodwellus in singulari Dissertatione de *Ripa striga*) *morbo jam gravi insurgente. Quodcumque se premi videret, prolatus est tamen, ut Circum, quem fecerat, dedicaret anno post Vicennalia repleto. Deinde ita languore oppressus, ut per omnes Deos pro vita ejus rogaretur, donec Idibus Decembribus* (currentis sc. anni) *luctus repente in palatio, mœstitia & lacryma, Judicum trepidatio & silentium. Tota civitate jam non modo mortuum, sed etiam sepultum dicebant, cum repente mane postridie pervagari fama quod viveret, domesticorum ac Judicum vultus alacritate mutari. Non defuerunt, qui suspicarentur celari mortem ejus, donec Cæsar veniret, ne quid forte a militibus novaretur. Quæ suspicio tantum valuit, ut nemo crederet eum vivere, nisi Kalendis Martiis* (anni nimirum 305.) *prodisset, vix agnoscendus, quippe qui anno fere toto ægritudine tabuisset. Et ille Idibus Decembribus morte sopitus animam receperat, nec tamen totam. Demens enim factus est, ita ut certis horis insaniret, certis resipisceret.* Tum cap. 18.

Hæc abdicatio coacta.

III. Nec *multis post diebus Cæsar* (nempe Galerius Maximianus) *advenit, non ut patri gratularetur, sed ut eum cogeret Imperio cedere. Jam conflixerat nuper Maximiano sene, eumque terruerat injecto armorum civilium metu. Aggressus est ergo Diocletianum primum molliter & amice, jam senem esse dicens, jam minus validum & administrandæ Reipublicæ inhabilem, debere illum requiescere post labores. Simul & exemplum Nervæ proferebat, qui Imperium Trajano tradidisset. Ille vero aiebat, ei indecens esse, si post tantam sublimis fastigii claritatem in humilis vitæ tenebras decidisset, & minus tutum, quod in tam longo Imperio multorum sibi odia quæsisset. Nerva vero una anno imperante, cum pondus & curam tantarum rerum vel ætate vel infolentia ferre non quiret, abjecisse gubernaculum Reipublicæ, atque ad privatam vitam rediisse, in quæ consenuerat. Verum si nomen Imperatoris cuperet adipisci, impedimento nihil esse, quominus omnes Augustæ nuncuparentur. At ille qui Orbem totum jam ipse inhiaverat, cum inde sibi aut nihil prater nomen aut multum videbat accedere, respondit, debere ipsius dispositionem in perpetuum conservari, ut duo sint in Republica majores, qui summam rerum teneant: item duo minores qui sint adjumento. Inter duos facile posse concordiam servari, inter quatuor pares nullo modo. Si ipse cedere noluisset, se sibi consulturum, ne amplius minor & extremus esset. Jam fluxisse annos quindecim in Illyricum vel ad ripam Danubii*

NOTÆ [1] *Coss. Diocletianus Aug. IX. & Maximianus Herculius Aug. VIII.* Bandurii nummi tom. II. pag. 43. cum *Maximiani Aug.* epigraphe, & CONSUL VIII. P. P. PROCOS. Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii laterculi: *Diocletiano IX. & Maximiano VIII.* Prosperi Chronicon: *Diocletiano VIII. & Maximiano VII.* Panegyricus *Maximiano & Constantio Augg.* recitatus narrat, *Maximianum*, vicesimo imperii anno, *octavo Consulem*, imperium abdicasse. Vide Zosimum Lib. II.

tur volentibus, sed aut aliorsum aspicientibus, aut fatali rerum cursu urgente, videntur accidere.

III. Cur simul abdicarint. Præfatur hæc auctor digna diis Gentilium, explicaturus justas, quæ sibi videbantur, de dimissa Imperatoria dignitate querelas, cum subdit: *Tale est, Imperator, quod omnibus nobis incluso gemitu merentibus facere voluisti; non quidem tu Reipublicæ negligentia, aut laboris fuga, aut desidiæ cupiditate ductus, sed consilii olim (ut res est) inter vos placiti constantia, & pietate fraterna; ne quem totius vitæ, summarumque rerum socium semper habuisses, in alicujus facti communitate desereres; ne vel illius, viderit quali, certe novæ laudi cederes. Verum longe diversa in vos erat causa declinandi aut sustinendi laboris. Quamquam, etsi totam excusationem ætatis afferres: sic quoque tibi Reipublicæ curis non erat abeundum*. An si maximus quisque natu gubernator est certissimus ad salutem, non est is optimus qui usu peritissimus imperator? Aut te umquam, Constantine, liberi nostri nepotesque patientur, vel cum ad summam perveneris senectutem, Reipublicæ vela contrahere, quæ tam felicibus ventis etiam juvenis impleveris? Sed tamen, utcumque fas fuerit, cum Principem, quem anni cogerent, aut valetudo deficeret, receptui canere; te vero, in quo adhuc istæ sunt integræ solidæque vires, hic totius corporis vigor, hic Imperatorius ardor oculorum, immaturum otium speravisse miramur:* Hucusque incertus auctor de tempore, & causa abdicationis Diocletiani, quam ad ætatem, & malam valetudinem refert.

* *al.* abutendum.

IV. Sed quid de iis tum Eusebius, tum etiam ipsemet Constantinus scripserint, audiamus. At hæc in primis Eusebius (*a*): *Per idem tempus duo ex Imperatoribus, quorum alter primum ac summum Imperii gradum, alter secundum post illum obtinebat, ad privatam quamdam vitæ rationem se trunstulerunt, atque Respublica languescere & ægra esse cœpit. Paulo post Imperio Romano contra se dissentiente, bellum grave & acerbum inter ipsos Imperatores mutuo excitatur; neque seditio & tumultus in ea commotus prius sedatus fuit, quam pax adversus nos in universis Orbis partibus, quæ Romano paruere Imperio, firma constitueretur. Nam simulac illa omnibus, instar lucis cujusdam, ex tenebricosa & obscura nocte exorta fuit; communis Imperii Romani status iterum ad stabilitatem, amicitiam, & pacem restituitur, mutuamque concordiam, quam a majoribus acceperat, recuperavit. Verum de his rebus copiosius disserendi est aliud tempus magis opportunum nobis reservatum. Jam vero ad ea quæ sequuntur pergamus:* Hucusque Eusebius; quæ vero post hæc idem subdit, tertio persecutionis anno sunt recensenda.

(*a*) *Euseb. l.* 8. *c.* 13. Status Romani Imperii.

V. De abdicationis tempore. Quod autem anno secundo persecutionis, depositum tradit a Diocletiano atque Maximiano Imperium, idque factum esse idem ipse anno vigesimo æque affirmat in Chronico, eodem anno sic dicens: *Secundo anno persecutionis Diocletiani, Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani*

diolani, purpuram deposuerunt. Haud repugnat his quæ ex Panegyrico sunt recitata; nam si statim ipso anni primo tempore se abdicarunt, æque contingere potuit id factum esse, nondum expleto anno secundo persecutionis, ipsoque nondum exacto anno vigesimo Imperii Diocletiani, a quo anni numerabantur, non autem a collega. Rursus Eusebius (*a*) alibi in eamdem sententiam: *Cum non integro biennio post persecutionis initium regnassent, se (sicut antea a nobis demonstratum est) abdicarunt Imperio, atque reliquum vitæ suæ tempus plebejo & privato quodam vivendi genere degerunt; huncque vitæ finem, quem deinceps exponemus, sunt consecuti. Alter & gradu honoris, & designationis tempore primas Imperii partes assecutus, diuturna & aspera in primis corporis ægrotatione pedetentim contabescens occubuit. Alter secundas ab eo adeptus, propter plurimos suos perditos ac fraudulentos conatus, quos conscivisset in vita, dæmonis incitatione ac pulsu extremum vitæ spiritum laqueo interrupit.*

(*a*) *Euseb. l.* 8. *c.* 29.

VI. Idemque Eusebius causam cur se Diocletianus Imperio abdicarit; hanc alibi (*b*) recenset his verbis: *Cum secundus jam annus ejus tumultus in nos commotis nondum esset completus; facinus quoddam novum & inauditum in Imperio facti tatum, ejus statum penitus commutavit, evertitque. Nam qui primus nostrarum ærumnarum auctor erat, Diocletianum dico, in tam lethalem & pestiferum morbum delapsus est, ut mens inde de statu suo deturbaretur. Et propterea cum ille ipse, tum alter, Valerium Herculium Maximianum intelligo, qui secundas post illum obtinebat in Imperio, honore Imperii (ut supra diximus) depositio, plebejum & privatum vitæ genus sibi delegit:* Hæc ipse. Sed & Constantinus (*c*) in oratione illa, quam habuit ad Sanctorum cœtum, de persecutione illa ab eodem Diocletiano excitata, & insania, qua percitus se abdicavit, hæc habet:

(*b*) *Euseb. l.* 8. *c.* 26. Cur se abdicarint Impp.

(*c*) *Apud Euseb. c.* 25.

Diocletianus quoque cum post cruentam cædem in persecutione factam ipse contra se quodammodo propter vitium amentiæ & delirationis suffragium tulisset, se unius abjectæ & humilis mansionis munitioni ac præsidio concredens, pœnas dedit. Quid ergo huic profuit bellum contra Deum nostrum concitasse? Ut certe, mea quidem sententia, reliquam vitæ partem misere transigeret, dum semper sibi metueret, male ne fulminis ictu concideret. Ita loquitur Nicomedia; non tacent etiam qui eadem oculis viderunt, ex quorum numero ego quidem sum. Palatium ejus, & domus ejus fulmine eam depascente, faceque cœlesti exedente, vastata fuit. Quas res ita eventuras, sapientes plane prædixerant; neque enim siluerunt, neque mœrorem pro sceleribus tam inique contra Christianos admissis susceptum simulatione occultarunt, sed perspicue ac palam ipsi inter se libere de iisdem disserebant. Quis talis furor? quæ plane principatus insolentia, ut, homines cum sint, audeant tamen Deum bello lacessere, inque religionem sanctissimam justissimamque vesano animo insultare, & tam infinitæ populi hominumque justorum multitudini, nulla causa antecedente, exitium moliri? &c.

VII. Diocletianus amens redditus.

VIII. Hæc cum testata reliquerit Constantinus publica concione, & Eusebius, qui eodem tempore vixit, & eadem oculis spectavit, testatus sit; nihil est, ut de causa abdicationis Diocletiani quis amplius dubitet, quin in ultionem ex divina indignatione acciderit, secundum illud propheticum (*d*): *Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Memphæos; immisit in eos Dominus spiritum vertiginis.* In Actis (*e*) vero Mennæ & sociorum martyrum, quæ quidem germana esse noscuntur, hæc de eorum abdicatione scripta habentur: *Postquam magnum ad hoc adhibuere studium, & omnem movere lapidem, ut Christianam religionem convellerent; quando cognoverunt se ea aggredi, quæ non possent fieri, & (ut dicitur) jaculari aerem, & conari mo-*

(*d*) *Isai.* 19.

(*e*) *Apud Sur. t.* 6. *die* 10. *Dec.* Vera causa abdicationis Impp.

PAGIUS

bii relegatus cum gentibus barbaris luctaret, cum alii intra laxiores & quietiores terras delicate imperarent.

IV. Electio Cæsarum. *His auditis, senex languidus, qui jam Maximiani senis literas acceperat scribentis quacumque locutus fuisset, & didicerat augeri ab eo exercitum, lacrymabundus, Fiat, inquit, si hoc placet. Supererat ut communi consilio omnium Cæsares legerentur. Quid opus est consilio; cum sit necesse illis duobus placere quidquid nos fecerimus? Ita plane, nam illorum filios nuncupari necesse est. Erat autem Maximiano (filius) Maxentius, hujus ipsius Maximiani gener, homo pernicioſa ac malæ mentis, adeo superbus & contumax, ut neque patrem, neque socerum solitus sit adorare. Et idcirco utrique invisus fuit. Constantio quoque filius erat Constantinus, sanctissimus adolescens, & illo fastigio dignissimus, qui insigni & decoro habitu corporis, & industria militari, & probis moribus, & comitate singulari, a militibus amaretur, a privatis & optaretur. Eratque tunc præsens, jam pridem a Diocletiano factus Tribunus ordinis primi. Quid ergo fiet? Ille inquit, dignus non est. Qui enim me privatus contemsit, quid faciet, cum Imperium acceperit? Hic vero & amabilis est, & ita imperaturus, ut patre suo melior & clementior judicetur. Ita fiet ut ego non possim facere quæ vedim. Eos igitur oportet nuncupari, qui sint in mea potestate, qui timeant, qui nihil faciant nisi meo jussu. Quos ergo faciemus? Severum, in-*

quit. Illumne saltatorem, temulentum, ebriosum, cui nox pro die, & dies pro nocte? Dignus, inquit, quoniam militibus fideliter prafuit; & eum mis ad Maximianum, ut ab eo induatur. Esto. Alterum quem dabis? Hunc, inquit, ostendens Daiam adolescentem quendam semibarbarum, quem recens jusserat Maximinum vocari de suo nomine. Jam & ipsi Diocletianus nomen ex parte mutaverat hominis (legendum *ominis*, ut ostendi anno CCXCII.) *causa, quia Maximianus* (nempe Herculius) *fidem summa religione præstabat. Quis est hic quem mihi offers? Meus, inquit, affinis. At ille gemebundus, Non, inquit, eos homines mihi das, quibus tutela Reipublicæ committi possit. Probavi illos, inquit. Tu videris, qui regimen Imperii susceperturus es. Ego satis laboravi & providi, quemadmodum me imperante Respublica staret incolumis. Si quid acceserit adversi, mea culpa non erit.*

V. Severus & Maximinus Cæsares creati. *Cum hæc essent constituta, proceditur Kalendis Maiis. Constantinum omnes intuebantur. Nulla erat dubitatio. Milites qui aderant, & priores militum electi & acciti ex legionibus, in hunc unum intenti gaudebant, optabant & vota faciebant. Erat locus altus extra civitatem ad millia fere tria, in cujus summo Maximianus ipse purpuram sumserat; & ibi columna fuerat erecta cum Jovis signo. Eo pergitur. Concio militum convocatur. Inquit senex cum lacrymis, alloquitur milites, se invalidum esse, requiem post labores petere, Imperium validioribus tradere,*

re, alios Cæsares subrogare. Summa omnium expectatio quid afferret. Tunc repente pronuntiat Severum & Maximinum Cæsares. Obstupefiunt omnes tribunali. Constantinus adstabat susum: (ita Veteres pro sursum) scisciteri inter se, num Constantini immutatum nomen esset, cum in conspectu omnium Maximianus manum retrorsum extendens protraxit a tergo Daiam, Constantino repulso, & exuto vestem privatam, constituit in medium. Mirari omnes qui esset, unde esset. Nemo tamen reclamare ausus est, cunctis insperata novitate rei turbatis. Huic purpuram Diocletianus injecit suam, qua se exuit, & Dioclesiterum factus est. Tum descenditur, & rheda per civitatem veteranus Rex foras exportatur, in patriamque dimittitur. Daia vero sublatus nuper a pecoribus & silvis, statim seu-

tarius, continuo Protector, mox Tribunus, postridie Cæsar, accepit Orientem calcandum & conterendum, quippe qui nec militiam, neque Rempublicam sciret, jam non pecorum, sed militum pastor. Ita Lactantius in lib. de Mortibus Persecutorum, qui Baronii tempore lucem non viderat.

VI. Abdicatio Impp. anno sequenti facta. Hanc itaque Cæsarum nuncupationem & Imperatorum abdicationem non hoc anno, sed sequenti, idque *Kalendis Maiis*, ut Lactantius prodit, contigisse, certum esse debet. A Lactantio stat Victor de Cæsaribus, qui de Augusteo Constantii Chlori & Galerii Maximiani Imperio loquens inquit: Galerio Maximiano *quinquennii Imperium, Constantio annuum fuit*; quod verum esse non potest, si ante annum CCCV. uterque Augustus renuntiatus: Constantius

movere quæ sunt immobilia; uterque eorum deposuit Imperium; apud alios quidem prætexentes fortunæ satietatem & amorem mutationis; iis autem, quibus poterant secreta communicare, & animum aperire, dicentes Christi virtutem, & quæ ex signis proficiscebatur persuasionem; & quod, cum hoc non potuissent efficere, alia posthabentes, & parva existimantes, nec imperare quidem volebant: Hæc ibi. Eamdem quoque causam abdicationis eorum adducunt Zonaras (*a*) atque alii.

(*a*) Zonar. Annal. p. 3.

IX. Fefellit plane spes vana principes, quam inani opinione conceperant, fore, ut suo ipsorum conatu Christianam religionem e- verterent; incumbentibusque in opus omnibus provinciarum Præsidibus, jam undique ex sanguine Christiano fluentibus rivis. Et perinde ac si cum hominibus tantum, & non cum Deo bellum gestum esset; creditum a Gentilibus fuit; Christianam fidem esse penitus subjugatam. Quamobrem velut gloriosæ victoriæ titulis, & summarum laudum excellenti præconio, longeque sublimiori cognomine quam Parthico, Gothico, atque Germanico, de subactis deletisque penitus Christianis columnas erexerunt. Cluniæ enim in Hispania in nobili columna hæc inscriptio legitur:

Trophæa inania de extincta Christiana religione.

DIOCLETIAN. JOVIUS. MAXIMI. HERCULEUS CÆSS. AUGG. AMPLIFICATO PER ORIENTEM ET OCCID. IMPE. ROM. ET NOMINE CHRISTIANOR. DELETO QUI REMP. EVERTEBANT.

Rursus ibidem altera inscriptio hæc habet:

DIOCLETIAN. CÆS. AUG. GALLERIO IN ORIENTE ADOPT. SUPERSTITIONE CHRISTI UBIQ. DELETA. CULTU DEORUM PROPAGATO.

X. Leguntur hæc etiam Arevaci (*b*) Hispaniæ in columnis pluribus. At non tantum in Hispaniis ejusmodi fuisse de Christiana religione prostrata erecta trophæa, sed toto orbe Romano similiter factitatum existimamus; sed in odium impietatis, & impiorum Principum, reddita Ecclesiæ pace, eadem penitus fuisse deleta. Hæc autem relicta memoriæ causa, non sine nutu divino, ut ejusmodi monumentis immanitas persecutionis intelligi possit; & ex his plane existimare juxta liceat, minora admodum esse quæ de martyribus tunc passis diversis in locis scripta habentur, quam quæ tunc a provinciarum Præsidibus facta sunt.

(*b*) Habet Aldus Manutius post schol. in Comment. Cæsaris, necnon Adolph. Occ. in lib. Numism. in Dioclet.

XI. Dei vindicta in persecutores. Cum vero præter expectationem accidere viderent Imperatores, quo magis exciderentur Christiani nominis palmites, eo fœcundiori germine propagari, ac longe lateque amplius majori gloria dilatari; mœrore confecti, desperatione devicti, rubore suffusi, mente turbati; jam regni pertæsi, se se honesto quovis titulo, ne faterentur, quod erat, esse victos, ab Imperio abdicarunt; illamque in se ipsos vindictam intulerunt, quam indignissime a victoribus hostibus illatam accepissent. Sed quod non satis hæc esse videri poterant ad ultionem effusi sanguinis Christiani; horum prior, velut Cain tremens ac pavens, miserrime vivens, diem extremum infelicissime clausit: posterior vero (ut suo loco dicemus) spontaneo laqueo se præfocans, vitam abrupit. Hunc tandem finem accepit impietas, hunc exitum sortiti sunt Principes Divinitatis hostes, & Christiani nominis perduelles. Sed de eorumdem interitu plura inferius.

Remanserunt ipsorum res gestæ obscuræ admodum; adeo ut quatuor lustra, quibus imperarunt, & adversus barbaros atque tyrannos feliciter decertarunt, relicta sint penitus obvoluta silentio, atque oblivione sepulta; cum alioqui hoc tempore non defuerint historici nobilissimi, nempe Ælius Spartianus, Julius Capi- XII. Acta Diocletiani obscura.

PAGIUS tius enim anno CCCVI. mense Julio; Galerius vero anno CCCXI. vita functi sunt. Constantius primus Augustus dictus est, prioremque gradum obtinuit, ut testatur Eusebius lib. I. de Vita Constantini cap. 18. Solent autem Scriptores Historiæ Augustæ, dum loquuntur de Imperatoribus, qui proxime post Diocletianum Imperium administrarunt, eorum annos numerare a morte illius, qui primum locum adeptus erat, ut liquet ex exemplis, quæ anno CCCXIV. & anno CCCXVIII. in medium afferam. Quare cum Constantius supremum honoris fastigium anno CCCV. consecutus fuerit, & annum tantum cum aliquot mensibus a Victore neglectis imperarit, is Historicus Galerii Maximiani annos ab anno tantum Christi CCCVI. Constantii emortuali deduxit; quo pacto, quinquennium Galerio anno CCCXI. demortuo recte assignat. Secundo, Victor alter in Epitome Diocletianum anno dumtaxat sequenti abdicasse indicat, quando scribit: *Vixit annos sexaginta octo, ex quibus communi habitu prope novem egit.* Diocletianus autem anno CCCXIII. ineunte periit, ut infra dicetur. Et quamvis hic Scriptor trahi posset in communem, quæ hactenus obtinuit sententiam; cum tamen jam de veritate constet, Diocletianum scilicet & Maximianum anno solum sequenti Imperium deposuisse, non dubium, quin inter Lactantium & utrumque Victorem hac in re conveniat.

Tertio, Auctor incertus Panegyrici Maximiano & Constantino anno CCCVII. dicti, Diocletianum & Maximianum anno sequenti abdicasse insinuat, quando num. VIII. de triumpho Romæ anno præcedenti ab utroque Imperatore exhibito loquens, ait: *Te primo ingressu tuo tanta lætitia, tanta frequentia populus excepit; ut cum te ad Capitolini Jovis gremium vel oculis ferre gestiret, stipatione sua vix ad portas Urbis admitteret. Te rursus vicesimo anno Impera-* VII. Probatur iterum.

pitolinus, Ælius Lampridius, Trebellius Pollio, & Flavius Vopiscus; qui cum ipsi Diocletiano, tum Constantio Cæsari, sive Constantino ejus filio, illorum qui præcesserant Imperatorum vitas a se conscriptas dedicaverunt. Testatur sane Vopiscus (*a*), se scripturum fore Diocletiani res gestas. Idemque affirmat (*b*), Claudium Eusthenium, qui Diocletiano ab epistolis fuit, scriptis mandasse quatuor Principum Acta, nempe Diocletiani, Maximiani, Galerii, atque Constantii, totidem libris, quæ omnia perierunt. Et juste quidem hæc passi sunt de scriptis rerum suarum commentariis, qui in Christianorum sacros codices sævierunt.

(*a*) Vopisc. in Bonos.

(*b*) Idem in Carino.

XIII. Constantius & Galerius Augusti. Cum vero Diocletianus & Maximianus deposuissent una simul Imperium; qui Cæsarum titulo cum illis in hanc diem Rempublicam administrarunt; Augusti sunt appellati, nempe Constantius Chlorus, & Galerius Maximianus, quem alii perperam nominant Maximinum: ille Maximiano Herculio in Occidente, hic vero Diocletiano in Oriente successerunt. Sicque inter Constantium atque Galerium tradit Eutropius fuisse partitum Imperium, ut Constantius Galliis, Hispaniis, Italiæ, & Africæ præesset, Galerius vero Illyrico, Græciæ, & Orienti imperaret. Quod vero subdit, administrationem Africæ atque Italiæ recusasse; id minime factum esse, suo loco dicturi sumus; sed & jure commendat Constantium ob morum integritatem; qui, cum se cunctis facilem amabilemque præberet, erga Christianos potissimum omnem præ se tulit humanitatem cum benignitate conjunctam.

XIV. Eusebius etiam in Vita (*c*) Constantini filii ipsius testatur hæc eadem dicens: *Cum quatuor in Romani Imperii gubernandi societate jungebantur, solus hic fœdere amicitiæ cum Deo omnium gubernatore pacto, modum vitæ a cæterorum institutis alienum disparemque consectatus est.* *Ann. Eccl. Tom. III.*

(*c*) Euseb. in Vita Constant. l. 1. c. 9. & 10.

Illi enim Ecclesias Dei obsidione vastare, evertere radicitus, solo æquare, ac templa, concussis fundamentis disturbatisque, prorsus delere aggressi sunt; hic autem a nefando, & detestabili eorum scelere manus integras, & inviolatas continuit, neque ulla ex parte se similem eis præbuit. Illi intestina virorum simul ac mulierum, pietatem maxime excolentium, cæde provincias suæ ditioni subjectas, scelerate contaminarunt: hic suam ipsius animam a sceleris labe vacuam assidue conservavit. Illi, quo mala omnia in unum coacervarent, vocibus quibusdam execrabilibus, quæ in simulacrorum cultu fundi solent, primum se ipsos, deinde omnes qui ipsorum obsequebantur Imperio, nefariæ dæmonum venerationi devoverunt; hic pacis tranquillissimæ illis, qui ab ipso regebantur, auctor factus liberam eis veræ in Deum religionis sine molestia excolendæ permisit potestatem. Constantii Imperat. mores.

Quin etiam alii vitam omnium mortalium haud vitalem illam quidem, immo vero morte ipsa longe acerbiorem propterea effecerunt, quod tributa ab illis exigebant plane intolerabilia; Constantius solus & Imperium placidum præstitit ac tranquillum suis, & non aliter atque pater indulgens, illis sedulo prospexit, atque adeo opitulatus est. Cæterum cum alia sint ejus virtutis ornamenta prope infinita, cumque omnium ore ac sermone prædicata; uno & altero præclare facto, quibus ea, quæ silentio prætereuntur, melius certiusque intelligantur, oratione nostra percursis, ad institutam scriptionem sermonem deinceps transferemus. XV. Laudes Constantii.

Ubi multus & creber sermo de isto Imperatore passim fama pervagatus est, quod mansuetus erat, quod spectatus, quod ardenter vitæ sanctimoniam consectabatur, quod propter incredibilem in eos qui ipsius parebant Imperio, clementiam & benignitatem, nullum thesaurum sibi omnino reposuerat: Imperator, qui tunc temporis sum- XVI. Constantio paupertas exprobratur.

PAGIUS *peratorem, octavo Consulem ita ipsa amplexu quodam suo Roma voluit detinere, ut videretur augurari jam & timere quod factum est, nempe Imperii abdicationem.* Herculius itaque, de quo in eo Panegyrico fermo, anno antecedenti Romæ cum Diocletiano triumphavit, annoque currenti, quo octavum Consulatum gessit, quove Augustei Imperii Vicennalia edidit, Romæ eundem Consulatum VIII. iniit, cum Diocletianus nonum Ravennæ auspicatus est: quo tempore populus Romanus vereri cœpit, ne Herculius Imperium deponeret. Quod si, dum Consulatum illum VIII. Herculius gereret, abdicasset, non ita Orator loqueretur.

VIII. Quarto, in Fastis Theonis a Dodwello V. C. nuper in Anglia publicatis legitur: Κωνσταντῖνος καῖσαρ τὸ ε΄, καὶ Μαξιμῖνος καῖσαρ τὸ ε΄. Κωνσταντῖνος σεβαστὸς τὸ ς΄ καὶ Μαξιμῖνος σεβαστὸς τὸ ς΄. id est *Constantius Cæsar V. & Maximianus Cæsar V. Constantinus Augustus VI. & Maximinus Augustus VI.* Ubi errore Græcis Auctoribus familiari *Constantinus* loco *Constantii*, & *Maximinus* loco *Maximiani* scribitur. Constantius itaque & Maximianus, Galerius nempe, adhuc Cæsares erant anno trecentesimo quinto, quo quintum Consulatum susceperе: anno vero trecentesimo sexto quo sextum Consulatum iniere, jam Augusti erant. Quod si Constantius & Galerius Maximianus anno sequenti adhuc Cæsares erant, profecto Diocletianus & Herculius præsenti anno Imperium non abdicarunt; cum eadem die hi Imperium deposuerint, & Constantius ac Galerius Augusti nuncupati fuerint. Denique in Fastis Græcis Heraclii Imperatoris a Dodwello etiam in lucem emissis, Constans Cæsar & Maximinus Cæsar anno sequenti Consules etiam proponuntur, (loco Constantii & Maximiani Cæsarum) & Diocletiano anni XXI. assignantur. Ex quibus tandem omnibus consequens est, Diocletianum & Herculium Annus abdicationis ex Fastis probatur.

summum Imperii gradum obtinuit, legatis ad illum missis, dissolutam ejus in Republica administranda negligentiam graviter increpare cœpit; paupertatem tamquam probrum objicere: hocque ad rei confirmationem argumenti loco usurpare, quod nihil prorsus pecuniæ haberet in thesauris reconditum. Hic cum legatos, qui ab Imperatore venerant, aliquandiu moram facere precatus; ex omnibus gentibus suæ ditioni subjectis, eos qui maximis divitiarum copiis circumfluebant, in unum convocavit. Pecunia dixit se opus habere, & illud tempus opportune oblatum, quo quemque propensum studium, & benevolentiam erga Dominum ac Regem suum declarare par esset.

XVII. *Quo audito, hanc occasionem, quæ diu ipsis in optatis fuisset, benevolæ suæ in illum voluntatis perspicue significandæ statuentes, abiecta omni cunctatione, mature auro, & argento & aliis opum facultatumque generibus ærariæ ejus complere laborant; studio quodam & ardore ipsi inter se, quo alius alium in largiendo superaret, vehementer contendunt; hocque præstiterunt valde læto & hilari vultu. Qua re confecta, Constantius legatos ab Imperatore summo missos, thesauri sui spectatores fieri voluit, quos testes fore jussit eorum quæ oculis vidissent; illisque retulit, quemadmodum thesaurus ille, qui in præsentia in ipsius ærario collectus erat, & conditus, jampridem fuisset apud pecuniæ suæ & divitiarum dominos, tamquam custodes tutissimos, conservatus. Istos igitur rei gestæ permagna cœpit admiratio. Imperator autem benignissimus, post eorum discessum, pecuniæ illius dominos denuo accersit, illosque cum obsequii, & singularis benevolentiæ causa humanissime tractavisset, suis receptis omnibus facultatibus, domum reverti jubet. Atque ut ista una res est a Constantio gesta, quæ illustre sane humanitatis specimen dat & clementiæ; sic altera insigne pietatis erga Deum testimonium continet.*

Constantius facto redarguit legatos.

Cum magistratus in singulis provinciis ex Imperatorum mandato pios homines passim inhumane & graviter persequerentur; & sancti martyres qui in ipsis Imperatorum Palatiis versabantur, primi omnium certamina pro pietate obirent; ignemque, ferrum, vastos maris gurgites, omnia denique mortis genera, summa cum animi alacritate & tolerantia subirent, usque eo, uti brevi Imperatorum Regiæ sanctis viris essent omnino orbatæ (quæ res auctores malefici clementi Dei obtutu curationeque prorsus privavit; quippe qui, dum homines pios insectarentur, etiam eorum preces insectati sunt, & absque se penitus everterunt) soli Constantio sapiens quædam & solers animi occurrit cogitatio; & facinus facit, ut incredibile auditu, ita factu in primis admirabile. Nam illis qui in Regia ipsi inserviebant, libera data optione (quæ etiam illis, qui aliquem dignitatis gradum in familia ejus obtinebant, delata fuit) hanc tulit conditionem; ut vel dæmonibus immolando, integram haberent potestatem tum apud ipsum commorandi, tum consuetis honoribus perfruendi; vel, si minus hoc exequerentur, aditu ad ipsum prohiberentur, & a consuetudine ipsius ac familiaritate penitus repellerentur, rejicerenturque.

XVIII. Constantius experitur vere Christianos.

XIX. Expellit impios Constantius.

Postquam igitur in duas partes diremti fuerunt; aliique in hanc, alii in illam segregati; illico singuli, quo animo essent, & instituto perspicue ostenderunt. Ibi tum admirabilis ille Constantius, commento, quod celatum erat, statim post patefacto, quorumdam timiditatem, & nimium amorem, quo ipsi se suamque vitam complectebantur, vehementer coarguit; alios ob sinceram, & integram erga Deum mentem approbavit plurimum. Illos deinde, tamquam Dei proditores, Imperatoris servitio indignos censuit: Quomodo enim

PAGIUS

lium anno tantum sequenti Imperii gubernacula abjecisse, & Eusebium tam in Vita Constantini lib. I. cap. 18. quam in lib. de Martyribus Palæstinæ cap. 3. & in lib. 8. Historiæ cap. 13. currenti anno eam abdicationem male consignasse.

IX. *Novæ Imperii divisio.* Baron. n. XII.

Constantius Chlorus & Galerius Maximianus Imperium inter se partiti sunt, novaque Romani Imperii regendi forma inducta. Hucusque enim licet plures Augusti simul imperarent, tamen Imperium Romanum solidum atque indivisum gubernarunt, nullaque facta fuerat Imperii divisio, cum nec Provincias nec Legiones inter se partiti essent. Sed, ut habet Eutropius lib. 10. de Diocletiano & Herculio loquens: *His abeuntibus ab administratione Reipublicæ, Constantius & Galerius Augusti creati sunt, divisusque inter eos Romanus Orbis.* Quæ Imperii divisio etiam ab Eusebio lib. 8. cap. 13. observata. Ubi enim Diocletiani & Maximiani abdicationem retulit, ait: *Vix hæc gesta fuerant,*

cum Imperium Romanum totum in duas partes divisum est, quod quidem nunquam antea factum esse memoratur. Post hanc tertiam regiminis formam inductam summus Pontificatus cum tota ejus potestate omnibus Augustis communicatus, licet in secunda ejusdem Imperii dispositione ea seniori Augusto reservata videretur, & nomen Pontificis Maximi duntaxat ceteris Augustis datum, quod eisdem etiam ejusdem dispositionis initio denegatum. Unitatis tamen aliqua umbra post Imperii divisionem servata. Quamvis enim Lex aliqua ab uno Imperatore scripta esset, ea tamen omnium nomina ex æquo præferebat. In operibus publicis omnium etiam Imperatorum nomina de more memorata, licet ab uno tantum opus positum esset. Quibus autem viis internosci possit, cui Lex aliqua tribuenda sit, ostendit Gothofredus in Prolegomenis Codicis Theodosiani cap. 8. & 9.

Incidebant in hunc annum decimi Ludi *Seculares*, qui tamen exhibiti non sunt, de quibus X.

enim (inquit) fidem erga Imperatorem servare poterunt inviolatam, qui adversus Deum Optimum Maximum perfidi esse manifesto convincuntur? Quapropter hos procul a regali suo domicilio statuit amandandos; illos vero qui veritatis testimonio digni Deo fuere comprobati, similes erga Imperatorem fore affirmans, stipatores suos, & ipsius regni custodes constituit; inquiens, id genus homines in præcipuis maximeque necessariis amicis, & familiaribus numerandos esse, multoque pluris quam æraria ingenti thesauro referta merito æstimandos. Sed qualis Constantini pater fuisse traditus sit, ita est a nobis breviter explicatum: Hucusque Eusebius; eadem & Sozomenus (*a*).

(*a*) *Sozom. l. 1. c. 6.*

XX. (*b*) *Apud Euseb. in Vita Constantini l. 2. c. 48.* Pietas Constantii.

Sed & ipsemet Constantinus in edicto (*b*) pro Christianis adversus Gentiles, hæc inter alia præfatus est: *Imperatores, qui ante hoc tempus ad Reipublicæ gubernacula sederunt, propter agrestes, credo, & inhumanos mores exhæredati sunt. Atque ut pater meus admirabili cum pietate in omnibus suis rebus gerendis, Deo Patre invocato, solus clementiæ opera executus est, sic reliqui omnes, insano animo, & furioso affecti, ad immanitatem potius quam ad humanitatem suas curas, & cogitationes contulerunt; quæ sane illis regnantibus, vera religione eversa, vehementer crevit. Crudelis enim eorum nequitia usque eo exardescere cœpit, ut cum omnes res divinæ pariter atque humanæ pacatæ, & tranquillæ consisterent, intestina persecutionis bella ab illis excitarentur:* Hæc Constantinus de patre Constantio.

XXI. (*c*) *Euseb. l. 8. c. 25. in fin.*

Hac, puto, ratione Eusebius (*c*) duobus tantum annis hanc persecutionem vexasse oras Occidentales affirmat, cum ait: *Tota Italia, Sicilia, Gallia, & quæ ad Solem occidentem vergunt, & ad Hispaniam, Mauritaniam, & Africam se porrigunt, ubi non duobus primis annis integris impetum persecutionis sustinuerant, celerrime clementi Dei obtutu sunt pacem, & pacis tranquillitatem consecuti; quandoquidem cælestis providentia tandem ob vitæ innocentiam, & fidem, illorum miserta est:* Hæc Eusebius. Verum, quantum apparet ex rebus gestis, haud statim ut Constantius plenum est adeptus Imperium, omnimodam pacem Ecclesia Occidentalis est consecuta. Nam quamtumlibet sic erga Christianos Constantius affectus esset; tamen, sicut cum Cæsar esset, rem pro Christianis ex arbitrio agere minus licuit, quod Maximianus cum Diocletiano summam rerum administraret; ita nec cum factus est Imperator, persecutionem penitus valuit cohibere, perturbato vehementer Imperio Occidentali. Etenim simulac Maximianus se abdicavit, tota Italia, & ipsa Roma bello civili magnopere exagitata est: id quidem in Panegyrico, ipsi Maximiano, & Constantino postea dicto, expressum habetur his verbis;

De pace Occidentalis Ecclesiæ.

XXII. Civile bellum.

Ibi vero pene funditus corruit, Respublica scilicet, *unde tu, Maximiane, discesseras: adeo illic plurimum habuerat stabilitatis asserta, ubi deserta maxime vacillavit. Non aliter enim quam solet terra ventis, aut aquis subter immissis intervulsa, sui soliditate nutare; ita cuncta Italia, atque ipsa Roma subducta repente, qua sustentata fuerat, dextera tua, contremuit, ac pene consedit; quod ego cursim transeo. Cur enim, vel recordemur adversa, cum videamus omnia tuo reditu restituta? Fecit enim Roma ipsa pro majestate nominis sui, ut ostenderet posse se etiam Imperatoribus imperare; abduxit exercitus suos, ac tibi reddidit:* Hæc auctor, cum Maximianus Imperium resumpsit, quod reliquerat; sed de his fusius suo loco.

Sic igitur Constantio licet Occidentale XXIII.

PAGIUS *Baronii Chronologia corrupta.*

bus Zosimus lib. 2. loquens ait: *A Consulatu Chilonis & Libonis, quo Severus Ludos Seculares exhibuit, usque ad Diocletiani nonum, Maximiani octavum Consulatum, centum & unus annus elapsi fuerunt: ac tum quidem privatus ex Imperatore Diocletianus factus est: cujus exemplum Maximianus est secutus.* Quoad abdicationis annum, Zosimum hallucinari, ex dictis constat. Sed quoad Ludos Seculares, hoc anno edi debuisse, & ex iisdem Baronii Chronologiam depravatam esse demonstrari potest. Consulatum enim Chilonis & Libonis confert in annum Christi CCVI. Consulatum vero Diocletiani IX. & Maximiani VIII. cum currenti Christi anno alligat. Unde differentia inter annum CCVI. & CCCIV. est tantum annorum nonaginta octo, cum tamen centum annorum esse debeat, ut observavit Calvisius in Isagoge Chronologica cap. 47. Consulatum itaque Chilonis & Libonis non cum anno CCVI. sed cum anno CCIV. copulandum, certum esse debet. Sic enim verum est quod scribit Zosimus, a Consulatu Chilonis & Libonis ad Consulatum IX. Diocletiani, & VIII. Maximiani annos centum & unum fluxisse, ultimo extremo anno tantum inchoato pro integro numerato. Quam numerandi rationem non animadvertens Scaliger lib. 5. de Emendat. Temp. pag. 497. existimavit, Zosimum abdicationem Diocletiani cum anno Christi CCCV. conjunxisse. Baronius vero, cum Consulatum Chilonis & Libonis cum anno Christi CCVI. perperam alligasset, Zosimum in ea supputatione deceptum, sibi in animum induxit; cum inter utrumque Consulatum centum & unius annorum intervallum reperire non posset. Baron. n. I. & II.

[1] A num. XXIII. ad XXVII. In Chronico Damaso attributo legitur: *Marcellinus annis octo, mensibus tribus, diebus viginti quinque. Fuit* XI. *Marcellini PP. obitus.*

NOTÆ [1] EAdem de die electionis & anno mortis *Marcellini* Papæ habet Constantius pag. 310.

Pax reddita pedefentim.

le Imperium moderante, haud statim nec penitus persecutio indicta cessavit, sed paulo remissior fuit; non enim ipse videri voluit edictis Imperatorum adhuc viventium adversari. At licet pro Christianis a Constantio nullum datum rescriptum esset (si quid enim ab eo in gratiam ipsorum statutum fuisset, Eusebius minime tacuisset) cœpta tamen semel persecutio paulatim penitus conquievit. Plane accidit, sicut mare vehementibus ventorum flatibus exagitatum cum fuerit, licet ventorum cessent impulsus, haud tamen continuo ejus fluctus omnino quiescunt; ita licet Maximiani furor, ipso se abdicante, videri posset extinctus; tamen haud valuit facile contineri concitatæ persecutionis impetus, Romæ præsertim, ubi civiles motus (ut dictum est) exorti essent, & magistratus a Maximiano præfecti in Christianos exacerbati, quod cœperant, instigantibus præsertim Pontificibus Gentilitiæ superstitionis, agere non destiterunt.

XXIV. Marcellini martyrium.

Quamobrem accidit, ut iis ferme diebus quibus iidem sæpe nominati Imperatores se Imperio abdicassent, Romanæ Ecclesiæ Pontifex Marcellinus una cum Claudio, Cyrino, & Antonino sexto Kal. Maji, capite truncatus sit; id quidem in primis tabulæ Ecclesiasticæ indicant, in quibus natalis dies ipsorum adscriptus est, & liber de Romanis Pontificibus testatur, in quo legitur, ipsum perveniſſe usque ad præsentem annum, quo Diocletianus nonum, & Maximianus octavum Consulatum gesserunt, qua ratione dicendum est Marcellinum sedisse annos octo, minus septem diebus; vel si dixerimus diem sextum Kalend. Maii, non martyrii, sed sepulturæ esse memoriam; quod tradatur, dies triginta sex Marcellini, & sociorum corpora insepulta jacuisse, totidem dies a præfinito tempore sedis ejus demendi sunt. Sed quod in multis ille textus de Marcellino vehementer depravatus esse videatur, non est ubi quis tuto pede consistat. Verum si id ita se habuit, ut ante trigintasex dies a sexto Kalendas Maii Marcellinus cum suis martyrio sit vita functus; tunc etiam affirmare necesse est, ea omnia facta esse adhuc Maximiano imperante, qui ipsis Parilibus, undecimo Kal. Maji, se abdicavit Imperio.

PAGIUS *Fuit temporibus Diocletiani & Maximiani, ex die pridie Kalendas Julias, a Consulibus Diocletiano VI. & Constantio II. usque in Consulatum Diocletiani IX. & Maximiani VIII. Quo tempore fuit persecutio, & cessavit Episcopatus annis VII. mensibus VI. diebus XXV.* Ita legitur in exemplari, quo Bucherius usus. Is tamen in margine ait, videri legendum: *Cessavit episcopatus annis III.* & quidem recte, ut mox dicam. Obiisse itaque videtur Marcellinus die vicesima quarta Octobris, licet die XXVI. Aprilis colatur. Nam ordinatus fuerat die tricesima mensis Junii anni ducentesimi nonagesimi sexti. Porro Marcellinum martyrium subiisse; ut habet Baronius ex Anastasio, parum verosimile. Nomen enim ejus legitur in Indiculo *Depositionis episcoporum* apud Bucherium: *Decimo octavo Kalendas Februarii, Marcellini in Priscillæ;* qui tamen dies alicui Marcellini Translationi, non vero ejus morti attribuendus.

XXV. De Marcellini Sepultura.

Quæ vero ibi leguntur de martyrio Marcellini esse sub Diocletiano facta, sub Maximiano restituenda sunt; nam (ut perspicue vidimus) hoc anno agebat Diocletianus Nicomediæ in Bithynia, ubi & purpuram deposuit; sed quæ ibi sunt scripta, hic reddamus: *Post paucos dies pœnitentia ductus, ab eodem Diocletiano pro fide Christi cum Claudio, & Cyrino, & Antonino capite truncatus est, & martyrio coronatus. Qui dum pergeret ad passionem suam, adjuravit Marcellum presbyterum, ut præcepta Diocletiani non impleret. Jacuerunt autem sanctorum corpora in platea dies triginta sex, ex jussu Diocletiani. Exinde Marcellus presbyter noctu collegit corpora sanctorum cum presbyteris, & diaconibus cum hymnis, & sepelivit ea, sexto Kal. Maii, in Via Salaria, in cœmeterio Priscillæ, in cubiculo claro, quod patet usque in hodiernum diem (secundum quod ipse S. Petrus præceperat) in crypta juxta corpus S. Crescentionis.* De Cubiculo claro diximus in Notationibus plura.

XXVI.

Cætera autem, quæ illic habentur de negatione ac pœnitentia Marcellini, a nobis satis superius sunt disputata. Sed sequitur: *Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros quatuor, Episcopos per diversa loca quinque; & cessavit Episcopatus ejus annos septem, menses sex, dies vigintiquinque, persequente Diocletiano Christianos:* Hæc ibi, sed quæ profecto emendatione vehementer indigent: nam quod pertinet ad annos septem vacationis sedis Romanæ; sibi ipsi auctor, quisquis fuerit, contrarius plane est. Nam cum dicat in Marcello, ipsum sedere cœpisse temporibus Constantii atque Galerii; si (ut in Marcellino habetur) sedes cessavit annis septem; jam extinctis utrisque, Marcellum sedisse oportuit. Vel quo modo potuit (quod ait) cœpisse sedere sub Consulatu Maxentii quarto, & Maximini, si in Melchiade Papa, qui post Eusebium Marcelli successorem sedit, habet ipsum Melchiadem sedisse usque ad secundum Maxentii Consulatum? Insuper quæ ratio tam diuturnæ cessationis esse potuit, cum Maximiano persecutore se abdicante, Constantius Christianis favens, liberas mox accepperit habenas Imperii?

Redarguitur de sedis vacatione mendacium.

XXVII.

Explosо igitur commento, vel potius textu depravato, de vacatione septem annorum, quod nemo prudens dixerit, sed quod potius loco mensium anni sint positi;

XVI. Refellitur contraria sententia.

PAGIUS ulla eorundem Actorum discussione. Ita Papebrocius.

XIII. *Marcellinus & Marcellus non confundendi.*

Marcellini Papæ mentio nulla neque in Chronico Eusebiano, neque in Martyrologio Hieronymiano: quo fit, ut aliqui Viri doctissimi Marcellinum & Marcellum distinguendos non esse existimarint. Sed hi meo judicio decipiuntur. Auctor enim Chronici Damaso attributi Liberio sedente vixit, & utriusque Pontificis non solum meminit, sed etiam quot quilibet annis ac diebus sedit, memorat. Præterea Augustinus, qui exeunte hoc seculo floruit, utrumque agnovit, quemadmodum & Optatus Milevitanus a Baronio citati.

XIV. *Vacatio sedis.*

[1] In Chronico Damasi laudato dicitur, post Marcellini obitum cessasse Episcopatum annis VII. mensibus VI. diebus XXV. Sed, ut jam dixi, locus ille corruptus, legendumque videtur, *annis III. mensibus III. diebus XXV.* Nam S. Marcelli Marcellini successoris initium inchoandum a die decima octava mensis Februarii anni trecentesimi octavi, ut in morte ejus demonstro.

XV. *Anni persecutionis accurate ab Eusebio descripti.*

Dodwellus in Dissert. XI. Cyprianica de paucitate Martyrum num. LXXIII. ait: *Quod Eusebius anno primo persecutionis tribuit,* (libro de Martyribus Palæstinæ cap 2.) *id secundo tribuendum existimo, anno nimirum Eræ vulgaris CCCIV. Hoc enim anno finem fuisse ait Vicennalium,* τέλος τῆς ἀρχικῆς εἰκοσαετηρίδος ἐπιστάσης, *quod non observavit in sua interpretatione Valesius. Legendum itaque* τελὸς ἐπιστάντος. *Neque vero est, ut hoc excidisse putemus Eusebio. Quamquam enim recte ille persecutionem XIX. Diocletiani anno assignaverit tam in Chronico, quam etiam in Historia, idem tamen sui oblitus, de eo anno ita loquitur, quasi fuisset etiam XX. Ita Imperatores, ait, dum benevolo in Christianos animo fuissent,* διεκατηρίδας καὶ εἰκοσαετηρίδας ἐπιπλώσασθαι (Euseb. lib. 8. c. 13.) *Vicennalia itaque prima, quæ fine anni XIX. principio XX. celebrata essent, jam præterita asseruit, cum inciperet persecutio, qua tamen eo ipso persecutionis anno celebrata esse tradit Auctor certissimæ fidei Lactantius. Inde etiam est, quod secundo persecutionis anno perperam deposuisse tradit Diocletianum atque Maximianum, quod tamen non ante III. annum, Christi nimirum CCCV. feciſſe constat e Lactantio.* Hæc Dodwellus.

At fine dubio fallitur. Nam Valesius laudatum Eusebii locum non dissimulavit, sed accurate vertit hoc modo: *Cum Imperatoris Vicennalia jam adessent,* & quidem melius quam Christophorsonus, qui eum ita Latine reddidit: *Cum vigesimus annus regni Imperatoris adventaret.* In Dissertatione autem Hypatica parte II. c. p. 21. num. XXIII. demonstravi, annos ante Quinquennalia elapsos quinquennii nomine a Veteribus appellatos fuisse, sive quatuor tantum anni elapsi essent, sive quintus solum inchoatus fuisset, sive denique initio septimi Quinquennalia edita essent. Quod de Decennalibus & Vicennalibus pariter dicendum. Quare recte Eusebius scripsit, anno CCCIII. mense Novembri, quo Diocletianus & Maximianus *Vicennalia* celebrarunt, vicesimum Imperii eorum annum adventasse, recteque pariter tradidit, ante persecutionem utrumque Imperatorem Decennalia & Vicennalia compleviſse. Hæc enim festa epocham quam-

XII. *Ejus lapsus commentitius.*

[1] Ejus lapsus commentitius videtur. Qua enim ratione, inquit Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum Romanorum, illum ignorare potuisset Augustinus, cum totam Ecclesiam conturbasset. Vulganda quippe fuisset quaquaversum pœnitentia, ut communi omnibus scandalo communiter opponeretur majoris ædificationis exemplum. Tale autem nihil factum supponit Augustinus, cum in libro de Unico Baptismo cap. 16. sic respondet Petiliano: *Quid jam opus est, ut Episcoporum Romanæ ecclesiæ, quos incredibilibus calumniis insectatus est, objecta ab eo crimina diluamus? Marcellinus & Presbyteri ejus Melchiades & Marcellus & Sylvester traditionis codicum divinorum & thurificationis ab eo crimine arguuntur. Sed numquid ideo convincuntur, aut convicti aliqua documentorum firmitate monstrantur? Ipse sceleratos & sacrilegos fuisse dicit; ego innocentes fuisse respondeo. Quid laborem probare defensionem meam, cum ille nec tenuiter probare conatus sit accusationem suam?* Verum quidem est, quod Augustinus peculiariter descendens ad defensionem Melchiadis, qui potissimum impetebatur, ostendat; id ei numquam antea cum maxime opus fuisset a Donatistis exprobratum, de ceteris autem taceat: manet tamen quod ut minimum de iis ignoraverit, & manet difficultas quomodo potuerit ignorare lapsum summi Pastoris tam memorabili pœnitentia reparatum: manet etiam quod Augustini tempore, post Carthaginensem tamen Collationem, in qua altum silentium de lapsu illo, rumor aliquis primus a Petiliano temere jactatus, & ab ejus partiariis Donatistis omni modo fatagentibus, ut hujus contra se latam sententiam elevarent, & nullius ponderis esse suaderent. Quem rumorem, ut falsus in Melchiade & Compresbyteris ejus fuerit, asserente id Augustino, verum fuisse in Marcellino, eodem Augustino id non expresse negante, credere non debemus, nisi fortiori aliqua auctoritate convincamur, quam sit eorum, quos Acta proculdubio commentitia secutos, secuta deinceps est posteritas reliqua sine ulla

NOTÆ [1] Vide etiam ea de re Constantium, ubi supra, qui Theodoretum lib. I. Histor. Eccl. cap. III. *Marcellinum in persecutione inclaruisse* asserentem, ita interpretatur, ut persecutione grassante, digne & laudabiliter se *Marcellinus* gesserit, seu ipse persecutionem perpessus magnam sui nominis existimationem reliquerit. At *Marcellini* gesta, seu Acta Sinvessanæ synodi minime a Donatistis conficta esse docet Petrus Constantius in Præfat. ad Epistolas Rom. Pontificum, P. II. n. 97. & sequentibus, & in Monito prævio ad eadem Acta pag. 27. sed Symmachi Papæ ætate conficta fuisse censet.

NOTÆ [1] Corruptus est & Bucherianus cathalogus, in quo sedes vacasse dicitur, prout in Chronico Damasi, sed emendatus est ab ipso Bucherio.

Marcellus Papa.

positi: hic a sexto Kalend. Maii, numerando menses sex, & dies vigintiquinque (quod est tempus vacationis) dicere opus est, subrogationem Marcelli factam esse hoc anno, vigesimaprima Novembris. Sed quod vacationis Marcellini, mensium atque dierum numerus ab aliis diversus ponitur, & tempus, quo Marcellus sedit, varie notatur; haud quid certum de his affirmari posse videtur. Constat tamen hoc anno Marcellum Romanum ex presbytero creatum esse Pontificem, de quo plura inferius suo loco dicturi sumus.

XXVIII. Eodem quoque anno, iisdemque Consulibus, Diocletiano novies, & Maximiano octies, passa Romæ habetur Soteris virgo clarissima: hæc ex scripto codice, licet in excusis S. Pancratii Actis (*a*) vox, *Consulibus*, desideretur. Est de Sotere ejusmodi præclarum encomium S. Ambrosii in exhortatione ad virgines: *At non S. Soteris, ut domesticum piæ parentis proferamus exemplum; habemus enim nos sacerdotes nostram nobilitatem præfecturis, & Consulatibus præferendam; habemus, inquam, fidei dignitates, quæ perire non norunt. At non (ut dixi) Soteris vultus sui curam gerebat? quæ cum esset decora facie valde, & nobilis virgo majorum prosapia; Consulatus, & præfecturas parentum sacra posthabuit fide; & immolare jussa, non acquievit; quam persecutor immanis palmis cædi præcepit, ut tenera virgo dolori cederet, aut pudori. At illa ubi audivit hanc vocem, vultum aperuit, soli invelata atque intecta martyrio: & volens, injuriæ occurrit, vultum offerens; ut ibi martyrii fieret sacrificium, ubi solet esse tentamentum pudoris. Gaudebat enim, dispendio pulchritudinis, periculum integritatis auferri. Sed illi potuerunt quidem vultum ejus vulnerum vibicibus exarare; faciem tamen virtutis ejus, & gratiam decoris interni nequaquam exarare potuerunt* Hæc Ambrosius, qui & ad sororem scribens, de eadem hæc ait (*b*):

(*a*) *Apud Sur. t. 4. die 12. Maii.*

Soteris martyrium.

(*b*) *Amb. de Virg. lib. 3.*

XXIX. Soteris constantia laudata.

Qui enim fieri posset, ut S. Soteris tibi non esset mentis auctor, cui auctor est generis? quæ persecutionis ætate servilibus quoque contumeliis ad fastigium passionis evecta, etiam vultum ipsum, qui inter cruciatus totius corporis liber esse consuevit iniuriæ, & spectare potius tormenta, quam perpeti, carnifici dedit, tam fortis, & patiens, ut cum teneras pœnæ offerret genas, prius carnifex cædendo deficeret, quam martyr injuriæ cederet; non vultum enflexit, non ora convertit; non gemitum, non lacrymam dedit; denique cum cæteræ pœnarum genera vicissent, gladium, quem quærebat, invenit: Hæc Ambrosius. Memoria autem martyrii ejus dicata est quarto Idus Februarii.

Eodem pene ultimo persecutionis tempore (licet certus annus minus habeatur expressus) Agnetis virginis Romæ insigne martyrium, scriptorum prope omnium memoria celebratum, contigit; in cujus natali die S. Ambrosius (*c*) de virginibus tractationem tribus libris distinctam conscripsit, ejusque his verbis meminit post alia: *Hanc senes, hanc juvenes, hanc pueri canant; nemo est laudabilior, quam qui ab omnibus laudari potest; quot homines, tot præcones, quæ martyrem prædicant, dum loquuntur:* Recens quippe martyrium in ore omnium versabatur; ac subdit: *Hæc duodecim annorum martyrium fecisse traditur; quo detestabilior crudelitas, quæ nec minusculæ pepercit ætati; immo magna vis fidei, quæ etiam ab illa testimonium invenit ætate. Fuitne in illo corpusculo vulneri locus? Et quæ non habuit quo ferrum reciperet, habuit quo ferrum vinceret. At istius ætatis puellæ torvos etiam vultus parentum ferre non possunt, & acu districta solent puncta flere quasi vulnera. Hæc inter cruentas carnificum impavida manus, hæc stridentium gravibus immobilis tractibus catenarum, nunc furentis mucroni militis totum offerre corpus, mori adhuc nescia, sed parata, vel si ad aras invita raperetur, tendere Christo inter ignes manus, atque in ipsis sacrilegis focis trophæum Domini signare victoris; nunc ferratis colla manusque ambas inserere nexibus. Sed nullus tam tenuia membra poterat nexus includere; novum martyrii genus, nondum idonea pœnæ, & jam matura victoriæ; certare difficilis, facilis coronari; magisterium virtutis implevit, quæ præjudicium vebebat ætatis.*

(*c*) *Ambr. de Virg. l. 1.*

XXX. S. Agnetis martyrium.

XXXI.

Non sic ad thalamum nupta properaret, ut hæc ad supplicii locum læta succesſu, gradu festina virgo processit; non intorto crine caput compta, sed Christo; non flosculis redimita, sed moribus. Flere omnes, ipsa sine fletu. Mirari plerique quod tam facile vitæ suæ prodiga, quam nondum hauserat, jam quasi perfuncta donaret. Stupere universi, quod jam divinitatis testis existeret, quæ adhuc arbitra sui per ætatem esse non posset. Effecit denique, ut ei de Deo crederetur, cui de homine adhuc non crederetur; quia quod ultra naturam est, de auctore naturæ est.

Quanto

PAGIUS quandam constituebant, & Eusebius Decennalia ac Vicennalia pro decimo & vicesimo anno, eoque Juliano, ac præterea utroque extremo incompleto pro completo numerato usurpat, ut loco laudato certis exemplis ostendi. Antiquos autem annum inchoatum transactum vocare solitos multis exemplis suis locis patebit. Verum itaque non est, Eusebium, anno primo persecutionis tribuisse quod ad secundum pertinebat.

Agnes carnificem provocat.

Quanto terrore egit carnifex, ut timeretur, quantis blanditiis, ut suaderet; quantorum vota, ut sibi ad nuptias proveniret? At illa: Et hæc sponsi injuria est, inquit, expectare placituram; qui me sibi prior elegit, accipiet. Quid percussor moraris? Pereat corpus, quod amari potest oculis quibus nolo. Stetit, oravit, cervicem inflexit. Cerneres trepidare carnificem; quasi ipse addictus fuisset; tremere percussoris dexteram, pallere ora alieno timentis periculo, cum puella non timeret suo. Habetis ergo in una hostia duplex martyrium; pudoris, & religionis; & virgo permansit, & martyrium obtinuit: Hucusque Ambrosius.

XXXII. Sed ejus quoque nomine ejusdem martyrii Acta fusius descripta habentur, ab his tamen nonnihil discrepantia, ut prudens lector intelligit. Pro castitate etiam, & fide certasse, utrisque plane scriptis confirmatur; sed & quæ ex Ambrosio hic sunt recitata, alibi ab eodem confirmantur his verbis (*a*): *Quid de sancta Agnete, quæ in duarum maximarum rerum posita periculo, castitatis, & salutis, castitatem protexit, salutem cum immortalitate commutavit?* Cecinit, & Prudentius (*b*) sacro hymno Agnetis agonem; interseritque historiam, quo modo ad prostibulum damnata, divinitus liberata fuerit. Post Agnetem autem Emerentiana virgo, adhuc cathecumena, Agnetis vero collactanea, dum oraret ad sepulcrum illius, a Gentilibus inventa, lapidibus obruta, martyrium consummavit. Quonam modo vero Constantiæ, Constantini filiæ, Agnetis martyrium innotuerit; & qui cum vidissent illud, ei significarint (*c*); & quid ipsa inde ab ea fuerit consecuta, suo loco dicemus.

(*a*) *Amb. Offic. l. 1. c. 41.*

(*b*) *Prud. in tertius hymn.* 14. Emerentiana martyr.

(*c*) *Ambr. l. 4. epist. 34. edit. Rom.*

XXXIII. Galerius Maximianus persecutor.

Quod vero spectat ad res Orientalis Ecclesiæ; Galerius Maximianus, non Maximinus, ut multi perperam (quod sæpe diximus) nominant; in nummis enim, & antiquis tabulis Galerius Maximianus scribitur; hic, inquam, qui adversus Christianos semper se hostem infensissimum gesserat, cum, Diocletiano se abdicante, Augustus est declaratus, magis magisque ejus crudelitas in eos est demonstrata. Numeratur hic annus persecutionis tertius, ex quo promulgata ultima illa Imperatorum in Christianos edicta fuere, quo Eusebius (*d*) hæc accidisse testatur: *Maximianus Cæsar qui suis ipsius viribus ac manu Imperium occupaverat, perspicuo odii, & impietatis erga Deum animo suo tamquam naturaliter insitæ, & innatæ indicia omnibus commonstrans, persecutionem magis generalem, quam superiores Imperatores, contra nos instituit.*

(*d*) *Euseb. l. 8. c. 14. & 15.*

XXXIV. *Proinde cum perturbatio, & confusio, non exigua illa quidem, omnibus impenderet, & alii in alia loca essent disper-*

si, seduloque periculum evitare studerent, & gravis commotio ubique passim pervaderet; quæ orationis, & dicendi facultas ad divinum amorem, & libertatem in fidei in Deum confessione beati martyris Apphiani digne explicandam satis idonea reperiatur? Qui quidem in festo, quo Gentiles Hecatæ sacrificare solent, omnibus Cæsareæ civibus admirabile suæ in Deum solum pietatis exemplar proposuit contemplandum; neque tamen adhuc vigesimum ætatis suæ annum egit. Qui primum Beryti, quo liberalibus humanioris litteraturæ disciplinis erudiretur (quippe fuit a parentibus, qui mundi divitiis affatim circumfluebant, ortus) longo tempore commoratus, incredibile dictu est, quo pacto in tali tamque vitiosa, & corrupta civitate, juvenilium cupiditatum impetus penitus devicerit, & neque præ ætatis flore, quo jam corpus viguit, neque pro familiaritate, & necessitudine adolescentulorum, quibus cum vixit, mores depravatos combiberit: sed temperantiam amplexatus, modeste, sobrie, & pie secundum eam religionem, quæ est Christianorum propria, vitam traduxerit, institueritque.

Apphiani certamen.

XXXV. Patria martyris.

Quod si patriæ illius mentionem facere oporteat, & illam ob istum generosum pietatis athletam ex ea editum ornare, hoc plane efficiemus: nec immerito. Si quis igitur Pagas Lyciæ non obscuram sane civitatem norit; inde hic adolescens ortus erat; qui post reditum a schola, & institutione, qua fuisset apud Berythum educatus, patre illius jam principatum totius patriæ occupante, vitæ consuetudinem quacum patre, & aliis cognatis utebatur propterea quod illi neutiquam animum inducerent ut secundum pietatis institutam vitam degerent, ferre non poterat. Sed tanquam divino Spiritu correptus, & naturali quodam, immo cælesti, & vero sapientiæ amore inflammatus, altiora animo complexus, quam quæ falsa, & umbratilis mundi gloria fert; blandis corporis lenociniis repudiatis, clam amicis, & familiaribus suis aufugit; & nequaquam sumptuum, qui ipsi ad vitam necessario suppetere deberent, ullam curam habens, propter spem, & fidem in Deum, fuit a divino Spiritu ad urbem Cæsaream tanquam manu deductus; in qua martyrii corona, quæ est merces pietatis, ei parata fuit.

XXXVI. *Dum erat nobiscum una, ex sacris litteris exiguo illo temporis spatio quo vixit, tantum percepit fructus, quantum a quoquam percipi poterat; disciplina ad pie vivendum aptissima se ipsum exercens, attentissime viam ad mortem munivit. Quin etiam qualem vitæ exitum declararit, quis est qui in eum intuendo non obstupesceret? Aut quotus quisque rursus est, qui ejus animi fidentiam, liberam mentis*

celſitatem, conſtantiam, & maxime omnium fiduciam, & conatum ipſum, in quibus argumenta veræ in Deum pietatis & ferventis ſpiritus, qui plane ſupra hominem putandus eſt, perſpicue apparuerunt, non fama, & auditione aſſecutus, optimo jure admiraretur?

XXXVII. *Nam cum tertio anno perſecutionis noſtræ, regnante Maximiano, ſecundus in nos cieretur tumultus, & tyranni litteræ tum primum ad Urbanum perlatæ eſſent, ut omnes cujuſque generis, & ætatis (magiſtratibus in quaque civitate omni cura ac ſtudio in eam rem incumbentibus) diis eorum immolarent, & præcones per totam urbem Cæſaream viros cum uxoribus, & liberis ad idolorum delubra ex edicto Præſidis convocarent, & Tribuni item quemque ex ſcripto nominatim appellarent; unde omnia loca inexplicabilibus miſeriarum fluctibus redundabant; iſte, quem dixi, Apphianus (nemine, quid eſſet facturus ei conſcio) clam nobis, qui in ædibus cum illo eramus, clam etiam univerſa Præſidis cohorte, fidenti animo ad Urbanum jam ſacrificantem accedit; atque audacter, et abſque formidine ejus dextram prehendens, extemplo ab immolando coercuit; prudenterque admodum, & graviter cum divina quadam animi confeſſione, & alacritate, ab errore deſiſtere hortatus eſt; nam parum rectum eſſe, ut, uno & ſolo vero Deo relicto, idolis, & dæmonibus hoſtias offerret. Iſtud plane (ut videtur) adoleſcentulus aggreſſus eſt, divina vi, & potentia ipſum ad hanc rem impellente, & per facinus ab illo admiſſum, pene in aures omnium inclamante; tantum abeſſe, ut Chriſtiani, qui hoc nomen vere uſurpant, a pietate in Deum omnium auctorem, qua ſemel ſunt imbuti, abducantur; ut non modo minas, terrores, & omnia ſuppliciorum genera, quæ eoſdem ſequi ſolent ſtrenue ſuperent; ſed deinceps etiam magis fidenter loqui, & lingua ingenua, ac neutiquam metu hæſitante, fidem libere confiteri, &, ſi fieri poſſet, etiam perſecutores ipſos, & carnifices, ab ignoratione, & cæcitate avocare, & ad unum ſolum Deum agnoſcendum impellere audeant.*

XXXVIII. *Hac igitur de cauſa iſte, de quo inſtituitur oratio, confeſtim (quod veriſimile erat homini in tali facinore deprehenſo eventurum) a Præfecti ſtipatoribus, tamquam agreſtibus belluis in eum furentibus dilaniatus, & infinitis plagis toto corpore, quas fortiſſime ſuſtinebat, excruciatus, ad tempus in carcerem concluditur; in quo unum diem noctemque utroque pede compedibus ad cruciatum paratis, longe a ſe mutuo diſtentis, divexatus, poſtridie ad Judicem educitur. Ac ſimulatque compellebatur ad ſacrificandum, reſtitit, & ſummam animi tolerantiam ad ærumnas, horrendoſque dolores ferendos monſtravit; adeo ut carnifices latera ejus non ſemel atque iterum, ſed ſæpius ad oſſa uſque, & intima viſcera dilacerare, plagas, & verba in os, & cervicem infligere pergerent, uti vultus ejus verberum vibicibus intumeſcens, ab iis qui illum probe, & accurate ante de facie noviſſent, ne agnoſci quidem amplius poſſet. Verum cum ne huic quidem dolorum cumulo ulla ex parte ſuccumberet; tortores ex mandato Præſidis, pedes lino tincto oleo, eoque incenſo, obvolventes, afflictarunt; unde quantos, & quam graves dolores beatus ille hauſerit, mihi videtur non poſſe dicendo exprimi. Pervaſit enim per carnes illius, eaſque abſumpſit, & in oſſium penetravit medullas, uſque adeo ut totius corporis humor inſtar ceræ tabefactus liqueſceret, diſtillaretque. Cæterum ne his quidem cruciatibus demiſit animum; ſic ut jam adverſarii, & carnifices incredibili ejus tolerantia, quæ communem hominis naturam longe ſuperavit, fere defeſſi eſſent; unde rurſus in vincula compingitur.* Dirum cruciamenti genus.

XXXIX. *Triduo poſt ad Judicem denuo perductus, & eamdem pietatis confeſſionem libere exprimens; licet jam deinceps prope mortuus eſſet, maris tamen fluctibus ſubmergendus traditur. Miraculum autem, quod ſtatim poſt eſt conſecutum, ſi a nobis commemoretur, veriſimile eſt nullam fidem habiturum, apud eos præſertim, qui eadem oculis minime ipſi conſpexerunt: at licet homines vix fidem illi habituros ſatis intelligamus, ratio tamen non patitur, quin omnino rem, ut geſta eſt, ſcriptis prodamus; quippe cum omnes (vere dixerim) qui Cæſaream incolunt, ejuſdem teſtes habere videamur; nulla enim ætas Cæſarienſium ab iſto admirabili ſpectaculo abfuit. Simulatque igitur ſanctiſſimum illum, & beatiſſimum Chriſti martyrem medio mari (ut illis videbatur) in profundiſſimos vortices conjecerant, ex improviſo tanta procella, non uſitata illa quidem, tantæ etiam turbatio non per mare ſolum, ſed per univerſam continentem ſe diffundebat, ut cum terra, tum tota civitas ejus impetu, & violentia concuteretur, atque una cum iſto mirando, & repentino terræmotu ipſum mare martyris cadaver, utpote tam ſacrum pondus ſuſtinere non valens, ante portas civitatis ejiceret. Hujuſmodi igitur ſunt res geſtæ ſancti Apphiani, qui die paraſceves, hoc eſt, ſecundo die menſis Xantici, id eſt, ad quartum Nonas Aprilis, martyrio occubuit.* Ingens miraculum.

XL. *Eodem tempore, iiſdemque fere diebus in civitate Tyriorum adoleſcens, nomine Ulpianus, poſt acerbiſſimas plagas, & verbera graviſſima, in pellem bubulam jam nuper extractam incluſus, præceps ad mare dejicitur; quapropter videtur mihi merito poſt res Apphiani in martyrio geſtas* Vlpiani martyrium.

ſtas, in ſermone noſtro recenſendus. Non longo tempore poſt Ædeſius non ſolum Apphiani ſecundum Deum, ſed etiam ſecundum ſanguinis conjunctionem ex patre germanus frater, germana fere & ſimilia cum illo tormenta perpeſſus, poſt infinitas fidei confeſſiones, poſt diuturnas vinculorum afflictationes, poſt latam a Præſide ſententiam, qua ad metalla in Paleſtina erat damnatus; poſt vitæ rationem, quam pallio veſtitus, more philoſophi (etenim plus politioris eruditionis, pluſque cognitionis in philoſophia fuerat quam frater adeptus) ſanctiſſime traduxerat; tandem cum Judicem in urbe Alexandria ſententiam de Chriſtianis pronuntiantem videret, & plus æquo in eos furentem (quippe viros interdum graves & modeſtos variis ignominiæ notis affecit interdum; & mulieres ſummæ continentiæ, & virgines, quæ ſua ſponte Dei cultui ſe conſecraverant, ad turpem ipſarum contumeliam lenonibus tradidit) idem cum fratre aggreſſus eſt. Et quoniam illa facinora intoleranda videbantur, fidenti, & erecta animi magnitudine accedens ad Judicem, turpitudinis, & ignominiæ, quam cum verbis, tum rebus ipſis præſtitiſſet, eum coram coarguit; unde variis tormentorum cruciatibus divexatus (quæ quidem conſtanter, & ſedate admodum pertulit) ad extremum fuit in mare projectus, & eumdem cum fratre exitum conſecutus. Sed de Ædeſio hactenus. Atque iſta (ut dixi) non longo tempore poſt hoc modo geſta fuerunt: Hucuſque Euſebius de rebus geſtis hoc anno tertio perſecutionis. Sed his jungamus, quæ de martyribus hoc item anno paſſis fideliſſima Acta teſtantur.

XLI. Agapes & ſociarum certamen. Hoc inquam anno, iiſdemque Conſulibus, Diocletiano novies, & Maximiano octies, conſignata habentur Acta Proconſularia ſanctarum martyrum Agapes, Chioniæ, & Irenes, quæ Theſſalonicæ paſſæ ſunt, pura quidem atque ſincera, prout a Notario publice excepta fuere; ac proinde digna quæ ad verbum Annalibus intexantur. Omiſſa igitur appoſita præfatione, ab ipſis Actis rem geſtam aggrediamur; eſt hujuſmodi (*a*):

(*a*) *Apud Metaph. die 1. Apr.*

* *al.* Artemiſius.

*Cum præſideret Dulcetius, Artemius * ſcriba dixit: Cognitionem de his qui præſentes ſunt, a Stationario miſſam, ſi jubes, legam. Jubeo, inquit Dulcetius Præſes, te legere. Tunc ait ſcriba: Ordine tibi, domino meo, omnia quæ ſcripta ſunt, recitabo: Caſſander Beneficiarius hæc ſcripſit: Scito, mi domine, Agathonem, Agapen, Chionam, Irenen, Caſiam, Philippam, & Eutychiam nolle his veſci quæ ſunt diis immolata. Eas igitur ad tuam amplitudinem adducendas eſſe curavi. Tunc Dulcetius Præſes illis dixit: quæ eſt iſta veſtra tanta inſania, ut nolitis religioſiſſimis noſtrorum Imperatorum & Cæſarum juſſis obedire? Agathoni autem: Quare, inquit, tu ad ſacra proficiſcens, quemadmodum conſueverunt qui diis conſecrati ſunt, non his ſacris uſus es? Reſpondit Agatho: Quoniam Chriſtianus ego ſum. Tum Dulcetius: Num tu etiam hodierno die in eo propoſito permanes? Maxime, inquit Agatho.*

XLII. Quæſtio de martyribus. *At ille: Tu vero, Agape, quid ais? Reſpondit: Ego Deo viventi credo, neque volo recte factorum conſcientiam meam perdere. Tunc Præſes: Tu autem quid ad hæc dicis, Chionia? Ait illa: Cum Deo vivo credam, ob id nolui facere quod dicis. Ad Irenem vero converſus Præſes ait: Quidnam tu ad hæc? Cur non piiſſimo Imperatorum & Cæſarum juſſui obtemperaviſti? Inquit Irene: Divini timoris cauſa. Dein Præſes: Tu vero Caſia, quid ais? Inquit Caſia: Animam meam ſervare volo. Præſes autem: Numquid ſacrorum vis eſſe particeps? Minime, inquit illa. Tunc Præſes: Tu vero, Philippa, quid dicis? Reſpondit illa: Idem & ego dico. Quidnam, inquit Præſes, hoc idem eſt quod dicis? Illi autem Philippa: Mori malo, quam veſtris ſacrificiis veſci. Tunc Præſes: Sed tu Eutychia quid ais? Idem, inquit illa, & ego dico: Malo & ipſa mori, quam facere quod jubes. Ait illi Præſes: Num virum habes? Mortuus, inquit Eutychia, ille eſt. Præſes vero: Quam pridem mortuus eſt? Inquit Eutychia: Ante menſes fere ſeptem. Tunc ille: Et undenam igitur gravida facta es? Inquit Eutychia: Ex eo viro quem dedit mihi Deus. Præſes autem: Hortor te, Eutychia, ut ab iſta inſania diſcedere velis, & ad humanas cogitationes redeas. Quid ais? Vis ne regali edicto parere? Inquit Eutychia: Minime parere volo; ſum enim Chriſtiana, Dei omnipotentis ſerva. Tum ille: Quoniam Eutychia gravida eſt, interea ſervetur in carcere.*

XLIII. De Prægnantibus leges. (*b*) *Plutarch. de his qui ſero a numine puniuntur.* (*b*) *l. prægnantis ff. de panis.*

Sic quidem interlocutus eſt Præſes, quod tum Ægyptiorum, tum Græcorum, nec non Romanorum legibus vetitum erat de prægnantibus fœminis ſupplicium ſumi, quod teſtatur Plutarchus (*b*); ſed nec de eis haberi quæſtionem in uſu fuiſſe, Ulpianus affirmat (*c*). Sed rurſum Acta.

Dulcetius vero addidit: Tu vero, Agape quid ais? Vis ne omnia illa facere, quæ nos divinis Imperatoribus & Cæſaribus noſtris devoti facimus? Agape inquit: Minime decet me ſatanæ devotam eſſe; his verbis mens mea non abducitur; inexpugnabilis enim illa eſt. Tum Præſes ait: Et tu Chionia quid ad hæc dicis? Inquit Chionia: Mentem noſtram nemo poteſt pervertere. Ait Præſes: Numquid aliquæ apud vos ſunt impiorum Chriſtianorum commentaria, vel membranæ aliquæ, vel libri? Reſpondit Chionia: Nulli, o Præ-

ses, nobis sunt; omnia enim illa Imperatores, qui nunc sunt, a nobis abstulerunt. Præses dixit: Quisnam hanc mentem vobis dedit? Chionia dixit: Omnipotens Deus. Dixit autem Præses: Quinam sunt qui vobis auctores fuerunt, ut ad istam stultitiam veniretis? Deus, inquit Chionia, omnipotens, & unigenitus ejus Filius Dominus noster Jesus Christus.

XLIV. *Dulcetius ait: Manifestum illud est, quod omnes nos devotioni nostrorum potentium Imperatorum ac Cæsarum subjectos esse oportet. Quoniam vero post tam multum tempus, post tot admonitiones, totque edicta proposita, & tales minas injectas, vos temeritate quadam & audacia elatæ, ipsorum Imperatorum ac Cæsarum jussa contempsistis, in Christianorum impio nomine permanentes; cumque ad hodiernum diem jussæ a Stationariis ac primis militibus negationem Christi scriptam profiteri, facere id recusetis; propterea pœnas vobis dignas accipite. Id cum dixisset, sententiam scriptam legit: Agapem & Chioniam, quoniam iniquis mentibus & contrariis sententiis latæ contra divinum edictum dominorum Augustorum ac Cæsarum fecerunt, & nunc etiam temeratiam, vanam ac piis omnibus execrabilem Christianorum religionem colunt, igni tradendas jubeo. Hisque dictis, subjunxit: Agatho autem, Casia, Philippa, & Irene, quoad mihi placuerit, serventur in carcere.*

Sententia in martyres.

XLV. De Irene quæstio. *Postquam vero sanctissimæ mulieres igni consummatæ sunt; cum rursus S. Irene ad Præsidem ducta fuisset, Dulcetius sic illam affatus est: Tuæ insaniæ propositum ex iis quæ facis, manifesto apparet, quæ tot membranas, libros, tabellas, codicillos & paginas scripturarum, quæ sunt impiorum Christianorum, qui umquam fuerunt, ad hodiernum usque diem servare voluisti; quæ cum prolata essent, ea cognovisti, quamvis quotidie negaveris vos ejusmodi scripta possidere, non contenta neque sororum tuarum pœna, neque mortis metum præ oculis habens; quamobrem tibi pœnam afferri necesse est. Sed alienum tamen non videtur etiam nunc benignitatis partem aliquam tibi condonari, ut si volueris nunc saltem deos agnoscere, impunis & ab omni supplicio periculoque libera esse possis. Quid igitur dicis? Facies ne quod Imperatores nostri & Cæsares jusserunt? Num parata es sacrificiis vesci, & diis immolare?*

XLVI. De scriptis sacris quæstio. *Respondit Irene: Minime, minime per Deum illum omnipotentem, qui creavit cælum, terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Summa enim illius ignis sempiterni pœna proposita est his qui Jesum Dei Verbum negaverunt. Dulcetius ait: Quisnam tibi auctor fuit, ut membranas istas atque scripturas in hodiernum usque diem custodires? Irene inquit: Deus omnipotens, qui jussit nos ad mortem usque ipsum diligere; qua de causa non ausæ sumus eum prodere; sed maluimus aut viventes comburi, aut quæcumque alia nobis acciderint, perpeti, quam talia scripta prodere. Ait Dulcetius Præses: Quisnam conscius erat hæc in domo illa esse, in qua habitabas? Respondit Irene: Hæc vidit Deus ipse omnipotens, qui omnia scit, præterea nemo; nostros enim homines inimicis pejores duximus, ne forte nos deferrent; itaque nulli hæc ostendimus. Inquit Præses: Superiore anno, cum edictum illud tale, ac pium jussum dominorum Imperatorum ac Cæsarum primo fuit divulgatum, ubinam vos latuistis? Respondit Irene: Illic ubi Deus voluit; in montibus, scit Deus, sub dio fuimus. Præses dixit: Apud quem vixistis? Respondit Irene: Sub dio, alias in aliis montibus versantes. Dixit Præses: Quinam erant, qui vobis panem suppeditabant? Irene inquit: Deus, qui omnibus escam suppeditat.*

XLVII. *Ait Præses: Erat ne pater vester harum rerum conscius? Respondit Irene: Minime per Deum omnipotentem conscius erat ille, qui ne novit quidem hæc omnino. Præses ait: Quis igitur vestrorum vicinorum id noverat? Inquit Irene: Vicinos interroga, & loca inquire, vel eos qui nerunt, ubi nos eramus. Præses dixit: Postquam e monte reversæ fuistis, ut tu dicis, legebatis ne scripta ista præsente aliquo? Inquit Irene: Domi nostræ erant, neque audebamus illa efferre; quamobrem magnopere angebamur, quod non poteramus nocte, & die illis operam dare, sicut a principio consueveramus usque ad annum superiorem, quo & illa occultavimus. Dulcetius Præses dixit: Sorores quidem tuæ pœnas nostro jussu decretas exsolverunt; te vero, etsi antequam aufugisses, propterea quod scripta, & membranas istas occultaveras, mortis pœna tibi decreta fuerat; non amen eodem modo jubeo et vita sic repentetdiscedere; verum per satellites ipsos, & Zosimum publicum carnificem in lupanaria nudam statui præcipio, e Palatio panem unum singulis diebus sumentem, satellitibus ipsis non permittentibus te illinc discedere.*

XLVIII. *Cum igitur satellites, & Zosimus publicus minister præsto essent; inquit Præses: Vobis notum sit, quod si mihi significatum fuerit, vel horæ alicujus momento istam ex eo loco motam fuisse, in quo eam esse jussimus; tunc vos supremæ pœnæ subjecti eritis; scripta vero ipsa a scriniis, & arculis Irenes proferantur: Hucusque hujus* diei cognitionis Acta: quæ sequuntur, auctoris sunt: *Cum igitur, quemadmodum a Præside jussi fuerant, eam illi ad publicum lupanar duxissent; & propter Spiritus sancti gratiam, quæ ipsam protegebat, & uni-*

Irene in lupanari illæsa servata.

& universorum Domino Deo puram atque intactam servabat, nec unus quidem ad eam accedere, vel turpe aliquid in eam facere, aut dicere ausus fuisset; sanctissimam illam fœminam Dulcetius præses revocavit, & ante tribunal sisti jussam sic affatus est: Hic incipiunt Acta novissimæ diei cognitionis: *Numquid in eadem adhuc temeritate persistis? Minime (inquit Irene) temeritas, sed Dei est pietas, in qua persisto. Respondit Dulcetius Præses: Et ex priore tuo responso manifeste ostendisti, te Imperatorum jussui nolle æquo animo parere, & nunc quoque in eadem arrogantia persistentem te video; quare dignas pœnas persolves. Cumque chartam petiisset, sententiam hanc contra ipsam scripsit: Quoniam Irene Imperatorum jussui parere, diisque immolare noluit, quinimmo nunc quoque in Christianorum ordine ac religione perseverat; hac de causa, ut antea duas ejus sorores, ita & ipsam viventem nunc comburi jubeo.*

Sententia in Irenem.

XLIX. *Hæc sententia cum a Præside lata fuisset, milites Irenem comprehensam in quemdam sublimem locum duxerunt, ubi ejus sorores antea martyrium passæ fuerant; cumque magnum rogum accendissent, jusserunt ipsam in eum conscendere. Itaque sancta Irene psalmos canens, & Dei gloriam celebrans, in rogum se injecit, atque ita consummata est in Consulatu Diocletiani nono, Maximiani autem Augusti octavo, Kalendis Aprilis:* Hæc ibi. Ex quibus patet, has passas esse hoc anno, ante tamen quam Diocletianus, & Maximianus se Imperio abdicassent. Extant Irenes, Agapes, & Chioniæ virginum sororum Acta quædam intexta in Passione sanctæ Anastasiæ, ab his nonnihil diversa; sed quod hæc germana sint, prudens lector facile judicabit. Agathonis autem, & aliarum mulierum, quas præfectus post primam cognitionem carceri mancipavit & Eutychiæ prægnantis, cujus quæstio ad tempus, nempe post partum, dilata est; prorsus exciderunt, nullaque posteris est eorum memoria.

L. Alii Martyres Thessalonicenses. Passi insuper reperiuntur Thessalonicæ, hac eadem persecutione urgente, complures alii martyres: sed cum incompertum sit, quo potissimum anno, hic eorum meminisse sat erit, nempe Agathopodis diaconi, & Theoduli lectoris, qui iisdem imperantibus, sub Faustino Præside ob Christi nomen multa perpessi, demum ad collum saxo alligato, in mare demersi sunt. Extant eorum martyrii Acta, diesque natalis adscriptus tabulis Ecclesiasticis: pariterque Alexandri martyris, qui in eadem civitate pro Christi fide agone suscepto, vitæ dispendio, martyr insignis effectus est. Domninus etiam, quod ad imperium Principis immolare recusasset, jussus est a Præside cruribus confringi, ac præcidi pedibus; qui septem diebus sic in doloribus fortiter perseverans, in tormentis reddidit Deo spiritum.

LI. Demetrius ex Proconsule Martyr. Sed præ cæteris Thessalonicæ passis, Demetrius, qui ex proconsule effectus est martyr, ore omnium Orientalium immensis laudibus celebratur. Agebat hic Proconsulem in provincia; qui detectus Christianam religionem colere, ira Maximiani, lanceis transfodi jussus est; quem, & Nestor athleta ad coronam præcessit. Porro horum omnium, tam Græcorum, quam Latinorum tabulis, memoria florentissima est; deque iisdem in nostris Notis pluribus egimus. Confecto autem bello Sarmatico a Maximiano, Demetrium passum esse, ejus martyrii Acta declarant. In eadem quoque civitate pariter coronantur Irenæus, Peregrinus, & Irene; qui ob fidei confessionem flammis absumpti sunt. Aliam hanc esse Irenen ab illa de qua superius facta est mentio, diversus dies natalis, & differentia nominum collegarum, aperte declarant.

LII. Recruduit persecutio. Cæterum omnes dinumerare martyres, qui his temporibus sub Galerio Maximiano in Oriente sunt passi, excedit plane humanarum virium facultatem; tantum enim abest, ut cessatione Diocletiani ab Imperio ibi quieverit persecutio, ut magis magisque incrementis majoribus recruduerit; adeo ut quamplurimi desperatione rerum præsentium, qui hactenus civitatum latebras esse tutas experti fuissent, jam earum diffidentia silvas petierint, & montana loca conscenderint, ferarum latibula quæritantes, in quibus solum a persecutorum rabie sperabant posse esse securos. Id quidem inter alios complures, proavos quoque S. Basilii Episcopi Cæsariensis egisse, testatur S. Gregorius Nazianzenus (a). Qui cum ait, Maximiani urgente persecutione, eos fugam arripuisse, & in silvis ad septennium, quousque persecutio perduravit, delituisse; plane id hoc anno factum esse demonstrat, post quem totidem anni numerantur usque ad decimum, qui ultimus recensetur septennii, quo iidem egerunt in montibus.

(a) *Greg. Nazian. in laud. Basilii.*

LIII. Maximianorum, & Galeriorum nominum discriminatio. Quod autem Maximinus pro Maximiano apud eum scriptus habeatur (quod, ut diximus, etiam apud Eusebium reperitur) scriptoris id quidem vitio accidisse putamus; sed error quidem venia dignus; cum libentius acceptum est nomen Maximini, quam Maximiani, quod alter ejus nominis Imperator tunc viveret Maximianus dictus Herculius. Quo igitur duo Maximiani ab invicem distincti essent, hunc potius Maximinum dicere voluerunt; qui quidem error tam apud Græcos, quam etiam Latinos inolitus antiquarum inscriptionum recte corrigitur monumentis, quæ ab aliis descriptæ sunt plu-

ries

res numero; quibus & declaratur, plane diversos esse, Galerium Maximianum, & Galerium Maximinum; priorem namque Galerium, de quo est sermo, una cum Constantio post Diocletianum imperasse; posteriorem ab eodem priori Galerio creatum Cæsarem, eidem in Imperium successisse. Quamobrem sicut duo Galerii ab invicem distincti sunt, & suo quisque dicendus est nomine, nempe hic Maximianus, ille autem Maximinus; ita etiam, ut discriminentur inter se ipsos duo Maximiani, prior suo cognomento Herculius, posterior Galerius nominandus est. Hæc, ne confusione nominum res gestæ pariter implicentur, dixisse opportuit.

LIV. Sed audiamus Gregorium de hac persecutione & fuga Christianorum in primis his verbis agentem: *Persecutio erat, & quidem atrocissima & formidolosissima (iis loquor quibus ea persecutio nota est) quam Maximianus excitavit; qui complures haud ita pridem obortas excipiens, crudelitate sua perfecit, ut omnes quæ cessarant, leves & humanitatis plenæ fuisse viderentur, incredibili quadam audacia furens, modisque omnibus impietatis palmam ferre contendens. Hunc athletarum nostrorum plerique superarunt, alii ad mortem usque, alii pene usque ad mortem dimicantes, hactenus videlicet relicti, ut victoriæ suæ essent superstites, nec in ipso certamine animam efflarent; sed aliis virtutis agonistæ, vivi martyres, animatæ columnæ, tacitique præcones relinquerentur; horum numerum auxerunt paterni illius* (Basilii videlicet) *proavi; quibus per omnia pietatis genera grassatis eximiam tempestas illa coronidem invexit. Nam cum illi animo ita constituti & comparati essent, ut ea omnia facile perpessuri essent, ob quæ Christus eos, qui certamen ipsius nostra causa susceptum imitantur, corona donat; quoniam tamen certamen eorum legitimum esse oportebat; lex autem martyris hæc est, ut nec nosmetipsos in periculum conjiciamus, & ut persecutoribus & infirmioribus athletis consulatur: nec in discrimen adducti certamen detrectemus (illud quippe temerarii ac præcipitis est animi, hoc timidi & ignavi) in hoc quoque sibi Legislatori parendum statuunt; ac quid consilii cœperint, vel potius quonam a divina providentia omnia eorum consilia gubernante ducti sint, quæso audite.*

Parentum Basilii fuga in persecutione.

LV. *Ad quamdam Ponticorum montium silvam (illic enim permultæ sunt & densæ valde & aptæ ac spatiosæ) cum paucis admodum tam fugæ comitibus, quam cibi ministris confugiunt. Atque hic quidem alii temporis diuturnitatem admirentur (siquidem in annum pene septimum eoque amplius protractum illis exilium fuisse narrant) vivendi rationem corporibus generosis angustam & insolentem, ut verisimile est; quodque item sub dio agentes, algoribus, caloribus, pluviis divexati fuerint; postremo quod in molesta hujusmodi solitudine hominum societate & commercio caruerint: quæ res quam calamitosa & acerba iis fuisse putanda est, qui frequenti satellitio cingi atque ornari solebant? Ego autem, quod majus est, majorique admiratione dignum, exponam. Nec mihi quisquam fidem abrogabit, nisi qui rem levem, nec magnopere laudandam existimaverit, pro Christi nomine persecutiones, & pericula subire, pernicioseque utique periculosissimeque judicans. Suaviores quasdam epulas egregii viri expetebant, ut qui temporis longinquitate fracti ac debilitati essent, ac necessariorum ciborum fastidium contraxissent. Nec idcirco Israelitarum sermonibus utebantur (non enim queruli & murmuratores erant, ut illi, cum Ægyptum fuga reliquissent (a), fameque in deserto premerentur) nimirum solitudine meliorem, sibique magis exoptandam Ægyptum esse, utpote carnium ollas, cæteraque omnia quæ illic reliquerant, affatim copioseque subministrantem (neque enim jam, qua vecordia erant, gravis ipsis lateritius labor & argilla videbatur) verum alia, quæ sanctitatem majorem, fidemque præseferebant, proloquebantur.*

(a) Exod. 16.

LVI. Pavit suos Deus in deserto.

Quid enim, dicebant, fieri hoc nequit, ut Deus ille miraculorum, qui peregrinum populum & profugum ita copiose in deserto aluit (b), ut ei panem plueret, & aves effunderet, non solum necessariis, sed delicatioribus cibis eum nutriens, qui mare scidit, Solis cursum retardavit, amnem repressit: aliaque deinde subjungentes quæcumque ab eo gesta fuerant (solet enim in ejusmodi rebus animus veteres historias pervolutare, Deique gloriam ex multis miraculis efferre) idem etiam, inferebant, nos pietatis athletas hodierno die lautioribus opsoniis pascat? Tot feræ divitum mensis, quales quondam nobis erant, fuga elapsæ in his montibus latitant; tot esculentæ aves supra nos, qui eas expetimus, supervolant: quorum quid omnino est, quod, te vel solum annuente, non facile capi possit?

(b) Psal. 104.

LVII. Exhibent se ad cibum feræ bestiæ.

Hæc eorum verba erant: ac præda verborum eorum erat opsonium sponte oblatum, convivium nullo labore instructum: cervi e tumulis repente apparentes, qua magnitudine? quam pingues? quam ad necem prompti & parati? propemodum eos conjiceres, quod non citius vocati essent, molestе ferre. Isti capitum nutu trahebant, hi sequebantur. Quo insectante & cogente? nemine. Quibus equis? quibus canibus? quo latratu & clamore venatico? quibus juvenibus viarum exitus occupantibus, ut venationis leges postulant? Ora-

Orationis tantum, justæque petitionis vinculo constricti. Quis vel nostra, vel omnium qui umquam fuerunt memoria talem venationem capturamque cognovit? O rem admirandam! ipsi prædæ suæ promicondi erant; quantum voluntas ferebat, detentum est; quod supererat, ad silvam in secundam mensam relegatum est; coqui simplices, & extemporales, cœna composita & moderata, convivæ grati, beneficiique memores, mirandum illud facinus jam quasi præludium habentes rerum in spe positarum. Ex quo etiam ad eam dimicationem, quæ hæc illis afferebat, alacriores redditi sunt.

LVIII. Hæc a Gregorio scripta verbis ipsius ad syllabam usque hic voluimus recitasse, ad insinuandam Dei providentiam erga Fideles suos, qui Evangelii causa exterres facti essent; ut hoc uno exemplo quid erga cæteros profugos factum sit (quod scripta desint) existimatione quis assequi possit. Parentes autem Basilii, persecutione cessante, Cæsaream in Cappadocia concessere, qui olim Neocæsareæ in Ponto habitarunt; ubi S. Macrina, ejusdem Basilii avia, doctrina S. Gregorii Thaumaturgi Neocæsareæ Episcopi, fuit insigniter ab ejus Ecclesiæ viris ad pietatem exculta, ut suis epistolis idem Basilius sæpe testatur. Porro de fuga Christianorum in montes, sævisque cruciamentis martyrum, quid ipse quoque Basilius dicat, paulo inferius enarrabimus.

De S. Macrina.

LIX. Martyres Pontici. Eorum vero qui in eadem Pontica regione pro Christi nomine sunt martyrium assecuti, præ cunctis celebratus a majoribus habetur Theodorus, quem Gregorius Nyssenus pro concione laudavit. Hic enim divino quodam impulsu promptuarium idololatriæ, templum scilicet Matris deorum ☞ Amaseæ in Ponto ☜ cum inflammasset, dirissime tortus, demum vivus incendio concrematur. Quam celebris illustrisque ejus memoria tum in Oriente, tum etiam in Occidente fuerit, Notatione addita ad Romanum Martyrologium, suo loco monstravimus. In eadem quoque provincia, Comanæ, eodem itidem tempore sub Maximiano Imperatore passus est Basiliscus martyr, qui (ut habent tum Græcorum, tum Latinorum tabulæ) sub Agrippa Præside dirum illud nuper inventum exquisitum cruciamenti genus expertus est, ut ferreas crepidas ignitis clavis prominentibus calcearetur; hocque & aliis fatigatus tormentis, capite tandem truncatus est, ejusque corpus in flumen projectum.

LX. Sed de martyribus Ponticis, quam immania & hactenus inaudita cruciamenta perpessi sint; Eusebius (a), generatim tantum res Ponticæ Ecclesiæ prosecutus, hæc ait: *Sed cruciamenta, quæ martyres in Ponto tolerabant, auditu videntur horrenda. Quidam enim digitos manuum ab extremis unguibus acutis arundinibus transfixos habuere: aliorum terga plumbo igni liquefacto, ejusque (materia jam ebulliente efferveseenteque perfusa, & corporis partes quas natura maxime ad corporis necessitatem fabricata est, flammis adustæ; nonnulli membris pudendis, ac visceribus cruciatus turpes, intolerandos, & ejusmodi quos exprimere formidat oratio, subierunt; quas quidem generosi illi & æqui scilicet Judices, quo suam solertem indolem & ingeniorum acumen ostenderent, & perinde ac si singulare quoddam sapientiæ specimen in ea re eluxisse attentius excogitarunt; atque in novis suppliciorum generibus inveniendis, non aliter atque in certamine, præmia assequi laborabant, seque inter ipsos superare obnixe contendebant:* Hucusque Eusebius de Ponticis rebus.

(a) Euseb. l. 8. c. 24.

Horrenda cruciamenta.

LXI. At non leviora his fuere, quæ in proxima illi provincia contigerunt, in Cappadocia inquam. Ea enim S. Basilius (b), totius illius regionis metropolis Ecclesiæ Cæsariensis Episcopus, descripsit oratione illa, qua de Gordio Centurione martyre egit; ejusdemque persecutionis faciem egregie expressam his verbis sic repræsentat, cum de Galerio Maximiano agit, qui solus regnans in Oriente post Diocletianum, Dei Ecclesiam vehementissime exagitabat: *Ea sane tempestate* (inquit) *cum tyrannus impius, qui tunc imperitabat, in Christianum nomen virus suæ feritatis effunderet, manumque Deo inimicam adversus Ecclesiam exerceret; tota urbe* (nempe Cæsareæ) *præconis tuba sonabat, toto foro, & per compita tyrannicum promulgabatur edictum: Ne quis Christum adoraret; qui vero contraria jussa faceret, morte plecteretur.*

(b) Basil. orat. in Gordium mart.

Quid in Cappadocia.

LXII. *Idola proponebantur adoranda omnibus, lapideaque & ligneæ hominum simulacra pro vero numine colenda; & si qui recusarent, extrema intentabantur. Confundebatur tota civitas; quæ rei novitate attonita, tota tumultuabatur. Christianorum domus singulæ vastabantur, innocentium facultates diripiebantur, fidelium & ingenuorum corpora carnificum manibus discerpebantur; matres familias per vicos trahebantur; nulla juvenum commiseratio, nulla senum reverentia erat; insontes noxiis, & maleficis digna patiebantur; complebantur supra modum carceres; domus insignes & opulentæ evacuabantur; pleni saltus, plena perfugis loca deserta, ob unum tantum crimen, quod Christum colerent. Prodebat patrem filius; pater filium accusabat; frater adversus fratrem insaniebat; servus domino insultabat; adeo diabolicis artibus hominum animi affecti tenebantur, ut velut in tenebris agentes, sese minime cognoscerent. Præter hæc*

Persecutionis descriptio.

hæc autem domus orationis profanorum manibus vastabantur; aræ sanctissimæ evertebantur, nec erat oblatio ulla, nec thymiama; divinæ rei nullus jam locus erat amplius relictus; cuncta mœror ingens, velut diffusa caligo, occupabat; sacerdotum collegia fugabantur; sacer omnis conventus cladem insolitam expavescebat; dæmones vero tripudiabant, & nidore ac sanguine victimarum infecta cuncta reddebant: Hucusque Basilius de clade Cæsariensi, tempore hujuscemodi persecutionis, dum Gordii civis Cæsariensis Centurionis agonem pro Christo susceptum, pro concione commendat, de quo hæc mox subdit:

LXIII. Gordii martyrium insigne.

Hic (inquit) *abjecto militiæ baltheo, sponte sibi exilium delegit. Itaque relictis honoribus, relictis omnis generis facultatibus, servis, propinquis, amicis, voluptatibus, & rebus aliis, quas cæteri appetere ac magno studio parare solent; ad vasta, deserta, & hominibus invia loca contendit, longe melius secum agi putans, si in ferarum recessibus, quam inter idola vana cum hominibus habitaret.* Quo modo autem ad coronam descenderit, veneritque in confertum omnibus Gentibus theatrum, cum in honorem Martis equestria certamina agerentur; subdit post multa, sic dicens: *Tunc magnanimus, & fortis heros per mortis clivum in theatrum properans, non populum horruit, non quod hostilibus se manibus traderet, pensitavit; sed corde intrepido & animo excelso, quasi quædam continua saxa, aut arbores multas, eos qui circa stadium sedebant prætercurrens, in medio constitit stadio, complens dictum illud* (a): *Justus ut leo confidenter agit. Quid plura? adeo intrepido excelsoque animo fuit, ut, cum in eminentiori parte theatri staret, ingenti voce (quam qui audierunt, extant adhuc aliqui) exclamarit, & clare illud Apostoli ad Romanos dixerit:* (b) *Inventus (b) sum a non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant. Quibus sane verbis se in eum venisse locum significavit minime coactum, sed ultro se ad certamen exhibuisse.* Quomodo autem nec multiplici tormentorum genere vexatus cessit, nec blanditiis inflexus est; sed his omnibus superatis, signans se more Christiano Crucis signo, jugulum subjecit gladio; idem auctor ea prosecutus est oratione, digna plane Basilio, dignaque tanto martyre. Hujus natalis dies tertio Nonas Januarii non a Græcis tantum, sed a Latinis etiam anniversaria memoria celebratur.

(a) Prov. 28.

(b) Rom. 10.

LXIV. Barlaham martyrium.

Celebri quoque laudum præconio idem Basilius prosecutus est nobile martyrium ignobilis licet genere viri, nempe rustici hominis ac plane agrestis Barlaham, sed martyrii gloria illustrissimi ac plane clarissimi; de quo egregium illud facinus, quo insuperabilis Christianorum constantiæ admirabile specimen edidit, inter alia insignia viri facta describit his verbis (c): *Dexteram habuit igne firmiorem, cujus illi machina postremo ab hostibus applicabatur. Aræ namque pro more dæmoniaci libaminis igne impositio, martyrem adductum sistentes, focoque incenso, dexteram supinam impendere jubentes, manu quasi æreo altari abutebantur, thure illi ardenti malitiose impositio: sperabant enim ignis vi expugnatam manum, necessario ac velociter incensum thus in aram excussuram: pape, quam multiinga sunt impiorum præstigia! Quoniam (inquiunt) innumeris vulneribus contentiosi pugilis mentem non fleximus, vel manum illius flamma incendamus, quoniam variis machinis animum illius haud quaquam permovimus, dexteram igni admotam permoveamus.*

(c) Basil. orat. in Barlaham.

LXV. Mira constantia Martyris.

At ne hac quidem spe miseri potiti sunt; nam flamma manum quidem exedit; perduravit illa cineris instar flammam ferens, tergum sævienti igni non dedit, quemadmodum fugitivi & imbelles solent; sed immota perstitit, strenue contra flammam dimicans, & propheticas martyris voces proferendas administrans, ut diceret (d): *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Ignis cum manu confligebat; sed ignis vincebatur. Luctabantur inter se flamma ac dextera martyris; sed dexteræ nova quædam certaminis victoria concedebat, dum flamma quidem per mediam manum exigebatur, ipsa vero manus adhuc ad luctam porrecta erat. O manum igne contentiosiorem! o manum ab igne flecti nesciam! & o ignem a manu vinci edoctum! Ferrum videtur ignis tyrannide emolliri, æs cedit ignis potentiæ, solet illo lapidum quoque vinci durities: nunc vero martyris dexteram extensum ignis ille comburens non flexit, cujus vigor omnia domat. Merito sane martyr iste ad Dominum hujus gratia clamaret* (e): *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.*

(d) Psal. 17.

(e) Psal. 72.

LXVI. Virtus Christiadeatur hujus comparatione vilescere, ac norum eminens.

Hæc, & alia plura affert in facti egregii commendationem Basilius; adeo ut Mutii Romani omnium pene scriptoris chartis commendatum exemplum jam vi- veluti Solis fulgore, quæ lucebat in nocte lucerna, propemodum obscurari. Etenim ad tale facinus illum error impulit; prodigereque dexteram crimen majestatis, etiam caput exigens, persuasit; martyrem vero Christi veritas cultusque pietatis reddidit fortiorem. Qui exeso jam tormentis toto corpore, immobilis manens, virtute constantiæ se ipso fortiorem in dexteræ adustione monstravit, ut ne levi quidem motu potuerit urgeri vel flecti.

ci. At non uno tantum Barlaham Christiana religio gloriatur; sed alios prope innumeros huic similes atque præstantiores habuit, iis aliisque temporibus, ejusmodi atque majorum facinorum patratores. Non enim in uno Barlaham, sed aliis quamplurimis sæva tyrannis, quo specie tenus viderentur Christiani, aræ incensæ cum thure admovisse manum, ejusmodi est experta nova crudelitatis arte sævitiam; ut ex iis, quæ inferius suo loco dicturi sumus, perfacile apparebit.

LXVII. Novum in Christianos edictum.

Tunc etiam eadem civitas Cæsariensis insigniter illustrata est corona Julittæ martyris, quam idem quoque Basilius laudibus celebrat. Addiderat enim illud quoque Imperator ad priora illa in Christianos promulgata olim edicta: Ut, qui deos colere detrectarent, haberentur infames, nulloque legum adminiculo juvarentur, vel fulcirentur adversus insurgentes in se calumniatores auxilio; quod quidem perinde erat, ac si Christianos non carnificum tantum manibus, sed omnium in eos insurgentium exposuisset injuriis, cum adversus neminem liceret illis jurium Judicumque auxilium implorare. Inde autem accidit, ut cum prædives avarus homo inhiaret prædio Julittæ fœminæ Christianæ; illa apud Judicem expertura, liberam coram ipso pacificamque nunquam interruptam longissimi temporis præscriptionem allegante, ac probante; quo uno remedio potuisset adversarii calumniantis conatus omnes irritos prorsus reddere, ac procacitatem compescere; mox subdolus ille in eam de Christianitate accusationem objecit: *Cum in aream fori* (inquit Basilius) *ille progressus, ait: Istæc actio ejusmodi est, cui nulla quantivis temporis præscriptio suffragari debeat. Neque enim fas sit quidvis nobiscum habere commune eos qui hactenus minime coluerunt deos Imperatorum, nisi prius Christianam fidem ejurarint.*

Julittæ insigne certamen.

LXVIII.

Prætori in specie videbatur his in medium proponere quæ essent juri consentanea, quæve maximopere conducerent. Jubetur mox afferri thus, prunas item. Secundum hæc percunctantur Judices ejurare ne velit Christum, an secus; eam quidem & legibus, & legum suffragiis perfrui posse, abjuret modo Christum: quod si fixius adhæresceret fidei, nullum jam sibi relinqui usum, neque fori, neque legum, at ne reliquæ quidem Reipublicæ; quippe quæ, juxta sanctionem legis per ejus temporis Imperatores latæ, notam infamiæ incurrisset. Cum autem illa hæc audiens, secum deliberans, bona tandem omnia, & vitam ipsam Christo posthabendam firmo consilio decrevisset; insignisque ob eam causam sententiam libentissimo animo suscepisset; parato jam rogo, multa de confessione nominis prælocuta: *Concita-*

(inquit) *perrexit, facie, habitu, ipsis quæ promebat verbis, alacritate insuper efflorescente, palam indicans quod in animo delitescebat profusissimum gaudium.* Et paulo post: *In lignorum struem incensam insilivit: quæ, perinde ac thalamus splendore coruscus, corpus Julittæ circumplexa, animam quidem in cœlestem illam destinavit regionem, & quæ illius meritis congruebat, requiem.*

Corpus autem honore præcipuo venerabile asservavit affinibus & cognatis incolume, nec ulla sui parte læsum; quod sane in ornatissimo primarii templi urbis totius vestibulo conditum, loco quidem affert venerabilem sanctimoniam, nec minus, qui eo loci conveniunt, efficit sanctiores. Terra porro, istius beatæ adventu, aquam emisit, quæ suapte natura nulli non nostrum gratissima esse debeat; adeo ut martyr hæc imaginem pientissimæ referat matris, dum nutricis in morem, totius urbis incolas alit suaviter, perinde ac lacte quopiam in communes usus affatim scaturiente: Hæc Basilius, aliaque multo plura in martyris laudem.

LXIX.

Miraculum de fonte.

LXX. Dorotheæ Martyrium.

Sub hac eadem persecutione passa est quoque Cæsareæ in Cappadocia Dorothea, quæ sub Sapricio illius provinciæ Præside primum equulei extensione vexata, dehinc palmis diutissime cæsa, ad ultimum capitali sententia punita est; in cujus confessione Theophilus quidam Scholasticus ad Christi fidem conversus, & mox equuleo acerrime tortus, novissime gladio cæsus est: Hæc de ea in Ecclesiasticis (a) tabulis. Quæ autem causa præcesserit, ut illusor martyris, & Christianorum hostis, tam inspe- rato fidem Christianam capesseret, Acta (b) ejus martyrii declarant his verbis: *Theophilus Advocatus præsidis*, cum duceretur Dorotheæ ad supplicium, irridens, ait: Eja tu sponsa Christi, mitte mihi de paradiso sponsi tui mala, aut rosas. Et Dorothea respondit: Plane ita faciam. Cum venisset ad ictum percussoris, rogavit carnificem, ut permitteretur breviter precari. Absolutaque oratione, ecce puer ante eam apparuit, ferens in orario tria mala, & tres rosas. Cui illa ait: Obsecro te, ut feras ea Theophilo, & dicas ei: Ecce quod a me petisti, ut tibi de sponsi mei paradiso transmitterem. Ipsa autem percussa gladio, perrexit ad Christum.*

(a) Mart. Rom. & alii die 6. Febr.

(b) Apud Sur. t. 1. die 6. Feb. * al. Fisci.

LXXI. Theophili confessio.

Igitur Theophilus Advocatus Præsidis irridens promissionem S. Dorotheæ, suis sodalibus ita ait: Hodie cum a percussore duceretur Dorothea, quæ se sponsam Christi dicebat, & ad cujus paradisum proficisci gloriabatur; ego dixi illi eunti: O tu sponsa Christi, ubi perveneris ad paradisum sponsi, mitte mihi rosas inde aut mala. Plane, inquit illa, sic faciam. Cum autem hæc narraret, irridens sanctæ virginis promissionem; ecce puer ante eum

cum orario, in quo ferens tria mala magnifica, & tres rosas elegantissimas, dixit ei: Ecce sicut petenti promisit virgo sacratissima Dorothea, transmisit hæc tibi de paradiso sponsi sui. Tunc Theophilus accipiens, exclamavit voce magna, dicens: Vere Deus Christus est, & non est ulla simulatio in eo: Hæc & alia ibi plura de ejusdem Theophili confessione, ac gloriosa pro Christi fide nece susceptâ. Mentio habetur in iisdem Actis de Christena, seu Christina, atque Callista sororibus, quæ cum a Christi fide desciviſſent, Dorotheæ monitis iterum restitutæ, iterum confitentes, ignis supplicio martyrium consummarunt. Tam præclarum quatuor martyrum Cæsarienſium certamen haud putamus a S. Basilio silentio prætermissum, sicut nec aliorum, quorum mentio facta est. Sed ut aliæ complures, martyrum, qui itidem Cæsareæ passi sunt, laudationes una cum aliis plerisque scriptorum monumentis viri sanctissimi periere; ita quoque ejus de ipsa encomium excidisse, facile contigit.

LXXII. Alii Martyres Cappadociæ.

In eadem quoque provincia, sub eadem persecutione, apud Tyanam Orestes (quem alii Arestam nominant) pro Christi fide insigne martyrium obiit, quod ejus Actis (*a*) testatum habetur; erecta est nobilis Memoria Oresti martyri, & locupletata redditibus, quorum causa orta est lis inter sanctum Basilium & Antimum Tyanensem Episcopum, ut suo loco dicetur. Sed & in Cappadocia itidem Capitolina & Erotheides ejus ancilla passæ leguntur; quorum omnium statuti dies commemorationis habentur tam apud Græcos, quam Latinos publice consignati: cum alioqui longe major existimetur esse illorum martyrum ibidem passorum numerus, quorum nomina habentur incognita.

(*a*) *Apud Metaph. die 9. Novemb.*

LXXIII. Carnificinæ Martyrum.

Eusebius (*b*) enim dum generatim de martyribus hac persecutione passis agit, & inter alios Cappadocum quoque martyrum meminit, hæc ait: *Quid jam reliquos martyres nominatim commemorare attinet, aut illorum multitudinem enumerare, aut varia plagarum & suppliciorum genera, quæ insignes martyres perpessi sunt, oratione depingere? qui partim securibus percussi interierunt, sicut iis qui erant in Arabia, contigit; partim cruribus confractis divexati, veluti iis qui in Cappadocia versabantur, accidit; partim etiam pedibus in sublime appensis, capiteque in terram demisso, igne paulatim succenso, & leniter exardescente, & fumo e materia accensa ascendente suffocati, quemadmodum illis qui in Mesopotamia morabantur, evenit; partim naso, auribus, & manibus amputatis, cæterisque corporis membris dilaniatis deformati, ut iis qui incolebant Alexandriam obtigit.* At de Alexandriæ passis martyribus inferius dicturi sumus.

(*b*) *Euseb. l. 8. c. 24.*

LXXIV. De Ecclesia Arabum.

Sed quod de Arabibus meminit; licet scriptorum penuria res illius Ecclesiæ obscuriſſimæ remanserint; tamen fuisse eam florentissimam, & martyribus abundasse, non tantum ea quæ Eusebius tradit, aperte declarant; sed quod prima peregrinatione (*c*) Pauli Apostoli nobiliter fuerit illustrata, tantæ gloriæ haud fuisse degenerem, sed primitias fidei ab illo susceptas multiplicato germine propagasse, est æquum existimare.

(*c*) *Galat. 1.*

LXXV. Syriæ superioris Martyres.

Quod vero ad Ecclesiam in Mesopotamia positam pertinet, quam his temporibus æque martyribus abundasse idem auctor affirmat; inter alios notus est nomine insignis Athenodorus, qui cum ignibus & aliis cruciatibus diutius tortus esset, capitis damnatus, cum a numine repulsus carnifex ictum illaturus corruisset, nec ullus alius eum ferire ausus esset, orans obdormivit in Domino (*d*). Edessæ vero martyres, quorum memoria est illustris, sunt Bassa mater, & filii Theogonius, Agapius, & Fidelis, quos pia parens exhortans, eosdem martyrio coronatos præmisit ad palmam, quos truncatos capite secuta est cum victoria; hi enim tam a Græcis, quam Latinis annua celebritate coluntur. Reliquorum vero nobis cum res gestæ, tum & nomina sunt incomperta. De cæteris vero martyribus in aliis Orientis provinciis passis agemus opportunius annis sequentibus.

(*d*) *Mart. Rom. die 22. Nov.*

I. Viget in Italia persecutio.

CHristi annus trecentesimusquintus, Constantio & Galerio quintum Coss. Fastis adscribitur. Quibus Consulibus Acta sanctorum martyrum Januarii Episcopi Beneventani & sociorum, quæ apud nos sunt (ut in Notationibus quoque meminimus) inscripta reperimus. Quantumlibet enim Constantius Imperator Occidentalis orbis regimen administraret; in extremis tamen mundi partibus ipso agente, in Britannia scilicet, aliisque oris Occiduis; res Italiæ ex Galerii Maximiani sententia regi potius videbantur. Quamobrem ejusdem Constantii filius Constantinus, quod ab eodem appeteretur insidiis, coactus est (ut dicemus anno sequenti) veloci sibi fuga consulere.

II. Acta SS. Martyrum Januarii & socior.

Cum igitur Maximiani arbitrio Præsides atque Proconsules agere cuncta studerent, & in eo quoque, ut Christianos acerbissime vexarent, eidem morem gererent; ex illis unus qui Campaniæ præsidebat, Timotheus nomine, diram de sanctis carnificinam exercuit; & inter alios eumdem quem diximus Januarium Beneventanum Episcopum, Sosium Misenatis Ecclesiæ, & Proculum Puteolanæ diaconos, Eutychetem, & Acutium laicos homines tenuit; qui omnes cum variis prius affecti fuissent suppliciis, capite tandem damnati, gloriosam martyrii palmam consecuti sunt. Extant eorum Acta a Johanne diacono scripta; in quibus profitetur se resecasse superflua; & quæ videbantur necessaria, addidisse; ratus fortasse appositos Consules, quos reliquit, supervacaneos esse; nisi potius (quod verius existimo) ea de causa prætermisit quod ipse maluerit ad Imperatoris Diocletiani primordia eorumdem martyrum Acta referre; quæ dictis inscripta Consulibus, ad successorem Galerium Maximianum essent potius referenda: non considerans quid de pluribus aliis martyribus accidit; nam permulti post abdicationem Diocletiani, & Maximiani Herculii necati reliquo tempore, quod superfuit ex persecutionis illo decennio, sub iisdem Imperatoribus pariter, more majorum, passi esse feruntur.

III.

Cæterum, quod nostri muneris est, ex Consulibus notatas suis quibusque certis annis res gestas memoriæ commendare; hic potius ex scripto antiquo codice (*a*), eorumdem martyrum meminisse, operæ pretium facturi nobis videmur. Est eorumdem Actorum hujusmodi exordium: *Temporibus Diocletiani Imperatoris, Consulatu Constantii Cæsaris quinquies, & Maximiani Cæsaris sexies *, erat persecutio ingens Christianorum, &c.* Porro quæ ibi narrantur, licet verbis diversa, sententiis tamen simillima inter se, vel potius eadem esse videntur, quæ a Joanne diacono stylo mutato scripta habentur; sed prætermissa in iis est, quæ præcesserat, Sosii diaconi, & sociorum sub Dracontio Præfecto facta confessio.

(*a*) *In nostra Bibliotheca t. 8. Vit. Sanct. p. 117.*

* *al.* quinquies.

IV. Januarii certamen.

In hujus locum Timotheus, quem diximus, subrogatus, Nolæ consistens, S. Januarium Episcopum, Christi nominis causa vinctum, audivit, quem (ut talem decebat sacerdotem) infracto animi robore se Christianum profitentem, & cultum dæmonum detestantem, in ardentem fornacem Præses majori iracundiæ incendio æstuans jussit includi. Sed divina virtute illæsus permansit, & liber hilarisque prodiens contra se Præsidem acrius excitavit, a quo nervis crudeliſſime distendi jussus, Puteolos postea ante rhedam perductus est, ibi audiendus cum aliis mar-

Ann. Eccl. Tom. III.

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1058. Olymp. 271. an. 1. A. C. 305.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5798.

☉ 6. G. ☽ 2. P. 1. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 305.

Sedes vacat.

PERSECUTIONIS 3.

CONSTANTII IMP. 1. GALERII MAXIMIANI IMP. 1.

I. Consules.

[1] AD num. I. Coss. *Constantius Cæsar V.* & *Galerius Maximianus Cæsar V.*

Is Consulatus, dum Dissertationem Hypaticam componerem, mihi crucem fixit; quo enim fine ab utroque Cæsare capessitus fuisset, non inveniebam. Sed Constantii Decennalibus anno suo redditis, res difficultatem non habet, liquetque, eum præsenti anno Quindecennalia celebrasse, & secundum tertiam Consulatuum Cæsareorum regulam Galerium Maximianum in trabeæ societatem vocasse. Porro perperam uterque Consul *Augustus* in Annalibus dicitur; cum enim Kalendis tantum Maiis currentis anni Diocletianus & Maximianus Herculius abdicarint, ut ex iis, quæ anno elapso diximus, liquet, Constantius & Galerius, dum adhuc Cæsares essent, annum aperuere; ideoque tam in Fastis Theonis, quam in Fastis Heraclii uterque Cæsar duntaxat appellatur.

II. Constantii Cæsaris Quindecennalia.

NOTÆ [1] COss. *Constantius Cæsar. V. & Galerius Maximianus Cæsar V.* Fasti Idatiani, Vindebonenses, Prosperi Chronicon, & Bucherii laterculi; *Constantio V. & Maximiano V.*

tyribus eodem in loco carcere diutius afflictatis.

V. Præfectus excæcatur. Ubi vero omnes auditi, & Chriſto fideles inventi ſunt, damnantur ad beſtias; quæ cum naturalis oblitæ ferociæ, illis adblandirentur potius quam in eoſdem ſævirent; ferales ſuos impetus viſæ ſunt in Præſidem transfudiſſe. Quem vehementiori furore in martyres inſultantem, Januarius tandem cohibiturus ferociam hominis (ut olim Paulus Elymam magum) cæcitate percuſſit. Ipſum vero demum paulum reſipiſcentem, & lumen oculorum ab eo pariter expoſcentem, priſtinæ reddidit ſanitati. Cum vero ob inſigne miraculum ingens mox fieret ex Gentilibus jam Chriſto credentibus ad religionem Chriſtianam acceſſio; veritus Præſes iras Principis, immemor, & ingratus recepti luminis, graviori cordis cæcitate percuſſus, percuti gladio Januarium una cum ſociis imperavit, ducique ad Sulphuratam Puteolanam; ubi obtruncatione capitis una ſimul optata diu potiti ſunt corona martyrii. Sed hæc pluribus Acta, quæ nos ſummatim perſtrinximus.

VI. Ingens miraculum de ſanguine S. Januarii. Verum S. Januarii corpus, longum poſt ambitum, tranſlatum demum Neapolim, ob ingentem atque frequentem miraculorum operationem, mira illic celebritate colitur cum ab omnibus, tum præſertim a civibus tanti patroni gloria exultantibus, ejuſque beneficiis jugiter perfruentibus. Viget ibi inſigne illud, & perenne miraculum ſanguinis ejuſdem martyris, qui in vitrea ampulla aſſervatur. Nam cum alias idem ſanguis concretus atque durus ſemper maneat; tamen cum primum ad caput martyris admovetur, quaſi vicino illius corona martyrii decori lætetur aſpectu, & fontem unde manavit intelligens, eo recurrere, unde fluxit, exoptet, illudque iterum animare feſtinet, veluti moræ reſurrectionis impatiens, protinus liquefieri, mox fluere, & ebullire, maxima omnium admiratione conſpicitur. Cujus tantæ rei non unum aut alterum teſtem producam, cum tota Italia, & totus (ut ita dicam) Chriſtianus orbis teſtis ſit locupletiſſimus; cum hæc in regia, & ampliſſima aſſidue fiant civitate, ad quam ex totius Orbis partibus confluere hominum multitudo ſoleat. Sed hæc hactenus.

VII. De Martyribus Palæſtinis. Jam vero ad ea quæ hoc eodem anno, qui indictæ perſecutionis quartus ab Euſebio numeratur in Palæſtina geſta eſſe idem auctor pluribus narrat, orationem convertamus. Licet enim (ut nuper eſt dictum, & ſæpe repetere neceſſe eſt) iidem Imperatores ſe Imperio abdicaverint; tamen quæ eorum edictis ſemel cœpta eſt perſecutio, eorumdem quoque nomine dici perſeveravit. Cæterum Euſebius tantummodo proſecutus Cæſarienſis Eccleſiæ hujus anni res geſtas, nec omnium, ſed unius martyris Agapii ad certamen iterum revocati agonem narrans, hæc ait (a): *Quarto anno perſecutionis in nos graſſantis, ad duodecimum Kalendas Decembris, hoc eſt vigeſimo die menſis qui Dius vocatur, die Veneris, in eadem urbe Cæſarea tale facinus, dignum re vera quod litterarum monumentis commendetur, ipſo tyranno Maximiano * præſente, qui eodem die, qui natalis ſui dies erat, ſpectacula populo magno cum apparatu ac ſumptu edebat, patratum fuit.* (a) Euſeb. l. 8. c. 16. * al. Maximino.

VIII. Spectacula. *Et quia conſuetudo inveteraverat, ut varia ſpectacula, ſi etiam umquam alias, præſentibus ipſis Imperatoribus, ſumma cum magnificentia, & ſplendore proponerentur ſpectatoribus, ad eorum animos oblectandos; eaque novis, & peregrinis formis, præter communem, & uſitatum morem, variarentur; ſic ut interdum animalia ex India, & Æthiopia, aut aliunde acta in amphitheatrum introducerentur; interdum viri mimicis corporis geſtibus permira animorum oblectamenta ſpectantibus oſtenderent; ob eam cauſam, cum jam Imperator ipſe ludos faceret, eximium quoddam ſpectaculum, & quod multum haberet admirationis, in magnifico eorum apparatu omnino elucere oportebat.*

IX. De Agapio & Thecla. *Quodnam igitur erat iſtud quidem? Martyr, & teſtis noſtræ in Chriſto religionis adducitur in medium ſtrenue pro ſola & vera pietate decertaturus, Agapius nomine; quem una cum Thecla ſociatum, beſtiiſque traditum ad devorandum, paulo ante demonſtravimus. Iſte alias e cuſtodia eductus, ſimulque cum maleficis ad ſpectacula populo edenda conjunctus, cum palam egregie ſuas partes in ſtadio egiſſet, idque ter, ac ſæpius, propterea quod Judex poſt minas illi variis temporibus oppoſitas, ſive illum commiſeratus, ſive ſpe propoſiti, & ſententiæ ejus commutandæ inductus, ad alia ſemper nova certamina diſtulerat; tandem, præſente ipſo Imperatore, denuo producitur, veluti opportune, & commode in illud tempus reſervatus; ut hoc dictum ſalutare, quod Dominus diſcipulis ſuis divina præſcientia prædixiſſet, nimirum, quod coram Regibus adducerentur (b) propter teſtimonium ejus, vere in eo compleretur. Primum igitur in medium ſtadium cum quodam malefico, & ſceleſto homine, quem cædis domini ſui reum fuiſſe ferunt, una rapitur; deinde hic domini ſui interfector, qui beſtiis objici debuiſſet, miſericordia, & clementia Imperatoris (prope ad ſimilitudinem Barabbæ latronis, quem Salvatoris loco Judæi mortis periculo eripiebant) nece liberatus eſt; & propterea ſtrepitu, & acclamationibus totum ideo perſonabat theatrum, quod homicida beneficentia Imperatoris non ſolum ſervatus eſſet, verum etiam* (b) Matth. 13.

etiam honore, & libertate donatus.

X. Suam cauſam agit Martyr. *Cæterum hic veræ, & divinæ pietatis athleta primum a tyranno accerſitur, deinde inficiationem ſuæ voluntatis, & inſtituti rogatus eſt: promittitur ei libertas. At ille magna voce palam teſtatur; non turpis, & nefarii criminis cauſa, ſed pietatis in Deum omnium rerum opificem, libenter, & cum voluptate omnia ſupplicia, quæcumque ſibi imponerentur, ſe pacato, & tranquillo animo ſubiturum. Atque hoc locutus, dicto citius factum exequitur, & urſo in illum dimiſſo, ex adverſo veluti curriculo factus obviam, ſe ipſum libentiſſime vorandum dat. Poſt adhuc ſuperſtes ſpiritum ducens, in carcerem mittitur; ubi una die in vita commoratus, poſtridie lapidibus ad pedes ejus appenſis, in medium mare demergitur. Tale Agapii martyrium fuiſſe conſtat:* Hucuſque Euſebius de Agapio martyre, nihil præterea de cæteris rebus alibi geſtis attingens. Nos autem reliqua, quæ hoc ipſo anno geſta eſſe reperiuntur, hic attexamus.

XI. Tarſenſis carnifica. Cum igitur in Oriente (ut vidimus tum ex Euſebio tum ex ipſis ſanctorum martyrum rebus geſtis) in dies magis magiſque ſub truculento Imperatore Galerio perſecutio recrudeſceret: inter alias celebriores Præſidum ſævitia in Oriente exerceri ſolitas carnificinas, illa nulli ſecunda, ſed fama notior videbatur, quam veluti pietatis quoddam gymnaſium aperuerat Tarſi Ciliciæ Proconſul Simplicius; qui quod cum ingenti ſævitia conjunctam haberet ſimul incredibilem avaritiam, licet in tormentorum crudelitate cæteros Præſides antecelleret; in eo tamen ſe aliis humaniorem præſtare videbatur, quod non in ventum ſpargi præciperet, vel in fluenta jactari (ut alii ſolerent) ſacros cineres martyrum, ſed ipſorum reliquias pretio diſtrahebat, eaque ſordida nundinatione corradebat pecuniam non exiguam. Sicque erat his temporibus Tarſus de occiſis martyrio Chriſtianis, veluti publicum quoddam emporium, ad quod (ut dicemus) ex Italia quoque, & Africa empturi reliquias martyrum mercatores pietatis properarent. Tunc enim ea de cauſa, tamquam ad nundinas impietatis, ad emendas ſacras reliquias martyrum, ab Aglaide nobili fœmina Chriſtiana, vitæ tamen incontinentia hactenus turpi, ſed jam ad optimam frugem reddita, Roma legatus eſt Bonifacius procurator ipſius, idemque pariter Chriſtianus, cujus longo temporis ſpatio inhoneſta conſuetudine tenebatur; eo nimirum conſilio id aggreſſa, ut ejuſmodi pietatis obſequio, per martyres, quos redimeret, ac digna ſepultura donaret, a Deo patratorum ſcelerum veniam facilius impetraret; tutius enim erat ea e longe accipere, quam domi non ſine vitæ diſcrimine quærere.

XII. Jungit ſe Martyribus Bonifacius. Abiit ille auro ſuffarcinatus, atque familia conſtipatus. Sed opportune accidit, ut ipſo adventu, viginti martyres pro Chriſti nomine in theatro certarent; quo audito, accurrit Bonifacius, ut ſpectaret. Videt in ſingulis immania exerceri tormenta, eademque ſæpius repeti, novaque rurſum carnifices experiri, quos rabies feralis armaret, indigne ferentes ab illis vinci, quos ipſi adeo immaniter cruciarent. Hæc ille intuitus, tantum abfuit, ut immanitate carnificum timore concuteretur, quin potius accenderetur ad pugnam. Divino enim inſiliente in eum Spiritu, in virum alterum repente mutatus, martyrum accenſus exemplo, martyriique ſubeundi deſiderio æſtuans, dat ſe continuo in theatrum, figit oculos in ſacra corpora martyrum, prehenſat, amplectitur, exoſculaturque eoſdem ſanctos martyres, quos & palam præconiis tollit, beatos prædicat feliceſque exclamat, qui brevi certaminis ſpatio æternam in cælo ſint gloriam conſecuti.

XIII. Bonifacii martyrium. Quid demum? Ut hoſtis publicus, contemptor legum, Imperii perduellis, majeſtatiſque contumelioſus, apprehenditur, rapitur, trahitur, diſcerpitur, atque ad Præſidem ducitur: cujus ſententia mox exquiſitis jubetur cruciari tormentis; immaniter primum cædi, ungueſque ejus poſtea arundinibus a carnis connexione divelli, liquenti plumbo perfundi, incenſaque pice comburi; qui hæc omnia divina virtute ſuperans, gladio percuſſus, glorioſe martyrium conſummavit. Cum autem quos ſecum duxerat, rei geſtæ ignari, illumque diutius fruſtra perquiſitum, ex inſperato tandem jam factum martyrem inveniſſent; ſoluto pretio, redimunt corpus ejus, nec de aliis emendis reliquiis martyrum ulterius curam ſuſcipiunt. Redeunt Romam hilares, utpote victorem martyrem comitantes. Suſcipitur cupidiſſime martyris corpus ab Aglaide, & decenter in cœmeterio, via Latina, conditur ſepultura.

XIV. Tranſlati in Africam Martyres. Viginti vero illi martyres ante Bonifacium conſummati, ab Africanis mercatoribus empti, delati in Africam, Hippone Regio ſunt honorificentiſſime collocati; hæc ex Actis ejuſdem Bonifacii antiquitus ſcriptis, aliiſque teſtificationibus citatis in Notis (a). Porro ſicut poſtea per-

(a) Not. in Roman. Martyrol. die 14. Maii a. & die 6. Junii e.

PAGIUS III. Anum. XII. ad XV. Henſchenius die decima quarta menſis Maii refert Acta pervetuſta martyrii *S. Bonifacii* Romani, in quibus dicitur martyrio coronatus *temporibus Diocletiani quater, & Maximiani ter*, anno nempe Chriſti CCXC. quo Maximianus Herculius Imperii Au-

Martyrium S. Bonifacii.

perfecta pace Ecclesiæ, insignis memoria Bonifacii martyris in Aventino erecta est, in quam e cœmeterio corpus ejus translatum fuit; ita pariter Hippone Regio celeberrima (ut testatur Augustinus *a*) in honorem illorum viginti martyrum est excitata memoria, quæ & eorumdem martyrum miraculis est pariter illustrata; quorum unum, quod tunc acciderat, ibidem recitat Augustinus, ad quem amandamus lectorem.

(a) *Aug. de Civit. Dei lib. 22. c. 8.*

XV. Julittæ & Quirici filii certamen.

Præter alios martyres qui Tarsi hac eadem sæviente persecutione sunt passi, quorum Acta certis consignata Consulibus, habentur superius suo loco narrata: Pelagia quoque virgo in candentis ærei bovis ventrem inclusa; igne appositio, martyrii insigniter susceptæ coronam est consecuta; quo nobili victoriæ signo pariter decoratæ ibi sunt Cyrenia & Juliana, & admirabilis illa Julitta cum filio infantulo Quirico; quorum omnia nomina cum passione notata habentur publicis monumentis, certis diebus eorum natalitiis consecratis, sed Quirici quidem atque Julittæ hoc titulo: *Quiricus triennis puellus, cum matrem, quæ ante Alexandrum Præsidem nervis dirissime cædebatur, implacabili luctu lugeret, ad gradus tribunalis illisus interiit; Julitta vero post dira verbera, & gravia tormenta martyrii sui cursum obtruncatione capitis complevit.* Quæ autem horum sint Acta legitima, quæ vero improbata, diximus in nostris Notis (*b*). In eadem provincia Ciliciæ, eadem quoque persecutione urgente, passi sunt Cheonas, & socii; Pompeiopoli vero ejusdem provinciæ civitate Sozons illustri martyrio nobilitatur; extant ejus Acta, & quidem fidelia.

(b) *Not. ad Rom. Mar. die 16. Junii.*

XVI. Martyres Asiani.

In adjacentibus vero Ciliciæ provinciis, Isauria, Pamphilia, Lycaonia, atque Lycia, eadem persecutione urgente, complures martyres quis dubitat passos esse? sed illorum modo sat sit meminisse, quorum memoria viget in Ecclesiasticis monumentis, in quibus eorum dies natales habentur adscripti, licet ex plurimis pauci sint a nobis hic attexendi. In Pisidia Antiochiæ Marcus, & Stephanus inter alios martyres clari habentur. Isauria Tationis martyrio illustratur, quem cum Græci, tum etiam Latini celebrant; itemque Azæ, & sociorum centum quinquaginta militum: sed & Cleonici, Eutropii, & Basilisci, qui sub Præside Asclepiade pro Christi nomine certantes coronati sunt; quibus jungendi sunt Apollo, Isacius, & Crotates. In Caria vero Aphrodisiæ, Diodorus & Rodopianus in eadem persecutione certarunt, qui a concivibus, quod Christianam religionem colerent, lapidati, confecuti sunt coronam martyrii.

XVII. Pergenses Martyres.

In Pamphilia autem, Pergæ passi habentur hac ipsa persecutione Leontius, Actius, Alexander atque alii sex agricolæ sub Præside Flaviano, itemque alius Leontius cum Eusebio, Neone, atque Longino, Passi itidem sunt etiam tum dira supplicia Victor, Zoticus, Zeno, Acindinus, Cæsarius, Severianus, Christophorus, & Antoninus. Sidæ vero ejusdem provinciæ civitate eodem tempore sub Stratonico Præside alii martyrium consummarunt. In Lycia autem celebre fuit martyrium Domninæ insignis fœminæ: tunc quoque necati itidem sunt Theodorus, Occeanus, Ammonianus, & Julianus, qui simul dissectis pedibus, in ignem conjecti, martyrium perfecerunt. Item in Lycia certamen obierunt egregii martyres Trophimus, & Theophilus, qui lapidibus cæsi, igne succensi, demum gladio percussi sunt. At de martyribus satis.

XVIII. Lapsi importune petunt recipi in Ecclesiam.

Hoc item anno quarto persecutionis, instante etiam quarto jam Paschate ab ejusmodi in Christianos indicta maxima clade; cum frequens esset lapsorum numerus, iidem (ut olim accidit temporibus Cypriani) admissi sceleris pœnitentes, ut confestim in Ecclesiam reciperentur, urgebant. Tamen quamtumlibet commendabile esset mentis illorum propositum, quo significabant, malle se in Ecclesia esse tot tum agitata turbinibus, quam inter Gentiles frui deliciis, nihilominus eos omnes sine ullo discrimine, inconsulteque recipere, nulla digna prævia pœnitentia, in præjudicium hoc veri disciplinæ Ecclesiasticæ videbatur; cujus nervos penitus solvi, sacerdotalemque vigorem hebetari ac parvipendi, haud æquo animo sanctissimi pertulerunt Episcopi, qui his temporibus Ecclesiis ubique præerant.

XIX. Lapsorum causa discordiæ.

Hi quidem, sicut misericordes, & clementes exhibuerunt se erga lapsos lugentes ac pœnitentes, legibusque Ecclesiasticis obtemperantes, ita digna severitate erexerunt se adversus eos, qui in Ecclesiam temere prosilientes, minis potius quam precibus communionem Catholicam postulabant. Videas ex iis plane antiqua renovare certamina, &, quibus antea vicerat, resumere arma diabolum, iisdemque conatibus niti, quibus (ut vidimus) diutius exagitavit non tantum sub Cypriano Ecclesiam Africanam; sed totum propemodum Catholicum Orbem, obortis ea de causa schismaticis Novatianis, schismate infausto concussit. Et (quod dolendum est) ex ejus sententia contigit, scidisse nimirum diro schismate Alexandrinam Ecclesiam, cujus Catholicæ unitatis, & fidei robur infractum hactenus permansisset; sicque semel Catholicæ militiæ turbatis ordinibus, e portis inferi educens acies impietatis, summæ blasphemiæ tessera consignatas, duce Ario, Alexandrinam primum, ac mox subinde totas ubique terrarum invasit Ecclesias. Fremebat quippe diabolus, quod cum tot licet simul Imperatores, ad debellandam penitus Christianam religionem armassent; priores tamen in omnibus Christiani tulissent, magis magisque, eorum numero cum fidei augmento virtutibus aucto; qua propter flaccescentibus jam persecutoribus, bellum civile inter eos instaurat.

XX. De Petro Episcopo Alexand.

Quo modo autem id acciderit, suo quoque loco, ordine temporum dicturi sumus; nunc vero quid hoc potissimum anno actum sit a Petro illo illustris nominis Episcopo Alexandrino, cujus superius facta est mentio, aggrediamur dicere. Ipse quidem, diversos lapsorum casus considerans, diversa adhibens pro conditione cujusque medicamenta vulneribus, regulas aliquot scripsit; quas ob rerum gestarum notitiam memorabilem, quæ ex illis accipitur, hic describere utile admodum gratumque fore existimamus; sunt enim omni exceptione dignissimæ a Patribus præsertim Orientalibus cognitæ, usu receptæ, atque probatæ. Utinam fidelius isto nacti essemus exemplar, quod partim textu depravato (ut apparet) & partim ex parum accurata translatione, nonnumquam redditur subobscurum; licet ex iis, quæ subsequuntur, perspicua cuncta fiant. Redditurus nos integre Petri canones, ne putes ab instituto, vel latum unguem deflectere; etenim ex ipsis singulis horum temporum veritatem historicam assequeris; quippe quod, dum medicamenta morbis parata relegis, quibus Dei Ecclesia contigerit his temporibus premi malis intelliges; adeo ut necesse sit ista perlegere, qui Christianorum diversos casus velit non ignorare. Prospiciens igitur lapsorum gregi vigilantissimus pastor, de eorum restitutione agens; qualiter quisque recipiendus esset, matura adhibita consideratione, distinctis eorum classibus, quibuslibet, quas observare deberent, leges præscripsit, sic exordiens (*a*):

(a) *Apud Theodor. Balsam. in in Nom. in fin. & Bibl. sanct. t. 7.*

XXI. Canones Petri Alexand. de restitutione lapsorum.

Quoniam autem quartum Pascha persecutionem jam apprehendit, satis est iis qui delati quidem sunt, in custodiamque conjecti, tormentaque non sufferenda, & intolerabilia flagella, & multas alias graves necessitates sustinuerunt, postea autem sunt a carnis imbecillitate proditi; etiamsi non ab initio susceptæ sunt propter gravem lapsum consecutum, tamen quia multum decertarunt, & diu restiterunt (non enim sponte ad ea devenerunt, sed a carnis imbecillitate proditi) nam, & stigmata Jesu in suis corporibus ostentant, & anno jam tertio deflent; eis ab adventu per revocationem in memoriam alii quadraginta dies injungantur (quos (b) cum jejunasset Dominus noster Jesus Christus postquam baptizatus fuerat, tentatus est a diabolo) in quibus, & ipsi eum valde exercitati fuerint, & constantius jejunaverint, vigilabunt in orationibus deinceps meditantes, quod dicitur a Domino ad eum qui illum tentat, ut ipsum adoret: Abi retro Satana: scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.

De lapsis post certamen.

(b) *Matth. 4.*

XXII.

Iis autem qui postquam in custodiam traditi, & in carcere tamquam in obsidione, afflictiones gravesque fœtores passi sunt, postea autem sine bello tormentorum, captivi facti sunt nimia virium inopia, & quadam cæcitate confracti, placet annum ad aliud tempus adjungi; nam ipsi quoque se omnino pro lege Christi affligendos dedere; sicque etiam a fratribus in carcerem multam consolationem assecuti sunt. Quæ quidem multiplicata redderent, liberari cupientes ab acerbissima captivitate diaboli, ejus maxime recordantes, qui dicit (c) Spiritus Domini super me, propter quod unxit me evangelizare pauperibus, misit me sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.

(c) *Luc. 4. Isai. 61.*

XXIII. De sponte ruentibus.

Iis autem qui nihil hujusmodi passi sunt, nec fidei fructum ostenderunt, sed ad vitium transfugerunt, a metu & timiditate proditi, nunc autem veniunt ad pœnitentiam, necesse est, & conveniens infrugiferæ ficus parabolam (d) proponere: Arborem sici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit; dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio; succide ergo illam; ut quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi: Domine, dimitte illam hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora, & si quidem fecerit fructum; sin autem, in futurum succi-

(d) *Luc. 13.*

PAGIUS Augustei Quinquennalia dedit. Sed suspicor, errorem in numeros irrepsisse; nam tunc in Christianos sævitum fuisse aliunde non constat, quia *Galerius Maximianus* Cæsarei Imperii Quindecennalia edidit, eaque occasione Christianos gravissime vexavit.

A num. XVIII. ad XXXIX. Cum *S. Petrus Alexandrinus* quarto persecutionis anno, *instante Paschate*, Canones suos ediderit, ut in iisdem legi-

IV. *Petri Alex. Canones.*

cides eam. Quid ante oculos accepta, & ostenso digno fructu pœnitentiæ, in tanto temporis intervallo magis juvabuntur. Iis enim qui sunt omnino desperati, & pœnitentiam non agunt, & pellem Æthiopis immutabilem possident, & pardi varietates, dicetur quod alii ficui dictum est: (a) Jam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet: & ideo statim quoque exaruit.

(a) Marc. 11.

XXIV. In his enim impletur, quod ab Ecclesiaste dictum est (b): Quod perversum est non poterit exornari, & defectus munerari non poterit. Nisi enim quod perversum est, prius rectum fuerit, fieri non potest, ut id exorneiur; & nisi prior defectus expletus fuerit, fieri non potest, ut id muneretur: unde, & in fine eis eveniet, quod a Propheta Isaia dicitur (c): Et egredientur, & videbunt cadavera virorum qui prævaricati sunt in me; vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt usque ad satietatem visioni omni carni. Quandoquidem, ut & ab ipso prædictum est (d): Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest. Non est pax impiis, dicit Dominus.

(b) Eccles. 1.

(c) Isai. 66.

(d) Isai. 57.

XXV. Iis autem qui simularunt; sicut & David (e), qui se epilepticum fingebat, ne moveretur, quamvis re vera epilepticus non esset; & non nude negationem inscripserunt, sed in multis angustiis, tamquam pueri consilio, & prudentia præditi, inter pueros insipientes inimicorum insidias ludificati sunt; velut qui altaria pervaserint, vel tamquam qui chirographum dederint, vel qui pro se Ethnicos immiserunt (etiamsi nonnulli eorum qui confessi sunt, ut audivi, aliquibus eorum cesserunt) quoniam maxima cautione vitarunt, ne ipsi suis manibus ignem ferrent, & dæmonas impuros suffirent; cum propter ignorationem eos id feciſſe, non compertum est; eis semestre imponetur in pœnitentia conversionis.

(e) 1. Reg. 21.

De his qui caute egerunt.

XXVI. Sic enim ipsi quoque magis juvabuntur, Prophetæ dictum (f) meditantes, & dicentes: Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus ejus super humerum ejus, & vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus; qui (g) (ut scitis) in sexto mense conceptionis, cum alius infans prædicasset ante personam adventus ejus pœnitentiam in remissionem peccatorum, conceptus est & ipse ad prædicandam pœnitentiam. Etenim utrosque audivimus in primis prædicantes non solum de pœnitentia, sed & de regno cœlorum, quod quidem (ut didicimus) intra nos est, quod prope nos sit verbum, quod credimus in ore nostro, & corde nostro. De quo ipsi etiam commoniti discent confiteri ore suo, quod Dominus est Jesus, credentes in corde suo, quod Dominus ipsum suscitavit ex mortuis; utque audiant, quod (h) corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

(f) Isai. 9.

(g) Luc. 1.

Oris confessio necessaria.

(h) Rom. 10.

Item autem qui servos Christianos pro se submiserunt; servi quidem, ut qui ipsi sub manu essent, & quodammodo ipsi quoque in dominorum essent custodia, minisque ab ipsis territi, & propter eorum metum eo compulsi & lapsi, anno opera pœnitentiæ ostendent, deinceps discentes, ut servi Christi, facere Christi voluntatem, & eum timere; audientes maxime, quod unusquisque (i) si quid boni fecerit, hoc feret a Domino, sive servus, sive liber; liberi autem tribus annis in pœnitentia examinabuntur tum quod dissimulaverint, tum quod effecerint, ut servi sacrificarent, ut qui Apostolo non obedirent, qui vult dominos eadem facere quæ servi, remittentes minas: Scientes, inquit (k), qui & illorum, & vester Dominus est in cœlis, & personarum acceptio non est apud Deum. Si unum autem omnes habemus Dominum, apud quem non est personarum acceptio, quoniam, & omnia & in omnibus est Christus, in barbaris & Scythis, servis & liberis; debent considerare quod fecerunt volentes suam ipsorum animam salvare: Qui conservos nostros traxerunt ad idololatriam, qui poterant, & ipsi effugere, si jus & æqualitatem ipsis præbuissent, ut rursum dicit Apostolus.

XXVII. Qui alios submiserunt.

(i) 2. Cor. 5.

(k) Ephes. 6.

Iis autem qui proditi sunt, & excederunt; qui & ipsi ad certamen accesserunt se esse Christianos confitentes, & in custodiam cum tormentis conjecti sunt; æquum est in exultatione cordis vires simul addere, & eis in omnibus communicare, & in orationibus, & in participatione corporis & sanguinis, & sermonis exhortatione; ut qui constantius decertaverunt, ipsi quoque supernæ vocationis bravio dignentur. Etenim, inquit, septies cadet justus, & resurget. Quod quidem si omnes quoque lapsi fecissent, perfectissimam, & toto corde susceptam pœnitentiam ostendissent.

XXVIII. De reparantibus certamen.

Sequitur Petrus de iis dicere, qui se ipsos martyrio ingerunt, traduntque persecutoribus: quibus cum communicandum dicit; licet factum laudabile non sit: obscura est verborum ejus sententia; sed ex iis, quæ subduntur, apertissime sensus colligitur. Severius (ut vidimus) cum iis egit Mensurius Episcopus Carthaginensis qui eos (l), qui se offerrent persecutoribus non habendos martyres, scripsit ad Secundum Episcopum Tigisitanum; sed æquiorem Petri Alexandrini sententiam audiamus, cum ait.

XXIX. De fuga in persecutione.

(l) Apud Aug. Brevic. Collat. diei tertia c. 13.

Ii quoque qui tanquam ex somno ad certamen, quod est consideratione parturiendum, & maturo consilio differendum, prosiliunt, pugnæque maritimæ, & multæ fluxuum inundationis tentationem attrahunt, vel potius fratribus peccatorum carbones accen-

XXX. De his qui se ingerunt Martyrium.

dendunt, ipsis quoque communicandum est, ut qui in nomine Christi ad id veniant; & si verba ejus non animadvertebant, qui docet, non esse ingrediendum in tentationem; & eum rursus in oratione Patri dicere (a): Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Fortasse autem etiam ignorant nostrum Patrem familias, & Dominum nostrum sæpe ab iis, qui illi insidiari volebant, secessisse, & quandoque etiam libere apud eos non incedebat, & quod etiam, quando passionis tempus appropinquavit, non se ipsum tradidit, sed expectavit donec ad eum venirent cum gladiis & fustibus; dicit ergo eis (b): Tamquam ad Latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me: qui etiam tradiderunt ipsum Pilato.

(a) Matth. 6.

(b) Matth. 26. & Marc. 14.

XXXI. Ad ejus quoque similitudinem iis accidit, qui ejus scopum sibi proponentes incedunt, nec divinorum ejus verborum recordati, per quæ nos confirmans, de persecutoribus dicit (c): Videte autem vosmetipsos; tradent enim vos in conciliis, & in synagogis vapulabitis. Tradent enim, dixit; non vos ipsos tradetis; & ad Principes, & Reges ducemini propter nomen meum; non vos ipsos ducetis; nam nos quoque vult a loco in locum transire, dum sunt qui nos persequuntur propter nomen ejus; sicut eum rursum dicentem audivimus (d): Cum vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Non enim vult ad diaboli stipatores satelliteſque confugere, ne ipsis quoque multifariæ mortis causa simus, ut qui ipsos, & asperiores esse cogamus, & opera mortifera peragere; sed expectare, & nobis cavere, vigilareque, & orare, ne intremus in tentationem.

(c) Marc. 13.

(d) Matth. 10.

XXXII. Ita Stephanus ejus vestigiis insistens (e), Hierosolymis ab iniquis correptus, & ad concilium ductus, lapidibus obrutus, in nomine Christi glorificatus est, rogans, & dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Ita Jacobus (f) secundus ab Herode comprehensus, gladio capite truncatus est. Ita Petrus Apostolorum primus sæpe comprehensus, & custodiæ traditus, ignominiaque affectus, postremo Romæ crucifixus est. Similiter, & inclytus Paulus sæpe traditus, & ad mortem usque in periculum adductus, & in multis persecutionibus, & afflictationibus gloriatus, in eadem Urbe ipse quoque gladio capite mulctatus est; qui in quibus gloriatus est, ipse in iis vitam finit. Sed quod Damasci in sporta noctu per murum demissus est, & effugit manus ejus qui eum conabatur opprimere: erat enim eis in primis propositum evangelizare, & verbum Dei docere, in quibus fratres confirmantes, ut manerent in fide, hoc quoque dicebant, quod per multas afflictiones oporteret in regnum cœlorum ingredi. Quærebant enim, non quod sibi erat utile, sed quod multis, ut servarentur; & multa ipsis liceret ad hæc facientia dicere, ut verbo Dei convenienter facerent, nisi (ut dicit Apostolus) nos tempus narrantes deficeret. Sed hæc de his prælocutus, subdit mox de clericis, qui in certamen sponte ruentes, postea tormentis victi, & lapsi sunt:

(e) Act. 6. 7.

(f) Act. 12.

XXXIII. De Clericis lapsis. Non est æquum, ut vel clerici, qui sua sponte, & reluctati sunt, & aufugerunt, lapsi autem, amplius in sacro ministerio maneant, ut qui Domini gregem reliquerint, & seipsos vituperarint; quod nullus fecit ex Apostolis; etenim cum multas persecutiones obiisset, & multa certaminum præmia ostendisset beatus Apostolus Paulus (g), sciens esse melius dissolvi, & esse cum Christo; infert, & dicit, in carne autem permanere magis necessarium propter vos. Considerans enim non suam, sed multorum utilitatem magis quam suam quietem, necessarium existimavit, apud fratres manere, & eorum curam gerere; qui etiam vult eum, qui docet, esse in doctrina typum seu formam Fidelium. Unde qui in carcere contendentes, a ministerio exciderunt, & reluctati sunt, sensus plane sunt expertes. Quo modo enim petunt, quod reliquerunt, cum in ea tempestate esse possent fratribus suis utiles? Quam diu itaque firmi stabileque manserunt, ejus quod præter rationem fecerant, eis venia dabatur. Quando autem lapsi sunt, & qui perperam se gesserint, & se ipsos vituperarint, non possunt amplius sacra ministeria obire, & ideo magis curam gerant, quo modo in humilitate confessionem peragent, a vana gloria cessantes. Eis autem sufficit communio, quæ diligenter, & accurate fit duabus de causis; tum ne videantur molestia affici, hinc dissolutionem vi arripientes; tum ne lapsi aliqui causentur se propter pœnæ occasionem fuisse remissos; qui quidem plusquam omnes probrum, & ignominiam habebunt, sicut ille qui fundamentum posuit, & non potuit perficere; incipient enim (inquit) dicere: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare: Subdit mos de iis dicere, qui, aliqua urgente occasione, se dedisse martyrio visi sunt.

(g) Philip. 1.

XXXIV. De his qui se ipsos obtulerunt martyrio. Qui enim primum in persecutionis fervore prosilierunt, judicium circumstantes, & sanctos martyres, qui ad bravium supernæ vocationis festinabant, aspicientes, honesta æmulatione incitati, se ipsos ad hoc tradiderunt, magna libertate utentes; maxime videntes eos, qui subtrahebantur, labi; propter quos interius excitati, & quodam veluti sono impulsi ad debellandum se efferentem adversarium, ad id contendebant, ne apud se prudens esse videretur ob ea, in quibus ejus calliditate inferiores esse visi sunt; etiamsi se ipsum vinci ab iis qui se fortiter & constanter gesserunt, qui scuticarum flagellorumque tor-

tormenta, & gladii aciem, & ignis ustulationem, & aquarum immersiones toleranter tulerunt, eum non latuit. Iis quoque, qui, ut ex fide preces, & orationes fiant, prosequuntur; vel iis qui in custodia puniti sunt, & a fame, & siti traditi sunt, vel pro iis qui extra custodiam scuticis, & flagellis in judicio torti sunt, postea autem a carnis imbecillitate victi fuere; æquum est annuere. Cum iis enim qui lugent, & mœrent pro iis qui in certamine victi sunt a magnis maligni diaboli viribus, sive pro parentibus, vel fratribus, vel liberis una dolore, & tristitia affici, neminem quicquam penitus lædit. Scimus enim etiam propter aliorum fidem quosdam esse Dei bonitatem assecutos, & in peccatorum remissione, & corporis sanitate, & mortuorum resurrectione. Memores itaque multorum laborum, & miseriarum, quas pro Christi nomine sustinuerunt; cum ipsi etiam pœnitentiam egerint, & quod a se factum est per proditionem, in corporis afflictione, & mortificatione deflevierint, & se præterea testentur in vita sua fuisse à civitate alienos; simul oremus, & postulemus pro eorum reconciliatione cum aliis, quæ decet per eum qui est nobis advocatus apud Patrem, Jesum Christum justum, & is est propitiatio pro peccatis nostris: Hactenus de his Petrus, qui & sequitur hæc de illis dicere, qui, data pecunia, se hoc modo a persecutionibus liberarint.

XXXV. De redimentibus necationem pecunia.

Iis enim qui pecuniam dederunt, ut ab omnis improbitatis molestia omni ex parte remoti essent, crimen intendi non potest. Damnum enim, & jacturam pecuniarum sustinuerunt, ne ipsi animæ detrimento afficerentur, vel ipsam etiam perderent; quod alii propter turpe lucrum non fecerunt, quamvis Dominus dicat (*a*): *Quid enim prodest homini, si universum mundum lucrabitur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* Et rursum (*b*): *Non potestis Deo servire, & Mammonæ.* In illis enim apparuerunt, qui Deo servirent, exosis, conculcatis, contemptisque pecuniis, & in eo compleverunt, quod scriptum est (*c*): *Pretium redemptionis animæ suæ.* Nam in Actibus (*d*) Apostolorum legimus, eos, qui pro Paulo, & Sila Thessalonicæ ad magistratus trahebantur, cum multis pecuniis fuisse dimissos. Postquam enim ipsos propter nomen multum onerassent, & multitudinem magistratusque perturbassent; *ab Jasone* (inquit) *& reliquis, satisdatione accepta, eos dimiserunt. Fratres autem noctu protinus Paulum, & Silam miserunt in Bercœam.*

(*a*) *Marc.* 8. *Luc.* 9.

(*b*) *Matth.* 6.

(*c*) *Psal.* 48.

(*d*) *Act.* 17.

XXXVI. De extoribus.

At sicut nec hos, qui se sic redemissent, jure argui posse tradit; ita nec eos qui fugientes, alios periculo subjecisse viderentur; nam ait: *Unde nec eos qui omnia reliquerunt propter salutem animæ, & cesserunt, licet accusare, tamquam aliis propter ipsos detentis. Nam & Ephesi* (*e*) *pro Paulo Caium & Aristarchum in theatro comprehenderunt una cum Paulo peregrinantes, qui volebat populum adire; quoniam propter ipsum, qui persuaserat, & multam turbam ad Dei cultum traduxerat, seditio facta fuerat: non siverunt eum* (*inquit*) *discipuli. Quin etiam nonulli ex Asiaticis magistratibus, qui ei erant amici, miserunt ad eum, & suaserunt, ne se theatro daret. Si qui autem cum iis contendere perrexerint, qui animum ei adhibeant, qui dicit* (*f*): *Salva animam tuam, noli respicere post tergum: Petrus quoque Apostolorum Princeps ejus in mentem revocetur, qui jam in custodiam erat conjectus, & traditus* (*g*) *quatuor quaternionibus militum ad eum custodiendum; qui cum noctu fugisset, & ex Judæorum manu servatus esset, jussu Angeli Domini; facto* (*inquit*) *die, erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro. Herodes autem cum requisisset eum, & non invenisset, interrogatos custodes jussit suffocari, propter quos nulla culpa in Petrum confertur.* Et subdit: *Sicut* (*h*), *& omnes infantes occisos ab Herode ob Christum fuga lapsum, necnon Zachariam patrem Joannis; cum quibus, & alium prius natum infantem cum interfecturus quæsisset, & non invenisset, patrem ejus Zachariam interfecit inter templum, & altare, cum effugisset filius cum matre Elisabeth. Unde nec ullo modo reprehenduntur.*

(*e*) *Act.* 19.

(*f*) *Genes.* 19.

(*g*) *Act.* 12.

(*h*) *Matth.* 2.

Addit demum de illis, in quorum ora caro immolata vi immissa fuisset, vel aliis quorum manus vi arreptæ, thureque repletæ, & super ignem impositæ, incendii dolore in ignem thus excussisse videri possent. Factum id in Barlaham quoque martyrem, superius dictum est ex S. Basilio (*i*). Hos namque nullius, vel levis argui culpæ deberi, idem Petrus tradit, cum ait: *Si qui autem vim multam & necessitatem passi sunt; quique in ore ferrum, & vincula acceperunt, & propter bonam fidei affectionem suas quoque manus uri fortiter pertulerunt ad profanum sacrificium eis invitis adductas; quemadmodum mihi scripserunt ex custodia beatissimi martyres de iis qui in Libya; & alii etiam in sacris comministri, qui, simul testantibus reliquis quoque fratribus, possunt etiam in sacro ministerio inter confessores collocari, ut & qui in multis tormentis mortificati fuerint, & non amplius potuerint vel loqui, vel dicere, vel moveri, ut resisterent iis qui vim inferebant; neque enim eorum improbitati assensi sunt, quemadmodum ego a comministris rursum audivi: adnumerabitur inter confessores, & quicumque secundum Timotheum vitam instituit, parens ei quoque qui*

XXXVII. De vi compulsis immolata gustare.

(*i*) *Basil. orat. de S. Barlaham martyre.*

(*a*) 1. *Tim.* 6. *qui dicit* (*a*): *Sectare justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem; certa bonum certamen fidei; apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus.*

XXXVIII. De Jejuniis certorum dierum.

His de lapsis & confessoribus insinuatis, de jejuniis ex majorum traditione acceptis regulam apponit veluti ad totius narrationis coronidem, dicens: *Non reprehendet nos quisquam quartam & sextam feriam observantes, in quibus nos jejunare secundum traditionem præceptum est: Quartam quidem propter initum a Judæis consilium de proditione Domini: Sextam autem, quod ipse pro nobis passus sit. Diem vero Dominicum lætitiæ diem agimus, quod in eo resurrexit, in quo nec genua quidem flectere accepimus:* Hucusque Petrus Alexandrinus. At de antiquo Ecclesiæ jejunio satis superius (*b*) dictum est. Porro certamen ejus pro fide susceptum, quo & victor martyrii coronam est consecutus, suo loco dicemus, simulque ejusdem adversus schismaticos res insigniter gestas.

(*b*) *Annal. tom.* 1.

XXXIX. Synodus Eliberina.

At non tantum Petrus Alexandrinus Episcopus in Ægypto, furente licet persecutione, de componenda in errorem lapsorum Ecclesiastica disciplina tam solicite laboravit, sed & reliqui Ecclesiarum pastores in his haud segniter se gesserunt; ac præsertim illi qui Occidentalium provinciarum administrabant Ecclesias; cum (ut dictum est) imperante in Occidente Constantio de Christianis, quantum licuit, optime merito, friguisse aliquantulum visa est flagrans illa Maximiani temporibus persecutio excitata. Quo tempore complures ex diversis locis in Hispania Episcopi nobiles confessores convenere, simul Eliberim Bæticæ provinciæ civitatem; non autem Illiberim in provinciam Narbonensem, ut aliqui existimarunt, cujus vix erat tempore Plinii (*c*), magnæ

(*c*) *Plinl.* 3. *c.* 4.

quondam urbis tenue vestigium: nulla quippe ratio esse potuit, ut Bæticæ provinciæ Episcopi Tuccitanus, Malacitanus, Cordubensis, & alii his proximi in Narbonensem tam longe positam provinciam convenerint, ubi nec Narbonensis provinciæ ullus legitur interfuisse Episcopus. Erat Eliberis (*d*), quæ & Liberis, interdum Illiberis dicta, civitas in Bætica provincia, cujus sedem Granatam translatam tradunt: porro Eliberis frequentiori usu ea dicta reperitur; cujus Episcopi in aliis Conciliis in Hispania habitis, Eliberini, seu Eliberitani scripti habentur.

(*d*) *Plin. l.* 3. *c.* 1.

XL. Osius Episc. confessor.

Inter alios autem nomine celebres diversarum Ecclesiarum Episcopos, eidem Synodo Eliberinæ interfuit Osius Episcopus Cordubensis, qui (ut a nobis superius dictum est) hac eadem persecutione urgente, vexillum confessionis adversus impietatem erexit; quamobrem a Patribus Magnus Osius confessor est appellatus. Interfuit & Valerius Episcopus Cæsaraugustanus, qui sub Daciano nuper (ut vidimus) administro Vincentio diacono in eo certamine usus est. Nec enim hunc alium existimamus ab illo, licet in nostris Notis alter sensisse visi fuerimus. Supervixisse namque illum in hæc usque tempora, quibus in meliorem statum mutatis rebus Occidentalis Imperii, facultas fuit Episcopis in unum conveniendi, haud mirum videri debet. Errare nos compulit, quod omnes propemodum affirmarent sub Constantino Magno illud fuisse coactum Concilium; cum re vera ex regulis ibidem scriptis appareat, nondum plene reddita Ecclesiæ pace, nec dum persecutione prorsus extincta, Patres Eliberim convenisse; ac proinde his temporibus Constantii potius, quam Constantini, illum celebratum esse Episcoporum conventum, affirmare ratio persuadet: nam & Innocentius Papa (*e*) iis litteris quas scripsit ad Exuperium Episcopum

(*e*) *Innoc. epist.* 1. *c.* 2.

PAGIUS V. *Illiberitana Synodus.*

Ad num. XXXIX. & seqq. *Illiberitani* Concilii epocha hactenus obscura. Eidem magnus *Osius* interfuit, cujus confessio contigit sub Maximiano Herculio anno CCXCVI. ut ostendit ejus Epistola ad Constantinum Imperatorem, relata a S. Athanasio in Epistola ad solitariam vitam agentes. Ait enim Athanasius: *Neque quod Confessor erat, pudore moti sunt, neque quod sexagesimum annum & eo amplius a confessione agebat, respexerunt.* Si enim Sirmiensis Synodi anno CCCLVII. coactæ tempore, Osius annum sexagesimum a confessione sua agebat, circa annum CCXCVI. confessione illustris fuit, & postea ex Hispaniis fecessit; indeque aliqui inferunt, paulo ante annum illum Synodum Illiberitanam habitam fuisse. Sed parum vero simile est, eo tempore Episcopos Hispanos convenisse; ut enim ex Canonibus ejusdem Synodi constat, ea celebrata ipso persecutionis tempore: anno vero CCXCVI. nulla persecutio fuit. Cum itaque *Osius* anno CCCXIII. in comitatu Constantini Magni fuerit, jam tum *Illiberitana* Synodus anno persecutionis Diocletianeæ incerto congregata fuerat; antequam enim *Donatus* causam Cæciliani Carthaginensis Episcopi ad Constantinum primum deferret, *Osius* erat in Aula Constantini, ut patet ex hujus Constitutione ad Cæcilianum data, qua curam illi commisit distribuendi munera certis quibusdam Catholicæ religionis ministris per Provincias omnes Africæ, Numidiæ & Mauritaniæ: quam Constitutionem refert Nicephorus lib. 7. cap. 42. Porro *Cæciliani* causam a Donato primum delatam ad Imperatorem anno Christi CCCXIII. colligitur ex Optato Milevitano lib. 1. contra Parmenianum. Quo pacto, existimandum, *Osium* anno CCXCVI. in aliqua peculiari persecutione Christum confessum esse, & ex Hispania ejectum ad eas postea rediisse. Octoginta sunt illius Concilii legitimi Canones, in quibus nihil est, quod sanctum & religiosum non sit, ut videre est apud Mendosam, qui illos explicavit.

Re-

Toloſanum, cum de rebus in Synodo Eliberina decretis, licet tacito nomine, tamen non obſcure meminerit; perſecutionis tempore nondum elapſo, Concilium illud fuiſſe coactum, teſtatur: qui enim eodem ferme ſæculo vixit, hæc eum non præteriiſſe, par eſt exiſtimare.

XLI. Quod inſuper auſteriori quodam ſpiritu iidem, qui in eamdem (*a*) Synodum convenere, Patres ſanctiſſimi, propemodum viſi ſine Novatianorum limites attigiſſe, quippe qui lapſis nec in fine communionem dandam eſſe ſtatuerint (*b*); ea de cauſa factum puto, ut cum hæc diſpliceuerint ſucceſſoribus, nulla ſicut de aliis, ejus Synodi nominatim ab antiquioribus mentio habeatur, atque ſic prope antiquata remanſerit. Quamobrem paulo liberius de Eliberino Concilio me alias (*c*) locutum eſſe memini. At cum quæ ab illis de ea re ſunt ſtatuta, excuſentur ab eodem qui ſupra Innocentio Romano Pontifice; nemo ſit qui accuſare præſumat. Sed reddamus hic ejuſdem Innocentii verba, in hunc modum ſcribentis (*d*):

(*a*) *Innoc. l. 3. ep. 3.* Rigor canonum.

(*b*) *Conc. Eliber. can. 1. 2. 6. 8. 12. 17. 18. 63. 64. 65. 71.*

(*c*) *Annal. t. 1. anno D. 57.*

(*d*) *Innoc. l. 3. c. 1.*

XLII. Cur rigidiores viſi ſint patres.

Et hoc quæſitum eſt: Quid de iis obſervari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiæ ſimul, & reconciliationem communionis expoſcunt. De his obſervatio prior durior; poſterior, interveniente miſericordia, inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, ut concederetur pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent; ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non revocaret a lapſu, negata merito communio eſt; conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur; & duriorem eſſe remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo terrore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam quaſi viaticum profecturis; & ne Novatiani hæretici, negantis veniam, aſperitatem & duritiam ſubſequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujuſmodi vel in ſupremis ſuis, permittente Salvatore noſtro, a perpetuo exitio vindicentur: Hucuſque Innocentius.

Nec eſt quod quis in ſuſpicionem adduci poſſit, ipſum ſignare voluiſſe tempora Cypriani, non autem tempora Eliberini Concilii; nam tantum abeſt ut de Cypriano hæc potuerit conſcripſiſſe, ut Cyprianus excuſationi Innocentii de illis adductæ vehementiſſime adverſetur: quippe qui inculcet ſæpius, & de his ad Cornelium Papam (*e*) epiſtolam ſcripſerit, tempore perſecutionis remiſſius atque indulgentius agendum eſſe cum lapſis: licet temere ad communicationem abſque pœnitentia ſe obtrudentes ſemper excluſerit. Sed nec eſt, quod eoſdem ſanctiſſimos Patres quis jure arguere poſſit; cum multa accidere potuiſſent, quæ nobis ſunt penitus incomperta; in quibus auſteriora illa lapſis medicamenta oportuerit adhibere. At qui communicatione interdicebant lapſos, tamen ad pœnitentiam eos recipere non detrectabant; quod a Novatianis ſemper abhorruit.

XLIII.

(*e*) *Cypr. ep. 4.* Cypriani diverſa ſententia.

XLIV. Verum iidem Patres, qui convenere Eliberim, non in eo tantum diſcrepare viſi ſunt a majoribus, & ab ipſo Petro Alexandrino, cujus inſtitutiones de cenſura lapſorum nuper ſunt recitatæ; ut quibuſdam lapſis nec in fine communicandum eſſe decreverint; ſed quod non ſine aliqua animadverſione eum eſſe ſinerent, qui aliquo oblato munere, a neceſſitate ſacrificandi ſe redemiſſet: non enim iis tantum quæ ab eodem Epiſcopo Alexandrino ea de re decreta ſunt, ſed & iis quæ a Catholicis ſemper ſervata eſſent (quod ſuperius demonſtratum eſt) viſi ſunt obviaſſe, hæc ſcilicet ſtatuentes (*a*): *Item Flamines, qui non immolaverunt, ſed munus tantum dederunt, eo quod ſe a funeſtis abſtinuerunt ſacrificiis, placuit in fine eis præſtare communionem, acta tamen legitima pœnitentia.*

(*a*) *Conc. Eliberin. can. 3.*

XLV. Conſilium Patrum Conc. Eliberini.

Videre plane eſt in hoc vehementiſſime eoſdem Epiſcopos laboraſſe, ut ab idololatria Fideles, acrioribus intentatis minis, longius abſterrerent; quamobrem & in publica lætitia lucernas, & in cœmeterio cereos, more Gentilium, accendere vetuerunt (*b*); de quibus ea conſulas quæ a nobis dicta ſunt primo Annalium tomo: ſicut & de canone (*c*) illo, quo pingi in Eccleſia imagines prohibentur. Sed & illud mirandum, quo videas quam intenti fuerint in crimine idololatriæ penitus expurgando: qui velint, ſemel lapſum in crimen illud, ne in fine (*d*) communicet: tamen qui aliter a fide diutiſſime apoſtata vixiſſet, ſi tamen idololatra non fuerit, ad communicationem, peracta tamen pœnitentia, recipiendum eſſe mandarunt, ſtatuto ab eis canone his verbis (*e*): *Si quis Fidelis apoſtata per infinita tempora ad Eccleſiam non acceſſerit; ſi tamen aliquando fuerit reverſus, nec fuerit idololatra, poſt decem annos placuit eum communionem accipere.*

(*b*) *Eod. Conc. can. 34. 37.*

(*c*) *Eod. Concil. can. 36.*

(*d*) *Eod. Conc. can. 46.*

(*e*) *Eod. Conc. can. 46.*

XLVI. Ne domi idola quis habeat.

Sed quod tunc Chriſtiani ſub Conſtantio ad ſacrificium nequaquam compellerentur, eam quoque apparet Fideles fuiſſe libertatem conſecutos, ut domi ſuæ liceret eis libere agere, ac ab idolis eam penitus vindicare: quod ſatis declarat ea ibidem Patrum conſtitutio ſancita, qua dicitur, (*f*): *Admonere placuit Fideles, ut quantum poſſunt, prohibeant, ne idola in domibus ſuis habeant. Si vero vim metuunt ſervorum; vel ſe ipſos puros conſervent. Si non fecerint, alieni ab Eccleſia habeantur.*

(*f*) *Eod. Conc. can. 41.*

Quod porro ab iiſdem vetitum eſt, aſcendere (*g*) Capitolium, ſacrificii tantum videndi cauſa; hallucinantur plane qui putant de Romano Capitolio eſſe dictum; ſed quod inſtar Romani Capitolii, quæ in aliis civitatibus celſiora loca eſſent ædificata, in quibus publica ſolerent offerri ſacrificia, dici quoque conſueviſſe Capitolia (ſicut & Palatii quoque vocem uſurpatam ab aliis reperiri pro celſioribus domibus, licet peculiaris Romanorum eſſet) diximus pluribus in Notis (*h*) noſtris.

XLVII. (*g*) *Eod. Conc. Can. 59.* De capitolio.

(*h*) *Not. in Rom. Mar. die 29. Nov. d.*

Placuit inſuper iiſdem Patribus, propterea quod antiquus uſus perſeveraſſe videbatur, ut litteris, quæ deſcriberentur ab iis qui cauſa fidei in carcere detinerentur (quod ex Cypriani epiſtolis ſuperius dictum eſt) communio lapſis impertiretur; cum ea licentia complures abuti ſolerent, quod (ut vidimus) idem Cyprianus ſæpe conqueſtus erat; placuit, inquam, ut pro Confeſſoriis, aliæ quæ ſolerent ab Epiſcopis ſcribi Communicatoriæ darentur (*i*) litteræ; quod & in primo Arelatenſi (*k*) Concilio fuit poſtea confirmatum.

XLVIII. Litteræ confeſſor. abolitæ.

(*i*) *Conc. Eliberin. can. 25.*

(*k*) *Conc. Arelat. I. can. 9.*

Stabilitur quoque ibidem ſcripto, quod pia obſervatione in Eccleſia hactenus ſervatur, nempe continentia clericalis, qua etiam iiſdem Patres obligant ſubdiaconos (licet, quod ad eos ſpectat, non idem ab omnibus Eccleſiis ſervaretur) deque his omnibus ejuſmodi canonem (*l*) ediderunt: *Placuit in totum prohibere Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, ac ſubdiaconibus, poſitis in miniſterio, abſtinere a conjugi-*

XLIX. De clericali continentia.

(*l*) *Conc. Elib. can. 33.*

PAGIUS VI. *Galerius de Imperio aliquando deponendo cogitabat.*

Revocanda huc quæ anno præcedenti de abdicatione *Diocletiani & Maximiani*, & novorum Cæſarum nuncupatione diximus ex Lactantio, cujus Opus de mortibus Perſecutorum cum Baronius videre non potuerit, ideo quæ poſt narratam illam abdicationem Lactantius cap. 20. & ſeqq. habet, ſubjiciam: *Maximianus, poſtquam ſenibus expulſis, quod voluit & fecit, ſe jam ſolum totius Orbis Dominum eſſe ferebat. Nam Conſtantium, quamvis privovem nominari eſſet neceſſe, contemnebat, quod & naturæ mitis eſſet, & valetudine corporis impeditus. Hunc ſperabat brevi obituvum; & ſi non obiſſet, vel invitum exuere facile videbatur. Quid enim faceret, ſi a tribus cogeretur Imperium deponere? Habebat ipſe Licinium, veteris contubernii amicum, & a prima militia familiarem, cujus conſiliis ad omnia regenda utebatur. Sed eum Cæſarem facere noluit, ne filium nominaret, ut poſtea in Conſtantii locum nuncupavet Auguſtum atque fratrem, tunc vero ipſe Principatum teneret, ac pro arbitrio ſuo debacchatus in Orbem terræ Vicennalia celebraret, ac ſubſtituto Cæſare filio ſuo, qui tunc laudabat. Et quia id aperte jubere non poterat, ſic agebat, ut & ipſe libertatem hominibus auferret. In primis honores ademit. Torquebantur ab eo non modo Decuriones; ſed primores etiam civitatum egregii ac perfectiſſimi viri. Et quidem in cauſis levibus atque civilibus, ſi morte digni videruntur, cruces ſtabant: ſin minus, compedes pavati. Matres familias ingemea ac nobiles in gyneceum rapiebantur. Si quis eſſet verberandus, defixi in ſtabulo pæli quatuor ſtabant, ad quos nullus unquam ſervus diſtendi ſolebat. Quid luſorium, (theatrum ſeu amphitheatrum, ubi Ludi publici edebantur) vel delicias ejus referam? Habebat urſos ferocia ac magnitudinis ſuæ ſimillimos, quos toto Imperii ſui tempore elegerat. Quoties delectari libuerat, horum aliquem afferri nominatim jubebat. His homines non plane comedendi, ſed obſorbendi objectabantur: quorum artus cum diſſiparentur, videbat ſuaviſſime: nec unquam ſine humano cruore cœnabat. Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit, & exilii primo adverſus Chriſtianos permiſerat, datis legibus ut poſt tormenta, damnati lentis ignibus urerentur. Qui cum deligati fuiſſent, ſubdebatur primo pedibus lenis flamma tamdiu, donec callum ſolorum contractum igni ab oſſibus revelleretur. Deinde incenſæ faces & extinctæ admovebantur ſingulis membris, ita ut locus nullus in corpore relinqueretur intactus. Et inter hæc ſuffundebatur facies aquæ frigidæ, & os humore abluebatur, ne areſcentibus ſiccitate faucibus, cito ſpiritus redderetur. Quod poſtremo accidebat. Tunc per multum diem decoctæ omni cute, vis ignis ad intima viſcera penetraſſet. (ſed legendum, cum per multum diem) Hinc rogo facto cremabantur. Corpora jam cremata, lecta oſſa & in pulverem comminuta, jactabantur in flumine ac mare.* Tum cap. 22.

VII. Galerius ſævit in Chriſtianos.

Quæ igitur in Chriſtianis excruciandis didicerat, conſuetudine ipſa in omnes exercebat. Nulla pœna penes eum levis, non inſula, non carceres, non metalla; ſed ignis, crux, fera, in illo erant quotidiana & facilia. Domeſtici & adminiſtratores lanceæ emendabantur. In cauſa capitis animadverſio gladii admodum paucis, quaſi beneficii loco, deferebatur, qui ob meritæ veteræ impetraverant bonam mortem. Jam illa his leviæ fuerant. Eloquentiæ extinctæ, Cauſidici ſtblati, Jureconſulti aut relegati, aut necati. Litera autem inter malas artes habitæ; & qui eas noverant, pro inimicis hoſtibuſque protriti & execrati. Licentia rerum omnium, ſolutis legibus, aſſumta & Judicibus data. Judices militares, humanitatis litera-

VIII. Galerius ſævit in Romanos.

jugibus suis, & non generare filios; quod quicumque fecerit, ab honore clericatus exterminetur: Hæc illi. At ejusmodi observationem de continentia clericorum viguisse in Ecclesia ab ipsis Apostolorum temporibus, satis superius primo Annalium tomo est demonstratum, sicut de jejunio sabbati in Ecclesia Occidentali frequentiori usu recepto, cujus in hac eadem Synodo (*g*) mentio habetur.

(*a*) *Conc. Elib. can.* 21.

L. De conveniendo ad Dominicum.

Quod vero ab iisdem Patribus statutum sit, ut positus in civitate, si per tres Dominicas ad Ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineat a communione, scilicet ut correptus esse videatur: non miretur quis, si nondum reddita Ecclesiæ tranquilla pace, necdum erectis jam paulo ante demolitis Ecclesiis, de conveniendo in Ecclesiam diebus Dominicis a Patribus lex videatur esse statuta. Nihil quidem novi vel insueti ab ipsis est jussum, sed ut ad quæ Fideles antiquiori usu tenerentur adstricti, observare non prætermitterent; nempe, ut, licet ingrueret persecutio, & Ecclesiæ prostratæ essent, in privatam tamen aliquam domum; vel in cryptas (ut superius est demonstratum) ad conventum celebrandum, quæ loca Ecclesia dicebantur, Christiani clanculo convenirent. Id quidem Acta proconsularia Africanorum martyrum Saturnini & sociorum, quos, hac eadem persecutione ante biennium passos vidimus, aperte significant, dum frequentes in eis audiuntur voces martyrum, de quibus quæstio facta esset, quod Dominicum celebrassent, dicentium, necessitatem Christianis incumbere celebrare Dominicum, & sine Dominico Christianos esse non posse. Sed hæc ibi pluribus. Atque hactenus de Synodo Eliberina; satis enim hæc tum ad res gestas dignoscendas, tum etiam ad mores illorum temporum insinuandos videri possunt; cum tamen alia complura in eodem Patrum conventu fuerint instituta. Sed jam cætera quæ sunt persecutionis hujus temporis, prosequamur.

Tre-

PAGIUS

IX. *Galerius Romanos vectigalibus opprimit.*

terarum rudes, sine adsessoribus in Provincias immisit. Tum cap. 23. pergit.

At vero illud publicæ calamitatis & communis luctus omnium fuit, census in Provincias & civitates semel missus censitoribus ubique diffusis, & omnia exagitantibus, hostilis tumultus, & captivitatis horrendæ species erant. Agri glebatim metiebantur, vites & arbores numerabantur, animalia omnis generis scribebantur, hominum capita notabantur, in civitatibus urbana ac rustica plebes adunata, foras omnia gregibus familiarum referta, unusquisque cum liberis, cum servis aderant, tormenta ac verbera personabant, filii adversus parentes suspendebantur, fidelissimi quique servi contra dominos vexabantur, uxores adversus maritos. Si omnia defecerant, ipsi contra se zorquebantur; & cum dolor vicerat, adscribebantur quæ non habebantur. Nulla ætatis, valetudinis excusatio: Ægri & debiles deferebantur, æstimabantur ætates singulorum; parvulis adjiciebantur anni, senibus detrahebantur. Luctu & mœstitia plena omnia. Quæ veteres adversus victos jure belli fecerant, & ille adversus Romanos Romanisque subjectos facere ausus est, quia parentes ejus censui subjugati fuerant, quem Traianus Dacis, assidue rebellantibus, pœnæ gratia victor imposuit. Post hoc pecunia pro capitibus pendebantur, & merces pro vita dabatur. Non tamen iisdem censitoribus fides habebatur; sed alii super alios mittebantur, tamquam plura inventuri. Et duplicabatur semper, illis non invenientibus, sed ut libuit addentibus ne frustra missi viderentur. Interea minuebantur animalia, & mortales obibant, & nihil minus solvebantur tributa pro mortuis, ut nec vivere jam, nec mori saltem gratis liceret. Mendici superarant soli a quibus nihil exigi posset, quos ab omni genere injurietatis miseria & infelicitas fecerat. Atquin homo impius misertus est illis, ut non egerent. Congregari omnes jussit, & exportatos naviculis in mare mergi. Adeo hominem misericordem, qui providerit ne quis illo imperante miser esset. Ita dum cavit, ne quis simulatione mendicitatis censum subterfugiat, multitudinem virorum miserorum contra omne jus humanitatis occidit: Hæc Lactantius.

I.

TRecentesimus sextus Christi annus, Constantio & Galerio sextum Coss. Fastis adscribitur, idemque ab Eusebio (*a*) quintus persecutionis adnumeratur, quo hæc tradit contigisse Cæsareæ in Palæstina: *Jam vero* (inquit) *cum persecutio esset ad quintum annum continuata, secunda die mensis Xanthici, id est, ad quartum Nonas Aprilis, ipso die Dominico, & festo Resurrectionis Salvatoris nostri, Theodosia rursus virgo, Tyri puella fidelis & modesta, non annos decem & octo omnino adhuc nata, vinctis quibusdam Cæsareæ, qui regnum Christi constanter confitebantur, ante tribunal consistentibus accedit, cum benigne salutatura, tum* (*ut verisimile est*) *eos obsecraturæ, ut cum essent apud Dominum, illius recordarentur. Quo factitato, eam, tamquam nefas quoddam & impium facinus aggressam, satellites abripiunt, deducuntque ad Præsidem. Extemplo vero iste quasi mente captus, & animi furore maxime efferatus, gravibus & horrendis tormentis latera mammasque ad interiora usque ossa dilaniat: quam adhuc ægre spirantem illam quidem, hilari tamen vultu & læto omnia cruciamenta perferentem, in rapidos maris fluctus projici jubet.* Hæc Eusebius. Errorem autem eorum, qui hanc Theodosiam dixerunt Cappadocem confutavimus pluribus in nostris Notis (*b*). Post hæc addit Eusebius: *Deinde ab illa ad reliquos Christi confessores digressus, omnes ad æris metalla, quæ erant in Phæno Palæstinæ, condemnat.*

(*a*) *Euseb. l. 8. c. 17.*

Theodosiæ certamen.

(*b*) *Not. ad Rom. Mart. die 2. April. c.*

II. Silvani martyrium.

Post illa, quinto die mensis Dii, hoc est apud Romanos Nonis Novembris, in eadem civitate Silvanum (*qui, dum adhuc presbyter erat, Dominum fuerat ingenue confessus: quique paulo post Episcopatus dignitatem adeptus, martyrio e vita migravit*) *& quosdam alios confessores egregiam in defensione pietatis constantiam declarantes, eorumdem metallorum laboribus idem Præses adjudicavit; qui primum illis pedum flexus, & commissuras ferreis instrumentis igne candentibus debilitari præceperat, deinde eos ad illud supplicium amandavit. Simulatque vero istam contra hosce pronunciaverat sententiam, Domnum virum cum ob infinitas fidei Christianæ confessiones eximie nobilitatum, tum ob magnificam, & egregiam in libere de religione loquendo alacritatem apud Palæstinos omnes cum primis illustrem, incendii supplicio addicit. Post cujus condemnationem idem Judex, distortus improbitatis excogitator, & callidorum contra Christi doctrinam conatuum inventor, supplicia quædam numquam antea audita contra pios reperit. Tres illorum ad singulare pugillatus certamen sententia designat. Auxentium item, virum gravem, & pium, sanctumque senem, bestiis tradit discerpendum. Alios autem, qui jam ad robustam virilemque ætatem pervenerant, exectis testiculis, primum eunuchos facit, deinde ad eadem metalla condemnat.*

III. Pamphilii res gestæ.

Alios rursus acerbis cruciamentis diversans carcere coercet, & vinculis: inter quos erat Pamphilus, omnium necessariorum meorum mihi maxime desideratus, vir ex omnibus martyribus nostri temporis, propter cujusque generis virtutem, facile præstantissimus; hujus in dicendi facultate, & philosophorum disciplinis Urbanus (*hic erat provinciæ Præfectus*) *primum periculum fecit, deinde impulit ad sacrificandum; quem ut penitus renuentem, & minas pro nihilo reputantem vidit; ad extremum, bile & furore commotus, asperio-*

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1059. Olymp. 271. an. 2. A. C. 306.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5799.

⊙ 7. F. ☽ 3. P. 11. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 306.

Sedes vacat.

PERSECUTIONIS 4.

GALERII MAXIMIANI IMP. 2.

CONSTANTINI IMP. 1.

1. *Consules.*

[1] ANum. I. ad V. Coss. *Galerius Maximianus Aug. VI. & Constantius Aug. VI.*

Sumtus a Galerio Consulatus juxta secundam regulam, a Constantio juxta tertiam: ille enim Cæsarei Imperii Quindecennalia celebravit. Quæ etsi non exhibuisset, tamen cum Constantio Fastis nomen dedisset, quod anno superiori uterque Augustus nuncupatus fuerit. In Fastis Theonis uterque Consul *Augustus* appellatur.

II. *Quindecennalia Imperii Cæsarei Galerii.*

Est hic quartus persecutionis annus, quo *Agapius* martyrium pertulit, ut docet Eusebius lib. de Martyribus cap. 6. de quo martyrio agitur in Annalibus anno præcedenti num. IX. *Theodosia* autem & *Pamphilius*, de quibus Eusebius ibidem cap. 7. passi sunt anno quinto persecutionis, ideoque sequenti tantum non currenti, ut existimabat Baronius.

III. *Quartus annus persecutionis.*

Ad

NOTÆ [1] COss. *Galerius Maximianus Aug. VI. & Constantius Aug. VI.* Fasti Idatiani, Vindebonenses, Prosperi Chronicon, & Bucherii lat reuli: *Constantio VI. & Maximiano VI.*

Suffecti hoc anno dicuntur P. *Cornelius Anulinus*, ac *Maximianus*, atque etiam *Severus*, qui Cæsares creati sunt. Vide Lactantium de moribus persecutorum cap. XVII.

rioribus tormentis illum cruciari mandat. Quare immanissimus ille, & maxime crudelis Præses, continua novacularum acutarum incisione martyris latera acerbe pungente, jam fere satiatus, & tandem pudore suffusus, in carcerem, ubi reliqui confessores erant, concludi jussit.

IV. Urbani præfidis digna punitio.

*Verum qualem mercedem Urbanus ob tantam sævitiam, & crudelitatem, qua tantopere, in sanctos Dei, & Christi martyres insultavit, ex justa Dei ultione, & vindicta post mortem habiturus esset; ex supplicitis illi in hac vita inflictis, quæ erant tamquam futurorum præmia, facile licebat animadvertere. Nam non longo tempore post facinora, quæ in Pamphilum nefarie conscíverat, divina ultio, dum adhuc Præfecturam gerebat, eum ex inopinato adorta est ad hunc modum. Qui jam dudum in sublimi, & excelso sedens solio, judicia dabat; qui satellitio militari stipatus; qui universæ Palæstinorum gentis Præfectus, qui convictor tyranni, tanquam ei intimus; qui ejusdem mensæ cum illo particeps erat, vindicta Dei una nocte non solum fuit tantæ dignitatis ornamentis orbatus, ignominiæ, & dedecori coram illorum oculis, qui eum, ut Principem admirati fuissent, expositus, timidus, & ignavus factus, adeo ut voces muliebres turpiter funderet, & abjecto animo universæ genti, cui præerat, supplicaret; verum etiam Maximiano *, de cujus gratia antea insolens, & superbus arroganter se extulerat (quippe eum egregie præter cæteros, ob facinora in nos crudeliter edita, amplexabatur) duro, & crudeli Judice usus est; adeo ut post turpem ignominiam, quam pro sceleribus, quorum erat convictus, subibat, sententia ab eo pronunciata, morti adderetur. Cæterum hoc a nobis extra propositum dictum sit. Atque erit tempus magis idoneum, cum & vitæ exitus aliorum impiorum, qui maxime contra nos dimicarunt, & ipsius Maximiani cum suis, nostra ad otium plenius complectetur oratio:* Hucusque Eusebius de hujus anni rebus. At non hic absolutum est certamen Pamphili, sed in sequentem annum majori gloriæ fœnore propagatum; de quo suo loco ex eodem auctore dicturi sumus.

* al. Maximino.

V. Hoc eodem anno Galerius Maximianus duos Cæsares creat, Maximinum atque Severum. Natus fuit Maximinus (ut tefatur etiam Zosimus *a*) ex sorore Galerii, adoptatus autem ab ipso Galerio Maximiano Imperatore; creatusque Cæsar ab eo, Orienti præfectus est, cui additus est collega Flavius Valerius Severus, Cæsar & ipse creatus: sed in antiquis tabulis, Severus priori loco positus invenitur, in hunc modum: CONSTANTIUS ET MAXIMIANUS INVICTI AUGG. SEVERUS, ET MAXIMINUS CÆSS. THERMAS ORNAVER. ET. ROM. SUIS DEDICAVER.

(a) Zosim. lib. 2. hist.

Severus & Maximinus Cæsares.

Creandorum horum Cæsarum illam adducunt alii ex Eutropio causam, quod cum Constantius, qui in divisione Imperii cum Galerio, Italiam, Africam, & Gallias in sortem acceperat, cesserit collegæ Italiam atque Africam, contentus Galliis. Sed nihil de ejusmodi cessione majores, quæ non fuisset prætermissa ab Auctore Panegyrici dicti Maximiano, & Constantino; vel in eo qui dictus est post victoriam Maxentii tantummodo Constantino; in quo auctor res bellicas a Constantio gestas paucis perstringens, dum comparat illi filium, sic scribit: *Purgavit ille Bataviam, advena hoste depulso; tibi se ex ultima barbarie indigenæ populi dedere. Ille Oceanum classe transmittit; tu & Alpes gradu, & classibus portus Italicos occupasti. Recuperavit ille Britannias; tu nobilissimas Africi maris insulas, quæ populi Romani fuere provinciæ. Ignoscat, inquam, divus ipse Constantius, quid habeo, quod comparem Italiæ, Africæ, Romæ?* Hæc idcirco, quod a tyranno Constantius Italiam, Africam, atque Urbem liberavit, quas diu Maxentius occuparat, post Constantii utique obitum, non quod Constantius illas collegæ cessisset.

VI. Causa creandorum novorum Cæsarum.

Verum non cessisse Constantium, sed potius Galerium Italiam Urbemque occupasse, æquius dici posse videtur; nam in Panegyrico illo Maximiano atque Constantino dicto, hanc in fine auctor habet apostrophen ad Constantium jam antea vita functum: *Audis enim profecto hæc, & vides, dive Constanti, quem curru, & pene conspicuo, dum vicinos ortus repetit occasu, Sol ipse invecturus cælo excepit, quanto nunc gaudio potiris, quanta voluptate perfrueris, cum talem hunc filium tuum, qui te primus patrem in Imperii tui possessionem, idem pater, idem socer, idem Im-*

VII. Galerius Italiam occupat.

PAGIUS

IV. *Severus & Maximinus Cæsares dicti.*

Baron. n. v. & vi.

Ad num. V. & seq. *Severus & Maximinus* anno CCCV. Cæsares nuncupati sunt, non vero anno currenti, ut ex iis, quæ anno CCCIV. diximus, certum redditur. Præterea creatio non in Italia, ut perperam Socrates, quem Baronius sequitur, sed *Nicomediæ* facta, ut ibidem ex Lactantio lib. de Mortibus Persecutorum ostendi. Una itaque eademque die, scilicet Kalendis *Maiis* anni CCCV. *Diocletianus & Herculius* abdicarunt, & *Galerius ac Constantius* Augusti, *Severus* vero ac *Maximinus* Cæsares appellati, ut eo in loco demonstratum. Errarunt tam Socrates & Theophanes, quam Eutropius qui scribunt, Galerium utrumque Cæsarem non creasse, nisi postquam in Italiam adventavit. Errat & Idacius in Chronico, dum abdicationem anno CCCIV. Kalendis Aprilis factam dicit, quæ omnia ex iis, quæ jam in medium attulimus, certa sunt.

Ad

Imperator induxerit: Hæc ipse; qui dum refert Constantinum a Maximiano in Imperii Constantii possessionem electum; plane constat non de Galliis tantummodo intelligere, sed totius orbis Occidentalis partibus, ubi olim Constantius ipse regnasset. Constantius itaque cum ab urbe recessit in Britanniam profecturus, non cessit Imperio, sed recessit, relinquens ibidem filium Constantinum, ut adhuc ætate junior Imperio assuesceret, quem suum Constantius hæredem fore animo destinaverat.

VIII. Constantius non cessit.

His igitur atque aliis rationibus, quas subjiciemus, nequaquam dici posse videtur, Constantium Imperatorem contentum Galliis, reliquas Occidentalis oræ partes cessisse Galerio Maximiano; cui plus satis erat administratio Orientis: Sed accidit quidem, agente in extrema (ut dictum est) mundi parte Constantio, in Britannia scilicet (quod scribit Socrates *a*) ut Maximianus, qui, & Galerius dictus est, profectus in Italiam, duos designaret Cæsares, Maximinum quem Orienti, & Severum quem Italiæ præfecit; idemque Galerius Constantinum Constantii filium Romæ, quem ibi pater successorem in Imperio reliquerat, ne facessere negotium posset rebus a se statutis, tenuit sub custodia. Hæc quidem de custodia Constantini Romæ per Galerium procurata Victor scribit his verbis:

(a) Socrat. lib. 1. c. 2.

IX. Constantinus detentus in custodia.

Hic dum juvenculus a Galerio in urbe Roma, religionis specie, obses teneretur, fugam arripiens, atque in frustrandos insequentes, publica jumenta, quaqua iter egerat, interficiens, ad patrem in Britannia pervenit. Et forte iisdem diebus ibidem Constantium patrem fata ultima perurgebant: Hæc Victor. Quod vero ait, religionis specie obsidem detentum fuisse a Galerio Constantinum; de religione Christiana puto intelligendum. Qui enim ex Helena (ut dicemus) Christiana fœmina natus esset, & patre Constantio erga Christianos (ut vidimus) propensiore, specimen aliquod ab eo de patrocinio Christianæ religionis editum fuisse putamus; nisi magis placet, potius ea de religione ad Constantium patrem referri debere; quippe cum adeo de Christianis benemeritus esset, ut non tantum ab eorum persecutione cessasset, sed etiam apud se eos inter primos habere vellet, apud Galerium de prodita avita superstitione in suspicionem veneret; sicque eo modo (quod verius credimus) Constantinum Romæ agentem loco obsidis detinuerit; qua quidem causa obtentu religionis arrepta, Galerius, ne optimæ indolis juvenis patri succederet, impediret.

X. Constantii obitus.

Sic igitur hoc eodem anno, iisdemque Consulibus (ut auctor est Socrates *b*) anno primo ducentesimæ septuagesimæ primæ Olympiadis, octavo Kalendas Augusti, Constantius Imperator in Britannia Eboraci diem extremum clausit; de cujus erga Deum pietate usque ad supremum diem servata hæc tradit Eusebius (*c*): *Qualis autem exitus eum, qui talem se erga Deum ostenderit, sit consecutus, quamque moribus, & vita dissimilis eorum, qui ejusdem Imperii cum eo participes fuerunt, a Deo, quem sedulo coluit, factus, cuique in naturam, & conditionem rerum ab illis gestarum aciem animi intendenti est ad intelligendum perfacile. Nam cum jam longo temporis spatio eximia, & spectata satis regiæ virtutis indicia dedisset, tandem, repudiata penitus impiorum in variis colendis diis superstitione, Deum omnium moderatorem ultro agnovit, & sanctorum virorum precibus suam firme munivit familiam; & reliquum vitæ cursum expeditum, perturbatione vacuum, magna cum laude transegit; &, quod vulgo beatum prædicant, neque quicquam ipse habuit molestiæ, neque alteri aliquando exhibuit.*

(b) Socrat. ubi supra.

(c) Euseb. in Vita Constantini, lib. 4. c. 11.

XI. Constantii Imp. pietas.

Sic igitur omne tempus regni constans, & tranquillum liberis, & conjugi cum tota famulorum turba præstitit, omnemque suam familiam uni Regi Deo consecravit: adeo ut multitudo, quæ intra Regiam ipsam coiverat, nihil ab Ecclesiæ forma distare videretur, in qua inerant Dei ministri, qui continuos cultus pro Impera-

PAGIUS

V. *Constantinus obses apud Diocletianum & Galerium.*

Ad num. IX. & seqq. Venio nunc ad mortem Constantii Chlori Augusti Constantini Magni patris, de qua Lactantius citatus cap. 24. hæc habet: *Jam propinquavit, illi* (scilicet Galerio Maximiano) *judicium Dei, secutumque tempus est, quo res ejus dilabi ac fluere cœperunt. Nondum animum intenderat ad evertendum pellendumque Constantium, dum est occupatus his rebus, quas superius exposui, & expectabat obitum ejus, sed tam celeriter non putabat obiturum. Qui cum gnaviter laboraret, miserat literas, ut filium suum Constantinum remitteret sibi videndum, quem jamdudum (frustra repetierat.) Ille vero nihil minus volebat. Nam & in insidiis sæpe juvenem appetiverat, quia palam nihil audebat, ne contra se arma civilia, &, quod maxime verebatur, odia militum concitaret. Sub obtentu exercitii ac lusus foris illum objecerat. Sed frustra, quoniam Dei manus hominem protegebat, qui illum de manibus ejus liberavit in ipso cardine. Namque sapius, cum jamdiu necare non posset, dedit illi sigillum inclinante jam die, præcepitque, ut postridie mane acceptis mandatis proficisceretur, vel ipse illum occasione aliqua retentaturus, vel præmissurus literas, ut a Severo teneretur. Quæ cum ille prospiceret, quiescente jam Imperatore, post cœnam properavit exire; sublatisque per mansiones multas omnibus equis publicis, evolavit. Postridie Imperator, cum consulto ad medium diem usque dormisset, vocari eum jubet. Dicitur ei post cœnam statim profectus. Indignari ac fremere cœpit. Poscebat equos publicos, ut eum retrahi faceret. Nuntius ei cursus publicus nuntiatur. Vix lacrymas tene-*

tore etiam tum obierunt, cum piorum hominum genus, & vere Deo inservientium, alibi apud Gentilium multitudinem ne nominari quidem absque periculo poterat. Ob (a) quas quidem res, neque id adeo diu post, Deus illum egregie remuneratus est (repetit Eusebius breviter collata illi a Deo beneficia) sic ut jam in Imperii gubernatione primas facile obineret. Illi enim qui clavum Imperii ante eum tenuissent, nescio quo modo repentina animorum facta mutatione, post primum annum, quo Ecclesiæ Dei gravi fuissent obsidione oppugnatæ, Imperio se sponte abdicaverunt. Constantius de reliquo solus, & summus Imperator, & Augustus appellatus est; qui cum initio Cæsarum ac Imperatorum diademate illustratus, & inter hos primas adeptus; tum postea in hoc honoris gradu explorate, qualis esset, perspectus, & cognitus, a Romanis ad summam dignitatem elatus fuit, & quatuor Imperatorum, qui post cum eo regnabant, summus, & Augustus nuncupatus; quin etiam solus, præter cæteros Imperatores, propter liberorum probitatem excelluit, permagna utriusque sexus caterva in lucem edita, susceptaque.

(a) Euseb. ibid. c. 11. 12. 13. 14. 15.

XII. Cum autem ad summam prope senectutem provectus, communi naturæ, quod debebat, esset persoluturus; & jam migraturus e vita; Deus tum rursus facinus quoddam plane admirabile ejus causa edidit, qui ei mortem oppetituro sua providentia curaverit, ut filius ejus natu maximus Constantinus ad capessendum Imperium præsto esset. Iste (ut supra diximus) in medio illorum, qui erant cum patre consortes Imperii, more illius veteris Dei prophetæ Moysis, quotidie versabatur; & ubi excessit e pueris, & jam ad adolescentiam pervenit, summo apud illos honore dignatus fuit. In qua ætate & honore nos eum vidimus, cum Palæstinorum regionem una cum Imperatore, qui cæteros anteibat ætate, peragraret. Ad cujus dexteram assistens, illis, qui eum videre cupiebant, se adolescentem facile præstantissimum declaravit; utpote in quo eximia regiæ cujusdam indolis indicia ex eo quidem tempore elucere cœperunt. Ut enim corporis compositione ad pulchritudinem apta, & staturæ (ut ætas tulit) proceritate, nemo cum illo comparari potuit, & virium etiam firmitate tantum superavit æquales, ut illis nonnihil terroris injiceret: sic virtutibus animi multo magis quam corporis ornamentis nobilitatus est; quippe modestia primum suum decoravit animum, deinde politiore litteratura, tum prudentia a natura prope insita, ad extremum sapientia divinitus animo consignata, tamquam alimentis quibusdam eximie educavit.

Constantinus interfuit parenti morienti.

XIII. Quem quidem cum illi, qui tum rerum potiebantur, adolescentem generosum esse, robustum, procerum, excelso & erecto animo præditum animadverterent; invidiæ simul fuerunt & metu perculsi. Qua re inducti, tempus opportunum observant sedulo, quo gravi aliqua contumelia eum afficiant. Quod quidem adolescens animadverteus (siquidem Dei nutu insidiæ contra illum comparatæ semel & iterum fuerunt perspicue deprehensæ) fuga salutem quæsivit; atque ea in re exemplum magni Prophetæ Moysis est probe imitatus. Deus etiam omniæ ejus causa faciebat, provide prospiciens, ut in tempore præsto esset ad patri succedendum. Extemplo enim ubi insidiarum machinas effugit, celeri gradu accessit ad patrem; & protinus post longum temporis intervallum, quo abfuerat, in ejus conspectum venit. Eodem momento patris Constantii vitæ exitus in acie novaculæ (ut dicitur) constitit.

Insidiæ in Constantinum.

XIV. Postquam autem filium ex insperato adesse vidit; exiliens e cubili, illum amplexatus est; atque illud, quod sibi jam vitam edituro solum tristitiam attulerat, filii nimirum absentia, se ex animo jam ejecisse asseruit, precesque propterea cum gratiarum actione Deo obnixe fudit. Jam vero mortem pluris prope quam immortalitatem æstimare se dixit, ac tandem familiam suam resque universas ordine dispensavit. Atque in medio filiorum pariter ac filiarum, ipsum instar chori undique cingentium, se statuens, & in ipsa Regia, inque regio cubili decumbens, regni hæreditate filio, qui reliquos ætate anteibat, communi lege naturæ tradita, decessit e vita: Hucusque Eusebius de vita, moribus, atque felicitate Constantii; hæcque eadem in historia habet (b).

Constantinus heres Imperii.

(b) Euseb. hist. l. 8. c. 26. & 29.

Addit ad hæc Zonaras (c): Fertur enim Constantio ægrotanti, & ob cæterorum filiorum ineptam indolem mæsto, Angelus adstitisse, qui juberet, ut Constantino relinqueret Imperium. Sed mirum hæc præteriisse Eusebium, qui laudandi Constantini nullam umquam licet levem reliquit occasionem. Sed & idem auctor de adolescentia Constantini hæc subdit: Hunc igitur Constantinum pater adolescentem etiam tum Galerio dedisse obsidem memoratur, ut interim etiam in re militari exerceretur; qui cum ei ob ingenii dexteritatem ex invidia insidias strueret, in pugna Sarmatica mandarit, ut barbarorum ducem armis insignem aggrederetur; Constantinum vero paruisse, eumque correptum viventem ad Galerium portasse. Deinde leonem immanem & cruentam belluam jussisse subsistere: illum vero id quoque certamen, quamvis non sine periculo, divina tamen gratia incolumem obiisse: Hæc Zonaras, quæ tamen (ut diximus) non tantum non Eusebius; sed nec qui in laudem ejus dixerunt encomiasticas orationes attigerunt; quæ ob sui dignitatem prætermitti minime debuissent. Etenim idem Eusebius, qui (ut vidimus) illum comparat Moysi, Davidi quoque utriusque certaminis gloria comparaturus fuisset, si talia Constantino facta novisset. Habenis plane indiget historicæ veritatis oratio; ne ex arcto rectoque tramite veritatis in latum laudationum campum soluta prosiliens, quæcumque sibi grata atque jucunda videntur usurpans, nullo habito exacto rerum delectu, commenticia interdum veris admisceat. Sed prosequamur cœtera.

(c) Zonar. lib. 2. Ann. in Diocleto.

XV. Defuncto igitur Constantio Augusto de Christianis optime merito, ejus ultima voluntate, votoque totius exercitus, Constantinus ejus ex Helena filius in Imperium felicissime subrogatur, divino potissimum numine suffragante. Etenim felicius quam Cyrus, deligitur, qui duram diuturnamque ducentorum, & septuaginta annorum captivitatem sub Gentilibus Regibus in præsentem annum usque productam solveret, Fidelem populum postliminio restitueret, nec unum tantum, sed plura templa ubique majori gloria excitaret. Quis hæc considerans, non admiretur immensam, & in omnibus plane admirabilem Dei providentiam? quæ quidem etsi in rerum omnium creatione, earumdemque moderatione atque conservatione refulgeat, in regimine tamen atque patrocinio S. Ecclesiæ potissimum declaratur.

Fabulosa de Constantio & Constantino.

Divinum consilium de Constantino.

XVII. Quo enim tempore maxime omnium humanis oculis videri poterat, sævitia, ac pertinacia adversantium Imperatorum, Christiana religio radicitus esse convulsa, funditusque diruta; cum etiam de eadem veluti prostrata atque deleta (ut vidimus) sublimes essent erectæ tanta victoria inscriptæ columnæ; quando insuper in Oriente senioribus flaccescentibus Imperatoribus, robustiores ad persecutionem acerbius instaurandam novi delecti essent Augusti; cum etiam ad inflectendam indomitam hactenus constantiam martyrum, qui superstites erant, obtusæ viderentur esse secures, gladii hebetati, equulei invalidi atque remissi, & ignes frigidi, recensque excogitata tormenta vilescerent, & longe crudeliora opificum omnium solerti industria quærerentur; quando denique jam omnibus solo æquatis Ecclesiis, occisisque, vel fugatis undique earumdem sacerdotibus, cæterisque ministris, ipsa quoque sancta libatio videretur penitus intermissa ultimæ, & maximæ omnium cladis indicium. Ecce tibi ex insperato, Omnipotens ille, qui est terribilis in consiliis super filios hominum (a), qui vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt, (a) Psal. 65. & de tenebris lumen splendescere facit (b); ipse inquam Deus cunctarum rerum opifex, & moderator, virum sibi (b) 2. Cor. 4. secundum cor suum elegit, erigitque in Imperium; quem & gratiæ suæ splendore illustrans faciat postea Christianum, qui Ecclesiam a tyrannis obsessam vindicet in libertatem, fugatam undique revocet pietatem, hostesque illius Imperatores debellet, eorumque spolia Crucis vexillo subjiciat; qui item catenas, compedes, ungulas, & alia quæque ferrea instrumenta ad torquendum composita, jam obducta rubigine, conflet in vomeres, falces atque ligones; & humiles Ecclesias solo prostratas in basilicas augustiori, & ampliori structura restituat, atque oratoria clandestina mutet in templa, inque excelsa Dominica cryptas & antra convertat, eorumque ministros regiis prosequatur honoribus; idemque Fidelibus cunctis adblandiatur, ut fratribus; confessores sacris decoros stigmatibus, ut gloriosis certaminis victores amplectatur, pul-

Christianæ religionis Deus auctor & moderator.

PAGIUS tenebat. *At ille incredibili celeritate usus, pervenit ad patrem jam deficientem, qui ei militibus commendato, Imperium per manus tradidit; atque ita in lecto suo requiem vitæ, sicut optabat, accepit. Suscepto Imperio Constantinus Augustus nihil egit prius quam Christianos cultui ac Deo suo reddere. Hæc fuit prima ejus sancta ac Religionis restitutæ*: Hæc Lactantius.

VI. *Refellitur Zosimus.* Paulo aliter Zosimus lib. 2. aliique rem narrant perperamque scribunt, Constantinum a Galerio Romæ obsidem tunc detentum fuisse. Nam, ut observat Baluzius in Notis ad cap. 24. Lactantii; Romam tunc temporis Galerius non viderat, ut certo colligitur ex Lactantio cap. 27. Præterea Constantinus obses apud Diocletianum & Maximianum fuit, in Bithynia scilicet, ubi Diocletianus habitabat, ut docet Eusebius lib. 1. de Vita Constantini cap. 19. Philostorgius lib. 1. cap. 5. Anonymus Valesianus, & Nicephorus, lib. 7. cap. 18. & 19.

VII. *Constantii Chlori obitus.* Ceterum, Constantium Chlorum hoc anno *VIII. Kalend. Aug.* ut habent Idacius in Fastis & Socrates, vita functum esse, quæ in Dissert. Hypatica, cap. 2. num. XIX. in medium adduxi, evincunt. Neque, ut putarunt aliqui Viri doctissimi contrarius est Socrates in lib. 1. cap. 1. ubi ait, eum diem obiisse *primo ducentesimæ ac septuagesimæ primæ Olympiadis anno*, qui currenti Christi anno mense Julio absolvitur. Nam Socrates, multorum Orientalium more, qui Eras omnes mense septembri auspicantur, annum secundum Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ primæ, mense tantum Septembri hujus Christi anni inchoat, ut alibi ostendo. Neque Scaliger, neque Petavius, neque Calvisius hunc nodum solvere potuere. Hankius in libro de Byzantinarum rerum Scriptoribus Græcis parte 1. cap. 1. num. XIX. & seqq. pluribus contendit, Constantium anno præcedenti e vita migrasse, eodemque Constantinum Imperatorem levatum esse. Sed ejus fundamenta in laudata Dissertatione a nobis eversa, licet, cum eam in lucem edidimus, librum illum non vidissemus.

pulcraque ſigna ipſorum vulnerum avide oſculetur; qui denique ſanctæ Eccleſiæ in omnibus ſe exhibeat protectorem, & adverſus poteſtates adverſarias defenſorem; cunctaque aucta gloria atque decore floreniſſima reddat, & latiori lætiorique germine longe lateque Chriſtianum nomen propaget atque dilatet: ſicque perſpicuum omnibus redderetur, non humano res noſtras niti conſilio, viribuſque fulciri terrenis; ſed plane Dei arbitrio regi, providentia gubernari, auxilio protegi, atque jugi protectione defendi: ita ut fruſtra laboret humana præſumptio, & incaſſum conetur cæca temeritas, poſſe e terra convellere, quæ fixas habent radices in cælo.

XVIII. Meliora tempora exoriuntur.

Poſt igitur cæcæ noctis horrorem, venturæ diei tunc quoddam auroræ crepuſculum in Conſtantio primum erupit, ſed primus Solis radius effulſit in Conſtantino; quando converſo rerum ordine, tam lætæ diuque expectatæ diei lux apparere cœpit in Occidente, eo potiſſimum tempore, quo adhuc perſecutionis atra tempeſtas denſa caligine obtegeret Orientem, ubi in ſuo curſu nox (ſecundum divinum oraculum *a*) medium iter peragereret, dum decem perſecutionis annorum vix quinque præterlapſi fuiſſent, & adhuc totidem ſupereſſent; donec progreſſibus ſuis Sol iſte, qui aſcendit ſuper Occaſum, Orienti tandem illuxit; cum jam antea illuſtraſſet Occidentalem orbem atque Meridiem; cum inquam veternoſum colubrum Maximianum Herculium, & duro jugo tyrannidis prementem Urbem Maxentium, & poſt Galerium Maximinum diram Eccleſiæ faciem, Licinium in Chriſtianos æque furentem pariter extinxiſſet monſtrorum domitor Conſtantinus: tunc exulem diu pacem poſtliminio revocavit; atque fœnore multiplicato reſtituit; ipſamque Dei Eccleſiam, inſtar Saræ (*b*) aliquando captivæ, regiis donatam muneribus, liberam reddidit viro ſuo. Hæc omnia, hiſque majora, qui hoc anno Dei voluntate auſpicatur Imperium, poſt Conſtantii patris obitum Conſtantinus ope divina perfecit; quonam vero rerum ac temporum ordine, dicemus ſingulis annis.

(a) Sap. 18.

(b) Geneſ. 20.

Peroratio auctoris.

SED tempus eſt, ut hunc ſecundum tomum Annalium abſolvamus, cum jam ad Conſtantini Imperii exordium pervenerimus; conſtituamuſque volumini terminum; ipſumque figamus hic feliciter lapidem Adjutorii, (*c*) de ſuperatis Dei potentia Philiſtæis præclarum indicem, gloria Crucis exſculptum. Hic igitur longiori fatigata curſu oratio opportune conſiſtat; & beneficii memor actura gratias, ex more, ad Sanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ pedes prona ſe ſternat, ut cui accepta fert omnia, dono offerat quicquid a Deo ſe ejus precibus intelligit conſecutam; in ipſamque veluti in ſacroſanctum vivumque Gazophylacium, duo minuta, inſtar viduæ illius (*d*), ex paupertate multo labore collecta, duos, inquam abſolutos tomos Annalium inferat. Sit ipſa nobis Virgo, arca tutiſſima, in qua lucubrationes noſtræ ſerventur, atque tuta cuſtodia muniantur; ne fur obrepens, appetitus videlicet gloriæ, rapiat; vel tinea & rubigo inhæreſcentes, ſpes ſcilicet fallaces exedant. Eſt enim ipſa vera divinaque Arca illa ex lignis Setim compacta, (*e*) quæ ſibi credita, ſine corruptione conſervat. In ejuſmodi enim archivo cum res noſtræ repoſitæ fuerint; nulla umquam temporis varietate vel diuturnitate labefactatæ, aut vetuſtate deletæ, perpetua memoria in terris vivent; & (quod magis optamus) æterna præmia, divina gratia largiente, aſſequentur in cælo a Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui una cum Patre & Spiritu ſancto ſit ſemper laus, honor, virtus & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

(c) 1. Reg. 7.

(d) Marc. 12. Luc. 21.

(e) Exod. 37.

Hic Baronius ſecundum Annalium tomum abſolvit.

ANNALES ECCLESIASTICI

I. (*a*) Eccl. 18. Præmium cum imploratione numinis.

BENE & nobis illud accidit, quod de rebus divinis divinum prodit Oraculum (*a*): *Cum conſummaverit homo, tunc incipiet*. Siquidem abſoluto ſecundo Annalium tomo, cum poſt immenſos labores optata quies jure captanda fuiſſet, jam tertius eorumdem eſt inchoandus; ac velut in itinere conſtitutis, in ea ad quam pervenimus, ſtatione non licet conquieſcere, ſed ex ipſa in aliam proficiſcendum, & e ſecunda ad tertiam commigrandum eſt; atque inſtar filiorum Iſrael, e Socoth ſecunda eorum manſione in Etham (*b*) pariter tranſeundum, e tabernaculorum anguſtiis ſcilicet (ut harum vocum ſe habet interpretatio *c*) ex humili, inquam, Eccleſiæ ſtatu ad ampliſſimam ejus gloriam, Crucis fortitudine comparatam. Par utriuſque ratio; ſicut enim illis in eadem manſione tertia conſiſtentibus primum divinæ præſentiæ viſibile ſignum apparuit in columna ignis, & nubis die noctuque perſpicuum; ita & in hac tertia, ad quam pervenimus ſtationem, Crucis fulgor divinitus e cœlo coruſcans Conſtantino apparens, perinde ac digitus Dei, & lingua cœleſtis errantes docuit, atque ad rectam ſemitam revocavit; ſummaque claritudine fulgoris ſui, ea quæ humilia deſpectaque eſſe videbantur, ſublimia ac plane divina monſtravit; abolitiſque indecoris & ignominiæ titulis illis, ſcandali atque ſtultitiæ, Judæorum ac Gentilium opinione compoſitis, manifeſtioribus indiciis paradoxum illud Apoſtoli (*d*) declaravit: *Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus; & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus*.

(b) Exod. 12. 13.

(c) Hier. ep. ad Fabiolam. 127. manſ. 3.

(d) 1. Cor. 1.

II. Hæc autem adeo eximia, & excelſa, oratione digne perſequenti, ut magnitudo poſtulat argumenti, divino opus eſſe auxilio intelligimus, quo veritatis recto tramite ipſa oratio haud hæſitans ſecura ducatur. Faveat cæleſte numen a nobis hoc itinere ſæpius imploratum, atque ex hac ejus tertia ſtatione effulgeat menti noſtræ, atque præcedat nos ſublimior illa, & excelſior animata columna, in qua multo felicius humano generi viſibilis Deus apparuit; ipſa inquam, Dei Genitrix beatiſſima Virgo Maria ſuæ pulchritudinis fulgore coruſca gradiens antecedat; ac ducens, & docens, non ſinat vel tarum unguem nos ab arcta ſemita veritatis excedere, vel leviter aberrare.

JESU CHRISTI ANNUS 306. MARCELLI PAP. ANNUS 3. CONSTANTINI IMP. ANNUS I.

III. Conſtantinus heres Imperii.

TRecenteſimo ſexto Chriſti Redemptoris noſtri anno, Olympiadis ducenteſimæ ſeptuageſimæ primæ anno primo, Conſtantio atque Galerio Augg. ſextum Conſulibus, cum octavo Kalend. Auguſti diem Conſtantius Eboraci in Britannia diem clauſiſſet extremum, Conſtantinus ejus filius major natu ex Helena genitus Imperii hæres ex teſtamento relictus, id decernente divino numine, ac totius exercitus ſuffragantibus votis, paternum accepit Imperium.

IV. Tempus Imperii Conſtantini.

Cum igitur tum ex Olympiadum ſupputatione, tum ex Conſularibus Faſtis tam certus exploratuſque habeatur annus, quo auſpicatus eſt Imperium Conſtantinus; Caſſiodori Chronicon erroris arguitur, dum poſt biennium ſub Conſulatu decimo Diocletiani, & Maximi (ſeu potius Maximiani) ſeptimo, ponit exordium Conſtantini; quod quidem ex ejuſdem hiſtoria Tripartita (*e*) quam collegit, manifeſtiſſime inſpicere licet, dum ait ex Socrate, eumdem Conſtantinum defunctum, cum imperaſſet annos triginta, & unum, Feliciano & Titiano Conſulibus; qua ratione oportuit ipſum hoc anno imperare cæpiſſe. Hiſce itaque in primis firmiſſimis rationibus oportuit ſtabiliiſſe exordium Imperii Conſtantini, quod ſciamus complu-

(e) Hiſt. Trip. lib. 1. c. ult.

ſupputandi ratio.

PAGIUS VIII. *Olympiades recte*

Ad num. IV. Baronius, qui duos Conſulatus e Faſtis expungendo, duos pariter tam Olympiadum quam ceterarum Erarum annos, ubi ad Imperium Diocletiani pervenit, reſecare coactus fuit, nullam in anno Olympidiaco a Socrate citato memorato, qui alios Viros doctos excruciavit, difficultatem invenit: & tamen is annus ſecundum ejus opinionem cum præſenti Chriſti anno

plures errore lapsos, dum post biennium numerare aggressi sunt annos ejusdem Imperatoris, & in re gravissima, nempe de tempore Nicæni Concilii, aliisque rebus magni momenti, in errores non leves incidisse.

V. Quod autem ad gestæ rei historiam pertinet, hæc de ingressu Constantini in Imperium quomodo se habuerint (præter illa quæ in fine secundi Annalium tomi de ejusdem Constantini opportuno adventu in Britanniam, & de Constantii obitu dicta sunt) jam ordine prosequamur, ac in primis quæ Eusebius, res ab eo gestas fusius prosecutus, narrat his verbis (*a*): *Neque tamen Imperium Imperatore destitutum permansit; quippe Constantinus paterna purpura indutus, primum e paternis ædibus egressus est; & patrem tanquam a mortuis ad Imperium regendum denuo revocatum, suo ipsius vultu, & effigie omnibus repræsentavit. Deinde magna paternorum amicorum turba eum comitante, funeri præivit, patremque produxit; quinetiam infinita populi multitudine, militumque constipante agmine partim antecedentium, partim subsequentium, genitorem sanctissimum cum omni splendore, & maxima pompa extulit; faustis acclamationibus, suavi hymnorum concentu, omnes beatissimum illum celebrant; & consentientibus animis, filium jam in Imperii gradu locatum, patrem ad vitam quodammodo revocasse existimant. Extemplo igitur secundo & prospero applausu novum Regem, Imperatorem, & Augustum ipsa prima voce contentius prædicant. Quibus acclamationibus tam auspicato in filium editis, patri mortuo nonnihil ornamenti allatum est, filium cuncti beatum putant, qui talis patris fuit successor declaratus; omnes gentes, quæ ipsius obsequebantur Imperio, incredibili lætitia efferuntur, & gaudio pene inexplicabili propterea complentur, quod illustri, & præclaro Imperatore ne brevissimo quidem temporis momento caruissent.*

(*a*) *Euseb. in Vita Constant. lib. 1. c. 16. 17.*

Funus Constantii Imp.

VI. Qualis finis persecutorum. *Hunc morum vitæque pie, & religiose ad virtutem institutæ exitum esse, in Imperatore Constantio universo generi mortalium, qui nostra memoria vixerunt, Deus evidenter demonstravit. Finem autem vitæ aliorum qui Dei Ecclesias bellico quodam more, & modo exagitarint, minime consentaneum judicavi, quem præsenti sermoni mandarem; neque bonorum memoriam, eorum appositione, qui secus se gesserint in vita, omnino debere contaminari. Rerum enim experientia illis solum, qui ipso oculorum obtutu calamitates cujusque tyranni aspexerint, quique earumdem cognitionem auribus perceperint, satis videtur esse ad vitam modestius deinceps sanctiusque moderandam. Sic igitur Constantinum talis parentis satu editum Principem & Imperatorem Deus omnium auctor, & totius mundi gubernator suo solum arbitrio delegit; eo consilio, ut cum alii omnes Imperatores hominum suffragiis ad eum dignitatis gradum ascendere consueverint; de hoc Imperatore solo ad honorem efferendo, nemo mortalis omnino gloriaretur:* Hucusque Eusebius.

VII. At nec Ethnicus auctor (quisquis ille fuerit, clarissimus certe orator illorum temporum) de divinitus facta electione imperii Constantini discrepat ab Eusebio, nisi tantum quod hic veram divinitatem minus intelligens, quod a Deo optimo maximo factum est, diis tribuit; qui & hæc præloquitur (*b*) de Constantio: *Vere enim profecto illum superum templa petierunt, receptus est confessu cœli, Jove ipso dexteram porrigente. Quinimo statim sententiam rogatus, cui Imperium deceneret, ut decebat, dixit; CONSTANTINUM PIUM; manifeste enim sententia patris electus est Imperator; quod ita nos dicere, cum veritas jubet, tum pietati tuæ (ut video) gratissimum est. Sed cur tantummodo privatis tuis affectibus blandiamur, cum omnium deorum fuerit illa sententia, & quidem jam auctoritate præscripta, quæ tum pleno firmata sit consilio? Jam tunc enim cœlestibus signis suffragiis ad salutem Reipublicæ vocabaris, cum ad tempus ipsum, quo pater in Britanniam transfretabat, classi jam vela facienti, repentinus tuus adventus illuxit, ut non advectus cursu publico, sed divino quodam advolasse curriculo videreris:* Hæc ille; qui quod sciebat divino factum numine, diis tribuit, quod nullum præter eos numen in cœlo esse putaret. At quales erant, quos nominat deos erga Constantinum propitios, qui eum sibi adversarium, ipsorumque cultus eversorem fore non viderint?

(*b*) *Gall. in Panegyrico 4. Constantini.*

VIII. Sed quid idem addat de cunctatione Constantini in suscipiendo Imperio, audiamus: *Illico enim atque ille terris fuerat exemptus; universus in te consedit exercitus, te omnium mentes oculique signarunt; & quamquam tu ad seniores Principes de summa Reipublicæ quid fieri placeret, retulisses, prævenerunt tamen studio, quod illi mox judicio probaverunt. Purpuram statim tibi, cum primum copiam tui fecit egressus, milites utilitati publicæ magis quam tuis affectibus servientes, injecere lacrymanti; neque enim fas erat diutius fleri Principem consecratum. Diceris etiam, Imperator invicte, ardorem illum te deposcentis exercitus fugere conatus, equum calcaribus incitasse; quod quidem (ut verum audias) adolescentiæ errore facies: quis enim te Cyllarus, aut Arion posset eripere, quem sequebatur Imperium:* Hæc ipse, & alia plura; sed non semper tutum attexere encomia historicæ puritati.

Studium militum erga Constantinum.

Dei nutu Constantinus Imperat.

IX. Verum licet tum a patre, tum ab exercitu Constantinus fuerit renuntiatus, & acclamatus Augustus; tamen nonnisi Cæsaris nomen tunc accepit, Augusti vero postea, cum Faustam filiam Maximiani Herculii uxorem duxit. Hæc enim idem auctor his verbis (*a*): *Cum tibi pater Imperium reliquisset, Cæsaris tamen appellatione contentus expectare malueris, ut idem te, qui illum, declararet Augustum: siquidem ipsum Imperium hoc fore pulchrius judicabas, si id non hæreditarium ex successione cæpisses, sed virtutibus tuis debitum a summo Imperatore meruisses: neque enim dubium, quin tibi mature sacrum istud fastigium divinæ potestatis astrueret, qui te jam olim sibi generum, etiam antequam petere posses, sponte delegerat. Hoc enim (ut audio) simago illa declarat in Aquilejensi Palatio ad ipsum convivii posita aspectum; ubi puella jam divino decore venerabilis, sed adhuc impar oneri suo, sustinet, atque offert tibi etiam tum puero galeam auro gemmisque radiantem, & pennis pulchre alitis eminentem; ut te, quod vix ulla possunt habitus ornamenta præstare, sponsale munus faciat pulchriorem.*

(*a*) *Panegyric. 1. Maxim. & Constantini.*

Constantinus contentus nomine Cæsaris.

X. Sic igitur Constantinus a funere patris nomen Cæsaris usque ad nuptias cum Fausta retinuit, quando & auctus est nomine Augusti, cum alioqui voce militum omnium Augustus fuerit salutatus: de quo Eusebius (*b*) cum agit de obitu Constantii: *Hujus* (inquit) *filius Constantinus statim ut Imperii gubernacula susceperat, Imperator summus & Augustus cum ab exercitibus, tum multo anteæ ab ipso Deo summo omnium Imperatore declaratus, se paternæ pietatis erga nostræ religionis disciplinam æmulum, & imitatorem præstitit.*

Quando accepit nomen Augusti.

(*b*) *Euseb. lib. 8. c. 26.*

XI. Antequam autem a Constantino res gestas ulterius prosequamur, de ejus genere atque natalibus aliqua præfari, ad difficultates non leves solvendas, necessarium existimamus. Quod ad paternum genus spectat, a Claudio Juniore Imperatore origenem ducere, secundo Annalium tomo pluribus dictum est, cum de ejus patre Constantio sermonem habuimus. Si vero ejusdem stemmatis principium altius repetatur, Trebellius (*c*) auctor est, eum a Vespasiano Augusto descendere, unde Flaviæ gentis est nomen & insignia consecutus, ante tamen Vespasianum obscuræ; nam Suetonius hæc de eo (*d*): *Mediocritatem pristinam neque dissimulavit umquam, ac frequenter etiam præstulit; quin & cognatos quosdam originem Flavii generis ad conditores Reatinos, comitemque Herculis, cujus monumentum extat via Salaria, referre, irrisit ultro.*

Constantini paternum genus.

(*c*) *Trebel. in Claudio.*

(*d*) *Suet. in Vespasiano c. 12.*

XII. Quod vero ad maternum genus attinet; cum constet natum ex Helena, unde illa, ex qua profapia, provincia, & civitate sit orta, non levis est controversia. Scimus Græcorum recentiores (Eusebius enim licet rerum Græcarum amplificator egregius, hæc silentio prætermisit) Nicephorum (*e*) & alios, qui commentitiæ historiæ fidem præstiterunt, eam fuisse Bithynam genere, affirmare; de qua & ejusmodi fabulam concinnarunt, cum de Constantio patre ad Persas legato misso hæc memoriæ commendarunt, quæ idem Nicephorus narrat his verbis: *Is ab Occidente Orientem versus navigans, ad locum qui Drepanum dicitur, applicat (situm est Drepanum, ad Nicomediæ sinum ad altum mare longius prominens). Ibi Constantio desiderium concubitus incessit. Quod ubi cognovit hospes ejus magnificentia & splendore cohortis ipsius regio permotus, filiam ei suam venustæ formæ, ætatisque flore jam nubilem puellam conciliat. Ille cum ea rem habet, concubitusque*

Helenæ patria & genus.

(*e*) *Niceph. lib. 7. c. 18.*

PAGIUS anno non concurrit. Nam cum Baronius Olympiadem CCLXX. in anno Christi CCCIII. exordiri debeat, Olympiadem ducentesimam septuagesimam primam mense tantum Julio anni Christi CCCVII. inchoare debuit, ideoque, & eo anno Constantii mortem consignare, quod ex Olympiadibus in margine hujus Operis a nobis annotatis facile dignosci potest.

A num.

PAGIUS IX. *Constantinus Britannus non fuit.* A num. XII. ad XXVIII. Constantini Magni patriam fuisse *Naissum*, oppidum Daciæ mediterraneæ, nunc *Servia* dictæ, certum esse debet. Hoc enim Stephanus de Urbibus, qui nuper cum Notis in Hollandia lucem vidit, Constantinus Porphyrogeneta lib. 2. περὶ Θεμάτων, Firmicus lib. I. Matheseos sub initium, & Anonymus Valesianus disertis verbis docent: *Hic igitur Constantinus natus Helena matre vilissima* (id est, infimæ conditionis) *in oppido Naisso, atque eductus, quod oppidum postea magnifice ornavit, literis minus instructus, obses apud Diocletianum & Galerium, sub iisdem fortiter in Asia militavit*, inquit Anonymus Valesianus. Accedit Cedrenus, qui Constantinum apud urbem Daciæ natum scribit. Decepit Anglos, aliosque Viros doctissimos locus Panegyrici Maximiano & Constantino dicti, in quo legitur: *Liberavit ille* (Constantius Constantini M. pater) *Britannias servitute, tu etiam nobiles esse illic oriendo fecisti.* Quæ & similia ita ab illis de Britannia accepta, quasi natus illic Constantinus esset: cum tamen Oratoris mens sit gratulari se, ibi ortum factumque Imperatorem Constantinum, ac uno verbo de Natali Imperii, non de Natali genuino loquatur. Quare quod Constantinus Anglus sive Britannus fuerit, inter fabulas computandum.

X. *Constantinus Cæsar, Severus Augustus dictus.* Lactantius postquam de morte Constantii locutus est cap. 25. subjicit: *Paucis post diebus laureata imago ejus* (nempe Constantini) *allata est ad malam bestiam* (ad Galerium scilicet Maxi-

que mercedem peplum ei purpura intextum donat. Nocte ea Constantio mirifica visio est oblata, quæ eum timore quodam perculit. Qua propter, & puellæ patrem est cohortatus, ut filiam, quæ insigne quoddam donarium gereret, impollutam diligentius asservaret; & quod ex ea natum esset, accuratius educaret. Vidisse quippe se, ea qua dictum est nocte, ajebat, in tabernaculo suo præter naturam ab Occidentali Oceano Orientem Solem. Cæterum legatione recte obita, Constantius alio itinere Romam reversus una cum Galerio Maximiano Cæsar creatus est, neque ita post longum tempus uterque Augustus factus.

Et paulo post:

XIII. De cunabulis Constantini fabulosa.

Accidit deinceps, ut oratores alii ad Parthos mitterentur, qui & ipsi Drepanum diverterunt; & qui Constantii ex hospitis filia Helena progenitus erat infantulus, puerilem ludum ludens, a quodam ex oratorum numero offensus, admodum ei succensuit, & objurgationes ejus indignissime tulit. Ibi tum mater, Constantii eum puerum esse, indicavit; eamque rem, peplum illud purpura exornatum proferens, confirmavit; & facies ipsa, indolesque generosa, filium illius esse, satis testabatur. Ea re Constantius ex legatorum sermone cognita, postea comitatu regio puerum una cum matre Romam adduci curavit. Veritus autem, ne illis absurdi quicquam a Theodora legitima uxore sua per zelotypiam & conjugalem æmulationem accideret; Constantinum filium Nicomediam ad Diocletianum, qui ibi cum Galerio Maximiano genero erat, misit. Atque ibi ille benigne susceptus, in Palatio apud Imperatorem vixit, & inter domesticos scholarum adscitus, Græcas litteras addidicit, simulque Christianismum complexus est: Hæc Nicephorus de materno genere atque cunabulis Constantini.

XIV. Sed pluribus tum Nicephori, tum aliorum mendacissima historia confutatur; ac primum quidem si ea ad lapidem Lydium admoveatur, si, inquam, cum recta ratione temporis conferatur, plane convincetur curiosi hominis esse figmentum. Si enim, ut ipse vult, eo anno natus est Constantinus, quo Constantius pater rediens e legatione creatus est Cæsar, (quod contigisse certum est anno Domini ducentesimo nonagesimosecundo) necesse est affirmare, hoc ipso anno, quo cœpit Imperium Constantinus, fuisse quatuordecim tantum annorum ætatis: quem tamen ex sententia Eusebii (*a*), qui eo familiarissime usus est, & aliorum, constat hoc tempore, quo est auspicatus Imperium, jam triginta duos annos ætatis, vel saltem triginta unum attigisse: cum enim dicat ipsum imperasse annos triginta unum vel triginta duos, præter paucos menses & dies, addatque totidem annos absque Imperio vixisse (*b*); manifestum est, eo tempore, quo Nicephorus eum natum vult, Constantinum jam annos decem & septem ætatis egisse.

De Helena confutatur historia commentitia.

(*a*) *Euseb. in vita Constant. lib. 4. c. 53. Epiph. l. de mensur. Hier. in Chron. Aurel. Vict. in Constantino in fin. & alii.*

(*b*) *Euseb. in Vita Constantini l. 1. c. 1.*

XV. Unde fingendi manarit occasio.

Hoc uno igitur ejus historiæ tam insigni patefacto mendacio, totum illud excogitatum commentum exploditur; cum præsertim ex scriptoribus illius temporis, quo in loco natus sit Constantinus possit apertissime demonstrari, nempe in Britannia, ut dicemus. Facile namque potuit accidisse, ut scriptoris incuria alicubi Bithynia loco Britanniæ scriptum esset, unde & reliqua confingendi occasio sit accepta: cum præsertim ille color accederet, quod Drepane dictum oppidum in Bithynia, ab eadem Helena admodum illustratum, fuerit postea Helenopolis appellatum. Sed qua occasione sic ea civitas fuerit nominata, suo loco inferius pluribus.

XVI.

Sane quidem mendacii convincitur apertissimi auctor, dum ait Constantinum Drepane natum esse in Bithynia, quem aper-

ximianum) *Deliberavit diu an susciperet. In eo pene res fuit, ut illam & ipsum qui attulerat, exureret, nisi eum amici ab illo furore flexissent, admonentes eum periculi, quod universi milites, quibus invitis ignoti Cæsares erant facti, suscepturi Constantinum fuissent, atque ad eum concursuri alacritate summa: si venisset armatus. Suscepit itaque imaginem admodum invitus, atque ipsi purpuram misit, ut ultro asciviisse illum in societatem videretur. Jam turbatæ rationes ejus fuerant, nec poterat alterum extra numerum nuncupare ut volebat. Sed illud excogitavit, ut Severum, qui erat ætate maturior, Augustum nuncuparet, Constantinum vero non Imperatorem, sicut erat factus, sed Cæsarem cum Maximino appellari juberet, ut eum de secundo loco rejiceret in quartum.*

XI. Maxentius fit Imperator.

Tum cap. 26. *Composita ei res quodam modo jam videbantur, cum subito illi alius terror allatus est, generum ipsius Maxentium Roma factum Imperatorem. Cujus motus hac fuit causa. Cum statuisset consibus institutis Orbem terra devorare, ad hanc usque prosilivit insaniam, ut ab hac captivitate ne populum quidem Romanum fieri vellet immunem. Ordinabantur jam censitores, qui Romam missi describerent plebem. Eodem fere tempore castra quoque Prætoria sustulerat. Itaque milites pauci, qui Romæ in castris relicti erant, opportunitatem nacti, occisis quibusdam Judicibus, non invito populo, qui erat concitatus, Maxentium purpuram induerant. Quo nuntio allato, aliquantum rei novitate turbatus est, nec tamen nimium territus. Et oderat hominem, & tres Cæsares facere non poterat. Satis visum est, semel feciisse quod noluit. Severum arcessit, hortatur ad recipiendum Imperium, mittit eum cum exercitu Maximiani ad expugnandum Maxentium, & mittit Romam, in qua milites illi summis deliciis sapissime excepti non modo salvam esse illam urbem, sed ibi vivere optarent. Maxentius tanti facinoris sibi conscius, licet jure hereditatis paternos milites traducere ad se posset, cogitans tamen fieri posse, ut Maximianus socer, idipsum metuens, Severum in Illyrico relinqueret, atque ipse cum suo exer-*

Baron. ad an. CCCXXII.

apertissime constat in Britannia ortum esse; id quidem disertis verbis coram amplissimo conventu tunc temporis habito, cum celebratæ sunt nuptiæ Constantini & Faustæ filiæ Maximiani Herculii, testatur celebris ille Gallicanus orator, dum ait hæc de patre Constantio, & ejus filio Constantino: *Liberavit ille Britannias servitute; tu etiam nobiles illic oriundo feciisti.* Quid igitur iis apertius dici potest? quibus adeo manifestis velle refragari, quis non extremæ ducat esse dementiæ? Qua pariter ratione æquius est dicere, Helenam fuisse Britannam, quam Bithynam, quam certum est peperisse in Britannia Constantinum, idque tempore Aureliani Imperatoris, a quo missus est Constantius Claudii Imperatoris recenti memoria clarus cum exercitu in Britanniam, ut populum illum sæpius tumultuari solitum in officio & fide Aureliani contineret. Contigit autem Constantini natalis (ex Eusebii sententia superius recitata, qui totidem annos eum ante Imperium vixisse tradit, quot imperavit) Aureliano secundum & Julio Capitolino Consulibus, anno quinto ejusdem Aureliani Imperatoris. Sed de annis ejus inferius pluribus.

Britannia patria Constantini.

XVII. Quod ad Helenam rursus spectat; adhæserit ne concubina Constantio, an legitima uxor fuerit: auctor est Zonaras (*a*), controversia agitatum, dicentibus aliis eam concubinam fuisse Constantii, aliis legitimo illi junctam esse conjugio affirmantibus; ipse vero abstinens, nec quicquam definiens, litem reliquit sub Judice. At mea quidem sententia res eo statu posita est, ut ad hujusmodi judicium terminandum opus non sit perendina dilatione. Nam exploratum quidem habetur apud omnes antiquos historicos, qui res Constantii sunt prosecuti, Maximianum Herculium, cum sibi eumdem Constantium adoptasset in filium, ut ei conjungeret in matrimonium Theodoram privignam suam, coegisse repudiare eam quam prius uxorem acceperat, id Eutropio (*b*), Victore (*c*), ac reliquis historicis attestantibus. Certe quidem repudium uxoris tantummodo dici solet, non autem fœminæ subinductæ: nec dari repudium concubinæ, quis umquam dictum inveniet. Quamobrem cum jussus esse dicatur Constantius a Maximiano uxori dare repudium, ut acciperet Theodoram: ex quadam necessitate compellimur dicere, Helenam legitimam conjugem, non autem concubinam fuisse Constantii. Nec est quod ab aliquo dici possit, aliam ab Helena fœminam, eamdemque uxorem Constantii ab eo esse repudiatam; nam nulla prorsus est memoria, Constantium aliam aliquam habuisse uxorem, præter Helenam & Theodoram. Rursum vero quomodo quis dicere poterit Helenam adhæsisse Constantio concubinam, cum publicis attestationibus ejusdem Constantii continentia mirifice commendetur? nam cum Gallicanus orator (*d*) coram Maximiano ac Constantino, eorumdem celebrans laudes, panegyricum dixit, hæc habet in apostrophe ad Constantinum:

(*a*) *Zonar. Annal. t. 3. in Constantino.*

(*b*) *Eutrop. lib. 9.*

(*c*) *Vict. in Diocletiano.*

(*d*) *Paneg. t. Const.*

XVIII. Constantii Imp. spectata castitas.

Neque enim forma tantum in te patris, Constantine, sed etiam continentia, fortitudo, justitia, prudentia sese votis gentium præsentant; quo enim magis continentiam patris æquare potuisti, quam quod te ab ipso fine pueritiæ illico matrimonii legibus tradidisti, ut primo ingressu adolescentiæ formares animum maritalem, nihil de vagis cupiditatibus, nihil de concessis ætati voluptatibus in hoc sacrum pectus admitteres? Novum jam tum miraculum, juvenis uxorius; sed ut res est, mente præsaga omnibus te verecundiæ observationibus imbuebas, talem postea ducturus uxorem: Hæc ibi auctor pro concione, spectantibus magistratibus, dixit, cum Maximianus eidem Constantino Faustam copulavit fœdere nuptiarum; quæ a nobis non tam in commendationem conti-

Helena concubina, vel uxor Constantii Imp.

exercitu ad se oppugnandum veniret, quærebat quatenus se a periculo impendente muniret. Patri suo post depositum Imperium in Campania moranti purpuram mittit, & bis Augustum nominat. Ille vero & rerum novarum cupidus, & qui deposuerat, invitus, libenter arripuit. Severus interim vadit, & ad muros urbis armatus accedit. Statim milites sublatis signis abeunt, & se contra quem venerant, tradunt. Quid restabat deserto, nisi fuga? Sed occurrebat jam resumto Imperio Maximianus, cujus adventu Ravennam confugit, ibique se cum paucis militibus inclusit. Qui cum videret futurum ut Maximiano traderetur, dedit sese ipse, vestemque & purpuram eidem, a quo acceperat, reddidit. Quo facto, nihil aliud impetravit, nisi bonam mortem. Nam venis ei incisis, leniter mori coactus est, anno sc. Christi insequenti.

XII. Quo die & mense Maxentius Augustus ditus.

Hanc Lactantii narrationem Numismata confirmant. Nam, ut videre est apud Mediobarbum, *Constantinus* in pluribus Nummis Cæsar, *Severus* vero Augustus dicitur; qui tituli utrique hoc anno fine dubio dati. Diem, quo Constantinus Cæsar nuncupatus, Baluzius V. C. in Notis ad Lactantium, vicesimum quintum Decembris fuisse existimat, quod in veteri Kalendario Tomo 4. Bibliothecæ Cæsareæ a Lambecio publicato ad VIII. Kalendas Augusti legatur, N. D. CONSTANTINI id est, *Natale Divi Constantini*, & ad VIII. Kalendas Januarias, N. INVICTI. id est, *Natale Invicti*, & quoties in eo Kalendario legitur simpliciter nomen *Divi*, aut *Invicti* absque alio nomine addito, toties intelligi debeat Constantinus Magnus. Sed hæc conjectura non probatur, cum Constantinus Cæsar a Galerio Augusto appellatus sit, antequam Maxentius Romæ purpuram sumeret, aut saltem iis circiter diebus, ideoque ante diem vicesimum quintum Decembris, seu VIII. Kalendas Januarii. Maxentius enim, ut ex Lactantio citato cap. 44. liquet, *VI. Kalendas No-*

vem-

nentiæ Constantini, quam Constantii patris, sunt recitata; cujus ille imitator factus, nullam ante uxorem legitimam, fœminam aliam prorsus noverit. At qua fronte, quæso, nobilis orator in publicis nuptiarum solemnitatibus, coram nobilissimo ac florentissimo auditorio cuncta sciente, hæc de patre Constantio prædicare adeo potuisset, si Helenam concubinam, ex qua etiam ipse Constantinus natus esset, antequam legitimam uxorem Theodoram duceret, habuisset? Ex iis igitur cum cæteri omnes, qui dicunt natum Constantinum ex concubina, tum Zosimus (a) Comes mendacii redarguuntur, dum ait eum genitum ex consuetudine mulieris, quæ materfamilias minus esset; Ethnicus enim homo addictissimus Ethnicismo, & in Christianam religionem infensissimus, cum de Christianorum rebus agit, manifestus sæpe convincitur proditor veritatis, & in Constantinum pariter iniquissimus, quem ut desertorem deorum exagitat contumeliis; ut intelligas ipsum in Constantinum Philippicas potius quam Constantini historiam conscripsisse.

(a) *Zosim. lib. 2.*

XIX. Cur Helena dicta concubina.

At undenam apud nonnullos antiquos historicos vel alios manasse potuit ejusmodi de Helena opinio, quod fuerit potius Constantii concubina, quam conjux? aperiam. Romanorum legibus cautum erat (quod testatur Papinianus (b) J. C.) ut si Præfectus cohortis, vel equitum, aut Tribunus contra interdictum uxorem duceret in ea provincia, in qua officium gerebat, matrimonium non esset, cum ratio potentatus (ut ait) ejusmodi nuptias prohiberet. Quam ob causam sic acceptam Helenam a Constantio putarint potius concubinam, quam conjugem. Sed quid Paulus (c) J. C. respondit? Si post depositum officium ejusmodi in eadem voluntate perseveret, justas nuptias effici. Quid huic simile scripsit Ulpianus (d), legem

(b) *l. Præf. ff. de ritu nuptiarum.*

(c) *l. eos qui ff. eod.* (d) *l. si quis in Senatorio ff. eod.*

Papiam interpretatus; qua cum Senatores vetiti essent in uxorem ducere libertinam; si tamen duxisset; *quamvis* (inquit) *uxor ejus non sit; tamen ea conditione, si desierit esse Senator, tunc uxor ejus esse incipiet.* Talis namque fuisse videtur causa Helenæ cum Constantio, ut sic eam duxerit, ut cum a provincia discessisset ac magistratum deposuisset, vere conjux esset, ac matrimonium ratum; quod quidem declaravit eventus; nam quam semel accepisset, numquam dimisit usque ad nuptias Theodoræ, cum Maximianus Imperator coegit (quod dictum est superius) dare Helenæ priori conjugi libellum repudii.

XX.

Confutatis igitur de natalibus Constantini Græcorum figmentis, explosa simul & illorum sententia, qui dixerunt, Helenam non uxorem, sed concubinam adhæsisse Constantio; reliquum est, ut de ejusdem Helenæ genere pauca dicamus. Eutropius (e) cum affirmet eam conjugem fuisse Constantii, obscuro tamen loco natam testari videtur, dum ait: *Constantinus ex obscuriori matrimonio ejus filius in Britannia creatus est Imperator.* Sed quis est qui neget, respectu clarissimarum nuptiarum, quas postea cum Theodora filia Imperatoris contraxit, quibus & Imperium consecutus est, obscurius dici debere prius conjugium Constantii cum Helena, ex quo natus est Constantinus? Scimus S. Ambrosii (f) testimonio fuisse eamdem Helenam, Stabulariam nominatam; nam ait: *Stabulariam hanc primo fuisse, asserunt, sic cognitam Constantio Seniori qui postea regnum adeptus est.* Sed eo plane nomine vulgo dicta, quod hospitis, apud quem divertit Constantius in Britannia, filia fuisset. Sed qualis hospitis, qui ducem totius exercitus domi exciperet? certe haud infimi ordinis inter Britannos, & mediocrium

(e) *Eutrop. lib. 1. in prine.*

(f) *Amb. orat. in fun. Theod.*

Helena cur stabularia dicta.

PAGIUS *vembris*, id est, XXVII. Octobris, Imperator Romæ appellatus est, & teste eodem Lactantio cap. 25. & seq. Galerius Maximianus Maxentium Imperatorem dictum non accepit, nisi postquam Severum Augustum & Constantinum Cæsarem appellavit.

XIII. *Id magis explicatur.*

Insuper cum *Constantinus*, ubi die XXV. Julii, seu VIII. Kal. Aug. patri successit, statim laureatam imaginem suam ad Galerium Maximianum Aug. miserit, non dubium, quin ante diem XXVII. Octobris Cæsar a Galerio Maximiano appellatus fuerit. Hanc enim nuncupationem post tres menses dilatam fuisse nullo modo verosimile. Lactantius citatus cap. 44. ait: *Imminebat dies, quo Maxentius Imperium sepevat, qui est ad VI. Kalendas Novembris, & Quinquennalia terminabantur*, quæ solennia die Imperii natali celebrari mos erat. In veteri quidem Kalendario Constantio imperante scripto, ad V. Kalend. Novembris habetur, EVICTIO TYRANNI, ad IV. vero ejusdem mensis, ADVENT. DIVI; sed hæc verba non de Maxentio & Constantino, sed de Licinio & Constantino intelligenda, ut ex Libello de Præfectis Urbi manifestum fit. In eo enim ad annum Christi CCCXII. dicitur, *V. Idus Februar.* Aradium Rufinum Præfectum Urbi creatum esse, & *VI. Kalend. Novemb.* Annium Anulinum. Quare VI. *Kalend. Novemb.* Maxentius devictus, & alter Urbi Præfectus a Constantino renuntiatus. Neque aliter locus ille, quem anno CCCXII. num. I. integrum referam, explicandus. Falluntur ergo quicumque verba laudata Kalendarii Constantiani de *Maxentio* interpretanda volunt.

XIV. *Plures Natales Constantino tribuuntur.*

Sed cum plures *Natales* Constantino M. attribuantur, paululum in illis immorandum. Et quidem cum *Constantio* patri octavo Kalendas Augusti præsentis anni successisse, post librum Lactantii de Mortibus Persecutorum in lucem editum, inter omnes convenire debet; cum ex illo constet, *Constantinum* ante patris obitum Cæsarem non fuisse. Tota itaque difficultas est de aliis Natalibus in variis Kalendariis, & qui-

erium facultatum; sed par est credere (ut evenire solet in hospitalibus militaribus) qui in civitate nobiliores ac ditiores sunt; eos qui digniores pariter militiæ ducunt ordines hospitari solere.

XXI. Helena Reguli filia.

Quamobrem qui antiquas res Britannicas sunt prosecuti (quod compertum habuerunt ex antiquis Annalibus) Helenam filiam fuisse tradunt unius ex Britanniæ Regulis Coel nomine, apud quem (ut dictum est) Constatius hospitatus, quam pulcherrimam novit, ejus filiam. Helenam accepit in conjugem; obscurumque existimatum est ejusmodi conjugium, quod cum externa, barbara, & non Romana fœmina contractum esset a tanto viro, ab ipso scilicet nepote Claudii Imperatoris, & Romani exercitus in Britannia duce; sed & obscurius sane redditum, cum creatus est Imperator, & una cum Imperio Theodoram accepit uxorem. Cum igitur, ut accidit iis qui temporibus & felicioribus rebus inserviunt, in posteriorem conjugem eamdemque Augustam omnes converterent oculos; vilis admodum & abjecta visa est illa prior, quæ jussu Herculii Imperatoris repudiata fuisset, ac proinde contemptus gratia, Stabularia nominata; sicut & Galerius Maximianus, qui eodem tempore imperavit ob humile genus vulgo Armentarius dicebatur. At de Helena modo hactenus; ex qua Constantium genuisse alium filium, vel filiam præter Constantinum, memoria

Filii Constantii Imp.

nulla est. Ex Theodora autem Augusta complures suscepit liberos, nempe Constantium, qui pater fuit Galli, & Juliani, Dalmatium, Annibalium parentem Dalmatii Junioris, sive Dalmatiani, addunt aliqui alium Constantinum; filias vero Constantiam, quæ postea Licinio Imperatori nupsit, Eutropiam conjugem Nepotiani, & (ut putant alii) Anastasiam. Quibus omnibus posthabitis, Constantinum Helena genitum Imperii reliquit hæredem.

Postquam autem res in Britannia gestæ, essent Romam perlatæ, & *novi Imperatoris Constantini imago Romæ ex more* (inquit Zosimus *a*) *esset exhibita: Maxentius Maximiani Herculii filius, non tolerandum ratus, Constantino quidem ex animi sententia rem succedere, qui muliere non matrona genitus esset, se vero talis Imperatoris filium defidem hærere domi, aliis paternum Imperium obtinentibus, adjunctis sibi conatus hujus administris Marcelliano & Marcello Tribunis militum, & Luciano stillæ carnis præbitore, quam Fiscus populo Romano largiebatur, & aulicis præterea militibus quos Prætorianos vocant, in regium ab illis solium collocatus est, magnis se vicissim muneribus affecturum pollicitus eos, a quibus hoc consecutus esset:* Ita Zosimus. Facta autem hæc sunt a Maxentio hoc anno octavo Kalendas Octobris. Maxentius vero licet ut Maximiani Herculii filius educatus esset, atque in virum crevisset; tamen non vere ex illo natum, sed plane terræ filium ab Eutropia illius uxore esse suppositum (*b*), creditum fuit; quod videtur etiam apud Maximianum fidem invenisse, ac propterea cum se abdicasset, in successione Imperii prætulisse illi Constantium.

XXII.

(a) *Zosim. hist. lib. 2.* Maxentius infensus Constantino.

(b) *Victor in Maximiano, & alii.*

Sed quod re vera non esset vel haberetur ut filius, sed extraneus, illud evidens argumentum est, dum idem Maximianus Augustus tradens illi filiam in uxorem, sibi ipsum generum copulavit: latuit hoc quidem antiquos atque recentiores historicos omnes, quod antiquum numisma detexit haud pridem inventum: asservatur Romæ apud Lælium Pasqualinum in suo prædivite rerum antiquarum prom-

XXIII. Maxentius generat Maximiani.

PAGIUS quidem antiquissimis memoratis. Primum est Kalendarium *Hervvarti*, seu ab Hervvarto publicatum, quod Petavius in suum Uranologium inseruit. Secundum, Kalendarium *Philocali*, sic a Furio Dionysio Philocalo possessore, cujus nomen ejus initio legitur, vocatum, quod Bucherius in lib. de Doct. Temp. publicavit. Tertium est Kalendarium a *Lambecio* in Tomo IV. Bibliothecæ Cæsareæ publici juris factum. Quæ tria Kalendaria inter se non diversa, sed e diversis MSS. eruta, & Constantio Constantini M. filio imperante scripta, ut apparet ex iis, quæ initio Kalendarii Philocali de Cæsarum creatione dicuntur; ibi enim Natalis Constantii his verbis exprimitur: *Dn. Constantii VII. Idus Augusti.* Ubi Constantius *Dominus* vocatur, non Divus, quia cum hæc Auctor scriberet anno Christi CCCLIV. adhuc ille vivebat, ut Bucherio observatum. Quartum denique Kalendarium est *Polemii Sylvii*, cujus Fragmentum exhibet Bollandus in Præfatione ad mensem Januarium pag. 43. ubi & ex eodem Kalendario ostendit, illud *Asterio Consule*, anno nempe Christi quadringentesimo quadragesimo nono, promulgatum fuisse. In eo sunt aliqua magni momenti, quæ in tribus præcedentibus non leguntur. In *iis* tribus tres alii *Natales* Constantini habentur. III. Kalend. Martii in illis legitur: *Natalis Divi Constantini C M. XXIIII.* id est, *centum missus.* Idem Natalis in Laterculo Sylvii reperitur. Pridie Kalend. Aprilis in Kalendario tam Herwarti quam Lambecii scriptum est: *N. Divi Constantini CM. XXIIII.* In Laterculo vero Sylvii: *Natalis Constantini. Circenses.* Denique VII. Idus Augusti in Laterculo Sylvii habetur: *Natalis Constantini junioris*; cum tamen tam in Kalendario Lambeciano, quam Herwartiano scriptum sit, N. CONSTANTII. CM. XXIIII. & quidem rectius. Constantii enim, qui tum imperabat, Natalis genuinus non videtur omissus.

XV. *De unico tantum difficultas.*

Solum itaque difficultas de Natali Constantini III. Kalend. Martii illigato, & de altero ejusdem Principis, qui pridie Kalendas Aprilis annotatur. Neuter certe nec Natali Imperii Cæsarei Constantini a tempore, quo Cæsar a Galerio appellatus est, nec Natali Imperii ejus Augustei, ei sc. quo ab Herculio Augustus nuncupatus est, convenire potest. Alterutrum tamen ad Natalem genuinum *Constantini M.* referendum esse non videtur dubitandi locus. Unicum ergo

Natale

ptuario; ipſum igitur formis excuſum hic tibi integrum reddendum curavimus; quod ſi majoribus compertum fuiſſet, eum non Maximiani vel putativum dixiſſent ſuppoſitum ab Eutropia filium, ſed genuinum nominaſſent.

Ejuſmodi igitur egregio in lucem edito abdito hactenus monumento, jam ceptam hiſtoriam proſequamur.

XXIV. Cum autem ſciſſet Conſtantinus Maxentium Romæ Imperium occupaſſe, quæſivit cum eo res componere, habereque ſocium atque collegam; ſed recuſavit ille: id quidem teſtatur Nazarius (*a*), dum ejus conſilii rationem affert, ſic dicens: *Quin extorques animo tuo conveniendi ſtudium, & concordiæ voluntatem? ſi concordiam quam veniam appellari fas eſt, cum qui poteſt vincere, optat ignoſcere. Et non dubito, quin hanc rationem cæleſtis prudentia tua duxerit, quod coniunctione ſua flagrantiſſimas hominis cupiditates vel extingueret penitus, vel modice temperaret. Nulla quippe eſt libido tam vecors, quam non capiat* (vincat ſcilicet) *cum in conſortium temperantia venerit. Deiicit oculos deformis ignavia, ubi ei pulchritudo virtutis objecta eſt; tergiverſari atque hærere petulantiam videas gravitate, modeſtia, & decore confuſam; ut appareat te, Imperator optime, concordia imperanda non illi impunitatem vexandæ Urbis daturum, ſed leniorem petiiſſe victoriam, cum malles vitia ejus quam arma ſuperare. Sed profecto nulla vi poſſunt coire, quæ naturali divortio diſſident; nec ulla tam fidelis eſt copula, quæ in diverſum tendentia nexu ſuo teneat. Perpendit ſcilicet tecum excellens prudentia tua, eique ſemper pietas applicata, omnes concordiæ commoditates; illam eſſe fundamentum & radicem otii, bonorum civium ſeminarium, quietis publicæ ſegetem, & almam pacis altricem. Sed o quam æger eſt ad honeſtatem recurſus his qui gradum ex nequitia protulerunt! Vocas ad ſocietatem; appetitum tuum refugit, adverſatur, horreſcit; nihil ſibi putat tecum commune, quia nihil eſt ſimile:* Hæc Nazarius.

(*a*) Nazar. in Paneg. Conſtant.

Conſtantinus qualis erga maxentium.

XXV. Maxentius ſe ſimulat Chriſtianum.

Maxentius autem ut ſibi omni ex parte Imperium ſtabiliret, conciliaretque animos; ne quos haberet ſibi adverſantes, Conſtantino vero faventes: ſciens Chriſtianos quibus tum Urbs ipſa, tum etiam Provinciæ confertæ eſſent, erga Conſtantinum eſſe propenſiores; ſtuduit animos horum omnium officiis demereri, ac beneficiis devincire; uſque adeo, ut Chriſtianam religionem ſe ſuſcepturum, illos demulcens, veteratorie ſimularet: quod Euſebius (*a*) teſtatur his verbis: *Hujus*, nempe Maximiani, *filius Maxentius, qui Romæ tyrannidem occupare inſtituit, in ipſo Imperii ſui ingreſſu fidem noſtram ſe complecti, quo populo Romano placeret, eumque blanditiis deliniret & aſſentatione, callide ſimulavit, & ea de re illis, qui ejus parebant Imperio, in mandatis dedit, ut perſecutionem contra Chriſtianos remitterent; tantamque pietatis ſpeciem præſetulit, ut humanus & valde manſuetus præ illis, qui Imperium ante tenuiſſent, cuique videretur:* Ita Euſebius.

(*a*) Euſeb. l. 8. c. 16.

Maxentius bene meretur de Chriſtianis.

XXVI. Ad hæc quoque ſpectare videtur, quod apud S. Auguſtinum (*b*) ſcribitur, Melchiadem hoc tempore Romanum presbyterum, poſtea Papam, miſiſſe Stratonem diaconum una cum aliis, acceptis litteris Maxentii Imperatoris, atque Præfecti Prætorio, ad Præfectum Urbis, ut ab eo loca reciperet, quæ perſecutionis violentia abſtuliſſet. Hæc enim ex quibuſdam Actis recitarunt Donatiſtæ, conantes Melchiadi crimen traditionis impingere: ait autem de Donatiſtis (*c*): *Adhuc dies erat, quando volentes deſtruere judicium Romani Epiſcopi Melchiadis, quo purgatus & abſolutus eſt Cæcilianus, etiam ipſum Melchiadem Traditorem fuiſſe dixerunt. Cujus criminationis cum ab eis eſſet exacta probatio, Geſta prolixiſſima recitarunt, ubi Melchiadis nomen, quod aliquid tradiderit, non fuit: & recitaverunt etiam alia Geſta, ubi Melchiadem legebatur miſiſſe diaconos cum litteris Maxentii Imp. & Præfecti Prætorio ad Præfectum Urbis, ut reciperet loca, quæ fuerant a Chriſtianis tempore perſecutionis ablata. Ubi cum Melchiadis crimen penitus nullum appareret; dixerunt ſuperioribus traditionis Geſtis Traditorem Stratonem fuiſſe recitatum.* Sicque ex hoc quoque ipſorum calumnia in Melchiadem confutata eſt. Redditam etiam fuiſſe Africanæ Eccleſiæ pacem per Maxentium Imperatorem, Optatus pariter teſtatur, qui ait (*d*); *Tempeſtas perſecutionis peracta & definita eſt; jubente Deo, indulgentiam mittente Maxentio, Chriſtianis libertas eſt reſtituta:* Hæc ipſe.

(*b*) Aug. in Brevic. diei ter. 18.

(*c*) Aug. lib. ad Donat. poſt. Col. c. 12. in fin. & c. 13.

(*d*) Optat. lib. 1 cont. Parmenian.

Cæterum Euſebius (*e*) affirmat, Occidentales oras, atque ipſam Africam & Mauritaniam a perſecutione quieviſſe, non quidem Maxentii indulgentia, qui nondum Imperium invaſerat, ſed abdicatione Maximiani, cum in locum ejus ſucceſſit Conſtantius de Chriſtianis optime meritus; adeout nec biennio integro (ut ait) eædem provinciæ fuerint perſecutione illa vexatæ. Quamobrem, quod attinet ad indulgentiam tunc ab ipſo Maxentio in Africam miſſam, haud pertinuiſſe putamus ad ſopiendam perſecutionem in Chriſtianos excitatam, quæ jam ante biennium (ut dictum eſt) compreſſa fuerat; ſed potius ipſum remiſiſſe ea indulgentia iras, quibus hactenus haud leviter ſæviebat in Africanos: nam Zoſimus (*f*) auctor eſt, Maxentium in Africanos milites primum ſuccenſuiſſe, quod perlatam in Africam ejus imaginem prohibuerint circumferri; & quod inſuper Alexandro faviſſent, qui ex Præfecto Prætorio Imperatoriam quoque purpuram induiſſet: *Quo per Voluſianum extincto* (inquit Zoſimus) *quotquot in Africa, vel genere, vel opibus præſtabant, veluti Alexandri partium ſectatores deferendi; nec ullis omnino parcebatur, dum alii necarentur, alii facultates ſuas amitterent; quin & Romæ triumphatum eſt ob perpetrata Carthagine mala.* Sed & Panegyricis quoque Conſtantino dictis, ſæviſſe in Africanos Maxentium, diſerte narratur. Indulgentia igitur a Maxentio in Africam miſſa poſt patrata quamplurima mala, ut tandem a rapina, & gladio ceſſaretur, effectum

(*e*) Euſeb. lib. 8. c. 25. in fin. Africana quies unde.

(*f*) Zoſim. hiſt. l. 2.

PAGIUS Natale reſtat, quod Conſtantino Juniori Conſtantini M. filio tribuendum eſſe exiſtimo. Obſtat quidem nomen *Divi*; *Conſtantinus* enim Junior inter Deos relatus non eſt, ſicut tam Conſtantius, quam Conſtantinus M. ejus filius, qui apotheoſi honorati fuere. Sed vel illud epithetum *Conſtantino juniori* honoris ergo adſcriptum; vel in illa Kalendaria perperam intruſum; ſicut vidimus vocem *Junioris* Sylvii Laterculo male additam fuiſſe. Denique Natale, quod VIII. Kalend. Januarii in illis Kalendariis his verbis deſcribitur, N. INVICTI, id eſt, *Natale Invicti*, ad *Solem*, quem Romani ut Deum adorabant, referendum eſſe, indicant varia Numiſmata Imperatorum, in quorum averſa parte legitur: SOLI INVICTO, ut in illo Conſtantini M. a Cangio in *Conſtantinopoli Chriſtiana* recitato, in cujus poſtica legitur: SOLI INVICTO COMITI. Quæ inſcriptio frequens in Numiſmatis ejuſdem Imperatoris.

XVI. *Herculius hoc anno Imperium reſumſit.*

Ante hujus anni finem *Severus* in Italiam mitti non potuit, cum *Maxentius* die tantum viceſima ſeptima menſis Octobris Imperium Romæ arripuerit: Præſenti tamen anno *Severum* Auguſtum nuncupatum fuiſſe, idque antequam *Maxentius* purpuram ſumeret, ex dictis manifeſtum redditur, & indicat Conſulatus ſuffectus anno inſequenti juxta primam Conſulatuum Cæſareorum regulam geſtus. Currenti etiam anno *Maximianus Herculius*, qui poſt depoſitum Imperium in Lucania morabatur, a Maxentio filio, dum is in Campania eſſet, Romam vocatus eſt, ab eoque iterum Auguſtus nuncupatus, ut jam ex Lactantio diximus; quod præſenti anno factum, non tantum ex laudatis Lactantii verbis, ſed etiam ex ejus Conſulatu ordinario anno ſequenti juxta primam Conſulatuum Cæſareorum regulam aſſumto colligitur. Non potuit *Galerio Maximiano* non grave accidere, quod Herculius a *Maxentio* filio rurſus Imperator dictus eſſet; ejus tamen nuncupationem eidem tandem probatam ex eo deduco, quod anno ſequenti *Maximianus Herculius* Faſtis nomen dederit, & Galerius Maximianus in Numis apud Mediobarbum pag. 443. dicatur: IMP. MAXIMIANUS JUNIOR AUG. Nam, ut ait Auctor Panegyrici Maximiano Herculio & Conſtantino anno ſequenti dicti num. 3. *ſenior Auguſtus*, qualis in Nummis Herculius, poſt reſumtum Imperium appellatur, *majeſtate* præcedebat, *junior* eum ſequebatur. Herculium autem ſeniorem Imperatorem dictum fuiſſe liquet ex variis Nummis apud Mediobarbum pag. 435. inter quos is legitur: D. N. MAXIMIANO BEATISSIMO SEN. AUG.

Denique deceptus eſt Baronius, quando ſcripſit, *Maxentium* Maximiani Herculii generum fuiſſe, non vero filium. *Maxentius* enim filius fuit Herculii, ut non tantum teſtantur Eutropius, Victor de Cæſaribus, Zoſimus, Euſebius in Hiſtoria, Socrates, Anonymus Valeſianus & Auctor Chronici Alexandrini pag. 443. ſed etiam Lactantius lib. de Mortibus Perſecutorum ſupra a nobis citatus, qui & docet, *Maxentium* Galerii Maximiani generum fuiſſe, quemadmodum & Anonymus Valeſianus, quod confirmat Valeſius in Notis ex Victore in Epitome. Nummas itaque a Baronio recitatus, in quo legitur, IMP. MAXENTIUS DIVO MAXIMIANO SOCERO, cuſus eſt in honorem Galerii Maximiani, non vero in honorem Maximiani Herculii, ut putavit Baronius; ex eoque liquet, Galerium Maximianum inter Deos a Maxentio genero fuiſſe relatum. Apotheoſim vero Herculii a Maxentio filio peractam oſtendit hic Nummus apud Mediobarbum: DIVO MAXIMIANO PATRI MAXENTIUS AUG. F. Varia alia ibidem Numiſmata *Herculium* eo honore decoratum oſtendunt, ſed an a Maxentio, vel a Galerio Maximiano, clare non indicant. Ex laudato tamen Nummo manifeſtum eſt, eam apotheoſim *Maxentio*, non vero Galerio Maximiano attribuendam eſſe.

XVII. *Maxentius Herculii filius, & Galerii gener fuit.* Baron. n. XXXII.

Anno ſequenti *Alexander*, qui Præfecti Prætorii Africæ munere fungebantur, inquit Zoſimus, a militibus purpura indutus eſt. Alexandri meminere tam Victor de Cæſaribus, quam Victor in Epitome, quem annos quatuor imperaſſe liquet ex ejus Nummis Græcis apud Goltzium, in quibus quartus Imperii ejus annus legi-

XVIII. *Alexander tyrannidem arripit.* Baron. n. XXVIII.

cum est: & eo tantum modo respexit Christianos, quod eis sicut cæteris intercepta civili bello libertas (ut ait) fuerit restituta.

Quo tempore factum est, concessa Ecclesiis ubique pace, ut Carthaginem convenirent Episcopi, atque in locum defuncti Mensurii ordinaret Cæcilianum diaconum Episcopum Carthaginensem. Quod indigne ferentes qui ambitionis ardore flagrabant, ingens illud ac immane schisma conflarunt, quod postea a Donato nomen accepit. Hæc autem quomodo se habuerint, Optatus (*a*) Milevitanus fideliter narrat his verbis: *Botrus & Cælesius* (*ut dicitur*) *apud Carthaginem ordinari cupientes, operam dederunt, ut absentibus Numidis, soli vicini Episcopi peterentur, qui ordinationem apud Carthaginem celebrarent. Tunc suffragio totus populi Cæcilianus eligitur, & manus imponente Felice Aptungitano Episcopo, ordinatur: Botrus, & Cælesius de spe sua dejecti sunt. Brevis auri, & argenti fedenti Cæciliano, sicut delegatum a Mensurio fuerat, traditur, adhibitis testibus.* Erat hæc schedula, qua conscripta habebantur vasa cuncta auri, & argenti; quæ, ne raperent persecutores, Mensurius prædecessor senioribus commendaverat, relicto illorum indice, quod Commemoratorium vocat, cuidam fideli aniculæ. Creato igitur Cæciliano Episcopo, scriptum illud eidem Cæciliano, ut Mensurius jusserat, datur. Quid autem post hæc secutum sit, cum a presbyteris Cæcilianus depositum Ecclesiæ exigeret, idem Optatus rei gestæ narrationem prosequens tradit his verbis:

XXVIII. Cæcilianus eligitur episcopus Carthaginensis.

(*a*) Optat. lib. contra Parmen.

Convocantur supra memorati seniores, qui faucibus avaritiæ commendatam ebiberant prædam. Cum reddere cogerentur, subduxerunt communioni plebem. Non minus, & ambitores, quibus & ordinari non contigit (*nempe Botrus, & Cælesius*) *necnon & Lucilla, quæ jamdudum ferre non potuit disciplinam, cum omnibus suis potens factiosa fœmina communioni misceri noluit. Sic tribus convenientibus causis, & personis, factum est, ut malignitas haberet effectum. Schisma igitur illo tempore confusæ mulieris iracundia peperit, ambitus nutrivit, avaritia roboravit. Ab iis tribus personis contra Cæcilianum causæ conflictæ sunt, ut vitiosa ejus ordinatio diceretur. Ad secundum Tigisitanum missum est* (*erat is Primas Numidiæ, de quo multa superius*) *ut Carthaginem veniretur: proficiscuntur omnes supra memorati Traditores* (*nempe Donatus Masculitanus, Victor Russicadiensis, Marinus ab Aquis Tibilitanis, Donatus Calamensis, Purpurius Limatensis, Menalus, & alii plures, omnes Episcopi*) *suscepti hospitio ab avaris, ab ambitoribus, ab iratis, non a Catholicis, quorum petitione Cæcilianus fuerat ordinatus. Interea ad basilicam, ubi cum Cæciliano tota civitas in frequentia fuerat, nullus de supradictis accessit. Tunc a Cæciliano mandatum est: Si est quod in me probetur; exeat accusator, & probet. Illo tempore a tot inimicis nihil in illum potuit confingi; sed de ordinatore suo, quod ab iis falso Traditor diceretur, meruit infamari. Iterum a Cæciliano mandatum est, ut si Felix in se* (*sicut illi arbitrabantur*) *nihil contulisset, ipsi tamquam*

XXIX. Schismatis Donatistarum origo.

PAGIUS

legitur. Debellatus est autem a *Maxentio* anno trecentesimo undecimo, qui anno insequenti propter illam victoriam triumphavit, & Christianis libertatem in Africa restituit, ut mox explicabimus.

XIX. *Initium schismatis Donatistarum.*

A num. XXVIII. ad XXXVIII. Cum *Maxentius* nonnisi post devictum *Alexandrum* Tyrannum in Africa regnaverit, schisma Donatistarum ante annum CCCXI. non contigit, ut docte animadvertit Valesius in Dissertatione de Schismate Donatistarum. Originem schismatis ab ordinatione *Majorini* esse repetendam, docent Optatus & Augustinus. Sed promotio *Cæciliani* & schisma *Majorini* ad præsentem annum non pertinent, ut putavit Baronius. Nec hæc Eusebii verba lib. 8. cap. 16. *Hujus* (nempe Herculii Maximiani) *filius Maxentius principio quidem Fidei nostræ professionem simulavit, ut in eo morem gereret, blandireturque populo Romano. Itaque subditis suis præcepit, ut a persecutione Christianorum desisterent*, connexionem ullam habent cum istis verbis Optati lib. I. *Tempestas persecutionis peracta & definita est. Jubente Deo, indulgentiam mittente Maxentio, Christianis libertas est restituta. Botrus & Celeusius, ut dicitur, ordinari cupientes*, &c. Nam Eusebii verba respiciunt initium Imperatoris Maxentii in Italia; Optatus vero sermonem habet de indulgentia, quam Maxentius in Africam misit post Alexandrum Tyrannum interfectum. Et quo pacto Maxentius hoc anno indulgentiam, id est, edictum de libertate Christianorum misisset in Africam, cum post Severi Cæsaris, cui Africa parebat, necem, quæ anno sequenti accidit, *Maxentii* imagines Carthaginenses admittere noluerint, ut testatur Zosimus lib. II. Quo comperto, *Maxentius* dolo agendum ratus, scripsit ad *Alexandrum*, qui tunc Præfecti Prætorio in Africa vicem gerebat, mandans, ut quoniam totius Italiæ Imperio jam sine controversia potiebatur, ipse quoque partibus suis adjungeretur. Hoc cum *Alexander* facere recusasset, *Maxentius* missis quibusdam militibus, interficere eum conatus est. Sed detectis insidiis, milites, qui in Africa erant, Alexandrum Imperatorem creaverunt. Quare anno tantum sequenti, aut forte anno CCCVIII. *Alexander* Augustus appellatus. Addit Zosimus: *Maxentius occasionem belli adversus Constantinum quærere cœpit; infensus ergo illum, ut præ se ferebat, eo quod patri suo Maximiano Herculio causam mortis præbuisset. Itaque in Rhætias cum exercitu progredi jam parabat, sperans se Dalmatiam & Illyricum, omnesque Licinii copias facile ad partes suas traducturum. Hæc in animo habens ante omnia res Africanas componere decrevit. Quare coactis copiis*

quam adhuc diaconum ordinarent Cæcilianum. Tunc Purpurius solita malitia fretus, quasi, & Cæcilianus filius sororis ejus esset (*quem occiderat*) *sic ait: Exeat huc, quasi imponatur illi manus in Episcopatu, & quasi tur illi caput de pœnitentia. His rebus compertis, tota Ecclesia Cæcilianum retinuit, ne se latronibus tradidisset:* Hæc Optatus.

XXX. Pravus sensus Donatistarum.

Porro hunc ipsum locum Optati, quod Cæcilianus non excusasset Felicem Aptungitanum ordinatorem suum, sed dixerit: Si ille nihil contulisset, ipsi venirent, & se tamquam adhuc diaconum ordinarent Episcopum: hæc, inquam, a Cæciliano sic dicta posteriores Donatistæ arripientes, in Cæcilianum ipsum converterunt, quasi ejus confessione constaret, ordinatum fuisse a Traditore; ut S. Augustinus (*a*) de eisdem testatur, sic dicens: *Dixerunt etiam, scripsisse Optatum, quod Cæcilianus dixerit: Si Traditores sunt qui me ordinaverunt; ipsi veniant, & ordinent me. Quod quidem si dictum est, ita dici potuit ad illos irridendos, quibus hoc mandasse perhibetur, quoniam certus erat, ordinatores suos non esse Traditores. Non enim ait:* Quia Traditores sunt; *sed:* si Traditores sunt; *ut innocentia eorum probanda restaret, ubi probari recte potuisset.*

(*a*) August. in Brevic. Collat. die 3. c. 16.

XXXI.

Quod vero Cæcilianus, non vocatis Numidis Episcopis longe positis, sed ab his qui proximi essent, ordinari voluisset; idem S. Augustinus (*b*) agens contra eosdem Donatistas hæc eadem in Cæcilianum objicientes, sic asserit: *Quod non expectaverit Cæcilianus, ut princeps a principe ordinaretur* (nempe Primas provinciæ Africæ a Primate Numidiæ Secundo Tigisitano) *cum aliud habeat Ecclesiæ Catholicæ consuetudo, ut non Numidiæ, sed propinquiores Episcopi Episcopum Ecclesiæ Carthaginensis ordinent; sicut nec Romanæ Ecclesiæ ordinat aliquis Episcopus Metropolitanus, sed de proximo Ostiensis Episcopus. Hoc autem dicentes de sua consuetudine, quam nescio quando instituerunt, Ecclesiæ Catholicæ præjudicare conabantur: quæ consuetudo si antiqua esset, hoc ipsum objecissent Cæciliano, quando eum absentem damnaverunt:* Hæc Augustinus. Porro ut principaliorum sedium Episcopi non ordinarentur a Primatibus aliis, vel Archiepiscopis, sed a vicinioribus, in Oriente quoque statutum videmus, cum Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopum ordinare soleret qui illi propinquior esset, Episcopus Heracleæ. Sed de his alias.

(*b*) Ibid. paulo sup.

Vetus consuetudo in ordinando Episcopo Carthag.

Quomodo autem schismatici, qui adversum Cæcilianum Carthagine convenerant, seorsum ab eo coeuntes, adversus eum creaverint pseudo-Episcopum Majorinum, idem (*c*) Optatus rem gestam prosequitur his verbis: *Illo tempore aut reus debebat expelli, aut communicari debuit innocenti; conferta erat Ecclesia populis plena; erat cathedra Episcopalis, erat altare loco suo, in quo pacifici Episcopi retro temporis obtulerunt, Cyprianus, Lucianus, & cæteri. Sic exitum est foras; & altare contra altare erectum est, & ordinatio illicite celebrata est: & Majorinus, qui lector in Diaconio Cæciliani fuerat, domesticus Lucillæ, ipsa sic fra-*

XXXII.

(*c*) Optat. contra Parmen. lib. I. Majorinus pseudo-episcop. Carthag.

PAGIUS

piis Rufium Volusianum Præfectum Prætorio cum Duce Zena in Africam mittit: a quibus Alexander primo prælio victus, interfectus est. Paulo post Zosimus scribit: *Bello in hunc modum finito, latus calumniatoribus apertus est campus, omnes prope dixerim, quotquot in Africa vel genere vel opibus præstabant, vel ut Alexandri partium fectatores deferendi: nec ullis omnino parcebatur, dum alii necarentur, alii facultatem suam amitterent. Quin & Roma triumphatum est ob perpetratæ Carthagine malæ.* Hæc Zosimus.

XX. *Schisma post Maxentii triumphum cœpit.*

Triumphus ille *Maxentii* anno CCCXII. ductus, ut ejus Quinquennalia in eum annum dilata manifestum faciunt. Triumphi enim de more cum Quinquennalibus & id genus festis copulati, nisi ad triumphandum Imperatores Consulatum sumerent. Quare cum anno CCCXI. Maxentius Consul non processerit, ejus triumphus anno insequenti actus. Præterea ex dictis apparet, *Alexandrum* ante mortem Severi Cæsaris & finem anni CCCVII. purpuram non induisse, & quatuor annos imperasse; ideoque interitus ejus anno CCCXI. contigit. Ad hæc, ex libello de Præfectis Urbi discimus, *Rufium* seu Rufinum Volusianum mense Septembri anni Christi CCCXI. Consulem ordinarium processisse. Ex quo colligimus, eo anno *Alexandrum* occisum, Maxentiumque Africa potitum esse, qui ob operam fortiter a Rufio seu Rufo, ut eum vocat Victor de Cæsaribus, navatam ad Consularem dignitatem illum evexit. Anno itaque CCCXII. sui triumphi occasione indulgentiam in Africam Maxentius misit, contigitque quod scribit Optatus lib. I. *Tempestas persecutionis peracta & definita est. Jubente Deo, indulgentiam mittente Maxentio, Christianis libertas est restituta. Botrus & Celeusius, ut dicitur, ordinari cupientes* &c. Annis quibus Quinquennalia & id genus festa celebrata, triumphique ducti, reis venia de more data, & Christianis libertas Religionis restitui solita, ut in Dissertatione Hypatica ostendi.

XXI. *Maxentius religionem in Africa restituit.*

Baronius anno CCXCIX. refert Severi Imperatoris Numisma, in quo visitur Severus, & circum hæc verba leguntur: SEVERUS PIUS AUG. P. M. TR. P. XI. a tergo expressa est Carthaginensium Dea *Cælestis* dicta, vehente leone, ad cœlum commeans, & circum hæc verba: INDULGENTIA AUGG. id est, Severi & Caracallæ. Severus anno CCIII. Decennalia celebravit, ac triumphum de Parthis exhibuit, & utriusque festivitatis occasione indulgentiam, ut vocabant, in Africam misit. Mitto alia exempla, quæ passim occurrunt. Ex quibus inferre licet, indulgentiam, de qua Optatus citatus loquitur, quæ aliud non erat quam libertas Religionis, in Africam missam eo anno, quo Maxentius triumphavit, Christi scilicet

fraganto, Epiſcopus ordinatus eſt a Traditoribus, qui in Concilio Numidiæ (ut ſuperius diximus) crimina ſua confeſſi ſunt, & indulgentiam ſibi invicem tribuerunt. Manifeſtum eſt ergo exiiſſe de Eccleſia & ordinatores qui tradiderunt, & Majorinum qui ordinatus eſt. Interea de ſuorum criminum fonte, qui apud eos multorum flagitiorum venis exuberaverat, unum traditionis convicium in ordinatorem Cæciliani derivandum eſſe putaverunt; providentes, quod fama duas res ſimiles uno tempore loqui non poſſent: Ut crimina in ſilentium mitterent ſua, vitam infamare conati ſunt alienam; & cum poſſent ipſi ab innocentibus argui, innocentes arguere ſtuduerunt; mittentes ubique litteras, Liliore dictante, conſcriptas, quas inter cæteros Actus habemus in poſterum. Adhuc Carthagine poſiti præceſſerunt ſe epiſtolis ſuis, ut rumoribus falſis cunctorum auribus inſererent mendacium, ſparſa fama per populos. Et dum de uno celebrata ſunt falſa, ſupradictorum veriſſima crimina ſub ſilentio latuerunt. Frequenter ſolet erubeſci de crimine; ſed illo tempore non fuit cui erubeſceretur; quia præter paucos Catholicos peccaverant univerſi; & quod imago fuerat innocentiæ, inter multos nefas admiſſum: parvum erat traditionis facinus, quod per Donatum Maſculitanum & cæteros ſupradictos conſtabat admiſſum; etiam ingens flagitium ſchiſmatis traditioni junxerunt. Vides ergo, Parmeniane, hæc duo crimina tam mala, tam gravia, traditionis & ſchiſmatis, ad tuos principes pertinere: Hucuſque Optatus.

XXXIII. Ex Optato redarguti Donatiſtæ.

Eadem quoque omnia Auguſtinus ipſe commemorat, pauciſque perſtringit, ſic dicens (*a*): *Legant qui volunt, quæ narret, & quibus documentis quam multa perſuadeat venerabilis memoriæ Milevitanus Epiſcopus Catholicæ communionis Optatus, ſive de Lucilla pecuniоſiſſima tunc, & factioſiſſima fœmina, quam pro Eccleſiæ diſciplina ſanctus Cæcilianus adhuc diaconus læſerat; vel de cæteris factioſis ejus conſortibus, ſive furibus Eccleſiaſtici argenti, ſive ad Epiſcopatum ſe non pervenиſſe dolentibus, & ſibi prælatum Cæcilianum, inſidiis quibus poterant, infectantibus, ſive de Numidis Epiſcopis, quos iſta factio conſecraverat ad perniciem Cæciliani, ut illo depoſito, alter eis ordinaretur: qui venientes cum Primate ſuo tunc Secundo Tigiſitano, & aliis quibus traditionis confeſſa crimina Secundus ipſe donaverat, veluti paci conſulens (ſicut Eccleſiaſtica Geſta teſtantur) abſentem Cæcilianum ſine ulla dilatione diligentioris inquiſitionis, nullo reſponſionis loco ſervato, Traditorem eſſe cenſuerunt, ut ei videlicet obeſſent abſenti traditionis crimina tantummodo objecta, cum ſibimetipſis præſentes confeſſa donaverint*: Hæc Auguſtinus.

(*a*) *Aug. contra Parmen. l. 1. c. 3.*

XXXIV. Donatiſtarum origo.

Ad hæc igitur tam enormia principia ſchiſmatis ſæpius oportuit provocare Donatiſtas, ut videntes e quam turpiſſima cloaca defluxerint, obmutеſcerent; nam & ipſe quoque Optatus ſuperius Parmenianum compellans, ex iiſdem principiis docet

PAGIUS licet CCCXII. ideoque & eodem anno ſchiſma Donatiſtarum inchoatum eſſe.

XXII. *Schiſma ſedente Melchiade inchoatum.*

Baronius, ut ſchiſma illud hoc anno cœpiſſe oſtendat, utitur auctoritate Divi Auguſtini, quem ait, in Breviculo Collationis diei III. cap. 18. & libro poſt Collationem cap. 13. affirmare, *Melchiadem* (hoc tempore Romanum Presbyterum, poſtea Pontificem, inquit Baronius ex Auguſtino, ut ſupponit) miſiſſe *Stratonem* Diaconum una cum literis Maxentii Imperatoris & Præfecti Prætorio, ad Præfectum Urbis, ut reciperent loca, quæ fuerant a Chriſtianis tempore perſecutionis ablata. Eadem Auguſtini verba citat Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum die XVII. Kalendis Februarii, quo S. Marcellus Papa colitur, ſed pariter interpolata; ait enim: *Melchiades tunc Romanus Presbyter miſit Diacones cum literis Maxentii*, &c. Verum Auguſtinus nullo modo dicit, Melchiadem fuiſſe tunc Presbyterum. Imo Melchiades Epiſcopi fungitur muneribus in eo Breviculo, quod patet ex ſequentibus Auguſtini verbis; ait enim, *Donatiſtas ex Actis oſtendere conatos fuiſſe, Stratonem Diaconum, quem cum aliis ad recipienda loca Eccleſiaſtica miſerat, ſuperioribus geſtis recitatum, eſſe Traditorem, & ideo volebant etiam Melchiadem crimine Traditionis aſpergere, quod Diacono illo non degradato uteretur*. Degradatio Diaconorum, ſicut & Presbyterorum, ad ſolos Epiſcopos pertinet. Unde *Melchiades* jam Epiſcopus erat, cum crimen illi impingeretur, quod *Stratonem* Diaconum non degradaſſet, imo eo uſus fuiſſet in Eccleſiæ miniſterio. In Collatione Orthodoxi omnia in Actis relata tanquam vera admittebant, ſed contra Donatiſtas contendebant, *Stratonem* illum Diaconum in Actis relatum, quo uſus eſt Melchiades, alium fuiſſe a *Stratone* Traditore. His prorſus ſimilia narrat Auguſtinus tractatu contra Donatiſtas poſt Collationem cap. 13.

XXIII. *Duæ paces Maxentianæ non confundendæ.* Baron. n. XXV. & XXVI.

Porro diſtinguendæ ſunt *duæ paces* Chriſtianis a Maxentio Imperatore datæ, quas in unum Baronius confundit. Prior eſt, quam Imperii ſui initio Romanis, Italiſque conceſſit, de qua loquitur Euſebius lib. 8. cap. 14. ubi ait: *Subditis ſuis præcepit, ut a perſecutione Chriſtianorum deſiſterent*. Altera quam Africanis largitus eſt anno trecenteſimo duodecimo, poſtquam *Alexandrum* Africæ Tyrannum profligavit, de qua pace loquitur Optatus lib. I. ubi ſermonem habet de initio ſchiſmatis Donatiſtarum; quo etiam in loco Alexandri Tyranni meminit: *Iiſdem temporibus Felix quidam Diaconus, qui propter famoſam, neſcio quam, de Tyranno Imperatore tunc factam epiſtolam, appellatus eſt, periculum timens apud Menſurium Epiſcopum delituiſſe dicitur. Quem cum poſtulatum Menſurius publice denegaret, relatio miſſa eſt. Reſcriptum venit, ut ſi Menſurius Felicem Diaconum non reddidiſſet, ad palatium dirigeretur. Conventus non leves patiebatur angуſtias. Erant enim Eccleſiæ ex auro & argento quamplurima ornamenta, quæ nec defodere terræ, nec ſecum portare poterat. Quaſi fidelibus Senioribus commendavit, commentario*

docet Donatiſtas omnes ſchiſmaticos eſſe; quippe qui cum ipſo ſuo exordio a Cæciliano, qui Petri cathedræ junctus eſſet, communicatione deſciverint, ab unione Catholica pariter aberraſſent; unde ait (*a*): *Sed video te adhuc ignorare ſchiſma apud Carthaginem a veſtris principibus factum: quære harum originem rerum, & invenies hanc te in vos dixiſſe ſententiam, cum ſchiſmaticis hæreticos ſociaſti. Non enim Cæcilianus exivit a Majorino avo tuo, ſed Majorinus a Cæciliano; nec Cæcilianus receſſit a cathedra Petri, vel Cypriani, ſed Majorinus, cujus tu cathedram ſedes, quæ ante ipſum Majorinum originem non habebat:* Hæc ipſe.

(*a*) *Optat. contra Parmen. l. 1.*

XXXV. Concilium Schiſmaticorum Donatiſt.

Quod rurſum ad Cæciliani cauſam pertinet; gloriabantur Donatiſtæ, coactum fuiſſe Concilium ferme ſeptuaginta Epiſcoporum Carthagine, in quo Cæcilianum abſentem, vocatum, & non parentem fuiſſe damnatum, & alios una ſimul cum eo, appareret. De eodem vero Epiſcoporum conventu hæc Auguſtinus (*b*): *Recitatum eſt Concilium ferme ſeptuaginta Epiſcoporum contra Cæcilianum apud Carthaginem factum, ubi eum abſentem damnaverunt, quod ad eos venire noluerit, tamquam a Traditoribus ordinatus; & quia cum eſſet diaconus, victum afferri martyribus in cuſtodia conſtitutis, prohibuiſſe dicebatur. Nominati ſunt etiam quidam collegæ Cæciliani, qui Traditores aſſerebantur publicis Geſtis, quæ tamen Geſta non legebantur. Inter hos autem maxime Felix Aptungenſis acerbius accuſatus eſt, ita ut fons malorum omnium diceretur. Deinde ſententiæ a ſingulis dictæ ſunt; primitus a Secundo Tigiſitano, qui eorum princeps fuit; deinde a cæteris; quibus expreſſerunt, ſe Cæciliano, & collegis ejus non communicare*. Hæc ſumma totius Concilii. Quid autem adverſus hæc Catholici in magna illa Collatione objecerint, ſuo loco dicetur; conſtat tamen ejuſmodi ab illis editum fuiſſe Concilium non habens diem nec Conſulem, ut ſciretur quo potiſſimum anno fuerit celebratum.

(*b*) *Aug. in Brevic. Collat. die 3. c. 14.*

XXXVI. Hoc anno Concilium celebratum.

Cæterum (ſi non hæc fuit impoſtura Donatiſtarum, & effictum doloſe commentum) exiſtimandum eſt ejuſmodi Concilium hoc ipſo anno factum eſſe, eo tempore, quo (ut dictum eſt) adverſus Cæcilianum accerſiti ſunt Epiſcopi ex Numidia, veniſſeque eos una cum Primate ipſo ac principe Traditorum Secundo Tigiſitano. Plane conventum hunc fuiſſe ex iiſdem Epiſcopis Traditoribus congregatum, qui adverſus Cæcilianum evexerunt

PAGIUS *tario facto, quod cuidam anicula dodiſſe dicitur; ita ut ſi ipſe non rediret, reddita pace Chriſtianis, anicula illa illi daret, quem in Epiſcopali cathedra ſedentem inveniret. Profectus cauſam dixit. Juſſus eſt reverti Carthaginem: pervenire non potuit*, (id eſt, in via deceſſit) *Tempeſtas perſecutionis peracta & definita eſt. Jubente Deo, indulgentiam mittente Maxentio, Chriſtianis libertas eſt reſtituta*. Res illa geſta, dum Alexander Tyrannus Africæ Eccleſiam perſequeretur, de quo, non vero de Maxentio, ut perperam Balduinus in Annotationibus ad primum librum Optati, ejuſdem Optati locus intelligendus, quando ait, *de Tyranno Imperatore tunc factam epiſtolam*: de Maxentio enim poſtea Optatus loquitur. Ex quo, ut id obiter advertam, liquet, *Alexandro* in Africa imperante, Chriſtianos vexatos fuiſſe, & poſt ejus interitum a Maxentio perſecutione liberatos, paceque donatos. Verum hæc pax non hoc anno, ut putavit Baronius, ſed poſt quinquennium aut circiter, Afris conceſſa; ideoque & diverſa ab ea, quam ſui Imperii initio largitus eſt *Maxentius*.

XXIV. *Baronius refert ad primam pacem quæ pertinent ad ſecundam.*

Baronius perperam ad utramque pacem refert Auguſtini locum lib. poſt Collationem cap. 12. & 13. ubi de Donatiſtis Melchiadi Papæ crimen Traditionis impingentibus Auguſtinus loquens ait: *Recitaverunt etiam* (Donatiſtæ) *alia Geſta, ubi Melchiadem legebatur miſiſſe Diaconos cum literis Maxentii Imperatoris & Præfecti Prætorio ad Pratorem Urbis, ut reciperet loca, quæ fuerant a Chriſtianis tempore perſecutionis ablata. Ubi cum Melchiadis crimen penitus nullum appareret, dixerunt, ſuperioribus Traditionis Geſtis Traditorem Stratonem fuiſſe recitatum.* Hæc enim circa annum CCCXI. quo Melchiades Pontificatum Romanum adeptus eſt, in Italia geſta; Præfecti enim Urbis juriſdictio non extendebatur ultra milliarium. Quare ſignificat Auguſtinus, *Maxentium* Imperii ſui initio Chriſtianis juſſiſſe reddi, quæ tempore perſecutionis, antequam ipſemet regnaret, excitatæ, fuerant ablata. Quæ reſtitutio cum tunc peracta non fuiſſet, Melchiades poſt aliquot annos Pontifex creatus, ut fieret, omnem induſtriam adhibuit. Ad hæc Auguſtinus in Breviculo & Collatione tertii diei eamdem hiſtoriam recitans ait: *Et cum his quoque Geſtis nullum Melchiadis crimen & Cognitori & Catholicis Defenſoribus appareret, dixerunt Donatiſtæ, Stratonem Diaconum, quem cum aliis Melchiades ad recipienda loca Eccleſiaſtica miſerat, ſuperioribus Geſtis recitatum eſſe Traditorem, & ideo volebant etiam Melchiadem crimine traditionis aſpergere, quod Diacono illo non degradato uteretur. In profecutione autem ſua dixerunt, Melchiadem tertium Epiſcopum fuiſſe ab illo, qui tunc erat, cum Traditio illa facta eſſet.* Sed recte ibidem reſponderunt Catholici, Stratonem illum, quo uſus fuerat Melchiades, vel diverſum eſſe a Stratone illo Traditore, vel quod, *etſi demonſtraretur, quod omnino non demonſtrabatur, eundem Stratonem Diaconum tradidiſſe, quem poſtea Melchiades ad recipienda loca Eccleſiaſtica cum aliis Diaconis miſit, non continuo Melchiadem iſto crimine aſpergi, quem potuit perſecutio longe facere abſentem, ut hoc omnino neſciret, eumque innocentem putaret, quem nemo reum accuſando monſtraret.*

Quæ verba egregia ſunt ad confirmandam Chronologiam & ſeriem Pontificiam, non parum per hæc tempora obſcuram. *Strato* enim ille, de quo Donatiſtæ, Traditor fuerat Romæ, vel in Italia ante menſem Maium anni trecenteſimi quinti, quo poſt abdicationem Diocletiani & Maximiani Herculii perſecutio in Occidente ceſſavit; ideoque verum eſt, quod legi-

XXV. *Series Rom. Pontificum ex Auguſtino firmata.*

Majorinum in pseudo-Episcopum, idem S. Augustinus (a) agens contra Cresconium alibi docet; ac proinde satis colligi posse videtur, hoc eodem anno, ab iisdem schismaticis illum fuisse habitum; idque conante vi pecuniarum Lucilla illa potentissima fœmina. Idem etiam demonstrat, dictos Episcopos sic Carthaginem convenientes, primo damnasse Cæcilianum, ac postea loco ipsius creasse, quem diximus, Majorinum; ait enim:

(a) *Aug. contra Cresc. l. 3. c. 27. & 28.*

XXXVII. Schismatici Traditores.

Hos tu Traditores, qui cum aliis apud Carthaginem in Cæcilianum & socios ejus dixerunt sententias, inter quos & Silvanus Cirtensis fuit, de cujus traditione gesta mox inferam, præclara videlicet ratione defendis: & paulo post: *Hos ergo Traditores, quibus confessis territus Secundus ignovit, secum habuit in Carthaginensi Concilio; & in absentes non confessos dixerunt sententias, qui præsentes de sua non sunt confessione damnati. Hoc Concilium non maneret, nec in posteritatis memoria perduraret, nisi describeretur ab aliis, conservaretur ab eis qui eo se defendere præparabant, si quis eis eadem crimina postea, quæ illic relaxata sunt, objecisset. Intererat etiam Secundi ipsius, ut appareret, eum ne schisma fieret, quod solent præ cæteris pacifici præcavere, illa omnia divino judicio dimisisse; quod multo magis facere deberet in Concilio Carthaginensi, ubi contra absentes nulli constiterant, nisi Lucilla tunc præpotens & pecuniosissima fœmina odiis accensa furialibus vehementer instaret, ut contra Cæcilianum veluti damnatum alter ordinaretur Episcopus. Quod in Zenophili Consularis judicio postea commemoratum est per quemdam Nundinarium Silvani Cirtensis tunc vestri Episcopi diaconum, qui cum memorato Episcopo suo, quem perpessus fuerat inimicum, sicuti volebat, concordare non potuit. Egerat sane hoc apud Collegas ejus magis terribiliter, ne omnia proderet, quam suppliciter, ut veniam mereretur.*

Hæc Augustinus; quibus cum plane demonstret, Concilium Carthaginense a schismaticis institutum, contra Cæcilianum habitum esse ante Acta publica coram Zenophilo Consulari; rursumque cum appareat (ut paulo post dicemus) ex iisdem Actis dictum Nundinarium expertum esse coram dicto Zenophilo hoc ipso anno; necesse est affirmare, dictum Concilium schismaticorum, absque die & Consule editum, hoc eodem anno habitum esse. Consignantur ipsa Acta sub Zenophilo Consulibus Constantio Aug. & Constantino Cæsare, qui hoc eodem anno in locum patris suffectus est; sed quæ ab ipso Augustino ex eisdem Actis exscripta sunt, hic reddamus: *Ex illius* (inquit b) *ju-*

XXVIII. Acta proconsularia sub Zenophilo.

(b) *Aug. contra Cresc. l. 3. c. 29.*

PAGIUS gitur in Catalago Damasi, videlicet post S. Marcellini Papæ obitum, qui anno CCCIV. contigit, longum fuisse Interpontificium; nec ante annum CCCVIII. Marcellum Pontificem Romanum renuntiatum esse. Ait enim Augustinus, *Melchiadem tertium Episcopum fuisse ab illo, qui tunc erat, cum Traditio illa facta esset.* Cum enim inter omnes conveniat, Melchiadem ante annum Christi CCCXII. Sedem Romanam adeptum esse, tres illi Pontifices ibidem significati, alii esse non possunt, quam ipsemet *Melchiades*, qui in censum confertur, *Eusebius* ejus decessor, & *Marcellus*, qui anno CCCVIII. Pontificatum adeptus est. Nam *Maxentius* anno CCCVI. quo Romæ levatus est Imperator, persecutioni finem imposuit, ideoque ante eum annum *Strato* Traditor fuerat, idque vigente persecutione; Sedes vacabat, ut ex Chronico Damasi intelligimus; & Marcellinus ad Deum transierat; alioquin *Melchiades* non tertius Pontifex ab illa Traditione fuisset, ut in laudato Augustini loco dicunt Donatistæ, sed quartus.

XXVI. *Marcellus & Marcellinus non confundendi.*

Liquet etiam, Marcellinum male cum Marcello ab aliquibus confundi, existimantibus memoratum Augustini locum, in quo dicitur: *Legebatur, Melchiadem misisse Diaconos cum literis Maxentii Imperatoris & literis Præfecti Prætorii ad Præfectum Urbis, ut ea reciperent, quæ tempore persecutionis ablata, memoratus Imperator Christianis jusserat reddi;* explicandum esse de pace a Maxentio anno CCCVI. Christianis Italiæ præstita, ideoque tres illos Episcopos, de quibus Augustinus, alios non esse quam Marcellinum, Eusebium & Melchiadem, hunc-que tunc, anno nempe CCCVI. jam Pontificem fuisse veramque esse Eusebii sententiam, quæ Marcellum Pontificem non agnoscit. Addunt isti Scriptores, libellum Anonymum *Depositionis Episcoporum* sedente Liberio scriptum, & a Bucherio publicatum, unius Marcellini ad diem XVI. Januarii, quo Marcellus Papa in Martyrologio Romano colitur, meminisse. Verum de Marcello Papa ea die Beda ac ceteri omnes, teste Baronio in Notis ad Martyrologium Romanum agunt, & laudatus Anonymus depositionem Marcellini memorat, non ad diem XVI. mensis Januarii, sed ad diem XV. ejusdem mensis, seu ad decimum octavum Kalendas Februarii. *Marcellini* meminit Eusebius seu Hieronymus in Chronico, Marcelli vero Damasus Papa & auctor Martyrologii antiquissimi Hieronymo attributi. Denique Marcellinus non potest unus esse ex tribus Pontificibus ab Augustino memoratis, cum vel ipso Eusebio in Chronico teste, antequam *Maxentius* in Italia regnaret, supremum diem obierit. Quoad Augustinum, aliud non indicat, quam, Melchiadem Pontificem Romanum (ideoque post annum CCCX.) misisse Diaconos cum literis Maxentii, ut ea reciperent, *quæ tempore persecutionis*, antequam nempe hic imperaret, *ablata* memoratus Imperator jusserat reddi Christianis, quæ tunc initio sc. Imperii sui propter causas nobis ignotas reddita non fuerant, ut supra explicavi. Vide quæ de Marcellino & Marcello suis locis dixi.

A num. XXXVIII. ad XLIV. Valesius in Differt. de Schismate Donatistarum cap. 2. a-lium Annalium errorem emendat. Scribit Baronius, Acta apud *Zenophilum* Consularem Numidiæ, quibus Cæcilianus purgatus, & *Sylvanus* Cirtensis, unus ex ordinatoribus Majorini, Tra-

XXVII. *Causa Sylvani Traditoris.*

judicii Gestis hæc pauca interposui: Constantio Maximo Augusto, & Constantino juniore nobilissimo Cæsare Cons. Idibus Decembris, ex tota Mociacensi inducto & applicito Victore Grammatico, astante etiam Nundinario diacono, Zenophilus Consularis dixit: Quis vocaris, &c. Prætermissis autem cæteris ibidem ex prioribus Actis recitatis, quæ suo loco a nobis sunt posita; quæ postremo loco habentur de libello oblato a Nundinario diacono, hic ex eisdem Actis describemus:

XXXIX. Nundinarii libellus.

*Exemplar libelli traditi Episcopis a Nundinario diacono: Testis est Christus, & Angeli ejus, quoniam Traditoribus communicastis; id est Silvanus a Cirta Traditor est & fur rerum pauperum; quod omnes vos Episcopi, presbyteri, & diaconi, & seniores scitis, & de quadringentis follibus Lucillæ clarissimæ fœminæ; pro quo vobis conjunxistis, ut fieret Majorinus Episcopus, & inde factum est schisma. Nam & victor fullo vestri præsentia & populi dedit folles viginti, ut factus esset * presbyter; quod scit Christus, * & Angeli ejus, &c.* Et alio loco: *Quibus lectis, Zenophilus Consularis dixit: Et Actis & litteris, quæ recitatæ sunt, Traditorem constat esse Silvanum, &c.* Addit inferius de eodem Silvano in exilium amandato ab Ursacio atque Zenophilo. Eadem de Silvano Cirtensi Episcopo idem Augustinus memorat, scribens ad Donatistas (a), & alia epistola ad Generosum (b), sed & ad Cresconium (c) rursum, agensque contra Petilianum (d). Quod autem ad Zenophilum spectat, hunc illum puto qui longa Urbis Præfectura lassatus, meruit cum collega Dalmatio consulatum tempore ejusdem Constantini, anno Domini trecentesimo trigesimotertio, de quo & in Actis Silvestri hæc leguntur: *Huic socius datus est Zenophilus Præfectorius, vir, qui Consulatum idcirco promeruit, quia cum sæpenumero Præfectus fuerit, numquam penitus ab aliquo munus qualecumque suscepit.* De pretio autem follium, quibus collatis, a schismaticis ordinatio facta est, dicturi sumus inferius oportuniori occasione.

* fieret.

(a) *Aug. ep. 162.*
(b) *Idem epist. 165.*
(c) *Aug. contra Cresc. l. 4. c. 16.*
(d) *Aug. cont. lit. Petil. lib. 2. c. 21. lib. 3. c. 57. & 58.*

Ann. Eccl. Tom. III.

Hhh 2 Con-

PAGIUS Traditor convictus est, ad hunc annum pertinere. Sed vel ipse titulus Actorum eam sententiam refellit. Sic enim prænotantur hæc Gesta: *Constantino Maximo Augusto, & Constantino juniore nobilissimo Cæsare Consulibus*, &c. Apud Augustinum vero perperam legitur: *Constantio Maximo Augusto.* Qua lectione inductus Baronius, Constantium Chlorum hic designari censuit, qui currenti anno dum sextum Consulatum gereret, finem vivendi fecit; eique suffectum fuisse vult Constantinum, gravi errore. Nam si hoc anno Consul fuisset Constantius, sequenti iterum Consul dici debuisset in Fastis, cum tamen tunc Consul sine numerali nota ubique legatur. Deinde si *Constantinus* in locum patris suffectus est Consul, cur nomen *Constantii* patris adhuc in Fastis remanet? Sed & cognomina quæ in Actis illis utrique tribuuntur, satis indicant, Constantium Chlorum hic designari non posse. Neque enim Constantius Chlorus *Maximi* titulum unquam gessit; nec Constantinus ejus filius *junior* cognominatus est. Cum enim *junior* dicatur ad distinctionem senioris qui eodem appellatur nomine, quomodo dici potuit *junior* Constantinus, cum ante ipsum nemo hoc nomine fuerit insignitus? Quare non dubium est, quin corrupta sit Augustini lectio, scribendumque in Gestis Purgationis Cæciliani: *Constantino Maximo Augusto, & Constantino juniore nobilissimo Cæsare Consulibus.* Fuit hic annus Christi vicesimus ac trecentesimus, quo Zenophilus Consularis Numidiæ, causa cognita,

Cæterum non satis fuit schismaticis Episcopis hæc contra Cæcilianum egisse; sed ab ejus communicatione conati sunt omnes avertere; nam datis ubique per totam Africam litteris adversus eum, quem dicebant in Concilio damnatum, pellexere ad suam quoque communicationem Episcopos Mauritaniæ, ut suo loco dicemus. Quæ autem fiducia fuerit Cæciliani tot hostium numero circumsepti; idem Augustinus scribens de eo Concilio pluribus ad Episcopos Donatistas (e) illud ostentantes, demonstrat satis sibi visum esse tutum, quod junctus esset communicatione Romanæ Ecclesiæ Episcopo, ex quo omnis communicatio Catholica nomen semper accipere consuevit; nam ait: *Posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret & Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ cathedræ viguit principatus & cunctis terris; unde Evangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias litteras esse conjunctum; ubi paratus esset suam causam dicere, si adversarii ejus ab eo illas Ecclesias alienare conarentur, &c.* Quomodo autem post sequentem annum schismatici Episcopi in Africa ampliori numero convenere, suo loco dicemus.

XL. Schisma Donatist. propagatur.

(e) *Aug. epist. 162.*

Cur autem factum fuerit, ut cum schisma (ut vidimus) conflatum præcipue sit a Botro & Celesio, qui illam sedem ambiebant, & a senioribus deposita Ecclesiæ ornamenta negantibus, auctumque fuerit a Secundo Episcopo Tigisitano Primate Numidiæ, in creatione vero Majorini demonstratum ac firmiter stabilitum; cur inquam, acciderit, ut ejusmodi schismatici a nullo dictorum nomen acceperint, sed dicti sint Donatistæ a Donato, id accuratius exquirendum est. Invaluit ea opinio, qua ore ferme omnium diceretur, Donatistas dictos a Donato, qui Majorino succesit in schismate in sede Carthaginensi; quod & jactarent etiam ipsi Donatistæ; cum tamen si ab auctore nomen (ut solet) deducendum fuisset, nulla subesse videatur ratio, qui ante Donatum exorti auctique numero essent, &

XLI. Schismatici Donatistæ unde sic dicti.

Sil-

Concilia celebrassent, sine nomine essent, vel ab eo id acceperint, qui longe post obortum schisma, post Majorinum videlicet, tenuerit in schismate sedem Carthaginensem; quin potius, si ab auctore schismatis nomen (ut par erat) deducendum fuisset, ab illo Donato, qui a loco est dictus A Casis nigris, principe schismatis, quem cæteri illi inhærentes fuerant consecuti, debuissent nomen accipere, ut Donatistæ dicerentur, seu (ut malebat Cresconius *a*) Donatiani. Quod vero idem nomen esset commune tum auctori, tum etiam propagatori impietatis, errare in eis contigit Augustino (*b*), qui in Retractationum libris hæc ait: *Item quod dixi, Donatum, cujus epistolam refellebam, rogasse, ut Imperator inter ipsum & Cæcilianum transmarinos Episcopos Judices daret; non ipsum, sed alium Donatum, ejusdem tamen schismatis, hoc feciisse, probabilius invenitur. Ille autem non erat Carthaginensis Donatistarum Episcopus, sed a Casisnigris, qui tamen primus apud Carthaginem ipsum nefarium schisma commisit:* Hæc ipse.

(*a*) *Aug. contra Cresc. l.2. c.1.*

(*b*) *Aug. Retract. l. 2. c.21.*

XLII. At refugiebant Donatistæ denominari a priori Donato, quem constaret (*c*) a Melchiade Papa esse damnatum; unde potius a Donato postea Episcopo Carthaginensi nomen se accepisse dicebant, quem pro magno (*d*) habebant, atque ab omni labe purissimum defendebant. Quanti autem hunc fecerint, idem Augustinus (*e*) alibi his verbis significat: *Donatum Donatistæ pro Christo habent; si audiant aliquem Paganorum detrahentem Christo, forsitan patientes ferant, quam si audiant detrahentem Donato.* Sed de his pluribus agendum inferius. Porro illo priori Donato usa est Lucilla administro ad constandum schisma, qui operam dedit, ut altare contra altare Carthagine erigeretur; immo adhuc Cæciliano diacono, operatus schisma fuisse, publico judicio convictus est; de quo alibi (*f*) ait: *Ubi etiam Donatus a Casisnigris in præsenti convictus est, adhuc Cæciliano diacono, schisma feciisse Carthaginense. De Carthaginis enim schismate exorta est adversus Ecclesiam Catholicam pars Donati.* Sed & Theodoretus (*g*): *Lucilla* (inquit) *adversus eum*, nempe Cæcilianum, *excitavit Donatum.*

(*c*) *Aug. in Brevic. Collat. die 3. c. 18. & 20.*

(*d*) *Ideal. post Collat. c.13.*

(*e*) *Idem fragm. c.6. edit. Pantin. t. 10.*

(*f*) *Aug. in Brevic. Collat. die 3. c.12.*

(*g*) *Theod. haret. fab. l.3.*

Sic igitur Donatus a Casisnigris, ac proinde filius tenebrarum, primus auctor habetur schismatis Donatistarum. Quod vero Donatus Episcopus Carthaginensis nomen potius schismati dederit, illam afferunt causam; quod scilicet viribus eloquentiæ, qua pollebat, errorem labantem firmius stabilierit; sicque non a priore Donato auctore, sed a posteriori propagatore secta illa nomen fuerit consecuta, ut cum de utroque agit Augustinus testatur, sic dicens (*h*): *Hujus hæresis principem accepimus fuisse Donatum, qui de Numidia veniens, & contra Cæcilianum dividens plebem, adjunctis sibi ejusdem factionis Episcopis, Majorinum apud Carthaginem ordinavit Episcopum. Cui Majorino Donatus Episcopus alius in eadem divisione successit, qui eloquentia sua sic confirmavit hanc hæresim, ut multi existiment propter ipsum potius eos Donatistas vocari. Extant scripta ejus, ubi apparet, eum etiam non Catholicam de Trinitate habuisse sententiam; sed quamvis ejusdem substantiæ, minorem tamen Patre Filium, & minorem Filio putasse Spiritum sanctum. Verum in hunc, quem de Trinitate habuit, ejus errorem, Donatistarum multitudo intenta non fuit, nec facile ex eis quisquam, qui hoc illum sensisse noverit, invenitur:* Hæc Augustinus; qui, & cur iidem Romæ appellati sint Montenses, rationem affert; sed de ea re nos suo loco inferius. Ex eorum ergo sententia, qui dicebant a posteriori Donato Donatistas esse denominatos, idem Augustinus nomine clericorum Hipponensium ad Januarium scribentium, ait (*i*): *Pars Donati, quæ primo apud Carthaginem pars Majorini dicebatur, ultro accusavit Cæcilianum tunc Episcopum Ecclesiæ Carthaginensis apud Imperatorem illum antiquum Constantinum, &c.* At de nomine & origine Donatistarum modo satis;

XLIII. Duo Donati, a quibus Donatistæ.

(*h*) *Aug. de hæres. 69.*

(*i*) *Aug. ep. 68.*

PAGIUS Sylvanum Cirtensem Episcopum Traditorem fuisse pronuntiavit.

XXVIII. *Quo anno agitata.* Porro hæc apud Zenophilum Acta hoc anno fieri non potuisse, pluribus argumentis probat Valesius. Primo, *Constantina* civitas & Constantienses in iis Gestis dicuntur cives urbis Constantinæ. Nam Victor Grammaticus ait, patrem suum fuisse Decurionem Constantiensem. Atqui certum est, nonnisi post Maxentii mortem, Cirtam oppidum Numidiæ, quod *Alexandri* Tyranni obsidione ceciderat, a Constantino instauratam, ejusque vocabulo appellatam fuisse, ut testatur Aurelius Victor. Deinde jam tum Cæciliani innocentia multis indiciis probata fuerat, cum hæc apud Zenophilum gesta sunt. Sic enim initio Actorum legitur: *Cur ergo intermisso eo, cujus innocentia probata est, Sylvano communicas?* Adde, quod Clerici adversus Sylvanum interrogati respondent, se a majoribus & senioribus Clericis ita accepisse, quod Traditor esset Sylvanus, id est, quod tradidisset lucernam argenteam tempore persecutionis, Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coss. anno Christi 303. Quod si hæc Acta apud Zenophilum currenti anno gesta essent, Clerici utique non dicerent, accepisse se a majoribus suis rem adhuc recentis memoriæ, quam ipsi videre potuerant. Denique quis *Zenophilo* præceperat, ut de crimine Traditionis *Sylvani* tanta cura ac diligentia cognosceret? Certe non Galerius. Hic enim Christianos acerbissime persequebatur. Nec Maxentius, nam & hic paganus fuit, ut ex Eusebio & Zosimo constat; & hoc anno, quo hæc Baronius acta affirmat, nondum *Africam*

tis; cætera autem annis singulis, quibus sunt gesta, narrabimus.

XLIV. Schisma Meletii in Ægypto.

Hoc eodem quoque anno Domini trecentesimo sexto infaustum illud schisma a Meletio Episcopo Lycopolis in Ægypto conflatum est. Quod primum ad tempus spectat, id quidem hoc anno cœptum esse, S. Athanasii testimonio comprobatur; qui dum agit de ipsorum, necnon Arianorum origine, hæc ait (*a*): *Erat jampridem malitia & calumnia Meletianorum omnibus nota; nec impietas Arianorum, Deoque infesta hæresis usquam obscura fuit; neque enim parum temporis intercessit; nam illi ab hinc ante quinquagesimumquintum annum schismatici facti sunt; isti vero ante trigesimumsextum hæretici declarati, & ab Ecclesia summoti, idque judicio Synodi universalis:* Hæc Athanasius, qui cum numeret annos trigintasex a tempore Nicæni Concilii, quod celebratum est anno Domini trecentesimo vigesimoquinto; usque ad tempus quo eam habuit orationem, nempe anno trecentesimo sexagesimoprimo; rursusque ab hoc termino, usque ad tempus quo exortum est schisma Meletianum, dicat annos intercedere quinquagintaquinque; jam satis liquido apparet illud cœptum esse hoc ipso anno trecentesimo sexto.

(*a*) *Athan. Orat. 1. contra Arian. prope fin.*

XLV. Res Meletii schismatici.

His igitur hunc in modum de tempore oborti schismatis elucidatis, rei gestæ narrationem aggrediamur; sed eam primo quam in hæc verba Epiphanius prosecutus est (*b*): *Hic Meletius contemporaneus prædicti Hieracis fuit, & deinceps successit; fuit item sancti Petri Alexandriæ Episcopi contemporaneus; & hi omnes tempore persecutionis fuerunt, quæ facta est tempore Diocletiani, & Maximiani. At vero Meletii causa hoc modo se habet: Sectam fecit non tamen a fide discessit. Hic in tempore persecutionis una cum Petro sancto Episcopo & martyre, & aliis martyribus, captus est ab iis qui ad hoc a Rege destinati fuerant, nempe a ducibus Alexandriæ & Ægypti ejus temporis. Erat autem Cultianus Præses Thebaidis, Alexandriæ vero Hierocles. Et Meletius quidem in carcere detentus erat, una cum prædictis martyribus, ac Petro Alexandriæ Archiepiscopo. Videbatur autem & Meletius præminere inter Episcopos Ægypti, ut qui secundum locum habebat post Petrum in Archiepiscopatu, velut adjuvandi ejus gratia sub ipso existens, & sub ipso Ecclesiastica curans. Hic enim mos obtinet, ut Alexandriæ Episcopus, totius Ægypti, ac Thebaidis, Mareotæque ac Libyæ, Ammoniacæque, ac Marotidis, ac Pentapolis Ecclesiasticam habeat administrationem.*

(*b*) *Epiph. hæres. 68. in princ.*

XLVI. Meletii acta tempore persecutionis.

Postquam igitur capti hi omnes, martyrii gratia in carcere degebant, & multo tempore conclusi mansissent; alii vero ante ipsos traditi, martyrii testimonium subiissent, & honorem præmii accepissent, ac obdormivissent; hi vero velut principes ac majores in posterum servarentur, cum aliqui quidem martyrium subiissent, alii vero a martyrio excidissent, & nefarium idolorum cultum feciissent, & coacti etiam sacrificassent; qui sane lapsi sunt, sacrificaruntque ac transgressi sunt, accesserunt ad confessores ac martyres, quo misericordiam assequerentur per pœnitentiam, partim milites, partim clerici diversæ sortis, partim presbyteri, & diaconi, atque alii. Commotio facta est inter martyres, & tumultus non vulgaris; cum alii dicerent, semel lapsos, & qui abnegassent, & infortitudine non permansissent, neque decertassent, non oportere dignos fieri pœnitentia; ut ne etiam ii, qui adhuc restarent, minus curarent increpationem ac pœnam propter talem venium citius eis datam, atque sic prævaricarentur, & ad abnegationem Dei ac nefariam Græcismi operationem devenirent, & erat sane rationi consentaneum hoc, quod ab ipsis confessoribus dicebatur; erant autem hi qui hoc dicebant, Meletius, & Peleus, & quidam alii plures martyres ac confessores una cum ipsis. Zelum itaque pro Deo ostendentes videlicet, hæc dicebant; pronuntiabant autem, finita persecutione, post mul-

PAGIUS *cam* sub suam ditionem redegerat; paruit enim illa *Severo* Cæsari, & post hujus mortem quæ anno sequenti contigit, *Alexandro* Tyranno, quem quartum Imperii seu Tyrannidis annum inchoasse, ex Nummis discimus. Sed neque dici potest, Constantinum Imp. eam cognitionem mandasse *Zenophilo*; quippe qui hoc anno nihil in Africa Constantinus possideret. Ex quibus manifeste convincitur, Acta hæc apud Zenophilum Consularem Numidiæ, non hoc anno, sed anno CCCXX. gesta esse, Constantino M. Augusto, & Constantino Juniore nobilissimo Cæsare Coss.

XXIX. *Origo schismatis Meletianorum.* Ad num. XLIV. & seqq. Initium schismatis *Meletianorum* anno trecentesimo primo, vel circiter, contigit. Athanasius enim in *Epistola Encyclica contra Arianos ad Episcopos Ægypti & Lybiæ*, quæ sub nomine *Orationis primæ contra Arianos*, ejus Operibus inseritur, loquens de quadam Fidei formula ab Eusebianis conscripta, quam ii ab Ægyptiis subscribendam volebant, ait: *Ob eamdem causam Georgium quemdam ex Cappadocia conduxerunt mittendum ad vos, cujus tamen nulla habenda est ratio; dicunt enim in his partibus, quod ne quidem Christianus omnino sit, sed idolorum zelator, & moribus carnifex; ideoque ab his electum, ut posset injurias, rapinas & cædes facere: ad hæc enim exercitatus est diu, & quæ Christianæ Fidei sunt, prorsus ignorat.* Baronius existimans, eam Epistolam seu Orationem primam adversus Arianos anno trecentesimo sexagesimo secundo scriptam esse, schismatis *Meletianorum* originem huic anno illigavit; quod in ea Epistola dicatur, quinquaginta quinque annos ab initio schismatis Meletiani effluxisse; quos ideo a currenti Christi anno auspicandos arbi-

multum tempus dandum esse prædictis pœnitentiæ locum, in tempore factæ pacis, si re vera pœnitentiam agant, & pœnitentiæ suæ fructum ostendant; non tamen, ut unusquisque exciperetur in propriam sortem, sed post temporis spatium colligeretur in Ecclesiam, & in communitatem, & in contubernium, at non in sortes. Et erat hoc ex veritatis amore profectum, & zeli plenum.

XLVII. Petri Alexandrini Episcop. officia erga lapsos.

At vero sanctissimus Petrus misericordia præditus, & velut pater omnium existens, rogabat & supplicabat, dicens: Suscipiamus ipsos pœnitentes, & ordinemus ipsis pœnitentiam, ut assideant Ecclesiæ, & ne aversemur ipsos, neque sortem, velut fama ad nos perlata habet; ne forte qui semel ad confusionem præ imbecillitate ac infirmitate a diabolo concussi ac conquassati sunt, etiam propter temporis moram perfecte subvertantur, & non sanentur; veluti scriptum est: Non debere claudum subverti, sed potius sanari. Et erat quidem Petri oratio pro misericordia & humanitate; verum Meletii, & eorum qui ipsi adhærebant, pro veritate ac zelo. Hinc propter faciem argumenti, quod ab utrisque pium videbatur, facta est secta, his quidem hoc asserentibus, illis vero illud alterum. Quando enim videret Petrus Archiepiscopus quod Meletius cum suis zelo divino nimium ducti resisterent consilio humanitatis ipsius; ipse Petrus velum erexit, in medio carcere pallio expanso, hoc est, lodice; & præconium fecit: Qui mecum sentiunt (inquit) accedant ad me, & qui Meletii sententiæ adhærent, ad Meletium transeant. Et distributa est multitudo ad Meletium, Episcoporum, ac monachorum, & presbyterorum, atque aliorum ordinum. Pauci vero omnino ad Petrum diverterunt Archiepiscopum Episcopi, & alii pauci. Et de cætero hi privatim preces faciebant, & illi privatim item; sed & alia sacrificia similiter singuli seorsum perficiebant: Hæc usque ad Petri martyrium prosecutus est Epiphanius; quæ autem subdit accidisse post ejus martyrium, suo loco dicenda erunt.

XLVIII. Acta Meletii confutantur.

Sed pace dixerim Epiphanii, non ab alio quam a Meletiano quopiam de Petro atque Meletio scriptam historiam, nesciens, mutuatus est; quam enim longe, hæc sic narrans, a scopo veritatis aberret, fidelissimus testis accedat Athanasius, qui hæc, quæ ob oculos habuit, scriptorum quoque memoriæ commendavit; cujus magis quam Epiphanii, omnium recte sentientium judicio, hac præsertim in re, fidem esse sequendam, prudens nemo non dixerit. Athanasius igitur in Apologia hæc de Petro atque Meletio habet (*b*): *Petrus apud nos ante persecutionem Episcopus, & in persecutione martyr declaratus, Meletium Episcopum Ægypti nominatum, multis convictum criminibus, & in primis, quod idolis sacrificasset, in communi Episcoporum Synodo deposuit: Meletius autem non ad aliam Synodum confugit, neque eorum successoribus se studuit purgare, sed schisma fecit; adeo ut illius sectatores etiam nunc, pro Christianis, Meletiani vocitentur. Ac jam tum in Episcopos convitia dicere incœpit, & primum Petrum, deinde ejus successorem Achillam calumniatus est, & post Achillam, Alexandrum, idque magna cum calliditate, exemplum ab Absalone mutuatus, ut pudorem depositionis suæ calumniis innocentium ulciscereturr:* Hæc Athanasius,

(b) Athan. Apolog. 2.

XLIX. Refellitur de Meletio ficta historia.

Quonam pacto igitur Epiphanius inter confessores, & martyres detentos in carcere Meletium recenset, quem constat terrore tormentorum victum sacrificasse? vel quomodo ipse Episcopus secundus a Petro erat, in carcere illi resistens, qui jam propter lapsum ab Episcoporum conventu depositus erat? & qua rursus ratione lapsos rejiciebat a pœnitentia ipse lapsorum antesignanus? At quod commentum, auctorem schismatis Petrum constituere, & Meletii summopere in Deum zelum commendare, eidemque favere, fingereque eumdem Meletium se constanter erigere contra lapsos, ipsum lapsum atque depositum? Ut plane appareat hæc eadem confinxisse Meletianos in Ægypto, quæ in Africa Traditores, dicti postea Donatistæ; quippe qui convicti traditionis criminis, quo se purgarent, id ipsum retorserint in innocentes ac fide præstantes.

L. Petrus Alexandrinus jure defenditur.

Sed adhuc accuratius Meletianorum de origine schismatis concinnata mendacia disquiramus; in eos enim a quibus ille accepit, non autem in Epiphanium, stylum convertimus, quippe qui in historiam

PAGIUS arbitratus est. At ex laudatis Athanasii verbis patet, nondum sedem Alexandrinam *Georgium* invasisse; imo nec fama adhuc Ægyptiis notum fuisse, quando Athanasius eam scripsit Epistolam. Quare cum initio anni trecentesimi quinquagesimi sexti, ut suo loco dicetur, in Ecclesiam Alexandrinam *Georgius* irruperit, constat, eam Epistolam circa ejusdem anni initium ad Ægyptios missam, & quinquaginta quinque annos in ea memoratos ab anno trecentesimo primo vel circiter inchoandos.

Præterea Eusebius initio lib. 8. de persecutione Diocletianea verba facturus ait: *Cum sensu omni destituti, de placando Dei numine ne cogitaremus quidem; quin potius instar impiorum quorumdam res humanas nulla solicitudine ac providentia gubernari rati, alia quotidie crimina aliis adjiceremus; cum Pastores nostri, spretæ Religionis regula, mutuis inter se contentionibus decertarent, nihil aliud quam jurgia, minas, æmulationem, odia ac mutuas inimicitias amplificare studentes; Principatum quasi tyrannidem quandam con-*

XXX. Eusebius de eo schismate locutus est.

riam ab illis scriptam incautus impegit. Dicant, quæso, quanam ratione Petrus adeo segniter potuit remisisse nervos Ecclesiasticæ disciplinæ, qui anno præterito, ipso (ut dictum est) quarto persecutionis excitatæ, de lapsis, quanam singuli animadversione atque censura afficiendi essent, tot canones, quos recensuimus, instituerat? adeo quod si de Petro expostulandum fuisset, eo nomine potius, quod lapsos austeriori videretur afficere disciplina, quam de maturata citius indulgentia queri, contingere potuisset. At qualis fuerit causa Meletii, post Athanasium Socrates (*a*) quoque hæc scribit in eamdem sententiam: *Meletius civitatis cujusdam in Ægypto Episcopus, a Petro Alexandriæ Episcopo, qui regnante Diocletiano mortem obierat martyrio, cum multis aliis de causis, tum maxime quod tempore persecutionis fidem inficiatus idolis immolaverat, munere Episcopatus abdicatus est: qui cum esset abdicatus, complureque haberet qui erant ipsius dicto audientes; illis qui ab illo usque tempore ad hodiernum diem in Ægypto Meletiani vocantur, ducem hæresis se præbuit; & cum nullam justam excusationem causamve afferre posset, cur se ab Ecclesia separasset; verbo tantum affirmavit, sibi esse factam injuriam; Petrumque maledictis figere, convicitisque lacerare cœpit:* Hæc Socrates. Quid autem post Petri martyrium Meletius tentarit, idem oratione prosequitur.

(a) Socr. l. 1. c. 3.

LI. Arius Meletio studet.

Addit ad hæc Sozomenus (*b*) de Ario Meletio primum studente: *Meletio res novas molienti adjumento fuit; cujus partes cum deseruisset, a Petro Episcopo Alexandrino diaconus ordinatus est, & rursus ab eodem Ecclesia ejectus; quandoquidem cum Petrus fautores abdicasset Meletii, & ejus baptisma improbaset; hic Arius in res a Petro gestas graviter invectus est, & quiescere nullo modo potuit.* Quod vero ait Petrum improbasse ejus baptisma, non sic accipiendum, ut baptizatos ab eo non reciperet; sed (quod tradit Nicephorus *c*) ne baptizaret in Ecclesia, vetuisse; idemque de fide Christi ab eo abjurata, & idolis facta immolatione testatur. Manifestum igitur ex iis est, Epiphanium in falsa Acta Meletii incidisse, quibus deceptus, iterum cum agit de Arianorum principio, nominat (*d*) eumdem Meletium confessorem, Dei testem, atque martyrem.

(b) Soz. l. 1. c. 14.

(c) Nicepb. l. 8. c. 5.

(d) Epiph. hær. 69.

LII. Acta Petri Alex. germana.

Rursum vero si consulas Acta ejusdem Petri martyrii, invenies ipsius Petri assertione Meletium non tantum fidem negasse, & sacra diis Gentium feciss; sed etiam pro Maximiano Imperatore tum adversus ipsum Petrum, tum cæteros ejusdem Ecclesiæ Fideles persecutionem exercuisse; qua Petrus coactus fuit latebras quærere, atque fugam capessere; non enim (ut ejus Acta edita testantur) in exilium ductus est in Palæstinam, vel in alia loca quæ ibidem recensentur in mari posita; sed sponte recessit, cum (ut habet scriptus codex *e*) quæreretur ad necem, ne ejus causa civitas Alexandrina, adversantibus Christianis, tumultu exagitaretur; quando tum in Palæstina, tum etiam in adjacentibus insulis diu latuit, litteris interea suos roborans, ac præsertim Phileam, Hesychium, & Theodorum, quos omnium confessorum, qui tenebantur in carcere ultra sexcentos sexaginta numero, signiferos vocat & præceptores; eosque cum consummatos martyrio audisset, ingenti se lætitia affectum esse testatur; pro quorum agone semper Deum precibus interpellaverat.

(e) Codex Vatic. cui nost. pariter assentitur.

Hunc Hesychium a Petro adeo commendatum, in Ægypto Episcopum, illum puto Hesychium, cujus celebris est & frequens memoria apud S. Hieronymum (*f*), qui eum auctorem vocat novæ editionis divinæ Scripturæ, quæ Alexandrinis & Ægyptiis usui esset; ait enim: *Alexandria & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudant auctorem.* Meminit Eusebius (*g*) quoque Hesychii Episcopi hujus persecutionis tempore mirifice illustrati. Præter hunc autem nemo ejus nominis in Ægypto celebris reperitur. Sed ad verba Petri: *Ipse* (inquit) *scribens ad Meso-*

LIII. De Hesychio Alexandrino.

(f) Hier. epist. 107. 123. & Alex. & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudant auctorem. Meminit Eusebius (*g*) quoque Hesychii Episcopi hujus persecutionis tempore mirifice illustrati. Præter hunc autem nemo ejus nominis in Ægypto celebris reperitur. Sed ad verba Petri: *Ipse* (inquit) *scribens ad Meso-*

(g) Euseb. l. 8. c. 13.

PAGIUS *contentissime sibi vendicantes: tunc demum juxta dictum Jeremiæ, obscuravit Dominus in ira sua filiam Sion, & dejecit de cœlo gloriam Israel.* Id est, Diocletianum & Maximianum in Ecclesiam sævire permisit. Quæ Eusebii verba Baronius referens reprehendit Eusebium, culpatque, quod Sacerdotibus detrahat, & infensum plane in eos animum præferat: *Sed & quæ de Episcoporum discordiis*, inquit, *idem etiam Eusebius recitat, pariter refutantur. Certe quidem nec leve vestigium discordiarum, quas jactat inter Ecclesiarum Præsides intercessisse, his temporibus, antequam Meletiani in Ægypto schisma conflarent, vel Arius hæresim excogitaret, (quæ omnia facta sunt postea) aliquis poterit demonstrare.* Sed Meletiani schismatis initio anno suo reddito, sua Eusebio fides stat, constatque, illud persecu-

Baron. anno 302. n. VI. & X.

XXXI. Acta Meletianorum falsa.

tionem Diocletianeam præcessisse, ac hujus seculi initio in Ægypto ortum esse.

Porro Petavius in Animadversionibus Epiphanianis ad hæresim 68. quæ est *Meletianorum*, subscribit Baronio quoad Meletiana Acta, ac quoad totam schismatis historiam, quam ibidem proponit Epiphanius. Certissimum enim est, a Meletiano aliquo Scriptore falsa Meletii Acta conscripta fuisse; in quibus turpissimam hominis infamiam & execrabilia facinora dissimulare conatus est. In ea quippe cum imprudens incidisset Epiphanius, veram ac sinceram illam esse narrationem frustra credidit. Acta etiam S. Petri Alexandrini, in quibus de Meletio agitur, quæque Baronius legitima & germana esse putavit, licet vetustissima sint, spuria tamen esse infra ostendemus.

Mesopotamiam, sæpius desienavi, qualia ab inimicis nobis inferebantur supplicia. Dolor namque magnus & solicitudo stringebat me pro populi mei salute, ne forte aliquis subverteretur a prædicatoribus falsis: amplius enim quam sexcenti sexaginta viri de clericis vel laicis anathematizantes ritum Gentilium, in carcerem retrusi, diversa sustinentes supplicia, coronam martyrum meruerunt; quorum victoriam ego audiens, lætus adoravi Dominum Deum meum, qui eos confortavit, & elegit in numero martyrum suorum. Mihi vero quanta ostensa sint in Lycaonia ab hæreticis, credo quia nec vos latet; quomodo Meletius Christianorum gregem ab Ecclesia separavit, pro quo Dei Filius animam suam posuit, & effudit sanguinem pretiosum; adversus quem Meletius impie repugnans, sanctos Episcopos ac religiosos viros in carcerem claudebat ac tribulabat, cogens eos prævaricari: & paulo post: *Comperi autem quod impius Meletius contra me multa mala testificetur, ut amplius tyranni Maximini furor excitetur, & me interficiat:* Hæc ibi ex dictis Actis Petri Alexandrini, quæ ab Anastasio Bibliothecario Latinitate donata feruntur. An autem quæ eorum sunt reliqua in omnibus probentur, dicturi sumus inferius, cum agemus de ejusdem Petri martyrio. At de exordio Meletiani schismatis hactenus; jam ad res gestas anni sequentis progrediamur.

JESU CHRISTI ANNUS 307. MARCELLI PAP. ANNUS 4. CONSTANTINI IMP. ANNUS 2.

I. TRecentesimus septimus Christi annus Constantini Cæsaris Consulatu ordinario consignatur, cujus collega rectus ponitur Maximianus novies, quam Diocletianus eodem numero auctus; cum constet nonum Consulatum Diocletiani ante biennium incidisse.

Hoc ipso anno Severus Cæsar a Maxentio

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5800.

⊙ 8. E. ☽ 4. P. 6. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 307.

Sedes vacat.

PERSECUTIONIS 5.

GALERII MAXIMIANI 3.

CONSTANTINI 2.

LICINII ET MAXIMINI 1.

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1060. Olymp. 271. an. 3. Olymp. 271. *secundum Baronium.*

I. *Consules. in Italia.*

[1] AD num. I. & seqq. A currenti Christi anno ad annum CCCXII. Fastorum

Consularium dispositio obscura, quod ob Imperatorum discordiam alii in Italia, alii in reliquo Orbe Romano Consules agnoscerentur. Quo factum, ut recentes Fastorum conditores non semel in his per hæc tempora cæcutierint. Ex Idacio tamen in Fastis, Fragmento Consulari a Bucherio edito, Fastis Græcis tam Theonis quam Heraclii a Dodwello V. C. in Appendice ad Dissertationes Cyprianicas subjectis, Fastis Cæsareis & Auctore Anonymo de Præfectis Urbis, a Cuspiniano primum & Onuphrio, tum a Bucherio in lucem edito, cuilibet anno Consules suos reddere conabimur. In Italia itaque, ubi *Maxentius* imperabat, hic annus hac formula notatus est, *Post sextum Consulatum*, ut ex Idacio laudato, & libello de Præfectis Urbi colligitur, post sextum nempe Consulatum Constantii & Galerii Maximiani anno præcedenti gestum. Initio tamen anni

NOTÆ [1] COSS. *Post sextum Consulatum.* Ita in Italia. Item: *Maximianus Herculius IX. & Maximianus Cæsar.* Horum laterculum ab hoc anno ad A. D. 312. vide apud Relandum in Fastis, & apud Blanchinum in notis ad Anastas. tom. II. pag. 264. Nummus aureus *Constantini* apud Bandurium pag. 243. cum epigraphe in aversa,

CONSUL DD. NN.

ex alia vero parte,

CONSTANTINUS FIL. AUGG.

Caput autem non *Constantini*, sed *Maximiani* laureatum. Item alii *Constantini* nummi ibidem,

CONSUL. P. P. PROCONSUL.

Extremo hujus anni *Constantinus*, & *Maximinus*, filii Augustorum appellati sunt.

Fasti Idatiani: *Maximiano novies, & Constantino; post sextum consulatum.* Vindebonenses: *Novies, & Constantino.*

Libellus de Præf. Urb. *Maximiano VII. & Maximiano. Ex mense Aprili factus est sextus consulatus, quod est novies, & Constantino.*

xentio occiditur; ut autem id factum sit, Zosimus rem gestam sic narrat (*a*): *Maximianus Galerius (quem nonnulli errore ducti Maximinum nominant)* his cognitis, quæ scilicet tyrannice a Maxentio gerebantur, *Severum Cæsarem ablegat, bellum Maxentio facturum. Eum Mediolano profectum, & cum Maurorum ordinibus accedentem, Maxentius militum animis majori ex parte pecunia corruptis, atque etiam Præfecto Prætorio Anullino sibi conciliato, nullo negotio vicit. Severus fuga Ravennam elapsus est, urbem munitam & populosam, quæque copiam victus tantam haberet, quanta tum ipsi, tum militibus ejus sufficeret. His intellectis, Maximianus Herculius pro filio Maxentio non ab re solicitus, Lucania relicta, in qua id temporis erat, Ravennam contendebat; cumque perspexisset Severum hac invitum ejici non posse, quod munita foret, & commeatu abundaret; sacramentis circumvento, Romam ut iret, persuasit: quo quidem pergens; ubi quemdam ad locum venisset, quem Tres Tabernas vocant, ab insidiis, quas eo loco Maxentius collocaverat, apprehensus necatur, cervicibus laqueo fractis. Cæterum Maximianus Galerius, haud æquo ferens animo quæ in Severum Cæsarem designata fuerant, ab Oriente Romam eundum statuit, & meritas a Maxentio pœnas exigendas. Ut in Italiam appulerat, parum fidos erga se militum animos sentiens, ad Orientem nullo commisso prælio rediit.*

(*a*) *Zosim. l. 2.* Severi Cæsaris interitus.

II. *Tunc & Maximianus Herculius eas turbas, quæ Rempublicam vexarent, indigne ferens, ad Diocletianum id temporis Carnuti (oppidum hoc Celticum est) degentem venit; eique persuadere nititur, Imperium resumat; nec id patiatur, tam diuturno tempore, tantisque laboribus ipsorum conservatum, insanienti juventæ, ac illorum dementiæ, a quibus occupatum esset, expositum quassari. Sed Diocletiano* Maximianus iterum affectat imperium. *postulatis ejus non assentiente, sed negotiorum occupationi quietem anteferente (nam fortassis etiam rerum perturbationem secuturam prospiciebat, ut erat religionis observantissimus) Herculius eo conatu frustratus, & Ravennam usque progressus, rursum versus Alpes contendit, ut ibi commorantem Constantinum conveniret. Cumque natura curiosus & infidus esset, promissa illi Fausta filia, eoque promisso impleto fallere conabatur hominem, & persuadere, discedentem ex Italia Galerium Maximianum persequeretur, & insidias Maxentio strueret:* Hæc Zosimus usque ad nuptias Constantini. Eutropius autem Ravennæ tradit fuisse interfectum Severum, cum obsidens urbem, a suis derelictus, eo confugisset. Sed ad Constantinum.

III. Constantinus quid in Barbaros.

Tam brevi tempore a Constantii parentis obitu, cum necdum Augustum, sed tantum Cæsarem ageret Constantinus, duos compressit barbaros Reges, timoremque universis incussit; hæc enim pro concione publice sic dicta sunt: (*b*) *Multa ille* (nempe pater) *Francorum millia qui Bataviam, aliasque cis Rhenum terras invaserant, interfecit, depulit, abduxit; tu jam ab ipsis eorum Regibus auspicatus es, simulque & præterita illorum scelera punisti, & totius gentis lubricam fidem timore junxisti* *. Sed & Nazarius (*c*) ex his quoque magnum sibi ejus laudandi comparat argumentum, cum ait: *Tu ferocissimis Regibus Ascarico & Comite Gaiso captis, tanta laude res bellicas auspicatus es, ut jam inauditæ magnitu-*

(*b*) *Paneg. Maxim. & Const.* 1.

* *vinxisti.*

(*c*) *Nazar. in Paneg. Const.* 3.

dinis

PAGIUS anni *Maximianum Herculium IX. & Maximinum Cæsarem* Consules processisse, ex libello de Præfectis Urbi, licet hac in parte corrupto, deduci videtur. Hæc editionis Bucherii verba: *Maximiano VII.* (sed legendum, *Maximiano VIIII.* nempe Herculio, jam enim Cos. VIII. fuerat) *& Maximiano* (legendum, *& Maximino*, ut habetur in editione Cuspiniani, qui fatetur, quædam hoc in loco corrupta esse. Certe Maximinus anno CCCXIII. secundum Consulatum gessit, nulloque alio in loco prioris mentio habetur) *Ex mense Aprili factus est sextus Consulatus*, (sed loco *Aprili*, lege, *Augusto*, & loco, *sexto Consulatus*, lege, *post sextum Consulatum*) *quod est novies & Constantino. VI. Kalend. Septemb. Justeius Tertullus P. V.* id est, Præfectus Urbi. Onuphrius recte legit, *Maximinum*, loco *Maximiani*, sed loco horum verborum, *novies & Constantino*, perperam habet, *Diocletiano novies & Constantino*. Anni itaque initio, ut conjicere licet, Consules in Italia processere Maximianus Herculius Aug. IX. & Maximinus Cæsar, qui ultimus a Maxentio in locum Constantini, a quo abhorrebat, designatus. Sed postquam Maxentius deprehendit, Herculium insidias sibi parare, hunc Consulatum abrogavit, & quidem mense Augusto, jussitque Acta publica hac formula notari: *Post sextum Consulatum.* Quare ante mensem Augustum Herculius Roma non fugit, indeque præfatus locus hac in parte emendandus.

II. *Consules in reliquo Orbe.*

[1] In reliquo Orbe Romano, qui Galerium Maximianum tamquam seniorem Augustum venerabatur, Consulatus his verbis expressus. *Novies & Constantino*, ut legitur in præfato libello de Præfectis Urbi, in Fastis Idacii, in Cæsareis

NOTÆ [1] QUamquam in assignando Diocletiano nono hoc Consulatu errare potuit Onuphrius, erroris tamen sui idoneos habet assertores. Nam duo Catalogi ab Eccardo vulgati in Corp. Historic. Med. ævi to. 1. col. 38. & 48. hujus anni nonum Consulatum Diocletiano adscribunt. Prior enim ex illis habet: *Diocletiano IX. & Maximiano VII.* Alter vero: *Diocletiano IX. Constantino.* Mirum est insuper nullis in Fastis nonum hunc Consulatum Maximiano satis perspicue vindicari ut enim Pagius animadvertit nihil in illis frequentius legitur, quam: *Novies & Constantino.*

dinis obſidem teneremus. Ut Herculem ferunt tenerum adhuc atque lactentem, duos angues manu eliſiſſe, ut jam infantulo indoles futuri roboris immicaret: ſic tu, Imperator, in ipſis Imperii tui cunabulis quaſi geminos dracones necares, per ſæviſſimorum Regum famoſa ſupplicia ludebas. Euſebius (*a*) res ab eo item geſtas retexens, hæc narrat his verbis: *Itaque ut primum fuit in regni ſolio tuto locatus, Imperii portioni, quam rexiſſet pater, ſtudioſe proſpexit; commodiſque omnium gentium, quarum dominatum pater ante tenuiſſet, ſumma cum humanitate & clementia aſſidue conſuluit; omnia autem barbarorum genera circa fluvium Rhenum & Oceanum verſus Occidentem incolentia, quæ audacia & temeritate impulſa ſeditionem conflaſſent, penitus repreſſit, & ex indomitis immanitateque efferatis, manſueta effecit, & ratione tractabilia. Alia vero, quorum animos adeo inſanabiles animadvertebat, ut ad vitam quiete pacificeque degendam nullo modo viderentur poſſe traduci, ſecluſit ab Imperio, & tamquam agreſtes belluas a patriæ finibus prorſus exturbavit.* Hæc tot ſcriptorum illorum temporum ore vulgata, a Zoſimo ſunt prætermiſſa, quod non hiſtoriam (ut dictum eſt) ſed Philippicas potius in Conſtantinum ſcribere inſtituerit.

(*a*) Euſeb. in Vita Conſt. l. 1. c. 19.

IV. Maximiani inſidiæ in Conſtantinum.

Cum igitur ipſo ſui Imperii exordio, tam modico temporis intervallo, tam præclara tum militaris præſtantiæ, tum in rebus gerendis conſilii ſpecimina ediderat, præjudiciaque hæc eſſent majorum in dies acceſſionum ad Imperii propagationem: videns Maximianus Herculius male conſultum fore Maxentio, quamdiu Conſtantini res ſtarent, perinde atque Saul in David, gloriæ illius æmulationis ſtimulis exagitatus, nihil prætermittere intentatum decrevit, quo illum de medio tolleret; ſimulat (quod tradit Eutropius *a*) cum Maxentio inimicitias; eaque occaſione depoſitum reſumit Imperium; fœdus cum Conſtantino componere, illudque vinculo nuptiarum ſtringere velle, videri cœpit: hæcque omnia ut Conſtantinum his officiis promeritum, tutum redditum interficeret. Sed audiamus Eutropium hæc narrantem: *Herculius tamen Maximianus poſt hæc in concione exercitu filium Maxentium nudare conatus, ſeditionem & convicia militum tulit; inde ad Gallias profectus eſt, dolo compoſito, tamquam a filio eſſet expulſus, ut Conſtantino genero jungeretur, moliens tamen Conſtantinum reperta occaſione interficere, qui in Galliis & militum & provincialium ingenti jam favore regnabat, cæſis Francis atque Alemannis, captiſque eorum Regibus, quos etiam beſtiis, cum magnificum ſpectaculum muneris paraſſet, objecit*: Hæc Eutropius.

(*b*) Eutrop. lib. 10.

V.

At quæ dicit de Maxentii exercitu Maximianum Herculium conviciis inſectante, hæc poſtea contigerunt; nam antea cum Severi bellum inſtaret, tunc Urbs ipſa, & poſitus in ea exercitus ipſum acclamavit Maximianum: id quidem in laudatione illa in nuptiis habita recte videtur exprimi, cum dicitur (*b*): *Fecit enim Roma ipſa pro majeſtate nominis ſui, ut oſtenderet poſſe ſe etiam Imperatoribus imperare; abduxit exercitus ſuos, ac tibi reddidit. Et cum ad ſedandos animos auctoritatem privati Principis attuliſſes; ſupplices tibi manus tendens, vel potius queribunda clamavit. Quouſque hoc, Maximiane, patiar, me quati, & quieſcere?* Hæc ibi, & alia multa; quibus declarat ab

(*b*) Paneg. 1.

Maximianus iterum imperat.

ab ampliſſimo Senatu coactum ipſum Maximianum Imperium reſumpſiſſe, non alio quidem conſilio, quam ut illud Maxentio ſtabiliret; cujus rei gratia, cætera quæ poſtmodum ſecuta ſunt, velut in ſcena ex compoſito videntur eſſe repræſentata, nempe iræ in Maxentium, & nuptiæ Conſtantini cum ejuſdem Maximiani filia Fauſta; quæ celebratæ ſunt, cum ipſe Maximianus Roma fuga lapſus, una cum ſuis in Gallias ad Conſtantinum ſe contulit, ut quæ dicentur inferius declarabunt: licet hæc omnia ſerio acciditſe alii tradant: re vera tamen Maximianum fuiſſe in Conſtantinum animo infenſiſſimo, certum eſt.

VI. Nuptiæ Conſtantini & Fauſtæ.

Quod primum ad Conſtantini cum Fauſta conjugium ſpectat; idem Maximianus Herculius, qui olim Theodoram privignam ex Eutropia genitam in uxorem conjunxiſſet Conſtantio, & cum ea imperium eidem tradidiſſet; modo filiam Fauſtam ex eadem quoque Eutropia genitam junxit matrimonio Conſtantino, & Imperium quod iterum ſuſceperat, deponendo iterum, in eumdem Conſtantinum transferre videri volebat. At non hanc primam Conſtantinus in uxorem accepit; ſed jam antea, ut ex ejus epiſtolis liquet, uxorem duxit, ne conjunctione aliqua illegitima fœdaretur; hancque fuiſſe Minervinam, ex qua natus eſt Criſpus, verior ſententia eſt; licet Victor (*a*) & Zoſimus, eam Criſpi matrem Minervinam fuiſſe illi non conjugem, ſed concubinam, tradant.

(*a*) Vict. in Conſt. & Zoſim. l. 2.

VII.

Sed quid hac de re pro concione dictum ſit tunc in Panegyrico habito in his nuptiis cum Fauſta initis, repetamus; haud enim in tam celebri conventu auctorem mentiri potuiſſe putandum. Præclarus ergo illorum temporum orator, cum Conſtantini commendat continentiam, Conſtantii patris exemplo ſervatam, hæc ait (*b*): *Quo enim magis continentiam patris æquare potuiſti, quam quod te ab ipſo fine pueritiæ illico matrimonii legibus tradidiſti, ut primo ingreſſu adoleſcentiæ formares animum maritalem, nihil de vagis cupiditatibus, nihil de conceſſis ætati voluptatibus in hoc ſacrum pectus admitteres? Novum jam tum miraculum, juvenis uxorius; ſed ut res eſt, mente præſaga omnibus te verecundiæ obſervationibus imbuebas, talem poſtea ducturus uxorem:* Hæc auctor de primo conjugio, ex quo Criſpus eſt genitus, qui hoc ipſo tempore jam exceſſerat pueritiam, aſpectu pulcherrimus, taliſque ætate & forma egregia, quem (ut ſuo loco dicemus) Fauſta ipſa Conſtantini nova conjux incæſto amore ſuccenſa turpiter deperiret.

(*b*) Paneg. 1.

VIII.

Sic igitur etiam ex Criſpi ætate, Conſtantini patris annos metiri licet, atque verum exploratumque reddi, quod teſtatur Euſebius (*c*), totidem annos natum fuiſſe Conſtantinum, cum ſuſcepit Imperium, quot vixit poſtea Imperator, nempe attigiſſe ſaltem trigeſimumprimum annum. Quamobrem qui ætate juniorem capeſſiſſe Imperium tradunt, reſpectu ſeniorum Imperatorum locuti eſſe videntur; ut cum Nazarius (*d*) ait in Panegyrico: *Tu Imperator optime, inito Principatu adhuc ævi immaturus, ſed jam maturus Imperio, oſtendiſti curſum ætatis non expectandum in feſtinatione virtutis.*

(*c*) Euſeb. in Vit. Conſtant. l. 1. c. 1. in ſi. & l. 4. c. 53. Conſtantini ætas.

(*d*) Nazar. in Paneg. Conſt.

IX. Conſtantinus dictus Auguſtus.

His ergo nuptiis initis, Conſtantino Cæſari additum nomen Auguſti, ſummamque eſt Imperii conſecutus: *Sunt* (inquit auctor Panegyrici in iiſdem nuptiis dicti) *hujus propria lætitiæ, qua tibi Cæſari additum eſt nomen Imperii, & iſtarum cælestium*

PAGIUS

faræis & in Fragmento Bucheriano, id eſt, *Maximiano Herculio IX.* & *Conſtantino*. Ille enim Imperium reſumſerat, & juxta primam regulam uterque Faſtis nomen dedit. Quare valde hallucinatus eſt Onuphrius, qui adverbium illud de Diocletiano explicat; is enim non Conſul *novies*, ſed Conſul *decies* proceſſiſſet. Illud obiter notandum, Conſulatus Herculii, poſtquam reſumſit Imperium, in Faſtis & Actis publicis de more expreſſos fuiſſe per adverbia, ſc. *novies*, vel *decies*, tacito ejus nomine. Quod factum exiſtimo, ut diſcrimen aliquod eſſet inter Conſulatus ante abdicationem, & poſt eam geſtos. In Faſtis quidem Theonis hoc anno legitur: Σεβῆρος σεβαστὸς, καὶ Μαξιμιανὸς Καῖσαρ, id eſt, *Severus Auguſtus & Maximianus Cæſar*, ubi *Maximini* loco, errore Græcis familiari, legitur *Maximianus*. Sed Conſules illi ſuffecti fuere, non vero ordinarii, ut arbitratus eſt Dodwellus, qui non animadvertit, in illis Faſtis Græcis non raro Conſules deſignatos aut Conſules ſuffectos pro ordinariis obtrudi. Eoſdem Conſules ſuffectos, Severum nempe & Maximinum exhibet Marianus Scotus in Chronico; indeque certo nobis conſtat, in loco laudato libelli de Præfectis Urbi loco *Maximiani* legendum eſſe *Maximinum*; & datur locus conjiciendi, Maxentium ideo Maximinum in Italia Conſulem ordinarium propoſuiſſe, quod eum Conſulem ſuffectum Galerius Maximianus nominaſſet, ut rejiciendo Conſtantinum minus ab eodem Galerio Maximiano diſſentire videretur.

Lactantius lib. de Mortibus Perſecutorum cap. 27. poſtquam retulit, Maximianum Herculium Imperium in Italia reſumſiſſe, & Severum dictum Auguſtum, in Italiam adverſus Maxentium miſſum eſſe, ait: *Herculius vero cum Maximiani noſſet inſaniam, cogitare cœpit, illum, audita nece Severi, inflammatum ira, cum exercitu eſſe venturum, & fortaſſe adjuncto Maximiano*, [legendum Maximino] *ac duplicatis copiis, quibus reſiſti nullo modo poſſet, urbe munita & rebus cœptis inimicis diligenter inſtruens, proficiſcitur in Galliam, ut Conſtantinum partibus ſuis conciliaret ſua minoris filiæ nuptiis. Ille interea coacto exercitu invadit Italiam, ad Urbem accedit, Senatum extincturus, populum trucidaturus. Verum clauſa omnia & munita offendit. Nulla erat ſpes irrumpendi, oppugnatio difficilis, ad circumſedenda mœnia non ſatis copiarum, quippe qui nunquam viderat Romam, æſtimaretque illam non multo eſſe majorem, quam quas*

III. Galerius Romam obſidet.

Baron. n. 11.

PAGIUS

quas noverat civitates. Tunc quadam legiones deteſtantes ſcelus, quod ſocer [nempe Galerius Maximianus] *generum* [nempe Maxentium] *oppugnaret, & quod Romani milites, Romam; tranſlatis ſignis Imperium reliquerunt. Et jam cæteri milites nutabant, cum ille fracta ſuperbia dimiſſiſque animis, Severi exitum metuens, ad pedes militum provolutus orabat, ne hoſti traderetur, donec promiſſis ingentibus felix animus, quorum & retro ſigna convertit ac fugam trepidus capeſſivit, in qua opprimi facillime potuit, ſi cum paucis quiſpiam ſequeretur. Quod cum timeret, dedit militibus poteſtatem, ut diſperſi quam latiſſime diriperent omnia vel corrumperent; ut ſi quis inſequi voluiſſet, utenſilia non haberet. Vaſtata eſt igitur ea pars Italiæ, quo peſtiferum illud agmen inceſſit, expilata omnia, mulieres corruptæ, virgines violatæ, extorti parentes & mariti, ut filias, ut conjuges, ut opes ſuas proderent. Abacta tamquam de barbaris præda pecorum ac jumentorum. Hoc modo ſe ad ſedes ſuas recepit, cum Romanus quondam Imperator, nunc populator Italiæ hoſtiliter univerſa vexaſſet. Olim quidem ille, ut nomen Imperatoris acceperat, hoſtem ſe Romani nominis erat profeſſus; cujus titulum immutari volebat, ut non Romanum*

Baron. n. 11.

Imperium, ſed Daciſcum cognominaretur, quia ſc. Galerius Maximianus de quo loquitur, in Dacia natus erat.

Ex his Lactantii verbis habemus, Herculium Auguſtum in Galliam non veniſſe niſi poſtquam Severus Auguſtus interiit. Quare cum ex loco laudato libelli de Præfectis Urbi menſe Auguſto in Actis publicis adhibita ſit hæc formula, *Poſt ſextum Conſulatum*, eo circiter menſe Herculius ex Italia fugit, ideoque & paulo antea Severus interfectus fuerat. Euſebius in Chronico ait, hunc *ſecundo Imperii ſui anno* occiſum; ubi annos Julianos utrimque incompletos numerat.

IV. *Severus Aug. occiditur.*

Certum itaque, *Severum* hoc anno extinctum, quamquam de menſe non conſtet. Maximianus Herculius *Fauſtæ* pater in Galliam profectus eſt, ut Conſtantinum partibus ſuis conciliaret, promiſſis illi *Fauſtæ* minoris filiæ nuptiis, eoque promiſſo impleto, perſuadere conabatur Conſtantino, ut diſcedentem ex Italia Galerium Maximianum perſequeretur. Ex quibus verbis colligere eſt, nuptias illas eo tempore, quo Galerius erat in Italia, vel circiter, celebratas. Cum autem Galerius Maximianus in Illyricum ex Italia redux hoc anno fuerit ante *III. Idus*

V. *Nuptiæ Fauſtæ & Conſtantini.* Baron. n. VI. & ſeq.

No-

ſtium nuptiarum feſta celebrantur : & inferius : *Cum tibi pater Imperium reliquiſſet, Cæſaris tamen appellatione contentus, expectare malueris, ut idem te, qui illum declararet Auguſtum*. Verum anni ejus Imperii cœpti ſunt numerari ab obitu patris ejus Conſtantii.

X. Maximiani interitus.

Quanta vero Dei clementia ſuper Conſtantinum, quem fore Chriſtianum prævidebat, maxime invigilans operata ſit, cum a Maximiani inſidiis illum tutatus eſt, jam dicamus. Etenim accidit, ut Fauſta coniux in virum propenſior quam in parentem, omnes technas ac dolos, quos pater in ipſum meditabatur, eidem palam faceret Conſtantino. Qui eum rurſus Imperium affectantem reſumentemque cum exercitu inſecutus, fugam capeſſere impulit; ſed cum fugiens ille Maſſiliam perveniſſet, de ſalute deſperans, laqueo ſibi paravit interitum. Errat Zoſimus (*a*), cum eum Tarſi morbo periiſſe tradat, qui rem geſtam ſic narrat: *Ad hæc Maximianus, cum illum obſequentem nactus eſſet, a Conſtantino diſcedens, Imperium recuperare nitebatur, ea ſpe, quod ad odia mutua Conſtantinum generum & filium Maxentium impulſurus eſſet*: & paulo poſt: *Etdem recuperando (ceu diximus) intentus Maximianus Herculius, ut milites a benevolentia, & ſtudiis erga Maxentium alienaret, operam dabat. At cum is largitionibus & miſeris ſupplicationibus ſuas in partes eos pertraxiſſet, Conſtantino ſtruere nitebatur inſidias eorum opera militum, quos ille penes ſe habebat. Verum quod Fauſta conatum illius antevertiſſet, ac rem totam Conſtantino indicaſſet; in deſperationem rerum omnium adductus Herculius, apud Tarſum morbo extinguitur*: Hæc de his Zoſimus. At quæ dicit de militibus a Maxentio abalienatis, ante nuptias acciditſe, ex dicto Panegyrico ſatis eſt demonſtratum.

(*a*) Zoſim. lib. 2.

XI. Error de loco obitus Maximiani.

Quod vero Tarſi ait ipſum periiſſe, errore lapſus eſſe convincitur, ſicut & Socrates (*b*), & aliqui ex recentioribus; nam non Maximianus Herculius, ſed Maximianus Galerius (ut auctor eſt Victor) Tarſi diem obiit; qui item Victor (*c*) de eodem Maximiano, de quo eſt ſermo, agens, hæc ait: *Maximianus Herculius a Conſtantino apud Maſſiliam obſeſſus, deinde captus, pœnas mortis genere poſtremo, fractis laqueo cervicibus, luit*. Alii autem (ut dictum eſt) ſe ipſum laqueo ſtrangulaſſe tradunt. Eutropius (*d*) pariter Maſſiliæ dediſſe meritas pœnas Herculium teſtatur, itemque Oroſius (*e*), & ante omnes Euſebius (*f*), qui id accidiſſe ponit hoc anno ſecundo Imperii Conſtantini, idque (*g*) ait quod inſidias molitus Conſtantino deprehenſus fuiſſet, & ob id turpiſſima cum morte vitam clauſiſſe, dum (ut inferius (*h*) inquit) dæmonis incitatione ac pulſu extremum vitæ laqueo interrupit.

(*b*) Socr. l. 1. c. 1.
(*c*) Victor. in Maxim.
(*d*) Eutrop. l. 10
(*e*) Oroſ. l. 7. c. 28
(*f*) Euſeb. in Chron.
(*g*) Euſeb. l. 8. c. 16.
(*h*) Ibid. c. 29.

XII. Confirmatio Prædictorum.

Id vero certiſſimum eſſe oratio Panegyrica eidem Conſtantino mox poſt ejuſdem Maximiani Herculii interitum dicta, fidem facit, qua ipſius res geſtæ exacte narrantur; ac primum cum illa invectiva in Maximianum beneficiorum immemorem his verbis auctor invehitur (*i*): *Ut enim alia mittam, hoc ipſum nonne fati neceſſitas tulit, ut ille tuæ pietati hanc referret vicem, quem tu ab Urbe pulſum, ab Italia fugatum, ab Illyrico repudiatum, tuis provinciis, tuis copiis, tuo Palatio cœpiſti? Quid, oro, ſibi voluit? quid optavit? aut quid amplius adipiſceretur his, quæ a te fuerat*

(*i*) Paneg. Conſtant. 4.

rat conſecutus? cui tu ſumma & diverſiſſima bona, privatim otium, & regias opes dederas; cui digredienti ad annulos fœderas: addit hæc, & de cæteris obſequiis: *Cui impenſius etiam quam tibi occurrere obſequia noſtra mandaveras; cujus omnibus juſſis ſic ſtatueras obedire, ut penes te habitus, penes illum poteſtas eſſet Imperii. Quiſnam ille tantus fuit non ardor potentiæ? quid enim te imperante non poſſet? ſed error jam deſipientis ætatis, ut tot natus annos graviſſimas curas & bellum civile ſuſciperet*. Et poſt nonnulla in laudem Diocletiani auctor effuſus, & contra eumdem Maximianum, quod bis depoſitum Imperium tertio jam quæreret uſurpare, pluribuſque res poſt geſtas, & obſidionem Maſſiliæ, quo ille confugerat, proſecutus, hæc de ſpontaneo ejus obitu addit:

XIII. Infelix exitus Maximiani.

Quod ad pietatem tuam pertinet, Imperator, & illum, & omnes quos receperat, reſervaſti. Sibi imputet quiſquis uti noluit beneficio tuo, nec ſe dignum vita judicavit, cum per te liceret ut viveret. Tu, quod ſufficit conſcientiæ tuæ, etiam non merentibus peperciſti. Sed ignoſce dicto: Non omnia potes; dii te vindicant & invitum: Hæc ibi de Maximiani Herculii ſponteneo interitu auctor habet. Prænunciaverat Victor inſignis miles Chriſtianus, natione Maurus, ex illis quos in Galliam Ciſalpinam ab eodem ductos diximus, ejus obitum; quippe ejuſdem Maximiani mandato ob Chriſti nominis confeſſionem multa paſſus, tandem duci juſſus, cum plectendus eſſet, ait ad milites: *Dicite Imperatori Maximiano, hoc anno illum abiturum e vita*. Extant ejus martyrii Acta (*a*) Mediolani habita. Hunc igitur tandem conſecutus eſt finem Chriſtiani nominis immaniſſimus hoſtis, carnifex ſanctorum martyrum; quem tamen relatum inter divos opera Maxentii generi, temploque auctum, numiſma poſitum anno ſuperiori demonſtrat.

(*a*) Apud Sur. t. 3. die 3. Maii.

XIV. Conſtantinus cultor Deorum.

At vero quod pertinet ad Conſtantinum Imperatorem; licet ſineret Chriſtianos quiete agere, de iiſdemque officiis omnibus optime mereretur; ipſe tamen nec-dum conceperat animo Chriſtianam religionem; quippe cum diis ſacra faceret & ex Gentiliciæ ſuperſtitionis præſcripto vitam in omnibus inſtitueret: quod quidem cum ex multis appareat, idem quoque auctor eadem oratione iis verbis perſpicuum reddit, cum quid ab eo geſtum eſſet poſt expeditionem illam contra Maximianum ſuſceptam, narrans, hæc ait (*b*): *Ipſa hoc ſi ornante Fortuna, ut te ibi rerum tuarum felicitas admoneret, diis immortalibus ferre quæ voveras; ubi deflexiſtes ad templum toto Orbe pulcherrimum, immo ad præſentem ut veniſti deum. Vidiſti enim, credo, Conſtantine, Apollinem tuum, comitante Victoria, coronas tibi laureas offerentem, quæ tricenum ſingulæ ferunt omen annorum*: & paulo poſt: *Merito igitur auguſtiſſima illa delubra tantis donariis honeſtaſti, ut jam vetera non quærant, jam omnia te vocare ad ſe templa videantur, præcipueque Apollo noſter*: Hæc & alia plura id genus auctor de eodem narrat.

(*b*) Paneg. Conſtant. 4.

XV.

Sed & adhuc antiquæ viſuntur nummorum inſcriptiones, in quibus hæc leguntur: FL. VAL. COSTANTINUS NOB. C. GENIO POP. ROM. S. A. P. T. R. & ſignum Genii; aliæ ruſum AVG. titulo & Martis, cum Martis ſigno; Jovis aliæ, Solis plures, Victoriæ etiam, cum eorumdem numinum imaginibus. Sed exhibemus tibi ejuſdem Conſtantini numiſma cum Marte.

Hæc

PAGIUS *Novembris*, quo die Licinium Imperatorem creavit, & ex Lactantio citato cap. 28. pateat, Herculium Romam iterum profectum poſt Galerii fugam, ac cum rurſum eodem anno rediiſſet in Gallias, ibi aliquantulum moratum eſſe, & poſtea in Illyricum ad urbem Pannoniæ *Carnuntum* veniſſe, ibique fuiſſe, quando *Licinius* dictus eſt Imperator, liquet, eas nuptias medio circiter hoc anno coiiſſe. Percuſſi duo Conſtantini Magni Nummi, qui apud Mediobarbum pag. 460. extant. In prioris poſtica legitur: CONCORDIA FELIX D. D. N. N. P. L. C. Repræſentantur duæ figuræ Paludatæ dextras jungentes, & ſiniſtra haſtas tenentes. In poſterioris averſa parte habetur: SECURITATI PERPETUAE Do. N. N. P. L. C. Viſitur figura muliebris ſtans, ſiniſtra nixa columnæ, dextram capiti admovens. At hæc concordia brevis & ſecuritas infidioſa fuit, ut mox videbimus. Tres illæ litteræ P. L. C. denotant, ut exiſtimo, *percuſſa Lugduni* moneta ſcilicet. C. nomen Monetarii Conſtantini Magni.

VI. *Herculius Aug. Roma fugere cogitur.*

Nuptiis itaque illis circa menſem Maium celebratis Herculius rurſus in Italiam rediit, & ex Italia in Gallias, indeque in Illyricum, ubi Galerius Maximianus agebat, ſe contulit, ut ex his Lactantii lib. de Mortibus Perſecutorum cap. 28. verbis nobis innoteſcit: *Poſt hujus* (nempe Galerii Maximiani) *fugam, cum ſe Maximianus alter e Gallia recepiſſet, habebat Imperium commune cum filio* (nempe Maxentio.) *Sed juveni magis parebatur quam ſeni, quippe cum prior & major filii poteſtas, qui etiam patri reddiderat Imperium. Ferebat iniquo animo ſenex quod non poſſet libere facere quod vellet, & filio ſuo puerili æmulatione invidebat. Cogitabat ergo expellere adoleſcentem, ut ſibi ſua vindicaret. Quod facile videbatur, quia milites erant, qui Severum reliquerant. Advocavit populum ac milites quaſi concionem de præſentibus Reipublicæ malis habiturus. De quibus cum multa diſſiſſet, convertit ad filium manus, & illum eſſe dicens auctorem malorum, illum principem calamitatum, quas Reſpublica ſuſtineret, diripuit ab humeris ejus purpuram. Exutus ille, præcipitem ſe de Tribunali dedit, & a militibus exceptus eſt. Quorum ira & clamore perturbatus eſt ſenex impius, & ab urbe Roma tanquam ſuperbus alter* (ſc. Tarquinius Romanorum Rex ultimus) *exactus eſt*.

VII.

Tum cap. 29. Lactantius ſtatim ſubjicit: *Rediens rurſus in Gallias*, (currenti ſc. anno circa menſem Auguſtum, ut ex libello citato de Præfectis Urbi intelligitur) *ubi aliquantulum moratus eſt, profectus ad hoſtem filii ſui Maximianum* (ſc. Galerium) *quaſi ut de componendo Reipublicæ ſtatu cum eo diſputaret, re autem vera ut illum per occaſionem reconciliationis occideret, ac regnum ejus teneret, excluſus a ſuo, quocumque veniſſet. Aderat ibi Diocles a genero nuper accitus, ut quod ante non fecerat, præſente illo Imperium Licinio daret, ſubſtituto in Severi loco. Itaque fit utroque præſente. Sic uno tempore ſex fuerunt.* (ſc. Herculius, Galerius, Conſtantinus, Maximinus, Maxentius, & Licinius) *Quare impeditis conſiliis ſenex Maximianus tertiam quoque fugam moliebatur, redit in Galliam plenus malæ contagionis ac ſceleris, ut Conſtantinum Imperatorem generum ſuum, generi filium dolo malo circumveniret; & ut poſſet fallere, deponit regiam veſtem. Francorum gens in armis erat. Perſuadet nihil ſuſpicanti, ne omnem ſecum exercitum duceret, paucis militibus poſſe barbaros debellari, & ut ipſe haberet exercitum quem occuparet, & ille opprimi poſſet ob militum paucitatem. Credit adoleſcens ut perito ac ſeni, paret ut ſocero, proficiſcitur relicta mili-tum parte majore. Ille paucis diebus expectatis, cum jam Conſtantinum æſtimaret intraſſe fines Barbarorum, repente purpuram ſumit, Theſauros invadit, donat ut ſolet large, fingit de Conſtantino, quæ in ipſum protinus reciderunt. Imperatori propere, quæ geſta ſunt, nuntiantur. Admirabili celeritate cum exercitu revolat. Opprimitur homo ex improviſo, nondum ſatis inſtructus: milites ad Imperatorem ſuum redeunt. Occuparat Maſſiliam, & portas obſeraverat. Accedit propius Imperator, & in muro adſtantem alloquitur, non aſpere, nec hoſtiliter, ſed rogat quid ſibi voluiſſet, quid ei defuiſſet, cur faceret quod ipſum præcipue non deceret. Ille vero ingerebat maledicta de muris. Tum ſubito a tergo ejus portæ referantur, milites recipiuntur. Adtrahitur ad Imperatorem rebellis Imperator, pater impius, ſocer perfidus. Audit ſcelera quæ fecit, detrahitur ei veſtis & increpito vitæ donatur*: Hæc Lactantius.

Herculius Conſtantino ſtruit. Baron. n. v.

VIII. *Herculius & Diocletianus Carnuntum veniunt.*

Herculius itaque hoc anno menſe Novembri in Pannonia fuit. Venerat ad Diocletianum, ut Zoſimus ait, id temporis *Carnunti* degentem, ut eum impelleret ad reſumendum Imperium. Qua de re Victor in Epitome. Dum ab Herculio atque Galerio ad recipiendum Imperium rogare-tur,

(a) Apud Lelium Pasqualin. Can. S. Mariæ Majoris.

(a)

Hæc de Constantino voluimus tradidisse, ut appareat eum, cum nihil minus, quod spectat ad numinum cultum, haberet a cæteris Imperatoribus, qui ante ipsum Imperium administrarant, non tamen eorum causa Christianis hoc tempore negotium facessisse, sed indulsisse, de iisdemque optime meritum esse.

XVI. Quo autem statu res Orientalis Ecclesiæ hoc anno essent, quam adhuc persecutionis furor exagitabat; ex Eusebio, qui hæc scribit (b), accipiamus: *Ad annum sextum* (inquit) *cum persecutionis tempestas contra nos vehementer ingrueret, forte in loco quodam Thebaidis, Porphyritæ appellato, qui iam ante ex vena lapidis porphyritæ, quæ ibi nascitur, nomen deduxerat, ingens turba veræ in Deum pietatis confessorum versabatur: ex quibus centum viri cum mulieribus, & tenellis admodum liberis (tres solum ab eo numero aberant) ad Præsidem Palæstinæ, Firmilianum scilicet, qui iam locum Urbani in Præfectura obtinuerat, mittebantur; quibus, cum Deum omnium creatorem, & Christum confessi fuissent, præcepit, idque de sententia Imperatoris, non modo sinistrorum pedum commissuras cum ipsis nervis ignito ferro præcidi, sed etiam oculos dexteros primum ficis, cum ipsis pupillis & membranis quibus tegebantur, effodi; deinde cauteriis candentibus omnino ad ipsas intimas fibras & quasi radices labefactari. Ac postea ipsos ad metallorum venas, quæ erant in provincia, quo gravi ærumna, & afflictatione torquerentur, ablegat. Neque satis erat istos solum ejusmodi tormenta perpetientes oculis vidisse; sed etiam e Palæstinis, quos paulo ante diximus, ad singularia pugillatus certamina ineunda condemnatos, coram conspicari voluit; idque cum fuissent neque cibariis ex penu regio sustentati, neque essent in ullo exercitationis genere, quod ad pugillatum pertinebat, aliquando versati. Jam vero non procuratoribus Imperatoris solum istud declararunt, sed coram ipso etiam Imperatore Maximino ea de re comparentes, celsissimam in Christo confitendo constantiam, tum famis tolerantia, tum verberum perpessione commonstrarunt; & similia tormenta cum iis quos modo posuimus, cumque aliis confessoribus ex ipsa Cæsarea ad ipsorum numerum adjectis, sustinuerunt.*

(b) Euseb. l. 8. c. 18.

Persecutionis annus sextus.

Post istos autem alii vestigio propter- XVII.

PAGIUS tur, tanquam pestem alicuam detestans, in hunc modum respondit: *Utinam Salone possetis visere olera nostris manibus inserita. Profecto nunquam istud tentandum judicaretis.* Quod si tunc Salone fuisset, locus non erat huic exclamationi, *utinam*, &c. Ex hoc itaque Lactantii loco liquet, Herculium ad Diocletianum profectum esse anno, quo Licinius factus est Imperator, currenti nempe. Ex Pannonia *Herculius* in Galliam venit, vel sub hujus anni finem, vel sequentis initio, ut Constantinum fallere posset, ibique deposuit iterum Imperium, anno adhuc incerto. Illud Francorum bellum, de quo Lactantius loquitur, non videtur ab eo diversum, de quo Eusebius in Vita Constantini lib. I. cap. 25. ubi ait, Constantinum adversus *Britannicas* gentes trajecisse. Quam expeditionem Valesius in Notis ad illum librum, in annum CCCXI. confert, quod eam Eusebius recitet ante illam, quam adversus *Maxentium* Constantinus suscepit. At cum secunda hæc Constantini in *Britanniam* trajectio, Herculio adhuc vivente, contigerit, isque anno trecentesimo decimo perierit, liquet, eam vel anno sequenti, vel anno trecentesimo nono susceptam.

IX. Eusebius in Chronico *Herculii Maximiani* mortem cum sequenti Christi anno conjungit; Idacius vero in Fastis sub Consulibus anni CCCX. habet: *Diem functus Maximianus senior*, quod videtur probabilius. Rem gestam narrat Lactantius laudatus cap. 30. Historicosque, qui Mortem Herculii non bene calluerant, in viam reducit. *Sic amisso Imperatoris ac soceri honore, humilitatis impatiens, alias rursus insidias machinatus est. Quia semel abiit impune, vocat filiam Fausstam, eamque nunc precibus, nunc blandimentis sollicitat ad proditionem mariti, alium digniorem virum pollicetur, petit, cubiculum patens relinqui, & negligentius custodiri finat. Pollicetur illa facturam, & refert protinus ad maritum. Componitur scena qua manifesto facinus teneretur. Supponitur quidam vilis eunuchus qui pro Imperatore moriatur. Surgit ille nocte intempesta, videt omnia insidiis opportuna. Rari excubitores erant, & ii quidem longius; quibus tamen dicit vidisse somnium, quod filio suo narrare vellet. Ingreditur armatus, & spadone obtruncato, prosiliit gloriabundus, ac profitetur quod admiserit. Repente se ex altera parte Constantinus ostendit cum globo armatorum. Profertur e cubiculo cadaver occisi, hæret manifestarius homicida, & mutus stupet, quæsi*

Maximiani Herculii interitus. Baron. ann. & seq.

Dura

Christiani Gazenses dire vexati.

rem quod homines, quo sacrarum litterarum lectioni interessent, in unum coegerant, in urbe Gaza capti fuerunt; quorum alii easdem cum iis tum oculorum, tum pedum vexationes subierunt; alii, tormentis in utrumque latus inflictis, multo graviores cruciatus subierunt. Inter quos una quædam corpore mulier, animi autem magnitudine plane vir, cum stupri minas ferre non posset, & tale verbum esset contra tyrannum locuta, nempe rectionem Reipublicæ Judicibus admodum crudelibus ab eo esse commissam; primum verberibus cæditur, deinde sublimis in ligno erecto suspensa, acerbos laterum cruciatus perfert. Ubi autem qui ad eam rem erant designati ex Judicis mandato acria acerbaque tormenta illi incusserant; alia mulier, quæ multo majorem laudem, quam illi quos Græci μαχητὰς vocant, hoc est, pugiles (qui ob alacrem & erectum in dimicando animum pleno ore prædicantur) promerita est, quæque pari ratione cum illa priore virginitatis scopum sibi proposuerat, corporis forma (ut videbatur) admodum sordida, vultu quidem abjecta, sed animo re vera robusto, & majorem animi celsitatem, quam corporis species præseferebat, in pectore complexa: cum pati non posset, ut tam dire, crudeliter, & inhumane cum illa ageretur; e media turba in Judicem vociferatur: Quousque tam acerbe sororem meam torques? Ille iracundia magis exæstuans, statim illam comprehendi jubet. Ea deinde rapitur in medium; quam quidem libere venerandum Salvatoris nomen profitentem, primum verbis ad immolandum solicitavit; verum ubi resistebat, vi ad altare trahitur. Illa tum suæ indoli germana, & conveninetia obtens, & nihil de priore animi alacritate remittens, pede intrepido, & fidenti in aram ruit, in eamque insultat calcibus; & quæ in ea erant, una cum lignorum strue, penitus evertit. Unde Judex tamquam truculentæ bellua bile & rabie excandescens, primum tot tormenta in ejus latera impingi præcepit, quot nemini umquam antea; & præ furore propemodum crudis ejus carnibus se saturare gestiit. Postea autem quam ejus insania satietatem cœperat, ambas simul junctas, hanc nempe cum ea quam sororem antea appellaverat, flammarum incendio absumendas addixit; quarum priorem ex regione Gazensium ortam, alteram nomine Valentinam ex Cæsariensium genere fuisse prognatam, multisque cognitam, intelligendum est.

Martyrium porro quod statim post beatissimus Paulus perpetiebatur, quo pacto pro dignitate explicare queo? Eodem enim temporis articulo cum illis mulieribus una sententia morti adjudicatus, ad extremum a lictore, cum ejus caput esset jamjam amputaturus, paululum temporis sibi concedi postulavit, quo impetrato, primum clara, & canora voce a Deo exposcit, ut Christiani tribules sui ejus gratiæ reconciliarentur; & ut quam citissime illis daretur libertas, supplex obtestatur; deinde pro Judæis, ut ad eum per Christum se totos transferrent, orat; deinde paululum in oratione progressus, eadem pro Samaritanis efflagitat; tum ut omnes Gentiles, qui in errore, & cæca Dei ignoratione versabantur, ad divinam cognitionem venirent, & veram pietatem recipercnt, deprecatur: neque universam multitudinem, quæ undique circumstabat, omnino tamquam neglectam, & deprecatione sua destitutam reliquit. Post quos universos (o immensam, & ineffabilem animi lenitatem XVIII. Pauli martyrium.

&

PAGIUS Dura silex aut stet Marpesia cautes;
impietatis ac sceleris increpatur. Postremo datur ei potestas libera mortis,
Ac nodum informis lethi trabe nectit ab alta.

X. Duratio ejus imperii & locus mortis. *Ita ille Romani nominis maximus Imperator, qui per longum temporis intervallum cum ingenti gloria viginti annorum vota celebravit, elisso & fracto superbissimo gutture, vitam detestabilem turpi & ignominiosa morte finivit*, idque Massiliæ, ut Eusebius in Chronico, Victor in Epitome, & Orosius in Historia docent. Eusebius autem in Chronico eodem anno & Severi & Herculii mortem narrat, ita ut post mensem Octobrem, a quo annum incipit, Severus perierit, & anno sequenti Herculius. Epitomatores enim postrema gesta cum prioribus conjungere solent, & temporis ordinem in omnibus non servant. Non dubito tamen, quin Severus ante mensem Septembrem occisus fuerit.

XI. *Eusebius in morte Herculii non erravit.* Eusebius in Vita Constantini lib. 1. cap. 47. postquam cap. 38 & seqq. Maxentii interitum, & Constantini in urbem Romam ingressum, hujusque præclaras virtutes enarravit, ait: *Hæc dum ab eo* [scilicet Constantino] *geruntur, alter eorum qui se Imperio abdicaverant, cum insidias in ejus necem comparavet, deprehensus, turpissima mortis genere interiit*, videlicet Herculius, de quo Eusebium loqui nullus negaverit. *Quod si verum est*, inquit Valesius in Notis, *fœdissimum errorem hic admisit Eusebius, qui Herculii mortem refert post victoriam de Maxentio: cum tamen certum sit, Maximianum Herculium mortuum esse biennio ante eladem Maxentii anno* CCCX. *Natalis Dominici. Quis vero credat tantum errorem ab Eusebio horum temporum æquali admitti potuisse? Adde quod titulus hujus capitis non Maximiani, sed Maximini nomen præfert. Itaque facile adducor ut credam, hunc locum corruptum esse, atque ita emendari debere τῶν εἰς βασιλείαν προχειρισθέντων ὑπὸ τῶν τὴν ἀρχὴν ἀποθεμένων ὁ δεύτερος, ut Maximinus hic intelligatur, qui una cum Severo Cæsar factus est a Diocletiano & Maximiano, tunc cum purpuram deposuerunt, ut inquit Idacius in Fastis, & sic temporum ordo apud Eusebium recte procedit. Maximinus enim post victoriam de Maxentio interiit, & quidem genere turpissimo, ut scribit Eusebius lib. 8. & 9.* Sed miror, Valesium in Eusebii, Socratis, Sozomeni, & Theodoreti lectione exercitatissimum non animadvertisse, hos Scriptores in rebus quas narrant, accuratum temporis ordinem non semper servare, & non raro post-

ponere

& tolerantiam!) etiam pro Judice qui illum morti addixerat, proque Imperatoribus, pro carnifice item, qui mox esset caput ejus cervicibus abscissurus, eo ipso (carnificem dico) & omnibus qui aderant audientibus Dei omnipotentis numen imploravit, ne illis hoc facinus in ipsum admissum peccati loco numeraret. Hæc & ejusmodi alta voce precatus, tamquam qui immerito plane nexi addictus fuisset, omnes propemodum ad misericordiam, & lacrymas attraxit; ipse tamen se ipsum ad mortem adornans, & cervicem nudam gladio feriendam libenter subtermittens, divino & beato martyrio vigesimoquinto die mensis Panemi, hoc est, ad octavum Kalendas Augusti, eximie decoratus fuit. Atque istæ istorum martyrum res gestæ talem habuere exitum. Tempore porro non longo progrediente, rursum ex Ægyptiorum regione centum & triginta insignes fidei, & confessionis in Christum athletæ ex mandato Maximini in ipsa Ægypto eosdem oculorum, & pedum cruciatus, cum illis quos diximus, sustinuerunt, quorum nonulli ad metalla in Palæstina damnati erant, alii ad metalla in Cilicia relegati.

XIX. *Simulatque vero tam multis, tamque egregiis magnanimorum Christi martyrum facinoribus ingens persecutionis æstus deferbuerat, & velut sacro illorum cruore flamma ejus extincta erat, & jam remissio, & libertas confessoribus ex Thebaide, qui metallorum in eo loco nascentium laboribus oppressi fuerant, concessa; & nos Christiani tamquam pulchra quadam pacis serenitate nos ipsos eramus jam recreaturi: de integro certe ipse penes quem persequendi potestas erat, nescio quo pacto, quave animi commotione, rursus contra Christianos mire inflammatur. Proinde ex improviso Maximini litteræ contra nos ubique in singulas provincias missæ fuerunt; unde* Maximinus quid contra Christianos. *Præsides, & summus dux totius Imperatoris exercitus, tabulis, epistolis, & publicis edictis civitatis cujusque curatoribus una cum Præfectis præsidiorum, & tabellariis præcipiunt, ut edictum Imperatoris ad exitum perducere maturent; mandavitque, ut cum omni celeritate idolorum delubra, quæ ceciderant reficerent, & denuo ædificarent; quin etiam efficerent, ut omnes omnino viri cum uxoribus, famulis, & pueris matrum ubera adhuc sugentibus, immolarent, libamina offerrent, & ipsa sacrificia re ipsa degustarent, & cibaria in foro venalia impuris sacrificiorum libationibus contaminarentur; & pro foribus denique balnearum quidam quasi custodes constituerentur, ut, qui in his essent sordibus abluti, post scelestis & nefaris illi victimis se inquinarent.*

Quibus rebus hunc in modum confectis, XX. Martyres Palæstinii. *cum nostri deintegro (ut verisimile erat) maximis curis & mærore tenerentur implicati, & Gentiles ipsi de intolerabili, & nimia horum scelerum absurditate admodum conquererentur (nam illis ista nimium fastidii, nimiumque importunitatis completi visa sunt) & calamitosissima tempestas passim omnibus impenderet: divina Salvatoris nostri virtus, & potentia iis athletis tantam denuo animi injecit fiduciam, & quasi cælitus inspiravit, ut cum nemo illos vi impelleret, raperetque ad fidei suæ confessionem, ultro offerrent sese, & omnes ejusmodi terrores ac minas strenue protererent, & tamquam pedibus prorsus conculcarent. Idcirco tres ex Fidelibus simul uno animorum consensu contra Præsidem immolantem insiliunt, & alta voce*

voce tali errore atque amentia desistere hortantur: Nam non alium esse Deum, præter eum qui omnium rerum effector, & architectus est, asserunt. Rogati ergo, quinam essent? Christianos se audacter confitentur. Qua de causa Firmilianus acrius & vehementius concitatus, absque ullo alio supplicii genere, capite mulctandos tradidit; quorum unus presbyter erat, nomine Antoninus; alter Zebinas vocabatur, ex civitate Eleutheropoli prognatus; tertio Germanus nomen fuit. Decimotertio die mensis qui Dius dicitur, id est, Idibus Novembris; hæc de istis acta sunt.

XXI. Ennathæ Virginis martyrium. *Eodem die mulier quædam, Ennathas nomine, ex Urbe Scythopoli, orta, virginitatis quasi coronis pulchre adornata, una cum illis martyribus eo accessit: quæ non ultro se obtulit, ut illi, sed vi tracta fuit, & ad Judicem adducta. Idcirco post verbera & graves contumeliosque cruciatus, quos Judex ei infligendos curaverat, Tribunus quidam qui illic in proximo magistratum gerebat, appellatus Maxys, homo non tam nomine, quam tota vitæ ratione nequam, & ut aliis rebus sceleste & perditus, ita tum corporis viribus supra modum robustus, tum moribus ferus & crudelis, tum apud omnes qui illum norant, infamia & dedecore notatus, absque auctoritate majoris potestatis hanc beatam virginem aggreditur, eamque omni vestitu usque eo exuit, ut corpus a lumbis solum ad pedes contegeretur, reliquum autem nudum existeret. Hunc per universam civitatem Cæsaream undique circumduxit, lorisque per totum forum & publicas plateas tractam non sine quadam animi sui oblectatione verberavit; quam post tot cruciatus, cum constantissimam animi firmitudinem pro tribunali, ubi Præfectus considere solebat, in fide tuenda ostendisset, Judex vivam igne cremandam tradidit.*

XXII. Persecutionis sævitia. *Iste igitur immanitate longius progrediens, & rabiem prope belluinam contra pios in dies adaugens, adeo extra naturæ leges penitus egressus est, uti inanimis sanctorum virorum corporibus sepulturam impudens invideret; & propterea cadavera sub dio, ut a bestiis dilaniarentur, noctu assidue & interdiu servari præcepit. Itaque non exiguam hominum numerum multorum dierum spatio huic immani & barbaro mandato inservientium cernere licebat. Quinetiam alii ex specula & loco edito, tamquam operæpretium facturi, ne cadavera subriperentur, sedulo observabant. Itaque agrestes bestiæ, canes, & aves carnivoræ membra discerpserunt humana, eaque huc illuc disperserunt, & tota civitas undique visceribus ossibusque hominum constrata fuit; adeo ut illis ipsis, qui ante fuissent infesto animo in nos affecti, nihil unquam crudelius, nihil aspectu horribilius videretur; neque tam eorum calamitatem, in quos hæc admissa erant, quam cum suam ipsorum, tum communis parentis naturæ ignominiam deplorabant. Spectaculum enim humanarum carnium non uno loco devoratarum, sed ubique misere disjectarum (quod omnem dicendi facultatem, omnemque tragœdiæ speciem longe superat) prope civitatis portas cujusque oculis subjectum fuit. Nonnulli autem membra, cadavera integra, & viscerum partes etiam intra portas se vidisse dixerunt.*

XXIII. Prodigia. *Dum permultis diebus ista gerebantur, tale quoddam miraculum accidit. Cum clara esset serenitas, & aer pulchre splendesceret, totiusque cœli omnia suo comple-*

PAGIUS ponere quæ præponenda fuissent, sive ut res per plures annos gestas uno tenore recitent, sive ob alias circumstantias a rebus, quas referunt, deductas, imo & aliquando nulla apparenti ratione; quod pluribus exemplis ostendi posset. Eusebius itaque in eo libro cap. 22. de Constantini Imperio sermonem instituit, & narrato Constantii patris obitu, caput 23. his verbis incipit: *Qualis vero fuerit exitus aliorum, qui Ecclesias Dei tanquam indicto bello oppugnarunt, nequaquam hic commemorandum esse duxi, nec bonorum memoriam attexta commemoratione esse violandam.* Tum per plura capita victorias Constantini ejusque virtutes describit, tandemque de Herculii interitu, quem hujusmodi narrationi interferre noluit, sermonem habet.

XII. *Herculius ante Maxentium mortuus.* Non itaque cap. 47. laudato de Maximino Eusebius loquitur, nec licet de Herculio sermonem habeat, hunc post Maxentium debellatum periisse intelligit. Nam hoc pacto sibimetipsi contradiceret, cum lib. 8. cap. 13. postquam retulit, Maximinum Augustum a semetipso renuntiatum esse, quod hoc anno factum, statim subjungit: *Sub id tempus Maximianus, quem post depositum Imperium iterum purpuram sumsisse retulimus, fœdissimo mortis genere interiit*; ac postea cap. sequenti de Maxentii & Tyrannorum moribus loquitur. Non dubitavit itaque Eusebius, quin Herculius ante Maxentium & Galerium Maximianum mortem oppetierit. Et hæc valde observanda, ne Chronologiam labefactemus dum reformare volumus, & Auctoribus absurdas opiniones, a quibus procul absunt, adscribamus, aut denique eorum verba emendationis intuitu depravemus. Cæterum præfatum caput 47. hunc titulum quidem præfert: Μαξιμίνου θελήσαντος ἐπιβουλεῦσαι θάνατος, καὶ ἄλλων, ὡς ἐξ ἀποκαλύψεως κωνσταντῖνος εὗρεν; quæ verba sic vertit Valesius: *Mors Maximiani & aliorum, quorum insidias, Deo revelante, Constantinus deprehenderat.* Et recte quidem, ubi in Græco *Maximinus* legitur, Valesius in versione *Maximianum* habet, quia Græci Maximianum cum Maximino, Constantium cum Constantino, & vice versa, familiari errore confundunt. Quare capitis citati 47. titulum in suæ emendationis confirmationem perperam adducit Valesius; cum ipsemet in eo errorem cubare fateatur, & *Maximianum* Maximini loco in sua versione ponat. Certum igitur maneat, Eusebium in Herculii interitu narrando minime errasse.

In Fragmento Chronici Novaliciensis Monasterii XIII.

PAGIUS sterii a tempore potissimum Hugonis & Lotharii Regum Italiæ, usque ad Conradum cognomento Salicum, quod a Ducheshio tom. 3. Hist. Franc. refertur, lib. 5. de Maximiano Herculio legitur: *Cum dispositis insidiis generi suo Constantino mortem moliretur, deprehenso dolo apud Massiliam captus est, nec multo post strangulatus, terrimo supplicio affectus, impiam vitam dignæ morte finivit. Circa igitur hæc tempora* (circa nempe annum MXXX. quo Raiambaldus Arelates Archiepiscopus erat) *apud Massiliam civitatem Sepulcrum ejusdem Maximiani Christianorum ingentis persecutoris inventum est: Nam sicut nobis retulerunt qui interfuerunt, erat mirabiliter corpus ejus intus & extra unctionem balsami & alia nonnulla genera odoramentorum oppido perfusum. Corpus quoque ejus totum integer tetro pilo, caro candida, barba permaxima. Ad caput ejus pocula erant auro obriso plena balsamis. Ipse vero in locello plumbeo quiescebat in quodam tabro ex marmore candidissimo cum litteris aureis desuper scriptis. Nam Consilio Raimbaldi Archiepiscopi Arelatensis & ceteris fidelibus actum est, ut in mari magno cum totis libris jactaretur. Nam diebus ac noctibus maris æquora ibi videntur semper ardere ubi jactum est corpus ejus .... defuncto quoque Henrico Chuonradus regnum arripuit Longobardorum, &c.* Quæ visum est non prætermittere, licet motum illum maris insolitum fabulosum esse non dubitem.

Corpus Herculi balsamo perfunditur.

Nec mirum videri debet, Herculii corpus demortuum balsamo imbutum fuisse; cum Constantinus M. *Divi Maximiani* Herculii nepos vocari gloriæ duxerit, ut discimus ex Lapide milliari, qui extat apud Nicolaum Bergerum lib. 3. cap. 23. XIV. *Constantinus M. se ejus nepotem vocat.*

IMP. CAES. FL. VAL.
CONSTANTINO P. F.
AUG. DIVI MAXIMIANI
AUG. NEPOTI DIVI CONS.
TANT. AUG. PII FILIO
XXXIIII.

Hinc tamen inferre non licet Herculium a Constantino M. in Deorum numerum relatum fuisse, cum ex Nummo anno antecedenti num. XVII. recitato Herculii consecrationem in Maxentium filium conferendam constet. Porro hanc Inscriptionem, non de Constantino juniori, sed de Constantino M. patre intelligendam demonstrant hæc verba DIVI MAXIMIANI AUG. NEPOTI;

xu ambientis summa extaret tranquillitas: derepente columnæ civitatis, quæ publicas & communes porticus sustentabant, multas veluti lacrymarum guttas quodammodo ex se profuderunt; forum item, & plateæ, nulla pluviæ gutta ex acre decidente, nescio unde, quove modo, aqua aspersæ maduerunt: sic ut illico rumor per omnium ora volitaret, terram, utpote rerum id temporis gestarum scelus, & impietatem non ferentem, inexplicabili quadam ratione lacrymarum vim ex se fundere, & lapides naturamque inanimem nefaria ea facinora deflere, quo hominum naturam tam ferream, tam immitem, tamque omni affectione vacuam justa reprehensione coargueret. Verum nugæ & fabulæ, prope dixerim, hæc quidem oratio fortasse, posteritati videbitur; non tamen iis, qui eo ipso tempore præsentes de rei veritate satis persuasi fuerunt: Hæc Eusebius.

XXIV. Idemque rursus quid ultimo hujus anni tempore, nempe die decimaquarta Decembris, ibidem in Palæstina actum sit, narrat his verbis (*a*): *Decimoquarto die mensis Appellæi proxime insequentis, hoc est, ad decimumnonum Kalendas Januarii, quidam pii viri ex Ægypto profecti (in Ciliciam namque iter susceperant, ut confessores, qui ibi versabantur, sua curatione sublevarent) Cæsareæ, ab iis qui diligenter homines ad portas civitatis accedentes perscrutantur, capti sunt. Ex quibus alii eamdem cum illis, quibus erant inservituri, sententiam & condemnationem subierunt; ut oculi nempe, & pedes cruciatu illis labefactarentur. Tres autem illorum Ascalone, ubi capti erant, admirabilem fortitudinis vim in fidei suæ confessione ostendentes, variis martyrii generibus defuncti sunt: nam unus illorum in rogum conjectus fuit, cui nomen, Ares; reliquis duobus, qui Promus & Elias appellabantur, capita amputata:* Hæc ipse, qui his jungit martyres sequenti anno passos ab ipso mense Januarii, quos nos pro exacta temporis ratione suo loco ponemus.

(*a*) *Euseb. l.* 8. *c.* 20. Ægyptii martyres.

Quod autem novis edictis in Oriente persecutio hoc anno in Christianos acrius recruduerit, nulla alia ratio afferri posse videtur, nisi quod evecto in Cæsarem Galerio Maximino (ut diximus) collataque illi administratione Imperii, ad patrui sui, a quo vocatus est in eam curam, Galerii Maximiani imitationem mores conformare, animumque componere pro viribus studuit; ac proinde cum nosset nihil illi esse molestius, quam Christianam gentem pro arbitrio deos contemnere & detestari, atque aliud numen colere; ejus vestigia consectatus, quod frigusse prope viderentur priora lata in Christianos edicta, novis additis recentioribusque excogitatis, persecutionem in eos, quibusdam veluti lignis appositis, effervescere fecit. Hac fortasse via promereri conabatur gratiam ipsius Galerii Maximiani, cum præsertim æmulationis stimulis novi collegæ Licinii Cæsaris videretur exagitari. XXV. Ratio persecutionis indicendæ.

Hoc namque anno occiso Severo Cæsare (ut dictum est) in Italia Galerius Maximianus Licinium Cæsarem creavit; de quo Eutropius (*b*): *Per hoc tempus* (quo scilicet Maximianus Herculius Massiliæ male periit) *Licinius a Galerio Imperator* XXVI. (*b*) *Eutrop. l.* 10. Licinius Cæsar creatur.

PAGIUS TI; Constantinus enim junior non erat nepos Maximiani Herculii, sed Constantinus Magnus Divi Constantii Aug. pii filius; quia enim Constantius a Maximiano Herculio adoptatus fuerat, Constantinus Magnus nepos ejus fuit. Constantinus tamen junior dici potest nepos Maximiani Herculii, quia natus ex ejusdem Herculii filia, nempe Fausta.

XV. *VI. Persecutionis annus.* Sexto persecutionis anno eam in Oriente seu in ditione Maximini recruduisse testatur Eusebius a Baronio citatus; ideoque non hoc anno, ut ipse Baronius existimat, sed sequenti; in quem quinta Maximiani Herculii Quiquennalia inciderunt, martyria in Annalibus recitata, revocari debent. Baron. n. XVI.

XVI. *S. Catharinæ martyrium.* Verba Eusebii lib. 8. cap. 27. quæ Baronius explicat de certamine sanctæ *Catharinæ* Virginis & Martyris, de ea intelligi non possunt, alioquin ea martyrium sub Maximino non consummasset, quod tamen Baronius adstruere intendit: Hæc Eusebii verba: *Sola mulier quadam Christiana, inter alias a Tyranno adulterii labe turpificatas, ex Alexandrinis mulieribus nobilissima, splendidissimaque, Maximini animum libidine furentem, & lascivientem intemperantia magnitudine altissimi animi devicit; quæ, quamquam aliis rebus, ut opibus, generis splendore & exquisita doctrina insignis fuit, tamen ista omnia præ pudicitia postputavit. Istam quidem Maximinus licet sæpius oraſſet, uti ipsius cupiditati obsequeretur, eaque denegasset, seque mori paratam ostenderet, tamen interficere non potuit (quippe libido potius quam iracundia mentis sua tenebat imperium) sed illam fuga multatam omnibus facultatibus spoliavit.* Ita ex versione Christophorsoni: nam in editione Valesiana leguntur hæc lib. 8. cap. 14. Et tamen S. Catharinæ Acta apud Surium ad diem XXV. Novembris tradunt, ipsam Maximini jussu martyrio affectam; mulier vero de qua loquitur Eusebius, exilio tantum multata est. Sed nec ipsa, quæ apud Metaphrastem extant Acta, nec quæ Leo Allatius in sua de Simeonibus Diatriba refert, legitima; cum in istis dicatur: *Anno trigesimo quinto, imperante impio ac scelerato Maxentio*, quæ prorsus fabulosa. Papebrocius in Ephemeridibus Græco-Moscis, quas priori Tomo SS. mensis Maii præfixit, ad diem XXV. mensis Novembris ait: „ Hæcaterinam Græci, Latini Catharinam appellant. Acta apud utrosque quantum habent „ admirabilitatis, tanto etiam plus difficultatis „ patiuntur ad obtinendam fidem. Nihilo levior „ objicitur molestia circa sacri corporis ad montem Sinai translationem, indubitabilem illam quidem quoad substantiam, sed quoad „ Auctores ejus ac tempus, perquam obscuram. Baron. n. XXXI. & seqq.

Hoc

razor est factus, Dacia oriundus, notus ei antiqua consuetudine, & in bello quod adversus Narseum gesserat, strenuis laboribus & officiis acceptus. Zosimus (*a*) quoque hoc anno, ante tamen quam Maximianus Herculius moreretur, Licinium creatum Cæsarem tradit; quamobrem erroris arguuntur qui in aliud tempus Licinii Imperatoris exordium collocant. Ut hunc crearet Cæsarem, Galerii animum ea ex re impulsum existimamus, quod hoc ipso anno in Oriente Valens invasit Imperium; ad quem debellandum, homine opus esse qui præstaret militari virtute atque peritia, intellexit. Talis erat Licinius, qui adversus eum expeditionem agens, statim ipsum compressit, atque debellatum occidit. Maximinus vero, quod esset vita turpissimus, laboribus militaribus impar existimatus est. (*a*) *Zosim. l.* 2.

XXVII. Hujus autem mores ad omnem turpitudinem comparatos Eusebius recensetis verbis (*b*): *Maximinus tyrannus in Oriente, cum Maxentio, qui Romæ imperabat, tamquam cum fratre in omni scelerum genere sui simillimo amicitiam animo simulato contraxit & veteratorio, eamque longo tempore callide obtegere laboravit: verum postea tandem deprehensus, debitas simulationis pœnas persolvit. Videtur plane dignum admiratione, quo pacto iste finitima, & germana scelera cum tyranno, qui Romæ rexit Imperium, conscivierit, immo vero etiam nequitiæ, & improbitatis priores partes omnino obtinuerit. Nam qui arte magica & falsis præstigiis pollebant maxime, ab isto maximum dignitatis gradum adepti sunt; quandoquidem erat in primis meticulosus & vana superstitione obligatus, erroremque illum inscisscitandis idolorum, & dæmonum oraculis plurimi faciebat. Etenim absque divinationibus & oraculis nec transversum unguem (quod ajunt) se audebat commovere. Ob quam causam graviorem, & crebriorem persecutionem, quam majores sui, contra nos concitavit. Templa autem deorum in singulis civitatibus erigi, & delubra temporis longinquitate vastata mature revocari præcepit, idolorumque in omni loco, & civitate constituit sacerdotes, & his in singulis provinciis Pontificem unum qui in omni munere egregie obeundo, & luculenter cæteris in Republica viris præstare videretur, cohorte & satellitio stipatum præfecit; & omnibus denique maleficis & præstigiatoribus, tamquam religiosis & deorum numini caris, Præfecturarum dignitates & maxima privilegia impartiri non erubuit.* (*b*) *Euseb. l.* 8. *c.* 27. Maximini pravi mores.

XXVIII. Gravia passi provinciales sub Maximino. *Deinceps ab his ad alia nequitiæ genera se transtulit; & non unam civitatem, aut regionem, sed omnes omnino provincias suo Imperio subjectas, auri, argenti, & ingentium facultatum exactionibus mandatis gravissimis, & aliis aliquando mulctis supra modum divexavit, oppressitque; locupletum etiam fortunas ipsis a majoribus traditas vi abstulit, quo divitias & pecuniarum tamquam cumulos acervatim suis assentatoribus largiretur. Eo porro temulentiæ, & ebrietatis ferebatur, ut instiniret inter pocula, & de mentis gradu deturbatus, rabie quadam fureret; & ea imperaret ebrius, quorum postridie sobrium maxime pœniteret. In crapulæ & effusæ libidinis exuberantia nemini secundus fuit; improbitatis magistrum tum magistratibus, tum subjectis suis se ipsum effecit. Atque ut suos induxit milites, ut omni luxu, & intemperantia diffluerent; sic Præsides, & Prætores incitavit, ut omnibus rapinarum, & avaritiæ viis contra subjectos insisterent, & fere cum illo ti-*

PAGIUS „ Hoc certum, nullam esse Sanctam, cujus fa„ ma cultusque primis post persecutiones secu„ lis ignotior, celebrior autem ætatibus post„ erioribus fuerit, non solum in Orientali, sed „ etiam in Occidentali Ecclesia. In nostro certe „ Belgio, ut de aliis taceam regionibus, haud „ facile reperias ullam urbem, ac ne oppi„ dum quidem vel municipium, ubi hæc San„ cta non habeat vel altare, vel templum: „ quod factum esse non potuit, nisi propter „ illustria & frequentia ac passim nota mira„ cula, ad ejus invocationem patrata. Hæc Papebrocius. Baron. ita XXVI.

XVII. *Licinius Augustus dicitur.* [1] *Licinium* currenti anno Augustum appellatum scripsit Baronius, & nos in Dissert. Hypat. demonstravimus. Quare errat Idacius in Fasti[s], ubi hanc dignitatem anno sequenti ei collatam tradit. Recte tamen uterque annotavit, eam nuncupationem *Carnuti* in Pannonia, idque III. *Idus Novembris*, peractam. Sed *Licinius* prius Cæsar, ac non multo post Augustus appellatus, ut ibidem ostendi. Lactantius laudatus postquam cap. 29. de hac inauguratione locutus est, cap. 32. ait. *Nuncupato igitur Licinio Imperatore, Maximinus iratus, nec Cæsarem [illegible], nec tertio loco nominari volebat.* (quibus ex verbis conjicere est Galerium Maximianum primum sibi locum, secundum Licinio, tertium Galerio Maximino tunc attribuisse;) *Mittit ergo ad eum* (nempe Galerius Maximianus) *sese Legatos, orat sibi pareat, dispositionem suam servet, cedat ætati, & honorem deferat canis.* At ille

NOTÆ [1] QUamquam Cathalogi cujusdam Imperatorum usque ad Licinium ab Eccardo ex Vindebonensi Bibliotheca vulgati fides non semper asserta est; in re tamen obscura melius illi quam nemini adhærerem. Initium Imperii Licinii ducitur ibi ab ejus in Cæsarem renunciatione, ac imperasse dicitur annis III. mensibus III. diebus XXV. quod sane tempus a Kal. Maii 304. ductum reddit diem XXVI. Septembris anni 307. Nisi tamen huic Imperii Maximini exordio repugnet dies emortualis a Pagio definitus, tunc enim Maximinus cœpisset a die 14. Martii.

tyrannidem usurparent. Quid vesana, & temeraria viri flagitia commemorem? quidve commemorem multitudinem mulierum ab eo constupratarum? nullam enim civitatem aliquando ipse præteriit, in qua non pudicas mulieres vitiarit, in qua virginum raptiones non fecerit. Atque ista ejus facinora non contra Christianos solum, qui morte contempta ejus tyrannidem pro nihilo putarunt, sed & contra alios omnes grassabantur.

XXIX. Christiani dire vexati.

Nam quod ad Christianos attinet; qui vincti erant, ignis, ferri clavorum transfixorum cruciatus, immanes bestias, maris profundos gurgites, membrorum amputationes, ignitorum instrumentorum inustiones, oculos extumulatos, effossosque, corporis partium extremitates abscissas, famem præterea metallorum, & vinculorum denique ærumnas exantlarunt: atque hæc omnia pro pietate patienter, & tranquillo animo ferre maluerunt, quam Dei cultum cum idolorum veneratione commutare. Atque ex mulieribus non minus ipsis viris a doctrina divini Verbi animatis roborati sque pars eadem cum viris certamina subeuntes, æqua virtutis præmia reportarunt; pars ad corruptelam & obscœnam libidinis turpitudinem invitæ attractæ, vitam citius internecioni, quam corpus dedecori tradere instituerunt.

XXX. Maximini libido.

Sola namque mulier quædam Christiana inter alias a tyranno adulterii labe turpificatas ex Alexandrinis mulieribus nobilissima splendidissimaque Maximini animum libidine furentem, & lascivientem intemperantia, magnitudine quam altissimi animi devicit; quæ quamquam aliis rebus, ut opibus, generis splendore, & exquisita doctrina insignis fuit, tamen istæ omnia præ pudicitia posthabuit. Ipsam quidem Maximinus, licet sepe orasset, uti ipsius cupiditati obsequeretur, eaque denegasset, seque mori paratam ostenderet; tamen interficere non potuit (quippe libido potius quam iracundia mentis suæ tenebat imperium) sed illam fuga multatam, omnibus facultatibus spoliavit. Innumerabiles etiam aliæ Christianæ, quoniam stupri minas, quibus provinciarum Præfecti eas terrere conabantur, ferre non poterant, omnia cruciamentorum, distorsionum, & mortiferi supplicii genera libenter subierunt: atque hæ sane permagna admiratione dignæ sunt: Hucusque de Maximini depravatis moribus Eusebius, hic a nobis ea (ut dictum est) occasione narratis, quod hoc anno persecutionem in Christianos jam sexennii spatii diuturnitate flaccescentem, ex integro valentiorem acerbiori conatu restituit.

XXXI. Catherinæ certamen.

Quod vero spectat ad clarissimam natalibus, divitiis opulentissimam, florentissimamque pulchritudine, & scientiis disertissimam feminam illam Alexandrinam, quam deperiit Maximinus: hanc fuisse illam famæ in Ecclesia celeberrimam, nomine Catharinam (seu potius Hecaterinam) dictam, ut credamus, inducimur; cujus Eusebius (quem contigit complures alios insignes Ægypti martyres omnino prætermisisse) primi certaminis tantummodo nobilem victoriam attigit; cum opibus omnibus spoliari libentissime passa est, ne illibatæ integritatis dispendium pateretur. Haud enim putandum, Maximini

PAGIUS

ximianus. Baluzius, qui aureum illum Lactantii librum, primus e tenebris eduxit, in Notis ad hæc verba: *Victus contumacia tollit Cæsarum nomen*, &c. De Galerio Maximiano ea interpretatur, non quidem ut nomen Cæsarum aboleret, sed ut ab eo deinceps abstinerent illi, qui in spem imperii vocarentur, & sic excluderetur Maximinus.

XVIII. Maximinus propria contumacia vitium se ipsum Augustum dicit.

Sed ego, qui tunc Dissertationem meam Hypaticam elucubrabam, parte I. cap. VI. num. II. Lecta illa explicatione dixi eum non videri Lactantii sensum esse. Nam quis contumaciæ succubuit, nisi qui contumax erat *Maximinus?* Quis a Cæsaris nomine abhorrebat, nisi qui se Cæsarem dici nolebat? Cur *Galerius Maximianus*, qui senior Augustus erat, rursum se cum Lici-

PAGIUS *ille* (Galerius Maximinus) *tollit audacius cornua, & præscriptione temporis pugnat se priorem esse debere, qui prior sumserit purpuram, preces ejus & mandata contemsit; dolet bestia* (Galerius Maximianus), *& mugit, quod eum ideo ignobilem fecisset Cæsarem, ut sibi obsequens esset; is tamen tanti sui beneficii oblitus, voluntati ac precibus suis impie repugnaret* [1]. VICTUS CONTUMACIA (Galerius Maximinus) TOLLIT CÆSARUM *nomen, & se, Liciniumque Augustos appellat, Maxentium & Constantinum filios Augustorum. Maximinus postmodum scribit quasi nuncians in Campo Martio proxime celebrato Augustum se ab exercitu nuncupatum. Recepit ille mœstus ac dolens, & universos quatuor Imperatores jubet numerari*, Galerius nempe Ma-

NOTÆ [1] *Victus contumacia tollit Cæsarum nomen, & se, Liciniumque Augustos appellat, Maxentium & Constantinum filios Augustorum.* L. Cæcil. c. 32. Facta hæc non a Maximino sed a Galerio contra Pagium sentio; nam post hæc verba subdit Cæcilius; *Maximinum postmodum scripsit* &c. cur hic repeteretur nomen Maximini, si superflora verba de illo erant? Insuper ægre ne tulisset Maximinus Imperatoriam dignitatem datam fuisse Licinio, & postea illam eidem asseruisset, & Constantinum jam diu antea Imperatorem renunciatum, de quo numquam quæstus fuerat, exauctorasset? Melius igitur hæc de Galerio accipiantur, qui ægre semper tulerat Constantini inaugurationem. Sed postea audita acclamatione Maximini in Imperatorem revocavit pristinam dispositionem, & Constantino Imperatoris titulum restituit. Nec sane aliter intelligit verba hæc Cl. Valchius in novissima editione Operum Lactantii Lipsiæ *tom.* 1. *in* 8. *pag* 17. qui tamen probat correctionem Baluzii legentis pro *Maximum Maximinum*,

ni libidinis faces fuisse possessione divitiarum illius extinctas, & qui pollebat rerum Imperio, insequi desiisse abreptam fuga ab anhelantibus faucibus prædam tam ardenter amatam, ac cupidissime conquisitam. Nec retardat fidem nostram,

(a) Ruffin. l. 8. c. 17. quod Ruffinus (*a*) hanc ipsam nominat Dorotheam; nam quod Hecaterinæ ab Hecate nomen derivatum esse videtur, id illi fuisse inditum apparet, cum adhuc Gentilis esset; factam autem Christianam (ut de multis accidit) mutasse nomen, ac dictam esse Dorotheam, sed priori nomine magis notam. Verum unde Ruffinus ejusmodi nomen acceperit, nescimus; certe non ab Eusebio, apud quem nulla est de eo mentio. Et quid mirum si Eusebius cætera ipsius certamina ignoravit; cum ejus, quam illustrissimam prærogativis egregiis prædicet, tamen videatur nomen, quod non exprimit, sicut aliorum, ignoraſſe?

XXXII. Feminæ Alexandrinæ disertæ.

Dignum plane est existimare, eam quam disertissimam sciret, per Gentiles philosophos, quibus urbs Alexandrina abundare solebat, Maximinum conatum esse a Christiana religione divellere, ipsamque eos omnes tum scientia, qua egregie imbuta erat, tum etiam divinitus inspirata sibi sapientia superasse. Quod quidem haud mirabitur, qui alteram fæminam itidem Alexandrinam, Hypatiam nomine, insignem eruditione, perspectam habuerit, quæ claruit (ut tradit Socrates *b*) sub Theodosio Juniore, ex quo

(b) Socrat. l. 7. c. 15. hæc modo pauca referimus: *Hæc tantos in litteris fecit progressus, ut omnes philosophos sui temporis longe superaret; ac non modo in scholam Platonicam a Plotino deductam succederet, verum omnes philosophorum omnium præceptiones & disciplinas omnibus, qui eam audire volebant, explicaret: quapropter quotquot philosophiæ studio incendebantur, undique ad illam confluebant:* Hæc & alia de ea Socrates, atque Suidas (*c*): sed & celebris est nomen Hypatiæ apud Synesium insignem philosophum, qui eam magistram appellat. At hæc a nobis exempli causa tantum adducta sunto.

(c) Suid. in Historic.

XXXIII.

Quod insuper eadem fuga lapsa dicatur; contigisse item credimus, ipsam montes Arabiæ petiisse (consueverunt enim perfugæ Christiani Alexandrini in persecutione adire montes Arabiæ, ut di-

(d) Euseb. l. 6. c. 34. ximus ex Eusebio *d*) eamque fido comitatu Christianorum, conscendisse verticem Sinæ montis: sed & (quod Thessalonicensibus quoque fæminis hac eadem persecutione eveniſſe alibi dictum est) perquisitam denuo inventamque, atque tormentis exagitatam, fuisse martyrio coronatam, eoque corpus (ut tradunt) divinitus translatum, ubi latebras nacta fuisset in fuga. Quæ cum doleamus ab Eusebio prætermissa, magis angimur, ab incerto auctore, quo fusius, eo minus fideliter quam par erat, Acta ejusdem nobilissimæ martyris fuisse conscripta. Præstat namque in rebus gestis martyrum aliorumque sanctorum, multa desiderari quam omni ex parte nutantia plurima cumulari. Melius enim consulitur Ecclesiasticæ veritati, rerum quæ non sunt adeo exploratæ silentio, quam mendacio aliquo, veris licet admixto, atque adulteratæ orationis eloquio. Nam in illis quantumlibet paucis, sed veritate subnixis, animus acquiescit, & ex iis quæ certa accipit, cætera novit mente concipere, meditari, ac ferme oculis contemplari, quæ verisimilis conjectura innitens veritati demon-

Catherinæ latebræ & martyrium.

PAGIUS Licinio Augustum appellasse, novo huic loco non assignato? Profecto si *Galerius Maximianus* Cæsareum nomen sustulisset, Maximinum de omni gradu dejecisset, quod rerum postea gestarum series illum non fecisse ostendit, imo neque potuisse, cum is ejus preces, mandataque contemneret. Denique *Maximinus* non scripsisset postea se ab exercitu Augustum nuncupatum fuisse, nisi de præfata nuncupatione a se facta, quam exercitui tribuebat, intellexisset, hæcque ultima verba, *universos quatuor Imperatores jubet numerari*, ostendunt ista: *se, Liciniumque Augustos appellat*, explicanda esse de Maximino, qui se & Licinium Augustos nuncupavit; aliter non quatuor, sed quinque Imperatores Maximianus Galerius jussisset numerari, nempe se ipsum, Maximinum, Licinium, Constantinum, Maxentium. Hæc prævalide confirmantur ex Eusebio lib. 8. cap. 13. ubi cum dixisset Licinium Imperatorem declaratum esse, addit: *Quod quidem Maximinus agre admodum tulit, qui hactenus Cæsar duntaxat, ab omnibus appellabatur. Hic ergo pra ceteris tyrannico ingenio præditus Augustus a semetipso renunciatus est.*

Sententia contraria refellitur primo.

XIX. Hanc interpretationem Toinardus in Notis ad caput XXXII. Lactantii secutus est, verum Cu-

perus, Paulus Bauldri, & quidam alii Viri doctie xplicationem a Baluzio datam amplexi sunt, sed neuter argumentis meis satis fecit, & Baudrius ait se stare a posterioribus, tribus potissimum de causis. Prima est, quod hæc omnia, *nomen Cæsarum tollere, tum se & Licinium Augustos* appellare, postremo *Maxentium & Constantinum filios Augustorum* nuncupare, natura sua propriæ & genuinæ *Senioris Augusti partes* fuerint non *meri adhuc Cæsaris*: qualem necessario ponunt fuisse Maximinum, cum se Augustum pronunciavit. Prior hæc ratio non urget; quia Maximinus jus suum Galerio Maximiano minime servare volebat, cum eo, tunc unico Augusto, invito se ipsum Augustum appellarit, licet nonnisi Galerii concessione nomen illud sibi attribuere posset. Quare qui in præcipuo capite jus violavit, in aliis minoris momenti credendus est non fuisse retinentior. Scribit Vir doctissimus Toinardum, ac me supponere Maximinum dum adhuc merus Cæsar erat, sustulisse Cæsarum nomen; & Licinium Augustum dixisse; cum tamen uterque contra supponat, Maximinum ab exercitu Augustum nuncupatum esse, & a militibus dumtaxat auctoritatem omnem tenentem, Licinium Augustum declarasse, quod cre-

monstrat: In his vero plane accidit, ut aliquo vel levi mendacio semel offensus legentis animus nutet in reliquis, atque vacillet in veris, nec valeat tuto firmoque pede *consistere*, sed vera quoque suspecta habeat qui in mendacium semel impegit. At de his hactenus.

XXXIV. Mennæ Præfecti certamen. Sub eodem etiam Maximino (certus tamen annus ignoratur) cum idem in Oriente, in Galliis Constantinus, Maxentius vero in Italia imperarent; accidit ut illustris martyr Mennas ex Ægypti Præfecto Augustali, quod Christianus esset, sit martyrium consecutus, necnon ejus successor Hermogenes. At horum quidem nec leviter saltem Eusebius, aliquot in Ægypto martyres passos recensens, habuit mentionem. Quod enim ex iis quæ hoc anno facta essent, ipso suæ narrationis exordio (ut vidimus) tradit (*a*) ex confessoribus Thebaide in Ægypto commorantibus centum missos esse in Palæstinam ad illius provinciæ Præsidem Firmilianum, qui in eos pro arbitrio animadverteret: unde novitas hæc acciderit, ut cum Ægypti Præfectus (ut alias diximus) reliquos provinciarum Præsides auctoritate & dignitate pariter antecelleret, oportuerit tamen ad alterius provinciæ & inferioris ordinis Præsidem mittere ejus judicium experturos confessores; nisi quia tunc Mennas Ægypti præfectus Christianus detectus, *dignus potius qui judicio subjiceretur alterius*, quam qui Christianos ipse Christianus judicaret, habitus est? Iste quidem (ut ejus martyrii Acta (*b*) significant) patria Atheniensis, ordinis Senatorii, ob incredibilem quamdam in rebus gerendis prudentiam atque solertiam, domi, forisque spectatus, Imperatori intimus erat; & cum Christianum occulte ageret, ne id illi innotesceret, sedulo studio procuravit.

(*a*) *Euseb. l. 8. c. 18.*

(*b*) *Extant apud Metaph. die 10. Dec. ex quo alii eadem die.*

Opportune quoque nuper acciderat, ut cum causa Christianæ religionis Alexandrini graviter tumultuati essent; ad eos compescendos, atque in officio continendos, Mennas Augustali Præfectura auctus ab Imperatore Alexandriam mitteretur; qui mira quadam qua pollebat in maximis negotiis obeundis dexteritate & aptitudine, Alexandrinorum animos composuit; sibi vero eos ob animi sui facilitatem, morumque præstantiam, devinxit, in diesque magis magisque collatis officiis obligavit, usque adeo, ut nonnullos ex illis ad Christianam fidem capessendam induceret, editisque quibusdam miraculis, certioribus iis quæ olim a Vespasiano, vel Tyanæo ad conciliandos sibi Alexandrinorum animos fuissent exhibita, in quamplurimos Gentiles Christianitatem propagaret. Cum autem res eo producta esset, ut jam in occulto amplius esse non posset; Maximinus, litteris Gentilium certior factus, ad ulciscendum facinus mittit Hermogenem Alexandriam, qui Mennæ succedat, inque eum, ut impium animadvertat. Erat Hermogenes & ipse Atheniensis, at licet Ethnicus, tamen quæ secundum optimos mores est vitam instituerat.

XXXV. Mennas Præfect. Christianus multos ad fidem convertit.

Hic cum veniisset Alexandriam, Mennam nactus satellitio destitutum (est enim consuetudo in Ægypto, ut cum proxime accedit novus, qui ab Imperatore delectus est Augustalis Præfectus, ille prior confestim magistratum deponat) detrudi jussit in carcerem; eumque sequenti die pro tribunali sedens audivit rationem reddentem Christianæ a se susceptæ religionis, non quidem temere, sed mature admodum atque consulto; quippe qui antea, post perscrutatas omnes philosophorum Gentilium disciplinas, libros quoque Christianæ religionis impensius legisset, & quæ

XXXVI. Hermogenes persecutor.

PAGIUS

crederet consensum suum ad Licinium Augustea dignitate exornandum requisitum esse. Quo facto tollit Cæsarum nomen, & imperium Cæsareum Constantino & Maxentio concessum, quia nempe ipsemet neutrius promotioni assensus erat; indeque statuit ut tantum filii Augustorum nuncuparentur, uti filii Imperatorum qui Imperii participes non erant, jam vocati fuerant, nempe Lucius Verus, de quo Capitolinus cap. 3. ait: *Nec aliud ei honorificentiæ ad nomen adjunctum est, quam quod Augusti filius est appellatus*. Porro prorsus a veritate alienum Galerium Maximianum Cæsaris nomen Constantino & Maxentio eripuisse, nec Cæsaris nomen, ut tot Numismata, Inscriptiones, Rescripta & Edicta declarant eum abrogasse; ex quo sequitur insanum hoc consilium adscribendum esse Maximino qui omnes juris ac decoris leges proculcabat.

XX. *Refellitur secundo.* Secunda Baudrii ratio adhuc debilior: *Quod adeo improbabile est Maximinum tria illa suopte marte, unoque ausu aggressum esse disponere, ut quam quam referente Eusebio, Maximinus Augustum semetipse nuncupaverit, id tamen nunquam velut a se factum ausus sit nunciare Galerio per litteras, sed uti factum ab exercitu. Maximinus dicet mox noster, post modum scribit quasi nuntians in campo Martio proxime celebrato Augustum se ab exercitu nuncupatum.* Verum mera hæc conjectura, quæ ex iis quæ jam adversus priorem rationem in medium attuli, evertitur.

Tertia Baudrii ratio hæc est, *quod cum ejusdem narratione Maximinus Galerio tantum scripserit fuisse se Augustum ab exercitu nuncupatum, nec addiderit se exinde Cæsarum nomen sustulisse, & Augustorum filios Maxentium Constantinumque vocasse, jam nequeant duo ista*: Tollit Cæsarum nomen, Maxentium & Constantinum filios Augustorum appellat, *referri nisi vel ad eumdem exercitum, vel ad Galerium. At ut ad exercitum referantur, non sinit, ne hic epistolæ silentium urgeam, id quod nulla ante præsentem locum Maximini exercitus mentio apparet. Manifeste ergo ad Galerium vetulit.* At hoc merum argumentum est negativum, ex quo proinde difficultas tanti momenti solvi non potest. Neque enim Lactantius Maximini ad Galerium litteras refert, & quid in illis contineretur, aut non

XXI. *Refellitur tertio.*

quæ in iis essent, accuratius disquisisset; cum veritatis, quam in eis adinvenisset, præpotenti vi quadam permotus atque captus nonnihil esset. Sic primo atque secundo auditus Mennas, & jam de Christiana fide a se susceptæ parans defensionem, Hermogenem in se acrius concitavit; qui primo (quod incomparabile tormenti genus habebatur) illius pedum plantas excoriari jussit, linguam præcidi, oculosque convelli, sicque pene exanimem & extinctum reddi carceri.

XXXVII. Hermogenes fit Christianus. Sed prudentior factus, nimiæ crudelitatis quam in Mennam tantum virum præter morem exercuisset, se ipsum redarguit, atque adeo, ut lacrymas angoris animi indices abundantius fuderit, & quem in carcere defunctum putabat, honesto funere mane sepelire decreverit. Sed præter spem accidit, ut cum de asportando e carcere corpore, militibus mandasset, cum vivere atque pristinæ naturæ officiis esse divinitus restitutum audiverit; testesque milites de carceris fulgore coruscо, numinisque præsentia firmius affirmantes, & fidem Christianam palam profitentes, atque in alios hæc miranda adeo diffamantes, expavit; remque altius contemplatus, Christi cœpit mirari, potentiam ejusque divinitatis, docente Menna, originem accuratius perscrutari; divinæque illi gratiæ lumine effulgente, de fide suscipienda consilium iniit, quod & baptismate sacro susceptо perfecit.

XXXVIII. Hermogenis & Mennæ martyrium. Sed delata hæc cum essent per quemdam Rusticum Maximino, collapsamque penitus duorum Præfectorum opera Gentilitiam superstitionem audiret, idem ipse vestigio Alexandriam venit, Hermogenemque primum in fidei confessione perstantem, manibus ac pedibus amputatis, direque admodum verberatum, una cum Menna aliis tormentis exagitato, capite truncari jussit. Sed & quidam Eugraphus olim Mennæ minister, quod coram Imperatore magna constantia Christum confessus esset, ab eodem indignatione furente gladio confossus occubuit. Hæc sunt ex Græcorum Menologio accepta: quæ autem prolixiora eorumdem martyrum Acta extant, nonnulla habent fide nutantia, sed & fide omnino carentia, ut quæ in eis de Hermogene leguntur creato ejus civitatis Episcopo, cum certum sit eidem Ecclesiæ his temporibus Petrum Antistitem præfuisse. Sic igitur sive Mennæ, sive Hermogenis *Præfecturæ tempore accidisse* videtur, *ut qui in Thebaide confessores essent* (ut dictum est) ab illius provinciæ Præside non amplius (ut erat in more) mitterentur Alexandriam judicandi, sed (quod tradit Eusebius *a*) amandarentur ad Firmilianum Præsidem Palæstinæ. Celebris est horum tam illustrium martyrum etiam in Occidente memoria, decima Decembris die tabulis sacris adscripta. At de his satis.

(*a*) *Euseb. l. 8. c. 18.*

Chri-

PAGIUS

non contineretur, non nisi divinando Vir eruditissimus assequi potest; imo ipsemet destruit quod adstruere intendit, cum ex Eusebio in secunda sua ratione probat Maximinum ad Galerium quæ ipsemet egisset, scribere ausum non esse, *velut a se factum*, inquit, *nunquam ausus sit declarare*. Quid itaque Baudrius eruere potest ex litteris nec a se, nec a quopiam alio visis, & in quibus gesta a Maximino, non continebantur. Quod addit Vir doctissimus exercitum sc. Maximini has innovationes facere non potuisse, *quod nulla ante præsentem locum Maximini exercitus mentio apparet*, subsistere non potest, sufficit enim ut semel tantum exercitus Maximini mentio fiat, quando nempe Maximinum *in Campo Martio* Augustum nuncupavit; in eodem quippe loco, eodem tempore, idem exercitus alia a Maximino in hoc facto gesta approbare, ac confirmare potuit.

XXII. *Refellitur quarto.* At inquit Johannes Columbus alius Lactantii Interpres: *Quomodo Galerius Imperator jam veteranus, contumax diceretur in novitium Daiam?* (seu Maximinum) *Contumacia inferioris utique est in superiorem?* At nullus dixit Maximianum fuisse contumacem erga Maximinum, sed tantum Maximinum contumacem erga Maximianum, vi-

XXIII. *Quo anno Maximinus se se Augustum dixit.*

ctum fuisse sua propria contumacia, sicut apud Ciceronem aliosque Auctores maxime Latinos aliqui dicuntur *victi pudore*, alii *somno*, alii *voluptate* non quidem alienis, sed propriis: Alia Toinardus citatus hujus rei exempla in medium adducit.

Sed redeo ad annum nuncupationis Maximini, quæ hoc anno peracta, mense circiter Decembri, quem deduco ex Consulatu sufficto, anno CCCXI. ad Quinquennalia sc. Augustei Imperii celebranda assumpto. Secundo ex Consulatu ordinario ab Herculio & Galerio Maximiano Augustis anno sequenti inito, post concordiam sc. inter Augustos sub istius anni finem coagmentatam. Tertium argumentum præfatis validius desumitur ex Victore in Epitome, quod infra, cum de Galerii Maximiani interitu agemus, explicabimus. Quod si Maximinus præsenti anno Augustus appellatus est; *Licinium* hoc etiam anno eo honore affectum certissimum; cum *Maximinus* non prius se Augustum appellaverit, quam Licinium Carnunti hanc dignitatem consecutum audivit. Unde quemadmodum & *Maximinus*, Consulatum anno CCCXI. ob Quinquennalia nempe, suscepit.

I. Persecutionis annus septimus.

CHristi annus trecentesimus octavus adscriptus Fastis habetur Coss. Diocletiano decimum & Galerio Maximiano septimum, qui & septimus numeratur annus persecutionis; quo Eusebius res in Palæstina gestas enarrans, ab ipso Januarii mense passos martyres recensens, hæc ait (*a*): *Undecimo die mensis Audinæi, id est, ad tertium Idus Januarii, Petrus qui & Apselamus dicebatur, ἀσωμάτος id est, religiosus, vel monachus, vitam solitariam & meditationi deditam secutus, ex pago Anca in finibus Eleutheropolis sito prognatus, cum Judex, & qui ei aderant in Concilio, sæpissime eum orassent, ut sui ipsius misereretur, suæque adolescentiæ & ætati florenti parceret; eorum hortationibus penitus neglectis, & spe quam in Deo omnipotente collocasset, cum aliis rebus omnibus, tum vitæ ipsius * longe prælata, Cæsareæ per ignem veluti aurum purissimum, fidem in Christum Dei generoso & excelso animo accurate probavit. Cum isto una Æsculapius, Episcopus, ut videbatur, errore Marcionitarum, zelo pietatis (ut ille putabat) sed non illius quæ est secundum scientiam, uno & eodem rogo combustus exivit e vita. Verum hæc hactenus.*

(*a*) *Euseb. l. 8. c. 20. 21.*

* suæ.

II. Pamphili Martyris certamen.

Tempus jam eo me vocat, ut illustre, quasi theatrum martyrum, qui cum Pamphilo, cujus nomen mihi semper optatissimum fuit, mortem oppetiverunt, in hoc sermone ante oculos cujusque ad intuendum proponam. Duodecim quidem erant, & non modo quodam prophetico dono, aut potius Apostolico, sed Apostolorum etiam numero dignati; quorum coryphæus & princeps solus Pamphilus presbyterii dignitate Cæsareæ ornatus extitit, vir toto vitæ cursu omni virtutum genere eximius; abjectione & contemptu sæculi insignis, facultatem in pauperes largitione magnificus; spei quæ in caducis mundi rebus defigi solet, despicientia mirus; ratione vivendi & consuetudine vero philosopho digna, singularis: quin etiam ardenti divini eloquii, & sacrarum litterarum studio præter cæteros nostræ memoriæ homines egregius; attentissima, & prope inexhausta in eas res industria, & assiduitate, quas apud animum proposuerat, præstabilis, & in cognatis propinquisque juvandis perliberalis. Cætera virtutis ejus officia & recte facta, quoniam longiore explicatione egerunt, in separato, & proprio volumine de ejus vita perscripto, in quetres libros dispertito, jam pridem pluribus verbis tradidimus. Eos ergo, qui acri illius vitæ, & virtutum in ea elucentium plenius cognoscendarum cupiditate incenduntur, eo amandamus; nos autem illis solis in præsentia insistemus, quæ ad martyres cum eo in supplicium ad ductos pertinent.

III. Valentis & Pauli martyrium.

Secundus post Pamphilum in certamen descendit veneranda canicie honoratus Valens Æliæ civitatis diaconus, ipso aspectu

---

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5801.

SÆC. IV. Anno Urbis 1061. Olymp. 271. an. 4. A. C. 308.

☉ 9. DC. ☽ 5. P. 28. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 308.

MARCELLI PAPÆ I.

PERSECUTIONIS 6.

GALERII MAXIMIANI 4. CONSTANTINI 3. LICINII & MAXIMINI 2.

I. Consules in Italia. Baron. n. 1.

[1] AD num. I. & seqq. Coss. in Italia *M. Aurel. Maxentius Aug.* & *M. Aurelius Romulus*, ejus filius, ut liquet ex Idacii Fastis, & ex libello de Præfectis Urbi, in quo legitur: *Consules, quos jusserint DD NN. Augusti, ex XII. Kalendas Maii factum est. Maxentio & Romulo: quod est Decies & Maximiano VII. Idus Aprilis, Statius Rufinus P. V.* id est, *Præfectus Urbi*. Quibus ex verbis intelligimus, propter discordias inter Imperatores ortas, Consulum designationem usque ad XII. Kalend. Maii dilatam fuisse; quod non tantum de Consulibus in Italia, sed & de iis, qui a Galerio Maximiano designati sunt, existimandum.

II. Coss. in reliquo Orbe Rom.

In reliquo enim Orbe Romano Consules processere *Maximianus Herculius X.* & *Galerius Maximianus VII.* ut non tantum in eo libello de Præfectis Urbi, sed etiam in Fragmento Consulari Bucherii, in Fastis Cæsareis & Idacii, in Chronico Damasi & in Chronico Alexandrino legimus, in quibus omnibus hic Consulatus his verbis

---

NOTÆ

[1] Coss. in Italia: *M. Aurelius Maxentius Aug.* & *M. Aurelius Romulus*. Alibi: *Decies* (Diocletiano) & *Maximiano*. Nummi *Maxentii* apud Bandurium pag. 149. cum epigraphe inaversa:

FELIX PROCESS. CONSULAT. AUG. N.

Fasti Idatiani: *Maximiano decies, & Maximiano VII. Maxentio, & Romulo.* Vindebonenses: *Decies, & Maximiano VII.* Libellus Præfectorum Urb. *Consules, quos jusserint DD. NN. Augusti: ex XII. Kal. Maii factum est Maxentio, & Romulo; quod est decies, & Maximiano VII.*
Prosperi Chronicon: *Diocletiano X. & Maximiano VII.*

ctu senex gravissimus, divinarum Scripturarum, si quisquam alius, in primis peritus; nam tantam illarum memoriam in pectus suum incluserat, ut, si quando aliquem locum citare vellet, perinde expedite illud posset absque scripto efficere, atque exscripto legere. Tertius Paulus pietate maxime inflammatus, & spiritu non minus fervidus, ex civitate Jamnitarum, in qua fama percelebris fuit, prognatus: qui ante martyrium cauteriorum exustiones perpessus, egregium certamen pro fidei confessione confecit. His in carcere toto biennii spatio commorantibus, sit martyrii dilatio.

IV. Ægyptii martyres.

Interea fratrum Ægyptiorum, qui cum illis una martyrium subierunt, accessio facta est. Isti Ægyptii simulatque confessores illos, qui erant ex Cilicia, ad metalla usque, quæ ibi erant, perduxerant, domum redierunt. Qui similiter apud ipsos portarum Cæsareæ introitus a custodibus (barbari autem isti erant, & moribus agrestes) quinam essent, & unde venissent, interrogati; cum veritatem occultare non possent, tamquam malefici in ipso facinore manifesto prehensi tenebantur; quinque erant numero: qui quidem ad tyrannum perducti, & coram illo libere fidem confessi, statim in carcerem conduntur. Postridie (hoc erat decimo sexto die mensis Peritii, id est, secundum Romanos ad decimumquartum Kalend. Martii) hi pariter cum Pamphilo, & reliquis ejus sociis quos supra posuimus, ex mandato ad Judicem perducuntur. Iste primum inexpugnabilis Ægyptiorum constantiæ & firmitatis animi, diversis cujusque modi tormentorum formis, novis peregrinarum, & variarum machinarum inventis periculum fecit. Et simulac illum, qui inter eos omnes principatum tenuit, his certaminibus exercuerat; quisnam esset, primum scisciatus est. Deinde ubi pro proprio nomine, Prophetæ cujusdam nomen ab eo acceperat: hoc enim ab illis factum erat, quod pro nominibus idolorum, quæ erant forte a parentibus ipsis imposita, nova nomina, facta mutatione, ipsi sibi adscivissent; Eliæ enim, Hieremiæ, Esaiæ, Samuelis, & Danielis nomine seipsos nuncupasse, & germanum ac verum Dei Israelem, qui Judæis erat in occulto, non solum rebus ipsis, sed nominibus proprie, & significanter explicatis commonstrasse, audire potuisses: ubi, inquam, tale nomen a martyre acceperat Firmilianus, non in verbi vim, & significationem animum omnino intendens, secundo loco eum interrogavit, quæ illius patria esset.

V. Dira quæstio de martyribus.

Ille nomen priori apte respondens effert: Hierusalem suam patriam esse ait, eam certe intelligens, de qua apud Paulum dicitur (a): Quæ sursum est Hierusalem, libera est, & quæ est mater omnium nostrum. Item alio loco (b): Accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Hierusalem cælestem; is quidem hunc plane intellexit. Sed Firmilianus cogitatione sua humi abjecta, quæ tandem civitas illa esset, & ubi terrarum sita, accurate, & curiose disquirit; unde cruciatu illum affligit, ut verum fateretur. Hic manibus a tergo vinctis obtortisque, & pedibus machinamentis peregrinis inusitatisque divulsis excruciatus, verum se dixisse, constanter asseverat. Deinceps Judice rursus sæpe quærente quisnam esset, & quo loco civitas illa, quam dicebat, locaretur; eam affirmat piorum solum patriam esse, neque alios præter hos solos illius fore participes; illamque ad Orientem, ubi Sol primo mane suos radios fundere incipit, positam. Atque in istis denuo proferendis seorsum apud animum suum ita divinitus philosophatus est, ut eorum, qui illum undique tormentis divexabant, nullam prorsus rationem duceret, sed tamquam carnis corporisque expers, ne minimum quidem videretur doloris sensum percepisse.

(a) Galat. 4. (b) Hebr. 12.

VI. Martyres illudunt Præsidi.

Judex animo hæsitans, intra se tumultuari cœpit; putabatque Christianos eam civitatem, de qua martyr locutus fuisset, infestam omnino & inimicam Romanis effecturos. Multum igitur de ea re scrutari; & ubinam tandem illa regio, quæ in Oriente ferebatur, existeret, admodum conquirere. Videas in his mirificam quandam expressam pectoris Christiani constantiam, quæ in summa tormentorum perpessione sic ludendo traduceret anxium Judicis animum. Porro quod occultum esset illi agenti in Palæstina Hierusalem civitatis nomen, jam satis liquido demonstratur, antiquatum penitus fuisse vetus Hierosolymæ nomen, Æliamque ab omnibus vocari solitam. Sed sequitur (c): *Postquam autem adolescentulum verberibus sæpius dilaniatum, & tormentis cujusque generis discruciatum, firma, & immutabili mentis constantia illis, quæ ante dixerat, adhærescere animadvertit; ad extremum mortis sententiam, ut securi per-*

(c) Euseb. l. 8. c. 21.

PAGIUS

verbis exprimitur: *Decies & Maximiano VII.* quemadmodum anni superioris Consulatus istis memoratur: *Novies & Constantino*, neutrobi Maximiani Herculii nomine descripto. Non desunt, qui cum Baronio per illa adverbia *Novies* & *Decies* Diocletianum intelligant, quos pluribus confutavi in 2. parte Dissert. Hypat. cap. 13. n. 30.

III. Quinta Quinquennalia perii Cæsulii.

Hunc Consulatum capessiit *Maximianus Herculius* juxta secundam regulam, occasione nempe quintorum Quinquennalium Imperii sui Cæsarei, quæ in hunc annum incidebant, cujus, honoris ergo, Galerius Maximianus Collega esse voluit juxta tertiam regulam. Ob ea solennia *Maximinus* Augustus antiqua adversus Christia-

percuteretur, contra eum protulit. Talem igitur is velut vitæ suæ peregit fabulam. Cæteri ejus socii paribus certaminibus a Judice exagitati pari mortis genere e vita cesserunt.

VII. Pamphilus rursum exagitatur.

Postea demum Firmilianus, quamquam prope defatigatus erat, & frustra viros illos supplicio affici cernebat, sua tamen cupiditate eorum morte exaturata, ad Pamphilum & ejus socios se contulit. Et quia satis expertus erat, quam inflexibilem in fide tuenda constantiam etiam jam antea in tormentis ostendissent; iterum interrogat, utrum deinceps modo illi morem gererent. Atque cum a singulis eorum definitum & postremum responsum de fidei confessione, quæ est martyrii propria, recepisset; similem cum prioribus pœnam & supplicium illis irrogat. Quibus ad exitum perductis, adolescentulus quidam ex famulis Pamphili, qui ita erat excultus institutusque, ut dignus ingenua talis & tanti viri educatione & disciplina merito videretur, simulatque Judicis sententiam contra dominum suum pronunciatam intellexit, e media hominum multitudine exclamat; & ut illius aliorumque sociorum corpora, cum e vita decederent, terræ mandarentur, postulat. Judex vero non hominis, sed belluæ, aut si quid sit bellua immanius, naturam secutus, ne adolescentulo quidem ætatis causa quicquam veniæ tribuit; sed ut primum eum rogarat, essetne Christianus; ipseque se esse responderat; iracundiæ æstu intumescens, quasi telo saucius, tortoribus in mandatis dedit, ut omnes suas vires, & impetus contra eum exererent. Postquam vero, cum immolare ei jussum esset, recusantem videbat; non ut hominem carne circumdatum, sed ut statuam ex lapidibus aut ligno aut alia quapiam re confectam, ad ossa usque, & intimos viscerum recessus acriter, & absque ulla remissione deradi dilaceravique præcepit. Quo supplicii genere diu sustentato, Judex cum illum nec vocem emittere, nec sensum doloris ullum præseferre vidit; idque cum parum abesset, quin illius corpus esset omnino inanimatum, & tormentis pene contritum exhaustumque; se illum frustra torquere respexit: tamen animo duro, ferreo, & omnis humanitatis experte perstans, confestim igni pedetentim exardescente, & remisso comburi decernit.

VIII. Porphyrii martyrium.

Hic igitur adolescentulus postremus ante Pamphili mortem, qui erat dominus ejus secundum carnem, in certamen ingressus, ante illum e corporis vinculis solutus fuit, propterea quod qui erant in aliis cruciandis occupati, tardare videbantur. Licuerat ergo Porphyrium videre (hoc namque adolescentulo nomen erat) jam in omni certaminum genere exercitatum, incredibili studio, & ardore, more hominis pro augusta, & sacra victoria decertantis, incensum, corpore quidem pulvere conspersoque sordidatum, sed decoro oris habitu eximium, erecta, & generosa animi elatione post tantos cruciatus ad mortem gradientem, divino Spiritu re vera completum, habitu philosophico quo uti solebat, hoc est, indumento ad modum pallii humeros solum obtegentis, vestitum, familiaribus suis, quid illos sui causa facere vellet, modesto, & tranquillo animo præcipientem, nutuque significantem; & cum jam ad palum esset alligatus, vultum splendidum, & hilarem servantem; quamdiam cum rogus longo intervallo ab illo tamquam in ambitum orbemque exardesceret, hinc illincque flammam ore ad se arripientem, & post hæc verba, quæ jam flammarum incendio primum corpus attingente, clara voce profundebat (nempe Jesum Filium Dei sibi adjutorem fore) constantissime cum silentio omnes cruciatus ad extremum usque spiritum tolerantem. Tale Porphyrii in martyrio certamen fuisse constat.

IX. Seleuci militis martyrium.

Cujus vitæ exitum Seleucus confessor quidam ex militum numero Pamphilo nunciavit, qui (ut par erat) ex hujusmodi nuncii ministro quamprimum fuit eadem sorte cum illis martyribus dignatus; nam mox ut mortem annunciaverat Porphyrii, & unum ex martyribus osculo sancto salutaverat; eum milites quidam comprehendentes, ad Præsidem deducunt. Iste tamquam sui profectionem maturans, quo Porphyrio comes itineris ad cælum suscepti adjungeretur, extemplo capitis supplicio mulctari jubet. Hic in Cappadocia natus, præ delecto juvenum globo, qui in exercitu Romano militabant, præque illis qui erant apud Romanos in amplis dignitatum gradibus locati, non exiguum honorem adeptus est: ætate enim florente, robore, proceritate, firmitateque corporis plurimum omnibus militibus antecelluit; adeo ut aspectus ejus celebris, & omnium sermone prædicatus existeret, tota corporis forma, & specie tum ob magnitudinem, tum ob pulchritudinem, & aptam membrorum compositionem admirabilis: qui in ipso persecutionis initio, plagarum perpessione in

PAGIUS nos edicta renovavit, ut anno præcedenti num. XV. dixi, *Maxentii* vero Consulatus juxta primam regulam sumtus, non raro enim anno tantum secundo Imperii Imperatores Consules processere. Spondanus, qui cum Baronio existimavit, Diocletianum hoc anno Consulem fuisse, ait, mi-

rum quibusdam visum esse hominem, qui privatam vitam ad exitum usque agere instituisset, neque pedem ex agro suo tollere consensisset, creatum esse Consulem, indeque Aurelium Victorem putasse rexisse Imperium annis viginti quinque. Verum ex dictis anno præcedenti

in certaminibus pro fidei confessione susceptis admodum enituit: & ubi militiæ munere, quo fungebatur, spoliatus fuit, eorum qui dicuntur, id est pietatis cultores vel monachi, qui dies noctesque divinis meditationibus se exercent, æmulum se, & imitatorem effecit; orphanis desertis, viduis omni ope destitutis, hominibus inopia, & corporis infirmitate afflictatis, instar patris alicujus indulgentis, & curatoris, benigne prospexit, & opitulatus est. Unde merito quidem, cum Deus ab hujusmodi pietatis officiis plus capiat oblectationis, quam a victimis fumo redundantibus, & sanguine aspersis, ad insigne, & eximium martyrii decus per ejus gratiam accersitus fuit. Hic decimus athleta inter eos quos supra ostendimus, uno eodemque die mortem oppetiit: quo certe (ut apparet) maxima quasi cæli porta, Pamphili martyrio decora illa quidem & congruens, patefacta, tum illi, tum aliis qui cum eo erant, in regnum cælorum aditum dedit perfacilem: Hæc de Seleuci martyrio Eusebius.

X. Christiani infamia notati.

Qui cum dicat, hunc ipso persecutionis exordio, quod Christianus esset, fuisse militia spoliatum, plane declarat confirmatque quod superius dictum est, Christianos omnes Imperatorum edicto esse notatos infamia, & tamquam infames, militia fuisse existimatos indignos. Ignominiosa enim hæc dicebatur missio, cum ob delictum quis militia solutus esset; cui inter alias pœnas, nec in Urbe, nec alibi ubi Imperator esset, morari (*a*) licebat. Consulto igitur Seleucus Christianæ religionis causa exauctoratus, & ignominiosa missione ablegatus, monasticæ vitæ institutum arripuit. Videas ex his insuper, non fuisse asceticam vitam, cui se Seleucus mancipavit, institutionem anachoreticam ab hominum remotam consortio; quippe qui viduarum ac pupillorum prospiciebat necessitatibus; sed in illorum vitæ statu positum, quos communiori voce Religiosos nominamus: fuisseque in Ecclesia præter anachoretas, vel monachos qui degerent solitarii, aliud quoque genus Christianorum, etiam necessitatibus fratrum post precum studia inservientium. At prosequamur reliquorum certamina ex eodem Eusebio, qui sic ait:

(*a*) *l. 2. §. Ignominia ff. de his quæ not. infam.*

XI. Theoduli & Juliani martyrium.

Theodolus item gravis quidem & religiosus senex, unus ex Præfecti Firmiliani familia, & ab eo plus quam cæteri omnes domestici honoratus, partim provectæ ætatis causa (proavus enim erat, id est, tertiæ progeniei pater) partim propter benevolentiam, & fidelem animum,

quem erga ipsum semper servaverat, iisdem vestigiis cum Seleuco insistens, & facinus illius facinori haud quaquam dissimile admittens, ad Firmilianum dominum suum deductus fuit, eique majorem bilem quam superiores commovens, tandem crucis afflictationi addictus, idemque martyrii genus, quod Salvator olim, lubens perpessus est.

XII. Juliani certamen.

Deinceps quoniam unus adhuc restabat, qui inter martyres commemoratos locum duodecimum expleret, idcirco Julianus eum expleturus accessit; qui peregre jam eo adventans, & locum adhuc minime ingressus, simulac inter vias de eorum morte intellexerat, extemplo ad insigne martyrum spectaculum recta se contulit: atque ut humi posita sanctorum vidit corpora, solido expletus gaudio, singillatim ea complexus salutavit. Quod dum faciebat, lictores, & cædis ministri eum prehensum ad Firmilianum ducunt. Qui ea, quæ sibi erant suæque crudeli naturæ consentanea, executus, lento, & remisso igni eum cremandum tradit. Julianus ergo præ lætitia exultare, valdeque gestire, atque clara voce gratias agens Domino, qui eum talibus præmiis, tamque insigni splendore afficere dignatus fuerat, præclara martyrum corona donatur. Erat hic quidem Cappadocum genere secundum carnem oriundus, moribus & vita sanctissimus, fidelissimus, & maxime ingenuus, & cum in aliis rebus spectatus, tum divino ipsius sancti Spiritus afflatu imbutus. Talis erat caterva eorum qui per Dei gratiam in martyrii societatem cum beato Pamphilo adsciti fuerunt. Sacra autem & sancta re vera istorum corpora, ex impii Præsidis mandato quatuor diebus, totidemque noctibus, ut a bestiis avibusque carnivoris devorarentur, sub dio servabantur. Verum tamquam miraculo quodam, nulla neque bestia, neque volucris, neque canis ad ea accedebat: rursus per divinæ providentiæ dispensationem integra illæsaque inde ablata fuerunt. Et exequiarum justis potita, sepulturæ (ut moris est) honorifice commendantur.

XIII. Hadriani & Eubuli martyrium.

Porro dum sævitia adversus istos usurpata in omnium ore & sermone versabatur, Hadrianus & Eubulus ex regione quæ Manganea dicitur, ad reliquos confessores Cæsaream versus accedentes, ad portas urbis causam sui itineris eo suscepti roganturi. Deinde rei veritatem ingenue confessi, deducuntur ad Firmilianum. Iste nulla dilatione aut mora interposita, post multa tormenta, quæ in eorum latera impegerat, bestiis dilaniandos condemnat. Biduo autem

PAGIUS denti constat, Diocletianum eo anno *Carnunti* in Pannonia fuisse, ubi aliquo tempore mansit, ut testatur Zosimus. Victor vero in Epitome de Diocletiano, ait; *Imperavit annis viginti quinque*, non quod hoc anno Consulatum gesserit; sic enim non *Decies*, sed *Undecies* Consul diceretur: verum quia usque ad præsentem annum, qui vigesimus quintus est ab eo quo Imperium sus-

interjecto, Hadrianus quinto die mensis Dystri, hoc est, ad tertium Nonas Martii, die festo, quo natalitia Fortunæ Cæsariensium (sic enim putabatur) celebrari solent, leoni primum ad discerpendum projectus fuit; deinde gladio jugulatus, obiit mortem. Eubulus autem perendino die ad meridiem, ipsis Nonis Martii, qui est septimus dies Dystri, cum Judex admodum illum vogaret, ut hostias immolaret idolis, quo libertate eorum legibus decreta potiretur; glorioſam mortem pro pietate susceptam huic vitæ brevi & caducæ præposuit; & post bestiarum laniatus, gladio, ut socius ante illum, trucidatus fuit, omniaque martyrum certamina confecta suo sanguine postremus obsignavit.

XIV. *Cæterum operæpretium est hoc loco commemorare, quo pacto tandem, idque non longo tempore post, cælestis & divina providentia eos impios magistratus cum ipsius tyrannis ulta sit. Nam Firmilianus, qui tam petulanter & contumelioſe in Christi martyres debacchatus fuisset, cum aliis ejusdem sceleris participibus extrema supplicia subiens, gladio finem vivendi fecit. Atque hæc sunt martyria, quæ Cæsareæ toto persecutionis tempore gesta sunt.* Hæc autem cum septimo persecutionis anno contigisse, ex Eusebii sententia dictum sit; tamen ejus testificatione (*a*) constat, hanc eamdem persecutionem usque ad annum decimum perduraſſe; quamobrem dicendum est, non in omnibus locis ipsam eadem grassatione sæviisse, cum de Palæstina hæc idem auctor testetur: at id quidem non indulgentia Principum, sed quod mitiorem fortasse sunt Præsidem nacti; nam pro Præsidum humanitate vel sævitia (ut Tertullianus (*b*) affirmat) intensior vel remissior persecutio in provinciis esse solebat: vel accidit, ut de rebus patriis Eusebius scribens, hoc anno scribendi finem fecerit, vel si quid postea addidit, omnino perierit; nam præter recensitos ab eo martyres hac eadem persecutione passos, alii quoque Cæsareæ in Palæstina passi habentur; quorum, licet insignium, nullam prorsus ipse habuit mentionem; ponemus nos eos paulo post. Sed quæ reliqua sunt de Pamphilo, modo dicamus.

Firmilianus dat pœnas.

(a) *Euseb. l. 8. c. 27. prope fin.*

(b) *Tertul. ad Scapul. c. 2. 3. 4.*

XV. Adnumeratur Pamphilus presbyter Cæsariensis non tantum inter nobiles martyres, sed inter insignes scriptores Ecclesiasticos, quem præ cæteris Hieronymus (*c*) ejusmodi ornat elogio: *Pamphilus presbyter, Eusebii Cæsariensis Episcopi necessarius, tanto bibliothecæ divinæ amore flagravit, ut maximam partem Origenis voluminum sua manu descripserit, quæ usque hodie in Cæsariensi bibliotheca habentur. Sed & in duodecim Prophetas viginti quinque Ἐξηγήσεων Origenis volumina manu ejus exarata reperi, quæ tanto amplector & servo gaudio, ut Crœsi opes habere me credam. Si enim lætitia est unam epistolam habere martyris, quanto magis tot millia versuum, per quæ mihi videtur sui sanguinis signasse vestigia? Scripsit, antequam Eusebius scriberet, Apologeticum pro Origene, & passus est Cæsareæ Palæstinæ sub persecutione Maximini:* Hucusque Hieronymus. De Apologia vero pro Origene conscripta Pamphili nomine, superius actum est.

Pamphili mart. lucubrationes.

(c) *Hier. de Scrip. Eccl. in Pamphilo.*

Ob egregiam namque Pamphili martyris laudem Eusebius, ut præclarissimo quodam ornamento, ejusdem Pamphili sibi nomen addidit, voluitque dici Eusebius Pamphili; utinam sic feliciter, ac glorioſe: quantam autem nomini sancto, fectando hæresim, ignominiam irrogarit, inferius dicturi sumus. Nec prætermittendum putamus, eumdem Pamphilum ordinatum fuisse presbyterum ab egregio viro Episcopo Agapio, de quo hæc summa cum laude idem scribit Eusebius (*d*): *Ubi Theotecnus Episcopatum Cæsareæ Palæstinæ diligentissime fuisset executus, mortemque oppetiisset, illud ministerium Agapio tributum fuit; quem maximum laborem in eo obeundo collocasse, & accuratissimam suscepisse provisionem in populo gubernando, & maxime omnium, quasi plena manu eos qui in egestate versabantur, sublevasse cognovimus: cujus temporibus Pamphilum virum disertissimum, & ipsa vitæ ratione verum philosophum in ea Ecclesia presbyterii dignitate donatum accepimus, &c.*

XVI. Eusebius cognominatus Pamphilus.

(d) *Euseb. l. 7. c. ult.*

XVII. Diversi Martyres.

His de Palæstinis martyribus hujus anni ordine temporis enarratis, subdemus hic paucos alios in tabulis Ecclesiasticis claros, qui in eadem provincia Palæstinæ passi sunt, Siquidem Bibli glorioſum pro Christi nomine certamen exegit Aquilina virgo duodecim annos nata; quod hoc præconio in iisdem monumentis Ecclesiasticis reperitur adscriptum (*e*): *Sub Diocletiano Imperatore, & Volusiano Judice, ob fidei confessionem colaphis & verberibus cæsa, & fabulis candentibus perforata, demum percussa gladio virginitatem martyrio consecravit.* Extant ejus agonis Acta (*f*) Sed & Fortunata (*g*) virgo, eadem urgente persecutione, Cæsareæ in Palæstina passa est, experta equuleum, ignes, & bestias.

(e) *Mart. Rom. die 13. Junii.*

(g) *Metaph. eadem die 13. Junii.*

(f) *Mart. Rom. die 14. Octob.*

Nolumus hic præteriisse Procopium in XVIII. Pa-

PAGIUS

susceperit, publicorum negotiorum particeps fuit. Denique ex septimo Galerii Maximiani Consulatu hoc anno gesto, liquet, libellum de Præfectis Urbi, tam a Cuspiniano, quam a Buchelio publicatum, in anni præcedentis Consulibus corruptum esse; cum si Galerius Maximianus eo anno Consul VII. ut in eo libello legitur, processisset, currenti non septimum, sed octavum Con-

(a) *Euseb. l. 8. c. 12. De Procopio martyre.*

Palæstina itidem passum, alium prorsus diversumque ab eo, quem Eusebius (*a*) anno primo persecutionis necatum esse tradit. Nam ille momentaneo ferme martyrio sublatus est; iste autem longo certamine fatigatus, plurima meruit de diversis tormentis variis temporibus exantlatis confessionis stipendia. Cujus quidam Acta, perpaucis emendatis, legitima atque germana esse censentur, ab ipso auctore conscripta ante Imperium Juliani. Nam cum ab eo Salvatoris statua ab Hæmorrhoissa erecta, fuerit penitus comminuta, & in aliam conflata, ut suo loco dicemus; ipse tamen auctor, cum ejus meminit, dicit esse superstitem. De ejusdem quoque martyris sublimi vocatione atque martyrio hæc summatim Nicephorus (*c*): *Nobilis quoque ille Procopius, Cæsareæ Palæstinæ natus, inter martyres eodem tempore illustris maxime fuit; cui Dioeletianus ducalem quidem in Oriente * sublimitatem dedit; Christus autem eum e cælo ad se veluti Paulum vocavit. Et is quidem illa accepta, inexpugnabili vero Crucis armatura perinde atque generosus & fortis miles armatus, primum adversus eos qui sensu percipiuntur, deinde etiam in eos qui mente sola perspiciuntur, hostes depugnavit. Aureis namque & argenteis, quos sibi fieri curaverat, diis comminutis, eorumque pretio in pauperes expenso, mox etiam adversus eos qui frivolos adulterinosque deos propugnabant, bello congressus, illorumque infirmitate per infamiam notata, ipsius vero Jesu Christi immensa, naturamque supergressa potentia magnifice laudata, quas non ille pœnas fortiter toleravit? quæ illum fidiculæ & torturæ præteriere? quibus ungulis cutis ejus concisa non est? quos ignes, quasve faces membra ejus experta non sunt? quorum ferramentorum mucronumque corpori ejus intentatorum acies hebetatæ non sunt? Per quæ atque his similia tormenta quamplurimis ex primis intimisque Imperatorum consiliariis ad Deum præmissis, postremo & ipse gladio percussus cum incredibili lætitia ad dudum sibi desideratum Christum concessit:* Hucusque Nicephorus.

(b) *Niceph. l. 7. c. 15.*

* Ægypto.

XIX. Libuit hic quoque intexere ex eisdem Actis Procopii citatum ac recitatum fragmentum in Concilio Nicæno secundo his verbis (*c*): *Stephanus Dei amantissimus diaconus & Referendarius Sacri Secreti legit: Ex martyrio B. martyris Procopii, cujus initium: Per eadem tempora regnum obtinebat Diocletianus tyrannus, inter cætera: Neanias (id est, Procopius) gaudio magno perfusus, & fide audens, rem bene gessit, similiter illius omnes comites; ea autem nocte cum militibus reversus est: Venit autem Scythopolim, & omne sodalitium aurifabrorum & argentifusorum convocans, interrogavit eos dicens: Potestis ne mihi facere vas aliquod, quod ego tradam vobis? Illi vero hominis austeritate deterriti, communi consilio statuerunt apud illum unum ex omnibus quem optimum artificem existimabant (nomen illi Marcus erat) dicentes: Si quis est qui voluntati tuæ, domine, satisfaciat, hic erit. Et paulo post: Marcus autem nequaquam obedire volebat juveni; persuasit tamen tandem is, dicens: Hoc mysterium Regi usque ad vitam numquam revelavero.* Agebat enim cum eo, ut Crucem, quam ferret ad collum suspensam, ex argento auroque conficeret. Sed rursum ibi: *Persuasus itaque Marcus in abdito ex auro & argento noctu Crucem fabricavit. Cum autem opus consummatum erigeretur, tres in eo imagines apparuerunt. Scriptum autem erat Hebraica dialecto in superiore parte, Emmanuel, & utrinque in summitate alarum Michael & Gabriel. Voluit autem Marcus sibi timens, expungere imagines; verum non potuit; confestim enim manus illius sicca permansit. Sub gallicinium autem Dux, qui dicebatur Neanias, ad ædes Marci, quo Crucem auferret, properat. Videns autem illam, protinus adoravit. Ait autem ad Marcum: Quæ sunt eæ personæ? quæque & inscriptio? Domine, in qua hora Crux a me erigebatur, imagines istæ per se enatæ sunt; neque ego cognosco quænam, aut cujus sit inscriptio. Neanias vero cognoscens virtutem quamdam in his esse, adorata Cruce, Marco artifici copiosam mercedem solvit, profectusque est in civitatem suam:* Hucusque ex Actis Procopii recitata sunt in Nicæno Concilio, quæ habentur in eisdem Actis, quæ hodie extant (*d*).

(c) *Concil. Nican. 2. Act. 4.*

Selecta ex actis Procopii mart.

(d) *Metaph. die 8. Julii apud Sur. t. 4.*

XX. Virtute crucis mira Procopius operatur. Ibique narratur, eumdem Procopium liberasse civitatem Scythopolitanam obsessam a sex millibus Agarenis, quos omnes virtute Crucis confisus, duabus tantum militum cohortibus quas ducebat, occidit, nullo penitus ex suis desiderato. Quomodo autem postea lararium matris ingressus deos aureos & argenteos comminuit, ac frustratim concisos in pauperes erogavit, cujus rei causa ab eadem ipsius matre apud Imperatorem constituta est reus impietatis; & quonam pacto ab eo scribitur ad Præsidem Palæstinæ, ut in eum legibus agat; & rursum quomodo de eodem sæpius a Judice quæstionibus repetitis,

PAGIUS

Consulatum iniisset, quod tamen falsum esse constat; cum is Consulatus ad annum CCCXI. eodem libello teste, pertineat, & in eo libello Galerius Maximianus hoc anno Consul VII. diserte appelletur.

Quæ in Annalibus de septimo persecutionis anno narrantur, ad annum sequentem referenda; cum persecutio anno tantum CCCIII. inchoata fuerit.

IV. *Annus VII. persecutionis.*

tis, diversis tormentorum generibus sæpe exagitatus, demum gladio capite truncatus promeruit coronam martyrii, ejusdem Acta pluribus narrant, adduntque de duarum cohortium militibus Christianis cum eorum ducibus Antiocho & Nicostrato ab eodem Procopio ad coronam præmissis; necnon Theodosiæ ejus matris ad Christum conversæ cum duodecim aliis fœminis Senatoriis nobile pro Christi fide certamen atque victoriam fusius prosequuntur; ad quæ inspicienda lectorem rejicimus.

XXI. Christiani mores depravati.

Sed ut ad Eusebium redeamus; ad hujus septimi persecutionis anni terminum ejusmodi appendicem addit, sic dicens (*a*): *Quæ vero interea temporis contra Ecclesiarum Præsides transigi contigerit; & quo pacto divina justitia peccati ultrix, pro pastoribus ovium & gregis Christi rationalis, cui parum prudenter & considerate præfuissent, non modo camelorum (quod est animalis genus cum rationis expers, tum maxime natura incurvatum & deforme) curatores effecerit, illique, quasi debito illis supplicio addixerit, verum etiam equis Imperatorum alendis destinarit; quot etiam contumelias, quot ignominiæ notas, quot tormentorum genera ab Imperatorum procuratoribus & magistratibus per varia tempora pro sacris Ecclesiarum vasis & thesauro ipsi subierint; quanta ambitione, honorumque cupiditate multi eorum flagrarint, quam temere & contra leges manus nonnullis imposuerint; quæ inter ipsos fidei confessores schismata, quæ mala nuper quidam seditiosi contra Ecclesiæ membra quæ reliqua erant, dum novas res unam post aliam excogitare laborabant, toto pectore (ut dicitur) machinati fuerint, inclementerque asperis persecutionis calamitatibus obtriverint, & mala denique malis exaggerarint, hæc omnia a me prætereunda esse arbitror; præsertim cum ea memoriæ commendare (sicut in principio hujus libri posui) minime nostrarum partium esse putem; quippe qui eorum explicationem admodum evitare & effugere cupiam. Verum si quæ decora sint, quæque verbum Dei commendent, si qua virtus sit, si qua laus in Ecclesia splenduerit; ista explanare, ista scribere, ista fidelibus auribus inculcare, mihi in primis accommodatum arbitratus, præclaris eximiorum martyrum rebus gestis, & pace quæ nobis postea cælitus elucebat, extremam partem hujus libri mihi illustrandam censeo:* Hucusque Eusebius, jam ad ea quæ octavo persecutionis anno contigerunt, stylum convertens.

(*a*) *Euseb. l. 8. c. 12.*

XXII. Eusebii fides suspecta.

At ejusmodi consilium (quod & superius diximus) animum non mediocriter in suspicionem adducit; cur qui hactenus, schismata & hæreses, pravosque mores, qui in Ecclesiam quovis tempore irrepserunt, diligenter non prætermiserit, nunc præter accurati historici officium ab his abstineat. Rursus vero quod illis vitio tribuat, qui Præsides cum essent Ecclesiarum, camelorum vel equorum curæ fuerint mancipati, ac ne vasa thesaurosque Ecclesiæ proderent, acriter excruciati, idque illis ignominiæ vertat; cum alioqui, etiamsi fuissent antea vita turpissimi flagitiosissimique, confessione tamen nominis Christi ea omnia patientes, (nam si negassent, haud ejusmodi supplicia subiissent) omnes apud Deum & homines ignominiæ anteactæ vitæ notas expungere, & immensis gloriæ cumulis augeri potuissent: quod, inquam, hoc nomine eis detrahat, atque condemnet, infensum in eos præsefert animum, & privatis affectibus mentem indicat exagitatam. Quamobrem, ut illud de eo opiner, inducit; hominem (quod dictum est) semel lapsum, ab Episcopis communicatione Fidelium (ut moris est) interdictum, hisce eos contumeliis prosidisse, injuriis laceresse, criminaque coacervando, confessionis & martyrii summam eorum gloriam obscurare voluisse.

Cæterum quod ad ejusmodi supplicii genus spectat, quo Episcopi confitentes, ad majorem contumeliam, quam si millies mortis supplicio afficerentur, curæ jumentorum adscriberentur; hoc ipso tempore id passum esse a Maxentio tyranno Marcellum Papam, liber in primis de Romanis Pontificibus docet his verbis: *Hic coarctatus & tentus est, eo quod Ecclesiam ordinaret; & comprehensus a Maxentio, ut negaret se esse Episcopum, & sacrificiis se humiliaret dæmoniorum: qui semper contemnens & deridens præcepta Maxentii, damnatus est in catabulum.* Fuisse autem catabulum, stabulum jumentorum, quæ publicæ inservirent utilitati, satis declaravimus in nostris Notis (*b*). Idem est ergo quod dicitur damnatum esse Marcellum in catabulum, quod apud Eusebium de aliis quoque traditur, esse destinatos ad alendos equos Imperatorum.

XXIII. Episcopi damnati ad catabulum.

(*b*) *Not. ad Mart. Rom. die 16. Jan. c.*

Porro ut in præsentiarum de Maxentio Marcellum Romæ vexante agamus; ex iis quæ superius de eo dicta sunt, constat, vafrum hominem simulasse Christianam se fidem sectari velle, & de Christianis omnibus tum in Africa, & ubique sub ejus ditione, tum Romæ præsertim agentibus fuisse optime meritum. Cum autem extinctis Severo Cæsare, & Alexandro in Africa res novas molientibus, firmasse Imperium sibi visus est; quod intus latebat impietatis, aperuit, & Marcellum Romæ primum appetiit, blandis antea verbis suadens a fide Christiana recedere, ac diis patriis immolare. Extat ejusdem Marcelli ad Maxentium hoc argumento scripta epistola; de qua haud adeo mirari quis debet, si ipse Marcellus Maxentium perinde ac hominem propemodum Christianum compellet, quippe (quod

XXIV. Maxentius quid in Marcellum.

(quod sæpius repetendum est) Maxentius fidem Christianam se percepisse simularat. Quod vero diversi ab ordinariis in ea Consules scripti legantur, civile inter Imperatores conflatum bellum potuit esse in causa, ut quisque trium Imperatorum ex sententia Consules sponte crearet, nec ea in re cum aliis consentiret: nam & secundi, immo & quarti Consulatus Maxentii in libro de Romanis Pontificibus mentio habetur, cum tamen nullus Maxentii Consulatus scriptus reperiatur in Fastis. Sed in his non immoramur, quod aliis testificationibus Acta Marcelli sarta tecta confirmataque habeantur. Cæterum epistolam illam additamentum aliquod extrinsecus accepisse putamus, quod res ibi scriptæ parum sibi cohærent; sed hæc aliis relinquimus, & de ipso Marcello alias opportunius.

XXV. Maxentius expilator urbis.

(*a*) *Paneg. Const. 1.*

At non in Christianos tantum, sed & in cives omnes Maxentius, spolians eos divitiis avitisque substantiis grassabatur; hic quippe ille annus est millesimus sexagesimus ab Urbe condita, cujus meminit orator ille in Panegyrico dicto post victoriam Constantino, cum ait (*a*): *Mille & sexaginta annis contractas ex toto Orbe divitias monstrum illud, redemptis in civile latrocinium manibus ingesserat: ad hoc aliena matrimonia, innocentium capita cum bonis passim donando, usque ad mortem devotionis obstrinxerat: parricidas omnes insidiatos sibi, aut palam aliquid pro libertate conatos pœnis affecerat, armis oppresserat: & inter hæc utebatur ejus Urbis majestate quam ceperat, totam Italiam conductis ad omne facinus satellitibus oppleverat.* Hæc ibi. Sed ad Eusebium redeamus.

XXVI.

Inter Episcopos autem qui his persecutionis temporibus in crimen ab eo proditæ fidei adducuntur, unus nominatur Stephanus Laodicensis Ecclesiæ, quæ est in Syria, Præses; de quo hæc alibi ait (*b*): *Anatolio e vita exeunte, postremus ante persecutionem illi Ecclesiæ præficitur Stephanus; qui quamquam cum propter philosophiæ cognitionem, tum propter reliquam liberalem eruditionem apud multos in magna admiratione fuit; tamen propter animum ejus, quo erat erga sacram fidem haud sincere affectus, non tantum laudis meruit, sicut tempore persecutionis progrediente (quod illum simulatorem, timidum, & ignavum potius, quam verum philosophum declarabat) perspicue patefactum fuit. Et quamvis ejus inconstantia & levitate, Ecclesiæ illius status videretur ruina collapsurus; fuit tamen Dei Salvatoris clementia sustentatus, idque quia confestim Theodotus, vir sane & re ipsa, & proprio nomine (Theodotus, a Deo datus dicitur) illius Ecclesiæ Episcopus designatus, se vere Episcopum demonstravit; nam ut in medicina, quæ ad corporum curationem pertinet, sic in animorum morbis sanandis primas fere tulit; humanitatis autem, morum probitatis, clementiæ, commiserationis, & studii causa, quod in eos ostendit, qui opem ab eo poscebant, facile omnes superavit: in sacris quoque disciplinis multus erat ei usus & crebra exercitatio. Sed de eo satis.* Passi autem in eadem Laodicensi Ecclesia hac persecutione reperiuntur Trophimus & Thalus (*c*), sub Præfecto Asclepiade; alia vero die ibidem pro fide Christi tuenda Artemon (*d*) presbyter strenue concertavit; horum omnium memoria tum apud Græcos, tum etiam apud Latinos perseverat, diebus natalitiis solita repeti annuatim. At de his modo satis.

(*b*) *Euseb. l. 7. c. ult.* Episcopi Laodicenses.

(*c*) *Mart. Rom. 11. Martii.*

(*d*) *Mart. Rom. 8. Octob.*

Eodem quoque anno, qui numeratur tertius Imperii Maximini, *Quirinus* (inquit Eusebius *e*) *Episcopus Scisciarum* (est Scisicia civitas in Illyrico) *gloriose pro Christo interficitur; nam manuali mola ad collum ligata, e ponte præcipitatus in flumen, diutissime supernatavit, & cum spectantibus collocutus, ne sui terrerentur exemplo, vix orans ut mergeretur obtinuit:* Hæc Eusebius. At Prudentius (*f*) cecinit ejus martyrium sacro hymno. Eadem quoque persecutione urgente, in Illyrico passus est Ursicius martyr sub Aristide Præside, Spalati Felix, Sirmii Irenæus Episcopus sub Præside Probo acerrimis tormentis vexatus, longoque carcere afflictatus, tandem abscisso capite martyrium magna gloria consummavit. Drizipare ejusdem provinciæ civitate passus est Alexander martyr miraculorum, post obitum virtute orbi notissimus. Eodem quoque tempore penes Græcos Maximus, Quintilianus, & Dada idem certamen obierunt. Extant eorum Acta, sed depravata nonnihil. Insuper & Theodorus, Oceanus, Ammianus, ac Julianus, alio vero loco Caritine, sed & alia quoque die Eusebius, Neon, Leontius, Longinus, & alii; quorum omnium memoria natalitiis diebus anniversaria (*g*) celebritate repetitis, hactenus in Ecclesia perseverat.

XXVII. Quirini & aliorum certamen.

(*e*) *Euseb. in Chron. hoc anno.*

(*f*) *Prudent. Peristeph. hym. 7.*

(*g*) *Mart. Rom. diversis diebus.*

Quod vero spectat ad res in Africana Ecclesia gestas: conflato semel (ut pluribus dictum est) adversum Cæcilianum Episcopum Carthaginensem schismate Donatistarum, Majorino contra eum in se-

XXVIII. Concilium Schismaticorum in Africa.

de

PAGIUS V. *tacha*

Ad num. XXVIII. & seq. Augustinus in epistola ad Vincentium de Concilio Carthaginensi a ducentis & septuaginta Episcopis celebrato loquens ait: *Scribit enim ille Tychonius, homo*

ut dixi, vestræ communionis, a ducentis & septuaginta Episcopis vestris Concilium Carthaginense celebratum, in quo Concilio per septuaginta & quinque dies, posthabitis omnibus prateritis, limi-

Concilii Carthaginensis juxta Baronium

de locato, adjunctis ad eam factionem Numidis Epiſcopis, ſolicitatiſque Mauritanis, datis ubique litteris, calumniis in Cæcilianum refertis, allectiſque ad ſuam ipſorum communicationem etiam iis qui in perſecutione lapſi eſſent, impiis Traditoribus; iidem totam pene Africam ſuis partibus adjunxerunt, & hoc ipſo anno trecenteſimo octavo, qui numeratur quadrageſimus ante tempora Macariana, quæ cœperunt anno Domini trecenteſimo quadrageſimooctavo (ut ſuo loco perſpicuum fiet) collegerunt Concilium (mirum dictu) ducentorum ſeptuaginta Epiſcoporum, cujus S. Auguſtinus meminit ex Tychonii commentariis, cum ſcribens ad Vincentium ait (a): *Scribit enim ille Tychonius, homo (ut dixi) veſtræ communionis, a ducentis & ſeptuaginta Epiſcopis veſtris Concilium Carthagine celebratum. In quo Concilio per ſeptuaginta & quinque dies, poſtpoſitis omnibus præteritis, limatam eſſe ſententiam atque decretam, ut Traditoribus immenſi criminis reis, ſi baptizari nollent, pro integris communicaretur: Deuterium etiam Macrinenſem Epiſcopum communionis veſtræ dicit Traditorum plebem congregatam Eccleſiæ miſcuiſſe: & ſecundum ſtatuta illius Concilii a ducentis & ſeptuaginta Epiſcopis veſtris facti, feciſſe cum Traditoribus unitatem, eique Deuterio poſt hoc factum jugiter communicaſſe Donatum; nec ſolum huic Deuterio, ſed etiam univerſis Maurorum Epiſcopis per quadraginta annos, quos dicit uſque ad perſecutionem per Macarium factam, Traditoribus ſine baptiſmo communicaſſe:* Hæc de numeroſo Concilio ſchiſmaticorum.

(a) *Aug. epiſt.48.*

Sed cur hujus memoria penes ipſos remanſit penitus antiquata, cum de Concilio paucorum Epiſcoporum ante biennium contra Cæcilianum Carthagine itidem congregato, frequentiſſima ſit apud eos mentio (citarunt enim illud ſæpe, ſecumque attulerunt, & publice recitari petierunt in maximo illo conventu, quo ex Imperatoris mandato publica Collatio decreta eſt) hujus vero memoria, quæ celebrior eſſe debuiſſet, penitus viſa eſt excidiſſe? Sed ea apertiſſima omnibus cauſa præceſſit, quod cum ſchiſmatici traditionis labe fœdati (ut dictum eſt) ſe puriſſimos eſſe atque innocentiſſimos oſtentarent, nec ſe, nec ſuos umquam ejuſmodi criminis labe eſſe maculatos, bellumque ſe gerere adverſus Cæcilianum ac ejus ſocios ejuſmodi nota conſperſos juſtitiæ amore jactarent: cum ex dicto numeroſo Concilio redargui poſſent, ex Traditorum gregibus collectam eſſe ſuam ipſorum, quam oſtentare ſolerent, copioſam

XXIX. Concilium cur ſup. preſſum.

PAGIUS *limitatam eſſe ſententiam, atque decretum, ut Traditoribus immenſi criminis reis, ſi rebaptizari nollent, pro integris communicaretur. Deuterium etiam Macrinenſem Epiſcopum communionis veſtræ dicit Traditorum plebem congregatam Eccleſiæ miſcuiſſe: & ſecundum ſtatuta illius Concilii a ducentis & ſeptuaginta Epiſcopis veſtris facti, feciſſe cum Traditoribus unitatem; eique Deuterio poſt hoc factum jugiter communicaſſe Donatum: nec ſolum Epiſcopis per quadraginta annos, quos dicit uſque ad perſecutionem per Macarium factam, Traditoribus ſine baptiſmo communicaſſe.* Quibus ex verbis deducit Baronius, Concilium iſtud Donatiſtarum celebratum quadraginta ante Macarianam perſecutionem annos, ſeu ante annum Chriſti CCCXLVIII. vel circiter, quo ea perſecutio excitata. At, ut Valeſius in Diſſert. de Schiſmate Donatiſt. cap. 3. obſervat, nequaquam id innuit Auguſtinus. Sed tantum dicit S. Doctor, ſeu potius *Tychonius*, Donatum Deuterio & reliquis Maurorum Epiſcopis per quadraginta annos communicaſſe, eoſdemque Maurorum Epiſcopos ſemper uſque ad *Macariana tempora* Traditoribus abſque iteratione baptiſmi communicaſſe. Quid enim aliud ſonant hæc verba Auguſtini? *Eique Deuterio poſt hoc factum jugiter communicaſſe Donatum: nec ſolum Deuterio, ſed etiam univerſis Maurorum Epiſcopis per quadraginta annos, quos dicit uſque ad perſecutionem per Macarium factam, Traditoribus ſine baptiſmo communicaſſe.* Quibus ex verbis colligi poteſt, Epiſcopos Mauritaniæ, qui erant partis Donati, non rebaptizaſſe, niſi poſt tempora Macariana. Nam ante hæc tempora Catholicos ad ſe venientes, ſi rebaptizari nollent, tanquam integros ſuſcipiebant. Poſt perſecutionem autem Macarii, Catholicos nonniſi rebaptizatos communioni ſuæ ſociarunt, in odium, ut videtur, perſecutionis illius, cujus auctores Catholicos eſſe criminabantur.

VI. *Vera epocha Concilii Carthaginen. Donatiſtarum.*

Sed quidquid ſit, Synodus illa ducentorum ac ſeptuaginta Epiſcoporum hoc anno celebrari non potuit; cum ſchiſma Donatiſtarum ante annum trecenteſimum duodecimum conflatum non fuerit. Exiſtimo itaque cum Valeſio, Synodum illam congregatam fuiſſe *Donati Carthaginenſis* Epiſcopi temporibus, aliquot poſt Nicænam annis. Nam novo adhuc & recenti ſchiſmate tot Epiſcopos Donatiſtæ habere non potuerunt. Roborata quippe & maxime confirmata fuerit hæc factio, cum tantus Epiſcoporum numerus in urbem Africæ primariam convenit. Conſtat autem, *Donatiſtarum* factionem magni illius Donati temporibus præcipue viguiſſe. Itaque ſub illius Epiſcopatu hoc Concilium coactum. Certe ſalvo ac ſuperſtite Cæciliano id videtur fieri non potuiſſe. Nam & Cæcilianus plurimum poterat apud Conſtantinum, poſtquam innocentiam ſuam ei coram approbaverat, nec Imperator ipſe id laturus fuiſſet; quippe qui & Baſilicas Donatiſtis ademerit. Sed & Auguſtini, ſeu potius Tychonii, verba indicare videntur Synodum hanc ſub Donato celebratam. Poſtquam enim dixit, *Deuterium* ſecundum ſtatuta illius Concilii petiiſſe cum Traditoribus unitatem, addit, eidem Deuterio poſt hoc factum jugiter communicaſſe *Donatum*. Ex quibus recte iuſert Valeſius, hoc Concilium Deuterii & Donati temporibus congregatum fuiſſe.

VII. *Marcelli PP. initium.*

Hoc anno die vigeſima ſeptima Junii, *Marcellus* Pontifex Romanus ordinatus eſt, ut ex duratione ejus Sedis, de qua anno ſequenti, quo ad Deum migravit, colligere eſt.

ſam multitudinem; magno ſtudio curarunt, ut dictum Concilium ab hominum memoria penitus deleretur. Quamobrem S. Auguſtinus poſt multa ab ſe ſcripta ad Vincentium, mox pergit, ſic eum compellans (a): *Sed dicis: Quis eſt iſte Tychonius?* (qui ſcilicet hæc de eo Concilio meminit) *Ille eſt Tychonius, quem Parmenianus* (princeps Donatiſtarum erat iſte) *reſcribendo compeſcit, & eum deterret ne talia ſcribat; non tantum refellit ea ipſa quæ ſcribit; ſed uno (ſicut ſupra dixi) eum premit, quod talia diceret de Eccleſia toto Orbe diffuſa; & quod neminem in ejus unitate macularet aliena peccata; ab Afrorum ſe tamen quaſi Traditorum contagione removebat, & erat in parte Donati. Poſſet autem dicere Parmenianus, iſta eum omnia eſſe mentitum. Sed ſicut idem Tychonius commemorat, adhuc vivebant multi per quos hæc certiſſima & apertiſſima eſſe oſtenderentur:* Hucuſque Auguſtinus, qui alias ſæpe de eodem Concilio meminit. Quid autem poſt hæc ab iiſdem ſchiſmaticis actum ſit, cum Conſtantinus Roma Maxentio devicto, potitus eſt, ſuo loco dicemus.

(a) *Eadem epiſt.48.*

JESU CHRISTI ANNUS 309. MARCELLI PAP. ANNUS 6. CONSTANTINI IMP. ANNUS 4.

I. QUi ſequitur annus Chriſti trecenteſimus nonus, nullis novis creatis Conſulibus adſcribitur Conſularibus Faſtis; ſed quod deeſſent Conſules ordinarii, vel potius, qui ſubrogati fuerant, expuncti eſſent; idem annus poſt Conſulatum anni ſuperioris, nempe Diocletiani & Maximiani, notatus a Caſſiodoro atque aliis ponitur. In libro autem de Romanis Pontificibus annus præſens adſcriptus videtur Conſulatui Maxentii quarto atque Maximi; Maxentius enim anno ſuperiore una cum filio Romulo ſuffectum geſſerat Conſulatum; quem Cæſarem creans, M. Aurelium Valerium Maxentium nominavit, ut veteres docent inſcriptiones (b). Sic igitur præſentem annum nequaquam Conſulibus ordinariis caruiſſe putamus; ſed quod Conſulatu Maxentii notatus eſſet, ipſo a Conſtantino ſuperato, & ob ipſius in Romanos cives ſævitiam, duramque tyrannidem, Romanæ Reipublicæ perduelle judicato, ejus memoria e publicis monumentis abraſa penitus fuerit, ſicque annus Maxentii Conſulatu notatus, poſt Conſulatum Diocletiani ac Maximiani habeatur inſcriptus, licet olim ea fuiſſet penes Romanos (ut tradit Tacitus c) conſuetudo, ne Conſules, quantumlibet criminoſi fuiſſent, expungerentur e publicis tabulis. Nam cum de abradendo a Faſtis nomine Piſonis, qui reus haberetur Germanici obitus, eſſet ſententia Aurelii Cottæ Conſulis; ab imperatore tamen ſecus decretum eſt; cum (ut ajebat) Marci Antonii qui patriæ bellum feciſſet & Julii Antonii qui domum Auguſti violaſſet, nomina adſcripta Faſtis manerent; quod

Conſulatus e tabulis demptus.

(b) *Reciſcat eas Panv. in Faſt. comment.*

(c) *Tacit. l. 3. annal.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5802.

SÆC. IV. Anno Urbis 1062. Olymp. 272. an. 1. *ſecundum Baronium* 1060. A.C. 309. ☉ 10. B. ☽ 6. P. 17. April. Indict. 12. JESU CHRISTI 309. MARCELLI PAPÆ 2. PERSECUTIONIS 7. GALERII MAXIMIANI 5. CONSTANTINI 4. LICINII & MAXIMINI 3.

I. *Conſules. in Italia.* [1] ANum. I. ad IV. Coſſ. in Italia *Maxentius Aug. II. & Romulus Cæſar II.* ut docent Idacius in Faſtis, & Auctor libelli de Præfectis Urbi. Epiſtolæ enim Marcelli Papæ a Baronio laudatæ, in quibus Conſulatus Maxentii & Maximini legitur, ſuppoſititiæ ſunt. Onuphrius utrumque Conſulem a nobis propoſitum ſuffectum fuiſſe exiſtimat; quia non animadverterat, per hæc tempora alios in Italia, alios in reliquo Orbe Romano Conſules ordinarios creatos fuiſſe. *Romuli* Cæſaris Conſulatus juxta priorem regulam; ex eo enim intelligimus, eum anno præcedenti Cæſarem nuncupatum eſſe: *Maxentii* Conſulatus juxta tertiam.

In reliquo Orbe Romano, ut ex *Idacio*, Faſtis Cæſareis & Fragmento Conſulari Bucherii diſcimus, Acta publica hac formula notata ſunt: *Poſt Conſulatum X. & VII.* id eſt, poſt decimum Herculii & ſeptimum Galerii Maximiani. Hincque colligere eſt, nullos hoc anno ob Imperatorum diſcordiam creatos eſſe Conſules, & Galerium Maximianum, qui Herculium ut ſeniorem Auguſtum coluerat, jam ab anno præce-

II. *In reliquo Orbe Rom. formula poſt Conſulatum adhibita.*

NOTÆ [1] *Coſſ. Maxentius Aug. II. & Romulus Cæſar II.* Nummi *Maxentii* apud Bandurium tom. II. pag. 149. IMP. C. MAXENTIUS P. F. AUG. COS. II.

Faſti Idatiani: *Poſt conſulatum decimum & ſeptimum, Maxentio II. & Romulo II.* Proſperi Chronicon: *poſt conſulatum X. & VIII.* Faſti Vindebonenſes, & Bucherii laterculus: *Poſt conſulatum X. & VII.* Libellus de Præf. Urb. *Maxentio II. & Romulo II.*

quod etiam ad hæc tempora servatum esse constat, cum turpissimi quoque homines, quique Imperium tyrannide occupaverint creati Consules, notati in Fastis Consularibus perseverent.

II. Consulatus secundus Maxentii.

Fit præterea (ut dictum est) mentio in eodem commentario in Melchiade, de secundo Consulatu Maxentii (ut existimo) ordinario; qui tamen, habita Consulatuum suffectorum ratione, quartus adnumeratur. Quis enim credere posset, toto sexennio, quo Maxentius gessit Imperium, numquam egisse Consulem ordinarium? nec tamen ullus eorum annus ejus Consulatui adscriptus in Fastis habetur; cum alioqui præsens annus, Maxentii & Maximi Consulatu, citato loco notatus reperiatur. Sed ex sententia accidit, ut post Romanam primam editionem antiquum numisma nacti fuerimus, quo de Consulatu Maxentii secundo, certiores redditi sumus; quod hic tibi quam exacte formis reddendum curavimus.

(a) Numer. ext. apud Angelum Breventanum Rome.

(a)

III.

Ex his plane docemur antiquatum jam fuisse illud nuper dictum Imperatoris decretum, quo juberetur, nec sceleratissimorum quidem Consulum nomina e Fastis Consularibus abradenda; nam in his qui extant Græcis pariter ac Latinis Fastis desiderantur Maxentii Consulatus. Porro collegam Maxentii in secundo Consulatu fuisse Maximum; idem qui supra liber de Romanis Pontificibus habet: alium vero Consulatum eumdem Maxentium gessisse cum Romulo filio, conjicere possumus, quod reperiantur plura numismata ejusdem Romuli Consulatu (b) expressa. Sed quam mendaciter inscribitur Conservator Urbis, ejusdem pessumdator & eversor?

(b) Habet Adolf. Occ. lib. de num. & Goltzius in thesaur. rer. antiq.

IV. Marcelli Pap. exitus.

Quibus Consulibus S. Marcellus Papa mortuus ponitur, cum sedisset annos quatuor, mensem unum, & dies vigintiquinque; licet de mensium numero alii aliter statuant; habito tamen respectu ad annum, mensem, atque diem, quo præde-

PAGIUS cedenti, quo in præsentem designandi erant Consules, ab eo dissensisse; ideoque nec hoc anno, nec sequenti Consules creatos esse; quia ea designatio ad *Herculium* tanquam seniorem Augustum pertinebat. Hinc etiam intelligemus, errasse Eusebium in Chronico, ubi Herculii mortem cum anno Christi CCCVIII. copulat; quia tam anno CCCVII. & CCCVIII. quam anno CCCXI. Consules ordinarii renuntiati fuere, solumque hoc anno & sequenti, quo Herculium occisum diximus, extra Italiam, quæ Maxentio parebat, Consules non creati; cujus rei ratio nulla alia assignari potest, nisi quia *Galerius Maximianus* non amplius Herculium ut seniorem Augustum agnoscebat. Porro quæ habet Baronius de annis hac formula *Post Consulatum* notatis, ac *Maxentii* Consulatibus, corrigenda sunt ex his quæ diximus, tam hic, quam in Differt. Hyoat. ubi pluribus de ea formula egimus. Denique in Fastis Græcis Theonis perperam hoc anno Consules eduntur *Constantinus Aug. I. & Licinius I.* Fasti enim illi hoc & duobus sequentibus annis depravati.

cessor Marcellinus vita functus est, recensitum superius tempus sedis ejus recte numeratum invenies. De rebus autem ab eo gestis hæc in eodem libro scripta habentur: *Hic fecit cœmeterium via Salaria, & viginti quinque Titulos in Urbe constituit, quasi diœceses, propter baptismum & pœnitentiam multorum qui convertebantur ex Paganis, & propter sepulturas martyrum.* Quod enim (ut diximus ex Eusebio atque Optato) ipso sui Imperii exordio favere admodum videretur Maxentius Christianis, componendi dissipatam longa persecutione Ecclesiam Marcellus Papa consilium iniit atque perfecit: quod insuper major in dies ex Gentilibus ad Ecclesiam accessio fieret, parœcias illas per diversas Urbis regiones commoditati publicæ consecravit. Tantum abfuit, ut, quod Imperatoribus persecutoribus erat in optatis de religione Christiana penitus tollenda, effici potuerit, ut potius longe lateque eadem fuerit

A num. IV. ad VIII. *Sanctus Marcellus* Pontifex Romanus anno superiori ordinatus est die XXVII. Junii, in quam Dominica cadebat, & ad Deum migravit XVII. Kal. Febr. seu die XVI. mensis Januarii anni CCCX. & XVI. Kalend. Februarii, seu die XVII. Januarii sepultus, ut docet Anastasius, qui diem sepulturæ memorare solet. Sedit itaque annum I. menses VI. dies XX. In genuino Bedæ Martyrologio ad XVII. Kal Febr. habetur: *Natale S. Marcelli Papæ*, &c. *Sepultus est in cœmeterio Pri-*

III. Obitus S. Marcelli PP.

rit amplius propagata; cum & ad sepulturas martyrum Tituli illi a Marcello compositi esse tradantur; nam illud quoque videtur a Maxentio fuisse Ecclesiæ Romanæ concessum, ut corpora Christianorum martyrum sepelire liceret intra Urbem, quod olim vetitum erat lege duodecim (a) Tabularum; Cæsari vero tantum a Senatu (ut tradit Dio b) concessum fuit intra mœnia sepeliri. Rursus vero ibidem: *Hic ordinavit viginti quinque presbyteros in urbe Roma, & duos diaconos per mensem Decembrem, Episcopos per diversa loca viginti unum.* Inter quos numeratur Emygdius Episcopus Asculanus, qui sub eadem Diocletiani persecutione martyrii coronam accepit Nonis Augusti.

(a) Cicer. de Legib. lib. 2.

(b) Dio hist. Rom. l. 44.

V. Quæ passus S. Marcellus.

At de Marcello hæc ibidem de his quæ sub eodem Maxentio passus est; quæ alia occasione superius relata sunt: *Hic coarctatus & tentus est, quod Ecclesiam ordinaret, & comprehensus a Maxentio, ut negaret se esse Episcopum, & sacrificiis se humiliaret dæmoniorum; qui semper contemnens, & deridens præcepta Maxentii, damnatus est in catabulum*, stabulum scilicet jumentorum publico usui adscriptorum; *qui dum multis diebus serviret in catabulo, orationibus & jejuniis Domino servire non cessabat. Mense autem nono venerunt clerici ejus omnes, & eruerunt eum noctu de catabulo. Matrona autem quædam nomine Lucina vidua, quæ vixerat cum viro Marco annis quindecim, & in viduitate sua habebat annos novemdecim, suscepit beatum virum, quæ & domum suam nomine tituli beati Marcelli dedicavit, ubi diu noctuque hymnis & orationibus Domino Jesu Christo confitebantur. His auditis a Maxentio, misit & tenuit iterum beatum Marcellum,*

& jussit in eadem Ecclesia iterum plancas externi (nempe tabulas planas, ut Festus declarat) *ut ibidem animalia catabuli congregata starent, & ipsis beatus Marcellus deserviret. Qui tandem in servitio animalium nudus, amictus cilicio, defunctus est. Cujus corpus collegit beata Lucina, & sepelivit in cœmeterio Priscillæ via Salaria, decimo septimo Kalendas Februarii; & cessavit Episcopatus ejus dies viginti. Lucina vero proscriptione damnata est:* Hucusque ibi.

VI. Marcelli Acta mendosa.

Extant Marcelli Papæ Acta (c), in nonnullis tamen (ut superius quoque attigimus) corrigenda; ut, quod ad præsentem rem spectat, de tempore quo Marcellus passus, loco Maximini, Maxentius restituendus est. Rursum vero cum in iisdem agitur de Cyriaco diacono cum Largo atque Smaragdo misso a Diocletiano ad Saporem Regem Persarum, ut ejus filiam a dæmone obsessam liberaret, & quæ habentur de eodem Rege Persarum ab eodem baptizato, haud nobis satis arridents. Nam cum duo fuerint Sapores Reges Persarum, Senior claruit temporibus Valeriani Imperatoris, quem & captivum duxit, & ignominiose usque ad obitum usus est, de quo Julius Capitolinus (d), Trebellius Victor, Eutropius, Zosimus, & alii; hunc vero dictum ab Odenato Palmyrenorum Rege, Trebellius (e) auctor est. Post hunc autem regnasse ponuntur in Perside (f) Hormisdas, & Vararanes, ac tertio loco Narses. Et mentio de Narsete apud Vopiscum in Probo; hunc vero fuisse avum Saporis junioris, atque Hormisdæ ejus fratris, testatur Eutropius (g); adversus quem bellum gessit (ut dictum est secundo tomo Annalium) Galerius Maximianus, de quo

(c) Apud Sur. tom. 1. die 16. Jan.

(d) Jul. Capit. in Gordiano Treb. in Valer. Victorin. Valer. Eutr. l. 9. Zosim. l. 1.

Series Regum Persarum.

(e) Treb. in Gall.

(f) Agath. hist. l. 4.

(g) Eutr. lib. 9.

PAGIUS *Priscillæ*. In Chronico quidem Damasi juxta Bucherii editionem hæc verba leguntur: *Marcellus anno I. mensibus VII. diebus XX. Fuit temporibus Maxentii a Consulatu X.* (nempe Maximiani Herculii) *& Maximiani VII. usque Post Consulatum X. & VII.* id est ab anno CCCVIII. usque ad annum CCCIX. qui notatus fuit hac formula *Post Consulatum X. & VII.* Verum locus ille in editione Bucheriana corruptus. Primo in mensibus; exemplar enim Bibliothecæ Cæsareæ, quo usus est Cuspinianus in Fastis ad Post Consulatum Diocletiani X. & Maximiani VII. ut ipse vocat, habet *menses sex*, sicuti & exemplar quod inde transmissum est ad Scheleſtratium, qui Chronicon illud correctius edidit in Antiquitate Ecclesiastica pag. 440. Secundo, loco *usque Post Consulatum X. & VII.* legendum, *usque II. Post Consulatum X. & VII.* qua formula annus CCCX. insignitus fuit, ut recte observavit Papebrocius in Conatu Chronico-Historico. Hunc enim errorem duratio Pontificatus tam Eusebii, quam Melchiadis proximorum ejus successorum manifeste indicant, ut ex *iis* quæ *in utriusque* morte dicemus, constabit [1].

IV. Dies ejus emortualis.

In Martyrologio quidem Hieronymiano ad diem VII. *Octobris* habetur: *Romæ via Appia depositio S. Marcelli & Marci Episcopi*. At licet hæc

NOTÆ [1] *Marcellus* ordinatus creditur die XIX. Maji A. D. 308. feria sexta, sed incertum qua die obierit anno 310. Errasse patet Pagium, putantem in Hieronymiano martyrologio ad *diem VII. Octobris, Romæ via Appia, Marcelli Papæ* depositionem memorari, atque A. D. 309. obiisse; nam ut adnotat Constantius pag. 311. ex eodem martyrologio liquet ad XVI. diem Januarii, *Marcellum* depositum fuisse *via Salaria in cœmeterio Priscillæ*, quod habet & Romanorum Pontif. catalogus Reginæ Svecorum apud Bollandum. Constantius Bucherianum catalogum emendandum censet hoc modo: *Marcellus anno uno, mensibus VII. diebus XXVII. a consulatu X. Herculii, & Maximiani VII. usque II.* (scilicet anno) *post Consulatum X. & VII.* adeo ut Marcelli obitus in A. D. 310. protrahi debeat.

triumphum egisse Diocletianum anno decimooctavo sui Imperii, Eusebius tradit in Chronico; licet Cassiodorus quem refellimus, ejusmodi triumphum in aliud tempus referat. Huic autem Narseti successisse Misdatem, tenuisseque regnum anno septem, & menses novem, testatur Agathias (*a*); post quem regnasse Saporem affirmat, quem dicimus Juniorem: regnumque cœpisse hoc anno dici fortasse posse videtur, si Narsetem desiisse regnare dixerimus ab eo tempore, quo a Romanis est superatus. Sic igitur nullo pacto Seniori, sed Juniori Sapori potius ea quæ scribuntur in Actis Marcelli forent aptanda. Verum nulla est memoria, eum fuisse aliquando Christianum; quod non reticuisset Constantinus, cum ad eum litteras scribens, quæ adhuc extant (*b*), commendat illi Christianos, qui erant in Persida. Porro ab hoc eodem Sapore diram persecutionem adversus Christianos, fuisse excitatam, Sozomenus (*c*), Theodoretus (*d*), & alii testantur; quamobrem tota illa historia de profectione Cyriaci cum sociis in Persidem, deque filia Regis, ipsoque Sapore cum aliis baptizatis, fide nutat, ac veritate vacillat. Si secus aliis placet, ipsi viderint; nos pro recta ratione temporum hæc oportuit discussisse.

(*a*) *Agath. ubi supra lib. 4.*

(*b*) *Apud Euseb. in Vita Const. l. 4. c. 9. usque ad 13. & Theod. l. 1. c. 25.*

(*c*) *Sozom. l. 2. c. 8.*

(*d*) *Theod. l. 1. c. 24. in fine.*

VII. De chronographia Regum Persarum.

Cæterum quod spectat ad chronologiam Regum Persarum, in quam obiter incidimus; antiquorum neminem præter unum Agathiam reperi, qui eam ordine temporum texat, incipiens ab Artaxerse, quem regnare cœpisse tradit anno quarto post Alexandrum Imp. (est is annus Domini ducentesimus quadragesimus) eumque tenuisse regnum ait annos quindecim, minus duobus mensibus: huic autem successisse Saporem Seniorem, regnasseque annos triginta integros, inque locum ejus suffectum Hormisdam, qui annum tantum, decemque insuper dies regnarit, post quem Vararanes idem tenuerit annos tres, & menses quatuor; Narses vero in ejus locum subrogatus, regnum possederit annos septem, & menses novem; totidem Misdates * ejus successor; post quem successerit Junior, de quo est sermo; quem vixisse Regem tradit annos septuaginta: ut non mirum sit, si usque ad Consulatum tertium Gratiani cum Equitio, qui contigit anno Domini trecentesimo septuagesimoquarto, memoria extet ejusdem Saporis adversus Romanos bellantis (*e*). Sed Agathias errare convincitur primo in Narsete, cujus regni exordium secundum statutam ab eo chronologiam perperam incidere videtur in annum Domini ducentesimum nonagesimum; cum constet ex Vopisco (*f*), sub Probo ante vixisse, & saltem usque ad decimumoctavum annum Diocletiani vitam produxisse. Verum & in eo corrigendus est, dum de Sapore Juniore, quem diximus, agens, ait vigesimoquarto anno regni sui accepisse a Joviano tunc creato Imperatore oblatam Nisibin civitatem, quod contigit anno Domini trecentesimo sexagesimotertio: qua ratione dicendum esset, inchoatum esse regnum Saporis anno Domini trecentesimo trigesimonono, biennio post obitum Constantini: quod quidem absurdissimum est, cum ex iis, quæ dicta sunt, constet eum vixisse etiam sub Constantino. At de his modo satis: quæ voluimus inculcasse, ad exactiorem rerum ac temporum veritatem insinuandam. Quod vero pertinet ad Lucinæ proscriptionem; quod enim donasset bona sua Ecclesiæ (ut citata

(*e*) *Apud Ammian. l. 30.*

(*f*) *Vopisc. in Probo.*

PAGIUS

hæc verba Sanctum Marcum Papam eo die demortuum indicent, quod & aliunde constat, nihil tamen faciunt ad Marcellum Papam, cum ibidem non dicatur Episcopus. Ea itaque referuntur ad Sanctum *Marcellum*, qui die VII. mensis Octobris cum Sancto Apuleio Romæ martyrium fecit, ut videre est ad eam diem in Martyrologio Romano, & in aliis a Baronio in notis citatis. In eodem Martyrologio Hieronymiano ad XVII. Kal. Febru. seu ad diem XVI. Januarii Marcelli Papæ depositio diserte enunciata: *Romæ via Salaria in cœmeterio Priscillæ depositi Marcelli Episcopi & Confessoris*. Chronico Hieronymiano suffragantur tam Chronicon auctius veterum Pontificum, quam liber Pontificalis, in quibus legitur *Marcellum* sepultum esse in cœmeterio Priscillæ via Salaria XVII. Kalend. Februarii.

V. *Decretales Marcelli fictitiæ.*

Marcello duæ Decretales attribuuntur, quæ supposititicæ sunt. Prima est ad Episcopos Antiochenæ Provinciæ, in qua leguntur loca ex Acacio Constantinop. Episcopo, Hilaro, Innocentio, Gregorio, Leone & aliis desumta, quæque fictitio Consulatu notatur: *Data Kalendas Aprilis, Maxentio & Maximo V. C. Cos.* Secunda est ad Maxentium, de qua Baronius in

Baron. an. 308. n. XXIV.

Annalibus anno præcedenti, qui tamen eam commentitiam esse non animadvertit. Incipit enim cum verbis S. Gregorii Epist. CXIV. libri septimi, continet aliorum loca complura, & Scripturam citat ex versione Divi Hieronymi, subnotaturque *Maxentio & Maximo V. C. Cos.* qui Consulatus prorsus fictitius.

VI. *S. Marcelli epitaphium explicatur.*

Maxentium per hæc tempora Christianos in Africa afflixisse existimavit Baronius. Verum Africa *Alexandro* Tyranno parebat, quem Maxentius ante annum CCCXI. non devicit, ut jam diximus. Ab eo tamen *S. Marcellum* male habitum fuisse ostendit ejus Epitaphium, quod extat in antiquis Inscriptionibus, referturque a Baronio. In illo dicitur, *Marcellum*, quod *Lapsos* ad pœnitentiam compelleret, ab impio Tyranno in exilium pulsum esse. Recitarunt etiam Epitaphium illud tam Bollandus die XVI. Januarii in Vita S. Marcelli, quam Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum pag. 45.

Baron. n. VII.

Veridicus Rector, lapsus quia crimine flere
Prædixit miseris, fuit omnibus hostis amarus.
Hinc furor, hinc odium sequitur, discordia, lites,

Sedi-

citata Acta declarant) videtur ejusmodi proscriptione subiisse judicium; vetitum id edicto Imperatoris erat; quam legem Constantinus (*a*) postea abrogavit.

S. Marcelli martyris epit.

(*a*) *De Episc. & Cleric. l. 4. C. Th.*

Extat de S. Marcello Damasi Papæ Epitaphium una cum aliis luci redditum quo alia de Marcello referatur historia hactenus incomperta, quod sic se habet (*b*):

(*b*) *Antiq. inscript. in append. pag. 1172. num. 2.*

VERIDICUS RECTOR LAPSOS QUIA CRIMINA FLERE
PRÆDIXIT MISERIS FUIT OMNIBUS HOSTIS AMARUS
HINC FUROR HINC ODIUM SEQUITUR DISCORDIA LITES
SEDITIO CÆDES SOLVVNTUR FOEDERA PACIS
CRIMEN OB ALTERIUS CHRISTUM QUI IN PACE NEGAVIT
FINIBUS EXPULSUS PATRIÆ EST FERITATE TYRANNI
HÆC BREVITER DAMASUS VOLUIT COMPERTA REFERRE
MARCELLI POPULUS MERITUM COGNOSCERE POSSET.

Eusebius Papa.

Marcello igitur (ut dictum est) martyrio coronato, cum sedes cessasset dies viginti, quinta Februarii creatur Eusebius natione Græcus.

VIII. De Fortunæ templo incenso.

His item temporibus accidisse putamus, quæ incerto anno scribit Zosimus Romæ contigisse de incenso Fortunæ templo, & turbis ea de causa excitatis; narrat enim hæc ipse his verbis (*c*): *Romæ tunc orto igne, incertum ex aere, an e terra, templum Fortunæ conflagravit. Cumque restinguendi incendii causa concurrissent omnes, contumeliosis quibusdam in ipsum numen a milite quodam prolatis verbis, atque propterea interempto a plebe, quæ religionis causa hominem adorta fuerat, seditio militaris est concitata, qua milites parum abfuit, quin ad Urbis internecionem progrederentur, nisi Maxentius eorum furorem celerius mitigasset:* Hucusque Zosimus; qui cum religionis causa hæc dicat concitata; facile adducor, ut credam fuisse illum militem Christianum, qui spreti numinis causa a plebe necatus est.

(*c*) *Zosim. l. 2.*

IX. Maxentii sævitia, & turpitudo.

Rursum quod ad Maxentium spectat; quanta turpitudine cum crudelitate conjuncta affectus fuerit, atque diris, & enormibus facinoribus Dei Ecclesiam Romæ exagitarit, Eusebius tradit his verbis (*d*): *In omnia scelera præceps delapsus, nullum impietatis, nullum intemperantiæ facinus prætermisit; quippe adulteris, & cujuscumque vitiositatis corruptelæ se contaminavit, legitimas uxores viris eripuit, easque turpissima ignominia contumeliaque affectas ad viros denuo remisit; atque hæc non in ignobiles solum, & obscuros quidem homines moliri cœpit, sed in illos qui in Senatu Romano principem locum tenuerunt, quique fuerunt facile præstantissimi, effrœnatius insultare. Omnes vero tum populus, tum magistratus, illum graviter metuentes, acerba vexabantur tyrannide; neque tamen ipsis, quantumvis pacato, & tranquillo animo asperam ferentibus servitutem, ulla extitit liberatio tyrannicæ crudelitatis in eorum internecionem grassantis. Nam quodam tempore, levi admodum*

(*d*) *Euseb. l. 8. c. 26.*

PAGIUS

Seditio, cædes; solvuntur fœdera pacis
[1] *Crimen ob alterius, Christum qui in pace negavit*
Finibus expulsus patriæ feritate Tyranni
Hæc breviter Damasus voluit comperta referre,
Marcelli ut populus meritum cognoscere posset.

Existimat Papebrocius loco *lapsus*, legendum esse, *lapsos*, sed perperam: Auctor enim Epitaphii de crimine lapsus loquitur, illumque flere prædixit *miseris*, id est, *lapsis*. Addit Papebrocius: *Hic notat Bollandus: Nulla alibi (quod sciam) mentio exilii Marcelli. Sed nec hic etiam ulla, quia Marcellus hic non dicitur, finibus expulsus patriæ. Quis ergo? Idem qui Christum in pace negavit, ob cujus crimen soluta pacis fœdera, qui denique feritate Tyrannus fuit: quod non intelligens imperitus Librarius, commodiorem sensum facturum se credidit, si scriberet, Tyranni. Voluit ergo Damasus significare, quod quia Marcelli ad pœnitentiam hortantis & mala Reipublicæ alioqui incubitura pronuntiantis prædicatio odium commune ipsi attulit, secuti sunt ii, quos narrat, effectus, ac denique bellum civile inter Constantinum & Licinium; quem Licinium primum quidem cum Constantino Christianum videri voluisse demonstrat ex Eusebio Baronius ad an. CCCXIV. num. XII. & sapius victum a Constantino tandem in Gallias relegatum ex Joanne Nicomediensi Presbytero eorvo discimus in Vita S. Basilei Amaseni a nobis data ad XXVI. Aprilis.*

VII. *Refellitur explicatio Papebrocii.*

Sed immerito Papebrocius Bollandum reprehendit, & exilium Marcello irrogatum in Licinium transfert; cum is usque ad annum CCCXIX. Christianis faverit, & si Christianus non fuit, se ipsum talem simulaverit. Nec refert, quod anno CCCXIV. bellum *Constantinum* inter & *Licinium* fuerit; illud enim præterquam quod cito sedatum, ad Religionem Christianam non spectavit, nec tunc Christiani a Licinio vexati. Deinde Licinius anno CCCXXV. Thessalonicam relegatus, ut infra ostendam, non vero in Gallias, ut habent Acta S. Basilei, quæ vel hoc exilium in Gallias supposititia ostenderet, si alia argumenta deessent. Qua de re suo loco. Tyrannus itaque, cujus *Damasus* meminit, alius non est, quam *Maxentius*, qui hoc tempore

NOTÆ [1] *Crimen ob alterius.* Constantius. forte *Heraclii.*
Finibus expulsus patriæ est (scilicet Marcellus) *feritate tyranni*, idest *Maxentii.*

dum occasione arrepta, populum in cædem satellitibus suis exposuit; infinitaque populi Romani multitudo in media civitate, non Scytharum, non barbarorum, sed domesticorum suorum hastis, & armis cujuscumque generis misere trucidata fuit. Quanta cædes facta sit, qui Senatorum propter insidias, quæ parabantur illorum divitiis, erant, nunc uno, nunc alio crimine falso in eos conficto, e medio sublati, vix percenseri potest. Ad extremum vero istius scelera delabebantur ad magicarum præstigiarum commenta; quippe interdum mulieres gravidas dissecuit; nonnumquam tenerorum infantium scrutatus est viscera, aliquando leones mactavit; nefandas non raro adjurationes ad dæmones excitandos, quo illorum subsidio bellum ingruens depelleret averteretque, usurpavit. Istarum namque rerum adjumento spes in illius mente insidebat victoriam ex animi sententia sibi successuram.

X. Sophroniæ Romanæ fœminæ constantia.

Iste igitur Romæ tyrannidem exercens, vix dici poterit quæ molitus sit, quo homines suo Imperio subjectos in servitutem redigeret, usque adeo, ut jam in tanta penuria, & egestate alimentorum ad vitam necessariorum constituerentur, quantam non alias Romæ viguisse, homines nostri temporis affirmant: & post multa de rebus Maximini, depravatisque ejus vitæ moribus dicta, ad Maxentium rursum rediens, hæc ait de Romana muliere: *Verum illa mulier Romæ maxime admirabilis, quæ ex omnibus, quibuscum Maxentius tyrannus ibi non dissimilem a Maximino turpitudinem admittere conabatur, & nobilissima re vera, & modestissima fuit. Hæc enim simulatque audierat, eos, qui tyranni rogatu talia administrare solent, proforibus ædium astare (Christiana etiam ipsa erat) & virum suum, qui fuit Præfectus Romanorum, metus causa, eos ipsum arreptum permisisse abducere: paululum temporis poposcit, ut corpus suum decenter exornaret. Itaque cubiculum ingreditur, &, cum sola esset, ense se ipsam transfigit, & mortua statim concidit, cadavere perductoribus Imperatoris relicto. Quæ suis rebus gestis omni voce ac sono multo clarius personantibus, omnibus hominibus, cum qui jam sunt, tum qui post futuri sunt, palam fecit, solam Christianorum con-*

nentitiam nec pecunia expugnari, nec morte extingui posse: Hæc Eusebius.

XI. Fœminarum christianarum castitas.

At quamvis sibi violentas manus inferre, nec Gentilis, nec lex Christiana concedat; tamen (quod de Sampsone S. Augustinus (*a*) ait) quia latenter Spiritum sanctum hoc jussisse putandum, extra illorum classem reponenda est Sophronia (sic enim Ruffinus (*b*) appellat) qui tædio vitæ, vel desperatione vivendi, ejusmodi scelus perpetrasse dicuntur; certe quidem Lucretiæ præferenda, quod illa post pollutum sordibus corpus, & si non animum, mortem sibi conscivit; hæc autem, antequam corpus, vel vestis ipsa a tyranno contingeretur, gladio se ipsam, eluso Imperatore, animo invicto transfodit. Sed & Lucretiæ illas S. Augustinus fœminas Christianas præfert, quæ vim passæ a nece sui temperaverunt; nam ait (*c*): *Non hoc fœminæ Christianæ fecerunt, quæ passæ similia vivunt; tamen nec in se ultæ sunt crimen alienum, ne aliorum scelerибus adderent sua, si, quoniam hostes in eis concupiscendo stupra commiserant, illæ in se ipsis homicidia erubescendo committerent; habent quidem gloriam castitatis, testimonium conscientiæ; habent autem coram oculis Dei sui, nec requirunt amplius, ubi quid recte faciant, non amplius habent; ne devient ab auctoritate legis divinæ, cum male devitant offensionem suspicionis humanæ:* Hæc Augustinus.

(*a*) *Aug. de civit. Dei l. 1. c. 21.*

(*b*) *Ruffin. l. 8. c. 17.*

(*c*) *Aug. eod. lib. c. 19.*

XII. Pelagia virgo.

Cæterum quod ad Sophroniæ spectat exemplum; non una, sed plures fœminæ Christianæ, ne dispendium castitatis, vel in corpore, paterentur, idem durum iter conscisendæ sibi mortis ante arripuerunt, ut inter alias Pelagia virgo Antiochena, ejusdemque mater & sorores, quas simul S. Ambrosius mirifice laudat, dum res ab eis gestas his verbis describit (*d*): *S. Pelagia apud Antiochiam quondam fuit annorum fere quindecim; soror virginum, & ipsa virgo. Hæc primo domi classico persecutionis inclusa, cum se a prædonibus fidei, vel pudoris circumsideri videret, absente matre & sororibus, vacua præsidio, sed Deo plenior: Quid agimus, inquit, nisi prospicias, captiva virginitas? & votum est, & metus est mori, quia mors non excipitur, sed adsciscitur. Moriamur scilicet; vel si nolunt licere, moriamur. Deus*

(*d*) *Ambr. de virgin. l. 3.*

PAGIUS pore nullum impietatis aut libidinis genus prætermittebat, ut tradit Eusebius lib. 8. cap. 14. quique biennio post S. Marcelli obitum a Constantino M. debellatus est. Discordiæ, lites, seditio, cædes inter Christianos ipsos excitatæ, quod alii a *Marcello* starent, alii *Lapsos* sine pœnitentia recipiendos vellent. Qua de re etiam inter Christianos alias altercatum. Qui vero Christum in pace negavit, non est Maxentius, neque Licinius, sed aliquis privatus, cujus tam crimen, quam nomen nobis ignotum. Post hæc itaque verba, *Christum qui in pace negavit*, apponendum punctum. Non enim qui expulsus fuit, Christum negavit; sed qui Christum negavit, hujus expulsionis causa fuit.

In Chronico auctiori veterum Pontificum, Marcelli morte narrata, dicitur: *Cessavit Episcopatus dies viginti*, quod & ex libro Pontificali Baronius tradit. Quare, Eusebium, qui Marcello successit, anno tantum sequenti die V. Februarii Pontificatum adeptum esse, suo loco visuri sumus. Baron. n. VII.

VIII. *Eusebius Marcello succedit.*

Deus remedio non offenditur, & facinus fides ablevat. Certe si vim ipsam nominis cogitemus; quæ vis voluntaria? illa magis est vis, mori velle, nec posse. Nec difficultatem veremur. Quis enim est, qui vult mori, & non possit, cum sint ad mortem tam proclives viæ? Jam enim sacrilegas aras præcipitata subvertam, & accensos focos cruore restinguam. Non timeo ne dextera deficiens non peragat ictum, nec pectus se dolore subducat. Nullum peccatum carni relinquam. Non verebor ne desit gladius. Possumus mori nostris armis, possumus mori sine carnificis beneficio. Matris in gremio fertur ornasse caput, nuptialem induisse vestem; ut non ad mortem ire diceres, sed ad sponsum: Hæc de Pelagia virgine S. Ambrosius, quæ e sublimi domus tecto spontaneo præcipitio manus carnificis, & sententiam Principis, qui lenonibus Christianas fœminas condemnabat, elusit: quam etiam gentilis ejus S. Joannes Chrysostomus sæpe pro concione laudavit: extant enim duæ eo argumento ab ipso dictæ præclaræ orationes (*a*). Est etiam illustris mentio in Actis (*b*) Luciani martyris presbyteri Antiocheni de eadem Pelagia in hæc verba: *Ajunt autem Pelagiam quoque fuisse ex ejus* (nempe Luciani) *discipulis, quæ Antiochiæ Syriæ vixit; quæ etiam dicitur e tecto altissimo se ipsam dejecisse, cum accessissent qui eam erant comprehensuri; timens ne abominandum quid per vim sustineret (erat enim virgo) & eo modo esse mortuam; quam etiam in hodiernum usque diem honorant, tamquam martyrem, qui sunt amantes martyrum.* Hæc ibi ex Joanne presbytero Nicomediensi, qui Acta Luciani conscripsit.

(*a*) *Habet eas Lip. to. 7. & Sur. to. 3. die 9. Junii.*

(*b*) *Apud. Sur. to. 1. die 7. jan. ex Græc.*

XIII. Pelagiæ mater & sorores.

At quid Pelagiæ mater, quidve sorores in eodem discrimine positæ, fecerint, idem Ambrosius, eamdem prosecutus historiam, narrat, sic dicens: *Ast ubi detestandi persecutores ereptam sibi viderunt prædam pudoris, matrem & sorores cœperunt quærere. Verum illæ spirituali volatu jam campum castitatis tenebant. Cum subito hinc persecutoribus imminentibus, inde torrente fluvio exclusæ a fuga, inclusæ ad coronam: Quid veremur? inquiunt; Ecce aqua; quis nos baptizari prohibet? Et hoc baptisma est, quo peccata donantur, regna quæruntur, & hoc baptisma est, post quod nemo delinquit. Excipiat nos aqua, quæ regenerare consuevit; excipiat nos aqua quæ virgines facit; excipiat nos aqua, quæ cœlum aperit, infirmos tegit, mortem abscondit, martyres reddit. Te rerum conditor precamur, Deus, ne exanimata spiritu corpora vel unda dispergat, ne mors separet funera, quarum vitam non separavit affectus; sed sit una constantia, una mors, una etiam sepultura.*

XIV. *Hæc effatæ, & suspensæ, paululum incincto *sinu, quo pudorem tegerent, nec gressum impedirent, consertis manibus, tamquam choros ducerent, in medium progrediuntur alveum; ubi unda torrentior, ubi profundum abruptius, illuc vestigia dirigentes: nulla pedem retulit; nulla suspendit incessum; nulla tentavit ubi gressum figeret; anxiæ dum terra occurreret, offensæ vado, lætæ profundo. Videres piam matrem stringentem nodo manus, gaudere de pignore, timere de casu, ne sibi filias vel fluctus auferret. Has tibi, inquit, hostias, Christe, immolo, præsules virginitatis, duces castitatis, comites passionis. Sed quis miretur tantam viventibus fuisse constantiam, cum etiam defunctæ immobilem stationem corporum vendicaverint? non cadavera unda nudavit, non rapidi cursus fluminis volutarunt: quinetiam sancta mater, licet sensu carens, pietatis tamen adhuc servabat amplexum; & religiosum, quem strinxerat nodum, nec morte laxabat; ut quæ religioni debitum solverat, pietate hærede moreretur; nam quas ad martyrium junxerat, usque ad tumulum vendicabat:* Hucusque S. Ambrosius.

* succincto.

Se dant a-quis, ne fœdentur libidine.

XV. Antiochenæ martyres.

Eamdem prope historiam de matre ac duabus filiabus virginibus Antiochenis, narrat Eusebius ab Ambrosio paulo diverse; ut a nonnullis revocetur in dubium, num una eademque personarum earumdem sit contexta narratio: quamobrem quæ sunt ab Eusebio scripta, hic attexere dignum putamus. Agens enim de martyribus Antiochenis, hæc ait (*c*): *Ex quibus nonnullis priusquam capti erant, & in manibus insidiatorum venerant, ne rei periculum facerent, ex altis ædium tabulatis se præcipites dejecerunt; sicque sua morte insigniti, impios præda, quam in illis affectandis se capturos sperabant, omnino privare statuerunt.* His Eusebius plane noscitur signasse Pelagiam; at quæ sequuntur, matrem atque sorores monstrare videntur, licet paulo diverse ab Ambrosio rem gestam recenseat, cum ait: *Inter quos erat mulier quædam sancta, admirabilis corporis figura mulier quidem, virtute autem animi plane vir, aliisque rebus præ cæteris Antiochiæ civibus, ut divitiis, generis nobilitate, & gloria apud omnes eximia; quæ quidem geminas filias virgines, corporis pulchritudine, & ætate integra præstantes habuit, easque pietatis institutis studiose educaverat.*

(*c*) *Euseb. l. 8. c. 23.*

XVI. *Hæc mulier, cum quidam improbi in eam ejusque filias gravi invidia incensi, illas in obscuro latitantes omni ratione vestigandas curiose laborassent; & postea certiores facti ipsas in aliena regione versari, Antiochiam accersendas sedulo curassent, ac jam plane quasi satellitum retibus circumiectæ tenerentur; hæc mulier, inquam, simulac cum se, tum filias*

filias in ejusmodi discrimina venisse videret; & acerba tormenta, quæ ab hominibus infligerentur, illis oratione exposuisset; & de stupro, re plane tormentis intolerabiliore, quo adversarii eas violaturos minarentur (de quo ne verbum quidem ad extremas aures vel ipsa, vel illæ allabi sinere deberent) eas sedulo admonuisset; cum etiam animas dæmonum servituti tradere, omnibus mortis, & exitii generibus deterius esse docuisset; omnium istorum malorum liberationem esse, ad Deum tamquam ad portum salutis confugere. Unde omnes simul uno animorum consensu, & sententia conveniunt, corpora vestibus decenter adornant; ac cum ad medium iter ventum esset; paulum de via decedendi, naturalis necessitatis explendæ causa postulant a satellitibus, qui eas ducebant, potestatem: qua impetrata, derepente ad fluvii ripam profectæ, se in profluentem gurgitem præcipitarunt. Atque istæ quidem hoc genere mortis se sua sponte affecerunt: Hæc de his Eusebius.

XVII. Divinitus inspirata Ecclesia colit has martyres.

Sed ut ad Pelagiam redeamus, quam se dedisse præcipitem, ne a satellitibus teneretur, jam diximus; Natalis dies ejus tabulis Ecclesiasticis celebritate annua repetendus, & festo die colendus (ut S. Joannes Chrysostomus tradit) Antiochiæ solemnis erat; cum alioqui ejus memoria tam Orientali, quam etiam Occidentali Ecclesiæ, ab rei eventus exordio in præsens celebris perseveret. At non tantum ipsam, sed & matrem & sorores, quæ sese flumini, ab eo absumendas dedere antiquitas Ecclesiastica habuit in honore. Harum enim meminisse visus est S. Augustinus (a), qui paulo temperantius agens, quod suo tempore Circumcellionum, qui stulta cupiditate martyrii, mortem sibi consciscerent, vigebat insania, hæc de his ait: *Sed quænam* (inquiunt) *sanctæ fœminæ tempore persecutionis, ut insectatores suæ pudicitiæ devitarent, in rapturum atque necaturum se flumen projecerunt, eoque modo defunctæ sunt; earumque martyria in Catholica Ecclesia veneratione celeberrima frequentatur. De his nihil temere audeo judicare. Utrum enim Ecclesiæ aliquibus fide dignis testificationibus, ut earum memoriam sic honoret, divina persuaserit auctoritas, nescio; & fieri potest ut ita sit. Quid enim si hoc fecerunt, non humanitus deceptæ, sed divinitus jussæ, nec errantes, sed obedientes, sicut de Sampsone aliud nobis fas non est credere? Cum autem Deus jubet, sequebere, sine ullis ambagibus intimat; quis obedientiam in crimen vocet? quis obsequium pietatis accuset? &c.* At de his hactenus.

(a) *Aug. de Civit. Dei l. 1. c. 26.*

Jam res gestas in Oriente hoc anno, qui ab Eusebio numeratur persecutionis octavus, eodem auctore describendas aggrediamur: *Cum septimus* (inquit *b*) *annus persecutionis contra nos intentatæ jam prope esset confectus, & res nostræ sensim & quasi tacito gressu ad quamdam tranquillitatem securitatemque prolaberentur, & ad octavum annum deflecterent, in quo non exigua confessorum multitudo apud metalla in Palæstina cogebatur; qui magna jam in ritibus religionis perfungendis utebantur libertate, adeo ut domos in Ecclesias ædificarent: Præfectus provinciæ vir sævus, & improbus, qualem scelera ejus in martyres Christi admissa ipsum plane commonstrabant, eo statim profectus, simulatque facta, & vitæ institutionem eorum, qui ibi agebant, audierat, Imperatorem facit per litteras certiorem, & in iisdem eæ quæ ad eorum famam violandam maxime valere putabat, ad eum perscribit.*

XVIII. Persecutionis annus octavus.

(b) Euseb. l. 8. c. 22.

Unde qui metallorum venis præerat, eo accessit, & tamquam ex Imperatoris mandato confessorum segregavit multitudinem sicque distribuit, ut deinceps alii Cyprum, alii Libanum incolerent; alios etiam in alia Palæstinæ loca dispertiens, omnes variis laborum molestiis vexari conterique præcepit: deinde quatuor ex eorum numero eximens, qui principem locum inter eos tenere videbantur, ad Magistrum equitum mittit. Quorum duo Peleus & Nilus appellabantur Ægyptiorum Episcopi, tertius presbyter fuit; his etiam quartus accessit Patermythius, vir propter singulare erga omnes pietatis studium facile clarissimus. Ex quibus Magister equitum religionis & fidei in Christum inficiationem postulat: atque haud voti compos factus, eos ignis incendiis cremandos tradit. Alii rursum ex confessoribus, qui aut propter ingravescentem ætatem, aut membra inutilia, aut alias corporis infirmitates erant illo operum ministerio soluti, illuc in locum separatum ad incolendum amandati; quorum primas tulit Silvanus Episcopus Gazæ, qui pium virtutis specimen, & egregium exemplar Christianismi omnibus ostendit. Iste a prima die persecutionis (prope dixerim) ad extremum usque per totum temporis spatium variis certaminibus pro crebra fidei confessione decursis nobilitatus, ad illum temporis articulum reservabatur, ut omnia certamina

XIX. Peleus, Nilus, & fossbyter martyres.

PAGIUS IX. *Anno VII. persecutionis gesta.*

Ad num XVIII. & seqq. Quæ habet hoc anno Baronius de Martyribus Palæstinæ, pertinent ad sequentem, qui octavus persecutionis fuit. Ideo enim ille hunc annum persecutionis *octavum* appellat, quod eam anno trecentesimo secundo, anno sc. antequam ea excitaretur, inchoarit.

minæ martyrum in Palæstina interfectorum, postremus quasi sigillo cruoris obsignaret.

XX. Joannes Ægyptius cæcus.

Cum eo conjuncti erant ex Ægypto complures, inter quos erat Joannes, qui memoriæ bonitate facile omnes nostri temporis superavit: & quamquam antea luminibus orbatus erat, tamen tortores adeo sævi, truculenti, crudeles, & immanes fuerunt, ut propter egregiam in Christi nomine confitendo constantiam; qua magnopere excellebat, tum ignitis cauteriis ejus pedem pari ratione cum aliis prorsus labefactarent, tum pupillam oculi, quæ visum amiserat, candente ferro exurerent. Eum autem ob morum probitatem, & piam vivendi rationem, præsertim cum cæcus esset, non est cur quisquam tantopere admiretur; quandoquidem illud non tantum habet admirationis, quantum memoriæ vis, quæ quidem integros sacrarum Scripturarum libros, non in tabulis lapideis (ut ait sanctus Apostolus a) neque in animalium pellibus membranis, aut charta, quæ vel tineæ conficiunt, vel temporis insumit diuturnitas, sed in tabulis re vera cordis carneis, id est, in animo solerti, & sincera mentis intelligentia, tamquam scriptos habuit: adeo ut quando visum erat, interdum Legis, & Prophetarum testimonia, sæpe historias, nonnumquam Evangelia, aut Apostolorum scripta memoriter ex animi domicilio, tamquam ex quodam litterarum thesauro proferre potuerit. Ipse quidem fateor, me, cum primum hominem in media Ecclesiæ multitudine ac frequentia stantem, & quasdam divinæ Scripturæ partes recitantem animadverterem, penitus obstupuisse. Nam quamdiu vocem illius solum audire licebat, tamdiu aliquem (ut in populi conventibus in Ecclesia mos est) ex scripto legisse putabam; sed ubi quam proxime ad eum accedens, quod factum erat, evidenter conspicabar, & alios omnes integris oculis, & apertis undique circumsistentes, hunc autem solis mentis luminibus utentem, & revera non pauca vel ut Prophetam proloquentem, & multis paribus eos, quibus corporis sensus sani, & valentes erant superantem; non potui non Deum ea de re tum summis laudibus efferre; tum in primis admirari. Et evidens certe ac firmum argumentum mihi videre videbar, eum re ipsa, & veritate hominem esse, qui non externa corporis forma, & specie oculis subjicitur, sed qui in ipso animo, & interiore cogitatione residet; qui quidem in isto, licet corpus deformatum mancumque esset, majorem tamen interioris suæ facultatis virtutem declaravit.

(a) 2. Cor. 3.

XXI. Consummatum martyrium.

Illis autem, quos diximus, in loco separato commorantibus, & consueta ipsorum vitæ instituta in orationibus, in jejuniis in reliquis exercitationibus exequentibus, Deus ipse dexteram benignam, & propitiam porrigens, largitus est, ut per martyrium salutarem vitæ exitum consequerentur. Hostis namque & adversarius noster diabolus eos quidem, utpote precibus attentissime ad Deum fusis, contra ipsum armatos non amplius ferre poterat; sed sicuti putabat, molestiam ipsi exhibentes, trucidare, & e terra tollere instituit. Quippe Deus illi hoc agere molienti, potestatem concessit, ut pariter nec ipse ab improbitate, quam dedita opera decrevisset, ulla ex parte arceretur, & hi præclara pro multis suis & variis certaminibus præmia jam tandem acciperent. Ea de causa ex scelestissimi Maximini Imperatoris mandato, uno die undequadraginta martyres capitis pœna mulctantur. Usta sunt martyria octo annis integris in Palæstina patrata: Hucusque Eusebius anni hujus persecutionis octavi prosecutus est sanctorum martyria.

XXII.

Quæ vero acciderint duobus aliis ultimis annis nempe nono ac decimo; haud ita distincte, sed paucis exceptis, diversarum provinciarum martyres tantum generatim complexus est: ac primum de his quæ gesta essent in Phrygia digna memoria, ejusmodi narrationem instituit (*b*): *Verum quid opus est multa persequi, & novas piorum martyrum per Orbem dimicationes alteras alteri succedentes proferre, eorum quidem maxime, qui non communi lege, sed more & instituto bellico essent undique obsessi, oppugnatique? Jamdudum enim urbs Christianorum, quæ est in Phrygia, universa una cum populo ejusdem, ab hominibus armatis obsidione undique cincta fuit; & dum viri simul cum cæteris liberis & uxoribus, Christi Dei omnipotentis opem invocabant, facibus ardentibus injectis incensa: propterea quod tum universus populus, qui civitatem incoluit, tum Curator ejusdem, & Præfectus præsidii pariter cum magistratibus & privatis omnibus, se Christianos ingenue profitebantur; neque infidelibus, qui eos idolis hostias offerre mandaverant, ulla ex parte volebant obtemperare. Quidam autem Adaucus nomine, dignitate a Romanis ornatus, genere apud Italos clarus, omni fere honorum gradu ab Imperatoribus potitus, & Magistri officiorum & Quæstoris generalis munera integre & incorrupte executus, & præter hæc omnia præclaris pietatis officiis & confessionibus fidei in Christum insigniter nobilitatus; tandem Quæstoris generalis, pro pietatis defensione, dum adhuc munere fungebatur, certamen ingressus, illustri martyrii corona gloriose redimitus fuit:* Hæc de his ipse. Sed & Lactantius, qui his temporibus docebat (ut dictum est) Rhetoricam Nicomediæ, exprobrans multis Imperatoris sævitiam, & Judicum illi parentium immanitatem

(b) Euseb. l. 8. c. 23.

Phryges martyres.

Phryges martyres.

condemnans, de universo populo ab uno illorum in Phrygia concremato meminit, his plane quæ narrata sunt ab Eusebio, consentientia sic scribens (*a*).

(*a*) Lactan. l. 5. c. 11.

XXIII. Persecutionis immanitas.

Iis igitur hominibus, qui deorum suorum moribus congruunt, quia gravis est & acerba justitia, eamdem impietatem suam, quæ in cæteris rebus utuntur, adversus justos violenter exercent, nec immerito a Prophetis bestiæ nominantur. Præclare itaque M. Tullius: Etenim si nemo est, inquit, qui mori malit, quam converti in aliquam figuram bestiæ, quamvis mentem hominis habiturus: quanto est miserius in hominis figura animo esse efferato? mihi quidem tanto videtur, quanto est præstabilior animus corpore. Aspernantur itaque corpora belluarum, quibus sunt ipsi sæviores, sibique adeo placent quod homines sint nati, quorum nihil nisi lineamenta, & summam figuram gerunt. Nam quis Caucasus, quæ India, quæ Hyrcania tam immanes, tam sanguinarias bestias umquam aluit? Quoniam ferarum omnium rabies usque ad ventris satietatem furit, fameque sedata, protinus conquiescit; illa est vera bestia, cujus una jussione funditur ater ubique cruor, crudelis ubique luctus, ubi pavor, & plurima mortis imago. Nemo hujus tantæ belluæ immanitatem potest pro merito describere, quæ uno loco recubans, tamen per totum Orbem dentibus ferreis sævit, & non tantum artus hominum dissipat, sed & ossa ipsa comminuit, & in cineres fundit, ne quis extet sepulturæ locus: quasi vero id affectent, qui Deum confitentur, ut ad eorum sepulcra veniatur, ac non ut ipsi ad eum perveniant. Quænam illa feritas, quæ rabies, quæ insania est, lucem vivis, terram mortuis denegasse?

XXIV. Crudelitas præsidum.

Dico igitur, nihil esse miserius iis hominibus, quos ministros furoris alieni, quos satellites impiæ jussionis necessitas aut invenit, aut fecit. Non enim honor ille, aut provectio dignitatis fuit, sed hominis damnatio ad carnificinam, Dei vero ad pœnam sempiternam. Quæ autem per totum Orbem singuli gesserint, enarrare impossibile est: quis enim voluminum numerus capiet tam infinita, tam varia genera crudelitatis? Accepta enim potestate, pro suis moribus quisque sævit. Alii præ nimia timiditate plus ausi sunt quam jubebantur; alii suo proprio adversus justos odio; quidam naturali mentis feritate; nonnulli ut placerent, & hoc officio viam sibi ad altiora munirent; alii ad occidendum præcipites extiterunt: sicut unus in Phrygia, qui universum populum cum ipso pariter conventiculo concremavit: sed hic quanto sævior, tanto clementior invenitur; illud vero pessimum genus est, cui clementiæ species falsa blanditur; ille sævior, ille gravior est carnifex, qui neminem statuit occidere. Itaque dici non potest, hujusmodi Judices quanta, & quam gravia tormentorum genera excogitaverint, ut ad effectum propositi sui pervenirent, &c. Subdit his alia quæ gesta sunt in Bithynia; de quibus nos suo loco superius.

Sed ut quæ ab Eusebio scripta sunt, ordine prosequamur; post enarratos qui in Phrygia passi sunt cives omnes civitatis unius Christiani martyres, & quæ in Arabia, Mesopotamia, & Cappadocia adversus Fideles gesta sunt, summatim collecta, quæ superius alio loco posuimus, hæc adjicit (*b*) de martyribus Antiochenis: *Quid opus etiam eorum qui Antiochiæ martyrium subierunt, memoriam renovare? quorum alii candentibus craticulis suppositis ad mortem usque, sed ad longinquum, & diuturnum cruciatum assati; alii dexteram in rogum immittere maluerunt, quam eadem detestandas victimas attingere.* Et post narrata quæ a nobis paulo ante recensita sunt de Pelagia præcipitio extincta, ac matre cum sororibus se ipsas in flumen dantibus hæc addit: *At alias geminas virgines etiam Antiochiæ, omnibus rebus valde præstabiles, vere germanas sorores, inclytas genere, vitæ integritate insignes, ætate adolescentulas, venustas corpore, animo graves & venerandas, moribus pias, studio & industria admirabiles, adeo ut terra impia non digna videretur quæ tales sustentaret, invastos maris fluctus nefarii dæmonum ministri immergere præceperunt:* Hæc de geminis Antiochenis virginibus Eusebius. Sed dignum est, ut quæ de alia quoque Antiochena virgine ab Ambrosio pereleganti scripta sunt stylo, his attexamus; quod personarum, loci, ac temporis ratio postulare videtur; nimirum ut virginibus virginem conjungamus, gentilem gentilibus, quæ, & hoc novissimo quoque persecutionis tempore passa esse censeatur; quod declarat, dum his verbis narrationem aggreditur (*c*):

XXV. Carnificina Antiochena.

(*b*) Euseb. l. 8. c. 24.

(*c*) Ambr. l. 3. de Virg.

XXVI. Virgo a prostibulo liberata.

Recens vobis exemplum profero, ut intelligatis Apostolum non unius esse doctorem sed omnium. Antiochiæ nuper virgo quædam fuit fugitans publici usus; sed quo magis virorum vitabat aspectum, eo amplius incendebat; pulchritudo enim audita nec visa plus desideratur, duobus stimulis cupiditatum, amoris & cognitionis, dum & nihil occurrit quod minus placeat, & plus putatur esse quod placeat; quod non judex oculus explorat, sed animus amator exoptat. Itaque sancta virgo, ne diutius alerentur potiendæ spe cupiditatis, integritatem pudoris professa, sic restinxit improborum faces, ut non jam amaretur, sed produceretur. Ecce persecutio; puella fugere nescia, certe pavida ne incideret in insidiatores pudoris,

vis, animum ad virtutem paravit; tam religiosa, ut mortem non timeret, tam pudica, ut expectaret. Venit coronæ dies; maxima omnium expectatio. Producitur puella duplex professa certamen, & castitatis, & religionis. Sed ubi viderunt constantiam professionis, metum pudoris, paratam ad cruciatus, erubescentem ad aspectus; excogitare cœperunt, quemadmodum specie castitatis religionem tollerent; ut cum id abstulissent quod erat amplius, etiam id eriperent quod reliquerant. Aut sacrificare virginem, aut lupanari prostitui jubent. Quomodo deos suos colunt, qui sic vindicant; aut quemadmodum ipsi vivunt, qui ita judicant?

XXVII. Dura Virgini oblata conditio.

Hic puella, non quod de religione ambigeret, sed de pudore trepidaret, ipsa secum: Quid agimus bodie? Aut martyr, aut virgo; altera nobis invidetur corona; sed nec virginis nomen agnoscitur, ubi virginitatis auctor negatur. Nam quemadmodum virgo, si meretricem colas? quemadmodum virgo, si adulteros diligas? quemadmodum virgo, si amorem petas? Tolerabilius est enim mentem virginem, quam carnem habere; utrumque bonum, si liceat; si non liceat, saltem non homini castæ, sed Deo simus. Et Raab meretrix fuit; sed postquam Deo credidit, salutem invenit. Et Judith se, ut adultero placeret, ornavit, quæ tamen quia hoc religione, non amore faciebat, nemo eam adulteram judicabat. Bene successit exemplum. Nam si illa, quæ se commisit religioni, & pudorem servavit & patriam; fortassis & nos servando religionem, servabimus etiam castitatem; quod si Judith pudicitiam religioni præferre voluisset; perdita patria, etiam pudicitiam perdidisset. Itaque talibus informata exemplis, simul animo tenens verba Domini, quibus ait (a): Quicumque perdiderit animam suam propter me, inveniet eam; flevit & tacuit, ne eam vel loquentem adulter audiret; ne pudoris elegit injuriam, sed Christi recusavit. Æstimate utrum adulterare potuerit corpus, quæ nec vocem adulteravit.

(*a*) Matth. 10.

XXVIII. Virgo prostituta defenditur.

Jamdudum verecundatur oratio mea, & quasi audire gestorum seriem criminosam, atque explanare formidat; claudant aurem Virgines Dei. Ducitur puella Dei ad lupanar; sed aperite aurem virgines Dei: Virgo prostitui potest, adulterari non potest. Ubicumque Dei virgo est, Dei templum est, nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam. Ingens petulantium concursus ad fornicem. Discite martyrum miracula, sanctæ virgines, edisciteque locorum vocabula. Clauditur intus columba; strepunt accipitres foris; certant singuli, qui prædam primus invadat. At illa manibus ad cœlum levatis; quasi ad domum venisset orationis non ad libidinis diversorium: Christe (inquit) qui domuisti Danieli virgini feros leones, potes etiam domare hominum feras mentes. Chaldæis roravit ignis; Judæis se unda suspendit, misericordia tua, non natura sua: Susanna ad supplicium genu fixit, & de adulteris triumphavit. Aruit dextera, quæ templi tui dona violabat. Nunc templum ipsum attrectatur tuum; ne patiaris incœstum sacrilegii, qui non passus es furtum. Benedicatur, & nunc nomen tuum, ut quæ ad adulterium veni, virgo discedam.

XXIX. Miles liberat Virginem.

Vix compleverat precem, & ecce vir militis specie terribilis irrupit. Quemadmodum eum virgo vidit, tremuit, cui populus tremens cessit. Sed non illa immemor lectionis: Et Daniel (b) (inquit) supplicium Susannæ spectaturus advenerat; & quam populus damnavit, unus absolvit: potest & in hoc lupi habitu ovis latere; habet & Christus milites suos, qui etiam legiones habet. Aut fortasse percussor intravit; ne vereare anima, talis solet martyres facere. O virgo, fides tua te salvam fecit. Cui miles: Ne quæso paveas, soror; frater huc veni, salvare animam, non perdere. Serva me, ut ipsa serveris: quasi adulter ingressus; si vis, martyr egrediar. Vestimenta mutemus; conveniunt mihi tua, & mea tibi, sed utraque Christo. Tua vestis me verum militem faciet, mea te virginem; bene tu vestieris; ego melius exuar, ut me persecutor agnoscat. Sume habitum qui abscondat fœminam; trade qui consecret martyrem; induere chlamydem, quæ occultet membra virginis, servet pudorem; sume pileum, qui tegat crines, abscondat ora. Solent erubescere qui lupanar intraverint. Sane cum egressa fueris, ne respicias retro, memor uxoris Lot (c), quæ naturam suam, quia impudicos licet castis oculis, aspexit, amisit. Nec vereare ne quid pereat sacrificio. Ego pro te hostiam Deo reddo; tu pro me militem Christo; habes bonam militiam castitatis, quæ stipendiis militat sempiternis; loricam justitiæ, quæ spiritali munimine corpus includat; scutum fidei quo vulnus repellas; galeam salutis: ibi enim est præsidium nostræ salutis, ubi Christus est; quoniam mulieris caput vir, virginis Christus. Et intra hæc verba chlamydem exuit; suspectus tamen adhuc habitus, & persecutoris, & adulteri. Virgo cervicem, chlamydem cœpit miles offerre. Quæ pompa illa, quæ gratia, cum in lupanari de martyrio certarent? Addantur personæ, miles, & virgo; hoc est, dissimiles inter se natura, sed Dei miseratione consimiles, ut compleatur oraculum (d): Tunc lupi, & agni simul pascentur. Ecce agna, & lupus non solum pascuntur simul, sed etiam immolantur. Quid plura? Mutato habitu evolat puella de laqueo, jam non suis alis, utpote

(*b*) Dan. 13.

(*c*) Genes. 19.

(*d*) Isai. 65.

utpote quæ spiritalibus ferebatur; & (quod nulla unquam viderunt sæcula) egreditur de lupanari virgo, sed Christi. At illi qui videbant oculis, & non videbant, ceu raptores ad agnam, lupi fremere ad prædam.

XXX. Elusi rivales.

Unus qui erat immodice districtior, introivit; sed ubi hausit oculis rei textum: Quid hoc, inquit est? puella ingressa est, vir videtur; ecce non fabulosum illud, Cerva pro virgine; sed quod verum est, miles ex virgine. At etiam audieram, & non credideram, quod aquas Christus in vina convertit (a); jam mutare cœpit, & sexus. Recedamus hinc, dum adhuc qui fuimus, sumus; numquid, & ipse mutatus sum, qui aliud cerno, quam credo? Ad lupanar veni, cerno vadimonium, & tamen mutatus egrediar; pudicus exibo, qui adulter intravi. Indicio rei, quia debebatur tanto corona victori, damnatus est pro virgine qui pro virgine comprehensus est. Ita de lupanari non solum virgo, sed etiam martyres exierunt.

(a) Joan. 2.

XXXI. Virgo martyrii cupida.

Fertur puella ad locum supplicii cucurrisse, certasse ambo de nece; cum ille diceret: Ego sum jussus occidi; te absolvit sententia, quando me tenuit. At illa clamare cæpit: Non ego te mortis vadem elegi, sed prædem pudoris optavi. Si pudor quæritur, manet nexus; si sanguis exposcitur, fidejussorem non desidero: habeo unde dissolvam; in me lata est ista sententia quæ pro me lata est. Certe si pecuniæ te fidejussorem dedissem, & absente me Judex tuum censum fœneratori adjudicasset, eadem me sententia convenires; meo patrimonio solverem tuos nexus; si recusarem, quis me indignum morte censeret? quanto major est capitis hujus usura? moriar innocens, ne moriar nocens; nihil hic medium est; hodie aut rea ero tui sanguinis, aut martyr mei. Si cito redii, quis me audet excludere? Si moram feci, quis audet absolvere? plus legibus debeo rea non solum fugæ meæ, sed etiam cædis alienæ; sufficiunt membra morti, quæ non sufficiebant injuriæ; est in virgine vulneri locus, qui non erat contumeliæ; ego opprobrium declinavi, non martyrium tibi cessi; vestem, non professionem mutavi. Quod si mihi præripis mortem, non redemisti me, sed circumvenisti. Cave ne, quæso, contendas: cave ne contradicere audiaris; noli eripere beneficium quod dedisti; dum mihi hanc sententiam negas, illam restituis superiorem. Sententia enim sententia superiore mutatur. Si posterior me non tenet, superior tenet. Possumus uterque satisfacere sententiæ, si me prius patiaris occidi. In te non habent aliam quam exerceant pœnam. In virgine obnoxius pudor est. Itaque gloriosior eris, si videaris de adultera martyrem feciisse, quam de martyre adulteram reddidisse. Quid expectatis? duo contenderunt, & ambo vicerunt; nec divisa est corona, sed addita. Ita sancti martyres invicem sibi beneficia conferemes, altera principium martyrii dedit, alter dedit effectum: Hæc S. Ambrosius de agone virginis Antiochenæ, & militis ejus pudorem servantis, & martyrium promerentis.

Porro quod frequens esset, hac potissimum persecutione novissima, Christianas fœminas in confessione perstantes tradi prostibulo illudendas, ut compluribus exemplis superius est demonstratum, dictumque ex S. Basilii (b) sententia Christum eisdem semper præsto fuisse, variisque modis a turpitudine vindicasse: haud mirum videri debet, si his quæ scribit S. Ambrosius persimilia facta legantur in aliis quoque virginibus. Et quid ni præstantes virtute milites Christiani, cum viderent candidas integritate Christi columbas tradi lenonibus deturpandas, hæc, hisque majora præstarent? Quis Fidelium videns sic prostitui castissimas virgines, corde excruciatus non omne volveret mente consilium, agitaretque animo curam omnem, ut eas ab imminenti periculo liberaret? Dulce plane cuiquam videri posset dispendium vitæ, quo ab avaro turpique lenone redimeretur pretiosa virginitas, compararetur que celsior corona martyrii, duplici insignita victoria, confessione fidei, & defensione pudoris; cujus causa consequendæ, cum se daret occasio, laborasse Fideles, nullus jure poterit dubitare.

XXXII. Virgines prostitutæ & liberatæ.

(b) Basil. de vera virginitate.

Quamobrem haud mirum, inquam, videri debet, si persimiles casus diversis in locis acciderint; ut in primis quod Alexandriæ contigisse traditur de Didymo Christiano homine, qui ut nobilem virginem Alexandrinam Theodoram nomine ad lupanar damnatam eriperet, galeam, ocreas, & cætera militaria superinduens indumenta, comparato sibi ex more, majori pecuniarum vi aditu, accessit ad virginem; quam, galea tecto una cum vulta capite, accinctam gladio, baltheoque decoram abire coegit; & re comperta, qui loco virginis remanserat obses, damnatus capite, martyrium consecutus est, sed & illa itidem coronam martyrii est adepta, ut ex Romano Martyrologio liquet. Porro hanc (ut corrigamus quæ dicta sunt in Notis ad Martyrologium) apparet esse diversam ab illa, quæ ab Ambrosio describitur. Extat rei insigniter gestæ nobilæ monumentum, ipsa, inquam, Acta (c) accurate conscripta, & fide perstantia.

XXXIII. Didymus miles liberat Virginem.

(c) Ex Metaph. apud Sur. t. 2. die 5. Apr.

Rursus alia extant Acta (d) de Antonina virgine & Alexandro, qui eadem quoque arte ipsam a stupro vindicavit; cum postea ambo dire cruciati, manibus præcisis, igne absumendi traditi, coronam mar-

XXXIV. De Antonina e lupanari subducta.

(d) Apud eumdem die 4. Maii.

martyrii consecuti sunt: quorum omnium natalitiis diebus in Ecclesia Dei, tum apud Græcos, tum etiam Latinos, memoria viget; sed & Palladius (a) Corinthi persimile memoratis exemplis accidisse testatur de Christiano homine Agente in rebus (erat is magistratus in militia Palatina) qui persoluto pro virgine prostituta ingenti in delicias prioris noctis pretio, illam suo indutam habitu liberavit; cum Præses indignatus sic se ab eo esse delusum, ad bestias hominem damnavit: qui earum feritate discerpitus, martyrii corona donatus a Deo est. Et quid mirum si sic liberatæ sunt a viris Christianis Christianæ virgines prostitutæ, cum & Lacedæmonios viros fœminæ conjuges (quod tradit Valerius b) eadem quoque arte ex arcto carcere, habitu item mentito, subduxerint?

(a) Pallad. in Lausiac. c. 53.

(b) Valer. Max. l. 4. c. 6. exter. c. 3.

XXXV. Euphrasiæ egregium factum.

At præter hæc, quæ Antiochiæ, Alexandriæ, & Corinthi accidisse vidimus; Nicomediæ quoque contigit nobile facinus Euphrasiæ virginis; quæ hac eadem Diocletiani persecutione urgente, cum illi sedi (ut dictum est) S. Anthimus præesset Episcopus, ad lupanar itidem damnata, mira quadam arte excogitata, & virginitatis integritati prospexit, & coronæ martyrii percupide lucrum fecit; de qua post alia, hæc tradit Nicephorus (c): *Ubi jam in eodem est conclavi cum improbo juvene clausa, techna quadam illum circumvenit; veneficam se esse profitetur, mercedemque ingentem conservatæ pudicitiæ pollicetur, quæ eum a morte conservet, pharmacum scilicet, quo ille perunctus, in bellorum certaminibus & prœliis nullo prorsus telo aut ferro violari aut confici posset. Quod si de tali remedio, (inquit) periculum facere vis, illico id tibi manifeste exhibebo. Ille id statim parari permittit. Tum illa vere sapiens ceram oleo liquefactum, manibusque subactam, collo suo circumcirca imagens, illinit: quod ubi perfecit; petere eum jugulum suum ense, quibus posset viribus adacto, remediique ejus vim, & efficaciam experiri jubet. Atque ille quam potuit validissime ensem in eam demisit, caputque ejus ictu uno resecuit:* Hæc Nicephorus; quæ vulgaris poeta ille, quamvis celebratur a multis nimia licentia dicam, & temeritate, non sine dedecore pietatis, in fabulas est ausus transferre quas cantat, non veritus sacra ac veneranda Martyris Acta in poeticum figmentum convertere. At de virginibus a prostibulo liberatis modo satis. Ad Antiochenos martyres redeamus.

(c) Niceph. l. 7. c. 13.

XXXVI. Martyres Antiocheni.

Passi itidem Antiochiæ hac persecutione habentur Julianus, Basilissa, Antonius presbyter, Anastasius, atque alii complures ordinis Ecclesiastici viri, quibus accessit Marcionilla cum Celso puero, septemque fratres, & alii plures, quorum omnium una est natalis dies, perpetua memoria consecratus (d). Sed est & alia Basilissa (e) novem annorum puella Nicomediæ, quæ cum sub Alexandro Præside verbera, ignes, ac bestias superasset, Deum orans, spiritum reddidit. Cum in Syria, quæ Cœle dicitur, plurimi martyres passi habeantur: in superiori Syria, quæ appellata est Augusta Euphratesia, Sergius & Bacchus clarissimi martyres occubuerunt; quorum memoria virtute miraculorum non in Christianos tantum, sed etiam in infideles (ut suo loco dicturi sumus) propagata est. Extant eorum Acta, sed in aliquibus emendanda. Ad Bacchum quemdam rescriptum (f) legitur Diocletiani; sed num hic ille, vel quisnam fuerit, ignoramus.

(d) Mart. Rom. 9. Januarii.

(e) Ibidem die 3. Septembr.

(f) l. 1. C. ad legem Visel.

JESU CHRISTI ANNUS 310. EUSEBII PAP. ANNUS 2. CONSTANTINI IMP. ANNUS 5.

1. REdemptoris nostri annus decimus supra trecentesimum, quod nullis creatis novis Consulibus Fastis haberetur adscriptus, post Consulatum Diocletiani secundo notatus reperitur.

Unde autem acciderit, ut duorum annorum Consules desint, anno præterito disseruimus, eamque attulimus rationem quod deleta Maxentii tyranni memoria, ex Fastis pariter expuncti sunt Consulatus ejusdem, sed id præter antiquum morem, ut ex Tacito (g) superius dictum est. Cum vero tyrannorum Consulatus deleri cœperunt, vel ex alia causa novi Consules creati non sunt; ne in Fastos, in quibus tempora accuratissime numerari solerent, ob vacuos laterculos Consulatuum error irreperet; optime consultum est, ut sequentes anni post ultimos Consules, signarentur, post Consulatum illorum, primo, vel secundo, prout vacasse contigisset. Usitatius itaque invenitur, ut cum quid post Consulatum factum legitur, intelligi debeat contigisse illud anno sequenti a superioris anni Consulibus, quod Acta a S. Augustino (b) citata declarant. Sed & in Concilio Africano hæc leguntur: *Quod si adhuc ejus anni Paschæ dies incertus est, ille præcedens adjungatur*, in Formatis scilicet litteris; *quomodo solet, post Consulatum, in publicis Gestis adscribi.* Sed & accidit plerumque, ut etiam cum certi sint alicujus anni Consules, tamen Acta publica post Consulatum

(g) Tacit. Annal. l. 3.

Post consulatum quando notati anni.

(b) Aug. in Brevic. Collat. die 3. c. 17.

tum anni superioris Consulum interdum consignata habeantur; quod aliquando honoris causa factum esse videri potest; nam Acta Concilii Ephesini interdum adnotata reperiuntur, post Consulatum Theodosii Imperatoris & Valentiniani; cum tamen constet eodem anno Consules creatos esse Bassum & Antiochum. Hæc igitur ad elucidationem temporum non oportuit præteriisse; quod frequenter accidat reperiri in Fastis notatos annos, post Consulatum.

II. Persecutionis annus nonus.

Sed jam quæ hoc ipso anno gesta sunt, ordine temporum prosequamur. Numeratur ex his quæ dicta sunt superius ex Eusebii calculo annus hic nonus cœptæ a Diocletiano persecutionis, quo ipso anno (ut idem tradit Eusebius *a*) magnus ille Petrus Episcopus Alexandrinus martyrium consummavit; ait enim hæc de eo: *Hic duodecim annis continuis in eo officio fungendo summa cum dignitate inter primos floruit; qui cum triennium prope ante persecutionis tempus in Ecclesia illa gubernanda contrivisset, de reliquo vitam duriore exercitatione ac magis severa traduxit, & (uti omnibus constabat) Ecclesiarum utilitati omni cura ac studio prospexit; ac propterea nono persecutionis anno, capite amputato, fuit a Deo insigni martyrii corona donatus:* Hæc Eusebius; unde idem ipse corrigitur, dum habet

(a) *Euseb. l. 7. c. ult. in fin.* Petri Alex. martyrii tempus.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5803.

SÆC. IV. Anno Urbis 1063. Olymp. 272. an. 2. A.C. 310. ☉ 11. A. ☽ 7. P. 2. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 310.

EUSEBII PAPÆ 1.

PERSECUTIONIS 8.

GALERII MAXIMIANI 6. CONSTANTINI 5.

LICINII & MAXIMINI 4.

I. Consules in Italia & in reliquo Orbe Rom.

[1] AD num. I. Coss. In Italia fuere *Maxentius Aug. III. solus*, ut legitur in Fastis Idacianis, & in libello de Præfectis Urbi. In reliquo Orbe Romano hic annus hac formula notatus fuit: *Anno II. post Consulatum decimum, & septimum*, id est, post decimum Maximiani Herculii, & septimum Galerii Maximiani, ut discimus ex Fastis Cæsareis, Idacio in Fastis, & ex Fragmento Consulari a Bucherio recitato. In Fastis Græcis Theonis Consules proponuntur *Andronicus & Probus*, anno vero sequenti *Maximianus & Maximinus*. Verum, sicut certum est, Maximinum anno sequenti Consulatum tantum suffectum gessisse, ita & hoc anno Andronicum & Probum Consules ordinarios non fuisse. Est hic quintus Maxentii annus, in quem ejus *Quinquennalia* incidebant, quorum causa Consulatus ille ab eo sumtus videtur. Ea tamen solennia in annum CCCXII. dilata, ut tunc videbimus.

II. Romulus anno superiori exstinctus.

Ex eo autem quod Maxentius, cui semper Romulus Cæsar filius Collega fuerat, solus Consul processerit, colligere est, eumdem Romulum anno superiori in aquis Tyberis extinctum esse. Auctor enim incertus Panegyrici Constantino post devictum Maxentium dicti, postquam narravit, *Maxentium* biduum ante pugnam, qua debellatus est, palatio emigrasse, & cum uxore ac filio *in privatam domum sponte* concessisse, tum cap. 18. Tyberim alloquens ait: *Eum nec falsum Romulum diu vivere, nec parricidam Urbis* passum esse *enatare*. Quare dici non potest, Romulum Cæsarem anno CCCXII. cum Maxentio patre in aquis Tyberis periisse; cum ex Nummis apud Mediobarbum constet, eum apotheosi donatum fuisse, & templum in ejus honorem constructum. Nam hæc consecratio a *Maxentio* patre fine dubio peracta, & ab eodem templum illud ædificatum; ideoque jam Romulus extinctus fuerat, sive aquis, sive alio modo. Genus enim mortis non omnino certum. Quare recte Tristanus tom. 3. pag. 465. scripsit, Maxentio duos filios fuisse, *Romulum* Cæsarem, aliumque, de quo mentio in verbis Oratoris incerti laudatis. An vero is Constantini jussu occisus fuerit, & quo mortis genere interierit, incompertum. *Quinquennalia* Imperii Augustei Galerii Maximiani ad hunc annum pertinent, quemadmodum *Quinquennalia* Imperii Cæsarei Constantini Magni, de quibus loqui videtur Eumenius in gratiarum actione eidem Constantino Flavienstum nomine anno sequenti dicta.

III. Quinquennalia Imperii Cæsarei Constantini M.

Eumenius postquam narravit, censum a Constantino relaxatum fuisse, cap. 13. subjungit: *Quinque annorum nobis reliqua remisisti. O lustrum omnibus lustris felicius! O lustrum, quod merito hanc Imperii tui æquavit ætatem?* id est o lustralis remissio, quæ plena & perfecta est, sicut annus Imperii tui quintus, qui plenus, quia transactus, & non inchoatus tantum.) *Quinquennalia tua nobis etiam perfecta celebranda sunt; illa enim quinto incipiente suscepta* (id est, currenti Christi anno) *omnibus populis jure communia, nobis hac propria* (id est anno CCCXI. exhibita) *quia plena sunt*, id est, anno quinto evoluto celebrantur. Vides, Eumenium duo Quinquennalia diversis annis peracta insinuare. Nec mirum; cum reliqui omnes Augusti, si prius Cæsares renuntiati fuissent, tam Cæsarei, quam Augustei Imperii Quinquennalia & id genus festa ederent. Quod eo magis de *Constantino* dicendum, quod certum sit, eum bis Vicennalia celebrasse, ut infra ostendam. Eusebius autem in Vita Constantini sicut de unis Vicennalibus, ita de unis Decennalibus & Tricennalibus mentionem fecit, quamvis in Chronico duo Vicennalia a Constantino celebrata memoret. Quare hujus Historici silentium huic opinioni, quæ nova est, non officit.

IV. Martyrium S. Petri Episc. Alex.

Ad num. II. & III. *S. Petrus* Episcopus Alexandrinus anno persecutionis nono martyrium fecit, teste Eusebio in fine libri septimi, ideoque

---

NOTÆ [1] *Coss.* In Italia: *Maxentius Aug. III. solus*. Alibi: *Anno II. post Consulatum decimum, & septimum*. Fasti Idatiani: *Anno II. post consulatum decimum, & septimum*. Ita Vindebonenses, & Bucherii laterculi. Prosperi chronicon: *Anno II. post consulatum X. & VIII.* Libellus de Præf. Urb. *Maxentio III. consule*.

habet in Chronico anno septimo Constantini Achillam Petro esse suffectum; perperamque ponit anno Domini trecentesimo decimooctavo id contigisse.

III.

Verum potius dixerim, mendum in codicem irrepsisse, quam eumdem auctorem sibi ipsi contrarium adeo enormiter lapsum esse. Idemque de restituta sub Maximino persecutione dum agit, hæc ait de Petro (*a*): *Per idem tempus Petrus, qui Ecclesiæ Alexandrinæ maxima cum dignitate præfuerat, quique præter cæteros sanctos & divinos Episcopos, cum virtutis causa, quæ in ejus vita elucebat, tum studii, & vigiliarum quas in sacras litteras contulerat, prope miraculum extitit; nulla de causa culpave, cum minime expectabat, abreptus subito, ita ut erat, ex Maximini mandato, injuste capite plectitur; aliique complures qui in Ægypto erant Episcopi idem cum illo supplicii genus perpessi sunt*; Hæc ipse de ejus aliorumque martyrio. Sed idem quoque dum alibi (*b*) celebriores recenset martyres hac eadem persecutione passos, inter alios adnumerat eumdem Petrum Alexandrinum. Esto igitur firmum ratumque ex Eusebio, annos quibus sedit Petrus exacte definiente, ipsum passum esse anno sedis suæ duodecimo, persecutionis vero nono, tribus antea primis annis in pace Ecclesiæ (ut ait) evolutis.

(a) *Euseb. l. 9. c. 5.*

(b) *Euseb. l. 8. c. 25.*

IV.

Sed jam res gestas de ejus martyrio fusius prosequamur. Post enim illa, quæ dicta sunt de fuga cum aliis in Palæstinam, aliaque de carcere, ac schismate a Meletio adversus ipsum conflato, & injunctis ejus decreto pœnitentiis lapsis; reliquum est, ut de iis, quæ ad ejus martyrium spectant, paulo fusius agamus; sed primum, quæ, dum esset in carcere, ab eo gesta sunt, percurramus. Extant Acta ejus martyrii; quæ ex Græco (ut dictum est superius) Anastasius Bibliothecarius latinitate donavit, nonnihil diversa ab iis quæ ejus nomine edita habentur (*c*), sed uberiora, quorum meminimus in Notationibus nostris. De his acturi, in primis monemus lectorem, in editis atque hic citatis in margine, perperam legi excommunicatum fuisse Arium diaconum a Petro Episcopo Alexandrino ob hæresim ab ipso excogitatam de Filio Dei, quem minorem Patre asseruisset; hæc quidem in dictis germanis Petri martyrii Actis nequaquam leguntur; sed tantum de Ario, ab ipso Petro Ecclesiastica communione interdictum illi fuisse non ob hæresim aliquam a se inventam, sed ob schisma, quod cum Meletio de quo plura superius, conniviisset; a quo cum indulgentiam, rediens ad Ecclesiam, impetrasset, ab eodem Petro postea ordinatus fuit diaconus; sed cum iterum ad Meletium desciviisset; ne amplius reciperetur, idem Petrus admirabili quadam visione admonitus suos contestatus est. Quænam vero hæc fuerit, cum paulo ante martyrium interpellatus esset ab Achilla, & Alexandro presbyteris Alexandrinis, ut Arium communionem Catholicam iterum dolose affectantem reciperet; his verbis declarant citata a nobis Acta:

(c) *Sur. t. 6. die 25. Novembr.*

Petrus Alexandr. Episcopus quid cum Ario.

V. Visio ostensa Petro de Ario.

Paululum eos Petrus segregavit a cæteris, & clauso eorum sermone, dixit ad eos: Nolite me, fratres, tamquam inhumanum ac rigidum accipere. Re vera enim & ego homo sum sub lege peccati degens; sed credite meis sermonibus; latens est Arii dolus; omnem supergreditur impietatem. Et hoc non a me ipso asserens, ejus sancio segregationem. Hac etenim nocte, dum solemniter preces ad Dominum funderem, astitit mihi quidam puer, quasi duodecim annorum, cujus faciei claritatem ferre non poteram; nam tota hæc cella, in qua stamus, immenso lumine radiabat; ipse autem linostimum erat indutus colobium, scissum in partes utrasque a collo usque ad pedes; tenuesque gemina manu colobii scissuras, applicabat eas pectori suo, quatenus propriam tegeret nuditatem. Ad hanc quidem visionem ego miratus, obstupui. Mox ubi data est mihi loquendi fiducia, exclamans dixi: Domine, quis scidit tibi indumentum? Et ille: Arius mihi scidit; sed præcave omnino, ne eum in communionem recipias. Ecce enim crastina die venturi sunt, qui te pro eo postulabunt. Vide ne suscipias, acquiescens illis; quin potius jubeto Achillæ, & pariter Alexandro presbyteris, qui post tuum exitum rectori sunt Ecclesiam meam, ne aliquatenus illum recipiant. Tu autem futurus es martyr, mortem velocius expleturus: Hæc de Ario.

VI.

A quo nihil ab iis, quæ ad fidem spectant, deductum fuisse in controversiam, ibi

---

PAGIUS que illud ad annum sequentem, qui persecutionis nonus est, revocandum, ut ibidem videbimus. Porro visio ejusdem S. Petri de Ario, ejusque martyrii Acta, tam quæ apud Surium leguntur, quam quæ Græce ac Latine a Combefisio edita sunt, varias falsitatis & suppositionis notas præferunt. Nam præter eas quæ a Baronio observatæ, ... iis dicitur *Millium* quemdam fuisse Episcopum Alexandrinum, S. Heraclam post S. Dionysium & *Maximum* Ecclesiam Alexandrinam rexisse, & Fideles voluisse condere corpus S. Petri in Ecclesia S. Theonæ sacra; quæ omnia a veritate aliena. Ea enim Ecclesia nondum ædificata erat; testatur quippe Athanasius in Apologia prima, eam extrui curasse S. *Alexandrum* Alexandriæ Episcopum, qui post Theonam sedit. Denique Alexandrinorum Præsulum successio ab Eusebio tradita in dubium revocari non potest; idcoque utraque S. Petri Vita proculdubia spuria.

Arius Schismaticis primum hæsit.

ibi significatur; sed tantum de conniventia cum Meletio, & levitate animi ejus, vel potius calliditate, qua, ut studeret partibus Meletii, subdole catholicam communionem captabat; quem ut evitaret, divinitus admonitus Petrus, suos pro ipso interpellantes, quid de Ario in præsentiarum agendum esset, reddidit pariter ex divino consilio certiores. Magni plane negotii res erat, præmonuisse ne Arius reciperetur amplius in Ecclesiam, quam foret sceleratissime conscissurus: etenim eo quidem symbolo non tantum quid jam fecisset Arius a partibus Meletii stans, sed quid etiam per hæresim effecturus esset in posterum, fuit sanctissimo martyri demonstratum. Qui igitur ab eodem Petro ob schisma est ab Ecclesia segregatus, postea subdole se Petri successori insinuans, ab eo incaute receptus est, & presbyter ordinatus: inde vero ab Alexandro Achillæ successore (ut S. Athanasius (*a*) ait) nova intercedente hæresis causa, fuit ab Ecclesia Dei, Fideliumque communione primo rejectus. Quamobrem ut edita illa Acta adulterata mentiuntur, ita pariter cum eis hallucinantur, qui dicunt Arium a Petro hæresis causa, ab Ecclesia fuisse proscriptum; cum nefas sit, Athanasio non acquiescere, Alexandro primas ea in re tribuenti.

(*a*) *Athanas. orat. contra Arianos.*

VII. Petri Alex. Episc. martyrium.

Hæc pridie ejus diei, quo martyrium, subiit, contigerunt; quo pariter accidit, ut cum de Imperatoris Maximini rescripto de nece Petro Episcopo inferenda rumor Alexandriæ fuisset pervulgatus, Christiani Alexandrini (horum numerus immensus erat & qui si voluissent, magnas turbas ciere, totumque statum civitatis perturbare potuissent) sui pastoris cupidissimi, glomeratim ad carcerem, ubi sanctus Episcopus tenebatur, accurrerent, indigno ferentes animo in eum quicquam conflari; pirati quoque militiæ armatæ resistere, vitamque ipsam pro carissimo omnium parente profundere. Inter eos autem complures fuisse sanctissimos monachos, qui ut confessoribus in carcere constitutis opitularentur, ac præsto essent, e solitudine desertisque locis Alexandriam venerant, eadem Acta testantur. Sed quinam isti fuerint, post narrationem de Petri martyrio inferius dicturi sumus. Hæc Tribunus militum intelligens, & considerans ne si vi vellet rem agere, dubiam jaceret aleam, temperavit; expectans, ut nocte adveniente populus, qui pro foribus carceris stabat, ad propria remearet: cum illi, ut in omnibus prospectum esset vitæ Antistitis, quævis mala potius pati, quam stationem relinquere, parati essent.

VIII.

Quod considerans Petrus, tum amore martyrii, quo diutius flagrarat, tum timore, ne sui causa Christiani cum militibus manus consererent; imminenti periculo præsentis jactura vitæ opportune consulturus, misit sibi inhærentem lateri a responsis seniorem ad Tribunum, secreto eum admonens, & viam aperiens, qua collectam frustraret multitudinem; nimirum, ut a parte posteriore carceris, summa nocte cum latomis per posticum via secreta veniret, murumque eo loco perfoderet, quo se intus pulsantem audiret. Quid plura? Res accidit ex utriusque sententia: effosso pariete, per foramen Petrus clanculo egressus, sese expectantibus dedit militibus, a quibus ducitur ad locum, qui ab incolis dicitur Bucula, ubi S. Marcus quoque martyrium consummaverat, cui & ejusdem sancti cœmeterium inhærebat: quod, concedente Tribuno, Petro ingredi licuit, & orare; quibus quidem precibus suum per Marcum Deo martyrium commendavit; Ecclesiam quoque Alexandrinam, omnesque qui tunc erant & futuri essent ibi Fideles, ut protegeret, omniumque saluti prospiceret, Deum rogavit; ac denique ut exulem Ecclesiæ pacem tandem postliminio restitueret, enixis precibus postulavit.

Petrus clame carcere egreditur ad martyrium.

IX. Consummat martyrium Petrus.

Sed accidit, ut eodem plane articulo temporis sacrata Christo virgo, petitionis illius ignara, iis qui aderant, has a numine allatas voces se audisse, fidem faceret; videlicet: Petrus initium Apostolorum: Petrus finis Episcoporum martyrum Alexandriæ; quod & ex oraculo omnino completum est; nam novissimus omnium martyrum Episcoporum, qui in Gentilium persecutione sint passi, Petrus habetur. Quid tandem? Absolutis precibus, ad martyrium subeundum se libens volensque composuit. Cum milites, reveriti majestatem viri, de eo feriendo hæsitarent, pariterque trepidarent; vix ex eis inventus est unus, qui pro pretio quinque solidis aureis acceptis, exerto gladio, Christi *Pontificis* caput ictu valido amputavit, sexto Kalendas Decembris, prope illucescente jam die; cum sedisset (ut eadem habent Acta) annos duodecim, tres in pace Ecclesiæ, novem vero persecutionis postea excitatæ temporibus. Sed irrepsit mendum in notam numeri annorum Domini, dum in eis legitur creatus Episcopus anno Domini ducentesimo octogesimoquinto.

X.

His in hunc modum gestis, sub silentio milites recessere, ne fieret aliqua violenta a Christianis impressio, quod admodum metuebant. Sed mirum dictu, abscisso capite in terram delapso, reliqua pars corporis innixa genibus, erecta, firma, immobilisque permansit; donec rem gestam tandem qui in carcere agebant excubias Christiani audientes accurrerent; qui & sacro pignori circumfusi, irarum obliti, officii memores, prehensare sacrum caput &

funus & sepultura Petri Alex. Episcopi.

& veneranda martyris membra amplecti, exosculari, colligere guttas sanguinis, aliaque digna tanto martyri exhibentes pietatis obsequia, de tumulando corpore honorificentissimo funere consilium iniere, licet de loco fuissent inter se aliquantulum altercati; contendentibus aliis, esse sepeliendum in proximo cœmeterio S. Marci, in quo, & sepulti essent prædecessores Episcopi; aliis rursum affirmantibus, in cœmeterium ab eo constructum esse inferendum; quorum sententia frequentiori suffragio obtinuit firmitatem; sicque indutum (ut habent eadem Acta) sanctum Episcopum vestibus sacerdotalibus albi coloris, colobio, & homoforio, naviculæ impositum (prope littus enim erat) navigantes retro Pharum, per locum qui dicitur Leucada, venerunt ad partem Occidentalem, versus locum ubi erat martyrum cœmeterium, apud quod ab eo pacis tempore erecta fuerat Dei Genitricis Memoria, confluentibus undique Christianis; satagentibusque singulis suprema pietatis officia cumulate persolvere, eumdem sic indutum sacerdotalibus vestibus, perinde ac viventem, in sede S. Marci collocant, indeque sublatum humeris venerandum corpus gestantes triumphali pompa procedunt, habentes in manibus victrices palmas, ardentesque cereos, thuribulaque odoribus incensis fumantia, sacrosque victoriæ hymnos concinentes ad locum perveniunt, ubi cœmeterium a se constructum erat, ibique eum honorificentissime, ex more, delibutum unguentis, sepulturæ mandarunt; quo in loco quiescens, miraculorum virtute vivens semper in posterum suis opem exhibuit. Hæc omnia fusius scripta, a nobis summatim collecta, habent germana ejus martyrii Acta, quæ e Græcis accepta Anastasius Bibliothecarius Latinis tradidit.

XI. De Throno Episcopali mira.

Ex quibus illud etiam memoria dignum ab eodem Petro magnæ animi summissionis specimen editum his attexere æquum existimamus; cum enim ibi agitur de Petri cadavere in Episcopali throno a populo id enixius contendente collocato; cur hoc ipsum præter morem officium fuerit illi a Fidelium plebe tunc exhibitum, dum causæ ratio redditur, in hæc propemodum verba historia contexitur: *Hic enim beatus Antistes, quando divini mysterii sacramenta celebrabat, non sicut Ecclesiasticus mos habet, in Pontificali throno, sed in ejus suppedaneo scabello sedebat; quod populi aspicientes, ægre accipiebant, & conquerentes acclamabant: In tua sede cathedra. Et cum crebro id ipsum repeterent, surgens Dei minister ejusmodi querelas tranquilla voce sedabat; & iterum in eodem scabello residebat. Cunctis autem hoc humilitatis gratia agi videbatur. Quadam vero magnæ festivitatis die, cum sacra mysteria Missæ solemniter perageret, & tale quid facere vellet; non solum populus, sed & clerus consona voce conclamantes dixerunt: Sede in tua sede, Episcope. Ille autem cujusdam mysterii conscius hoc audire dissimulavit; datoque tacendi indicio (neque enim quisquam obsistere pertinacius audebat) silere omnes fecit, & nihilominus eidem scabello sedis subsedit; celebratisque ex more Missarum solemniis, quisque Fidelium ad propria repedavit.*

Vir autem Domini, clericis accersitis, intima serenitate tranquillus, arguens eos temeritatis: Cur inquit, laicorum vocibus admixti, objurgare me non erubuistis? Attamen quia talis objurgatio non de jactantiæ cænoso torrente, sed de purissimo fonte dilectionis manavit; aperiam vobis hujus mysterii secretum. Plerumque cum throno illi approximare volo, video quamdam in eo divinam sedere virtutem fulgore luminis admodum radiantem; mox ego intergaudium, & pavorem suspensus, agnosco me tantæ sessionis prorsus indignum; & nisi scandali seminarium populo inferre timuissem, haud quidem ipse scabello sedere ausus fuissem. Inde est, carissimi filii, quod vobis in hoc Pontificalem regulam excedere videor. Verumtamen multoties, quando eam vacantem aspicio (sicuti ipsi testes adestis) more solito in illa sedere non abnuo. Quapropter hujusmodi scientes arcanum, & pro certo expertum habentes, quia si mihi fuerit indultum, sedebo super eam, non parvipendens ordinis dignitatem; omittite jam popularibus ulterius favere inclamationibus. Hæc nimirum pater sanctissimus, dum adviveret, ad sacrum clerum coactus exposuit: Hucusque de his ibi. Populus itaque, qui reverentia ejus, dum viveret, sæpe in iis victus fuerat, jam defunctum voluit superasse, collocans venerandum corpus ipsius, superposito secto capite, in cathedra Pontificia.

XII. Objurgat objurgantes se Petrus.

Sed nec illud de eodem Petro fas est prætermittere, quod de ipso Sophronius (*a*) suis scriptis testatum reliquit, Athanasii testimonio confirmatum, his verbis: *Interrogatus est aliquando prædictus S. Athanasius, post quam Alexandriæ Episcopus constitutus fuit; an posset quisquam sine fide baptizari secundum ritum & prædicationem Christianorum; aut si credere se simulans aliquibus aliis occasionibus baptizatus fuisset; quid de illo sentiendum, aut quomodo suscipiat illum Deus? Et respondit, dicens: Audivi aliquando a senioribus nostris, quod beato Petro Episcopo & martyri, cum facta esset mortalitas, & plerique ad baptismæ mortis timore confugerent, apparuerit Angelus humana specie dicens: Quamdiu huc mit-*

XIII. De Baptismo doctrina.

(*a*) *Sophr. Prat. spirit. c. 198.*

mittis marsupia ista; signata quidem, inania autem prorsus, & vacua, & nihil intus habentia? Erunt itaque (quantum ex Angeli voce conjicere licet) signum habentes baptismi; quoniam & beneficium aliquod existimarunt se consequi, si baptisma susciperent, atque idcirco baptizati sunt. Significans nimirum, ejusmodi sacramentum esse consecutos; non autem (quod ajunt) rem sacramenti, ipsam gratiam abluentem peccata; hæc de Petro. Porro remansisse ejus memoriam illatam in tabulas Ecclesiasticas percelebrem, consuevisseque Alexandrinos anniversaria celebritate diem natalem ejus maximo hominum cœtu, pompa splendida celebrare, testatur Sozomenus (*a*), ejusdemque diei festi meminit pariter Rufinus (*b*).

(*a*) Sozom. *l.*2. *c.*16. (*b*) Ruffin *l.*1. *c.*14.

XIV. Petri scripta.

At sicut operatione insignis, & martyrio nobilitatus Petrus effulsit, ita & rerum divinarum eruditione egregie imbutus enituit; cujus felicis ingenii pauca tantum reliqua sunt monumenta, nempe Canones de lapsis, indices vigentis eo etiam persecutionis tempore Ecclesiasticæ disciplinæ; sed & ex commentario ab eodem de Divinitate conscripto in Concilio Chalcedonensi (*c*) recitatum fragmentum: odoratus fortasse Arii impietatem, nondum tamen foras expositam, de ea re scribendi aucupatus est argumentum.

(*c*) Concil. Chalced. *Act.* 1.

XV. (*d*) Epiph. *hæres.* 68. Achillas Episc. Alexandriæ.

Post Petrum martyrem subrogatus est in sedem Alexandrinam Achillas, non autem Alexander, ut perperam apud Epiphanium (*d*) legitur ex Meletianorum commento. Qualis autem Achillas fuerit, cum presbyter esset, ab Eusebio hisce laudibus prædicatur (*e*): *Quo tempore* (nempe Theonæ Episcopi Alexandrini) *Achillas presbyterio una cum Pierio donatus, cœpit hominum fama celebrari; qui scholæ sacratæ Christi fidei instituendæ præfectus, insingulari ac plane rarissimo pietatis munere exequendo, nemini secundus fuit, & vitæ institutionisque Evangelicæ modum atque rationem ingenue excoluit:* Hæc de illo Eusebius. Verum in Achilla nimia animi facilitas ab aliquibus reprehenditur; quippe qui contestationum prædecessoris sui Petri martyris oblitus, Arium pœnitentiam simulantem, & callida arte sese in ejus amicitiam insinuantem, non rejecit, ut commonitus erat, sed accepit, fovit, atque honoribus auxit; ut inter alios Sozomenus testatur his verbis (*f*): *Ubi vero Petrus martyrio occubuerat, Arius venia ab Achilla petita, non solum permissus est diaconatu fungi, verum etiam ad presbyterii gradum elatus est.* Porro Ecclesia Alexandrina, cui præfectus est Arius, Baucalidis * dicta est, cujus Epiphanius (*g*) meminit. Accidisse videtur, ut in odium Meletianorum schismaticorum, quos Achillas vehementer est aversatus, ipse tunc Arium ab illis deficere profitentem susceperit, & presbyterio honestaverit. Sicut enim adversus Petrum, ita pariter in Achillam & Alexandrum ejus successores Meletianos maximas turbas concitasse, Athanasius fidem facit, qui ait (*h*): *Memores igitur ipsi, quomodo sese primum adversus beatum martyrem Petrum, deinde contra magnum Achillam, postremo contra beatum Alexandrum gesserint, &c.*

(*e*) Euseb. *l.*7. *c. ult.*

(*f*) Sozom. *l.*1. *c.*14.

* Bauca-lis.

(*g*) Epiph. *hæres.*68. & 69.

(*h*) Athan. *orat.* 1. *contra Arian. prope finem.*

XVI. De Meletio falsa assertio.

Sed quid præterea de Meletio schismatico, verum ex Meletianis falsa accepta historia, Epiphanius (*i*) scribat, non ut probemus, sed ut confutemus, hic reddamus: *Contigit* (inquit) *Petrum martyrium subire; & decessit beatus ille, successore relicto Alexandro in Alexandria; hic enim successit in thronum post prædictum Petrum. Meletius autem & alii multi in exilium relegati sunt, exterminati in Phœnensia metalla; & tunc de cætero qui sequebantur confessores cum Meletio erant. Et ipse Meletius in carcere, in profectione per singulas regiones ac singula loca transiens, constituebat clericos, Episcoposque ac presbyteros, & diaconos, & ædificabat proprias Ecclesias; & neque hi cum illis communicabant, neque ille cum his; inscribebant autem singuli in propria Ecclesia; qui quidem Petro successerunt veteres habentes Ecclesias, Ecclesia Catholica; qui vero Meletio adhærebant, Ecclesia martyrum. Unde & in Eleutheropoli, & in Gaza atque Ælia, cum accessisset quidem Meletius, multos sic elegit; & contigit, ut ipse multum temporis tereret in dictis metallis. At interim liberantur a metallis confessores, tum qui Petri partium erant (multi enim adhuc supererant) tum Meletii sectatores; neque enim in metallis inter se communitatem habebant, aut simul preces fundebant. Contigit autem Meletium adhuc ad tempus in mundo vitam agere, ut etiam floruerit cum Alexandro Petri successore, & in amicitia ejus esset, curaretque res Ecclesiæ ac fidei; dixit enim sæpe: Nihil habui diversum, aut adulteratum:* Hæc ibi; quæ quidem quantum adversentur iis quæ nuper ex Athanasio recitavimus, aut

(*i*) Epiph. *hæres.* 68.

PAGIUS V. *Achillas Episc. Alex.*

Ad num. XV. *S. Achillas* anno tantum CCCXII. in locum *S. Petri* Episcopi Alexandrini subrogatus est, ut anno sequenti videbimus.

VI.

Maximianus Herculius, qui post depositum Imperium illud non semel iterum resumserat, ante præsentem annum Constantini Magni jussu occisus non est, ut anno trecentesimo septimo ostendimus.

Herculii interitus.

VII. *Eusebius PP.*

Eusebius sit Pontifex Romanus, ut anno sequenti videbimus.

aut quæ superius, cum de origine Meletiani schismatis actum est, tum ex eodem, tum etiam ex aliis auctoribus dicta sunt, prudens lector accurate perpendat, ne speciosо nomine Epiphanii in errorem incaute labatur, & ejus esse putet, quod haud aliunde quam a Meletianis contra historiæ veritatem apparet acceptum esse.

XVII. Tempus sedis Achillæ.

De annis autem, quot Achillas sederit, non levis est controversia. Eusebius sua historia prosecutus seriem Alexandrinorum Episcoporum, eam ad martyrium Petri usque perduxit; Chronicon autem ejus in his ultimis temporibus in multis constat esse depravatum, ubi tamen cum perperam ponatur ingressus Achillæ anno Domini trecentesimo decimooctavo, usque ad trecentesimum vigesimum tertium sedem propagasse ibidem legitur; quibus si assentiri quis velit, in monstrosas plane absurditates incidat necesse est. Epiphanius (*a*) tribuit Achillæ sedi tres tantum menses; sed illud plane male, dum Alexandro tradit fuisse suffectum. Nicephorus Episcopus Constantinopolitanus in Chronologia a se scripta, quam & Anastasius Bibliothecarius in latinum transtulit, annum tantum Achillam sedisse affirmat. In tanta igitur sententiarum discrepantia, sententiam illam de brevi tempore sedis Achillæ, adeo ut non excesserit unius anni curriculum, cum multa, tum illud potissimum nos sequi persuadet; quoniam si sub Episcopatu Alexandri (quod testantur Ruffinus (*b*) atque Sozomenus (*c*) illa contigerunt de lusu puerorum, inter quos Athanasius puer egit Episcopum; quomodo, si Achillas diutius supervixit, tam cito ponunt tempore Nicæni Concilii adeo provectæ ætatis fuisse, ut maximi momenti eidem negotium crederetur? nempe cum Ario de Filii Dei divinitate concertatio, & postea eodem anno ad Constantinum obita legatio; cum hæc & alia habeantur minus digna quæ committerentur adolescentulo vix ephesuperanti. His persuasi, cogimur, nisi hoc anno, saltem sequenti subrogationem ponere Alexandri in locum Achillæ.

(*a*) Epiph. *hæres.*69.

(*b*) Ruffin. *l.* 1. *c.*14. (*c*) Sozom. *l.*2.*c.*16.

XVIII.

Sed jam reliqua, quæ ad persecutionem in Ægypto Christianis illatam spectant, hic apponamus. Eusebius, narrato Petri Episcopi Alexandrini martyrio, hæc mox subdit (*d*): *Alii quoque complures, qui in Ægypto erant Episcopi, idem cum illo genus supplicii perpessi sunt.* Licet autem Alexandrinorum martyrum Petrus (ut dictum est) ultimus prædicetur, in aliis tamen Ægypti locis in sequentem usque annum, licet paulo remissius, persecutionem graffatam esse (nam ad decimum usque annum producta est) nulli dubium esse potest. At quoniam muli sunt martyres passi in Ægypto, nec quo potissimum hujus persecutionis anno coronam sint martyrii consecuti, exploratum habetur; hic eos simul recensere, qui ex tabulis Ecclesiasticis sunt notiores, adscriptis in iisdem natalitiis eorum diebus, operæpretium existimamus.

(*d*) Euseb. *l.*9.*c.*5.

De persecut. in Ægypto excitata.

XIX. Antonius magnus martyrii cupidus Alexandriam petiit.

At in primis quæ hac eadem urgente persecutione ab Antonio Magno gestam esse, Magnus quoque Athanasius tradit, nempe officia martyribus & confessoribus in carcere constitutis exhibita usque in præsentem annum, quo Petrus martyrium consummavit, hic enarrare dignum putamus. Primordia Antonii, quo consilio petierit solitudinem, allegerit discipulos, & monasteria ante præsens tempus in eremo propagaverit, Athanasius (*e*) sincere pureque ejus res gestas conscribens, pluribus narrat; quibus, quæ ad hæc tempora spectant; sic subdit: *His rebus transactis, cum persecutio impiissima Maximini furore vesano vastaret Ecclesiam, sanctis quoque martyribus Alexandriam perductis; relicto & ipse monasterio, secutus est futuras victimas, dicens: Pergamus ad glorioſos fratrum triumphos, ut aut ipsi congrediamur, aut spectemus alios præliantes. Et amore quidem jam martyr erat: sed cum tradere se ultra non valeret, & sociari confessoribus in metallis, vel in carceribus constitutis, magna cum libertate & cura ingrediens ad Judicem, exhortabatur, ne terrore impiorum subacti, Dominum negarent; jamque sententia coronatos exultans, quasi ipse vicisset, ad locum felicis sanguinis prosequebatur.*

(*e*) Athan. *in Vita Antonii.*

XX. Antonio quærenti deest martyrium.

Quamobrem commotus Judex ob Antonii sociorumque ejus constantiam, præcepit, nullum penitus monachorum observare judicium, aut in civitate versari. Et cæteris quidem omnibus in illa die placuit abscondi; Antonius autem impavidus, neglecto persecutoris imperio, lavit apenditen, id est, scapulare suum. Et alia die stans in quodam eminenti loco, candente procinctus veste, procedentem Judicem suo provocabat aspectu, flagrans cupiditate martyrii; ostendebatque nobis, contemptorem pœnarum, & mortis, Christiani animum perseverare debere; in tantum ut contristaretur, quia volenti pati pro Dei nomine, martyrium non dabatur. Sed Dominus, qui suo gregi parabat magistrum, servavit Antonium; ut institutio (sicuti factum est) monachorum, non solum oratione ejus, sed & conspectibus firmaretur. Numquam tamen a sanctorum confessorum vestigiis separatus est; quin anxia circa eos cura, & charitatis vinculis colligatus, magis carcerem patiebatur excluſus. Postquam autem persecutionis turbo defluxerat, & beato Episcopo Petro jam ob martyrii gloriam coronato, ad pristinum monasterium regressus, quo-

tidianum fidei ac conscientiæ martyrium merebatur; acrioribus se jejuniis vigiliisque conficiens, vestimento cilicino intrinsecus, desuper pelliceo utebatur, &c. Hæc Athanasius, qui cæteras admirandas & pene incredibiles ab eo res gestas prosequitur; quarum nonnullas (ut opportuna se se offeret occasio) pro ratione temporum inferius attingemus.

XXI. De Potamenia virgine & mart.

Sed ut (quod instituimus) hic ad extremum de Ægyptiis martyribus agamus, qui passi licet sint hac persecutione, annus tamen certus, quo quisque necatus sit, incompertus habetur; primo loco occurrunt, quæ de Potamenia virgine ex eodem Antonio accepta, Palladius narrat his verbis (*a*): *Iste Isidorus, qui benedictum quondam vidit Antonium dignam rem memoria litterarum retulit mihi, quam ab ipso se dicebat audisse. Potamenia quædam puella admodum pulchra, ancilla cujusdam erat tempore Maximiani persecutoris; quam multis frequenter ac variis promissionibus dominus suus tentans, stuprare non potuit; ita ut ad postremum amore atque insania præceps traderet eam illi qui tunc Alexandriæ Præfecturam gerebat, scilicet, ut Christianam, ac maledicentem de persecutionis sævitia Imperatoribus; pecuniam ei sub hac pactione promittens, si ejus acquiesceret voluntati, sine ullo eam supplicio reservaret, ac redderet; sin vero in contradicendi proposito permaneret; petiit ut tormentis deficeret; ne, si vixisset, libidinis domini sui contemptrix videretur. Quæ cum exhibita ante tribunal fuisset, ejusque Judex variis cruciatibus atque tormentis cuperet expugnare de votam voluntatem; & inter diversa supplicia vas quoque æris immensum ac ferventi pice repletum acerrima flamma succenderet; duplicem ei Præfectus immitis posuit conditionem: Aut vade, inquit, & domini tui obtempera voluntati; aut scias in ferventem hanc picem esse mittendam.*

(*a*) Pallad. in Lausiac. c. 1.

XXII. Mira puellæ constantia.

Cui puella respondit, dicens: Numquam sit alter monitor talis, qui adduci jubet libidini castitatem. Ob quod ille nimio furore perculsus, præcepit spoliatam eam in vas, quod fervebat, immitti. Hæc autem vox illius fuit: Per caput, inquit, Imperatoris tui, quod tu vereris, obtestor, ut, si apud te statutum est his me tormentis necare; non simul totam, sed paulatim me in ferventem mitti jubeas picem; ut possis videre, quantam mihi dederit ignotus tibi patientiam Christus. Quæ per unius horæ spatium paulatim in ahenum candens demissa, defecit, ubi primum pix ebulliens ad ejus colla pervenit: Hucusque ea quæ Isidorus ab Antonio, rei forsitan inspectore, cum Alexandriæ (ut dictum est) versaretur, accepit, Palladius narrat. Hæc autem, si nomen, sique ultimi supplicii genus spectes, una eademque videri posset cum ea quæ ponitur ab Eusebio (*b*). Porro diversam hanc esse ab illa, differentiæ plures constituunt; nimirum diversus personarum status, nam illa ingenua, hæc serva, diversumque supplicii tempus plane declarat; passa hæc sub Maximiano, sed sub Severo illa, quæ non Potamenia, sed Potamiœna dicta haberetur, verum non in lebetem immissa, sed tantum pice perfusa. Cæterum & ejusdem quoque nominis fuisse diversis temporibus plures virgines, iisdemque pœnis affectas, in amplissima civitate quis neget facile potuisse contingere.

(*b*) Euseb. l. 6. c. 4.

XXIII. Martyres Ægyptii.

Rursum vero cum recapitulatione quadam Eusebius (*c*) recenset insigniores quosdam passos in Ægypto martyres, & prærogativa excellentiæ cæteris Petrum Episcopum Alexandrinum, de quo dictum est, anteponit; jungit & una Faustum, Didium, & Ammonium ejusdem Ecclesiæ presbyteros, &, quos etiam ante Petrum consummasse martyrium diximus, Pileam, Hesychium, Theodorum, atque Pachomium; quos una simul junctos, additosque his sexcentos sexaginta una die veneranda antiquitas (*d*) Ecclesiastica celebrare consuevit. Seorsum ab his recenset (*e*) passos itidem Alexandriæ hac eadem persecutione Apollinem, Isacium, & Croratem. Sed & Paphnutii Episcopi (cujus autem Ecclesiæ Præses fuerit, ignoratur) celebris est memoria, qui una cum aliis pluribus passus esse traditur. Cæterum ejusdem nominis in ea persecutione, effosso oculo, clarus enituit alter Paphnutius confessor, de quo celebris est memoria in Actis Nicæni Concilii, verum de eo suo loco dicturi sumus. Sed & Marcianus, Nicanor, Apollonius, & socii hoc quoque tempore in Ægypto itidem martyrii palmam acceperunt. Accedit his Nicander, qui reliquias martyrum studiose perquirens & ipse martyr effici meruit. Sed & Ischyras militum ductor, & alii quinque commilitones, eodem quoque certamine pro Christi fide suscepto, victores insignis martyrii corona donati sunt.

(*c*) Euseb. l. 8. c. 25.

(*d*) Mart. Rom. die 26. Nov.

(*e*) Ibid. 11. April.

XXIV. Passi in Thebaide martyres.

Eorum etiam qui in Thebaide passi sunt, perillustres habentur Leonides, Ascla, aliique complures sub Ariano Præside, qui & ipse victus potenti Christi virtute, dans manus, & Christianus effectus, pro fide quoque nobile certamen subiit. Verum & in Philemone Coraule miro quodammodo Christi virtus effulsit. Nam Apollonius lector tormenta expavescens, ne fidem omnino negaret, quatuor Philemoni dedit aureos, ut se Apollonium mutato habitu fingeret, ac coram Præside una cum aliis immolaret: at mente divinitus illustratus, martyrumque accensus exemplo, qui alienam gerebat personam ut negaret, propriam repræsentans, se vere in Christum credere constanti voce professus, & tormentis exagitatus, iterum atque iterum id ipsum affirmans, insigni meruit corona martyrii decorari; cujus exemplo Apollonius roboratus, forti animo idem certamen obiit. Extant horum Acta (*a*) fusius scripta.

(*a*) Ex Metaph. 14. Decembr. Lipom. & Sur. tom. 6. post Acta Thyrsi & sociorum.

XXV. Martyres Cyrene passi.

Sed & apud Ægyptum inter alios complures martyres Cyrene passos, perpetua memoria commendata est Cyrilla, quæ in hac eadem persecutione ardentes carbones cum thure super manum positos diu immobilis tenuit, ne levi motu excutiendo ardentes prunas, thus idolo obtulisse videretur: deinde sævissime laniata, egregie decorata migravit ad sponsum; hoc quippe elogio natalis ejus Martyrologio habetur adscriptus. Cyrene itidem Theodorus Episcopus sub Digniano Præside plumbatis cæsus, abscissa lingua, sed superstes in pace Ecclesiæ confessor occubuit. Horum omnium dies natales notati habentur, quibus passi sunt.

I. Persecutionis annus decimus.

CHristi annus trecentesimus undecimus notatur Consulibus Galerio Maximiano octavum atque Licinio, idemque decimus ac novissimus excitatæ per Diocletianum persecutionis ab Eusebio adnumeratur; qui summatim relegens mala, quæ persecutionis hujus causa contigerunt, hæc ait (*b*): *Toto decem annorum spatio persecutione longe lateque manante; nihil horum, quæ vel ad insidias, vel ad bellum intestinum spectabant, ab illis abesse videbatur; nullum enim mare tuto trajici poterat; neque hominibus integrum erat aliunde tranare, quin omnibus diversoriis suppliciis, ut distorsione membrorum, laterum dilaceratione, & tormentis cujusque generis, dum quæstio de illis habebatur, num ab hostibus venissent; & ad extremum crucibus, aut incendii flammis torquerentur:* & paulo post: *Ejusmodi erant ea mala, quæ toto persecutionis tempore regnarunt, cujus æstus ut octavo anno (Dei juvante gratia) cœpit paulum defervescere, sic decimo anno consopitus fuit.* Sed quomodo novissimis hujus persecutionis temporibus remissius actum sit, alibi declarat his verbis (*c*):

(*b*) Euseb. lib. 8. c. 27. in fin. & c. 28.

(*c*) Euseb. lib. 8. c. 24 prope fin.

II.

Istu igitur calamitatum genera, quæ sequun-

PAGIUS

Anno Urbis 1064. Olymp. 272. an. 3. secundum Baronium 272. A. C. 311.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 5804.

☉ 12. G. ☽ 8. P. 21. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 311.

MELCHIADIS PAPÆ 1.

PERSECUTIONIS 9.

CONSTANTINII 6. LICINI ET MAXIMINI 5.

I. Consules in Italia.

[1] AD num. I. In libello de Præfectis Urbi, in quo Consules, qui Maxentio imperante Romæ fuere, consignantur, hoc anno legitur: *Consules, quos jusserint DD. NN. Ex mense Septembri factum est, Rufino & Eusebio. V. Kalendas Novembris, Junius Flavianus P. U.* id est, Præfectus Urbi. Consules in Fastis Idacii his verbis memorantur: *Maximiano VIII. Consule. His Coss. quod est Rufino & Volusiano, diem functus Maximianus junior,* Galerius nempe Maximianus respectu Maximiani Herculii *junior* dictus. Ex prioribus verbis libelli de Præfectis intelligimus, hujus anni initio nullos adhuc Consules fuisse, & Imperatorum discordiam adhuc duravisse. Secundo, in Fastis Idacii ex unico Consule duos effictos, quod quandoque factum, alibi observo; Rufinus enim a Zosimo vocatur *Rufius Volusianus*, & a Victore de Cæsaribus appellatur *Rufus Volusianus*, & tam a Zosimo, quam ab eodem Victore dicitur fuisse Præfectus Prætorio Maxentii, quando in Africam missus est adversus Alexandrum Tyrannum, quem hoc anno devicit, & in fortitudinis præmium mense Septembri Consul a Maxentio creatus est. *Rufinus* itaque *Volusianus Eusebio* Collega Consul in Italia processit.

II. Consules in reliquo Orbe Rom.

In reliquo Orbe Romano *Galerius Maximianus* solus Fastis nomen dedit, ut Idacius laudatus insinuat, & magis diserte exprimitur in Fragmento Consulari a Bucherio edito, ubi habetur: *Maximiano VIII. solo*: quod confirmat Auctor Chronici Damasi, in quo Miltiades Papa

NOTÆ

[1] COss. In Italia: *Rufinus & Eusebius*. Alibi: *Maximiano VIII. consule, quod est Rufino, & Volusiano*. Fasti Idatiani: *Maximiano VIII. consule*. Vindebonenses: *Maximiano VII. solo*. Bucherii laterculus: *Maximiano VIII. solo*. Idem catalogus Romanorum Pontificum Bucherianus de S. Melchiade: *A consulatu Maximiano VIII. solo, quod fuit mense Septembri, Volusiano, & Rufino*. Prosperi Chronicon: *Maximiano VIII. & Licinio*. Libellus de Præf. Urb. *Consules quos jusserint* DD. NN. *Augusti, ex mense Septembr. factum est Rufino, & Eusebio*. Lactantius de Mortibus persecutorum cap. XXXV. *Hoc edictum proponitur Nicomediæ pridie Kalendas Maias, ipso* (Galerio Maximiano) *octies, & Maximino iterum* Coss. Vide notas variorum in hunc locum.

Perſecutio ceſſare cæpit.

quuntur, poſtremum locum obtinuerunt, cum malorum nobis impoſitorum exuberantia deinceps defeſſi eſſent, & in hominum cæde defatigati, & ſatietatem ac faſtidium in ſanguinis effuſione cœpiſſent; & ad tantum clementiam ac facilitatem, ut ab illis putabatur, ſe convertiſſent, uti de reliquo nihil acerbitatis contra nos moliri viderentur; non enim decere ajebant, civitates inteſtino cruore contaminare, neque propter crudelitatem Imperium eorum, qui principatum tenebant, utpote omnibus tam clemens & manſuetum, ignominiæ nota afficere; ſed potius beneficientiam humanæ, & vere regiæ poteſtatis in omnes patere oportere, uti nulli de reliquo morte mulctarentur, hocque contra nos ſupplicii genus propter Imperatorum benignitatem remitti relaxarique debere; tum oculos effodi, alterum crus ſuffringi ſolum præcipiebatur; iſta enim apud illos mitia admodum cruciamenta, atque leniſſima ſupplicia, quibus nos torquerent, videbantur: adeo ut dicendo explicare non poſſimus inu-

PAGIUS pa dicitur fuiſſe *ex die ſexto Nonas Julias a Conſulatu, Maximiano VIII. ſolo; quod fuit menſe Septembri, Voluſiano & Rufino uſque in III. Idus Januarii, Voluſiano & Anniano Coſſ.* Ubi etiam idem Italiæ Conſul in duos partitur; quod aliquando ab aliis Auctoribus factum, uti jam monui. In Faſtis quidem Cæſareis loco *Maximiano VIII. ſolo* legitur, *Maximiano VII. ſolo*, ſed errore Librarii; cum in iiſdem Faſtis Conſulatus VII. Maximiani cum anno Chriſti CCCVIII. alligetur. Galerio Maximiano menſe Martio, ut videtur, Collega adjunctus Licinius Auguſtus, qui *Conſul* appellatur in edicto Galerii Maximiani, de quo mox agetur. Non multo poſt Maximinus Auguſtus ejuſdem Galerii Maximiani Collega fuit, ut liquet ex verbis Lactantii hoc anno recitandis.

III. *Primus Licinii Conſulatus ſuffectus fuit.*

Em. Card. Noriſius in Diſſert de Numiſmate Licinii Auguſti cap. 1. exiſtimavit, *Licinii Conſulatum* ordinarium fuiſſe, qua in ſententia fui, cum Diſſertationem Hypaticam componerem. Sed re magis examinata, eum inter ſuffectos numerandum eſſe certo mihi conſtitit. Et ratio eſt, quia Auctor Chronici Alex. qui Conſulatus ſuffectos negligere ſolet, v. g. primum Veſpaſiani, Hadriani & aliorum qui ſuffecti fuere, numquam primum *Licinii* in cenſum confert, eamque ob rem ſecundum Conſtantini Magni Conſulatum cum primo Licinii copulat, & in aliis *Licinii* Conſulatibus exprimendis primum hoc anno geſtum ſemper omittit. Quare is Conſulatus procul dubio ſuffectus. Secundo, Auguſtinus libro poſt Collationem cap. 33. Auctorem Chronici Alexandrini imitatur, & tertium Conſtantini Conſulatum cum ſecundo Licinii conjungit; qui tamen ſi primum Licinii numeraſſet: utrumque tertium Conſules vocaſſet. Hæc Auguſtini verba: *Nam Melchiades judicavit Conſtantino tertium & Licinio iterum Conſulibus, Nonis Octobris.* Et tamen anno CCCXIII. quo ille Conſulatus geſtus, in aliis Faſtis legitur: *Conſtantino III. & Licinio III.* Baronius illius initio ſuſpicatur, mendum eſſe in codice, cum Auguſtinus libellos Conſulares citet. Sed locus purus eſt, & primus Licinii Conſulatus ſuffectus. Tertio, Lex Codicis Theodoſiani *De cenſu* data *XV. Kal. Februarii* ſubſcriptos habet Conſules Conſtantinum Augg. IIII. & Licinium III. Gothofredus ibidem ait, eam ſubſcriptionem mendoſam eſſe; cum tamen in ea ideo Licinius Conſul III. appelletur, quia cum primus ejus Conſulatus ſuffectus fuerit, vel numerari, vel prætermitti poterat. Quare cum in Fragmento Bucheriano & in Chronico Damaſi Maximianus Aug. VIII. ſolus Conſul dicitur, datur intelligi, ſolum Conſulem ordinarium extitiſſe. Verum Conſulatus ſuffecti adhuc magis examinandi.

IV. *Conſules ſuffecti hoc tempore adhuc in uſu.*

Card. Noriſius in Diſſert. 4. de Cenotaphiis Piſanis cap. 2. §. 1. explicans quamdam Inſcriptionem, in qua *L. Turcius ſecundus* dicitur *Conſul*, qui tamen nuſquam in Faſtis legitur, arbitratur ejuſdem Conſulatum geſtum intra annum CCCVII. & CCCXII. cum, diviſo in plures Auguſtos Romano Imperio, non eadem ubique eſſent collegia Conſulum. *Nam* inquit, *anno CCCXI. ſcribit Auctor indiculi Præfectorum Urbis a Cuſpiniano olim publicatus:* Conſules, quos juſſerint DD. NN. Auguſti. Ex menſe Septembri factum eſt, Rufino & Euſebio. *Itaque Romæ eo anno uſque ad menſem Septembris, nulli Conſules fuerant publicati, eo tamen menſe Maxentius deſignavit Aradium Rufinum, qui anno CCCIV. Præfectus Urbi fuerat, & Euſebium, qui a Conſtantino,* l. 1. De annona & trib. *data anno CCCXV.* dicitur: ex Conſule. *At in Gallia, Hiſpania, cæteriſque trans Alpes Provinciis, quæ ad Conſtantini Imperium pertinebant, Maximianus Galerius ſolus Conſul eodem anno CCCXI. nominabatur. Ita legitur in Faſtis Idacii & in Fragmento Conſulari a Bucherio edito pag. 250.* Maximiano VIII. ſolo Lun. *nempe eo anno Kalendas Januarias die Lunæ fuiſſe, uti reapſe dies Lunæ, ſeu feria ſecunda fuit prima dies ejuſdem anni CCCXI. Cyclo Solis XII. Lunæ VIII. Littera G. In Græcia, Macedonia, Dacia, aliiſque Provinciis Illyrici, in Thracia, atque Bithynia, quæ partim Galerio Auguſto, partim Licinio Imperatori parebant, dicebantur Conſules Galerius Maximianus octies, & Maximinus iterum. Hæc nuper didici ex aureo Libello Lactantii Firmiani de Mortibus Perſecutorum a Viro doctiſſimo Stephano Baluzio ex inſigni Illuſtriſſimi D. Colberti Comitis ſacrarum ac privatarum Largitionum Bibliotheca evulgato; ſiquidem ſcribit cap. 35. edictum pro Chriſtianis a Maximiano Galerio paucis ante ejuſdem mortem diebus*, propoſitum Nicomediæ pridie Kal. Maias ipſo octies & Maximino iterum Conſulibus. *Proſper in Chronico, Victorius in Canone Paſchali, Caſſiodorus, Auctor Chronici Alexandrini, aliique eo anno cum Maximiano octies Licinium Collegam poſuerunt. Hic forte in Pannoniis, Rhætia, ac Norico, ubi Licinius imperabat, idem ſemet Collegam cum Maximino addiderat. Euſebius lib. 9. cap. 11. ſcribit, maximo in honore habitum fuiſſe ab Orientis Imperatore Maximino Peucetium, quem ille iterum ac tertio Conſulem, & Præfectum ac Procuratorem ſummæ rei creaverat; qui tamen a doctis Faſtorum Collectoribus, ne ſemel quidem Conſul nominatur. Valeſius in Notis Euſebianis anno CCCXII. ſtatuit in Oriente Conſules Maximinum Auguſtum II. & Peucetium II. Verum ex Lactantio, qui id temporis Nicomediæ degebat, patet, Maximinum iterum Conſulem fuiſſe anno ſuperiore CCCXI. Uti vero Peucetius Conſul in Oriente fuit, ita pariter L. Turcius Secundus in Occi-*

denſi numerabilem fere multitudinem eorum, quorum ob iſtam impiorum manſuetudinem non ſolum oculi dextri ſicis ante eruti fuerunt & exciſi (quibus evulſis loca, in quibus inerant, ferro candente exuſſerunt) ſed lævi pedes etiam in ipſis flexuum commiſſuris cauterio ambuſti fuerunt, & prorſus debilitati; ac poſtea iſti ad æris metalla in ſingulis provinciis, non tam miniſterii cauſa, quam afflictationis & cruciatus, condemnati. Ad extremum autem alii eorum, quos nec recenſere quiſquam poterit (ſtrenuæ enim illorum & viriles res geſtæ omnem dicendi facultatem evincunt) in alia certamina fortuito inciderunt: Hæc Euſebius, qui eamdem proſequens orationem, recenſet quoſdam inſignioris nominis hoc perſecutionis tempore decertantes, coronam martyrii tandem conſecutos, quorum a nobis ſuperius facta eſt mentio, præterquam Luciani presbyteri Antiocheni, de quo hæc ait (*a*). (*a*) *Euſeb. lib. 8. c. 25.*

Ex

PAGIUS *dente Conſulatum quandoque geſſit, quamvis neuter in Faſtis ſignatus appareat; cum tamen eo ſeculo nulli ſuffecti Conſules crearentur.* Hæc Card. Noriſius. Idem Euſebii locus Valeſium in Notis Euſebianis in tranſverſum egit. Ex eo enim collegit, *Peucetium* ter Collegam Maximini in tribus Conſulatibus ordinariis fuiſſe; cum credibile, inquit, non ſit, Maximinum alteri tertium Conſulatum tribuiſſe; ipſum vero ne ſemel quidem Conſulem extitiſſe.

V. *Opinio contraria confutatur.*

At hæc omnia ex iis; quæ jam ſtatui, facile ſolvuntur; liquetque, alia quidem Romæ ac in reliquo Orbe Romano ab anno Chriſti trecenteſimo ſeptimo, uſque ad annum trecenteſimum duodecimum fuiſſe Conſulum paria; ſed extra Italiam, diviſis licet plerumque Imperatorum animis, eoſdem tamen Conſules agnitos fuiſſe: & ubi inter eos convenire non potuit, adhibitam fuiſſe formulam *Poſt Conſulatum* inter Imperatorum diſcordias natam: nam ante præfatum annum nullibi ejus formulæ mentio. Ea Imperatorum diſcors concordia apparet ex edicto hoc anno a Galerio Maximiano paulo ante mortem ejus emiſſo, de quo infra. In ejus enim fronte hæc verba leguntur: *Imperator Cæſar Galerius Valerius Maximianus, Invictus, Auguſtus, Pontifex Maximus, Germanicus Maximus, Ægyptiacus Maximus, Thebaicus Maximus, Sarmaticus Maximus quintum, Perſicus Maximus, ſecundo Carpicus Maximus, ſexto Armeniacus Maximus, Medicus Maximus, Adiabenicus Maximus, Tribunitia Poteſtatis XX. Imperator XIX. Conſul VIII. Pater Patriæ Proconſul. Et Imperator Cæſar Flavius Valerius Conſtantinus, Pius, Felix, Invictus, Auguſtus; Pontifex Maximus, Tribunitia Poteſtatis V. Imperator V. Conſul, Pater Patriæ Proconſul. Et Imperator Cæſar Valerius Licinianus, Pius, Felix, Invictus, Auguſtus, Pontifex Maximus, Tribunitia Poteſtatis IV. Imperator III. Conſul, Pater Patriæ Proconſul: Provincialibus ſuis ſalutem.* Ideo autem in eo edicto Galerii Maximiani, Conſtantini & Licinii nomina leguntur, quia eorum conſenſu datum fuit. Quod ſi communi conſenſu edictum illud emiſere, cur non & communi conſenſu Conſules ordinarios deſignavere? Et *Maximinum* in deſignatione Conſulum ab illis non diſſenſiſſe ex eo liquet, quod Lactantius mox citandus tradat, poſt Galerii Maximiani mortem diſcordiam Licinium inter & Maximinum ortam fuiſſe. Quare ante eam mortem inter eoſdem conveniebat.

VI. *Ea ſententia magis refellitur.*

Nec aliquis ex Imperatoribus *Galerio Maximiano* ſeniori Auguſto, præ quo ipſi Cæſares tantum videbantur, ut ex iis, quæ anno CCCXIII. dicemus, clarebit, in diſpoſitione Conſulari repugnare auſus fuiſſet, quemadmodum nec *Maximiano Herculio*, poſtquam Imperium reſumſit, & antequam ei a Conſtantino Magno purpura detracta eſſet. Hinc, ut ſupra vidimus, Galerius Maximianus in Nummis *junior Auguſtus* vocatus, & Maximianus Herculius *ſenior Auguſtus*. Certe ſicut Idacius in Faſtis, & Auctor libelli de Præfectis, Conſules qui in Italia, ubi Maxentius Tyrannus regnabat, Faſtis nomen dedere, memorarunt, ita aliquis ex Antiquis Conſules a Licinio & aliis junioribus Auguſtis *deſignatos deſcripſiſſet*, ſi vere ab eis creati fuiſſent. Imo cum Idacius in Faſtis tam Conſulum qui in Italia annum aperuerunt, quam Conſulum qui in reliquo Orbe Romano agniti ſunt, mentionem faciat; non dubium, quin ſi alii Conſules ordinarii nominati fuiſſent, eorum idem Idacius meminiſſet. Dico Conſules *ordinarios*; quia quemlibet Imperatorem Conſules ſuffectos deſignaſſe, ideoque & Maximinum tres ſuffectos Conſulatus in Peucetium contuliſſe indubitatum videtur. Hinc in Faſtis Græcis a Dodwello in Appendice ad Diſſertationes Cyprianicas publicatis per hæc tempora aliqui Conſules leguntur, quorum reliqui Faſtorum conditores tacent, quia nempe ii tantum Conſulatum ſuffectum geſſere, licet eos Conſules ordinarios fuiſſe Dodwellus perperam arbitratus fuerit; non advertens in iiſdem Faſtis non raro Conſules ſuffectos pro ordinariis obtrudi.

VII. *Conſules ſuffecti uſque ad Cpolim conditam duraſſe videntur.*

Per hæc vero tempora Conſules ſuffectos creari ſolitos certum eſſe debet, cum Conſulatus a Licinio currenti anno geſtus ſuffectus tantum extiterit, ut numero præcedenti demonſtravi. Conſules autem ſuffectos Diocletiano & Maximiano Herculio imperantibus adhuc viguiſſe oſtendit ſecundus Conſulatus Fauſti ordinarius anno CCXCVIII. & ſecundus Titiani anno CCCI. etiam ordinarius ab utroque geſtus, quorum prior Conſulatus nonniſi ſuffectus aut honorarius fuit, cum in nullis Faſtis legatur. Quod ſi primus Licinii Auguſti Conſulatus ſuffectus fuit, non dubium, quin & ſecundus Maximini Auguſti ſuffectus etiam fuerit. Quod Conſulatus genus duraſſe videtur uſque ad Conſtantinopolim conditam, Conſuleſque ordinarios a Conſtantino tunc annuos redditos.

VIII. *Quinquennalia Imp.*

Ceterum *Rufinus* ille, qui hoc anno cum *Euſebio* Conſul ordinarius in Italia fuit, alius eſt a *Rufino Aradio* anno CCCIV. *Urbis præfecto*, ut ex iis, quæ hoc anno, num. 1. *in medium* adduximus, manifeſtum fit. Docte porro obſervavit Card. Noriſius *in litteris* ad me nuper ſcriptis, in titulo laudato decreti a Galerio Maximiano dati, *Imperatoris* titulum juxta *numerum victoriarum* multiplicari; ſi enim numeres victorias, e quibus eum titulum iteravit, invenies eas eſſe XIX. cum tamen Galerius Maximianus ibidem *Imp. XIX.* appelletur, ubi titulus Imperatoris, qui imperii initio Auguſtis dabatur; etiam antequam hoſtes viciſſent, in ſummam confertur. Galerii Maximiani, Licinii, & Maximini Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam ſumtus. In hunc enim annum Imperii Cæſarei Galerii Maximiani *Vicennalia* incidebant, quæ tamen

III. Luciani res gestæ & martyrium.

Ex martyribus autem Antiochiæ, Lucianum illius Ecclesiæ presbyterum, piis vitæ institutis facile præstantissimum, qui Nicomediæ, etiam Imperatore præsente, cœleste Christi regnum, primum sermone per Apologiam, deinde rebus gestis palam prædicavit: Hæc ibi; inferius (*a*) vero Apologiam ab eo recitatam coram illius urbis Præfecto, tradit his verbis: *Lucianus item Ecclesiæ Antiochenæ presbyter, vir cum aliis rebus omnibus facile primus, tum continentia eximius, tum in sacris disciplinis diu multumque exercitatus, ad civitatem Nicomediensium, in qua tunc Imperator commoratus est, deductus, cum coram urbis Præfecto Apologiam pro Christi doctrina, cujus patrocinium fusceperat, recitasset; in carcerem conjectus est, ibique trucidatus:* Hæc ipse. Porro contigisse martyrium Luciani, postquam Petrus Episcopus Alexandrinus eo coronatus jam fuerat, tum ex iis quæ novissimo loco ab Eusebio de Luciano post martyrium Petri narrata sunt, tum ex rebus gestis (*b*) ipsius, & quidem germanis, scriptorum perpetua memoria commendatis, manifeste apparet; quorum etiam auctoritate constat, ipsum subiisse martyrium sub Galerio Maximiano, non autem Maximino, nempe hoc anno, septima Januarii, cum adhuc idem Maximianus superstes esset.

(*a*) *Idem lib. 9. c. 5.*

(*b*) *Metaph. die 7. Januar. ex quo Lipom. & Sur.*

IV. Lapsi revocati ad certamen.

Cæterum cum antea sæpe idem Lucianus furentem persecutionem caute declinasset, & ab iis, qui eum quærebant ad necem, se subtraxisset; demum proditus a quodam Pancratio presbytero hæresis Sabellianæ, a persecutoribus tentus est. Quid vero quamque egregie erga lapsos operatus sit in via, cum captivus duceretur, in iisdem Actis sic describitur: *Cum autem Lucianus, dum deduceretur, venisset in Cappadociam, & convenissent quosdam illic milites, qui erant quidem Christiani, coacti autem fuerant abnegare; eorum mentem revocavit, ostendens & exponens, quod sit omnium turpissimum, viros eosque milites, videri igna vos ac pusillanimes, & ad mortis periculum adeundum timidissimos, quibus quædam jam fœminæ atque adeo pueri fuere superiores. Quomodo autem vos, inquit pro Rege caduco, & terreno pericula adibitis, qui cœlestem tam cito prodideritis? Quod autem vobis erit munimentum aut præsidium salutis, si ille vos mox hinc accersierit? Non cogitatis eum hoc universum & regere & administrare, illumque esse & vitæ dispensatorem, & mortis dominum? Est ergo longe melius præsentem vitam minus curantes, consequi quæ apud illum numquam desinit beatitudinem, quam vitam, quæ hic est, amplectentes, ab hac nihilo secius excidere; ut qui forte sitis, & hac privandi ab hostibus, & illam non assecuturi, & præterea daturi pœnas puniendi immortales. Illi ergo cum hæc audissent, resipuerunt, eosque pœnituit se negasse. Et cum rursus ad se rediissent, & libere esset locuti, plurimi propter Christum mortem subierunt, cum esset non pauciores numero quam quadraginta; nonnulli autem cum decertassent adversus omnia genera suppliciorum, vixerunt adhuc, cum nihil turpe & ignavum præsetulissent in secunda experientia, sed prius quoque judicium negationis invicta deinceps pro pietate constantia delevissent:* Hæc ibi

ibi de lapsis ad martyrium restitutis. Nicomediam pariter cum perductus Lucianus esset, nonnullos itidem lapsos, quos ante novisset paucorum dierum pœnitentia Ecclesiæ restituendos curavit.

V. Lucianus longo martyrio vitam ducit.

Audivit eum Maximianus trans velum positum; tumque Apologiam pro Christiana religione dixisse putamus. Verum cum blandimentis valde sed frustra pertentatus fuisset, mors illi longa decernitur, & in carcere; de cujus supplicii genere apud Origenis (*a*) commentarios in Job (ut ex hoc ipso saltem cognoscas alterius potius auctoris opus illud esse, quam Origenis, qui longe ante hæc tempora ex hac vita decessisset) præclarum extat elogium in hæc verba conscriptum: *Quod autem secundum ipsam historiam testis lacerati atque pernecati fuerint sancti martyres, manifestum est atque irrefutabile. Nam post universa tormenta recludentes eos in carceres, & testas pollinas in eis sternentes, per quatuor partes eos impii ipsi extendentes, crudeli morte eos pernecabant. Ita consummatus est beatus atque gloriosus Lucianus, lucidus vita, lucidus & fide, lucidus etiam tolerantiæ consummatione; ob hoc enim Lucianus cognominatus est, tamquam lucidus, aut proprio lumine sibi fulgens, aut aliis prælucens. Hic namque beatus duodecim diebus supra testas pollinas extensus tertiadecima die est consummatus; alii quoque innumeri sancti martyres eodem modo mortem trahentes, consummati sunt:* Hucusque ibi; quibus quidem Acta ejus martyrii, quæ hactenus extant (*b*), in omnibus germana atque legitima esse demonstrantur; nam hæc eadem de ejus martyrio egregie expressa habent.

(*a*) *Orig. in Job. lib. 2.*

(*b*) *Apud Metap. die 7. Januar.*

VI. Dira pati cogitur Lucianus.

Insuper præclarum de eodem exemplum, quonam pacto eo situ, quo super testas jacebant, Deo obtulerit sacrificium (ut rem egregie testatam, dignumque antiquitatis monumentum) his pariter conjungamus; sed primum quo situ quove modo ipsum contigerit in carcere super testas jacere, ex iisdem Actis hic recitemus; etenim post enarrata complura de martyre, hæc ibi leguntur: *Cum eum ergo accepissent ii quibus hoc erat imperatum, ipsum multis & variis affecere cruciatibus, quibus erat quidem gravem accepturus dolorem, longo autem tempore, in pœnis duraturus. Et nunc quidem in cippum (est autem hoc tormenti genus oblongum) ambos ejus pedes immittebant, ad quatuor distrahentes foramina; quod quidem est in hoc supplicio gravissimum, cum utrinque coxendices violenter e suis moveantur articulis: Nunc autem in toto dorso graves testarum aculeos densos & continuos maligno animo susternebant; & ut ne liceret quidem viro justo se vertere, & ne moveri quidem, dum talibus saueiaretur aculeis; ejus manibus extensis, eas vinciebant in quodam ligno, quod erat positum super ejus caput. Quinetiam aliis quoque multis cum afficiebant probris ac contumeliis, & eum etiam arcebant ab omni cibo, nisi vellet vesci iis quæ ab ipsis sacrificabantur; ea enim affatim porrigebant. Ille autem maluisset subire mortes vel innumerabiles, & lubentius manens jejunus, paulatim a fame esset consumptus, quam vel illorum solum passus esset conspectum. Sic igitur permansit Christi servus, qui a fame consumebatur, totos quatuordecim dies faciens consueta, & verbis doctrinæ animum addens iis, qui pro Christo erant inclusi in carcere, & eos confirmans constantissimis & perpetuis precibus.*

VII. Lucianus quid ad suos.

Cum autem aliquot jam dies transissent, ex quo eo modo, quo diximus, affligebatur, & jam appropinquaret quidem dies festus Theophaniorum; discipulos autem (jam enim plures ei aderant ex Antiochia & ex aliis locis congregati) subiisset tristitia; reputantes fore, ut, eis statim relictis, abeat quidem magister, non valens resistere diuturnæ illi fami, ipsi autem nequaquam digni censeantur, qui Theophaniæ diem festum cum eo celebrent; videbatur enim eis esse adhuc valde remotus, & non posse magistri corpus usque ad eum diem sufficere, utpote quod inedia illum jam magna ex parte consumpsisset, ille inclytus eos consolans, jubebat esse bono animo: Ero enim (inquit) vobiscum, & diem festum Theophaniorum vobiscum celebrabo; recedam autem postridie. Ad effectum autem deductum fuit id quod dixerat, aperte in hoc divina ostensa virtute. Cum ergo advenisset dies festus, qui expectabatur; desiderabant quidem di-

IV. Cæsarum cum antea sæpe idem Lucianus furentem persecutionem caute declinasset, & ab iis, qui eum quærebant ad necem, se subtraxisset; demum proditus a quodam Pancratio presbytero hæresis Sabellianæ, a persecutoribus tentus est. Quid vero quamque egregie erga lapsos

men in annum sequentem distulit, ut mox ex Lactantio videbimus, Consulatu interim suscepto. Incidunt & in hunc annum *Quinquennalia* Imperii Cæsarei Licinii & *Quinquennalia* Imperii Augustei Maximini, & ex Consulatu suffecto ab utroque inito intelligimus utrumque exeunte anno CCCVII. Augustum appellatum fuisse; *Licinius* enim non multo postquam Cæsar renuntiatus est, Augusteam dignitatem obtinuit. Quemadmodum itaque *Gallienus* junior Cæsar anno quinquennalibus suis addicto Consulatum suffectum capessit, ita *Maximinus* & Licinius hoc anno, quo similia solennia edere debebant, Consulatu suffecto contenti fuere.

IX. *Constantinus Maximi nomen obtinet.*

Exhibuit & *Quinquennalia* Augustei Imperii Constantinus, & in Galliis, ubi imperabat, *Maximi* nomine insignitus est. Mediobarbus enim pag. 462. Nummi Costantini producit inscriptum: CONSTANTINUS P. F. AUG. in postica: VOTIS V. MULT. X. P. TR. id est, *percussa*, scilicet moneta, *Treviris*. In duobus aliis ibidem recitatis habetur: IMP. CONSTANTINUS MAX. P. F. AUG. in postica: VOTIS V. MULT. X. VICTOR. in alio: CONSTANTINUS MAX. AUG. in postica: VOTIS V. MULT. X. Si prior Nummus, in quo *Maximus* non dicitur, Imperii ejus Augustei initio cusus non est, non dubium, quin ad annum præcedentem, quo eum Imperii Cæsarei Quinquennalia dedisse ibidem diximus, pertineat. Sed quidquid hac de re sit, Constantinus in Quinquennalibus hoc anno celebratis, *Maximi* titulum in Galliis accepit, quem Romæ nonnisi anno sequenti post devictum Maxentium, ut optime Mediobarbo observatum, obtinuit. Duos enim postremos Nummos in Quinquennalibus percussos certum; cum ipso imperii initio ob Galerium Maximianum seniorem Augustum tunc valde formidandum, *Maximi* nomen Constantinus sibi attribuere ausus non fuisset Eboraci, ubi purpuram induit; unde & literas laureatas ad Galerium Maximianum, ut suam nuncupationem gratam habere vellet, misisse diximus. Porro de præcedentium Augustorum more Constantinus in hac festivitate novum titulum assumsit.

X. S. *Luciani martyrium.*

A num. III. ad XV. S. *Luciani* Presbyteri Antiocheni martyrium anno tantum sequenti contigit. Cum enim passus sit septimo Januarii die, & post S. Petri Alexandrini necem, quæ hoc anno die XXV. Novembris accidit, non dubium, quin *Lucianus* anno tantum sequenti martyrio coronatus fuerit. Unde recte Eusebius & Hieronymus Luciani martyrium sub Maximino posuere, quod Baronius in notis ad Martyrologium Romanum etiam scripserat, & Meta-

taphrastem & Suidam, qui eum sub Maximiano occubuisse scribunt, jure merito reprehenderat; quos tamen postea perperam in Annalibus secutus est. Neque enim *Lucianus* sub Galerio Maximiano currenti anno demortuo pati potuit, si ejus martyrium anno sequenti contigit. Eusebius lib. 8. cap. 13. illud retulit; sed turbato ordine temporum, lib. vero 9. cap. 6. distinctius notat tempus, quo occisi sunt Petrus Episcopus Alexandrinus & Lucianus, ut observat Valesius in Notis, nempe sub Maximino, & quidem Nicomediæ, *in qua tunc civitate Maximinus morabatur*, & postquam jam Lucianus morti traditus fuerat. Ruinartus in Actis sinceris Martyrum pag. 561. hanc opinionem, quam cum Valesio jam secutus fueram, amplectitur licet memoriæ lapsu neutrius meminerit.

XI. *An in hanc resim incideri.*

Non tantum Baronius, sed etiam Schelstratius in Dissert. III. de Sacro Concilio Antiocheno cap. 2. aliique Viri docti S. *Lucianum* ab hæreseos suspicione liberare conati sunt; sed cum nihil præter conjecturas suas afferant, fides non videtur deneganda *S. Alexandro* Episcopo Alexandrino; qui in epistola ad Alexandrum

scipuli hanc ultimam a magistro consequi mysterii divini celebrationem. Videbatur autem esse dubium, quonam modo mensam quidem in carcerem inferrent, aut latere nt impiorum oculos, cum multi quidem tunc partim illic adessent, partim autem accederent. Ille vero: Mensa quidem (inquit) erit nobis hoc meum pectus, non (ut arbitror) Deo futura minus honesta ea quæ fit ex inanima materia. Templum autem sanctum vos mihi eritis, me omni ex parte circumdantes. Et sic hæc facta quidem sunt hoc modo.

VIII. Lucianus stratus obtulit sacrificium.

Jam enim, ut quod esset facturus in fine vitæ, remissi erant custodes (Deo, ut ego quidem arbitror, qui martyrem honorare volebat, & suorum discipulorum non sustinebat inconsolabile videri desiderium, efficiente) ut citra impedimentum fierent ea quæ erant proposita. Nam cum omnes eos martyr fecisset in orbem consistere, ut inter se invicem alter prope alterum stantes eum tuto comprehenderent; jussit suo pectori imponi signa divini sacrificii. Postquam autem hæc fecissent, & in cælum protinus sustulit obtutum cum jam vix posset extollere, preces peregit consuetas. Deinde cum divina plurima esset effatus, & sacro ritu omnia peregisset proposita; & ipse fuit particeps sacramentorum, & transmisit ad eos qui aberant, ut ipse quoque ostendit in ultima ad eos epistola. Et hunc quidem diem cum eis transegit, ut erat pollicitus.

IX. Luciani felix exitus.

Postridie autem cum venissent quidam ab Imperatore, visuri an adhuc viveret (videbatur eis valde mirandum, quod vitam hucusque produxisset) postquam prope stantes aspexit eos qui advenerant; cum se, quantum poterat, extendisset, & ter dixisset: Sum Christianus; simul cum ultima voce emisit spiritum: Hæc ibi. Porro admiranda quæ secuta sunt, postquam corpus ejus alligato illi lapide projectum est in mare, & delphini obsequio littori restitutum, Acta ipsa fusius explicant.

X. Luciani scripta.

Quid præterea de ejus lucubrationibus iisdem Actis scriptum habeatur, hic reddimus: *Is ergo cum vidisset sacros libros esse valde adulteratos; cum & tempus multa in eis corrupisset, continuaque ab aliis in alia translatio; & quidam homines sceleratissimi, qui Gentilitati præerant, conati essent pervertere eorum intelligentiam; ipse omnes rursus sumpsit, & ex lingua renovavit Hebraica, quam ipsam quoque sciebat accuratissime, in eis corrigendis plurimum laboris conferens.* Sed & Suidas de eo cum agit, ejus vitæ institutum ac lucubrationes, ex ejusdem Actis acceptas, recenset in Historicis. Rursum de ejus laudata vigilantia in sacris litteris hæc habet S. Hieronymus (*a*): *Tantum in litterarum studio laboravit, ut usque nunc quædam exemplaria Scripturarum, Lucianea nuncupentur.* Eis namque omnes Ecclesias, quæ ab Antiochia Constantinopolim usque interjacent, uti consuevisse, idem auctor (*b*) affirmat. Totus enim orbis Orientalis tripliciter distinctus, triplici utebatur editione distincte. Nam, ut ait, *Alexandria & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem: Constantinopolis usque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat; mediæ inter has provinciæ Palæstinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgaverunt; totusque Orbis hac inter se trifaria varietate compugnat:* Hæc ipse, qui harum trium Vulgatam atque Communem, κοινὴν dictam esse Palæstinam editionem affirmat (*c*).

(*a*) Hier. de scr. eccl. in Luciano.

(*b*) Hier. epist. 107. & apolog. adversus Ruffinum.

(*c*) Idem epist. 135.

Feruntur rursum ejusdem Luciani (inquit idem Hieronymus *d*) *de Fide libelli, & breves ad nonnullos epistolæ.* Fuit illi ab epistolis Antoninus eruditissimus ejus discipulus, ut ipsius martyrii citata superius Acta testantur. Quod vero pertinet ad libellos Fidei, quorum S. Hieronymus meminit; eidem plane accidit, quod contigisse superius diximus Magno illi Gregorio Episcopo Neocæsarienſi, cognomento Thaumaturgo, & (quod magis proprium est exemplum) Dionysio Alexandrino. Dum enim in adversarios conciti nimis feruntur, lineam visi sunt esse transgressi rectæ sententiæ; dum inquam, cum Dionysius, tum Lucianus acerrime Sabellii hæresim oppugnarent (hic enim ejus rei causa, ut dictum est, a Pancratio Sabelliano presbytero Gentilibus eum quærentibus proditus est) uterque creditus est materiam Ario præparasse. Unde accidit, ut sicut in Dionysium, ita pariter in Lucianum Patres sanctissimi

XI. De Luciani libellis fidei.

(*d*) Hier. de scr. eccl. in Luciano.

(*a*) Apud Theo. lib. 1. c. 4.

(*b*) Mar. Vict. adv. Arian. lib. 1.

(*c*) Apud Epiph. hær. 69. & Theo. l. 1. c. 5.

mi conclamarint, adeo ut ipsos Arianos, Lucianistas appellarint a Luciano, ut fecisse videtur Alexander Episcopus Alexandrinus (*a*) scribens ad Alexandrum Episcopum, Marius Victorinus (*b*), & fortasse alii. Nam gloriabatur & Arius tali auctore; ac proinde suæ hæresis sectarios, Collucianistas dicere consuevit (*c*) ut qui jactarent se esse discipulos Luciani martyris celeberrimi.

XII. Lucianus defenditur.

Verum quod ad Dionysium pertinet, de eo præter illa quæ in Notis ad Romanum Martyrologium dicta sunt, superius quoque secundo tomo fusius est pertractatum. De libello autem fidei Luciani ab Arianis citari solito, in iisdem Notis suo loco monstravimus esse Catholicæ fidei consentientem, utpote Filii unius cum Patre substantiæ assertorem; sed idcirco ab Arianis tamquam sibi faventem solitum recitari, quia in eo Lucianus Consubstantiale verbum omiserit, quod postea ad eludendas (*d*) varias Arianorum strophas in Concilio Nicæno appositum, usitatius inter Catholicos esse cœpit. Sed Luciani libellum de Fide suo loco inferius opportune ponemus. At de Luciano omnis prorsus cesset dubitatio; cum ipse S. Athanasius (*e*), ut hominem a Catholicorum partibus stantem, dum agit de ejus editione, Lucianea appellata, ejusmodi laudet elogio: *Septima & postrema sancti Luciani magni, religiosi, & martyris est; qui & ipse cum in prædictas versiones & Hebraicos libros incidisset, & diligenter quæ veritati deerant, vel superflua aderant, inspexisset, ac suis quæque locis correxisset; versionem hanc Christianis fratribus edidit; quæ sane post ejus certamen & martyrium, quod sub Diocletiano & Maximiano tyrannis sustinuit, libro videlicet, propria ipsius manu conscripto comprehensa, Nicomediæ sub Constantino Rege Magno apud Judæos in pariete armario calce circumlinito, ubi custodiæ gratia posita fuerat, inventa est:* Hæc Athanasius. At de his iterum fusius agemus inferius, cum epistola illa Alexandri eo anno, quo scripta est fuerit recensenda.

(*d*) Athan. in decret. contra Arian.

(*e*) Athan. in Synopsi in fine.

XIII. Quod vero Athanasius ait passum sub Maximiano Lucianum, de Galerio Maximiano intelligendum est; nam ille Maximianus Herculius jam longe ante diem obierat; (vel quod alias sæpe superius dictum est) cœpta semel Diocletiani & Maximiani nomine persecutio, eadem, licet ipsis extinctis, usque ad decennium est appellata. Porro hic Galerius Maximianus apud Eusebium Maximinus semper appellatus invenitur; unde & factum est, ut Lucianus sub Maximino a S. Hieronymo passus dicatur, qui in hunc annum excitatam a Diocletiano persecutionem propagavit, quo & (ut dicemus) Ecclesiæ pacem reddidit.

De tempore martyrii Luciani.

Reliquit post se Lucianus complures discipulos; quorum licet nonnulli sequi se magistri vestigia mendaciter atque petulanter gloriarentur; re vera tamen Arii imbuti sunt postea disciplina, sed antea idololatria maculati; de quibus hæc apud Nicephorum (*f*): *Hujus discipulos esse dicunt Eusebium Nicomediensem, Marinum Chalcedonensem, Theognidem Nicænum, Leontium, qui deinde Antiochiæ Episcopus fuit, Antonium, vel Antoninum Tarsi Ciliciæ Antistitem, Numerium, Eudoxium, item Alexandrum, & Asterium Cappadocem, quos ad Græcorum superstitionem deflexisse fama est, tyrannorum crudelitati cedentes; postea autem lapsui & errori, opem ferente eis ad pœnitentiam præceptore, renuntiasse; quamvis iterum non idem sibi cum magistro sentiendum esse delegerint, Arii opinionem ex professo complexi.* Recensentur & fœminæ quoque ab eo disciplina excultæ, hæque numerantur in Actis ipsius; Eustolia, Dorothea, Severa, & Pelagia martyr Antiochena.

(*f*) Niceph. l. 8. c. 31.

XIV. Discipuli Luciani degeneres.

His igitur de Luciano Nicomediæ passo narratis (quod hic annus decimus & ultimus persecutionis censeatur) reliquos ibidem diversis temporibus martyres passos, quorum certum passionis tempus, quod sit exploratum, non licuit certo anno superius consignare, hic attexere dignum existimamus, ac primum duorum puerorum admirandum plane certamen, quod iisdem Luciani germanis Actis conscriptum habetur his verbis: *Maximianus cum duos quosdam pueros genere fratres, illustri loco natos, curasset sistendos; primo quidem conabatur eos*

XV. Duorum puerorum certamen.

PAGIUS Cpolitanum Episcopum a Theodoreto lib. 1. cap. 4. relata, postquam de Paulo Samosateno Antiochiæ Episcopo locutus est, ait: *Cui succedens Lucianus pluribus annis a communione trium Episcoporum sese abjunxit.* Causa itaque schismatis Luciani fuit doctrina Pauli Samosateni, quam defendebat; cujus gratia diu separavit se a tribus Episcopis Antiochenis, Domno sc. Tymæo, ac Cyrillo, qui sibi invicem successere. Certe Theodoretus, postquam hanc Alexandri, qui Luciani temporibus vixit, ejusque doctrinam ac discipulos apprime noverat, epistolam retulit, diserte affirmat, eum nulla in re mentitum esse, sed veritatem ingenue protulisse. Accedit testimonium Epiphanii in hæresi 43. quæ est Lucianistarum, ubi *Lucianum* hunc, de quo loquitur Alexander Arianæ hæresi patrocinatum fuisse, & ab Arianis pro Martyre habitum scribit. Præterea discipuli ejus, quos recenset Philostorgius, quique se *Conlucianistas* vocabant, Ariani erroris labe omnes infecti fuere.

XII. Fuit longe ante schismatis ejus.

Sed videamus quid de illo narret Alexander. Ait primo Lucianum successisse *Paulo Samosatensi* tempore id est; erroris illius successorem fuisse. Illum autem familiarem fuisse *Pauli Samosateni* credibile est; fuit enim & ipse oriundus ex urbe Samosatensi, (quæ urbs Syriæ ad Euphratem fluvium) ut legitur in ejus Vita. Et cum *Paulus* ex ea urbe ad Antiochensem Episcopatum evectus est, *Lucianus* quoque Ecclesiæ Antiochiæ Presbyter fuit. Ætas quoque utriusque in idem fere tempus incurrit; Paulus enim Aureliani temporibus depositus est, & post depositionem diu superstes vixit. Ponamus ergo, illum ad Cari usque tempora perveniſſe, ab hinc ad martyrium Luciani anni sunt plus minus viginti quinque. Ex quo apparet, Paulum ac Lucianum eodem oppido ortos & ejusdem urbis Sacerdotes, iisdem quoque vixisse temporibus. Ceterum hujus verbi, ἀποσυνάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκόπων vim non intellexere Interpretes; quos secutus Baronius ad annum CCCXVIII. scribit, *Lucianum* a tribus Episcopis sibi continue succedentibus, Ecclesia ejectum fuisse. Atqui hoc non dicit Alexander, sed tantum ait, *Lucianum* schisma fecisse in Antiochensi Ecclesia, & sub tribus Episcopis sibi continue succedentibus Collectas seorsum celebrasse. Id enim significat vox ἀποσυ-

quibusdam promissis inescare, quibus existimabat pueros maxime alliciendos; post ea jussit eis afferri ex iis, quæ erant apud ipsum, sacrificiis, & quæ, videntibus pueris, sacrificaverat; ut & gustarent, & nullis malis afficerentur. Illis autem aversantibus & deflentibus, &, ut poterant, lingua eis balbutiente dicentibus quod non sic didicissent a parentibus, sed alius esset modus, quo ii utebantur; minatus est, ab ira mutatus; quinetiam variis eos affecit verberibus. Cum vero pueri fortiter resisterent, & nullo modo cederent, eos utique divina roborante virtute, quidam e Sophistis, qui illic aderat simul cum Imperatore, & ad hæc eum maxime incitabat, & inducebat, pollicitus est se statim effecturum, ut ipsi comederent; ridiculum enim esse dicebat, si a pueris adhuc balbutientibus viderentur superari Romani Imperatores. Tale quid ergo machinatur.

XVI. Pueri sinapismo cruciati.

Cum sinapis quamdam acutissimam, & toleratu difficillimam excogitasset confectionem, eorum quidem capita pilis nudavit; cum autem medicamenti id quod erat crassissimum illevisset, ut ex majore materia repentina, & major simul virtus profundum penetraret, in igne accensum eos intulit balneum. Hoc in loco pueri, cum veluti quodam fulmine icta essent eorum capita, hac ipsa hora fuerunt inclinati ad solum usque; nec multo post cadens eorum ætate minor, prior est mortuus, cum non potuisset resistere magnitudini flammæ accensæ in calvaria. Cum autem alter vidisset fratrem cecidisse, quam maxima potuit voce, bona verba est effatus, fratris exultans victoria, eumque amplexatus est, & osculatus, & eum proclamavit victorem, assidue exclamans: Frater mi, vicisti: donec hoc dictum eloquens, eumque complectens & osculans, ipse quoque expiravit, & jacuit, fratrem jam ulnis tenens. Accidit autem illo tempore hæc perpessio maxima, & iis qui videbant, maxime miserabilis, ipsa quidem certe ætate attrahente plurimorum animos ad misericordiam. Et eos quidem hi qui ad ipsos genere attinebant, cum sustulissent, sepelierunt cum aliis pueris propter causæ communitatem. Et hoc est Martyrium (nempe Ecclesia martyrum) *circa Nicomediam, quod nominatur Martyrium infantium, usque in hodiernum diem:* Hæc de iis Luciani Acta.

Quod vero ibi tum Diocletianus olim, ut dictum est, postea vero Galerius Maximianus degere consueverunt; inde accidit, ut Nicomedienses civitas præ cæteris aliis haberetur celebris sanctorum martyrum carnificina. Nam præter illos de quibus superius, ab ipso propemodum persecutionis exordio, mentio facta est, alii complures insigniores martyres Nicomediæ passi habentur, nempe Juliana Africani filia, virgo insignis, passa sub Evilasio præfecto, Cyriaca, & quinque aliæ virgines, Philoterus filius Paciani Proconsulis, Cyprianus olim magus, atque Justina virgo, itemque alii viginti martyres; ibidemque Pantaleon medicus quoque; Hermolaus presbyter, Hermippus atque Hermocrates fratres insigne pro fidei confessione certamen obeuntes, martyrii palmas acceperunt. Sed & Pancharius civis Romanus ibidem passus est, Pastor quoque, Victorinus, & socii; itemque Anicetus, & Photinus fratres, ac cum eis alii plures donati sunt in eadem civitate martyrii corona, ut Agathonicus atque Zoticus cum sociis. Quinetiam præclarum ibidem edidit specimen fidei confessionis Hadrianus una cum aliis vigintitribus, qui omnes post alia tormenta, crurifragio interempti sunt.

XVII. Martyres passi Nicomediæ.

Porro cum horum, quos Nicomediæ passos esse recensuimus, extent martyrii Acta; omnes tamen certis diebus, quibus eorum natalitia celebrantur, adscripti sunt tabulis Ecclesiasticis, sicut & illi quoque, qui in ejusdem Bithyniæ provinciæ civitate Chalcedone necati sunt, nempe illustris martyr Euphemia; sed & Sosthenes quoque, & Victor sunt ibidem coronati, necnon Solocanus ac socii milites; auctus est etiam numerus Chalcedonensium martyrum undequinquaginta militibus, qui post certamen Euphemiæ damnati ad bestias, sed divinitus liberati, gladio percussi sunt. In eadem pariter provincia passus habetur Eutonomus Episcopus, ex Italia illuc accedens. Tres itidem virgines sorores, Menodora, Metrodora, & Nymphodora, ibidem sub Frontone Præside passæ reperiuntur. Nicæe quoque in Bithynia Cyrilla virgo sub Priscilliano Præside perdifficile certamen subiens, superatis tormentis, victrix coronam accepit. Diomedes medicus ibidem pariter coronatus est.

XVIII. Martyres passi Chalcedone & alibi.

Tunc etiam Byzantii Acacius Centurio ad-

XIX.

PAGIUS ἀντισυνάγωγος. Itaque Epiphanius Scholasticus non male hunc locum interpretatus est hoc modo, *cui succedens Lucianus, extra Synagogas mansit plurimo tempore*, ut ostendit Valesius loco laudato, ex quo hæc accepimus, qui addit, laudandum quidem esse Baronium, qui Martyrem Christi nefandæ hæreseos suspicione liberare conatus sit, sed veritatem cunctis rebus anteponendam esse. Tandem vero ad unitatem Ecclesiæ reversus est Lucianus, ut ex Alexandro colligitur. Neque enim eum usque ad exitum vitæ in schismate mansisse scribit, sed tantum longo tempore separatum fuisse. Luciani Acta a Bollando in Actis Sanctorum die VII. Januarii illustrata.

Martyres in Thracia passi.

admirandum edidit Christianæ constantiæ experimentum. Eleutherius quoque martyr eamdem civitatem, fuso in ea sanguine, illustravit, sicut & Mutius martyr, cujus memoria extitit posteris celeberrima. Hadrianopoli vero Maximus, Theodorus, & Aselepiodotus eadem persecutione insigniter decertantes martyrii coronam consecuti sunt. Cyzici vero in Hellesponto tunc itidem passi sunt nobilissimi martyres Fausta virgo & Evilasius, alia vero die Sisinius martyr. Sed & Cleonicus, Eutropius, & Basilicus eodem tempore necati sunt. Meminisse hic oportuit Agapeti Synadorum Episcopi, de quo hæc habet Suidas (*a*): *Agapetus Synadorum Episcopus, quem Eusebius Pamphili multum celebrat, mentionem faciens ingentium ejus miraculorum, ut sunt translationes montium & fluminum, & mortuorum resuscitationes; quem, dum miles esset, Maximinus occidere voluerit, quod multos ejus facta supra modum mirari videret:* Hucusque Suidas; sed cum apud Eusebii quæ extat, historiam, hujusmodi nequaquam legantur, ea accepisse existimamus ex aliquo illorum commentariorum, quos ejusdem auctoris recenset (*b*) nobis autem incomperto.

(*a*) *Suid. hist. in Agapeto.*

De Agapeto Episc. Synadorum.

(*b*) *Suid. in Euseb. Pamphil.*

XX. Minoris Armeniæ martyres.

At nec tacendum de iis, qui in Armenia passi sunt martyres, qui enim Romano Imperio subjacebant, eadem quoque persecutionis procella vexati sunt. Sebaste in primis Acacius presbyter, septemque mulieres, diris simæ excruciati sunt sub Præside Hirenarcho, qui admiratus constantiam martyrum, divina luce mente perfusus, & ipse credens, una cum Acacio securi percutitur. Quo etiam tempore ibidem Athenogenes Episcopus, decemque ejus discipuli, idem certamen magna cum gloria obierunt. Sebaste quoque pro Christi fide Eustratius, Auxentius, Eugenius, Mardarius, & Orestes sub Agricolao diversis locis martyrium consummarunt, quorum res gestæ ab Eusebio monacho scriptæ sunt, & Auracinis traditæ. Cum autem idem auctor in fine ipsorum Actorum hæc habeat: *Sanctissimus vero Episcopus Blasius cum sanctis accepisset reliquias, easque cum S. Orestis reliquiis composuisset, omnia implevit quæ ipsi mandata fuerant in testamento S. Eustratii, &c.* Hæc inquam, cum auctor tradat, constetque Blasium sub Agricolao Præside in Armenia martyrium consummasse, compellimur dicere, post dictos martyres ipsum coronatum esse martyrio, & tempore Licinii, quo idem Præses Agricolaus eidem præfectus provinciæ, complures sanctos martyres necavit, & inter alios quadraginta illos insignes milites Sebastenos, de quibus omnibus suo loco dicturi sumus.

XXI. In eadem quoque provincia Armeniæ

Satalis civitas insignior reddita est confessione, & sanguine gloriosorum militum Orentii, Herois, Pharnacii, Firmini, Firmi, Cyriaci, atque Longini. Melitinæ item Armeniæ urbe passi tunc sunt Hiero, Nicander, Hesychius, & alii triginta sub Lysia Præside: sed longe major ille militum numerus, nempe mille centum, & quatuor, qui una cum Eudoxio, Zenone, & Macario, ingenti gloria ex martyrio comparata, certamen fidei obierunt. Melitinæ itidem in Armenia Polyeuctus, Victor, & Donatus hac eadem persecutione necati sunt nobiles milites, licet alii Cæsareæ eorum certamen contigisse referant. In Actis Andreæ ducis exercitus, quorum meminimus, de Eutychio Polyeucti filio una cum aliis multis sub Antiocho Præside passis mentio quoque habetur. In Arabisso autem Cæsarius, qui fuit pater Eudoxii, coronatus est, cujus martyrium Suidas paucis perstringens, ait: *Cæsarius sub Maximiano martyrii corona est redimitus, quamvis prius indulsisset voluptatibus; sed priores maculas martyrii sanguine voluit eluere; nam utroque pede magnis clavis sex transfixo, in ignem est conjectus, & cum statim flammæ admotus expirasset, semiustulatum & integrum cadaver cognati ejus in agro quodam, Subelo nomine, condiderunt:* Hæc Suidas. Sed quam degener filius ejus a parente Eudoxius Arianorum omnium scelestissimus!

Alii Martyres Armeni.

In Superiori autem Armenia, cui Tyridates præerat, facta est ingens persecutio in ea Ecclesia, cujus postea Gregorius a Leontio Episcopo Cæsareæ Cappadociæ, de quo plura inferius, ordinatus est Episcopus. Non solum enim Gregorius ipse gravissima ab eodem passus est, sed & Ripsimes una cum sociis virginibus trigintatribus Deo dicatis pro tuenda castitate & fide, post dira tormenta necatæ sunt, inter quas Cajana aliarum monitrix celebrior prædicatur, quæ adjunctis sibi duabus sociis virginibus, crudelioribus tormentis exagitata, mirificum Christianæ constantiæ specimen edidit; cum Tyridates a numine ob immanem impietatem percussus insania tandem ope ejusdem Gregorii pristinæ mentis sanitati restitutus, quos ante fuerat persecutus, coluit Christianos, eosque omnibus officiis prosecutus est; cujus tempore magna facta est in ea regione ad Christianam religionem accessio, ipso etiam Rege ad Christum converso, adversus quem (ut dicemus) Maximinus diutius decertavit.

XXII. Martyres majoris Armeniæ.

Non inficias iverim Acta illa Gregorii complura habere quæ haud cunctis arrident in omnibus. Cæterum scimus ea citata esse ab Euthymio (*c*) accuratissimo auctore, cum ait: *Itaque S. etiam Gregorius magnæ Præsul Armeniæ ante omnes*

XXIII.

(*c*) *Euthym. in panopol. par. 3. tit. 20.*

Acta Gregorii Episcopi in Armenia.

omnes jussit Cruces ligneas quibusdam in locis a se collocatas adorari, ad easque tamquam ad sacra perfugia concurri; idque cum nondum esset Pontifex declaratus, easque nec absolutione, nec clavo, nec sanguine expiasset: Hæc ipse; est autem locus in Actis ipsius Gregorii his verbis expressus: *Itaque accensis lampadibus & cereis transfert capsas martyrum, & earum unamquamque proprius accipit locus, & divinus Gregorius signum Dominicæ passionis venerandam Christi Crucem, statuit in una quaque earum. Non autem solum sepulchra fuere ædificata, sed etiam templum, &c.* & paulo post: *Martyr igitur Crucem hic quoque statuit, & jubet multitudinem, quæ illic assidue versabatur, & eo ventitabat, prompto & alacri animi studio Deo cultum offerre per adorationem Crucis:* Hæc ibi de loco citato ab Euthymio, qui ex iisdem, ut ait, Armeniorum libris (sic enim vocat Acta Gregorii) hæc rursum citat: *Cum enim a dæmonibus ante baptismum agitarentur, decreverunt jejunare sexaginta dies. Deinde cum eos esset baptizaturus, triginta dierum jejunium illis præscripsit, ut in ipsis quoque Armeniorum libris memoriæ proditum est:* Hæc Euthymius, quæ quidem in iisdem Gregorii Actis habentur his verbis expressa: *Cum totos ergo triginta dies eis jejunium imperasset & orationem, ab ipso Rege incipiens, & a Regina, & sorore, & per eos postea qui magistratus gerebant, & per cæteros demum pervadens, baptizat omnes in Euphrate, & reddidit filios lucis & diei. Deinde aliud templum excitat prope Euphratem, & in eo divina celebrat mysteria; atque, ut par est, sacrificat. Christus quidem ne hic fane obliviscitur miraculorum. Sed illi quidem baptizabantur in Euphrate, ejus autem retinebatur fluentum, & videbatur columna lucis tamquam super basim posita super aquas, simul autem cum ea Crux oriebatur in capite, &c.*

XXIV. De ordinatione autem ejusdem Gregorii facta ab Episcopo Cæsareæ Cappadociæ Leontio, meminit S. Nicon in epistola ad Enclystium (*a*), cum redarguit recentiores Armenos, dicens: *Deinde cum Magnus Gregorius, qui fuit Magnæ Armeniæ Episcopus, cavisset, Armeniæ Episcopum a nullo alio esse ordinandum quam ab illius temporis Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopo, ut ipse fuerat ordinatus; & horrendæ execrationes & anathema in eos fit intentatum, qui aliter faciunt; hæc quidem illi transgrediuntur, &c.* Fulgebat hoc tempore; totumque Orientem illustrabat Leontii Episcopi Cæsareæ Cappadociæ nomen insigne; ea de causa Superioris Armeniæ Princeps Gregorium eo misit ordinandum. Extant hactenus litteræ ad Leontium hac de re tunc scriptæ his verbis (*b*):

(*a*) Extat t. 1. Bibloth. Sanct.

De ordinatione Gregorii testimonium.

(*b*) Apud Sur. t. 5. die 30. Septemb.

Profundæ tenebræ, cum aliorum peccatorum, tum impietatis maxime, nos diu operuerunt; hinc factum est, ut nec ad veritatem aspicere, nec communem omnium opificem potuerimus olim intelligere. Cum enim & alium nobis Solem in terra Magnum misisset Gregorium, & sanctas ostendisset virgines, ut per ipsas nos quoque agnosceremus illius bonitatem & humanitatem, eos immanissime præ furore punivimus; & ipsæ quidem miserabiliter (proh dolor!) a nobis interfectæ fuerunt; hic autem, Dei invicta confirmatus virtute, sævitiæ nostræ & insidiis semper superfuit. Verum nec sic quidem abyssus ille miserationum, & infinitum pelagus clementiæ nos despexit pereuntes; sed hujus divini Gregorii doctrina & precibus, & gloriosarum illarum virginum & martyrum intercessionibus, crassam illam caliginem abstulit a nostris animæ oculis, & ad lucem veritatis deduxit, illiusque agnitionem & fidem. Eum ergo qui fuit nobis auctor tot bonorum, nostræque salutis dux certus & dispensator, doctorem & pastorem reliquæ vitæ & virtutis non nos solum elegimus, sed divina quoque visio talem sententiam e supernis obsignavit; per quam ipsum quoque annuentem ad vestram misimus sanctitatem, ut ab ejus manu & lingua ipse consecretur in Pontificatu; & citonobis, qui grex ejus sumus, reddatur: Hactenus ejus litteræ; sed post hæc rursum Acta.

Epistola Tyridatis regis Armeniæ. XXV.

XXVI. Gregorius ordinatur a Leontio.

Hac accepta epistola, Leontius Magnum Gregorium & legatos accipit honorifice; & cum eum, simul adhibitis aliis qui aderant Episcopis, consecrasset; cum pari humanitate dimittit & honore. Illinc ergo reversus divinus Gregorius, quos in prope viam sitis civitatibus vidisset dignos qui fierent sacerdotes, & aptos, quorum fidei crederetur verbum doctrinæ, eis ea suasit, quibus erat opus; & illos assumens adduxit in pietate sibi opem laturos, futurosque sacerdotes ipsius Armeniæ & propinquarum gentium. Cum autem jam ingressus esset fines Armeniæ; nunciatur ei relictum esse quoddam templum Herculis situm super flumen Euphratem, & in eo esse aram, in qua dæmonibus & Herculi fiunt sacra. Cum ergo ad hoc templum venisset, sola oratione (neque enim ei quisquam humanas admovit manus) qui in eo erant dæmonibus machinis omnibus & spectris depugnantibus adversus eversionem, ab ipsis evertit fundamentis, & alterum excitat Domino, quod ei ex adverso responderet, in eoque deponit reliquias Præcursoris Baptistæ, & martyris Athenogenis; ea enim inferebantur; postmodum etiam aram consecrat, & in ea Deo incruenta offert sacrificia, &c. Hæc modo satis de Ecclesia in Majori Armenia juxta Euphratem coalescente.

XXVII. Quod autem spectat ad reliquias Athe-

De reliquiis Athenog. martyris.

nogenis, fuerat hic Episcopus Sebastenus Minoris Armeniæ, ante paucos annos sub hac eadem persecutione Diocletiani martyrio coronatus; cujus mentio facta est: dignum vero est credere, hoc ipso itinere Gregorium Sebaste pertransseuntem, eumdem martyrem veneratum, ejusdem accepisse reliquias, quibus novam Ecclesiam consecravit. Sic igitur Ecclesia in Majori Armenia, facto jam Rege Christiano, magnopere est illustrata, propagataque Christiana religio ad ejusdem successorem Arsacem, qui a Juliano Apostata Christianitatis causa (quod narrat Sozomenus *a*) dire exagitatus, demum a Sapore Rege Persarum per insidias captus, multa passus, interiit (*b*). Sed hæc suis locis uberius. At de Tyridate atque Gregorio hæc demum Nicephorus (*c*): *Sunt qui Gregorium una cum Tyridate ad Imperatorem Magnum Constantinum venisse tradant, eumque tam miranda & inopinata audientem, magnopere lætatum esse.* Sed hæc puto accidisse cum Constantinus abiit in Orientem, quando ad eum e remotissimis Orbis partibus (ut tradit Eusebius (*d*) legationes venerunt. At de rebus in Armenia gestis tempore hujus persecutionis hæc satis.

(*a*) Sozom. l. 6. c. 1.
(*b*) Ammian. Marcel. l. 27.
(*c*) Niceph. l. 8. c. 35. in fine.
(*d*) Eusseb. l. 4. c. 7. in Vita Constantini.

XXVIII. Sed nec caruit Mesopotamia, ad Euphratem posita regio, gladio persecutoris: dirissima namque supplicia ibi passos esse Fideles in primis Eusebii (*e*) testimonio comprobatur. Sicut enim antiquissima, ita & florentissima erat ejus provinciæ Ecclesia. Palmyra quoque eadem clade vexata est, agentibus hæc Lysimacho Præside, Primo addito illi comite, ac Seleno; cum inter alios martyres Febronia virgo Deo dicata Sibapoli ob innumera perpessionum genera facile prin-

(*e*) Eusseb. l. 8. c. 24.

Martyres in Mesopotamia.

ceps enituit; cujus quidem res gestæ fidelissime scriptis tunc mandatæ sunt a Thomaide sacra virgine diaconissa, tum ex iis quæ vidit, tum etiam quæ a Lysimacho ad Christum postea converso accepit (*f*). At de martyribus hoc decennio passis hactenus; sed ex innumeris paucos retulimus, quorum celebrior est memoria, eademque certa in Ecclesiastica monumenta relata, atque anniversaria commemoratione tam a Græcis, quam a Latinis repeti solita. Porro non omnes qui modo recensiti a nobis sunt, diversarum provinciarum martyres, licet sub hac persecutione passi sint, hoc tamen ipso anno necatos esse contendimus; sed libuit novissimo hoc Diocletiani persecutionis anno nonnullorum martyrum meminisse, qui eadem persecutione martyrio coronati traduntur, quo tamen potissimum anno id acciderit, ignoratur.

(*f*) Apud Metaph. die 15. junii.

XXIX. Verum qua occasione hoc ipso anno eadem persecutio conquieverit, quid ea de re scribat Eusebius (*g*), audiamus: *Ejusmodi* (inquit) *erant ea mala, quæ toto persecutionis tempore regnarunt; cujus æstus ut octavo anno (Dei juvante gratia) cœpit paululum defervescere, sic decimo anno consopitus fuit. Nam cum divina & cælestis gratia clementem suum & propitium obtutum in nos ostendere dignata esset; tum Imperatores nostri temporis, illos dico per quos jamdudum persecutionis tempestates in nos excitatæ fuissent, sententia sua tamquam miraculo quodam divino commutata, palinodiam (ut ajunt) cecinerunt; & benignis edictis atque decretis humanissimis de nobis promulgatis, persecutionis ardorem in primis effervescentem prorsus extinxerunt. Neque quisquam mutationis hujus causam ad humana-*

(*g*) Eusseb. l. 8. c. 28. & 29.

Pax reddita Ecclesiæ Orientali.

PAGIUS XIII. *Exactiones Galerii Maximiani Vicennalia meditantis.*

A num. XXIX. ad LXI. Galerii Maximiani Augusti interitus hoc anno in Fastis Idacii consignatus; ideoque & a Baronio accurate recitatus. Sed tempus signantius explicat Lactantius in libro de Mortibus Perfecutorum, & multa quæ hactenus nos fugerant, in lucem profert. Capite itaque 31. postquam jam Maximiani Herculii necem narravit, ait: *Ab hoc Deus Religionis ac populi sui vindex, oculos ad Maximianum alterum transtulit, nefanda persecutionis auctorem, ut in eo etiam vim majestatis ostenderet. Jam de agendis & ipse Vicennalibus cogitabat .... qui jamdudum Provincias afflixerat auri argentique indictionibus factis, quæ promiserat redderet, etiam in nomine Vicennalium securem alteram affixit.* (locus ille corruptus) *Qua vexatione generis humani exactio celebrata sit, maxime rei annonariæ, quis enarrare digne potest? Officiorum omnium milites, vel potius carnifices singulis adhærebant, cui prius satisfieret, incertum, veniam non habentibus, nullas abstinendi multiplicis cruciatus, nisi exhiberetur statim quod non erat. Multis custodiis circumsepto nulla respirandi facultas, nullo tempore anni vel exigua requies, frequens super iisdem hominibus, vel ipsis Judicibus, vel militiosis Judicum pugna, nulla area sine exactore, nulla vindemia sine custode, nihil ad victum laborantibus relictum. Quæ quanto tolerabilia sint, eripi a labore hominum cibos labore quæsitos, tamen tolerabile aliquo modo vel spe futurorum. Quid vestis omnis generis, quid aurum, quid argentum? Nonne hæc necesse est ex venditis fructibus comparari? Unde igitur hoc, o dementissime Tyranne, præstabo, cum omnes fructus auferas, universa nascentia violentur eripias? Quis ergo non bonis suis eversus est, ut opes quæ sub Imperio ejus fuerunt, conraderentur ad Votum, quod non erat celebraturus?* Ex verbis istis, ut id obiter observem, liquet, quanta pompa Vicennalia & id genus festa ab Imperatoribus ederentur, cum in eum finem ingentes exactiones fieri tolerent. Liquet secundo, Galerium Maximianum Imperii Cæsarei Vicennalia non celebrasse, licet, si anno legitimo exhibita fuissent, currenti, in quo sextus a celebratis Quindecennalibus incipiebat, edenda fuissent.

XIV. Morbus Galerii Maximiani.

Tum capite 33. Lactantius ait: *Jam decimus & octavus annus* (ejus nempe Imperii Cæsarei Kalendis Martiis anni CCXCII. initi) *agebatur, cum percussit eum Deus, insanabili plaga.* (Ideoque anno CCCIX. quo annum XVIII. inchoavit). *Nascitur ei ulcus maximum in inferiore parte genitalium,*

manum auxilium, aut ad Imperatorum (ut fortasse aliquis dixerit) commiserationem aut clementiam referat (multum sane abest, cum præsertim in dies singulos plures suppliciorum formæ, & acerbiores ab initio ad illud usque tempus contra nos ab illis excogitatæ sint, dum cruciamenta nobis inflicta variis machinis alias aliter innovare studebant) sed ad Deum revera, qui tam benigne nobis prospexit, accommodandam; quique non modo populo reconciliatus fuit, verum etiam ipsum malorum tamquam architectum, & cladis totius persecutionis præcipuum auctorem insectatus, graviter exagitavit.

XXX. Et quamvis ista divino judicio, & decreto fieri oporteret; tamen, Væ (inquit sacer Dei sermo a) per quem scandalum venit. Illum ergo castigatio & pœna cælitus invecta occupavit, & ex ipsa carne exorsa pervasit ad animum. Ex improviso enim in illis corporis partibus, quas natura ob verecundiam contexit atque abdidit, nascitur apostema; deinde in interioribus corporis recessibus ulcus purulentum & fistulosum; atque istorum insanabilis morsus intima depascebatur viscera, quæ quidem infinita vermium multitudine redundarunt, unde fœtor lethalis & pestifer efflatur; quandoquidem universa corporis moles ex nimia ejus, antequam in morbum delaberetur, helluatione & ingluvie in immensam pinguedinem commutata erat; quæ cum putredine contabefacta, intolerabile & horrendum spectaculum iis, qui appropinquabant, exhibuit. Proinde ex medicis alii, qui exuberantem fœtoris graveolentiam ferre omnino non poterant, fuere ejus jussu trucidati; alii tota corporis mole intumescente, & in salutis desperationem delapsa, cum nihil opis afferre valerent, crudeliter interfecti.

(a) Matth. 18. Divina ultio in Galerium Maximianum.

Atqui tyrannus tantis cum miseriis colluctans, tandem sua maleficia in pios homines admissa, animo recognoscere cœpit. Mentem igitur recolligens, & tamquam rediens ad se, primum Deo omnium rerum creatori confitetur: deinde suis ad se accersitis, persecutionem contra Christianos sine dilatione sedare, & comprimere jubet, lege & decreto Imperatorio ipsos Christianos templa sua exædificare, rem maturare, consueta officia in illis facere, preces pro Imperii statu fundere. Statim ergo ipso facto verbis probe consentiente, edicta Imperatoria in singulis civitatibus palam divulgantur, quæ quasi palinodiam & retractationem injuriarum nobis illatarum complexa sunt in hunc modum (b):

XXXI. Resipiscit Galerius.

(b) Euseb. l. 8. c. 18.

XXXII. Imperator Cæsar Galerius Maximinus Invictus, Augustus, Pontifex Maximus, Thebaicus Max. Sarmaticus Max. V. Persicus Max. Germanicus Max. Ægyptiacus Max. II. Corporum Max. VI. Armeniorum Max. Medorum Max. Adiabenorum Max. Trib. potest. XX. Dictator XIX. Cos. VIII. Pater patriæ, Procos. & Imperator Cæsar Flavius Valerius Constantius, * Pius, Fortunatus, Invictus, Augustus Pontifex Max. Tribunit. potest. Dictator T. Cos. Pater patriæ, Procos.

Inter cætera, quæ pro communi Reipublicæ utilitate & commodo statuimus, volebamus jam antea ex veterum legum institutis & publica Romanorum disciplina omnia corrigi, inque pristinum statum restitui, & providentiam ac curam haberi, ut Christiani, qui majorum suorum sectam, & religionem deseruissent, ad rectam ejusdem institutionem reverterentur. Verum quoniam illi tanta animi insolentia inflati sunt, tantaque elati arrogantia, ut quæ erant a veteribus decreta (quæ quidem fortasse majores eorum sanciverant) nullo modo sequerentur; sed suo quodam instituto, & ut cuique visum erat, sic quisque sibi tum leges promulgare, tum easdem observare, tum in variis locis varios hominum conventus cogere vellet: Nos propterea edictum illico tulimus, ut ad veterum instituta se transferrent; unde complures periculo vitæ objecti, nonnulli graviter perturbati, varia mortis genera sustinuerunt.

XXXIII. Pax conceditur Christianis. Et quoniam non pauci in eadem pertinacia persistebant: & eos nec diis cœlestibus debitum cultum tribuere, neque Christianorum Deo venerationem adhibere videbamus; nos idcirco ad mansuetudinem nostram, & diuturnam clementiæ nostræ consuetudinem, qua veniam omnibus hominibus impertire solebamus, oculos convertentes; libentissime istud concessimus, ut homines denuo se libere Christianos profiteantur; ut ædes, in quibus convenire solent, resarciant; sic tamen, ut nihil contra publicam Romanorum disciplinam moliantur. Per alias item litteras Judicibus significabimus, quid ipsos observare oporteat. Unde Christiani hac indulgentia a nobis concessa devincti, debent Deo suo obnixe supplicare pro nostra, pro Reipublicæ, pro sua ipsorum salute, ut quovis modo cum publicus rerum status integer & incolumis retineatur, tum ipsi in suis familiis absque cura & sollicitudine vitam traducere queant: Hucusque Galerii edictum.

* Maximianus. Galer. Max. edictum pro Christianis. * Constantinus.

XXXIV. Errores illapsi in edictum. Sed in eo primum depravatum est, quod in inscriptione sui Maximinum habeat pro Maximiano: dictum namque fuisse Galerium Maximianum, non Maximinum, ex mille propemodum antiquis inscriptionibus constat, quod & superius demonstravimus. Rursum vero mendum irrepsit, ut loco Constantini positus legatur Constantius, quem ante quinque annos ex hac vita decessisse, certum est. Apparet igitur tum ex Consulatu octavo Galerii, tum etiam ex Tribunitia potestate vicies iterata (tot enim fluxerunt anni ex quo creatus est Cæsar, potestasque Tribunitia eidem collata fuit) in superiori posita inscriptione, hoc ipso anno ejusmodi edictum fuisse ab eodem Galerio promulgatum, quo item anno mortuus est, ut idem Eusebius mox indicat, dicens.

XXXV. Galerii Maximiani obitus. *Quin ille ipse, qui hujus edicti auctor fuit, non longo tempore post hujusmodi confessionem habitam e vita migravit, doloribus, quibus oppressus erat, liberatus.*

PAGIUS Baron. n. xxx. & seqq. *lium, serpitque latius. Medici secant, curant, sed inductam jam cicatricem scindit vulnus, & rupta vena, fluit sanguis usque ad periculum mortis. Vix tamen cruor sistitur. Nova ex integro cura. Tamen perducitur ad cicatricem. Rursus levi corporis m.... vulneratus, plus sanguinis quam ante decurrit. Albescit ipse, atque absumptis viribus tenuatur; & tunc quidem vivus cruoris inhibetur. Incipit vulnus non sentire medicinam, proxima quaque cancer invadit, & quanto magis circumsecatur, latius sævit, quanto curatur, increscit. Cessere Magistri Phyllides, Cirona, Metonius, Melamphius. Undique Medici nobiles trahuntur. Nihil humanæ manus promovent. Confugitur ad idola. Apollo & Æsculapius ovantur, remedium flagitatur. Dat Apollo curam. Malum multo pejus augetur. Jam non longe pernicies aberat, & inferiora omnia corripuerat. Computrescunt forinsecus viscera, & in tabem sodes tota dilabitur. Non desunt tamen infelices Medici, vel sine spe vincendi mali, fovere, curare. Repercussit medullis malum recidit introrsus, & interna comprehendit, vermes intus creantur. Odor autem non modo per palatium, sed totam civitatem pervadit. Nec mirum, cum jam confusi essent exitus stercoris & urinæ. Comestus a vermibus, & in putredinem corpus cum intolerandis doloribus solvitur. Clamores simul horrendos ad sidera tollit, quales mugitus fingit saucius taurus. Apponebantur ad sedem fluentem cocta & calida animalia, ut vermiculos eliceret calor. Queis resolutis inæstimabile scatebat examen, & tamen multo majorem copiam tabescendorum viscerum pernicies secunda generaverat. Jam diverso malo partes corporis amiserant speciem. Superior usque ad vulnus arruerat, & miserabili macie cutis lurida longe inter ossa confederat. Inferior, sine ulla pedum forma, in utrium modum inflata discreverat. Et hæc facta sunt per annum perpetem*, (ab ultimis nempe mensibus anni Christi CCCIX. ideoque per annum & aliquot menses quot Lactantius negligit) *cum tandem malis domitus Deum coactus est confiteri, novi doloris* (legendum forsan, nova vi doloris) *urgentis per intervalla exclamat, se restituturum Dei templum, satisque pro scelere facturum. Et jam deficiens edictum misit hujusmodi.* Recitat postea Lactantius edictum illud in favorem Christianorum datum, quod Græcum extat apud Eusebium lib. 8. cap. 18.

XV. Interitus Galerii Maximiani.

Porro Galerium Maximianum *Serdicæ* ægrotasse ac interiisse, discimus ex anonymo Valesiano, qui postquam de Licinio Cæsare creato locutus est, inquit: *Deinde illo in Pannonia relicto, ipse ad Serdicam regressus, morbo ingenti occupatus sic distabuit, ut aperto & putrescente visicere moreretur.* Pergit Lactantius cap. 35. *Hoc edictum proponitur Nicomediæ pridie Kalendas Maias, ipso* (nempe Galerio Maximiano) *octies & Maximino iterum Consulibus. Nec tamen ille hoc facto veniam sceleris accepit a Deo, sed post dies paucos commendatis Licinio conjuge sua & filio, atque in manu traditis, cum jam totius corporis membra defluerent, horrenda tabe consumtus est. Idque cognitum Nicomediæ mensis ejusdem,* (sc. Maii) *cum futura essent Vicennalia Kalendis Martiis impendentibus,* anni nempe Christi sequentis, quo Kalendis Martiis die Imperii ejus Cæsarei natali ea solennia propter perpetem morbum dilata, edere decreverat. Uxor Galerii Maximiani erat *Valeria* Diocletiani filia, quæ ob ferociam Licinii ad Maximinum confugit, a quo pessime habita, ut infra videbimus. Nullum ex ea Galerius Maximianus filium suscepit, sterilis enim fuit, ut docet Lactantius cap. 50. Hæc itaque intelligenda de *Candidiano*, quem ibidem Lactantius dicit ex concubina natum, a Valeria adoptatum, ac desponsum filiæ septenni *Maximini* Augusti. Hunc, ut tradit Lactantius cap. 20. Cæsarem facere destinabat pater post celebratas Vicennalia. Sed occisus est a Licinio anno CCCXIII. ætatis suæ XVI. ut infra. Titulum præfati edicti Galerii Maximiani supra num. V. recitavimus. In quo cum *Galerius Maximianus* dicatur Tribunitiæ Potestatis XX. constat illud emissum esse post Kalendas Martias currentis anni, quibus Tribunitiam Potestatem XX. auspicatus est. Post illum diem datum, ex Nummis etiam Græcis apud Goltzium certum redditur. Ultimus enim in quo annus Augustei ejus Imperii notatur, exhibet hos characteres, L. Z. id est, *annus septimus.*

Baron. n. XXV.

XVI. Quot annis Galerius Maximianus imperarit. Nam cum, Lactantio teste Kalendis Maii anni CCCV. Augustus renuntiatus fuerit, Kalendis Maii curentis Christi anni septimum Imperii Augustei annum incepit. Quare cum idem Imperator jam deficiens edictum illud promulgarit, apparet Lactantii sententiam Galerii Maximiani Nummis corroboratam esse, perperamque scripsisse Valesium in Notis Eusebianis, aliosque Viros doctos, edictum illud ante mensem Martium datum esse. Qui error ex alio profluxit, quod nempe Galerium anno CCXCI. Kalendis Martiis Cæsarem creatum autumarint. Sed eorum opinionem Lactantius plane evertit. Si enim Galerius anno Imperii decimo octavo in morbum incidit, & postquam per integrum eo vexatus est, obiit, profecto ante annum CCXCII. Imperium Cæsareum non accepit; aliquin per duos annos integros ægrotasset. Insuper in Anonymo Valesiano de Galerio Maximiano dicitur: *Imperavit ann. XIX* ideoque anno ducentesimo nonagesimo secundo Kalendis Martiis Cæsar dictus fuerat, aliter non annos undeviginti, sed annos viginti & aliquot menses Imperium tenuisset. Quare recte in Chronico Eusebiano hoc anno legitur: *Galerius Maximianus moritur XX. Imperii sui anno, quod partim Cæsar partim Augustus exercuit.* Denique Victor de Cæsaribus ait, Galerium & Constantium Chlorum *potentiam Cæsarum annos tredecim* obtinuisse; quod etiam de eodem Constantio testatur Eutropius: Quamobrem uterque Cæsar anno CCXCII. nuncupatus fuerat. Neque dicas edictum illud anno præsenti ante mensem Martium, dum adhuc Tribunitia potestas XX. in cursu erat, datum esse, ficque *Galerium* anno CCXCI. inchoare eam potuisse. Nam præterquam quod ea

Istum etiam fertur primum præcipuumque calamitatis, quæ Christianis in persecutione contigerat, auctorem extitisse, & jampridem ante tumultum a cæteris Imperatoribus concitatum, Christianos, cum qui in militia versabantur, tum primum omnium qui in ipsius familia degebant, vi ex fide avertere conatum; & illos ex dignitatis militaris gradu in quo locabantur, dejeciſſe, hos autem maxima contumelia, & dedecore affeciſſe: jam vero aliis intuliſſe mortem; ad extremum cæteros Imperatores, qui erant cum ipso in illa honoris amplitudine conjuncti, ad omnes Christianos perſequendos commoviſſe: Hæc Eusebius, qui Diocletiani & Maximiani exitum miserabilem refert; sed de his suis locis opportunius, quibus ea contigerunt.

XXXVI. Quæ vero post hæc secuta sint, idem declarat his verbis (*a*): *Hæc palinodia, sive retractatio, auctoritate Imperatorum Galerii Maximiani, & Constantini, quos supra posuimus, edita, passim in omnibus Asiæ partibus, inque singulis ejusdem provinciis divulgata fuit. Qua re in hunc modum confecta, Jovius Maximinus in hunc modum in Oriente tyrannidem exercens, sceleſtiſſimus ille quidem, maximeque impius (si quisquam alius) & pietatis in Deum rerum omnium satorem hoſtis acerrimus, cum litteræ, quibus hæc retractatio continebatur, neutiquam ipsi arriderent, pro mandato, quod scripto in illis erat enuntiatum, verbis solum magiſtratibus ipsius Imperio subjectis mandat, ut perſecutionis bellum contra nos excitatum remittant. Nam cum ei non integrum eſſet, eorum judicio, qui priores Imperii partes tenebant, aliter refragari; decretum retractationis omnibus propoſitum in obſcuro collocare, & aliqua ex parte ſupprimere molitur; totoque animo connitens, ne Imperii partibus ſub ipsius ditionem subjectis in apertum proferretur; magiſtratibus ei obſequentibus, edicto non ſcripto mandat, ut perſecutionem contra nos excitatam relaxent. His litteris ſe ipſi mutuo de mandato certiores faciunt. Nam Sabinus, qui ſummus provinciarum Præfectus, & maximo in honore apud Imperatores fuit, Maximini ſententiam ac voluntatem provinciarum Præſidibus per Epiſtolam latinis litteris ſcriptam ſignificat in hunc modum:*

(*a*) *Euseb. l. 9. c. 1.*

Maximinus qualis.

Divina Imperatorum DD. noſtrorum ſanctiſſimorum majeſtas incredibili ac ſingulari ſtudio inflammata, omnium hominum mentes ad ſanctam rectamque vivendi viam traducere jampridem decreverat, quo hi qui religionis inſtitutionem, & conſuetudinem a Romanorum more alienam ſequi videbantur, deinceps juſtos debitoſque cultus diis immortalibus impertirent. Verum quorumdam pertinacia, & perverſa voluntas eo temeritatis proceſſit, uti neque recta mandati præſcriptione a proprio inſtituto recedere voluerint, neque ſupplicium ipſis inflictum eos ulla ex parte potuerit perterrere. Quare quoniam accidit, ut nonnulli ea de cauſa ſe in grave periculum conjecerint, divina dominorum noſtrorum potentiſſimorum Impp. celſitudo propter eximiam ſuæ inſignis pietatis præſtantiam, alienum a diviniſſima ipſorum voluntate ac propoſito ſtatuens, ut homines, hujuſmodi de cauſa in diſcrimen veniant; præcepit, ut ipſe ad tuam prudentiam litteras exararem, ut ſi Chriſtianorum quiſquam religionem ſuæ gentis ſequi, & obſervare comperiatur, illum moleſtia, & periculo ipſi intentato eximas, & neminem ejuſmodi de cauſa pœna mulctandum ſtatuas; præſertim cum longa temporis progreſſione ſatis explorate cognitum, & perſpectum ſit, illos nullo modo, nullaque ratione perſuaderi poſſe, ut ab ejuſmodi contumacia aliquando deſiſcant. Quocirca tua perſpicax ſolertia ad Curatores, Præfectos præſidiorum, & Præpoſitos cujuſque civitatis, & pagi litteras ſcribere debet, ut intelligant ſe debere ſedulo præcavere, ne extra cancellos hujus edicti egrediantur. Hucusque Sabini litteræ. Sed pergit Eusebius.

XXXVII. Sabini præfecti epistola pro Christianis.

Ob hanc cauſam, hi qui in ſingulis provinciis præerant, ſententiam eorum, quæ ad ipſos ſcripta erant, in primis veram arbitrati, Curatoribus, Præfectis præſidiorum, & Præpoſitis in ſingulis agris conſtitutis, Imperatoris voluntatem per litteras palam fecerunt. Neque iſta ſcriptis ſolum commode proceſſerunt, ſed rebus ipſis etiam multo magis: nam hæc perinde ac ſi ab Imperatore imperata fuiſſent, re vera ad exitum perduxerunt; & tam hos quos carceribus incluſos propter fidei in Deum profeſſionem tenebant, quam illos quos cruciatus cauſa ad metalla condemnaverant, in apertum educentes liberos dimiſerunt: hoc enim re ipſa Imperatori viſum eſſe, ſuſpicati ſunt, ſed falſo quidem.

XXVIII. Christiani liberi dimissi.

XXXIX. Pace reddita floret Eccleſia.

Iſtis igitur rebus hoc modo conſtitutis, de repente ab omnibus civitatibus Chriſtianorum conventus frequentes in unum coaleſcentes, & crebros congreſſus, qui inter iſtos de more in ritibus ſuis obeundis fieri ſolent, tamquam lumen quoddam poſt tenebras, & noctem opacam effulgens, cernere licuit. Unde tota infidelium Gentium multitudo non parum obſtupefacta, cum incredibilem tantæ mutationis rationem admiranda, tum propterea ſolum Chriſtianorum Deum, verum, & magnum Deum eſſe, voce contenta exclamando: Ex noſtris autem illi, qui perſecutionis certamen fidebiter, & magno animo obiiſſent, præ cæteris omnibus permagnam animis lætitiam denuo perceperunt. At qui fide ægri, & infirmi fuiſſent, & jam propterea conſcientias haberent quaſi tempeſtate jactatas, libenter remedium ſibi invenire maturarunt; & his, qui erant robuſti in fide, ſupplicare, eorum dexteram ſalutarem ſibi porrigi, expoſcere; & Deum ipſis propitium fore, obteſtari cœperunt. Deinde generoſi, & magnanimi pietatis athletæ, metallorum afflictatione liberati ad ſuam patriam redierunt, hilarique, & læto aſpectu per quamque civitatem profecti ſunt, & gaudio pene inexplicabili, animorumque alacritate, quæ nulla oratione explicari poterit, completi. Ingentes igitur hominum catervæ per medias vias ac publicas plateas tranſeuntes, hymnis, & pſalmis Deum laudavere, ſicque itineris ſui devoravere moleſtias. Atque illos qui, ut captivi ſupplicio crudeliſſimo paulo ante excruciati fuiſſent, & patria ſua ejecti, læto atque hilari vultu ſe ad ſuos proprios lares recipientes vidiſſes; uſque eo, uti etiam illi qui nos neci dare magnopere expetiviſſent, ubi hanc mutationem adeo mirandum in modum factam conſpexerunt, nobiſcum una de rerum eventis nonnihil lætari viderentur: Hucusque Eusebius. Quæ autem Maximinus rursum adversus Christianos statuerit, paulo inferius dicemus.

XL. Eusebii Papæ obitus.

Hoc eodem anno, vigesimasexta Septembris, moritur Eusebius Papa (ipsa enim quoque die natalis ejus adscriptus habetur in tabulis Ecclesiasticis) cum sedisset annos duos, menses septem, dies viginti unum; cum alioqui sciamus in Eusebii Chronico septem tantum menses Eusebio tribui; rursus vero nimis discrepans ab his tempus reperitur adscriptum in tabulis Ecclesiasticis, nimirum annorum sex, mensis unius, & dierum trium; sed in his magis placuit sequi Indicem Cresconianum, in quo Eusebii sedes duorum annorum, mensis unius, & dierum viginquinque spatio notata habetur. Verum quod ad numerum mensium, & dierum attinet; habita consideratione exordii sedis ejus, cœptæ (ut dictum est) quinta Februarii, usque ad vigesimamsextam Septembris, qua in Ecclesia agitur ipsius dies natalis; eum sic, ut diximus, oportuit definisse. His accedit, quod cum in libro de Romanis Pontificibus mendose legatur, eum sedisse a Consulatu Maximini nono (cum nullus in Fastis adscriptus sit, nec adscribi potuerit Consulatus Maximini nonus, cujus nec unius quidem memoria est Consulatus) de ultimo Consulatu Galerii Maximiani, qui in hunc annum incidit, esse intelligendum putamus; licet, nec dicendus sit nonus, sed octavus: neque est quod ad Consulatum nonum Maximiani Herculii referri possit, quo adscriptus est annus Domini trecentesimus septimus: nam eo tempore Marcellum sedisse, exploratissimum est; quem propagasse sedem usque ad annum notatum, post ejusdem Consulatum, qui est trecentesimus nonus, ejusdem quoque libri auctoritate testatum habetur.

PAGIUS ea opinio ex dictis corruit, tanta distantia Serdicam inter & Nicomediam, ubi propositum est, non interjacet, quin intra unicum mensem edictum Serdica Nicomediam transmitti potuerit, imo quin transmissum sit, cum de re gravissima, de persecutione nempe inhibenda, ageretur.

XVII. *Decennalia Cæsarum in dubium revocari non possunt.*

Ex dictis duobus numeris antecedentibus manifeste patet doctorum Virorum error, qui postquam compositi Dissertationem Hypaticam, in qua imperium Cæsareum antea in tenebris sepultum in lucem protuli, illud tamquam fictitium & omni antiquitati ignotum exsibilarunt, neque Quinquennalia aliaque id genus festa male multiplicasse asseruere; cum enim Galerius Maximianus Vicennalia exhibiturus esset, nisi eum mors sustulisset, ea nonnisi de imperii Cæsarei Vicennalibus intelligi possunt. Quare quæ monstra videbantur quando eam Dissertationem publicavi, nunc nonnisi puerorum terriculamenta æstimari possunt.

XVIII. *Licinius & Maximinus Provincias a Galerio possessas partiuntur.*

Quo nuntio (mortis nempe Galerii Maximini, inquit Lactantius cap. 36.) *Maximinus audito, diſpoſitis ab Oriente curſibus pervolavit, ut Provincias occuparet, ac Licinio morante, omnia ſibi uſque ad fretum Chalcedonium vindicaret. Ingreſſuſque Bithyniam, quo ſibi ad præſens favorem conciliaret, cum magna omnium lætitia ſubſtollit cenſum. Diſcordia inter ambos Imperatores, ac pene bellum. Diverſas ripas armati tenebant. Sed conditionibus certis pax & amicitia componitur, & in ipſo freto fœdus ſit, ac dextera copulantur.* Cum autem Maximinus in epistola scripta ad Sabinum post mortem Galerii Maximiani, doceat, se *anno præterito* Nicomediæ fuisse, ut videre est apud Eusebium, liquet, *Maximinum* mortuo Galerio Asiam ac Bithyniam occupasse, quas Galerius una cum Illyrico & Thracia sibi retinuerat. Et quidem Bithyniam cessisse in jus & ditionem Maximini, colligit Baluzius in Notis ad citatum Lactantii locum ex martyrio S. Luciani Antiocheni, quod enarrat Eusebius lib. 9. cap. 6.

XIX. Pergit Lactantius loco citato: *Redit ille* (sc. Maximinus) *ſecurus, & ſit qualis in Syria & in Ægypto fuit. In primis indulgentiam Chriſtianis communi tutelo datam tollit, ſubornatis legationibus civitatum, quæ peterent, ne intra civitates ſuas Chriſtianis Conventicula extruere liceret, ut quaſi coactus & impulſus facere videretur quod erat ſponte facturus. Quibus annuens novo more Sacerdotes maximos per ſingulas civitates ſingulos ex primoribus fecit, qui & ſacrificia per omnes Deos ſuos quotidie facerent, & veterum Sacerdotum miniſterio ſubvixi darent operam (ut) Chriſtiani neque fabricarent, neque publice aut privatim colerent, ſed compreſſos ſuo jure ad ſacrificia cogerent, vel Judicibus offerrent. Parumque hoc fuit; niſi etiam Provinciis exactiore dignitatis gradu ſingulos quaſi Pontifices ſuperponeret, & eos utroſque candidis chlamydibus ornatos juſſit incedere. Facere autem parabat quæ in Orien-*

Maximinus Christianos perſequitur.

Baron. n. XLIV. & ſeqq.

XLI. De crucis inventione, an sub Eusebio Papa.

Quod pertinet ad res ab eo gestas; obscura plane, inopia scriptorum, vel scriptarum rerum jactura, ejus memoria est. Sed quæ in eodem commentariolo de Romanis Pontificibus de eo scripta habentur, hic prodimus, scilicet: *Hujus tempore Crux Domini nostri Jesu Christi quinto Nonas Maii inventa est; baptizatus quoque Judas, post Quiriacus vocatus, Crucis inventor*: Hæc de inventione Crucis ibi; quibus scimus quamplurimos adversari. & in eam pedibus ire sententiam, ut id factum sit, postquam celebratum est Nicænum Concilium, cum Constantinus una cum matre ageret in Oriente. Certe quidem refragatur his vehementer, (a) *Euseb. l.3. c.46.* quod ex Eusebio (*a*) certum illud affirmatur, Helenam post Constantinum Christianam religionem amplexatam esse; quamobrem si hoc tempore Eusebii Papæ nec Constantinus Christianus erat, quomodo Helena, & ipsa deorum cultrix potuit inveniendæ Crucis Christi adeo studiosa fuisse atque solicita? At de Crucis invéntione suo loco agendum inferius.

XLII. Sed de Eusebio rursum in eodem libro hæc scripta habentur: *Hic fecit ordinationem unam mense Decembris, presbyteros tredecim, diaconos tres, Episcopos per loca quatuordecim. Sepultus est in cœmeterio Callisti, via Appia, quarto Nonas * Octobris, & cessavit Episcopatus ejus dies septem*: Hæc ibi. De eodem quoque Eusebio Papa scriptum legitur in Actis Sancti Eusebii illustris nominis Episcopi Vercellensis hoc tempore e Sardinia insula ad ipsum venisse Restitutam nobilem fœminam Christianam viduam, secumque duxisse filium, & Eusebio Papæ tradidisse; quem idem Pontifex egregie fide Christiana imbutum baptizavit, suoque nomine nuncupavit, atque Eusebium nominavit; dignum plane tanti Pontificis germen, quo fides Catholica in Oriente propemodum extincta cœpit lætiori propagine revivisscere; sed de eo pluribus suo loco. At de Eusebio Papa satis, quem Theodoretus (*b*) non agnovit, sicut nec Marcellum; nam Melchiadem successisse Marcellino affirmat. Verum non nostrates modo, sed etiam transmarini utrumque noverunt, ut Optatus Milevitanus (*c*), & S. Augustinus (*d*), aliique recentiores omnes.

(b) *Theod. l.1. c.3.* (c) *Optat. Milevit. contra Parmen. l.2.* (d) *Aug. ep. 165.*

Cum igitur (ut dictum est) post obitum Eusebii diebus septem Episcopatus cessasset, tertia die Octobris sedere cœpit Melchiades *. Quod vero in libro de Romanis Pontificibus hæc tradantur de Melchiade: *Fuit natione Afer, sedit annos tres, menses septem, dies octo Consulatu Maximini nono usque ad Maxentium secundo Consulem, qui fuit mense Septembris, Volusiano, & Ruffino Coss.* omnia plane inversa esse constat; nam nihil commune habet Maxentii Consulatus secundus cum Consulatu Volusiani atque Ruffini, qui biennio post occisum Maxentium contigit. Quamobrem nulla prorsus spes restituendi loci omni ex parte corrupti esse potest. Jam vero ad ea, quæ hujus anni reliqua sunt, Maximini Imperatoris orationem revocemus.

XLIII. * Miltiades, Melciades, Melchiades Papa.

XLIV. Maximinus Imp. persequitur Ecclesiam.

Eodem namque anno, cum necdum menses sex a reddita pace Ecclesiæ præterlapsi essent, Maximinus Imperator, qui una cum Licinio Orientale regebat Imperium, eam contrariis edictis in Christianos editis, aliisque novis ad Christianam fidem penitus convellendam excogitatis penitus abstulit, bellumque immane restituit. Hæc autem quomodo se habuerint, Eusebius his verbis enarrat (*e*): *Verum tyrannus, quem partes versus Orientem regere diximus, quia probitatis ofor fuit maximus, & omnium bonorum insidiator, ista amplius ferre non potuit, neque ad sex menses integros ita cum rebus nostris agi passus est. Nam quæcumque ad pacis, & tranquillitatis nostræ eversionem facere videbantur, omnibus (ut dicitur) opibus, viribusque machinatus, primum occasione arrepta, nos conven-*

(e) *Euseb. l. 9. c.2.*

PAGIUS *Orientis partibus fecerat. Nam cum clementiam specie tenus profiteretur, occidi servos Dei vetuit, debilitari jussit. Itaque Confessoribus effodiebantur oculi, amputabantur manus, pedes detruncabantur, nares vel auriculæ desecabantur.* Verum quidem est, post edictum a Galerio Maximiano in gratiam Christianorum emissum, Maximinum, ubi illud accepit, mandasse Judicibus, ut a Christianorum oppugnatione abstinerent, constitutione tamen Galerii suppressa, & nuda tantum voce per *Sabinum* Præfectum Prætorii sui, Provinciarum Præsidibus jussis, ut persecutionem adversus eosdem inhiberent, uti narrat Eusebius lib. 9. cap. 1. ubi & epistolam ab eodem Sabino singularum Provinciarum Præsidibus scriptam recitat. Sed, ut habet idem Eusebius cap. 2. *ne sex quidem integris mensibus passus est eum statum permanere*, & ad subruendam pacem Maximinus nihil non molitus est.

Baron. n. XXXVII.

Quæ itaque Lactantius narrat, circa mensem Novembrem cœpta; is enim mensis sextus est a morte Galerii; ideoque circa Maximini Quinquennalia, quæ in eum mensem incidebant, persecutio adversus Christianos instaurata. Passi in ea *S. Petrus Alexandrinus* hoc anno, & *S. Lucianus* sequentis initio, ut jam dixi; perperamque ait Baronius, additamentum esse quod apud Eusebium lib. 9. de Petri Alexandrini, & Luciani Antiocheni martyrio legitur; *cum sub Maximiano, inquit, non sub Maximino uterque interfectus fuerit.* Verum jam demonstravi, eos sub *Maximino* occubuisse, ideoque Eusebii textum emendatione non indigere. Passus est autem S. Petrus die XXV. Novembris, ut legitur in Excerptis Chronologicis a Scaligero editis, quibus suffragantur Usuardus, Ado & vetus Martyrologium Romanum.

XX. *Et quidem circa sua Quinquennalia.*

XXI. *Sabi-*

Maximinus in literis, quas anno sequenti ad

ventu, qui in cœmeteriis a nobis fieri solet, interdicere conatur: deinde per nefarios quosdam, & perditos viros ipse quo suo animo satisfaceret, legationem mittit, cives Antiochiæ hortaturus, ut illi tum ab ipso maximi beneficii loco flagitarent, uti nullus Christianus ipsorum patriam incolere permitteretur, tum alios etiam ad idem præstandum impellerent. Quarum rerum omnium gerendarum dux fuit, & princeps Theotecnus, in ipsa Antiochia natus, & ejusdem civitatis Curator, vir crudelis, vafer, improbus, & a sua appellatione maxime alienus.

XLV. Falsa miracula edita.

Hic igitur postquam nos graviter oppugnaverat, & omnibus modis nostros tamquam impios quosdam fures celeriter ex latebris eruerat, & omnia ad calumniam nobis, & criminationem inferendam molitus erat, & mortis auctor ac causa infinitis prope extiterat; tandem idolum, & simulacrum quoddam Jovis φιλίσ, id est, qui amicitiis contrahendis præest, erigit; inque eo magicis præstigiis falsa edit miracula, & ad ejus cultum nefaria mysteria, initiationes impuras, & scelestas expiationes excogitat; efficitque ut oraculorum præstigiæ, quibus ea quæ instituebat absolvit, ad aures Imperatoris pervenirent. Quinetiam quo assentatione, & blanditiis in Imperatoris animum influeret, Dæmonem contra Christianos excitat; asseritque Deum præcepisse, ut illos tamquam ipsi infestos, ex urbe, agrisque penitus expellere properarent: Hucusque Eusebius. At quod ad miracula spectat; affectare simulata miracula Gentiles consuevisse, quæ dicta sunt in Vespasiano, atque etiam in obitu Hadriani, necnon temporibus Antonini, satis aperte demonstrant.

XLVI. Rursum persecutio (a) *Euseb. l.9.c.3. 4. 5.*

Sed ad conatus Maximini contra Christianos redeamus. *Cum igitur* (inquit Eusebius *a*) *Theotecnus primus hæc ex sententia gessisset, cæteri omnes magistratus, qui civitates Maximini Imperio subditas incolebant, simile suffragium contra Christianos ferre instituerunt. Ubi etiam Præfecti provinciarum hoc Imperatori pergratum esse perspiciebant, idemque ipsum subjectis suis transigendum suggesserant, & tyrannus ipse per rescripta eorum sententiis & decretis libentissime assensus erat: persecutionis flamma contra nos deintegro incenditur. Statuarum igitur, & simulacrorum sacerdotes, Pontifices etiam viri in Reipublicæ negotiis obeundis eximii, & in omni ministerii genere ad deos spectantis præstabiles, & in quibus incredibile studium insidebat obsequii idolis præstandi, in singulis civitatibus a Maximino creantur. Nam absurda Imperatoris superstitio (ut brevi comprehendam) tum magistratus, tum privatos omnes omnia contra nos moliri, quo illi gratificari possent, induxit; quippe pro beneficiis, quæ ab illo se assecuturos sperabant, se illi, si*

PAGIUS *Maximinus persecutionem suspendit.*

Sabinum Prætorii sui Præfectum scripsisse dicemus, quasque Eusebius lib. 9. cap. 9. refert, mentionem facit laudatæ ejusdem Sabini epistolæ ad Provinciarum Præsides, dicitque, se Judicibus suis mandasse, *ne quis eorum deinceps adversus Provinciales atrociter sæviret; sed ut potius blanditiis & adhortationibus ad Deorum cultum eos revocare conarentur.* Paulo post: *Postea vero cum anno præterito* (anno sc. CCCXI.) *Nicomediam feliciter esset ingressus, cives ejus urbis me illic degentem adierunt cum Deorum simulacris, obnixe orantes, ne hujusmodi hominum genus in sua civitate habitare omnino sinerentur*, & alia, quibus mire illustrantur, quæ supra ex Lactantio retulimus; gesta enim hoc & sequenti anno in causa Christianorum multis huc usque tenebris circumfusa fuerant.

XXII. *Obitus Eusebii PP.*

[1] Eusebius Romanus Pontifex anno præcedenti & Sedem iniit, & ad Deum migravit. In Chronico enim Damasi legitur: *Eusebius menses quatuor, dies sedecim a XIV. Kalendas Maias, usque in diem XIV. Kalendas Septembris.* Verum hæc verba, *a XIV. Kalendas Maii usque in diem XVI. Kalendas Septembris*, corrupta sunt, ut ex ipsomet Chronico Damasi, quando loquitur de *Melchiade* ejus successore, certum & indubi-

Baron. n. XL. & seqq.

NOTÆ [1] MIra sane confusio, ut animadvertit Constantius pag. 318. in veteribus libris, in designando quando, & quamdiu sederit *S. Eusebius*. Vulgati libri Pontificales *Eusebio* tribuunt *annos VI. mensem I. dies III. seu annos II. mensem I. & dies XXV.* Eusebius in Chronico *Septem menses*. Bucherianus catalogus hæc habet: *Eusebius menses IV. dies XVI. a XIV. Kal. Majas ad XVI. Kal. Septembris*. Et in indiculo depositionis Romanorum Pontificum: *VI. Kal. Octobris, Eusebii in Callisti*. Quare suspicatur Constantius, pro *VI. Kal. Octobris*, librarii oscitantia in Bucheriano catalogo scriptum fuisse: *XVI. Kal. Septembris*. Hinc putant Eruditi aliquot, *Eusebium* creatum fuisse A. D. 310. *die X. Maji*, eodemque anno *die XXVI. Septembris* ex hac vita migrasse.

Epigramma Damasi Papæ de *S. Eusebio* Baronius A. D. 357. n. 57. ad *Eusebium* presbyterum, qui Liberio Rom. Pontifice obiit, sine ulla dubitatione refert, at Constantius una cum Tillemontio ad S. *Eusebium* Romanum Pontificem pertinere censet, quod is, dignus *Marcelli* successor, eam Ecclesiæ disciplinam, ob quam *Marcellus* exilio mulctatus fuerat, eaque de causa, eodem Christi Apostata instante, ab eodem tyranno eamdem fuerit pœnam perpessus. Itaque idem qui de S. *Marcello* carmen concinnavit Damasus, istud etiam de Eusebio adornavit. Ex hujus epigrammatis extremo versu, qui talis est,

Littore Trinacrio mundum, vitamque reliquit.

Apparet, *in Sicilia* exulem *Eusebium* ad cœlestem vitam migrasse. Hæc Constantius. At cur in indiculo Bucheriano in Callisti cœmeterio depositus esse traditur? nisi dicere velimus, per idem tempus *Eusebii* corpus e Sicilia Romam translatum fuisse.

si mortem nobis inferrent, aliaque nova, & inaudita scelera adversus nos ederent, maxime gratificaturos putarunt.

XLVII. *Pilati præterea & Salvatoris nostri rerum gestarum tamquam commentarios quosdam omni blasphemia & convitio contra Christum refertos confixerunt; quos de sententia Imperatoris in totum regnum, quod ejus ditioni parebat, miserunt; perque litteras jubent, ut in quibusque locis, agris, & civitatibus hi palam omnibus exponerentur, & ludimagistri pro aliis disciplinis pueros in hisce sedulo exercerent, hosque illis memoriæ mandandos traderent. Quibus hunc in modum confectis, alius dux exercituum apud Damascum Phœniciæ multerculas quasdam infames impuraque e medio foro arripit, illisque adeo gravia se tormenta inflicturum interminatur, uti eas asseveranter dicere cogat, cum quod olim fuissent Christianæ, cum quod nefandi sceleris cum Christianis consciæ extitissent, tum quod in suis ipsorum templis, quæ Græci Dominica vocant, res obscœnas & libidinosas gessissent, & alia etiam, quæ eas in nostræ religionis reprehensionem & ignominiam falso effutire voluit; quarum voces in commentarios relatas, Imperatori etiam ostendendas curavit; cujus jussu in singulis urbibus locisque hæc scripta divulgantur. Verum dux iste, non longo temporis intervallo interposito, sibi ipsi manus graves inferens, debitum suæ improbitatis supplicium luit.*

Probrosa Pilati nomine acta supposita.

XLVIII. Additamentum ad Eusebium.

Post hæc sequitur narratio de martyrio Silvani Emesæ Episcopi, Petri Episcopi Alexandrini, & Luciani presbyteri Antiocheni; quæ quidem alterius potius auctoris, quam Eusebii esse putamus; nisi velimus eum sibi ipsi esse contrarium, & turpiter hallucinatum, cum (ut dictum est) tam asseveranter ante testetur, Petrum Alexandrinum nono persecutionis anno sub Diocletiano excitatæ passum esse, duodecimque tantum annos sedisse, eorumque tres ante persecutionem in pace transegisse. Quod si dixerimus ipsum sub Maximino hoc anno esse necatum, ipsum, sibi in omnibus adversantem constituemus. Cum igitur tum Eusebius (ut dictum est) tum Acta ejus, ante hæc tempora, nempe sub Maximiano, esse passum, & post eum, Lucianum subisse martyrium, itidem Eusebius, Actaque ipsius, & Athanasius (*a*) affirment; cesset omnis dubitatio de tempore martyrii Petri & Luciani, quos suo loco nos secundum exactam rationem temporis collocavimus. Nequaquam enim progressam esse usque ad sanguinem restitutam ejusmodi per Maximinum in Christianos persecutionem, ex ejus priore edicto pro Christianis tempore Constantini dato, cujus litteras ad Sabinum Eusebius (*b*) recitat, plane declaratur.

(a) *Athan. in Synopsi in fine.*

(b) *Euseb. l. 9. c. 8.*

Porro quæ hic veluti ab Eusebio ponuntur de illorum martyrio, alterius potius esse additamentum, inde magis persuademur; dum quæ post illa narrata sequuntur, iis quæ superius dixerat de Actis Pilati confictis, magis aptari videntur, quam importunæ adjectæ de martyribus narrationi; nam sequitur (*c*): *In mediis porro civitatibus (quod numquam alias contigerat) cum urbis cujusque in nos decreta, tum ipsius Imperatoris præterea rescripta in columellas æneas incisa eriguntur. Pueri quoque in ludis litterariis Jesum & Pilatum, commentariosque ad Christi contumeliam confictos, in ore & sermone quotidie habuerunt. Atque hoc loco mihi necessarium videtur, illud ipsum Maximini rescriptum in columellis æneis palam propositum citare, quo pariter & insolens ac superba viri impietatis odiique in Deum pervicacia, & divina ultio, quæ eum brevi post insectabatur, quæque ob nequitiæ odium, quo tenetur, & ad impios puniendos assidue & vigilanter incumbit, manifesto appareat; qua quidem impulsus, non longo tempore post contraria de nobis consilia iniit, & legis scriptis sanxit eadem, stabilivitque. Sed primum rescriptum totidem verbis explicatum ad hunc modum se habet.*

(c) *Eusch. l. 9. c. 6.*

XLIX. Pueri odio contra Christum imbuuntur.

Exemplar rescripti Maximini ad civitatum decreta contra nos sancita respondentis ex columna ærea Tyri descripti.

L. Maximini in Christianos scriptum.

Quoniam omnis erroris caligo, & tamquam nebula, quæ quidem antehac hominum non tantum impietate imbutorum, quam insciticæ misere cæcutientium sensus pernicioſis ignorationis tenebris involutos obsederat, penitus discussa est, & dissipata; imbecilla humanæ mentis vis jam tandem facile perspicere potest, se benigna deorum immortalium providentia solum, & gubernatam esse, & corroboratam. Atque res est dictu prope incredibilis; quam gratum, quam jucundum, & acceptum nobis fuerit, quod tam insigne, & clarum vestri pii erga deos instituti specimen ediderities. Quinetiam ante hoc tempus nemini obscurum

dubitatum redditur. Si enim is die secunda mensis Julii, quæ anno CCCX. in dominicam cadebat, consecratus fuerit, & usque ad initium anni CCCXIV. Sedem Romanam tenuerit, ut ibidem recte dicitur, quomodo *Eusebius* ordinari potuit die XVIII. mensis Aprilis, & Sedem Rom. administrare usque ad diem XVII. mensis Augusti, cum fuerit menses IV. & dies XVI. juxta idem Chronicon? Cum itaque *Marcellus* die XVI. mensis Januarii superioris Christi anni e vivis excesserit, sequentique die sepultus sit, & cessarit Pontificatus dies XX. ut jam ostendimus, manifestum *Eusebium* eodem Christi anno die quinta mensis Februarii, in quam

rum erat, qua observantia, quo cultu erga deos immortales uti consueveritis; quibus vestra fides non nudis solum, & inanibus verbis, sed continuis & admirabilibus rebus gestis satis cognita est, & perspecta. Quapropter vestra civitas merito quidem, & optimo jure, deorum immortalium sedes, & domicilium nuncupetur; multis enim exemplis liquet, eam deorum cœlestium præsentia perpetuo floruisse.

LI. *Ecce ergo vestra civitas, omnibus illis rebus, quæ ad ejus commodum interesse videbantur, neglectis; & petitionibus, quibus pro suo ipsius statu uti solebat, penitus omissis; quando denuo execrabilis Christianismi inanitatis professores ac duces, velut incendium consopitum illud quidem, spretum tamen (quod facibus revivisentibus maximas flammas, & ardores rursus ex se fundit) incipere longius serpere senserat, protinus absque mora ad nostram religiosam majestatem, tamquam ad cujusque cultus, & pietatis magistram ac patronam confugit, & ab ea remedium & auxilium supplex efflagitavit. Quam quidem salutarem cogitationem, propter constantem in vestra religione tuenda fidem, deos animis vestris iniecisse, perspicuum est. Ille namque, ille inquam, altissimus, & maximus Juppiter, qui vestræ urbis splendori, & amplitudini præsidet, qui vestros deos patrios, uxores, liberos, lares & domos ab omni pestifera ac lethali internecione liberat, in vestris mentibus hoc salutare consilium insevit; aperteque ostendit, indicavitque, quam eximium, quam magnificum, quam salubre sit, debita cum veneratione deorum immortalium religioni, & sacrosancto cultui diligentor attendere.*

De diis falsa prædicatio.

LII. *Quis enim tam amens, tamque ab omni ratione alienus reperiri poterit, qui non animadvertat, clementi deorum in homines studio factum esse, ut neque terra semina sibi mandata cum fœnore reddere deneget, neque agricolarum spem inani expectatione fallat; neque rursus impius Mars tam horridus absque impedimento in terra vigeat, & roboretur; neque æquabili cæli temperatione perturbata, corpora peste infecta, ægraque celeriter ad mortem rapiantur; neque mare rigidis immoderatorum ventorum flatibus agitatum turgescat; neque repentinæ procellæ, & abruptæ naufragam & periculosam tempestatem excitent; neque terra præterea, quæ est omnium nutrix, & parens ab imis quasi visceribus gravi cum trepidatione dehiscat, neque montes, ejus radicibus nixi, ingenti hiatu patefacto deglutiantur? Quæ quidem mala omnia, hisque multo graviora, nemo est qui ignoret ante hoc tempus sæpenumero obtigisse. Atque ista universa acciderunt ob perniciosum illum, & vanum errorem hominum nequam, & improborum, Christianorum videlicet errorem; qui quidem cum in eorum animos illaberetur, universum prope dixerim Orbem terrarum confusione quadam oppressit.*

Hæc cum his litteris exprimat Maximinus, apertissime declarantur, quæ Patres suis adversus Gentes scriptis Apologiis validissime refellere conati sunt, nimirum consuevisse Gentiles non tantum cuncta beneficia cœlitus impertiri solita, diis accepta ferre, sed mala omnia, quæ ex quacumque occasione in Orbem essent illata, Christianis adscribere, quorum causa illiberaliter atque crudeliter pariter eos ut Orbis faces pœnis afficere, suppliciis exagitare, variis horrendisque mortis generibus subjicere non cessabant. Sed ad litteras Imperatoris redeamus, quibus (inquit Eusebius) idem hæc paulo post subdit:

LIII. Christianis mala omnia adscribi solita.

LIV. Amplificatio in Deorum laudem.

Convertant jam oculos ad camporum planiciem longe lateque patentem; considerent lætas florentesque segetes spicarum ubertate redundantes; prata intueantur propter fœcundos, & moderatos imbres herbis, & floribus splendescentia; aeris temperationem animadvertant, quam æquabilis, & quam amœna sit. De reliquo omnes perfundantur lætitia, quod per vestram religionem, sacras victimas, & honorem diis adhibitum, vis & impetus potentissimi robustissimique Martis placatus sit, & propterea placidissima pace constanter, & cum securitate ac quiete sese oblectent. Et quicumque cæco illo Christianismi errore, & tamquam itinere devio decedentes, ad rectam, & præclaram mentem redierunt, multo magis lætentur animo, perinde ac si ex tempestate improvisa aut morbo gravi erepti fuerint; & in posterum jucundissimis vitæ commodis cum voluptate fruantur.

LV. Expelli jubentur Christiani.

Quod si qui ex illis sint, qui in detestabili illa inanitate, & insciti obstinate persistant, longo locorum intervallo a vestra urbe, & agris eam undique ambientibus (sicuti a nobis postulastis) segregati, in exilium ejiciantur; ut vestra civitas, secundum consentaneam vestri

quam anno superiori dominica cadebat, consecratum fuisse, & mortem ejus incidisse in diem XXI. mensis Junii ejusdem anni, seu in diem XI. Kalend. Julii, non vero in diem XVI. Kalend. Septembris, ut in Chronico Damasi habetur.

XXIII. *Melchiades sit Papa.*

In Auctiori Chronico veterum Pontificum dicitur post Eusebii mortem cessasse Sedem dies VI. in libro vero Pontificali dies septem, sed utrobique mendose; cum *Melchiades* die secunda mensis Julii, quæ dominicalis fuit, ordinatus sit eodem Christi anno, ut anno CCCXIII. demon-

stri studii in hac causa positi rationem, ita omni erroris labe, & impietate liberata, cum debito cultu, sicut in ejus voluntate naturaliter institum est, augustæ deorum immortalium venerationi, & obsequio se totam tradat. Ut igitur intelligatis, quam grata nobis fuerit vestra in hac re petitio; animus noster, qui est ad gratificandum paratissimus, absque decretis, absque postulatione, vestris religiosis mentibus liberam cujuscumque beneficii, & magnifici muneris pro isto vestro divino proposito petendi facit potestatem. Jam ergo hoc petite, ut sitis voti compotes; nam absque mora ipsum consequemini. Quod quidem vestræ civitati donatum cum vestræ singularis in deos immortales pietatis, & religionis in perpetuum perhibebit testimonium; tum satis perspicue vestris filiis & posteritati declarabit, vos, hujus vestri pii instituti causa, digna præmia a nostra benignitate consecutos. Sunt hæ Maximini litteræ ad Tyrios. Sed prosequitur Eusebius institutam narrationem:

LVI. Divina ultio mendacia arguit.

Hæc igitur in columellis, & tabulis incisa contra nos, in singulis provinciis divulgata fuerunt; quæ sane omnem aditum ad bene sperandum nobis (quantum in hominum situm erat potestate) penitus intercludebant: adeo ut, secundum illud divinum Christi oraculum (a), etiam electi, si fieri potuisset, his de rebus offendiculo impegissent. Verum quamquam auxilii expectatio, quæ in multorum animis insederat, pene sublata erat, & extincta; tamen prope ex inopinato inter vias, dum ministri hujus edicti contra nos promulgati iter in nonnullis regionibus faciebant, Deus, qui est Ecclesiæ suæ constans propugnator, arroganie tyranni contra nos ostentatione pene refrænita, & compressa, suum cœleste præsidium nobis benignus præstitit. Imbres igitur, & pluvia, quæ hiberno tempore fieri consueverunt; solitam suam terræ irrigandæ consuetudinem intermiserunt. Unde fames præter omnium expectationem passim grassari, & pestis deinceps oberrare cœpit; morbi etiam cujusdam novi, & peregrini (exulceratio quædam, quæ æstus, & fervoris proprio nomine anthrax, id est, carbunculus, appellatur) gravis, & violenta impressio: qui per universum corpus perrans, mortifera his, qui eo perturbantur, iniecit pericula. Quinetiam quoniam in oculis potissimum ejus insidebat cruciatus, infinitos fere vivos cum conjugibus, & liberis cæcos reddidit.

(a) Mat. 24.

LVII. Bellum contra Armenos.

Iisdem temporibus bellum a tyranno contra Armenos concitatur, viros jam usque ab antiquis sæculis cum Romanis amicitia & societate conjunctos; quos quidem, quoniam Christiani erant, & veram in Deum pietatem magno studio, & diligentia colebant, iste Deo infestus tyrannus ad hostias idolis & dæmonibus immolandas cogere conatus, inimicos pro amicis, & hostes pro sociis effecit. Ista cum repente omnia in idem tempus concurrerent, arrogantem audaciam, & temerariam contra Deum jactationem tyranni, qui observantiæ suæ in idola collatæ, & obsidionis contra nos suscepiæ causa nec famem, nec pestem, nec bellum denique suis temporibus accidisse, fuisset insolenter gloriatus perspicue, coarguerunt: Hucusque Eusebius; quæ quidem hoc anno cœpta mala, sequenti quoque infelicius grassata sunt, atque novis insuper adaucta cladibus, ut suo loco dicturi sumus. Rerum igitur hoc anno in Oriente gestarum narrationis hic finis esto; quo persecutio sub Diocletiano excitata, cum ad decennium producta esset, desiit (decennii enim tempus tantum attigit, non absolvit, adeo ut Theodoretus (b) & alii sint qui numerent annos tantum novem ejus persecutionis, absolutos videlicet) quo item Ecclesiæ Orientali concessa pace per Galerium Maximianum; eo vita functo post sex menses, hoc eodem anno per Maximinum bellum in Christianos renovatum est; sed quomodo cito extinctum fuerit, sequentis anni historia plenius declarabit. Quid autem Romæ hoc ipso anno contigerit, cum Maxentius diram tyrannidem exerceret, & Melchiades Romanæ Ecclesiæ præesset, atque Tarquinius Perpenna Præfecturam Urbanam gereret, dicendum est.

(b) Theod. lib. 5. c. 38.

LVIII. Timotheus Romæ passus.

Ipsorum Silvestri Papæ Actorum exordio, Timothei Antiocheni narratur ea occasione martyrium, quod Silvester eum hospitio accipiens, atque pro illo defensionem suscipiens, Christum confessus sit. Accidit namque, ut Timotheus Antiochia Romam veniens, apud Silvestrum manens, cujus æstuabat ardore, Christi fidem publice prædicaret; quamobrem Gentilium provocavit invidiam; qui eum apprehendentes, Tarquinio Perpennæ Urbi Præfecto, ut impietatis reum, Romanorum legibus puniendum tradiderunt, a quo

PAGIUS demonstrabimus. Sedes itaque cessavit dies undecim.

XXIV. Decretales Eusebii spuriæ.

Tres Eusebii epistolæ circumferuntur, sed confictæ & supposititicæ. Prima data est ad *Episcopos Galliæ*, incipiens a verbis Gregorii lib. II. epist. 36. *Scriptæ Sanctitatis vestræ*, &c. continetque plura ex Ennodio desumta. Secunda Epistola est *ad Ægyptios*, in eaque refertur *locus satis* amplus ex quinta Synodo Romana sub Symmacho. Tertia est *ad Episcopos Tusciæ & Campaniæ*, incipitque a verbis Hormisdæ Papæ epist. 25. *Benedictus Dominus noster, qui per misericordiam suam Romanam Ecclesiam*, &c. In ea mentio Inventionis sanctæ Crucis, quam constat

a quo diu tormentis afflictus, & longo carcere maceratus, tandem capitali supplicio affectus, martyrio coronatur; cujus corpus clam a Silvestro subreptum, atque domum suam allatum est; illucque accedente Melchiade Papa, solitis exhiberi sanctis martyribus officiis ab eodem collatis, inter martyres receptus est, atque tabulis Ecclesiasticis ejus natalis dies, celebritate annua repetendus, adscriptus fuit. Sepultum vero post hæc fuit corpus ipsius a Theodora matrona in horto suo, non longe a Pauli Apostoli sepulcro, via Ostiensi, in cujus basilica postea fuit honestissime collocatum.

LIX. Nutant acta Silvestri.

Pergunt Acta post Timothei martyrium, narrare Silvestri confessionem & carcerem, e quo liberatus est, abrepto improvisa morte eodem Præfecto Urbi Tarquinio Perpenna; sed fusius hæc ibi scripta habentur. Cum vero subditur in iisdem, eodem tempore ipsum Silvestrum, postquam præclarum consummatæ virtutis in Christi nominis confessione edidisset exemplum, a Melchiade fuisse S.R.E. diaconum ordinatum; falsum plane esse redarguitur ex iis quæ S. Augustinus (a) scribit contra Petilianum, ubi inter alios Silvester Marcellini Papæ presbyter nominatur. Vides igitur ex iis Acta Silvestri non in omnibus sibi constare, sed aliqua eis superaddita, quibus cætera, licet vera sint, fide vacillent. Habebimus in illis recensendis delectum; explosoque in primis falso Eusebii Cæsariensis titulo, quo ea in plerisque codicibus inscripta invenimus, cætera quæ sint vera, quæ spuria, vel dubia, magno adhibito veritatis examine, disquiremus.

(a) Aug. contra Petil. de unbapt. c. 16.

LX. De tempore martyrii Timothei.

Sed quid tandem accidit de Timotheo martyre? cum enim tempore Constantini Imperatoris passum esse constet, perperam in codice scripto legimus, in persecutione ejusdem Constantini subiisse martyrium. At licet aliquando Constantinus brevi temporis spatio a Christianitate visus sit alienus; id tamen longe post hæc tempora accidit, ut suo loco dicemus.

Timothei vero martyrium contigit sub Melchiade, hoc anno, dum Præfecturam Perpenna gereret, antequam Constantinus se Romam conferret; nam alii qui sequuntur Melchiadis Papæ anni, aliis Præfectis Urbanis notati habentur, quamobrem nihil est, quod ea, quæ dicimus, ad Constantini tempora præferri possint. Decepti vero nos errore scripti Codicis, in nostris notationibus ad Romanum Martyrologium, cum de Timotheo egimus, plura superflue de Constantini in Christianos indignatione disseruimus, alio loco inferius opportunius collocanda, ac pariter emendanda. Sed & de Timotheo martyre illud non prætermittendum, perperam ejus martyrium poni sub sexto Consulatu Constantii (b) ante quinque annos; nam cum appareat, passum sedente Melchiade Papa; nequaquam aptari potest tempori illi, quo Romanæ Ecclesiæ constat præfuisse Marcellum.

(b) Apud Cuspin. de Consulibus sub Sexto Consulatu Constantii.

LXI. Alexand. Episcopus Alex.

Hoc eodem anno, si non superiori (ut pluribus dictum est) cum Achillas Episcopus Alexandrinus ex hac vita migrasset, subrogatus est in locum ejus Alexander; cujus Episcopatus exordio ea contigisse videntur, quæ de Athanasio puero cum sodalibus colludente scribunt Ruffinus (c) atque Sozomenus (d). Ait enim Ruffinus: *Tempore, quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander Episcopus agebat; cum post expleta solemnia conventuros ad convivium suum clericos expectaret in loco mari vicino, videt eminus puerorum super oram maris ludum, imitantium (ut fieri solet) Episcopum, atque ea quæ in Ecclesiis geri mos est. Sed cum intentius diutine pueros inspectaret, videt ab his geri quædam etiam secretiora & mystica. Perturbatus illico, vocari ad se clericos jubet; atque eis, quid eminus ipse videret, ostendit. Tum abire eos, & comprehensos ad se perducere omnes pueros imperat. Cumque adessent; quis eis ludus, & quid egissent, vel quomodo, percunctatur. Illi, ut talis habet ætas, pavidi negare primo; dein-*

(c) Ruffin. l. 1. c. 14.
(d) Soz. l. 2. c. 16.

PAGIUS stat Eusebii Papæ tempore nondum inventam fuisse. Postquam Sedes dies undecim vacasset, *Miltiades* seu *Melchiades* Pontifex superiori anno ordinatus est, idque secunda die Julii, ut jam dixi.

XXV. Achillas S. Petri Alex. successor.

Ad num. LXI. & seqq. *Achillas* S. Petro Episcopo Alex. ante annum sequentem non successit. Testatur enim Gelasius Cyzicenus lib. II. Historiæ Concilii Nicæni cap. II. post Divi Petri martyrium Ecclesiam Alexandrinam remansisse viduam *annum unum*: eoque transacto in sede hujus Martyris ordinatum esse *Achillam*, qui cum *mensibus tantum quinque supervixisset*, Alexandrum successorem habuit. Quare cum currentis anni die XXV. Novembris S. Petrus pro Fide occubuerit, non ante finem consequentis *Achillas* Ecclesiæ Alexandrinæ Principatum sus-

cepit: nec ante annum CCCXIII. Alexander eidem successit. Certe Theodoretus lib. I. cap. I'. Achillam exiguo tempore Ecclesiam gubernasse scribit, & Eusebius in Chronico præfato anno initium *Alexandri* collocat. Nicephorus Constantinopolitanus, & Theophanes in Tabulis, qui annum unum Achillæ tribuunt, numero rotundo utuntur, & Auctor Historiæ Patriarcharum Coptitarum, qui ei menses sex assignat, dies quos Gelasius neglexit, enumerat.

XXVI. S. Athanasius puero ipse puer baptizato.

Alexander itaque anno CCCXIII. die S. Petro decessori suo sacra vidit, pueros, qui in littore maris ludentes sacros Ecclesiæ ritus exprimebant, inter quos erat S. *Athanasius*, qui Præsulem agebat, quique alios baptizabat. Rem narrat Rufinus lib. 10. Hist. Ecclesiast. cap. 14. cui

de rem gestam per ordinem pandunt, & baptizatos a se esse quosdam cathecumenos confitentur per Athanasium, qui ludi illius puerilis Episcopus fuerat simulatus.

LXII. *Tum ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerint, quidve responderint, simul & ab eo qui interrogaverat, ubi videt secundum religionis nostræ ritum cuncta constare; collocutus cum Concilio clericorum, statuisse traditur, illis quibus integris interrogationibus, & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum non debere, sed adimpleri ea quæ a sacerdotibus mos est. Athanasium vero, atque eos, quos ludus ille vel presbyteros habere visus fuerat, vel ministros, convocatis parentibus, sub Dei obtestatione tradidit Ecclesiæ suæ nutriendos. Parvo autem tempore cum a Notario integre & Grammatico sufficienter Athanasius fuisset instructus, continuo tamquam fidele Domini commendatum, a parentibus restituitur sacerdoti, ac velut Samuel quidam in templo Domini nutritur, & ab eo pergente ad Patres in senectute bona, ad portandum post se ephod sacerdotale deligitur:* Hactenus Ruffinus; eadem fere ad verbum Sozomenus, qui addit, Alexandrum convictorem suum, ac scribam Athanasium constituisse.

LXIII. Athanasii ætas.

At non sic puerum Athanasium fuisse, ut a pubertate longius esset, quæ de eo anno superiori sunt dicta, significare videntur; quamobrem nequaquam minorem natu fuisse annis duodecim, ex eo potest intelligi, quod creatus est (ut dicemus) Episcopus Alexandrinus anno sequenti post Nicænum Concilium, qui numeratur annus Domini trecentesimus vigesimussextus, post annos ab hinc quindecim. Sed nec semper apud Alexandrum mansisse; sed profectum in eremum adhæsisse Magno illi Antonio, ipse in ejus vita a se scripta significat. Quod vero ad eruditionem pertinet; non tantum fuit valde imbutus Theologicis facultatibus, sed etiam Juris scientiam apprime callui; Severus (*a*) enim nominat eum Jurisconsultum. At de Athanasii primordiis hactenus.

(*a*) *Sever. hist. l. 2.*

PAGIUS cui suffragantur Socrates lib. 1. cap. 15. Sozomenus lib. 2. cap. 17. & Nicephorus lib. 8. cap. 44. Quæ res difficultate non caret: *Athanasius* enim exeunte mense Decembri anni trecentesimi vicesimi sexti Episcopus Alexandrinus ordinatus est. Unde si tunc annum circiter tricesimum, ut communiter dicitur, attigerat, anno primo *Alexandri* jam decimum septimum ætatis annum agebat; & tamen Rufini verba, aut res ipsa non videntur pati decenni puero grandiorem concipere *Athanasium*, quando cum pueris ludebat, quem adhuc impuberem fuisse Sozomenus scribit. Papebrocius die secunda Maii in Vita S. Athanasii cap. 1. dicit, dubitari posse, an Eusebius, quando lib. 7. cap. 32. tradit, *Petrum* anno persecutionis nono martyrium subiisse, ibidem persecutionis annos incipiat ab anno Christi CCXCV. quo Theophanes testatur, Diocletianum & Maximianum persecutos esse Christianos. Quare si anno CCCIII. quo resumtam atrocius persecutionem Theophanes describit, S. Petrus occisus est, Alexander, inquit Papebrocius, celebraverit decessoris sui anniversarium anno CCCV. aut insequenti; sicque Athanasius anno CCCXXVI. quo Episcopus dictus, annum tricesimum attigerit. Sed hæc conjectura non admittenda: initium enim Episcopalis sedis S. Petri, annusque ejus martyrii a nobis ex Eusebio, tam in Historia, quam in Chronico statutus, loco moveri non possunt, nisi tota Alexandrinorum Præsulum Chronologia evertatur: quod eo minus tolerandum, quo Eusebius, qui tunc vivebat, quique seriem & tempora eorundem Præsulum nos docuit tam in Chronico, quam in Historia diserte testatur, *S. Petrum* anno nono ultimæ persecutionis Diocletianeæ martyrium pertulisse. Idem tradunt Theophanes & Auctor Chronici Alexandrini; nec hac de re controversia esse potest.

XXVII. *Veritas hujus historiæ defenditur.*

Magis verosimile, quod subjungit idem Vir doctissimus: *Si quis tamen*, inquit, *salva rei substantia, Rufino in aliis quoque de hoc sancto scriptis non accuratissimo, & solum auditu cognita narranti, putet in nominando Episcopo obrepsisse errorem, ipsique S. Petro in memoriam decessoris sui S. Theoni Ecclesiam dedicanti malit accidisse, ut videret ludentem Athanasium, nihil repugnabimus: quia etiam sic salva manebit rei substantia, solumque deficiet in circumstantia facile in talibus aliserabili.* Verum Rufini narratio omni ex parte vera, ex qua intelligimus, *Athanasium* annos circiter viginti sex natum ad Ecclesiæ Alexandrinæ thronum evectum fuisse: ideoque anno trecentesimo decimo tertio, *adhuc impuberi*, ut Sozomenus loquitur, *ipsud ei accidisse*; tunc enim annum circiter XIII. agebat. Certe Athanasium, adhuc juvenem Episcopum Alexandrinum creatum discimus ex Ammone Episcopo in epistola ad Theophilum Alexandrinum *de Conversatione & particulari vita SS. Pachomii & Theodori*, in qua cap. 2. hæc verba leguntur: *Dixit etiam nobis Pachomius: Mox ut in sedem Alexandrinam inductus est Athanasius, vivi nonnulli improbi divinam circa eum dispositionem accusare cœperunt; nimiam ejus juventutem causantes, & Ecclesiam in factiones scindere conati.* Quod mirum videri non debet, cum seculo sequenti S. Remigius *anno ætatis vigesimo secundo* sit episcopus Remorum ordinatus, ut in ejus Vita legitur. Papebrocius die XIV. Maii, S. Pachomio sacra, Ammonis epistolam refert, aitque, citatis verbis confirmari quod de S. Athanasio in hujus Vita ipsemet dixerat, eum nempe tricenarium dumtaxat fuisse, cum ordinaretur. At si *Athanasius* eam tum ætatem attigisset, Adversarii nimiam ejus juventutem causari non potuissent, nec ejus electionem veluti non rite factam calumniari. Ea itaque historia in dubium non revocanda.

XXVIII. *Alexander Africa Tyrannus.*

Alexander Africæ Tyrannus hoc anno a Ducibus Maxentii superatus, hujusque dominio Africa subjecta, ut anno CCCVII. ostendimus. Quæ ab hoc Tyranno in Africa gesta, obscura remansere, quia nullus ejus Vitam in literas misit. Lampridius quidem in Vita Heliogabali, quam Constantino Magno nuncupavit, cap. ultimo ait, se Diocletiani & Maximiani Vitam scripturum, subditque: *His addendi sunt Licinius, Severus Alexander atque Maxentius.* Casaubonus in Notis ait, Severum non Alexandrum, sed Marcum Aurelium Severum vocatum, ideoque delendam hic vocem *Alexander*, quam ab imperitis hominibus infertam putat. Verum non ea vox expungenda, sed ante eam virgula interjicienda; destinaverat enim Lampridius Vitam scribere tam Licinii & Marci Aurelii Severi, quam Alexandri, qui in Africa imperavit, & Maxentii, qui Romam & Italiam occupavit, & adversus quem *Constantinus* hoc ipso anno bellum suscepit, ut sequenti, quo victus est, videbimus.

JESU CHRISTI ANNUS 312. MELCHIADIS PAP. ANNUS 2. CONSTANTINI IMP. ANNUS 7.

I. Annus ecclesiæ felicissimus.

TRecentesimus duodecimus Christi annus, Constantini & Licinii secundo Consulatu in tabulis Consulum ordinariorum adscribitur, Ecclesiæ Dei omni ex parte felicissimus; quo in primis in Oriente furentis iterum Maximini in Christianos impetus, immissis a Deo cladibus multiplicibus, retardantur ac penitus reprimuntur, & in Occidente Maxentius tyrannus a Constantino virtute Crucis victus atque extinctus penitus fuit. Sed a rebus Orientalis Imperii, ut superioribus contexatur oratio intermissa, narrationis sumamus anni præsentis exordium. Cum (ut dictum est) adversus Christianos postliminio restitutos, & jam sex mensibus tranquilla pace potitos, Maximinus Imperator novis artibus acerbiorem persecutionem pararet, jamque Tyriis & Antiochenis atque aliis civitatibus de pellendis Christianis postulatum ab eis rescriptum libentissime concessisset, iis graviora in Christianos experturus, magna Dei potentia impios multipliciter ulcisceute, omnis præter sententiam conatus illius intercipitur, fame, peste, & bello ejus Imperio dirissime afflictato, magnaque divinæ justitiæ dispensatione factum est, ut qui ex insperato quietum statum Ecclesiæ perturbasset, ex inopinato quoque felicissimus ipsius Imperii status, quo mirifice extollebatur, accepta ferens cuncta Gentium diis, in maximum omni ex parte periculum laberetur. Sed quem cœpta tot mala habuerint exitum, Eusebius rei gestæ narrationem semel aggressus, his verbis prosequitur (*a*).

(*a*) *Euseb. lib. 9. c. 7.*

II. Imperium bello, fame, & peste vexatum.

Hæc igitur mala, quæ pariter in eumdem temporis articulum incidebant, tyranni calamitosi exitus tamquam proœmia quædam complexa sunt. Ut ille in bello contra Armenios administrato una cum exercitu gravem cladem accepit; ita cæteri, qui civitates ejus Imperio parentes incolebant, fuerunt fame simul & peste acerbe afflictati; usque eo, uti pro una tritici mensura bis mille, & quingentas drachmas Atticas persolverent. Infiniti ergo in singulis civitatibus mortui sunt, complures etiam in agris, & vicis extincti; ut jam parum abesset, quin colonorum census qui jamdudum innumerabiles

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5805.

SÆC. IV. Anno Urbis 1065. Olymp. 272. an. 4. A. C. 312.

⊙ 13. FE. ☽ 9. P. 13. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 312.

MELCHIADIS PAPÆ 2.

PERSECUTIONIS 10.

CONSTANTINI 7. LICINII ET MAXIMINI 6.

I. *Consules Italiæ, & reliqui Orbis Romani.*

[1] ANum. I. ad XIX. In Fastis Cæsareis in quibus leguntur Consules qui in toto Imperio Romano præterquam in Italia annum aperuere, hoc anno habetur: *Constantino II. & Licinio II.* sed in libello de Præfectis Urbi in quo tam Consules qui in Italia, quam qui in reliquo Orbe Romano agniti sunt, memorantur, hoc anno legitur: *Maxentio IV. Consule, qui sunt Constantino II. & Licinio II. V. Idus Februarii, Aradius Rufinus P. U. VI. Kalendas Novembris, Annius Anulinus dies XXXIV. P. U. III. Kalendas Decembris, Aradius Rufinus iterum P. U.* Idacius in Fastis eosdem Consules exhibet, solumque Maxentium IV. in Italia sc. Consulem fuisse dicit. Is Maxentii Consulatus juxta quintam regulam, propter Africanum triumphum; præterquam quod in hunc annum sua Quinquennalia distulerat, uti mox ex Lactantio lib. de Mortibus Perfecutorum videbimus. Licinii vero Consulatus juxta secundam; Augustei enim Imperii ejus Quinquennalia in hunc annum incidunt; ideoque Constantini Consulatus juxta tertiam regulam, ut sc. ejus Collega esset.

II. *Præfecti Urbis Romæ hoc anno.*

Porro ex laudatis libelli de Præfectis Urbi verbis constat, Aradium Rufinum quinto Idus Fe-

NOTÆ [1] COss. In Italia: *Constantinus II. & Licinius II.* Alibi: *Maxentio IV. Coss.* Fasti Idatiani: *Constantino II. & Licinio II. Maxentio IV. solo.* Vindebonenses, Prosperi Chronicon, & Bucherii laterculi: *Constantino II. & Licinio II.* Lib. de Præf. Urb. *Maxentio IV. consule, qui sunt Constantino II. & Licinio II.*

esse solebant, penitus deficerent, propterea quod derepente fere omnes jam inedia, alimenti penuria, & pestifero morbo interiissent. Nonnulli vel pro minima cibi particula res sibi carissimas locupletioribus vendiderunt. Alii suis possessionibus pedetentim divenditis, ad extremam egestatem tandem devenerunt. Jam vero non pauci exigua fœni segmenta confecere dentibus, & absque delecta herbas quasdam pestiferas ac lethales, & quæ corporis habitum labefactant, devorantes, misere periere.

III. Dira fames.

Quinetiam mulieres quædam nobiles in singulis civitatibus ad tam importunam impudentemque necessitatem erant præ indigentia detrusæ, ut in forum & plateas publicas mendicatum prodirent; quæ quidem verecundo vultus sui pudore & exquisita vestitus elegantia evidens suæ liberalis lautæque opsoniorum affluentiæ indicium, quæ antea abundaverant, perspicue declararunt. Alii plerique homines erant, qui tamquam simulacra mortua, macie tabefacti, huc illucque agitati, concussique, & animo plane deficientes, præ virium imbecillitate in mediis concidebant plateis; & proni in terra extensi, sibi parvum frustum panis porrigi suppliciter poposcerunt, & cum vitæ extremum spiritum essent jam edituri, se fame confici clamarunt, & ad hanc vocem acerbissimam solam fundendam, satis habuisse virium visi sunt. Multi qui ditiores videbantur, præ mendicantium turba obstupefacti, post infinitas facultates in egentes erogatas, deinceps in duram quamdam & inflexibilem animi affectionem propterea venerunt, quod eamdem pene calamitatem cum mendicis se brevi perpessuros expectabant. Quare jam in medio foro, plateis, & angiportis mortua, & nuda corpora projecta, multorum dierum spatio insepulta, miserandum spectaculum oculis intuentium exhibuerunt. Jam vero nonnulli extincti, canum laniatus & præda facti sunt; quam ob causam qui adhuc erant superstites, ad canes interimendos se converterunt, timore quodam perculsi, ne insana rabie furentes, homines etiam vivos devorarent.

IV. Pestis grassatur.

Pestis autem omnes domos integras & familias penitus depascebatur, & eos vel maxime, quos fames propter alimentorum affluentiam, qua fruebantur, consumere & conficere non poterat. Magistratus & Præfecti, aliique prope infiniti, qui cum potestate & imperio erant, omniumque rerum copia circumfluebant, perinde ac si fames quasi de industria eos missos fecisset, ut peste interirent, acerbissimam mortem, & maxime repentinam sustinuerunt. Omnia igitur loca, angiportus, forum, plateæ lacrymis, mœrore, & planctu redundabant; neque aliud quicquam spectare licebat, quam miserabiles fletus, quos pro tibiarum cantu, & strepitu ipsis in more posito ediderunt. Quocirca mors his duobus telis, quæ supra dixi, peste videlicet, & fame, hoc modo bellum gerens, universas familias brevi temporis spatio absumpsit, & depasta est; adeo ut jam plane conspicari licuisset duo aut tria mortuorum corpora ex unis ædibus pariter ad sepulturam elata. Arrogantis tyranni Maximini ostentationis, & decretorum per singulas civitates contra nos sancitorum tale præmium ac merces fuit.

V. Christianorum officia pietatis.

Quo quidem tempore clara singularis Christianorum erga quemque, & studii, & pii animi indicia apud omnes increbuerunt. Nam hi solum in tanto malorum cumulo suis recte factis, & piis officiis misericordiam declarabant, & benignitatem; quorum alii in dies singulos mortuorum funeribus, & sepulturæ (infiniti enim erant, quibus sepeliendis nemo curam adhibuit) diligentem navarunt operam; alii multitudine eorum, qui per totam civitatem fame urgebantur, in unum coacta, omnibus panes dispertierunt; usque adeo, ut hoc præclarum facinus per omnes homines constanti fama, & magna celebritate pervaderet, & singuli, Christianorum Deum gloria, & laude prædicarent, eosque solos, & veros Dei cultores, re & factis comprobatos faterentur. Pro quibus rebus hunc in modum confectis, magnus ille, & cælestis Christianorum propugnator Deus, simulatque his calamitatibus, quas supra commemoravimus, in omnes infideles pro maleficiis, quæ præter æquum in nos admi-

PAGIUS Februarii a Maxentio Urbis Præfectum creatum esse; sed cum a Constantino VI. Kalendas Novembris victus fuisset, hunc Annium Anulinum in ejus locum substituisse, qui per dies XXXIV. eam dignitatem obtinuit, & postea Proconsul in Africam, quo Tyranni caput delatum, missus est, *Aradio Rufino* die XXIX. Novembris in eam Præfecturam restituto. Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani arbitratur, *Anulinum* a Maxentio, cum Roma prodiret VI. Kalend. Novembris, Præfectum dictum. Verum hoc parum verosimile. Quo enim die Roma exiit, curis militaribus, non vero urbanis incumbendum fuit. Nec videtur *Constantinus* in Urbem intrasse, antequam novum fidumque Præfectum eidem præposuisset. *Rufinus* tamen in ejus gratiam postea receptus, ab eoque die XXIX. Novembris in pristinam dignitatem restitutus, tuncque, ut conjicere licet, *Anulinus* Proconsul in Africam missus.

Bellum inter *Constantinum* & *Maxentium*, non hoc anno, sed præcedenti inchoatum. Auctor enim incertus Panegyrici Constantino dicti cap. 21. testatur, *eam expeditionem annuam* fuisse. Eutropius vero lib. 10. ait: *Quinto Constantinus Imperii anno bellum adversus Maxentium civile commovit, copias ejus multis prœliis fudit.* Quintus Constantini annus die XXIV. Julii anno ante-

III. *Bellum Constantinum inter & Maxentium.*

misissent, terrorem suum, & indignationem palam ostenderat, clementem, & eximium suæ de nobis providentiæ splendorem deinceps erga nos effudit; nobisque tamquam in profunda tenebrarum caligine constitutis mirandum in modum præclarum pacis suæ lumen cælitus demisit; & omnibus planum fecit, se Deum esse, qui nostrarum rerum semper diligenter rationem ducit, qui populum suum castigat; qui rebus afflictis cum tempus postulat, eum coercet; qui rursus ubi suos disciplina, & correctione satis afflixerit, se propitium, & benevolum iis, qui in eo spem ponunt, manifesto declarat. Hucusque Eusebius de cladibus; quibus Gentilium adversus Christianos in singulis civitatibus tumultuantium punita atque repressa est petulantia, quibus, & Maximini illos præconio celebrantis, & rescriptis faventis pervicacia coercita est, necnon pariter declaratur persecutionem magnis principiis inchoatam cito friguisse, ac penitus evanuisse; nam (ut idem testatur Eusebius *a*) a tempore, quo in columnis contra Christianos edicta Maximini affixa sunt, usque ad edictum ab eodem pro eorumdem pace promulgatum, nec integri anni tempus intercessit.

(*a*) Eus. l. 9. c. 8. in fine.

VI. Ratio temporis persecutionis.

Si quæ igitur Maximini diuturnior atque acerbior adversus Fideles persecutio sævisse dicitur (quod in Actis Sanctorum martyrum, & apud alios auctores facile est reperire) non utique ad hæc tempora, quibus post Galerium Maximianum defunctum ipse cum Licinio administravit Orientis Imperium, referenda est, sed ad sex annos illos, quibus (ut dictum est) eodem vivente Galerio illi crudelitate non impare, sed moribus turpiore, Fideles persecutione ubique vehementer exagitavit. Cæterum, eo defuncto, concessæ ab eodem pacis pertæsus, ad immaniorem persecutionem viam stravit, quæ tot hisce malis repentinis obortis cito sublata est; quamobrem nec decennalis persecutionis periodus alio persecutionis Maximini augetur anno, ut undecim annorum spatio continuata dicatur, quæ sub Diocletiano semel cœpta, licet ipse cum collega Imperio cesserit, tamen successorum Imperatorum opera propagata, eodem numero, & titulo, quo cœpta semel est, usque ad decennium progressa dicitur; sed ad undecimum quoque annum eam perseveravisse, affirmandum esset, si annus etiam præsens adderetur; verum brevioris pacis terminus, nempe sex mensium, qui medius extitit, haud tantæ considerationis fuit, ut ejusdem Imperatoris duas persecutiones efficeret, sed nullius momenti sequens perturbatio habita est, quæ cito præterit, nec ad gladium usque pervenit. Quomodo autem hoc eodem anno postea idem Maximinus, audita Constantini victoria, & nece Maxentii, vestigio nova pro Christianis prioribus adversantia promulgarit edicta, suo loco narrabitur; sed jam de clade Maxentii differamus.

VII. Maxentius victus a Constantino quando.

Hoc eodem anno, iisdem Consulibus, Maxentius Imperator ultimo die natalis sui, Imperii expleto sexennio, antequam septennium inchoaret, a Constantino victus, in Tiberim prolapsus occubuit. Quod in primis ad tempus spectat, hæc, ut sunt posita, contigisse, fidem facit Panegyricus dictus Constantino post debellatum eumdem Maxentium, in quo hæc leguntur (*a*): *Sed divina mens, & ipsius Urbis æterna majestas nefario homini eripuere consilium; ut ex inveterato illo torpore ac fœdissimis latebris subito prorumperet, & consumpto per desidias senio, ipsum diem natalis sui ultima sua cæde signaret, ne septenarium numerum sacrum, & religiosum inchoando violaret.* Hæc ibi, & infra totum ejus Imperii tempus appellat cladem sexennii. Porro Eusebius in Chronico sic ponit eum annis sex imperasse, ut tamen hoc anno, quo Constantinus Augustus auspicatur septennium, obitum ejus referat. Quod ad mensem ac diem hujus anni pertinet; qui id contigisse ait (*b*) septimo Kalendas Octobris, unde id acceperit, non invenimus; nam nec quæ citat loca id aliquo modo testantur.

(*a*) Panegyric. Constantini 2.

(*b*) Panvin. l. 2. fastor.

VIII. Status urbis sub Maxentio.

Qualisnam autem esset Urbis, & Occidentalis Imperii sub Maxentio status, nihilo certe melior eo, quem præfati fumus, postea fuit, sed in deterius prolabe-

PAGIUS antecedenti absolutus, eoque ideo Christi anno bellum Maxentianum inchoatum. Bellum illud a Maxentio indictum, ut non tantum Lactantius mox laudandus, sed etiam Zosimus lib. 2. nos docuere: *Maxentius*, inquit Zosimus, *occasiones gerendi adversus Constantinum belli quærebat, seque dolore propter obitum patris sui simulans, cui mortis causam Constantinus præbuisset.* Invitatus postea a Romanis tyrannidem Maxentii ægre ferentibus Constantinus fuit. Sed de hoc bello audiendus Lactantius lib. de Mortibus Persecutorum, qui cap. 43. de Maximino loquens ait: *Unus jam supererat de adversariis Dei, cujus nunc exitum ruinamque subnectam. Cum haberet æmulationem adversus Licinium, quia prælatus ei a Maximiano fuerat, licet nuper cum eo amicitiam confirmasset, tamen ut audivit, Constantini sororem Licinio esse desponsam, existimavit, affinitatem illam duorum Imperatorum contra se copulari. Et ipse Legatos ad Urbem misit occulte, societatem Maxentii atque amicitiam postulans. Scribit etiam familiariter. Recipiuntur Legati benigne, fit amicitia, utriusque imagines simul locantur. Maxentius tanquam divinum auxilium libenter amplectitur. Jam enim bellum Constantino indixerat, quasi necem patris sui vindicaturus. Unde suspicio inciderat, senem illum intestabilem finxisse discordiam cum filio, ut*

III. *Bellum Constantinum inter & Maxentium.* Baron. ann. VII. & seq.

bebatur in dies, in omnes existens ipse sævissimus atque turpissimus, militibus tantum addictus, ad quos sibi conciliandos, ad omne scelus laxabat illis habenas; quoties enim milites in concionem vocabat, se solum cum illis Imperatorem, alios per milites pro se militare, jactabat: *Fruimini*, ajebat, *dissipate, prodigite*. Hæc in publica illa laudatione (*a*) Constantini dicta sunt. Atque adeo non Urbs tantum, totumque illi subjectum Romanum Imperium tyrannum unum Maxentium passum est, sed tot tyrannos, quot milites, ac proinde non Urbs tantum, ubi aderat, sed & Africa (ut ibi dicitur) exhausta erat, & insulæ tot prædonum manibus exinanitæ.

(a) Panegyr. 2. in laud. Constantini post vict. Maxent.

IX. Dira Tyrannis Maxentii.

De rebus ab eo Romæ gestis in cives, Senatorum ac populi immensa cæde, facultatum direptione, matronarum violatione, ad magicas artes puerorum ac fœminarum evisceratione, aliisque portentosis immanis, ac pariter insani hominis facinoribus, Eusebius (*b*) rursum; quæ, & tanguntur in citato nuper Panegyrico post victoriam dicto, insinuante pariter causam qua ad inferendum illi bellum permotus fuerit Constantinus; ac primum in hunc modum auctor Constantinum compellat: *Hæc omnia, Imperator, cum cogitares, scires, videres, ne te paterna gravitas, nec tua natura temerarium esse patefaceret; dic, quæso, quid in consilio, nisi divinum numen habuisti? An illa te ratio ducebat (sua enim cuique prudentia Deus est) quod in tam dispari contentione non poterat melior causa non superare, & innumerabiles licet ille copias pro se obiiceret, pro te tamen justitia pugnaret? Ut enim omittam illa quæ non decet comparari, quod erat ille Maximiani suppositus, tu Constantii pii filius; ille despectissimæ pravitatis, detortis solutisque membris, nomine ipso abusiva appellatione mutilato*, nempe quod loco Maximiani paterni nominis, Maxentius diceretur; *tu quod sufficit dicere, tantus, & talis; ut hoc, inquam, omittam, te Constantine, paterna pietas sequebatur; illum, ut falso generi non invideamus, impietas; te clementia, illum crudelitas; te pudicitia sola dicata conjugio, illum libido stupris omnibus contaminata; te divina præcepta, illum superstitiosa maleficia, illum denique spoliatorum templorum, trucidati Senatus, plebis Romanæ fame enectæ piacula; te abolitarum calumniarum, te prohibitarum delationum, te conservatio, & homicidarum sanguinis gratulatio. In tam diversa causarum ratione divino consilio, Imperator, hoc est tuo, non militum multitudinem, sed partium merita numerasti.* Sed quibus insuper aliis causis Constantinus provocatus fuerit ad inferendum Maxentio bellum, diligentius est exquirendum.

(b) Euseb. lib. 8. c. 26 & in Vit. Constantini l. 1. c. 27. 28. 29. 30.

X. Constantinus quibus est permotus in Maxentium.

Meminisse debemus, jam ab ipso exordio Imperii Constantini a Maximiano primum Maxentii non patre; sed (ut dictum est) socero, sub conjugii fœdere fuisse eidem Constantino paratas insidias; sed, Deo vindice, ereptum; respuisse etiam Maxentium quam ille offerebat pacem, recusasseque eum habere collegam Imperii, atque adeo dictis factisque infensum semper se illi hostem exhibuisse; qui occasionem numquam, vel levem prætermisit, qua illum quoquo modo lædere posset; nam (quod habet Nazarius *c*) Constantini dejecit imagines, easque affecit injuria; sunt enim ejusdem auctoris ejusmodi de scelere nefando querelæ: *Ecce enim (prob dolor! verba vix suppetunt) venerandarum imaginum acerba dejectio, & divini vultus litura deformis. O manus impiæ! o truces oculi! ita non caligastis? in quo lumen mundi obscurabatis, meritas ipsi tenebras non imbibistis? Commovere tandem conscia virtus, nec permittas hoc furori, cui de te aliud non licebat. Sed quid tandem assequeris cæca dementia? aboleri hic vultus non potest; universorum pectoribus infixus est, nec commendatione ceræ, aut pigmentorum fucis retinet, sed desiderio efflorescit animorum. Una demum Constantini oblivio est, humani generis occasio. Nunc vero commendabiliorem injuria tua faciet patientiam ejus; avidius expetent, quem pictura non reddit; flagrantiora sunt animorum desideria, cum oculorum solatia perdiderunt. Nihil profecto gravius, nihil miserius Roma doluisti:* Hæc Nazarius, pluribusque commendat Urbis de Constantino desiderium; occulte namque ab Urbe ad eum missos esse legatos, qui animum illius adversus tyrannum concitarent, urgerentque complures (*d*) affirmant.

(c) Nazar. in Panegyr. Constantini.

(d) Zon. & Cedren. in Annal.

XI. Numen favet Constantino.

Verum cum Constantinus inire cum Maxentio pacem optasset, renuente illo, impellente numine, cælitus quoque copiis missis,

ut ad alios succidendos viam sibi faceret, quibus omnibus sublatis, sibi ac filio totius Orbis Imperium vindicaret. Sed id falsum fuit. Nam id propositi habebat, ut & filio & ceteris extinctis, se ac Diocletianum restitueret in regnum. Nazarius in Panegyrico Constantino Aug. dicto cap. 9. 10. 11. & 12. illud etiam bellum Maxentio imputat, & Constantini prudentiam ad illud evitandum pluribus laudat.

Pergit Lactantius cap. 44. *Jam mota inter eos fuerant arma civilia. Et quamvis se Maxentius Romæ contineret, quod responsum acceperat periturum se, si extra portas Urbis exisset, tamen bellum per idoneos Duces gerebatur. Plus virium Maxentio erat, quod & patrir sui exercitum receperat a Severo, & suum proprium de Mauris atque Italis nuper extraxerat. Dimicatum, &*

IV. Singularia quædam de bello Maxentiano.

missis, cum expeditionem in Italiam comparasse, & ad tyranni interitum properasse, idem Nazarius his verbis significat: *Pugnasti igitur, Imperator, coactus quidem; sed hoc maxime victoriam meruisti, quia non desiderabas; optasti pacem; sed ignosce, si plus omnium vota valuerunt; nec illa Divinitas obsecundare cœptis tuis solita, in hoc refragata est, sed aliquid e sententia tua non cecidit, ut plus pro meritis iniret; negata est concordia, cui erat parata victoria. In ore denique est omnium Galliarum, exercitus visos qui se divinitus missos præseferebant. Et quamvis cælestia sub oculis hominum venire non soleant, quod crassam, & calliganiem aciem simplex, & inconcreta substantia naturæ tenuis eludat, illi tamen auxiliatores tui aspici audiriique patientes, ubi meritum tuum testificati sunt, mortalis visus contagium refugerunt. Sed quænam illa fuisse dicitur species; qui vigor corporum, quæ amplitudo membrorum, quæ alacritas voluntatum? flagrabant verendum nescio quid umbones corusci, & cælestium armorum lux terribilis ardebat; tales enim venerant, ut tui crederentur. Hæc eorum sermocinatio, hoc inter audientes ferebant: Constantinum petimus: Constantino imus auxilio. Habent profecto, & divina jactantiam, & cælestia quoque tangit ambitio. Illi cælo lapsi; illi divinitus missi gloriabantur, quod tibi militabant. Ducebat hos, credo, Constantius pater, qui terrarum triumphis altiori tibi cesserat; divinas expeditiones jam divinus agitabat. Magnus hic quoque pietatis tuæ fructus, quod, quamvis particeps cæli, ampliorem se fieri gratia tua senserit; & cujus munera in alios influere jam possint, in eum ipsum tua munera redundarunt.*

Cælitus missæ copiæ Constantino.

XII. Pro concione omnibus nota divina apparitio prædicata.

Cedat tibi non recentium sæculorum modo, sed totius memoriæ vetustas; quamvis illa recti appetens, & nullo unquam depravata in officio, glorietur penes se sanctitatis famam stetisse; sed nec leguntur præconia hominum, ubi quæruntur judicia divina. Illi igitur veteres laudati vitæ moderatores, qui refrænandis cupiditatibus, restricte compteque vixerunt, quorum omnis ætas armis conterebatur; quando tantam in prælio divinam opem pro merito integritatis habuerunt? ut qui longe a virtutibus tuis distant, in proximo saltem justitiæ gradu reponantur. Romano quodam in bello ferunt duos cum equis juvenes extitisse spectatos forma pariter ac viribus, quia in dimicando præter cæteros insignes fuissent, jussu Imperatoris ad remunerandum requisitos. Ubi nullus inveniebatur, fides habita est, divinos fuisse, quod laborem sedulo communicavissent, laboris pretium respuissent. Equidem historiæ non invitus assentior; neque enim in hoc veri interpolatrix tenenda, quæ se non vanam antiquitatis nunciam polliceatur; sed tamen illi, qui hoc Annalium monumentis alligaverunt, verebantur, ne apud posteros miraculis fides claudicaret. Estote, o gravissimi auctores, descriptorum religione securi, credamus facta, qui majora nunc sensimus; magnitudo Principis nostri veterum fidem conciliat, sed miraculum detrahit; pro auxilii copia, negotiorum ratio metienda est; duo quondam juvenes, sed nunc exercitus visi hoc certe uberius, nec infirmius veritate; stat argumento duplici fides nixa; sic Constantinus juvari meruit, sic debuit Roma servari.

XIII.

Magnum hoc Imperator maxime, sed de tua pietate non mirum; adesse tibi in omnibus summam illam majestatem, quæ te circumflexa tueatur, conjectura mentium tenebamus, & si nondum ad fidem patebat oculorum. Etenim cum mens tua mortali contagione secreta, pura omnis, funditus sincera, ubique se promerendo Deo præstet, cum gloria tua humanum modum supergressa sit; quis est hominum quin opitulari Deum credat, cum id & vita mereatur, & rerum gestarum magnitudo testetur? Hucusque Nazarius, licet Gentilis orator, qui quidem non uno, vel altero teste, sed omnibus Galliis astipulantibus, rem adeo admirandam Senatui amplissimo, & aliis astantibus notam vulgatamque egregie testatam, fideque publica consignatam, posterorum memoriæ commendavit; quæ voluimus ejusdem auctoris verbis hic describisse, quo majorem concilient sibi fidem. At plane decebat, ut cælitus missæ copiæ cæleste divinumque signum pariter secum ferrent; illud nempe de quo sic sacris litteris proditum est, dum agitur de Christo cum majestate venturo (*a*): *Tunc parebit signum Filii hominis in cælo:* De quo, & alibi (*b*): *Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei vivi.* Quod ipsum factum esse divinitus e cælo conspicuum Constantino, cum scriptores omnes affirment, Eusebius in

(a) Matth. 24.

(b) Apocal. 7.

& Maxentiani milites prævalebant, donec postea confirmato animo Constantinus, & ad utrumque paratus, copias omnes ad Urbem propius admovit, & e regione pontis Milvii consedit. Imminebat dies, quo Maxentius Imperium ceperat, qui est ad sextum Kalendas Novembris, & Quinquennalia terminabantur. Commonitus est in quiete Constantinus, ut cæleste signum Dei notaret in scutis, atque ita prælium committeret. Fecit, ut jussus est, & transversa X. littera summo capite circumflexo Christo in scutis notat. Quo signo armatus exercitus capit ferrum. Procedit hostis obviam sine Imperatore, pontemque transgreditur. Acies pari fronte concurrit. Summa

re adeo mirifica recensenda, ipsiusmet Constantini hæc sibi juramento quoque contestantis, fidem obligat.

XIV. De promissa divinitus victoria.

Quod licet Ethnici scriptores ignorarint, aut potius dissimularint; illud certe palam testati sunt, cælitus promissam fuisse victoriam Constantino, eaque numinis sponsione ipsum certum atque securum, contra militum omnium sententiam, longe imparem copiis, perdifficilem ac periculosam expeditionem in Maxentium suscepisse; unde post adeptam victoriam hæc coram Constantino orator est pro concione locutus (*a*): *Quisnam* (inquit), *te Deus, quæ tam præsens hortata est majestas, ut omnibus fere tuis comitibus, & ducibus non solum tacite mussantibus, sed omen aperte timentibus, contra consilia hominum, contra auspicum monita, ipse per temet liberandæ Urbis tempus venisse sentires. Habes profecto aliquid cum illa mente divina, Constantine, secretum, quæ delegata nostris diis minoribus cura, uni se tibi dignatur ostendere; alioquin, fortissime Imperator, sic quoque cum viceris, reddo rationem. Rhenum tu quidem toto limite dispositis exercitibus, tutum reliqueras; sed hoc majores pro te suscepimus metus; quod nobis potius quam tibi consulebas, nostramque pacem magis, quam bellum, quod aggredebare firmaveras; næ tu, Imperator, nimio nostri amore nescisti ad securitatem nobis vere providere, qui non omnia tecum arma movisti, cum in tua conservatione salus nostra sit.*

(*a*) Panegyr. 2. post vict. Constant.

XV. Exiguæ copiæ Constantini.

Et quid opus erat ipsi Rheno instructis tot militibus, & classibus, quem jam quidem barbaris nationibus virtutis tuæ terror obstruxerat? An ostentare voluisti diligentiam tuam divisis copiis inter custodiam pacis, & belli? aut etiam jactanter, & gloriose probare, liberandæ Urbi te sufficere cum paucis? Vix enim quarta parte exercitus contra centum millia armatorum hostium Alpes transgressus es, ut appareret penitus considerantibus, id quod nos fugit in amore trepidantes, non dubiam te, sed promissam divinitus petere victoriam. Duxerat magnum Severus exercitum, & hostem suum perfidia destitutus armaverat. Majores postea copias Maximianus admoverat, & ipse transfugis videbatur prospere refugisse: Hæc ipse, quem nec opinio sua fefellit; nempe verum fuisse, Constantinum, divinitus accepto de futura victoria nuncio, eo persuasum, eoque armatum, ad certam victoriam, relicta magna exercitus parte, adversus Maxentium in Italiam properasse.

XVI.

Sed audiamus Eusebium, qui Constantino postea intimus, quæ ab eo se accepisse testatur, posteris scriptorum memoriæ commendavit, sic dicens (*b*): *Constantinus deinde post debellatos barbaros, in universum totius mundi ambitum, tamquam in corpus quoddam immensum aciem mentis intendens, & civitatem illam, quæ quasi caput mundi est, totiusque Romani Imperii moderatrix tyrannis in servitutem datam perspiciens, primum ejus in libertatem vindicandæ potestatem illis, qui reliquas Imperii partes procurabant, utpote cum honoris gradum ante ipsum adeptis, permisit. Verum ubi nullus eorum illi malo remedium potuit afferre; sed qui periculum facere in animum inducebant, turpem habuere exitum; ipse nec vitam sibi vitalem fore dixit, si civitatem omnium dominam, & reginam ita ægre affectam & afflictam esse pateretur; & propterea ea parare sedulo studebat, quæ videbantur ad delendam tyrannidem spectare.*

(*b*) Euseb. in Vita Constantini lib. 1. c. 20. 21. 22. 23.

Constantini de Urbe liberanda consilium.

XVII. Quærit Constant. quem verum Deum colat.

At cum accurate ratione animoque lustrando comperisset, propter maleficas, & fallaces magorum præstigias a tyranno studiose conquisitas multo firmiore præsidio sibi opus esse, quam quod res militaris suppeditare soleret; Deum quæsivit adjutorem; ratus auxiliis, quæ ex armis, & militum manu petuntur, vix secundas tribuendas, at quæ sunt ex Deo, nec viribus expugnari, nec ulla frangi violentia posse. Mente igitur diligenter complexus est, quisnam Deus sibi in subsidium esset adsciscendus. Ac quærenti illi talis subiit cogitatio eorum qui antea Rempublicam attigissent, plerumque omnes suam spem in deos complures conjecisse, eosque victimis, & monumentis coluisse, ac primum divinationum invitamentis, deinde oraculis, quæ fausta feliciaque auspicia ipsis denunciabant, in fraudem inductos infelicem reperisse exitum, & plane calamitosum, neque quemquam deorum, vel benigne illis opem tulisse, vel prohibuisse quo minus nefanda internecione cælitus invecta opprimerentur. Solum ejus patrem ad contrariam viam, & eorum institutis longe dissimilem divertisse, eorum condemnasse errorem, ipsum solum Deum omnium rerum administratorem toto vitæ spatio

ma vi utrimque pugnatur. Neque his fuga nota, neque illis. Fit in Urbe seditio, & Dux increpitatur velut desertor salutis publicæ. Cumque repente populus, aliqua verba desunt, *Circenses enim Natali suo, & debita voce subclamat, Constantinum vinci non posse. Qua voce consternatus proripit se, ac vocatis quibusdam Sepa-*

toribus libros Sibyllinos inspici jubet, in quibus repertum est, illo die hostem Romanorum esse perituram. Quo responso in spem victoria inductus procedit, in aciem venit. Pons a tergo ejus scinditur. Eo viso, pugna crudescit, & manus Dei supererat ariei. Maxentianus proterretur; ipse in fugam versus properat ad pontem, qui inter-

ruptus spatio observantia veneratum esse, eumque conservatorem, & custodem regni, omnisque boni largitorem comperisse.

XVIII. Constantinus de veri Dei cultu deliberat.

Ista cum secum exquisite in utramque partem versaret, judicioque sedulo expenderet, quemadmodum illi multitudine deorum confisi, in varias clades, & exitia incidissent; adeo ut nec generis, nec sobolis, nec stirpis, nec nominis, nec memoriæ, vel vestigium quidem inter homines esset relictum; & qua ratione Deus patris sui evidentia variaque suæ virtutis, & potentiæ indicia ei dedisset; atque adeo illi qui jam antea contra tyrannum prælium iniissent, spemque in deorum multitudine locata, aciem contra hostem instruxissent, ad turpem exitum essent perducti; alter enim infecta re cum ignominia a prælio discessit, alter in ipso medio exercitu trucidatus, tamquam supervacanea mortis accessio factus est. Ista inquam, omnia cum mente tamquam in unum collegisset, in diis qui non sunt colendi, tantam inanitatem consectari, postque periculum factum, cæco errore duci, summæ putavit esse dementiæ; Deumque quem pater sancte adoravisset, solum observandum colendumque statuit. Quocirca hujus opem precibus imploravit, hunc oravit, hunc obtestatus est, ut quisnam esset illi vellet significare; tum rebus quas apud animum proposuisset, dexteram velut adjutricem porrigere. Imperatori igitur ista precanti, obnixeque flagitanti, visio quædam divina, & in primis admirabilis apparuit; quam si quis forte alius dixisset, non tam facile hominibus potuisset persuaderi. Verum cum Imperator ipse victor nobis ipsis, qui hanc historiam jam litteris prosequimur, longo tempore post, cum notitia eramus, & familiari colloquio ab eo dignati, narraret, & sermonem jurejurando confirmaret; cui dubium esse poterit; quin sit rei ita commemoratæ fides omnino adhibenda; præsertim cum tempus postea consecutum, ratum orationi testimonium dederit?

XIX. Signum Crucis apparet Constantino.

Cum jam Sol ad medium cælum ascendisset, die in pomeridianum tempus paululum inclinante, dixit, se Crucis signum ex lucis splendore figuratum in ipso cælo Soli imminens, manifesto oculis aspexisse, inque eo inscriptionem consignatam, quæ

vultus erat, ac multitudine fugientium pressus in Tyberim deturbatur. Confecto tandem acerbissimo bello, cum magna Senatus populique Romani latitia susceptus Imperator Constantinus Maximini perfidiam cognovit, literas deprehendit, statuas & imagines invenit. Senatus Constantino virtutis gratia primi nominis titulum decrevit, quem sibi Maximinus vindicabat; ad quem victoria liberata Urbis, cum fuisset allata, non aliter accepit, quam si ipse victus esset. Cognito deinde Senatus decreto sic exarsit dolore, ut inimicitias aperte profiteretur, convitia jocis mixta adversus Imperatorem maximum ederet: Hæc Lactantius.

A num. XIX. ad XLIX. Diu inter Eruditos altercatum fuit, quo loco, quove die *Crux* Constantino ostensa fuerit; cui controversiæ Lactantius tandem finem imposuit. Nam cum ex testimonio Eusebii, qui se accepisse ait ab ore Constantini, constet, visum ab eo Crucis trophæum in cœlo horis meridianis, Sole in occasum vergente, & addubitanti quidnam hoc spectrum sibi vellet; nocte sequenti Christum dormienti apparuisse cum signo illo, quod in cœlo

V. *Crux Constantino apparet.* Baron. n. XIX. & seqq.

hæc verba complectebatur: EN TOTTΩ ΝΙΚΑ *IN HOC VINCE*. *Admiratio ingens ipsum, & totum exercitum, qui eum quopiam iter facientem comitabatur, atque adeo hujus prodigii spectator factus erat incessit. Sed dubitatione admodum intra se distrahi, quidnam ostentum illud sibi vellet, asseruit. Atque eum diu multumque de eo cogitantem oppressit nox. Ibi ei dormienti Christum Dei cum signo in cælo monstrato visum esse, præcepisseque, ut exemplari, ad imitationem illius signi, quod in cælo apparuerat, fabricato, eo tamquam præsidio in prœliis cum hostibus committendis uteretur.*

XX. Exhorruerunt Ethnici signum Crucis.

Hæc de visione Crucis Constantino totique exercitui ostensa, deque secreto facta illi apparitione Eusebius cum dicat, addatque ancipitem primo fuisse Imperatoris animum, quid signum illud demonstratum cælitus portendere vellet; nobis in mentem revocat, quod nuper dictum est ex Panegyrica illa post victoriam habita oratione, duces exercitus aliquo fuisse prodigio atque portento deterritos, ut ejusmodi expeditionem inviti susciperent, mussitarentque, rem tantam contra aruspicum responsa tentari. Quid enim aruspices, quid cæteri deorum sacrifici, aliique eorumdem addicti culturæ, præsagire de visu Crucis signo novissent, quod hominibus lethale, & execrabile esse scirent; nisi immanem, turpemque totius exercitus cladem portendere, elusumque ex eo Imperatorem, totumque exercitum dicerent, cum signo infamis supplicii victoria sponderetur? quippe frequenti rerum usu de oraculis deorum didicissent, interdum falsa esse solere, & læta responsa sæpe luctuosos exitus consecutos.

XXI. Artemii Præfecti assertio.

Rursum vero de crucis signo tunc viso, litterarum notis victoriam promittente; qui tunc in eodem exercitu militabat Artemius fidem fecit, cum temporibus Juliani exutus Augustali Præfectura, quod Christianus esset, causam dicens coram eo inter alia his quoque verbis eumdem compellans, hæc ait, prosequens pro Constantino defensionem, quem ille contumeliis infamabat: *Ad Christum* (inquit) *declinavit, ab illo vocatus, quando difficillimum commisit præ-*

lium adversus Maxentium. Tunc enim ei in meridie apparuit signum Crucis, radiis Solis splendidius, & litteris aureis belli significans victoriam. Nam nos quoque ipsi aspeximus, cum bello interessemus & litteras legimus; quinetiam totus quoque id est contemplatus exercitus; (a) *Apud Metap die 20. Octob.* *& multi hujus sunt testes in exercitu tuo:* Hæc Artemius in Julianum; extant ejus Acta (a), & quidem paucis emendatis legitima atque sincera.

XXII. Cur nihil de cruce Scriptores Ethnici.

Sed dubitabit fortasse quispiam, quidnam sit quod Gentiles scriptores, atque ii potissimum qui in Constantini laudem Panegyricas scripsere orationes, hæc de Cruce dicere prætermiserint, cum inde ejus laudandi tam nobile suppeteret argumentum? At certe si tunc illi de Cruce tacuerunt, haud mirum, quod ejusmodi signum æque omnes inter infausta prodigia rejecissent: Adhuc enim, cum ea sunt perorata, Constantinus inter Ethnicos (ut dicemus) profitebatur, necdum aperte dans nomen Christianæ religioni erat adscriptus; non enim res agebatur inter Ægyptios, penes quos crucis signum erat salutis, & vitæ hieroglyphicum, sed penes Romanos, quibus crux, ut servile supplicium, & latronum exitium, notis cæteris, execrabilior erat; hinc illud apud eos imprecari solitum: *Abi in malam Crucem*; detestabile namque fuisse crucis signum sacra diis facientibus quæ suo loco dicentur de Juliano Apostata, exemplis pluribus demonstrabunt. Quid igitur mirandum, si coram Senatu Gentilium hominum, & Imperatore adhuc inter Gentiles agente, Ethnici oratores de eo signo dicere prætermiserint, quod tum ab omnibus (quod dictum est) ut infaustum, erat explosum, cum iidem ex aliis locis eamdem petierint dicendi materiam, quod est superius declaratum? Cæterum de eodem subobscure ab ipso oratore Gallicano dictum esse, cum ait exercitum infausto prodigio fuisse perterritum, nuper demonstratum est.

XXIII. Constantinus viderit, opere perficiendum curarit, idem Eusebius narrat his verbis (b): *Ille, simulatque dies illuxit, surgens, primum arcanum illud visum amicis exponit; deinde artificibus, qui aurum, & lapides pretiosos affabre sculpere norant, accersitis, medio inter illos loco assidet, verbis signi describit effigiem, eam auro, & lapidibus pretiosis imitatione adumbrare mandat; quam quidem effigiem contigit, ut nos olim oculis con-templaremur: ipse enim Imperator, Deo illud largiente, eam nobis ostendere dignatus est. Erat autem tali figura fabricata: Hastile oblongum erectumque auro undique obductum fuit, quod cornu habuit transversum ad formam Crucis constructum, supra in fastigio ejus operis corona affixa lapidibus pretiosis, & auro polite circumtexta. In ea salutaris appellationis Salvatoris nota inscripta, duobus solum expressa elementis, id est duabus primis litteris Græcis nominis Christi; erat, P, in medio litteræ, X, curiose, & subtiliter, inserta,* ☧, *quæ totum Christi nomen perspicue* ☧ *significarunt. Quas quidem litteras deinceps semper Imperator in galea gestare consuevit.*

(b) *Euseb. in Vit. Constantini l. 1. c. 24. 25. 26.*

Constantinus crucis cultor labarum cruce ornat.

Ad cornu illius particulæ, quæ ex transverso erat per hastile trajecta, velamen quoddam pertenue appensum adhæsit, regalis videlicet & magnifica textura mirabili varietate lapidum pretiosorum artificiose conjunctorum, lucisque suæ claritate pulchre resplendescentium depicta, & multo auro intexta, quæ dici non potest quantam spectatoribus ob suam pulchritudinem excitarit admirationem. Istud igitur velamen ad cornu affixum, longitudinis latitudinisque Crucis mensuram penitus exæquavit. Oblongum vero & erectum hastile in sublimi appensum, cujus pars inferior versus hastam longius ducta fuit, sub ipsum Crucis insigne ad texturæ discurrentis fimbrias, aureum pii Imperatoris pariter ac liberorum suorum effigiem ad pectus usque concinne descriptam continuit. Isto igitur salutari signo Imperator, tamquam hostilis cujusque & infestæ violentiæ propugnaculo semper usus est, cujus expressæ similitudines mandavit, ut universum exercitum perpetuo antecederent. Verum ista paulo post acciderunt: Hæc Eusebius. XXIV.

Habes in Labaro per XP. ☧, Christi nomen expressum; per litteram enim X. consuevisse Christi nomen intelligi, fidem facit etiam Julianus Apostata in Misopogone. In hoc vero & illud observandum, mira concinnitate iisdem elementis exprimi simul Christi nomen & crucis signum, ut Crux in Christo & Christus in Cruce monstretur; per X, enim Crux licet transversa, notatur, quam in rectam lineam sic alii deducebant, ☧ & id quidem hoc sæculo; in cœmeterio enim Priscillæ via Salaria tabula effossa est, cum ejusmodi inscriptione atque signo ad finem posito. XXV. Litteræ indices nominis Christi. Crux cum nomine Christi.

MIRÆ

PAGIUS cœlo ostensum fuerat, præcepisseque, ut militari signo ad similitudinem ejus quod in cælo vidisset, fabricato, eo tanquam salutari præsidio in præliis uteretur, certum est, utramque visionem uno in loco & intra spatium aliquot horarum contigisse. Quare, ut inquit Balusius V. C. in Notis ad laudatum Lactantii locum, existimandum, visionem illam Crucis *Constantino* ostensæ contigisse in castris, dum Romam obsideret, VII. Kalend. Novembris currentis anni

MIRÆ INNOCENTIÆ AC SAPIENTIÆ PUERO MARCIANO QUI VIXIT ANN. IIII. ET MENSES IIII. DIES II. QUIESCIT IN PACE D. PRID KAL. DEC. ARBETIONE ET LOLLIANO † COSS. PARENTES FECERUNT. ☧

† Contigit horum Consulatus anno 19. Constantii, Domini vero 355.

sub hac inscriptione idem character hieroglyphicus sic habetur expressus ☧, quem imago togata, seu potius sacra ☧ induta veste ibidem sculpta, dextera tenet; quam hic modo cudendam curavimus, ut tibi facilius innotesçat.

Verum non elementa Christi nomen signantia, sed ipsam Crucem puram Constantino ostensam, non tantum verba Eusebii recte percepta significant, sed qui interfuit visioni Artemius miles testatus est: idque semper professa videtur Ecclesia, ut intelligere potes ex epistola Nicolai Papæ ad Bulgarorum consulta.

Porro ipsa Labari forma a Constantino primum excogitata, ab Eusebio vero descripta, sic se habet: XXVI.



(a)

(a) *Euseb. Vit. Constantini, l. 1. c. 24. 25.*

At in numismate suo loco ponendo absque corona Christi nomen in vertice eminet. Cæterum licet semper in eo una eademque servata sit Labari forma, ut videlicet ex erecto stipite & ligno transverso compacta Crux sit, quæ appenso eo modo velamine ornaretur; in hoc tamen reperitur variata esse figura, dum Christi nomen interdum non in vertice stipitis, sed in ipso velamine intextum, loco Imperatoris imaginis & filiorum, inscriberetur; quam quidem Labari effigiem hic tibi ex ejusdem Constantini numismate (ut vides) formis expressimus, usu frequentiori receptam.

PAGIUS ni. Lactantius etiam nos docuit, diem sextum Kalendas Novembris, seu diem vicesimum septimum Octobris, Imperii Maxentiani natalem fuisse, cum Imperatores eo die Quinquennalia, & id genus festa celebrarent, quo Imperium inierant. Suspicatus alias fueram, locum mendosum esse, ac legendum, *ad quintum Kalend. Novemb.* Sed locus libelli de Præfectis Urbi num. 1. allatus hanc suspicionem tollit. Qua de re supra anno CCCVI.

VI. Denique ex Lactantio intelligimus, Maxentium annos sex integros imperasse, & priori die septimi, quo Quinquennalia exhibere debebat, periisse. Audiendus etiam Auctor incertus Panegyrici Constantino anno sequenti dicti cap. 16. *Divina mens, & ipsius Urbis æterna majestas nefario homini eripuere consilium, ut ex inveterato illo torpore ac fœdissimis latebris subito prorumperet, & consumto per desidias senio, ipsum diem natalis sui ultimæ suæ cade signaret, ne septenarium illum numerum sacrum & religiosum inchoando violaret.* Antiqui enim, ut in Dissert. Hypatica parte II. cap. 5. num. VII. observavi, Quinquennalia & id genus festa seu Quinquennaliorum diem tamquam termi- *Maxentii interitus.* Baron. n. XLIX.

(a) Complura numismata id genus extant, sed hoc accepimus ab Horatio Tygrio de Mariis Rom.

(a)

XXVII. Alia diversa Labari forma.

Rursum vero aliam invenimus Labari formam, quæ habet in vertice Crucem, & in velamine (ut supra de aliis dictum est) Christi nomen expressum; quod videre est in Joviani numismate, cum ille sublatum a Juliano restituit Labarum, ut suo loco dicemus.

(b) Ex libro Pyrrhi Ligorii manuscr. in biblioth. Farnesiana.

(b)

Adhuc insuper aliam, quam invenimus, expressimus etiam tibi hic formam Labari Crucem puram habentis; in quam formam Valens Imperator itidem restituit labefactatum ipsum Labarum a Juliano, qui Crucis inimicissimus erat-

(c) Extat ipsum numisma apud Fulvium Ursinum V. C. Rom.

(c)

XXVIII. Constantinus Christi cultores accersit.

Sed rursum Eusebius: *Tempore autem supra commemorato, Constantinus admiranda illa visione obstupefactus, nullum alium Deum, quam qui ipsi apparuisset, colendum esse statuens, sacerdotes & professores religionis, & verbo illius initiatos accersit; quis esset Deus ille, scisciatur; quid etiam sibi vellet visio illa, quæ de signo fuisset ipsi patefacta. Hi hunc Deum respondent Dei unius ac solius unigenitum Filium esse; signum autem, quod apparuerat, immortalitatis vitam esse, trophæumque victoriæ illius de morte reportatæ, quam olim, cum in terra versabatur, fuisset assecutus. Causas etiam docent ejus adventus, accuratamque illius inter homines œconomiæ rationem ei suggerunt. His rationibus quamquam probe erudiebatur ille quidem, visionis tamen ipsius oculis subjectæ adhuc tenebatur admiratione. Atque tandem, ubi cœleste visum cum sacerdotum interpretatione con-*tu-

PAGIUS minum & complementum præcedentium annorum non raro considerabant, ut Lactantius loco laudato. Quo etiam sensu Auctor incertus citatus diem primum septimi anni Maxentii, in quem hujus Tyranni Quinquennalia incidebant, quove interfectus est, respicit ut ultimum diem sexti anni Imperii Maxentiani, non vero tanquam initium anni septimi, uti revera erat; quæ hujus loci genuina explicatio. Addit idem Auctor incertus, *Maxentium* biduum ante pugnam palatio emigrasse, *& cum uxore ac filio in privatam domum sponte* concessisse. Sed is filius Romulus non erat, ut supra *diximus*. *Alterum* itaque Maxentius filium habuit, cujus nullibi men-

tulerat, animo confirmatus fuit; pro certo persuasus, earum rerum cognitionem sibi divinitus oblatam esse; ac propterea in divinam sacrarum litterarum lectionem jam omni cura & cogitatione incumbere secum decrevit. Itaque primum Dei sacerdotibus sibi tamquam assessoribus adscitis, statuit Deum, qui ipsi apparuisset omni genere cultus & observantiæ venerari. Deinde spe bona in illo posita, firme munitus, de cætero permagna cupiditate ferebatur, ardentes incendii tyrannici faces ad terrorem intentatas penitus extinguendi. Hucusque Eusebius.

XXIX. Militaria signa cruce decora. * Labarorum.

At hic primo dicendum, non Labarum modo, sed alia quoque fuisse in exercitu militaria signa longe ante Constantini tempora signum Crucis præseferentia. Siquidem Tertullianus (*a*), qui Severi Imperatoris temporibus scripsit Apologeticum, de eis sic meminit, dicens: *Sypara illa vexillorum, & Cantabrorum *, stolæ Crucum sunt; laudo diligentiam; noluistis nudas & incultas Cruces consecrare*: Hæc ipse, de velis illis loquens, quæ in hastula illa transversa, Labaro alligata, Crucem quodammodo vestire videbantur. Sed & hæc Minutius Felix (*b*): *Ipsa signa, & Cantabra *, & vexilla castrorum, quid aliud, quam inauratæ Cruces sunt, & ornatæ?* Verum ante hos omnes Justinus martyr ad Antoninum Pium scribens Apologiam, sic ait: *Quin, & signa vestra figuræ hujus vim præferunt, & declarant; vexillorum signa dico, aliorumque insignium, & trophæorum, quæ per progressus a vobis in publicum quovis locorum fiunt, Imperii, & potestatis indicia in his ostendentibus, licet hoc non intelligentes faciatis. Et qui apud vos moriuntur, Imperatorum imagines formæ ista consecratis*: Hæc Justinus.

(a) Tert. in Apolog. c. 16.

(b) Min. Felix in Octavio.

* Labara.

XXX. In diversis signis forma Crucis.

Cum vero non unius generis signum, sed vexilla dicat Crucis formam expressisse, illud plane significare videtur, non tantum signum illud, quod dicimus Labarum, sed & alia quoque eamdem figuram repræsentasse, nempe ea etiam, quæ hastis affixas continerent imagines Imp. exculptas rotulis inhærentes, & aliam in summo hastæ vertice collocatam; in cujus itidem hastæ parte superiori alligata esset hastula transversa egregie redens imaginem Crucis, in cujus cornibus hinc inde vitta penderet; ejus formæ complures egregie exculptæ visuntur in Traiani columna cochlide, in qua etiam cum aliorum militarium signorum, tum Labarorum quoque formæ habentur expressæ, quæ item visuntur in nobilibus illis victoriæ M. Aurelii Antonini monumentis, quæ olim in arcu triumphali posita, hodie vero extant in Capitolio, ipso primo scalarum consensu Palatii Conservatorum, in quibus sunt eadem signa simul plura numero, sicut, & in columna cochlide ejusdem Antonini, & expressius in arcu Severi; ut appareat plane hallucinatos esse eos, qui dixerunt, id genus signi nonnisi unum esse solere in toto exercitu Imperatoris. Extat, & in fronte ingressus Titi arcus idem vexillum in manu Victoriæ, idemque & in quamplurimis antiquis nummis.

XXXI. (c) Prudent. adversus Symmach. lib. 1.

Sed ad Constantinum redeamus, in cujus exercitu vult Prudentius (*c*), non tantum in Labaro, sed & in militum scutis atque galeis fuisse id ipsum Christi nomen affixum; cum ait:

Christi nomen et crux in armis.

Christus purpuream gemmati textus in auro
Signabat Labarum, clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis Crux addita cristis.

Quod igitur Prudentius dicat, non tantum in Labaro fuisse Christi nomen intextum, sed etiam armis, nempe scutis, & galeis, idem sanctissimum nomen effigiari solitum; consuluimus de his (ut licuit) quæ Romæ extant vetera monumenta, in antiquis numismatibus germana fide hactenus conservata, invenimusque ex eis unum, Constantini Magni imaginem præseferens; in cujus galea (quod, & ex Eusebio dictum est supra) duabus illis litteris superius explicatis, X. & P. una complexis Christi nomen habetur expressum; quod quidem formis sinceriissime redditum hic summa diligentia cudendum curavimus.

Christi nomen in Galea.

At

PAGIUS mentio, quem Constantini jussu occisum existimandum. *Romulus* autem eo nomine vocatus videtur, quod proavia materna *Romula* dicta fuerit; teste Lactantio lib. de Mortibus Persec. cap. 9. In Nummo Maxentii apud Mediobarbum legitur: IMP. MAXENTIUS DIVO CONSTANTIO ADFINI. In altero: IMP. MAXENTIUS DIVO CONSTANTIO COGNAT. Constantius enim Chlorus Constantini Magni pater *Theodoram* Maxentii sororem conjugem duxerat. Denique Maxentium filium fuisse Maximiani Herculii, generumque Galerii Maximiani, jam supra demonstravimus.

VII. Maxentii de Africa triumphus.

Triumphavit hoc anno Maxentius de *Alexandro* Tyranno & Africa, quam anno præcedenti receperat. Card. Norisius in Dissert. de Numismate Impp. Diocletiani & Maximiani cap. 5. producit Nummum Maxentii inscriptum: FEL. PROCESS. CONSUL. AUG. N. visitur quadriga elephantorum, in qua Imperator, cui Victoria volans dextra lauream, sinistra palmam porrigit. Existimat Card. Norisius, quadrigas quæ in eo nummo conspiciuntur, non designare triumphum Maxentii de Alexandro, sed

(a) *Ex numero aeris qui extabat apud Angelum Broventanum Papiensem. Vidimus Romæ. Is modo invenitur apud Fulvium Ursinum.*

At Eusebius tradit, Constantinum ipsum tantummodo ejusmodi signa gestare consueviſſe; unde reor, Prudentium, secundum ea quæ geri suo tempore videbat a militibus Christianis, tunc quoque facta putasse; nam tum Modestus (*b*), tum etiam Vegetius (*c*) expresse testantur, signum in galea ferre fuisse tantummodo Centurionum insigne. Verum sicut alia multa, ita Constantinus hæc quoque visus est pia religione mutasse. De eodem Christi nomine in scutis etiam duobus istis elementis notari solito, exemplum tibi exhibeat Majoriani Augusti numisma, quod sic se habet:

(b) *Modest. de vocab. rei milit.*

(c) *Veget. lib. 2. c. 13.* Christi nomen in scuto.

(d) *Extat apud Ladium Pasqualinum Can. S. Mariæ Majoris.*

(*d*)

XXXII. De Labaro. Sed ut de Labari agamus antiquitate; facilius erit in antiquis Imperatorum victoriæ monumentis sculpta oculis spectare Labaro signa similia, quam ejus nomen apud veteres Ethnicos scriptores legere: nulla certe ejus est mentio apud Modestum, qui omnes simul voces rei militaris complexus, explanans, ad Tacitum Imperatorem libellum scripsit; nec etiam apud Vegetium, qui ad Valentinianum Augustum ejusdem argumenti commentarium dedit, ullum plane de Labaro verbum reperias. Cum ergo constet rem ipsam fuisse, at nomen Labari ignoratum; necesse est affirmare, tale signum alio ab antiquioribus nomine dictum fuisse; sed quonam, est exquirendum. Modestus, quem citavimus, dum agit de primaria cohorte, sic ait: *Hæc enim suscipit Aquilam, quæ præcipuum signum in Romano est semper exercitu, & totius legionis insigne imagines Imperatorum; has enim imagines tamquam divina & præsentia signa singuli venerantur:* & inferius: *Aquiliferi, qui Aquilam portant; Imaginarii, qui Imperatoris imagines ferunt; Signiferi, qui signa portant (quos nunc Draconarios vocant)*: Hæc Modestus. Vegetius (*e*) eadem de signis militaribus in hunc modum: *Aquiliferi, qui Aquilam ferunt; Imaginarii, vel Imaginiferi, qui imagines Imperatoris portant.* Et alibi (*f*) hæc numerans militiæ signa, ait: *Mutæ signa sunt. Aquilæ, Dracones, Vexillæ, Flammulæ rufæ, Pinnæ.* Sicque de Labaro cum nulla prorsus sit mentio; vexillorum nomine illud esse expressum, manifestum est, atque fuisse olim Cantabrum appellatum, quod (ut diximus ex Tertulliano atque Minutio) Crucis vestitæ præseferret imaginem.

(e) *Veget. l. 2. c. 7.*

(f) *Idem l. 3. c. 5.*

XXXIII. Cantabrum militare signum.

Sed unde, quæso, apud eosdem vox, Cantabrum? Eam quidem germanam esse lectionem, Pamelio rem perspicacius intuenti non invitus assentior; cum enim apud Minutium Felicem itidem legatur, Cantabra, & scripti antiqui codices omnes pariter ita habeant; nefas putamus antiquam convellere lectionem; cum præ-

PAGIUS sed tantum primum ejus Consulatum anno CCCVIII. gestum, quo tempore Alexander in Africa regnabat. Et ratio est, inquit, quia in ea inscriptione nulla additur nota numeralis, ideoque prior *Maxentii* Consulatus, non vero ejus triumphus exprimitur. Verum, rectius Mediobarbus pag. 450. ubi similem Nummum exhibet, eum de triumpho Maxentii hoc anno quo

(a) *lib. 2. C. Theod. ead. tit.*

fertim in Codice Theodosiano mentio habeatur de Signiferis (*a*) & Cantabrariis, iis scilicet, qui Cantabra & alia signa portabant. Quamobrem (quod in re obscurissima agere conjectura licet (Cantabra a Cantabris in Hispania populis, quos tandem magnis laboribus, multoque fuso Romano sanguine Augustus debellavit, esse dicta putamus. Mutuari namque solitos esse Romanos, imitarique signa hostium, quos subjugassent, de Draconibus signis manifestum exemplum est; qui non ante esse cœperunt in vexillis Romanorum insignia, quam Traianus Dacos vicisset, qui signis ejusmodi utebantur in bello. Sed nec displiceret de hac voce conjectura Turnebi viri insignis eruditionis, dum unius litteræ immutatione legendum putat pro Cantabrum, Contabrum, a conto, cui suspenderetur militare signum, quod Labarum dictum putant; nisi omnium locorum superius de Cantabris & Cantabrariis citatorum, eadem esset lectio; nisi etiam eadem ratione reliqua quoque signa, quod conto gestarentur, Contabra dicenda pariter essent.

XXXIV. Labari & Cantabri differentia.

Porro licet Cantabra & Labara eadem esse signa videri possent; fuisse tamen differentia aliqua inter se distincta, eorum figuræ lapidibus exculptæ, vel nummis impressæ declarant; siquidem in veteri illa forma, ante tempora Constantini, sic velum illud transversæ hastulæ alligatum erat, ut rugas aliquas sui contractione admitteret; quod vero Labaro inhærebat velum, sic erat expansum atque extensum, ut nullum prorsus sinum contraheret, & omni ex parte planum, depictas in se imagines demonstraret. Sed & ea quoque differentia Labarum a Cantabro distinctum erat; quod in exercitu (ut locis citatis vidimus) complura Cantabra erant; Labarum vero, ex quo ejus introductus est usus & nomen, nonnisi unum esse in exercitu consuevit.

XXXV. Labarum unde dictum sit.

Sed unde Labarum ipsum dictum est? Audiamus quid scribat Gregorius Nazianzenus (*b*), dum invehitur in Julianum Apostatam, qui Labarum Cruce decorum abstulerat: *Quin eo* (inquit) *audaciæ quoque prorupit, ut adversus magnum illud vexillum præceps ferretur, quod simul cum Cruce magnifice & cum insigni pompa exercitum ducit, in sublime evectum; quod solvendorum laborum vim habet, ab eoque apud Latinos nomen trahit; principatumque (ut ita dicam) in reliqua omnia vexilla tenet, tam quæ Imperatorum imaginibus, atque expansis texturis in variis tinctionibus, litterarumque picturis illustrantur, quasique gestiunt: quam quæ horrendis draconum hiatibus super summas hastas elatis involantia, ac per tractus contextis squamis distinctos ventilata jucundissimum simul & formidolosum spectaculum oculis præbent:* Hæc Gregorius, qui cum dicat, quod solvendorum laborum vim habeat, Labarum a Latinis esse dictum; contrarium plane videtur, ut ab eisdem a labore sit nominatum, quod labori imponat terminum.

(b) *Greg. Naz. orat. 1.*

XXXVI. Unde nomen Labari.

Quamobrem sic a Latina voce, labore, Labarum dictum Gregorium significare voluisse putamus, ut & a Græca voce simul conjuncta nomen accipiat, ὄρος quod est finis & terminus, seu limes; sicque secundum Gregorium idem sit Labarum, quod laboris ὅρος λάβορος, laboris terminus; sic primitus nominatum a Constantino (ignotam enim fuisse majoribus ejusmodi vocem, superius dictum est) vel quod Urbem a tyrannide Maxentii liberando, tot tantisque malis ac laboribus finem imponeret; vel quod, Crucis fulgore rutilante, persecutionis laboribus terminus figeretur; sive etiam (ut scribunt Eusebius (*c*) & Sozomenus (*d*) quod cum cohors aliqua laboraret, ad subsidium laborantium militum Constantinus juberet inferri Labarum, cujus adventu mox victores existerent. Vel, si velimus, dicere possumus etiam, dictum Labarum, a Latina & Græca voce composita dictione a labore, & ὄρος (*e*), quod est utilitas, sicque Labarum laborum utilitas, nisi constaret apud Græcos non Labarum sed Laborum nominatum esse.

(c) *Euseb. in Vita Constantini l. 2. c. 7.*

(d) *Soz. lib. 1. c. 4.*

(e) *Eustat. Lexic.*

XXXVII.

Quod enim Labarum dicimus, Græci Laborum nominabant, ut ex Græco habet Latina vox reddita in hunc modum in Codice Justinianeo, titulo de Præpositis Laborum, & ibi posita ipsa lege his verbis (*f*): *Qui Præpositi Laborum nostro judicio promoventur, clarissimi sunt inter electos, ita ut ex Consularibus habeantur; nam & immunitate digni sunt, quos nostri lateris Comitatus illustrat:* Hæc Imperator; sed in Codice Theodosiano (*g*) hæc paulo fusius: *Qui ex devotissimis domesticorum scholis Præpositi Laborum nostro judicio & stipendiorum laboribus promoventur, ad similitudinem decem primorum domesticorum, clarissimi sint inter allectos, ita ut ex Consularibus habeantur; nam & Senatorio nomine & immunitate digni sunt, quos nostri lateris Comitatus illustrat. Dat. III. Id. Novembr. Constantinopoli, Theodosio A. VII. & Palladio Coss.* Λάβορον ipsum quoque

(f) *l. 1. de Præpositis Labor. Cod. l. 12.*

De Præpositis Laborum.

(g) *Cod. Theod. l. 6. tit. 25.*

PAGIUS quo quartum Consulatum gessit, ducto explicat. Nota enim numeralis per hæc tempora in Consulatibus plerumque prætermissa. Unde licet Licinius quinque Consulatus gesserit, in nullis tamen Nummis, quod viderim, aliquis ex illis Consulatibus memoratus. Sic in nummis *Constantini* & ejus filiorum vix Consulatus cum nota numerali legitur. Quare cum triumphus Ma-

que vocat Sozomenus (*a*), licet alii legant Labarum; sed Laborum legendum, observavit Cujacius (*b*) ex Nicæno secundo Concilio ex verbis Sozomeni sic dicentis: Θάτερον δ'ἐντῶν σωμάτων οἱ Ῥωμαῖοι λάβαρον καλοῦσιν; quam lectionem æque probat Turnebus (*c*), qui & eodem etiam modo, Laborum, & non Labarum, legi in antiquo Lexico, se reperisse testatur. Sed præterierunt hæc omnia Alciatum (*d*), dum minus æque invehitur in Accursium. De Præfectis enim Labarorum, hoc est, Vexillariis, illic agi, certum est; de quibus Eusebius (*e*) meminit, electos dicens a Constantino Imperatore quinquaginta viros virtute præstantes, quibus per vices portandi Labarum onus incumberet, de quibus pluribus suo loco dicemus; atque de Labaro modo hactenus.

(*a*) Soz. lib. 1. c. 4.
(*b*) De Præpos. Labor. Cod. l. 12.
(*c*) Turneb. Adversar. l. 15. c. 16.
(*d*) Alciat. Annot. in tres l. post. eod. l. 12.
(*e*) Euseb. in vita Const. anti. lib. 2. c. 8.

XXXVIII. Constantini in Maxentium expeditio.

Jam Constantinum cum exercitu in Italiam proficiscentem prosequamur. Non amplius quam unius anni spatium hanc in Maxentium expeditionem complexam esse, Panegyrici auctor incertus affirmat, cujus testimonio Eutropius redargui videtur, dum ait, Constantinum anno quinto sui Imperii adversus Maxentium prœlium movisse. Quod vero ad copiarum numerum tam Constantini, quam Maxentii pertinet; non est eadem omnium sententia; siquidem demonstratum est auctoritate Panegyrici illius post victoriam Constantino dicti, ipsum vix quarta exercitus parte pugnasse adversus centum millia armatorum; sed & eadem quoque oratione hæc eodem argumento (*f*): *Magnus Alexander, cum præter Macedonas suos, cunctæ Græciæ, universo Illyrico innumerabilem delectum posset indicere, numquam majores quadraginta millibus copias duxit; inhabile regenti ratus quicquid excederet, & turbam potius, quam exercitum. Tu vero etiam minoribus copiis bellum multo magis aggressus es, tanto scilicet tua virtute propria potior, quanto ille numero instructior:* Hæc ibi.

(*f*) Panegyric. 2. Constantini.

XXXIX. Ex his Zosimus mendacii coarguitur, dum ait (*g*): *Constantinus autem, qui hominem & antea suspectum haberet, tunc magis ad gerendum adversus eum bellum se comparabat; ideoque collectis copiis exredactis in potestatem barbaris, & Germanis, & aliis Celticis nationibus, itemque de Britannia coactis militibus, qui omnes erant ad nonaginta millia peditum, & octo millia equitum, ex Alpibus in Italiam movebat; ac oppida quidem per inducias se dedentia, nullo damno multabat; ad arma vero tendentia, in ditionem redigebat. Cum Maxentio longe majoribus copiis instructo, Romanorum & Italorum octoginta millia se ad belli societatem conjunxerant, itemque Tusci quotquot universam oram maritimam incolebant; præbebant & Charthaginenses exercitum quadraginta millium, & præter hos Siculi: adeo quidem, ut totus exercitus centum & septuaginta peditum, & decem & octo millibus equitum constaret:* Hæc Zosimus.

(*g*) Zosim. l. 2. Zosimus erroris arguitur.

XL. Apparatus Maxentii.

Sed quis apparatus utriusque, & ad victoriam unde cuique ipsorum comparata fiducia? De Constantino audivimus; de Maxentio ex ipso in primis Zosimo hæc discamus: *Maxentius* (inquit) *intra muros inclusus diis victimas offerebat, & aruspices de belli eventu consulebat, ipsis quoque Sibyllinis oraculis pervestigatis; cumque reperisset oraculum, quo significaretur, in fatis esse, ut qui ad perniciem populi Romani spectantia designaret, miserabili morte periret; de semetipso id accipiebat, qui quasi Romam adortos, eamque capere cogitantes propulsaret:* Hæc ipse. Sed & Eusebius (*h*): *Cum vero Maxentius machinis præstigiarum magis, quam subjectorum benevolentia confideret, & nullo modo extra portas civitatis egredi ausus esset; & omnem locum, agrum & civitatem etiam, quæ ipsius subjiciebatur Imperio, ingenti armatorum multitudine & infinitis copiis munivisset; Imperator Constantinus Dei auxilio nixus, primam, secundam, & tertiam tyranni aciem adoritur, & omnibus primo impetu perfacile subactis, universam prope Italorum peragrat regionem, adeo ut jam quam proxime Romam adventaret:* Hæc ipse.

(*h*) Euseb. in Vita Constantini lib. 1. c. 31.

XLI. Sed quo ordine hæc facta sint, in Panegyrica in primis oratione narratur, cum dicitur (*i*): *Probavit hoc prima obstinatio eorum, qui sub ipsis Alpium jugis munitissimo licet muro ac situ tenentes oppidum, ausi fuerunt, te imminente, resistere, ac portas claudere, non credentes illi quidem (ut audio) te ipsum adesse. Quis enim crederet tam cito a Rheno ad Alpes Imperatorem cum exercitu pervolasse? sed tamen qui non solum præsenti numini tuo, verum etiam nunciato nomini cedere debuisset; luerunt igitur illico dementiæ suæ pœnas, cum oblatam sibi a clementia tua veniam recusassent.* Quænam autem hæc civitas esset, Nazarius (*k*) nominat, dicens: *Primam igitur Segusiensium civitatem, quam primam iter dederat, victoria facilis amplexa est: quæ resistendi pertinacia ita in se Imperatoris vim convertit; ut pietatem tamen non alienaverit. Nam cum introitus vi manu quæreretur, & portarum inflammatio*

(*i*) Panegyric. 2. Constantini.

In itinere acceptæ victoriæ.

(*k*) Naz. in Panegyric. Constantini.

PAGIUS Maxentii in quarto ejus Consulatu repræsentatus fuerit, & cum anno Quinquennaliorum ejus conjunctus, ut morem tulisse supra diximus, non dubito, quin Mediobarbi interpretatio præferenda sit.

bio ignem late distulisset, cujus facilis per adjuncta contagio partu pestifero valescebat; maxima benignissimi Imperatoris fuit cura, non modo ut incendium non adjutum senesceret, sed oppressum emori posset; & longe operosior clementia, quam fortitudo perfecta est, cum plus in servanda urbe, quam in capienda fuerat laboris oriretur.

XLII. *Itaque digrediens, sic cupiditatem sui fecit, ut eam ad omne obsequium non victoriæ metus componeret, sed admiratio lenitatis. Optima ajunt esse remedia quæ ad usum corrigendi nostri ex aliena calamitate nascuntur: verum animus pravitate velut morbo impeditus, delectum boni non habet. Ecce jam apud Taurinos venientem pugna gravior expectat nec Segusiensium vastitas monet, ut sibi caveant; nec cogitant, quod cum Principe res futura sit, quod neque vis ejus resistendi spem faciat, nec mansuetudo rationem. Campum late jacentem tantus miles opplerat, ut non improbaret fiduciam, qui instructos videret. Quæ enim illa fuisse dicitur species? quam atrox visu? quam formidolosa? operimento ferri equi atque homines pariter obsepti. Clibanariis in exercitu nomen est, superne omnibus tectis equorum pectoribus, demissa lorica, & crurum tenus pendens sine impedimento gressus a noxa vulneris vindicabat.* Quid vero demum tunc factum, sic ad postremum absolvit una sententia. *Ad unum interfectis omnibus, tuis integris, horrorem armorum ad miraculum victoriæ transtulerunt, quod qui innumerabiles habebantur, sine tuorum vulneribus interiissent:* Hæc Nazarius. Probavit plane eventus, quod dixerat, Angelorum acies in Constantini exercitu militasse; hic namque primum quanta vis esset sanctissimæ Crucis, qua Christo Labarum consecrarat, expertus est. Taurinum primum, ubi tanta vis belli, & non tantum difficilium Alpium præruptis montibus, sed & ferratis legionibus aditus fuerat ad Italiam interclusus, sensit numen pro Constantino pugnasse, quo duce (mira res!) cesserit ferrum ligno.

Constantini pugna apud Taurinos.

XLIII. Quæ autem post hæc secuta sint, idem auctor brevi compendio relegens potius, quam enarrans, hæc ait: *Quid ego referam post tantam & tam gravem pugnam, quod apud Brixiam magnus quidam & acer equitatus esset fuga, quam visu astutior, & primo impetu tuo pulsus, Veronam usque contendit ad præsidia majora? neque id dedecori fuit, quod excusati fugiunt, qui tibi cedunt; contingat quinimmo timiditati miseræ res ostentanda fuga, quæ habuerit dignitatem. Ipsa autem Verona freta immanibus copiis, quas in unum adventus tui formido conduxerat, cum multorum jam cladem accepisset, facta est parumper metu cunctantior, non ratione fidelior; muris se ab impetu vindicat. Aderat quidem Ruricius experientissimus belli, & tyrannicorum ducum columen; per tota admodum mœnia magna vis hominum, & apud Brixiam plerique jam fracti: ut in corpore cum aliqua pars ægra est, valetudo omnis contaminari solet; sic illius multitudinis portio malo affecta, totum exercitum timoris contagio dissiparat; quam faciles lapsus infirmitas habet, cum eam intempestiva movit audacia, cum sæpe alias, tum maxime in illa obsidione perspectum est. Clausi impetum faciunt; & qui se aliquandiu latendo a morte defenderant, facta pugnandi causa pœnas eruptionis temerariæ pependerunt; idemque Ruricius magna suorum clade rejectus in mœnia, spe jam lapsa, & adhuc mente vesana, cum se Veronam propripuisset, novos eodem egit exercitus, & præcipitante jam die, bellum non detrectavit, pugnæ avidior quam salutis; sed eum exitus magis quam merita fefellerunt; nam furorem mors domuit, quem non potuerat considerati ratio, nec victi formido sanare. O nox illa æternis sæculis monumentisque mandanda, cum spiris tenebrisque congressis * fortunæ totum liceret!*

* congressus

Constantini Veronam adventus.

XLIV. Victoria adversus Ruricium.

Tu tamen, Imperator, non intutior tempore, quam a Deo tectior, sævissimo hosti multus instares, & libertate cædis exultans donum noctis duceres, quod pugnantem nemo servaret. Per infestas acies interritus vadis, densissima quæque prorumpis, dejicis, proteris; mortis decus perdunt, quos ignoratus affligis, nisi quod te ipsa vis tua cogit agnosci. Nihil enim te permovent turbarum fractæ voces, horrendus militum clamor, permixta casibus vulnera, illisi cominus gladii, cadentium graves gemitus, arma late strepentia, & in unum quemdam sonitum diversi fragoris acta confusio, quod hæc omnia aut virtus negligit, aut ira non sentit. Nox ipsa, justissima bellantibus causa terroris, vehementiorem te agendis stragibus fecerat; quod solum virtutis tuæ impedimentum est, miserationem tenebræ non habent; ut intelligi liceat, quantum illo in bello vis tua perfecerit, pietate non retenta, & majestate secura. Prœlio vix summa nocte confecto, fessus cædibus, anhelus ex bello, cruore oblitus, sed hostili, ad obsidionis vigilias recurrebas. O fortuna, o præpotens Roma, quam tu umquam gratiam pro tantis his laboribus referes? &c.

XLV. Alia quoque oratione hæc ipsa fusius de Veronensium obsidione, & deleto cum duce Ruricio exercitu Romanorum, deque ingenti in pugnando Constantini robore; quod tamen auctor minus in Imperatore probavit, cum una cum sua totius Romani Imperii salutem periculosæ aleæ sub-

jeciſſet; ut jure meritoque illud inculcet (a): *Quid egeras, Imperator? in quæ nos fata projeceras, niſi te divina virtus tua vindicaſſet?* Tantam quippe ex Chriſti numine Cruciſque virtute fiduciam animo conceperat, ut ardua quæque ac dura, dixerim, & impoſſibilia, illi facilia, plana viderentur, atque ſecura; oraculo namque illo ſemel perſuaſo: *In hoc vince, vel vinces*, ſemper ſibi idem viſum eſt eſſe vocale, illudque propheticum veluti cæleſti claſſico jugiter intonari (b): *Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam.* Quo prævio, expugnat cætera poſt hæc, quæ erant a Maxentii partibus trans Padum præſidia, Mutinam, & Aquilejam, aliis Imperatoribus bellis civilibus inconceſſas.

(a) Paneg. poſt victor. Conſtantini 2.

Virtute Crucis magna præſtat Conſtantin.

(b) Iſaiæ 45.

XLVI. Maxentius occurrit Conſtantino.

His omnibus Dei nutu mira facilitate atque felicitate confectis, Urbem cogitat, eo dirigit iter, nullo facto in via obice, lætus adventat; *cum tandem Maxentius*, magnis pavendiſque copiis comparatis, trans pontem Milvium noviſſima armis experturus expectat, ſed prodigiis exagitatus. *Quid enim* (inquit Gallicanus orator c) *aliud illum ſperaſſe credendum eſt, qui jam ante biduum Palatio emigraverat, & cum uxore ac filio in privatam domum ſponte conceſſerat? ut res eſt, ominibus terribilibus agitatus, & nocturnis pulſus ultricibus, ut tu jam olim expectatus habitator, ſacris illis ædibus diu exhalatis expiatiſque ſuccederes, & adeo ipſe verum ſibi dixerat, & venturo tibi ceſſerat, quamvis in prælium ingrederetur armatus, cum excedendo Palatio, jam ſe abdicaſſet Imperio*; addit his Zoſimus (d): *Cum Maxentius, ex Urbe copias produxiſſet, jamque pontem, quem ipſe junxerat, tranſiſſet, infinita quædam multitudo noctuarum devolans muros complebat.* Atque hæc de prodigiis. Sed de inſtructa ab eo acie, pugnandique loco delecto, in Panegyrico paulo ſuperius hæc habentur (e):

(c) Paneg. poſt victor. Conſtantini 2.

(d) Zoſim. lib. 2.

(e) Paneg. Conſtantini poſt victor 2.

XLVII. Diſpoſita acies & locus pugnæ.

At quomodo inſtruxit aciem tot annorum vernula purpuratus? ita prorſus, ne quis evadere, ne quis, ut fit, loco motus referre gradum, & inſtaurare prælium poſſet, cum a fronte armis a tergo Tiberi flumine premeretur. In quo ille non mehercule cogitavit neceſſitatem reſiſtendi, ſed propinquitatem refugiendi; niſi forte jam ſentiens diem ſibi veniſſe fatalem, ad ſolatium ſuæ mortis, voluit ſecum trahere quam plurimos, ut omnes eſſent exitus ſui comites, qui ſcelerum participes extitiſſent: & Nazarius (f): *Quod ita ratio diſponendi exercitus docuit illum mente perdita, implicatoque conſilio, cum eum pugnæ locum caperet, ut intercluſa fuga, moriendi neceſſitatem imponeret, cum ſpem victoriæ non haberet:* & paulo poſt: *Apud Tiberim igitur ſuos inſtruxit ſic ripæ locatos, ut ultimorum veſtigia præſagio quodam eventuræ cladis unda fatalis alluret; ita vero multitudine ſuppeditante, ut ultra quam viſus agi poſſet, extenta acies pertineret, non quo frons imbecilla tractu invalido duceretur, ſed tanta ſubſidiorum atque ordinum confirmatione, ut acies non porrectior quam robuſtior murum utrinque præberet, quod eam nec conſtipatio contraxiſſet, nec longitudo tenuarat.* Addit Euſebius (g) ad vires dolos quoque Maxentium addidiſſe, pontem inſidiis fabricaſſe, ea fraudulenta arte compactum, ut artificis arbitrio, nullo propemodum negotio ſolveretur; de induſtria factum, ut Conſtantinum illum occupantem cum ſuis, rapidi amnis vortices labentem obruerent. Sed de ponte conſtructo a Maxentio cum meminit Zoſimus, de prætenſis ex eo inſidiis nihil habet.

(f) Nazar. in Paneg. Conſtantini.

(g) Euſeb. lib. 9. c. 8. & in Vita Conſtantini lib. 1. c. 32.

Sic igitur (ut dictum eſt) a Maxentio rebus diſpoſitis, Nazarius (h) tradit Conſtantinum veluti numine concitatum, de periculo tutum, de victoria certum ſe prorupiſſe primum in hoſtes: *Invadis* (inquit) *primus aciem, ſolus irrumpis, obumbrant cuntem telorum irriti jactus, ſonat ictibus umbo.* Quid demum? virtute ducis cæteri incaleſcentes, majori impetu feruntur in equites, qui in prima Maxentii acie dimicabant; qui tandem cedentes ac turpiter terga dantes, tum ſibi tum peditibus facti ſunt violenta compreſſione ruina. *Non enim* (inquit ſupra Nazarius) *qui bellorum eventus ſolet eſſe, per varios, & volubiles caſus Mars dubius erravit; nec fortunæ viciſſitudo, quæ plerumque proſperis rebus triſte aliquid adglutinat, victorum lætitiam vulneravit, ſed tanta hoſtium, & tam ampla cædes, tam felix, & incruenta victoria fuit, ut credas non bello ancipiti dimicatum, ſed ſolas impiorum pœnas expetitas:* Hæc Nazarius, totumque id tribuens Divinitati: *Illa* (inquit) *pietatem tuam texit; illa nefandi illius tyranni fregit amentiam, illa invictum exercitum tuum, tot victoriarum conſcientia plenis pectoribus ardentem, tantis inſuper viribus juvit, quantas præſtare aut Deus potuit, aut amor tuus debuit; ut horrendas acies, ut incognita ferri, & corporum robora fulmineus miles everteret; ut quicquid inſtruxerat diuturni ſceleris longa molitio, felici congreſſione conſumeres.*

(h) Nazar. in Paneg. Conſtantini.

XLVIII. Pugna Conſtantini adverſus Maxentium.

Sed quodnam fuerit par ſceleri inſperatum exitium poſt cladem fugamque ſuorum, ſic a Gallicano oratore narratur (i): *Ad primum igitur aſpectum majeſtatis tuæ, primumque impetum totius tui victoris exercitus, hoſtes territi, fugati-*

XLIX.

(i) Paneg. 2. Conſtantini.

Maxentii interitus.

gatique, & anguſtiis Milvii pontis excluſi, exceptis latrocinii illius primis auctoribus, qui deſperata venia, locum quem pugnæ ſumpſerant, texere corporibus, cæteri omnes in fluvium abiere præcipites, ut tandem aliquod cædis compendium, feſſis tuorum dexteris, eveniret. Cum impios Tiberis hauſiſſet, ipſum etiam illum, Maxentium videlicet, *cum equo, & armis inſignibus fruſtra conatum per abrupta ripæ ulterioris evadere idem Tiberis correptum gurgite devoravit, ne tam deforme prodigium, vel hanc obitus ſui relinqueret famam, quod alicujus viri fortis gladio telove cecidiſſet:* Hucuſque de rebus geſtis Conſtantini adverſus Maxentium Panegyricæ orationes, e quibus illa tantum deſcripſimus, quæ hiſtoricæ puritati conſentientia probata ſunt; cæteris, in quibus auctores ex ſuſcepta laudatione viſi eſſent luxuriati in verborum pampinis, amputatis; quod ſciamus rhetorum fucos ab hiſtorica ſimplicitate abhorrere; reddique ſuſpectum, eſſe confictum, quicquid variis diverſiſque coloribus noſcitur eſſe depictum.

L. Cæterum in eo quod hiſtorica narratione ſunt profecuti; quod rem agerent coram ampliſſimo auditorio rerum geſtarum optime conſcio, religio ſit dicere illos eſſe mentitos; cum non laudare, ſed ignominiam irrogare viſi eſſent; ſi falſa dixiſſe, audientium riſu redargui potuiſſent, in rebus præſertim nequaquam intra parietes agitatis, ſed ore omnium diffamatis, & cunctorum auditione perceptis. De quibus, ne vel leviter quidem Conſtantini laudatores ſuſpectos habeas, apponimus teſtem, ejus alioqui inimicum, & vituperatorem, Zoſimum impium, qui rem geſtam paucis perſtringens, hæc ait (a): *Cum exercitus utrinque cornibus adverſis ſtarent; equitatum Conſtantinus immiſit; is equitatum hoſtilem adortus fudit; peditibus quoque ſigno oblato, rite compoſiteque in hoſtem illi tendebant. Acri conſerto prælio, Romani quidem ipſi, & Itali ſocii ſegniores ad obeunda pericula ſe præbebant, quod acerba tyrannide ſe liberari optarent; reliquorum vero mili. tum innumerabilis quædam multitudo cecidit tum ab equitibus proculcata, tum a peditibus interempta. Enimvero quamdiu reſiſtebat equitatus, aliqua Maxentio ſpes eſſe reliqua videbatur; ſed equitibus jam ſuccumbentibus, fuga cum reliquis arrepta, per pontem fluminis ad Urbem contendebat, tignis autem minime ſuſtinentibus eam vim oneris, adeoque ruptis, cum cætera multitudine Maxentius etiam fluminis impetu abripiebatur:* Hucuſque ad Maxentii necem ſpectantia Zoſimus.

(a) Zoſim. lib. 3.

De parta victoria ex Zoſimo.

LI. Sed quæ ea de re a Chriſtiano ſcriptore ſunt perpetuæ memoriæ commendata, præteriiſſe nefas eſt; quem, cum Conſtantinus illo familiariſſime uſus ſit, ab ipſo, ſicut alia complura, accepiſſe æquum eſt credere; ſunt enim hæc ab eo hunc in modum conſcripta (b): *Quemadmodum enim ipſius Moyſis, & antiquorum ac piorum Hebræorum temporibus currus Pharaonis, ejuſque copias dejecit in altum, & delectos aſcenſores ſatelliteſque regios in Mari Rubro demerſit; ſic Maxentius, quique cum eo erant armati, & ſtipatores, velut lapis in profundum Tiberis gurgitem præcipites deciderunt. Nam cum tyrannus, Dei virtute Conſtantino opem ferente, terga dediſſet, & in fuga flumen ex adverſo objectum (in quo lintribus junctis, & ponte artificioſe fabricato, machinam qua Conſtantinum adeo earum Deo e medio ſublaturum ſperavit, ad ſuum ipſius interitum conſtruxerat) trajicere cœpiſſet, Deuſque Conſtantino benignus præſto tuliſſet auxilium; & tyrannus ejus ope deſtitutus clandeſtinas, & occultas machinas miſer contra ſeipſum fabricaſſet; adeo ut illud commode in ipſum dici poſſit (c): Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foveam quam fecit. Convertatur labor ejus in caput ejus, & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendat.*

(b) Euſeb. in Vita Conſtantini lib. 1. c. 32. & hiſt. lib. 9. c. 8.

Dei ope parta victoria.

(c) Pſal. 7.

LII. Solvitur pons damnato Maxentii.

Tum Dei nutu machinarum in pontis junctione collocatarum, & fraudis in eiſdem latitantis tranſitus, tempore minime ſperato ſubſidit, ruitque, ac de improviſo lintres cum ipſis viris in altum gurgitem præcipitati ſunt; ipſeque infelix primus, deinde ejus ſatellites, & ſtipatores (ſicut divina loquuntur oracula) in rapidum flumen tamquam plumbum delapſi; uti Conſtantinus cum ſuo exercitu Dei præſidio victoriam aſſecutus, merito ſane, licet non verbis, re tamen ipſa ſimiliter cum Iſraelitis, & egregio Dei famulo Moyſe eadem ipſa, quæ ille olim contra impium tyrannum Pharaonem eciniſſet, ſic quodammodo ſuavi concentu fuderit, dixeritque (d): Cantemus Domino; glorioſe enim magnificatus eſt; equum, & aſcenſorem dejecit in mare; adjutor, & protector factus eſt mihi in ſalutem. Et, quis ſimilis tibi in diis, Domine, quis ſimilis tibi? glorioſus in ſanctis, admirabilis, & præclare faciens prodigia: Hæc Euſebius de Conſtantino gratias Deo agente, etſi non his verbis (nondum enim Chriſtianus plene erat) re tamen his paria meditante, ac labiis proferente. Sunt, & Prudentii adverſus Symmachum ſcribentis de victoria in Maxentium virtute Crucis obtenta hi verſus (e);

(d) Exod. 15.

(e) Prudent. adverſ. Symmach. lib. 1. de potentia Crucis.

Teſtis Chriſticolæ ducis adventantis ad Urbem
Milvius exceptum Tiberina in ſtagna tyrannum
Præcipitans, quanam victricia viderit arma

Majestate regi, quod signum dextera vindex
Prætulerit, quali radiarunt stemmate pila:

Hæc, & alia plura ille; sed nos historiam prosequamur.

LIII. Caput Maxentii Pilo superpositum.

Ubi autem de tyranno in Tiberim prolapso atque extincto nuncium ad Constantinum perlatum est, mox ejus corpus ab urinatoribus quæri jubet; quo reperto, sectum caput summæ hastæ affigendum curavit, Romamque deferri. Sed de his hæc in Panegyricis (*a*): *Aliorum quidem hostium corpora, & arma præceps fluvius volvendo devexit; illum autem eodem quo extinxerat loco tenuit*: & paulo post: *Reperto igitur, & trucidato corpore, universus in gaudia, & vindictam populus Romanus exarsit.*

(*a*) Paneg. post victor. Constantini 2.

LIV. Constantinus in Urbem.

Sed Constantini ingressus triumphalis in Urbem a Nazario egregie sic describitur: *Nullus post Urbem conditam dies Romano illuxit Imperio, cujus tam effusa, tamque insignis gratulatio aut fuerit, aut esse debuerit; nulli tam læti triumphi, quos Annalium vetustas consecratos in litteris habet. Non agebantur quidem ante carrum victi duces; sed incedebat tandem soluta nobilitas; non conjecti in carcerem barbari, sed deducti carcere Consulares; non captivi alienigenæ introitum illum honestaverunt; sed Roma jam libera, nil ex hostico accepit, sed se ipsam recuperavit; nec præda auctior facta est, sed esse præda desiit; &, quo nihil adjici ad gloriæ magnitudinem potest, Imperium recepit, quæ servitium sustinebat. Duci sane omnibus videbantur subacta vitiorum agmina, quæ urbem graviter obsederant; scelus domitum, victa perfidia, diffidens sibi audacia, & importunitas catenata, furor vinctus; & cuncta crudelitas inani furore frendebat; superbia atque arrogantia debellatæ, luxuries coercita, & libido constricta nexu ferreo tenebantur. Sequebatur hunc comitatum suum tyranni ipsius teterrimum caput, ac si qua referentibus fides est, suberat adhuc sævitia, & horrendæ frontis minas mors ipsa non viderat. Injiciebantur vulgo contumeliosissimæ voces; nam & ludibriis oppressoris sui auspicari libertatem juvabat, & mira voluptate conceptus e vita terroris insultatione interitus obtrectabatur. Quis triumphus illustrior? quæ species pulchrior? quæ pompa felicior?* & paulo post:

LV. Publica lætitia.

Jam quidem lætitiam gestæ rei diffuderat fama velox, & ad celeritatem nuncii pennata Victoria insequebatur, tamen uberiore cum gaudio ipsius rei fructus, quod ad animum languidius accedunt, quæ aurium via manant, quam quæ oculis hauriuntur. Itaque tanti per Italiam concursus hominum excitabantur, tantæ ex oppidis effusiones, ut ante acti terroris testificatio in præsenti exultatione lucaret. Pari studio missum ejusdem tyranni ad permulcendam Africam caput; ut quam maxime vivus afflixerat, laceratus expleret; & nondum satis tempestivo mari, affuerunt tamen navigantibus felices auræ, & fluctus secundi, beatissimamque victoriam ipsa etiam elementa juverunt. Caput, in quo titulus tantæ laudis circumferebatur, reddidit Tiberis, prosecuti sunt venti, maria servarunt. Quonam modo te, potens Africa, quanto lætitiæ fremitu, quam insolenti voluptate jactasti? Hæc & alia Nazarius.

LVI. Constantini pietas.

Tantum munus Deo omnium creatori, non militum robori, Constantinus de beneficio gratus acceptum tulit; quod ipse quidem ea oratione, quam postea habuit ad sanctum cœtum, ingenue his verbis professus est (*b*): *Ego certe, & prosperam meam fortunam, & meas res omnes pietati acceptas refero. Testis est etiam rerum omnium ex animi sententia eventus; testes sunt præclara facinora; testes victoria contra hostes, atque trophæa. Juxta mecum hæc novit, & cum laude propterea Deum celebrat illustris, & eximia civitas Roma. Assentitur item populus Urbis mihi carissimæ, licet falsa spe deceptus, Principem se indignum delegerit; qui quidem extemplo pro sceleribus ab ipso admissis, justas debitasque pœnas persolvit. Quæ certe commemorare non est integrum, mihi præsertim, qui apud te, o pietas, dissero, omnique studio, & industria incumbo, quo pacto te verbis castis decorisque affari queam. Dicam tamen fortassis aliquid, o pietas, quod nec turpitudinis nec indecori quicquam in se complectitur, furore tamen, & crudelitate redundans. Cum bellum pestiferum contra omnes sanctissimas tuas Ecclesias a tyrannis excitaretur, & nonnulli in urbe Roma se tantis malis, & tam insigniter improbis oblectare non desisterent, campusque esset ad pugnam præstitutus, tu in medium progressa, te ipsam fide in Deum roboratam, munitamque adversariis opposuisti*: Hæc ille, & alia plura, quibus invehitur in tyrannum Romanos graviter exagitantem:

(*b*) Euseb. orat. ad sanct. cœtum c. 22.

Sed jam ad ipsum Constantini magni triumphum gestientem convertamus orationem; reliqua autem ab Eusebio scripta,

LVII. Triumphus Constantini.

PAGIUS VIII. *Constantinæ M. de Maxentio triumphus.*

A num. LVII. ad CIV. Triumphavit & Constantinus Magnus de Maxentio Tyranno, idque ipso die, quo eo debellato, Romam ingressus est; *Hæc & alia*, inquit Eusebius in Vita Constantini lib. 1. cap. 39. *horum germana eum Constantinus eo tempore, magnum Dei famulum Mosem imitatus; in laudem Dei universorum principis & victoriæ auctoris factis ipsis cecinisset*, Baron. num. LVII. & seqq.

pta, suo loco opportunius inserenda. Extat adhuc tantæ victoriæ nobile monumentum inter Palatinum, & Cælium montem, haud longe a Domitiani Amphiteatro, ea parte, quæ spectat ad Occidentem, triumphalis arcus a Senatu illi constructus, qui cum positus sit ea regione, plane significatur, ipsum nequaquam per Milvium pontem via Flaminia ingressum fuisse in Urbem; sed quod potius, ea ad lævam relicta (facto enim ponte ruina Maxentii, & exercitus ejus, intercluso erat omnis illac ad Urbem accessus) per prata Neronis iter faciens, viæ se immiserit triumphali, cui in Vaticano posita adjacet insignis a dextris Memoria Principis Apostolorum, antiquorum (ut dictum est) præconiis celebrata; quam se ei obviam offerentem adiisse, illicque pro collatis tam insignibus beneficiis immensas Deo gratias reddidisse, dignum est existimare; cum præsertim exhibita postea loco illi præ cæteris ab eo pietatis obsequia id ipsum manifeste arguere videantur.

LVIII. Constantinus non ut Ethnici triumphat.

Quis enim in animum inducere possit, Imperatorem Cruce vincentem, quæ primo occurrerunt illi Christianæ religionis trophæa Crucis in Petri sepultura, facta jam sui claritudine toto Orbi conspicua, præteriisse insalutata, quorum nec si voluisset, declinare potuisset aspectum? cum præsertim qui de ejus adversus Maxentium divini numinis favore obtenta victoria laudationes scripserunt, nihil prorsus de Capitolii genibus (ut Dio (*a*) tradit) solita fieri ab Imperatoibus conscensione ad referendas gratias diis, meminerint, cum iidem tamen alias non tacuerint in Panegyrica oratione eidem Constantino dicta post Maximianum Herculium Massiliæ extinctum, de gratiis ab eo diis actis, Apollini potissimum, cujus templum immensis donariis cumulavit; hoc ipsum, inquam, illorum de ascensu ad Jovem Capitolinum, ex more, silentium clamat, perfunctum illud ab eo (quod diximus) munus in Vaticano.

(*a*) Dio hist. Rom. lib. 43. & 60.

LIX. Gloria Vaticani collis.

Sicque Crucis gloria coruscante, ex novis admirandisque ejus prodigiis admiranda quoque facinora sunt consecuta; cedit ferrum, vincit lignum, & Vaticanus collis mutatur in Capitolium, vel potius Capitolio auctus est mons Vaticanus, instar montis illius prophetici, cujus est domus Domini in vertice montium, quem ascensuræ sint omnes gentes; quæ enim tam barbara ac fera natio jugo Crucis submissa, ac proinde libertate donata, quæ Apostolorum limina ex more non petierit?

LX. Ubi paratur triumphus.

Expectabat lassus per campos effusus, sanguineque hostium & sudore conspersus, adhuc labore recenti anhelans miles; dum viam Triumphalem, ejusdemque nominis pontem ingressurus, illic disponitur ad triumphi pompam, ubi modo super altissimum obeliscum aurata Crux fulgore coruscat, non sine divinitatis instinctu a Sanctissimo Domino nostro Sixto Papa Quinto tantæ gloriæ memoria restituta, ac magnificentissime illustrata. Via igitur Triumphali triumphans Constantinus ad Palatinum montem pervenit, in domumque Imperatoriam se recepit, ad cujus radices (ut declaratum est) fuit illud perpetuæ gloriæ monumentum ex Senatusconsulto postea fabricatum, in cujus fronte hæc inscriptio legitur:

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO MAXIMO
P. F. AUGUSTO. S. P. Q. R.
QUOD. INSTINCTU. DIVINITATIS. MENTIS
MAGNITUDINE. CUM EXERCITU. SUO
TAM. DE. TYRANNO. QUAM. DE. OMNI. EJUS
FACTIONE. UNO. TEMPORE. JUSTIS
REMPUBLICAM. ULTUS. EST. ARMIS
ARCUM. TRIUMPHIS. INSIGNEM. DICAVIT

Arcus triumphalis Constantini.

intra fornicem a dexteris: LIBERATORI. URBIS
a sinistris: FUNDATORI. QUIETIS
& ab ea parte quæ spectat Amphitheatrum, in ejus fronte:
VOTIS. DECEM. SIC. DECEM
& ex adversa VOTIS. XX. SIC. XX.

So-

PAGIUS *set, Romam triumphans ingressus est*, & cetera apud Baronium num. LXIII. & seq. legenda. Idem jam dixerat Eusebius in lib. 9. Hist. Eccles. cap. 9. sed diem, quo *triumphus* gestus, nec ipse quis alius ex Antiquis annotavit.

IX. *Constantini tri-*

Gruterus pag. 282. Baronius, aliique multi retulerunt Inscriptionem Arcus *Constantini* in capite viæ Appiæ; sed unus Card. Norisius in Dissert. de Numismate Licinii Aug. cap. 3. observavit, insignem illum Arcum, qui etiamnum Romæ visitur, in ipsis Constantini Decennalibus erectum fuisse. Quod tamen Vota Decennalia, & Vicennalia, quæ in ea Inscriptione leguntur, quæque, tanquam si superflua fuissent, prætermisit Spondanus, manifeste indicant. Unde ea inscriptio huc integra referenda: IMP.

umphalis Arcus.

LXI. Vota multiplicata.

Solebant non tantum nuncupari vota ad quinquennium, vel decennnium, sed eadem multiplicari augerique annorum numero: quod docent complures antiquorum inscriptiones, ut in nummo ejusdem Constantini:

IMP. CONSTANTINUS. MAX. P. F. AUG.
VOTIS. V. MULT. X.

& in nummis Constantii ejus filii:

CONSTANTIUS. AUGUSTUS
VICTORIÆ. DD. NN. AUGG. VOT. XX. MULT. XXX. SIS.

(a) Descripsit & edidit Adolph. Occo.

Sunt & alia complura ejus generis (b), quæ hic describere prætermittimus.

(b) Euseb. Vit. Const. l. 1. c. 33.

LXII. Consilium senatus extruendis arcum.

At qui hunc extruendum curavit, Senatui, quod adhuc Gentilis erat, se eo opere Christianum prorsus profiteri non licuit, ob idque nec vexillum Crucis erigere; sed quod æque scirent Constantinum aversari deorum cultum, palamque profiteri veri Dei auxilio se tot tyranni exercitus superasse, ipsumque tyrannum denique extinxisse; idcirco ipso inscriptionis exordio ex animi ipsius sententia illa posuerunt, verba: QUOD INSTINCTU DIVINITATIS. Rem igitur ita moderati sunt, ut eo officio sic esset Imperatoris pietati prospectum, ut tamen Senatus, quod non erat, se Christianum noluerit profiteri. Constantinus vero cum victricia Crucis arma, cui omnia ex divinitus sibi impertito oraculo sciret se accepta ferre debere, in eo minus exculpta fuisse videret, quod intelligeret Senatus dedicantis religione vetitum; ne quid gloriæ Crucis videretur esse detractum, seorsum in ipso Urbis meditullio signum illud sublime posuit, clarissima illa inscriptione notatum; quo amplissima Crucis gloria, illis licet invitis, quot litteris, tot linguis digno præconio magnificentissime extolleretur: recitat Eusebius titulum illum, postquam ea quæ idem Imperator præstitit Senatui populoque Romano, ac potissimum Christianis, narravit; & post recensitam gratiarum actionem Deo optimo maximo ab eo accepti memore beneficii, hæc tradit his verbis (a):

(a) Euseb. ibidem c. 34. 35. 36.

LXIII. Constantini ingressus in urbem.

Constantinus igitur cum ista, aliaque ejusmodi germana ac similia Deo omnium duci & auctori victoriæ, eximium Dei famulum Moysen imitatus, cecinisset; in urbem, quæ omnium regina est, cum triumpho & celeri pompa ingreditur. Ibi tum frequentes, tam qui ex Senatorio ordine, quam qui aliis dignitatis ornamentis ibi clari erant & eximii, tamquam ex servitutis custodia liberati, cum universo populo Romano, læto oculorum obtutu, lubentibus animis, faustis acclamationibus & insatiabili gaudio eum exceperunt; viri etiam cuiuscumque generis una cum mulieribus, liberis & infinita famulorum turba illum liberatorem, conservatorem & beneficum patronum ingenti clamore prædicarunt. At ille, utpote pietate in Deum tamquam naturaliter menti insita imbutus, non applausu illo populari & strepitu insolenter se jactans, non laudum elatus præconio, sed præsidii a Deo allati admodum conscius, extemplo preces cum gratiarum actione auctori victoriæ impertiit, atque illustribus inscriptionibus, columellisque erectis, omnibus hominibus salutaris Christi signi virtutem promulgavit; inque Urbe media, quæ præ cæteris principem locum facile obtinet, ingens istud trophæum contra hostes erexit; & hoc salutare signum, characteribus, qui nullo modo deleri poterant, in eo insculptis, Romanorum, aliorumque omnium Imperio subjectorum propugnaculum esse demonstravit, palamque omnibus proposuit ad intuendum. Ac statim ubi erectum hastile ad formam Crucis in manum propriæ imaginis in statua expressæ

HOC SALUTARI SIGNO, VERO FORTITUDINIS INDICIO CIVITATEM VESTRAM TYRANNIDIS IUGO LIBERAVI, ET S. P. Q. R. IN LIBERTATEM VINDICANS, PRISTINÆ AMPLITUDINI ET SPLENDORI RESTITUI.

insertum Romæ in loco celebri ac multum a populo frequentato locatum fuit, hanc inscriptionem Latino sermone in eo mandat incidere.

LXIV. Constantinus de Christiana religione bene meretur.

Pergit Eusebius (a):

Plus igitur Imperator ista Crucis victricis confessione nobilitatus, cum magna dicendi libertate Filium Dei ipsis Romanis palam divulgare cœpit. Omnes igitur omnino qui civitatem incoluerunt, tam Senatus quam populus, velut acerbo & tyrannico dominatu levati, clarioribus lucis radiis frui visi sunt, & novæ cujusdam & quasi renascentis vitæ modo rationeque potiri. Ac gentes universæ, quæ oris Oceani ad Occasum vergentis circumdantur, prioribus malis, quibus implicatæ tenebantur, liberatæ, insignem dierum festorum celebritatem lætis animis agentes, Constantinum victorem, pium ac communem omnium patronum eximie prædicarunt; dixerunique una voce, unoque ore omnes, illum tamquam commune quoddam bonum hominibus Dei benignitate & clementia donatum illuxisse. Imperatorium porro pissim divulgabatur edictum; quod quidem & his qui erant fortunis sui spoliati, concessit auctoritatem rebus suis & facultatibus potiundi; & eos qui iniquum exilium perpessi fuissent, ad proprios lares revocavit; alios item vinculis, omnique periculo ac metu, quibus per tyranni crudelitatem vexabantur, penitus eripuit. Ipse porro Imperator Dei ministros accersere, cultu & observantia honorifice complecti, & tum re, tum verbis, tamquam

PAGIUS

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO. MAXIMO
P. F. AUGUSTO. S. P. Q. R.

In eodem arcu sub sacrificiis insculptis
VOTIS. X.
Item,
VOTIS. XX.

QUOD INSTINCTU. DIVINITATIS. MENTIS
MAGNITUDINE. CUM. EXERCITU. SUO.
TAM. DE. TYRANNO. QUAM. DE. OMNI. EJUS.
FACTIONE. UNO. TEMPORE. JUSTIS
REMPUBLICAM. ULTUS. EST. ARMIS.
ARCUM. TRIUMPHIS. INSIGNEM. DICAVIT.

In eodem Arcu sub sacrificiis insculptis.
SIC. X.
Item,
SIC. XX.

Intra fornicem majorem ejusdem Arcus, legitur
hinc LIBERATORI. URBIS *inde vero* FUNDATORI. QUIETIS

Hæc formula SIC. X. SIC. XX. quæ designat tum Vota Decennalia soluta, tum Vicennalia nuncupata, Constantino & Licinio imperantibus primum usurpata, & postea in frequenti usu fuit, ex eaque intelligimus, præfatum Arcum anno dumtaxat trecentesimo decimo sexto Constantino positum; cum eo anno Decennalia exhibuerit, ut suo loco dicetur. Jam autem sæpius in hoc Opere observavi Imperatores plerumque triumphos distulisse usque ad annum Quinquennaliorum vel hujusmodi festivitatum; ita ut eodem anno triumpharent, & Decennalia aut alia id genus festa ederent. Nunc observandum venit, annis quibus *Decennalia* edebant, arcus in eorum honorem de more erectos, & victorias, quas ante reportassent, Nummis insculptas fuisse. Quare licet certum sit, *Constantinum* hoc anno post devictum *Maxentium* triumphasse, arcus tamen illi nonnisi post quadriennium, in ejus nempe Decennalibus, constructus.

Victo-

PAGIUS

X. *Maximinus legem in Christianorum gratiam emittit.*

[1] Victo Maxentio, *Imperator Constantinus, & Collega ejus Licinius uno consensu legem pro Christianis absolutissimam & copiosissimam promulgarunt; partaque de Tyranno victoria nuntium, ipsamque adeo legem ad Maximinum, qui in Orientis partibus etiam tum imperabat, seque ipsis amicum esse simulabat, transmisere*, inquit Eusebius lib. 9. cap. 9. ubi & ait, Maximinum post literas ad *Sabinum* Præfectum Prætorii sui a se scriptas, de quibus mox, non permisisse Christianis Conventus agere, aut Ecclesias extruere; licet Constantinus & Licinius literis ad ipsum datis, id se Christianis concedere significassent. Periere memoratæ literæ; sed duplicem Constitutionem a Constantino & Licinio datam, alteram hoc anno, alteram sequenti, priorem-

NOTÆ

[1] Quæ in variis hisce annis disputat Pagius de edictis, a Constantino & Licinio in favorem Christianorum latis, cum aliquantulum turbata mihi videantur, ita componenda censeo. Edidit Maximianus Galerii suo, & Constantini nomine edictum pro Christianis latine scriptum, & a L. Cæcilio c. 34. recitatum, sicut & ab Eusebio Græce l. 8. c. 17. relatum, quo ad Maximinum transmisso, coactus est ille quidem parere, sed rem ita per dolum composuit, ut edictum illud pro viribus occultarit, mandatum vero nuda voce Rectoribus Imperii sui dederit, ne Christiani vexarentur. Hoc mandatum Rectores sibi invicem communicarunt, quod & fecit Sabinus Præfectus Prætorio per Epistolam latine scriptam, & græce recitatam ab Eusebio lib. 9. c. 1. Post sex menses Maximinus per varias artes effecit, ut persecutio Christianorum recrudesceret. Contigit inter hæc, ut victoria de Maxentio a Constantino reportaretur (A. 312.) quam statim subsequuta fuit Constitutio absolutissima pro Christianis, ex ignoto nobis loco data (Eusebius l. 9. c. 9.) eademque ad Maximinum transmissa (L. Cæcilius c. 27.) Ille necessitati cedere coactus rescriptum (Eusebius ibid.) pro Christianis dedit ad Sabinum, in quo memorat legem anno superiori a se datam ad Præsides Provinciæ, quas leges non per se, sed per Præsides scripsit.

Secundum hæc Constantinus Mediolanum concessit, quo venit & Licinius, ibique cum accepissent, literas a se pro Christianis antea datas nescio quid ambiguitatis continere (quid enim in illis reprehensum fuerit in edicto mox designando non satis luculente exprimitur, ut Tillemon. hic animadvertit) exponere illas atque Christianorum favores latius explicare constituerunt. An vero prodierit aliqua illarum Constitutio Mediolani data, mihi non satis liquet; quamquam id certum constituitur a Pagio A. 314. 9. Nec mihi pariter probatur quod a Pagio asseritur ibid. hanc Mediolanensem Constitutionem transmissam fuisse ad Maximinum, cum ille vix certior factus de adventu utriusque Imperatoris Mediolanum infesta in illos arma movit (L. Cæcil. c. 45.). Sed currens statim Licinius illum prælio vicit A. 314. ingressusque Nicomediam, literas pro Christianis ad *Præsidem datas proponi jussit*, ideft literas, de quibus Mediolani ab utroque Imperatore conventum fuerat, quæ nondum publicatæ fuerant, (L. Cælius cap. 48.) In eis memorat imperator alias literas pro Christianis ab utroque Imperatore datas (literas hasce easdem credimus quas post Victoriam Maxentii e loco ignoto scriptas supradiximus) quibus explicandis subdit, *cum nos apud Mediolanum convenissemus* (verba sunt edicti) *hæc inter cætera.... ordinanda esse credidimus*. His verbis patet vel nullum datum fuisse hac de re edictum Mediolani, sed tantum statutum fuisse ut illud daretur; vel decretum Mediolanense aliud esse ab eo quod Nicomediæ promulgatum fuit; hoc Nicomedienfe enim ea refert quæ Mediolani constituta fuerant. Neutrum vero transmitti potuit ad Maximinum, qui hostis non amicus discessit (L. Cæcil. c. 49.). Ante obitum vero idem *Maximinus* Christum agnovit (L. Cæl. c. 49.) & tunc latum ab ipso credo edictum pro Christianis quod recitat Euseb. l. 9. c. 10. Ex his patet quam multipliciter Pagius hic A. 314. n. 9. erraverit.

quam viros deo suo consecratos humanitus excipere, & maxima benevolentia prosequi cœpit. Quippe licet homines fuerint ipsius formæ habitu ad aspectum abjecti, ab eo tamen non ejus generis existimati sunt: sed quia non hominem, qui sub aspectum oculorum cadit, sed Deum ipsum, qui in eorum animis insidebat, considerare visus est; illos suæ mensæ effecit participes; illos, quocumque iter capiebat, secum duxit; atque ea de re Deum, quem sancte colebant, sibi credidit fore propitium. Porro Ecclesiis copiosa suppeditare subsidia, templa in sublime erecta, exædificataque adaugere, plurimis monumentis augustæ Ecclesiæ sacraria illustrare, varia pecuniarum largitione egentium inopiam sublevare: Hucusque Eusebius, simul postea congerens quæ a Constantino diversis temporibus gesta sunt, non autem hoc anno perfici potuerunt, quo, rebellantibus in Germania barbaris, illuc quam citissime avolare compulsus est.

LXV. De arcu triumphali Constantini elucidatio.

Rursum vero ad nobile illud victoriæ Constantini trophæum postliminio revocetur oratio; sunt enim complura de eo elucidanda, quæ haud invitum antiquariæ rei cupidum poterunt detinere lectorem. Quod igitur ad ipsum triumphalem arcum spectat; præter illa quæ de eo nuper dicta sunt, illud in eo propensius considerandum est, mirificum quoddam & incredibile erga Constantinum Senatus studium declaratum esse, dum ad opus extruendum minime detractaverit illorum Imperatorum memorias demoliri, quos omnium carissimos habuisset; indeque egregie diversis formis exultos lapides sublatos, ad Constantini triumphalem fornicem extruendum conferre; ex monumentis scilicet victoriarum Marci Aurelii ablata nobilia sculpturæ opera, diversis in locis Constantini arcui intexta fuisse; quod non modo rerum antiquarum perito, sed cuique etiam rudi erit facile judicare, dum conspicit diversæ sculpturæ opus esse compactum, alterius quidem egregiæ & perinsignis affabre factæ, alterius vero longe disparis, crassioris Minervæ, rudis & impolitæ; antiquiora illa; hæc autem ejus temporis quo (ut superius nos dixisse meminimus) ob ingentem persecutionem, qua Christiani omnes insigniores ejus artis opifices sublati essent, ars statuaria collapsa penitus videbatur.

LXVI. Ornatus arcus Constantini ex diversis.

Quæ ergo habentur ornatus causa in eodem arcu diversis locis aptata, quæ præsertim symbola reddunt idololatriæ, nihil prorsus noscuntur cum Constantino habere commune; cum cæcutientis etiam patere possit aspectui, illa dictorum Imperatorum esse memorias, operaque insigniorum artificum. Condonavit hoc Senatui Constantinus, quem nosset mordicus avitam religionem retinere, laudans illorum omnium erga se studium, quod præsetulerant in demoliendis illorum trophæis, quos præ cæteris Imperatoribus coluissent, ut ex illis victoriæ suæ monumentum augustius exornarent; quæ nec religiosa posteritas abstulit, cum ea ad operis ornamentum esse viderentur imposita; ex quibus, quantum cæteris laudatissimis Imperatoribus emineret majestas Christiani Imperatoris, facile appareret; dum & quæ illic essent signa superstitionis Gentiliciæ posita, eamdem ipsam subjugatam, velut trophæa victoriæ demonstrarent; quod moris esset, hostes superatos, honoris ergo, ejusmodi triumphalibus tabulis insculpi.

LXVII. Constant. quos coluit Imperatores.

Cæterum videri potest, haud invito Constantino factum esse, ut super eumdem fornicem ponerentur, quæ aliis in locis collocatæ erant, nobilissimæ statuæ M. Aurelii, & Antonini Pii (quorum capita noctu furto sunt sublata nostro tempore, ob egregiam operis excellentiam); nam ambos hos Imperatores ipsum plurimum coluisse,

PAGIUS remque currenti anno ad *Maximinum* transmissam; in dubium revocari non potest, licet Baronius, aliique Viri doctissimi unius tantum edicti meminerint. Nam præter verba a nobis laudata, in posteriori Constantini & Licinii Constitutione ab Eusebio lib. 10. cap. 5. relata, non semel prioris hoc anno datæ mentio, ut docte explicat Valesius in Notis ad illud edictum, ubi & quod discrimen inter utrumque esset, ostendit. Secundum edictum Mediolani, uti suo loco videbimus, prius loco incerto datum; videtur tamen Romæ, ubi reliquo hoc anno Constantinus egit, promulgatum. De laudatis literis locutum existimo Lactantium lib. de mortibus Persec. cap. 37. in quo, postquam persecutionem a Maximino contra Christianos excitatam narravit, ait: *Hæc ille moliens, Constantini literis deterrebatur. Dissimulavit ergo. Et tamen si quis inciderat, mari occulte mergebatur. Consuetudinem quoque suam non intermisit, ut in Palatio per singulos dies sacrificaretur. Et hoc primus invenerat, ut animalia omnia, quibus vescebatur, non a coquis, sed a Sacerdotibus ad aras immolaventur, nihilque prorsus mensæ apponeretur, nisi aut delibatum, aut sacrificatum, aut perfusum mero; ut quisquis ad cœnam vocatus esset, inquinatus inde atque impurus exiret. In ceteris quoque magistri sui similis. Nam si quid reliqui vel Diocles vel Maximianus reliquerunt, hic abrasit, sine ullo pudore auferens omnia. Itaque horrea privatorum claudebantur, apothecæ obsignabantur, debita in futuros annos exigebantur. Hinc fames agris (non) ferentibus, hinc caritas inaudita. Armentorum ac pecorum greges ex agris rapiebantur ad sacrificia quotidiana, quibus eos adeo corruperat, ut aspernarentur annonam, & effundebant passim sine delectu, sine modo, cum lites universos, quorum numerus ingens erat, pretiosis vestibus & aureis nummis expungerent, gregariis & tyronibus argentum daret, barbaros omni genere largitionis honoraret. Nam quod viventium bona vel auferebat, vel dono suis da-*

luisse, observasseque Lampridius auctor est in Heliogabalo, eorumdemque imagines aureas formasse tradit, dum ait: *Antoninorum nomen tu, Constantine sacratissime, ita veneraris, ut Marcum & Pium inter Constantinos Claudiosque velut majores tuos, aureos formaveris, adoptans virtutes veterum tuis moribus congruentes, & tibi amicas, carasque*: Hæc ipse; quibus vides Constantinum eo temperamento colere cœpisse Christianam religionem, ut non (quod multi perperam putant ab Eusebii præconiis persuasi) confestim cuncta spreverit, quæ fuerant pietati adversantia; sed quæ Gentium essent, ex iis aliqua toleravisse: atque ea ex parte coluisse ac suscepisse, quæ ex optima morum institutione sibi gloriam comparassent, a cunctisque pariter in honore haberi cognosceret.

LXVIII. Rursum vero, quod ad Senatus officia spectat; aliis quoque præclaris æternæ gloriæ monumentis, quæ ipsi gratiora sciret, coluit Constantinum; siquidem de eo hæc habentur expressa in Oratoris Gallicani Panegyrica illa oratione sæpe superius citata (*a*): *Merito igitur* (inquit auctor) *tibi, Constantine Imperator, Senatus signum Dei, & paulo ante Italia scutum & coronam, cuncta aurea dedicarunt, ut conscientiæ debitum aliqui ex parte relevarent; etenim sæpe debetur & divinitati simulacrum aureum, & virtuti scutum, & corona pietati*: Hæc ibi. Sed quid quæso, signum Dei, idemque simulacrum aureum? Neminem adeo puto vesanum, qui vel mente concipere possit, alicujus deorum Gentium aurea statua a Senatu Constantinum esse donatum; immo contumelia muneris provocatum atque delusum; quem scirent Christianorum Dei præsidio niti, ipsumque ab eo propensius coli, ac proinde omnes deos Gentium execrari, exhorrescere, & detestari; nec passurum culpiam illorum adscribi victoriæ titulum,

(*a*) *Panegyric. 2. Constantini.*

Christi imago aurea a senatu erecta.

LXIX. Signum Dei quale.

Non alio igitur signo Dei potuit a Senatu Constantinus coli, quam ejus quem videbat ipsum publica attestatione profes-sum; alias videri potuisset contrario & illi opposito signo eum provocare magis, quam honorare, voluisse; signum itaque illud Dei, posito a Constantino signo fuisse conforme, non autem adversarium, par est credere, idque præstitisse Senatum licet invitum, quem omnes sciunt, qui Cæsarum historias callent, consuevisse illis etiam, quos detestaretur, Imperatoribus, officiis plurimis & insolentibus turpiter adulari, quod Lampridius in Commodo & aliis Impp. pluribus attestatur. Possumus igitur illud Dei signum, simulacrumque aureum æque recte existimare fuisse Dei Christianorum, nempe Christi Salvatoris nostri formam reddentem statuam efformatam, Romæ non ignotam effigiem, quam (ut dictum est) Alexander Imperator inter alios, quos colebat deos, in suo larario collocaverat; nec ob eam causam videri poterat Senatus Christo statuam erigens ab avita superstitione desciscere, sicut nec Alexander, cum ejusdem imaginem, in loco quem precum causa quotidie adire solebat, cum aliis deorum imaginibus posuit.

LXX. Corrguntur errores.

At hic corrigendus est error in primam editionem illapsus ubi sub nomine Constantini, Constantii posita habetur inscriptio, vitio describentis; quam suo loco, diligentius inspecto originali exemplari, restituendam curavimus. Sed & quod eo-

Ann. Eccl. Tom. III.

PAGIUS *dabat, (prout) quisque petierat aliena, nescio an agendas illi gratias fuisse putem, quod more clementium latronum incruenta spolia detrahebat.*

XI. Maximinus omnes impuritates suscipit.

Tum cap. 38. *Illud vero capitale & supra omnes qui fuerunt, corrumpendi cupiditas, quid dicam nescio, nisi cæca & effranata, & tamen hic verbis exprimere pro indignatione sua non potest. Vincit officium linguæ sceleris magnitudo. Eunuchi, lenones, scrutabantur omnia. Ubicumque liberalior facies erat, secedendum paribus ac maritis fuit. Detrahebantur nobilibus fœminis vestes, itemque virginibus, & per singulos artus inspiciebantur, ne qua pars corporis Regio cubili esset indigna. Si qua detrectaverat, in aqua necabatur, tanquam majestatis crimen esset. Sub illo adultero aliqui constupratis uxoribus, quas ob castitatem & fidem carissimas habebant, cum dolorem ferre non possent, se ipsos etiam necaverunt. Sub hoc ministro pudicitia integritas nulla, nisi ubi barbaram libidinem deformitas insignis arcebat. Postremo hunc jam induxerat morem, ut nemo uxorem sine permissu ejus duceret, ut ipse in omnibus nuptiis præguslator esset. Ingenuas virgines imminutas servis suis donabat uxores. Sed & Comites ejus sub tali Principe imitabantur. . . . suorum cubilia impune violabant. Quis enim vindicaret? Mediocrium vero filias, ut cuique libuerat, rapiebat. Primarias, quas rapi non poterant, in beneficiis petebantur; nec recusari licebat, subscribente Imperatore, quin aut pereundum esset, aut habendus gener aliquis barbarus. Nam fere nullus stipator in latere ei, nisi ex gente eorum qui a Gothis tempore Vicennalium terris suis pulsi Maximiano se tradiderunt, malo generis humani, ut illi barbaram servitutem fugientes, in Romanos dominarentur. His satellitibus & protectoribus cinctus Orientem ludibrio habuit.*

XII. Maximini erga Valeriam inhumanitas.

Deinde cap. 39. *Denique cum libidinibus suis hanc legem dedisset, ut fas putaret quidquid concupisset, ne ab Augusta quidem, quam nuper appellaverat matrem, potuit temperare. Venerat post ebitum Maximiani ad eum Valeria, cum se putaret tas.*

de eodem Constantino ab alio auctore, majori quidem præjudicio, erratum vidimus; hic pariter emendandum putamus. Etenim post primam tomi hujus editionem reperi inter legendum deorum historias a Lilio editas, dum agit de Concordia Romanorum dea, inscriptionem aliam ab eo positam, cui ista præfatur: *Collapsam insuper Concordiam & a Constantino restitutam, antiquum epigramma ostendit, quod & hodie legitur in Lateranensi basilica:*

D. N. CONSTANTINO FELICI AC TRIUMPHATORI SEMPER AUG. OB AMPLIFICATAM TOTO ORBE REMP. FACTIS CONSILIIS S. P. Q. R. AEDEM CONCORDIAE VETUSTATE COLLAPSAM IN MELIOREM FACIEM OPERE ET CULTU SPLENDIDIORE RESTITUIT.

LXXI. Quam quidem inscriptionem nec in lapide usquam reperire contigit, nec apud alios Antiquarios (quod legerim) qui in his exactissimam adhibuere diligentiam, videre hactenus licuit. Aldus autem Manutius (*a*) in libro de Orthographia hanc quam subdimus inscriptionem se exscripsisse ait ex memoriis ipsius ecclesiæ Lateranensis: (*a*) *Aldus Manutius pag. 37. edit Venet.*

D. N. CONSTANTINO. MAXIMO. PIO. FELICI
AC. TRIUMPHATORI. SEMPER. AUGUSTO
OB. AMPLIFICATAM. TOTO. ORBE. REMP.
FACTIS. CONSILIISQ.
S. P. Q. R.
DEDICANTE. AMICO. PAULINO. IUNIORE
C. V. COS. ORD. PRAEF. URBI.

Apparet enim hanc fuisse scriptam in basi, super quam statua Constantini posita erat, atque perpetua memoria eidem consecrata. Præter hanc, inquam, nulla extat, nec alicubi descripta apparet ea, quam Lilius recitat, de restitutione templi Concordiæ vetus inscriptio; quæ quidem sicut fide vacillat, ita auctorem in suspicionem nonnihil adducit, quem tamen potius memoria lapsum dixerimus, quam impostura damnemus.

LXXII. Refellitur de restituta Æde Concordiæ error. Sed esto, quod certa ejusdem exploratæque fides esset. Unde tamen Lilio, ut auctoritate ejus inscriptionis dicere possit, a Constantino restitutum fuisse templum Concordiæ? An non magis ex ea probatur a Senatu id ipsum confectum? nempe ab his qui adhuc deorum cultores perseverarent, non autem illis qui inter Senatores Christiani essent; etenim quamvis pauciores numero invenirentur Ethnici Senatores, si quid tamen agerent pro deorum cultu, nomine Senatus id se facere, dicere solere, testatur S. Ambrosius (*b*). Quid igitur quod ex ea inscriptione factum dicitur a Senatu, tribuitur Constantino? Putavit fortasse Lilius ob inditum ejus nomen inscriptioni, id factum Constantino jubente? An ignoravit id fieri solitum honoris causa? quod vel uno illo exemplo demonstrari potest; Volusianus & ejus conjux Lolliana constituunt dedicantque aram ad sacrificia, in cujus frontispicio aræ ejusmodi inciderunt inscriptionem (*c*). DD. NN. FL. VALENTINIANO ET GRATIANO IMPERATORIBUS SUIS; extat ipsa dedicatio apud Smetium. Numquid igitur ex ejusmodi inscriptione vel fingere aliquis potest, aram idolis erectam fuisse ab iisdem Imperatoribus, quos constat destruxisse potius, quam extruxisse aras ad sacrificia, ut suo loco dicetur? Hæc quidem candidæ veritatis amore accidisse voluimus, ut ab illata calumnia Constantinum Christianum Imperatorem vindicemus. (*b*) *Ambros. epist. 30. ad Valentin. Imp.* (*c*) *Smet. pag. 20. n. 2. edit. Plantin.*

LXXIII. Præconia de victoria Constant. At de publicis inscriptionibus hactenus; privatorum modo scriptorum de Constantini pietate atque victoria elogia ab auctoribus horum temporum petita, hujusque sæculi, his pariter attexamus; & in primis Lactantii, qui Christiano Imperatore dignum munus exhibuit, dum Divinarum institutionum summa eruditione, & eloquentia elaboratos commentarios postea ei obtulit, quorum exordio prima hæc ejus pietatis, & gloriæ signans tempora, sic ait (*a*): *Quod opus nunc nominis tui auspicio inchoamus, Constantine Imperator Maxime; qui primus Romanarum Principum, repudiatis erroribus, majestatem Dei singularis ac veri & cognovisti, & honestasti. Nam cum ille dies felicissimus Orbi terrarum illuxisset, quo te Deus summus ad beatum Imperii culmen evexit, salutarem universis, & optabilem Principatum præclaro initio auspicatus es, cum eversam sublatamque justitiam reducens, deterrimum aliorum facinus expiasti. Pro quo facto dabit tibi Deus felicitatem, virtutem, diuturnitatem, ut eadem justitia, qua juvenis exorsus es, gubernaculum reipublicæ etiam senex teneas, tuisque liberis, ut ipse a patre accepisti, tutelam Romani nominis tradas. Nam malis, qui adhuc adversus justos in aliis terrarum partibus sæviunt, quanto serius, tanto vehementius idem Omnipotens mercedem sceleris exolvet; quia ut est erga pios indulgentissimus pater, sic adversus impios rectissimus judex*: Hæc Lactantius, fugillans Licinium, qui postea Christianos insectatus est, & (ut ipse veluti oraculo divino prænunciat) de impietate atque sævitia meritas pœnas dedit. Sed de eo inferius. (*a*) *Lact. Divin. instit. l. 1. c. 1.*

Quid autem acceperit virtute Crucis Roma adventu atque victoria Constantini, Prudentius, qui hujus sæculi in fine vixit adversus Symmachum Præfectum Urbis Christiani nominis hostem ac refractarium agens, his verbis docet (*b*): LXXIV. Roma per Christi Crucem liberata. (*b*) *Prudent. adversus Symmach. l. 1. de potentia Crucis.*

Hoc signo invictus, transmissis Alpibus, ultor
Servitium solvit miserabile Constantinus;
Cum te pestifera premeret Maxentius aula,
Lugebas longo damnatos carcere centum,
Ut scis, ipsa Patres, aut sponsus fœdera pactæ
Intercepta gemens, diroque satellite raptæ
Immersus tenebris dura inter vincla luebat.
Aut si nupta thorum Regis conscendere jussa
Cœperat impurum domini oblectare furorem,
Morte maritalis dabat indignatio pœnas.

Ex his unam fuisse Sophroniam, superius dictum est. Sed, & subdit ad hæc:

Plena puellarum, Patrumque ergastula sævi
Principis; abducta genitor si virgine mussans
Tristius ingemuit, non ille impune dolorem
Prodidit, aut connexa animis suspiria traxit,
Vim libertatis unicæ, patriumque dolorem:

& post recensitam virtute Crucis illatam tyranno necem, Urbemque funesta clade sepultam, Crucis quoque potentia liberatam, hæc adjicit carmina:

Ipse Senatorum meminit clarissimus ordo,
Qui te concreto præcessit crine, catenis
Squallens carcereis, aut nexus compede vasta,

PAGIUS *tavet in partibus ejus tutius moraturam, eo maxime quod habebat uxorem. Sed animal nefarium protinus inardescit. Adhuc in atris vestibus erat mulier, nondum luctus tempore impleto. Legatis præmissis in matrimonio postulat, ejecturus uxorem, si impetrasset. Respondit illa libere quæ sola poterat; primum non posse de nuptiis in illo feruli habitu agere, tepidis adhuc cineribus mariti sui, patris ejus; deinde illum impie facere quod sibi fidam conjugem repudiet, idem utique facturus & sibi; postremo nefas esse illius nominis ac loci fœminam sine more, sine exemplo, maritum alterum experiri. Nunciatur homini quid esset ausa. Libido in iram furoremque convertitur. Statim mulierem proscribit, bona ejus rapit, aufert comites, spadones in tormentis necat, ipsam cum matre in exilium relegat (nempe cum Prisca Diocletiani uxore) nec in locum certum, sed huc atque illuc præcipitem cum ludibrio exturbat, & amicas ejus affecto adulterio damnat.*

XIII. *Maximinus in matronas sævit.* Cap. 40. *Erat clarissima fœmina, cui ex filiis juvenibus jam nepotes erant. Hanc Valeria tanquam matrem alteram diligebat, cujus consilio negatam sibi suspicabatur. Dat negotium Præsidi Erasineas furtivas amicorum misericordia sepelisset. Nec adultero impunitas promissa persolvitur; sed patibulo affixus, aperuit omne mysterium & sub extremo spiritu inquit omnibus qui videbant, innocentes occisas esse testatur.*

XIV. *Maximinus Diocletiano ingratus.* Cap. 41. *Augusta vero* (Valeria nempe Galerii vidua) *in desertas quasdam Syriæ solitudines relegata, patrem suum Diocletianum per occultos gnarum calamitatis suæ fecit. Mittit ille Legatos, & rogat ut ad se filiam remittat. Nihil proficit. Iterum ac sæpius obsecrat. Non remittitur. Postremo cognatum suum quemdam militarem ac potentem virum legat, qui eum beneficiorum suorum admonitum deprecetur. Is quoque imperfecta legatione irritas preces remittat.* Ita Lactantius, cujus narrationem integram ad Annalium supplementum referre visum. Mirum, nihil hic nunc de matre Valeriæ, Prisca scilicet, neque repetitam a Diocletiano, cum Valeria repeteretur. Nam adhuc illa vivebat, ut ex capite 51. suo loco videbimus.

Maximinus, postquam nuntium de Maxentio debellato accepit, maximopere doluit: *At ille*, inquit Eusebius lib. 9. cap. 9. *his rebus compertis primum quidem, utpote Tyrannus, graviter ingemuit. Postea vero cum nec videri vellet alii cessisse, nec rursus id quod jussum erat, supprimere auderet* (ut anno CCCXI. fecerat, cum rescriptum Galerii ad ipsum missum fuisset) *metu eorum, qui jusserant, hanc primum pro Christianis epistolam, veluti suopte motu & ex propria auctoritate conscriptam ad Præsides Imperii sui, necessitate adactus direxit; ea quæ nunquam antea fecisset, ipse contra se simulate confingens.* Postea refert Eusebius epistolam, quam Maximinus ad *Sabinum* Præfectum Prætorii sui scripsit, quamque currenti anno datam esse, non vero anno insequenti, ut multi Eruditi credidere, ex dictis liquet. In ea enim ait Maximinus: *Postea vero cum anno præterito Nicomediam feliciter essem ingressus, civesque ejus urbis me illic de-* XV. *Maximinus necessitate adactus pro Christianis scribit.*

Complexusque pedes victoris ad inclyta flendo
Procubuit vexilla jacens. Tunc ille Senatus
Militiæ ultricis titulum, Christique verendum
Nomen adoravit, quod collucebat in armis.

LXXV. At hæc non ita sunt intelligenda, ut ipse Senatus mox factus fuerit Christianus, sed quod ipsum Labarum, tamquam primarium militiæ signum ex more salutans, fuerit veneratus; siquidem Senatus magna ex parte, quibus erat obvolutus tenebris ignorantiæ, in iisdem diu, deorum cultus errore detentus, volens libensque permansit. Verum magnam accessionem factam esse fidei Christianæ, tanto Crucis patefacto miraculo, & Imperatore credente, nemo jure poterit dubitare. Qui enim viderant Christianam religionem tot annorum spatio acerbissime exagitatam, protritam ubique penitusque compressam, atque pene sepultam; eamdem cum mox redivivam conspicerent, cernerentque efflorescentem, atque Imperatoris quoque purpura illustratam, tot tantaque bona secum ferentem, tyranni necem, Senatus amplissimi libertatem, pacem, pudicitiam, justitiam, & quod maximum est omnium, pietatem; quomodo iidem ipsi non conciperent animo veritatem? Quisnam talia tantaque oculis spectans, ac pariter recolens persecutorum infames exitus, non dico Maxentii solum, sed Maximiani Herculii, atque Maximiani Galerii, rursumque ipsos Christianos antea, ut mundi sordes, ubique ignominia proculcatos, derisos, sibilis infectatos, suppliciis affectos, stigmatibus consignatos; eosdem modo videns adhærescere Imperatori, donari ab eo muneribus, ac magistratibus insigniri, foveri blanditiis, prædicari beatos, eorumque ipsum prehensare dexteras, atque recentia adhuc vulnera, necdum cicatrice obducta, consolidata impactis osculis honorare; quis, inquam, talia tantaque miracula cernens, non molliretur animo, & frangeretur affectu?

Christianorum immensa gloria.

LXXVI. Christianæ fidei propagatio.

Certe quidem quamplurimos tum fidem Christianam amplexatos esse, testatur Prudentius; qui ab iis qui viderant, ea quæ cecinit, potuit percepisse, poeta licet, haud tamen poetice rem gravissimam, adversus Senatorem amplissimum, hominem Consularem differens pertractavit, qui de Urbe, nobilissimisque ejus Senatoribus tunc ad Christianam religionem se conferentibus, hos quoque cecinit versus (*a*), Theodosii tamen temporibus:

(*a*) *Prudent. adversf. Symmach. l. 1.*

Tunc primo senio docilis tua sæcula Roma
Erubuit; pudet exacti jam temporis; odit
Præteritos fœdis cum relligionibus annos.
Mox ubi contiguos fossis muralibus agros
Sanguine justorum innocuo maduisse recordans,
Invidiosa videt tumulorum millia circum:
Tristis judicii mage pœnitet, ac ditionis
Effrœnis, nimiæque sacris pro turpibus iræ;
Compensare cupit teterrima vulnera læsæ
Justitiæ sero obsequio, veniaque petenda;
Ne tanto Imperio maneat, pietate repulsa,
Crimen sævitiæ monstratæ piacula, quærit,
Inque fidem Christi pleno transfertur amore.

At hæc spatio temporis facta sunt.

LXXVII. Senatores Christiani facti.

Idemque paulo post de Senatoribus Christo nomen dantibus, aliisque qui in vana superstitione sacerdotio functi essent, complurimque antiquarum familiarum viris clarissimis idololatriæ nuncium remittentibus, hæc subdit:

Exultare Patres videas, pulcherrima mundi
Lumina, conciliumque senum gestire Catonum
Candidiore toga niveum pietatis amictum
Sumere, & exuvias deponere pontificales.
Jamque ruit, paucis Tarpeja in rupe relictis,
Ad sincera virum penetralia Nazareorum,
Atque ad Apostolicos Evandria Curia fontes,
Æneadum soboles, & pignora clara Proborum.

LXXVIII. Quinam autem ex Senatoribus primus, tunc, abdicatis diis, Christianæ se religioni manciparit, idem mox subdit his versibus; quibus etiam, quanta cæterorum illustrium Romanorum atque aliorum deinde facta sit ad Christianam fidem accessio, narrat, sic dicens:

De Senatoribus ad Christum conversis.

Fertur enim ante alios generosus Anicius Urbis
Illustrasse caput; sic se Roma inclyta jactat.
Quin, & Olybriaci generisque & nominis hæres,
Adjectis Fastis, palmata insignis ab aula
Martyris ante fores Bruti summittere fasces
Ambit, & Ausoniam Christo inclinare securim.
Non Paulinorum, non Bassorum dubitavit
Prompta fides dare se Christo stirpemque superbam
Patriciæ gentis venturo attollere sæclo.
Jam quid poplicolas percurram carmine Gracchos
Jure potestatis fultos, & in arce Senatus
Præcipuos simulacra deum jussisse revelli,
Cumque suis pariter lictoribus omnipotenti
Suppliciter Christo se consecrasse regendos?
Sexcentas numerare domos de sanguine prisco
Nobilium licet ad Christi signacula versus
Turpis ab idolii vasto emersisse profundo.

Contigit inferius in Annalibus de Aniciorum, Olybriorum, & Paulinorum christianitate sæpe fieri mentionem; de Bassorum vero ex sepulcro Junii Bassi Præfecti Urbis nuper invento prope Confessionem Petri Apostoli veterrima docet inscriptio, quam leges inferius ad finem anni trecentesimi quinquagesimi octavi, ubi agitur de ejus obitu.

LXXIX. De Gracchorum conversione.

Porro quæ hic Prudentius habet, nequaquam hoc simul anno contigere; nam quod de Gracchis idola frangentibus tradit, allusisse videtur ad ea, quæ post hæc tempora accidisse, S. Hieronymus ad Lætam scribit his verbis (*a*): *Ante paucos annos propinquus vester Gracchus nobilitatem patriciam sonans nomine, cum Præfecturam generet Urbanam, non specum Mythræ, & omnia portentosa simulacra, quibus Corax, Niphus, Miles, Leo, Perses, Helios, Bromius pater initiantur, subvertit, fregit, exussit, & his quasi obsidibus ante præmissis, impetravit baptismum Christi?* Hæc Hieronymus; agemus de his suo tempore. Nec prætermittimus de rebus tum a Constantino Romæ gestis illud apponere, curasse nimirum, ut sanctorum martyrum corpora persecutionis tempore humata subitanea sepultura, jam loco honestiori conderentur; habet hoc Anastasius Bibliothecarius in scripto Chronico, & Cedrenus quoque in Annalibus testatur; sed an hæc modo facta sint, an vero cum sacro baptismo est initiatus, incertum habetur.

(*a*) *Hier. epist. 7.*

LXXX. Rursum autem (quod ad cæteras ab eo res gestas pertinet) quo animo Constantinus fuerit erga primarium Christianæ religionis Antistitem, munificentia in eum ostensa declarat. Qui enim hactenus persecutione urgente, domibus publicis spo-

PAGIUS *degentem adierunt cum Deorum simulacris, obnixe orantes, ne hujusmodi hominum genus in sua civitate habitare omnino sineretur.* Anno autem CCCXI. post Galerii mortem Maximinus Bithyniam, in qua Nicomedia sita, occupavit; & epistolam dedit, qua respondit decretis civitatum adversus Christianos, quæque in tabulis æneis incisa ac publice proposita est. Eam refert Eusebius lib. 9. cap. 7. Ex prioribus Eusebii verbis primum Constantini & Licinii edictum in favorem Christianorum datum, hoc anno ad Maximinum missum fuisse, ipsumque metu adactum hoc etiam anno hanc epistolam ad Sabinum scripsisse, manifestissime liquet. Nam Lactantius cap. 45. postquam dixit, Senatum primi nominis titulum Constantino decrevisse, subjungit: *Senatus decreto sic exarsit* (Maximinus) *dolore, ut inimicitias aperte profiteretur, convicia jocis mixta adversus Imperatorem maximum diceret.* Tum statim capite in sequenti: *Constantinus, rebus in Urbe compositis, hieme proxima Mediolanum contendit.* Postquam igitur Constantinus decreto Senatus primi nominis titulum accepit, quem sibi Maximinus arrogabat, quod Cæsar ante Constantinum creatus fuisset, pro auctoritate egit cum Maximino, qui ideo illas ad Sabinum literas hoc anno scribere coactus est, quas Baronius in annum sequentem perperam confert. Cum vero Nazarius in Panegyrico, quem Constantino dixit, cap. 23. scribat, quidquid mali factum fuisset, bimestrem fere curam fanasse, patet anni insequentis initio, rebus urbanis constitutis, Roma Mediolanum perrexisse, ut Licinio Constantiam sororem suam in matrimonium daret. Dico, sequentis anni initio, quia L. 1. Codic. Theod. *De censu.* dicitur dat. *XV. Kalend. Feb. Rom. Constantino A. IV. & Licinio III. Coss.* anno sc. 313. Mense itaque Januario adhuc Romæ erat Constantinus, nisi loco *Dat.* legendum sit cum aliquibus editionibus *PP.* Quidquid sit, huic Legi omnino convenit quod Eusebius in Vita Constantini lib. 4. cap. 3. scribit, *Constantinum*, cum quidam quererentur, superiores Imperatores iniquas census adscriptiones fecisse, Censitores seu Exæquatores misisse, qui censum reformarent.

XVI. *Primæ constitutio Constantini pro Ecclesia.*

Baron. n. XCI.

Hoc quidem anno *Annius Anulinus* Proconsul in Africam exeunte mense Novembri missus, ut hoc anno num. I. diximus; sed epistola seu edictum Constantini *de immunitate Clericorum* ad eum anno tantum sequenti, circa mensem Aprilem missa, ut ibidem num. V. ostendimus. Præterea Epistola Constantini ad Cæcilianum Episcopum, in qua mentio *Ossii* & *Ursi* Rationalis Africæ, cui *Constantinus* in mandatis dat, ut certam pecuniæ quantitatem *Caciliano* adnumeret, anno tantum sequenti scripta, quo jam Imperator de statu Africæ edoctus erat. *Ursi* mentio est in L. I. Codicis Theod. *De dilationibus* dat. 2. Non. Mart. Volusiano & Anniano Coss. cujus titulus, *Imp. Constantinus A. ad Ursum Vicarium.* Sed, ut observat Gothofredus in illius Legis commentario rescribendum, VI. Clarum, id est *Virum Clarissimum*, qui error non infrequens. Nulla itaque Ossii in comitatu Constantinii mentio ante annum insequentem.

XVII. *Imperatores Christiani Pontifices Maximi dicti non sunt.*

Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum ad diem XXII. Augusti scribit Zosimum lib. 4. pag. 761. insigniter mentitum esse, quando inquit; *Simul atque summum Imperium quisque consequebatur, amictus ei sacerdotalis offerebatur a Pontificibus; & continuo Pontificis Maximi titulus ei tribuebatur, Ac ceteri quidem Principes universi lubentissimis animis hunc honorem accepisse, & hoc usi titulo videntur; adeoque Constantinus etiam, potitus Imperio, licet is a recta sacris in rebus via deflexerit, & Fidem Christianorum amplexus sit: idemque post illum reliqui ordine secuti, & Valentinianus, & Valens. Cum ergo Pontifices, ex more, talem Gratiano amictum attulissent, aversatus est id, quod petebant, ratus non esse fas illiusmodi habitu Christianum uti. Cumque stola Flaminibus reddita fuisset, aiunt, eum, qui dignitate Princeps inter eos erat, dixisse: Si Princeps non vult appellari Pontifex, admodum, brevi Pontifex Maximus fiet.* „ Redarguunt eum mendacii, inquit Baronius, „ omnia vetera monumenta; nam non Numis-

Domus publica sollata Romano Pontifici.

spoliati, nec privatis uti tuto poterant, in cryptis degentes Romani Pontifices, a Constantino Imperatore mox regia publica domo donantur; nam quod nefas esse sciret, Gentiliciæ superstitionis Antistitem summum aliam quamvis domum quam publicam habitare (quamobrem, & coactus est Augustus (a) olim suam privatam, ut in ea agere liceret, publicam domum facere) nequaquam passus est absque publico ædificio veræ religionis Pontifices Maximos Romæ agere. Hæc ut monstremus, non innitimur iis quæ Isidorus Collector, seu potius Compilator, sub nomine Melchiadis Papæ perperam collocavit (b) in ea epistola, cujus (quod magis credimus) ipse auctor extitit, cui præter mentionem habitam de Nicæno Concilio, attexuit tertium canonem Concilii Calcedonensis, & nonnulla ex epistola Gregorii Papæ (c); his inquam, quantumlibet veris, quod prodantur falso titulo, non innitimur, sed antiquioribus ac verioribus testimoniis.

(a) Dio hist. l. 54.

(b) 12. q. 1. c. futuram §. denique.

(c) Greg. l. 1. epist. 24. post medium.

LXXXI. Palatia quæ dicta sint.

Sed, ut hæc de Palatio donato Romano Pontifici accurate elucidemus; illud in primis monendum existimamus, præter domos Imperatorias in Palatino positas, & ea de causa Palatium dictas, alias quoque fuisse publicas regias in Urbe domos palatia nominatas; quod Dio egregie testatur his verbis (d). *Imperatoris autem ædes Palatium nominantur, non quod ita aliquando decretum sit, sed quod in Palatio Cæsar habitabat, ibique Prætorium ejus erat; ac nonnihil domus ejus nomen ab eo monte, propterea quod ibi quondam Romulus inhabitaret, splendoris accepit; ideoque & si alibi imperator domicilium suum habebat, tamen id quoque Palatii nomen obtinet:* Hucusque Dio. Quotquot igitur erant Romæ Imperatorum usui adscriptæ domus, tot eorumdem esse Palatia dicebantur; de quibus extat ejusdem Constantini Imperatoris in hæc verba sanctio promulgata (e): *Sacratas nobis ædes, id est inclyta Palatia, ab omni privatorum usu, & communi habitatione excipimus:* ita ipse. Ad hæc addimus, ipsas Imperatorum domos sic dictas Palatia, ut tamen pristinum adhuc nomen retinere solerent, ut contigit inter alia multa exempla de ædibus hortisque Salustii, qui licet Imperatorum usui cessissent, Salustii tamen nomine semper dictos fuisse reperies. His igitur hunc in modum elucidatis; quod dictum est, Imperiales ædes Constantinum Romanis Pontificibus largitum esse; nihil est quod quis de Palatio in monte Palatino locato, quæ antiquior Imperatorum sedes erat, intelligendum existimet; ac proinde, quod id nequaquam factum sit, putet aliquis de Imperatoria sede Romanis Pontificibus data eludi posse historiæ veritatem.

(d) Dio hist. l. 53.

(e) l. 1. C. de Palat. lib. 11.

Quænam autem fuerit regia domus a Constantino hoc anno Melchiadi Romano Pontifici concessa, non ex apocrypho quopiam, cui quicquam objici possit, testimonium petimus; sed a certo plane, antiquo dignoque auctore accipimus, cujus fides probata sit omnibus; nempe ab Optato (f) Milevitano; qui agens de Romano Concilio, sequenti anno Romæ sub Melchiade celebrato, Constantino, & Licinio tertium Conss. collectum illud fuisse tradit in domo Faustæ in Laterano; ubi fuisse Pontificis Romani sedem, nemo jure poterit dubitare; quorsum enim quæso, extra Melchiadis domum Synodus cogeretur, & ampliora ædium spatia requirerentur ad exiguum conventum Episcoporum decem tantum, & novem, quos idem Optatus numerat? Atqui tametsi eæ omnes tam evidentes testificationes deficerent; ipsa earumdem ædium ab hoc tempore semper continuata possessio, cum a nullo alio Imperatore id factum reperiatur, nec alio prorsus tempore, fuisse eas hoc anno a Constantino donatas, satis certum atque perspicuum reddit.

LXXXII. Ædes Faustæ donatæ Melchiadi Papæ.

(f) Optat. contra Parmen. lib. 1.

Sed cur sic dictæ ædes, Domus Faustæ

LXXXIII.

Ædes Lateranenses.

stæ in Laterano? Non propterea, quod Faustæ dicerentur, privata erat illius domus. Fausta enim (quod demonstratum est superius) Maximiani Herculii filia, in florentissimo ac diuturno patris Imperio Romæ agens, ædes illas (ut par est credere) habitavit; indeque evenisse potuit, ut Faustæ domus dictæ sint ædes illæ Lateranenses, celebris famæ olim, quæ Plautii Laterani prædivitis hominis cum amplissimæ essent, occiso illo a Nerone, Fisci inscriptione sunt publicatæ; quarum meminit Juvenalis (a) cum loquitur de Nerone eas sibi vendicante:

(a) Juv. l. 4. Satyr. 10.

——*& egregias Lateranorum obsidet ædes. Tota cohors.*

LXXXIV. Clarissima Romæ fuit Lateranorum familia, & Plautio licet extincto, eadem claritudine est in posteros propagata. Meminit Julius Capitolinus (b) de L. Vero Imperatore, quod olim cum Sextilio Laterano gesserat Consulatum. Semel igitur nomen inditum ædibus Lateranis, non solum perseveravit in posterum; sed & factum est, ut basilica ibidem postea ab eodem Constantino constructa, Lateranensis fuerit appellata; abolitum nomen est Faustæ, quod turpi ejus exitu fuerit infamatum. Ejusdem quoque basilicæ Hieronymus meminit in Epitaphio Fabiolæ, sic dicens (c): *Tota Urbe spectante Romana ante diem Paschæ in Basilica quondam Laterani, qui Cæsariano truncatus est gladio, staret in ordine pœnitentium:* & Prudentius hoc versu (d):

(b) Jul. Capitol in Vero Imp.

Unde Laterani nomen.

(c) Hier. epist. 30.

(d) Prud. adverss. Symmach. lib. 1.

Cætibus aut magnis Lateranas currit ad ædes.

Porro ejus quoque nominis cultum fuisse Romæ deum, qui focis præesset, ex nostris fidem facit Arnobius his verbis (e): *Lateranus (ut dicitis) deus est focorum, & genius, adauctusque hoc nomine, quod ex latericulis crudis ab hominibus caminorum illud exædificetur genus:* & deridens inventum, subdit: *Quid ergo, si testa, aut materia fuerint quacumque alia fabricati foci, genios non habebunt?*

(e) Arnob. adverss. Gent. l. 4.

LXXXV. Additæ opes Pontifici.

Cum igitur tam evidenter sit demonstratum, Melchiadem Papam a Constantino hoc anno in augustissimas Lateranenses ædes translatum, easdemque non ipsi tantum sed & successoribus omnibus Romanis Pontificibus ad habitandum concessas; quisque merito jureque existimare poterit, etiamsi nulla alia suppeterent testimonia, Constantinum, quem Imperatoriis domibus excipere voluit primarium Christianæ religionis Antistitem, imperatorio quoque cultu (ut par erat) dignatum esse; alioquin dignum scæna ludicrum potius, quam Christiani Imperatoris munificentia facinus existimari potuisset, summum Sacerdotem inglorium ac solitarium in Imperatoriis ædibus spatiari. Qui igitur voluit Maximum Christianæ religionis Pontificem non modo instar Gentiliciæ superstitionis Pontificis Maximi domos publicas (ut dictum est) habitare, sed in Imperatorias quoque ædes transferri; haud putandum imparem illi honorem, & gloriam contulisse, quam haberent diversorum collegiorum Antistites. Sed quænam porro hæ essent, inferius opportuniori loco dicturi sumus; hæc autem attigisse tantum sit satis, occasione regiæ domus Melchiadi & successoribus traditæ.

LXXXVI. Constantinus tributa relaxat.

Ad Constantinum jam redeamus, qui multa contulit non Urbi tantum, verum & Orbi universo; nam non solum tyrannidem summovit, pacem reddidit, quietem

GRANDVAL

PAGIUS

Baron. n. XCXII. & seqq.

XVIII. Ex Nummis hæc difficultas solvi non potest.

„ mismata, nec inciſi Lapides, neque tituli Sanctionum, nec denique quævis Antiquitatum „ memoriæ, quarum in his probandis summa „ est auctoritas, id aliquando prodiderunt. At eam sententiam Cardinalis Doctissimus in Annalibus retractavit quam certam existimo.

Ex nummis tamen ad hujus difficultatis solutionem nihil deduci potest; cum post Philippum seniorem Imperatores, nec quidem ipsemet Julianus Apostata, Pontifices Maximi in iis non nuncupentur, ut antea in usu erat. Sed Sozomenus, lib. 5. cap. 1. satis ostendit, *Constantinum Magnum* ad Fidem Christianam conversum, & filios *Pontifices Maximi* nomen non usurpasse; cum *de Juliano* Augusteam dignitatem, dum adhuc Constantius viveret, sibi attribuente loquens, quod se Pontificem Maximum dixerit, tamquam rem novam observet: *Cumque*, inquit, *antea Christianus fuisse videretur, repente mutata Religione semetipse Pontificem Maximum appellavit: & Gentilium templa ingrediens Diis sacrificavit, & subditis suadere cœpit, ut eo ritu Deos colerent.* Ipsemet Julianus in Fragmento quodam primæ partis suorum Operum pag. 546. ἀρχιερέα μέγιστον, id est, *Pontificem Maximum*, ut passim etiam, in veteribus Inscriptionibus vocatur, se se appellat.

XIX. Rationes quæ ostendunt Imppp. Christianos dictos non esse Pontifices Maximos.

Priorem Baronii sententiam pluribus propugnat Jacobus Gothofredus in Epistola *De interdicta Christianorum cum Gentilibus Communione* ad Andream Rivetum scripta, Baroniumque laudat quod mendacii dicam Zosimo impegerit. Primum enim, inquit, Gothofredus, quis ipsi Zosimo auctor? quis fundus? Certe fabellam illam non a classicis fideque dignis Auctoribus accepisse se testatur ipsemet: verum narrationem tantum quæ vulgo jactaretur, fuisse indicat, ἱστορούμενόν τι, *aiunt quidam*, inquit. II. Qualis Auctor

PAGIUS

ctor hac in re Zosymus? Non jam dico, quod perpetuum & internecinum Christianis Imperatoribus odium indixerit; verum istud, quod similibus passim fabellis historiam suam implevit. Omnibus notum, quid in Constantinum circa haruspicinæ usum jactaverit: quid in Innocentium Pontificem Romanum finxerit, quasi is contra propriam conscientiam in Sacra quædam Gentilitia consenserit. III. Peculiare Zosimi, ut aliorum Gentilium, pariter ut Hæreticorum, in Gratianum odium fuisse, de quo Gothofredus in Dissertat. Philostorgianis lib. 10. cap. 5. aliquid habet. Neque deerant graves

istius odii causæ: hic enim Princeps suos sacris sumtus detraxerat, sua Sacerdotibus stipendia, idem & aram Victoriæ everterat, sub eodem portentosa simulacra diruta fuere; quæ omnia discimus ex Ambrosio, Symmacho, & Hieronymo. IV. Sed malam mentem a Zosimo abfuisse, odiique causas eum procul habuisse, largiamur. Numidem circa eumdem Gratianum fœdo errore lapsus est, cum lib. 4. pag. 760. eum Maximi Tyranni metu, transcensis Alpibus, Rhetia, Norico, Pannonia, in Mysiam superiorem retendisse scribit, cum eum Singidini cæsum commemorat, quem tamen in Galliis Parisiis

temque stabilivit, sed & tributa relaxavit: quod constat publicis monumentis; quibus hic refellas calumniam Zosimi, cum eum tradit novis semper vexasse populum tributis, quæ etiam interdum relaxasse constat. Emerite enim in Hispania ejusmodi de eo vetus inscriptio legitur (*a*):

(*a*) *Habet. Ald. post schol. in Comment. Cæs.*

IMP. CAES. FLAVIUS.
CONSTANTIN. AUG.
PACIS ET JUSTITIAE
CULT. PUB. QUIETIS
FUND. RELIGIONIS
ET FIDEI AUCTOR
REMISSO UBIQUE
TRIBUTO FINITIM
PROVINC. ITER
RESTAUR. FEC.
CXIIII.

LXXXVII. Religio Constantini.

Inter tot tantosque immensæ laudis hujus inscriptionis titulos, nullus magis elucet, ac ille licet effusus nimis, quo ob insignem vitæ pietatem, & collata erga religionem officia, Religionis auctor & fidei prædicatur. Porro eo dignus æstimatus est titulo, quod ubique gentium, de pace Ecclesiæ restituta, edicta promulgari jusserit, quodque omni officiorum & beneficiorum genere de Christianis ubique agentibus sit optime meritus, & in dies magis magisque eadem cumularit, quod insuper ejus opera, dejectæ Ecclesiæ ampliori ambitu excitarentur, ablatæ Fidelibus substantiæ redderentur, cogerenturque ubique Christianorum frequentissimi ac florentissimi cœtus; ac denique (quod nemo umquam speraasset) ipse Christianorum studiosissimus inter Christianos profiteretur, primusque auctor haberetur, qui Crucem Christi purpura illustrarit, quique sublime culmen Imperii Christi religioni subjecerit; ob hæc, inquam, tam grandia his amplissimis gloriæ titulis decuit eum insigniri; ut tamen ita ipse sit eo titulo prædicatus Religionis & fidei auctor, non quod Christianæ pietatis posuisset fundamentum, sed potius illustrator esset, atque mirificus propagator.

Quæ autem edicta pro Christianis ipso Imperii ingressu Romæ, vel aliis in provinciis promulgaverit, non extant; perbreve tantum rescriptum de restituendis bonis Ecclesiarum ad Anulinum Proconsulem in Africa his verbis habetur, quod recitat Eusebius (*b*): LXXXVIII.

(*b*) *Euseb. l. 10. c. 1.*

Constant. rescriptum pro Christianis.

Salve Aniline * *nobis in primis venerande. Est hæc nostræ clementiæ ratio & modus, Aniline honoratissime, ut illa quæ ad alienum jus pertinent, non solum non perturbare, sed etiam cuique restituere quam maxime cupiamus. Quare volumus, ut simulac hasce litteras a nobis acceperis; si quæ ex his possessionibus, quæ ad Catholicam Christianorum Ecclesiam in quibusque civitatibus aut locis aliis pertinent, etiam adhuc a civibus, aut ab aliis quibusdam retineantur; eas quamprimum iisdem Ecclesiis facias restitui. Quandoquidem animo instituimus, ut ea, quæ Ecclesiæ antea possederunt, ad ipsarum jus denuo revertantur. Cum igitur tuæ pietas animadvertat, decretum hoc absque dubio de nostra sententia esse publicatum; enitere atque elabora, ut sive horti, sive ædes, sive aliud quodcumque aliquando ad jus ipsarum Ecclesiarum spectaverit, omnia illis quam celerrime reddantur; ut te huic nostro edicto diligentissimum obsequium præstitisse intelligamus. Vale, Aniline honoratissime, nobisque carissime.*

* Anulino Anoline Anulline

LXXXIX. De clericorum immunitate rescriptum.

Rursum vero ad eumdem Africæ Proconsulem de Clericorum immunitate ejusmodi ab eodem Eusebio (*c*) recitatum dedit decretum:

(*c*) *Euseb. l. 10. c. 7.*

Salve Aniline nobis cum primis observande. Quoniam multis argumentis constat, religionem in qua sumus, & perfectus cultus sacrosanctæ, & cœlesti Dei potentiæ debitus omnino constitit, neglectam & contemptam magna pericula attulisse; eamdemque sancte augusteque observatam, tum maximam Romano nomini ac splendori prosperitatem, tum eximiam omnibus hominum rebus felicitatem, divina beneficentia illud largiente, apportasse; visum est, ut illi homines, qui debita cum sanctimonia, & assidua legis divinæ observatione, sua ministeria huic divinæ religioni excolendæ impertiunt, Aniline honoratissime, pro laboribus suis digna præmia reportent. Quare eos qui in provincia tuæ fidei concredita, in Ecclesia Catholica, cui Cæcilianus præest, huic sanctæ religioni sedulo inserviunt (quos Clericos nominare solent) ab omnibus omnino communibus & civilibus rerum publicarum ministeriis immunes, & solutos volo; ut nullo modo per errorem, vel per sacrilegam ac profanam prolapsionem, quæ in hujusmodi negotiis accidere solent, a cultu divinæ majestati debito abstrahantur, sed absque ulla molestia propriæ legi obsequium præstent; qui quidem cum sacrum numen summo honore & veneratione prosequantur, incredibile est, quantum Reipublicæ adjumenti videantur allaturi. Vale, Aniline venerande.

XC. Anulinus persecutor infervit Christianis.

Sed & perjucundum quoque his illud accedit, ut Anulinus, qui etiam Diocletiani temporibus agens itidem in Africa Proconsulem, Christianos persequebatur, complureque ex eis martyres fecit, modo Constantini litteris jubeatur causam agere Christianorum, eosque fovere atque officiis prosequi. At quod etiam ad ejusdem Africanæ Ecclesiæ curam spectat; afflictos longa persecutione Christianos Constantinus pecuniis missis molestia relevavit; datæ enim ab eo ad Cæcilianum Carthaginensem Epiſcopum litteræ id in hæc verba palam significant (*a*):

(*a*) *Euseb. l. 10. c. 6.*

Constantinus A. Cæcil. Episc. Carth. S.

XCI. Constantini Epist. ad Cæcil. Episcop. Carthag.

Quoniam visum est nobis, per omnes provincias Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ certis quibusdam legitimæ & sanctissimæ religionis Catholicæ ministris in

sumptus communes aliquid suppeditare; litteras ad Ursum virum nobilissimum Quæstorem nostrum in Africa dedi; & ei significavi ut tria millia φόλεις tuæ gravitati numeranda curaret. Tu igitur quando prædictam pecuniæ summam recipiendam curaveris; omnibus qui in scheda ad te ab Osio missa ante scripti sunt, has pecunias dispertiri jubeto. Quod si aliquid ad istud meum in hac re erga omnes hos institutum cumulate explendum deesse animadvertas; ab Heraclida nostrarum possessionum procuratore audacter, & absque hæsitatione, quod necessarium fore putaveris, postules velim. Nam illi coram imperavi, ut si quid pecuniæ tua gravitas ab eo peteret, absque dubitatione ulla tibi numerandum curaret. Et quoniam accepi, quosdam homines non animo satis recte composito & constituto, populum a sanctissima, & Catholica Ecclesia, mala & perniciosa corruptela velle avertere; scias velim, me Anilino Proconsuli, quinetiam Patricio Præfectorum Vicario, cum præsto apud me essent, talia mandata dedisse, ut cum in reliquis omnibus, tum in hoc maxime curam diligentem ponerent; & rem ejusmodi, si forte acciderit, nullo modo negligerent. Quapropter, si quos homines in eo furore, & amentia inhærescere perspicias; abjecta omni cunctatione, Judices, quos dixi, adito, & hoc idem illis refero, ut illi in hos, sicut coram mandavi, animadvertant. Dei optimi maximi numen te in multos annos conservet.

XCII. Cæciliano præsto est Constantinus.

Hæc Constantinus ad Cæcilianum in fine, quod accepisset certo nuncio eum a Donatistis schismaticis vehementer exagitari; qui anno sequenti, quod viderent omnes Africæ provinciæ Judices Cæciliano studere, expostulaturi adversus eum coram Imperatore, Romam venere, ut suo loco dicemus. Videas ex iis quoque litteris Osium (haud alium quam Episcopum Cordubensem) lateri Imperatoris adhærescentem, & pro diversarum Ecclesiarum

PAGIUS

fiis proditione superatum, fugientemque, Lugduni occisum, Auctores alii constanter memorant.

XX. *Aliæ rationes quæ id probant.*

Quinto ceteros Scriptores in concilium adhibemus. Altum ejus, quod unus Zosimus narrat, apud omnes silentium, quod in re tanti momenti quis credat? Ecquis enim putet, Gentiles Scriptores alios, & in his Panegyristas maxime, quorum ferax hæc ætas fuit, id silentio transmissuros, de Pontificatu videlicet Max. a Christianis Imperatoribus suscepto, qui alia multo inferiora laudibus attollunt? Quis contra putet, Patres, Scriptoresque alios Christianos, vel Ecclesiasticos id reprehensione vacuum transmissuros, qui leviores multo Principum culpas dissimulare non solent? VI. Si Constitutiones Principum, si incorruptas Inscriptiones spectemus, nullum ibi ejus rei vestigium; cum tamen hæc illa sint potissimum, in quibus tituli Principum elucent. VII. Si ingenium atque indolem Christianorum illorum Principum, animique characterem oculis nostris subjicimus, nonne illi modis omnibus, atque innumeris Constitutionibus, Gentilitiam superstitionem eradicare, atque ex hominum animis quantum in se, & quantum tempora ferebant, avellere annisi sunt, omnemque participatum & communionem ritus Gentilitii privatis interdixere? quod cum ita sit, quomodo illi Orbis obsequium sperare vel procurare potuissent, si graviora his ipsi admitterent, conspectiore in se multo crimine? Propensio quippe ad æmulationem validior quam pœna a Legibus proposita: eaque Principum conditio est, ut quidquid faciunt, præcipere videantur. Quare falsa est Zosimi narratio de Christianis Principibus, qui Pontificis Maximi titulum gesserint.

XXI.

Quod si Ausonius in gratiarum actione pro suo Consulatu videatur appellare *Gratianum Augustum Pontificem Maximum*, id per allusionem ab

PAGIUS

ab eo dictum satis apparet, dum ait: *Augustus sanctitate, Pontifex religione, indulgentia pater, ætate filius, pietate utrumque superat*. Sic inferius, cum agit de sui Consulatus auspiciis, non Gentilium, sed Christianorum more captatis, Deum tantummodo habuisse consultorem ait, alludensque ad pristina sacra atque comitia: *Quæ*, inquit, *tum Pontifex Maximus Deo participatus habuisti*. Sicut & inferius, dum ait: *Operto conclavis tui non sanctior ara Vestalis, non Pontificis cubile castius*, &c. ut recte respondit Baronius in Notis ad Martyrologium.

Locus Ausonii explicatus.

XXII. *Inscriptiones explanatæ.*

Neque etiam urget testimonium, quod petitur ex veteribus Inscriptionibus, in quibus Christianorum Imperatorum titulis, Pontificis quoque Maximi titulus additus legitur: cujusmodi sequentes occurrunt apud Gruterum: Constantini Magni pag. 283. num 1. & 3. pag. 150. n. 6. Valentis, pag. 286. n. 3. Gratiani pag. 159. n. 7. & similis altera pag. 1082. n. 13. His adde &

Baron. n. XCVI.

Valentiniani, Valentis, Gratiani apud Baronium. Magna quidem, quæ ex vetustis Inscriptionibus desumitur, fides & auctoritas. Sed ut recte notat Gothofredus citatus, duo hic notanda sunt. Primo quidem, non Imperatores ipsos hunc sibi titulum in illis vindicare, verum a Gentilibus tributum ibi exhiberi, quo sensu Servius, qui Gentilis erat, quique Arcadii & Honorii temporibus floruit, in tertio Æneidos pag. 268. scripsit: *Unde hodieque Imperatores* DICIMUS *Pontifices*. Quomodo etiam Gentiles hoc ævo hostias pro Imperatoribus Christianis cædebant, atque inspiciebant; cujus rei exemplum extat apud Ammianum lib. 25. cap. 6. dum de Joviano loquitur: *Quæ dum ultro citroque ordinantur, hostiis pro Joviano extisque inspectis, pronuntiatum est, eum omnia perditurum si intra vallum remansisset, ut cogitabat*.

XXIII.

Antonius *Van-Dalen* in Dissertationibus de Oraculis pag. 153. hanc Justini Senioris Inscriptio-

siarum opportunitate illum interpellantem. Quodnam autem pretium esset summæ trium millium follium, alia occasione inferius dicturi sumus. Ex his igitur litteris in Africam datis, atque collatis officiis, quid aliarum Occidentalis orbis provinciarum Ecclesiis contulerit, possumus intelligere, religiosissimique Principis efferveſcentem erga religionem Christianam pensare affectum; sed de aliis ab eo in Ecclesias collatis beneficiis, pluribus inferius, ut se dabit ratio temporis, disseremus.

XCIII. His de pietate Constantini enarratis, nodus ille solvendus est, qui me diutius perplexum reddidit; quem enim in Notis (*a*) nostris solvisse putabam, accuratius re perspecta, magis implicuisse cognovi; adeout a priori sententia recedere, & quæ firmiter stabiliſſe videbar, retractare minime diffidam. Siquidem quicumque *studio veritatis vehementer afficitur*, & in ea perveſtiganda atque illustranda omnes nervos intendere, omnemque adhibere conatum, semel in consilio habuit, nihilque veritate antiquius, eidemque cuncta posthabere decrevit; apud neminem acrius ac vehementius mendacia insectatur, quam apud semetipsum, nempe cum ea in sua scripta esse illapsa acriori usus obtutu perviderit. Quod enim ex veteri quadam inscriptione compertum haberem, post Maxentii interitum, Constantinum Imperatorem Gentilitiæ superstitionis nominatum esse Pontificem Maximum; quodque de Aruspicibus consulendis ejusdem quoque rescripta extarent; his atque aliis quibusdam persuasus, in eam sententiam vi quadam trahi videbar, ut certo certius opinarer, Constantinum, etsi de Christiana religione optime meritus esset, non tamen adhuc eo tempore ita fuisse Christianum, ut a deorum cultu penitus desciviſſet. Re autem vigilantissimo studio exactius perveſtigata, atque attentius disquisita, a priori a me asserta sententia volens libensque discedens, in eam potius venio, quam veritas ipsa persuadet.

(*a*) *Not. ad Martyrolog. Roman. die 21. Augusti. b.* Se ipsum corrigit auctor veritatis amator.

Quod igitur ad Constantini Pontificatum maximum spectat (de aliis enim adversæ sententiæ objectionibus inferius, servato temporum ordine, agendum erit) præstat in primis antiquam illam hic etiam reddere inscriptionem de ejus Pontificatu maximo atteſtantem; Romæ enim in ædibus Cæsiis apud Vaticanum positis, in basi, ejusmodi leguntur incisæ litteræ: XCIV. Constantini Pontificatus maximus.

MAGNO. ET. INVICTO
IMP. CÆS. C. VAL. AUREL.
CONSTANTINO. PIO. FEL.
INVICTO. AUG. PONTIF. MAX.
TRIB. POTEST. CON. III. P. P.
PROC. D. N. CORPUS. CORIARIORUM MAGNARIORUM. SOLAIARIORUM DEVOTI. NUMINI MAJESTATIQUE EJUS

Ita posuimus fidem describentis secuti: sed cum eodem lapide diligenter inspecto, inventa sit a latere ipsius alia nota his verbis inscriptio. DEDIC. KAL. JAN. DD. NN. DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO CONSS. Plane repertum est, non esse Constantini eam primam inscriptionem, sed Diocletiani, cujus abraso nomine (ut apparet) in odium persecutoris Ecclesiæ, fuerit superinductum Constantini nomen, & deturbato ejusdem Diocletianti, simulacro fuerit superposita statua Constantini, cum ageret tertium Consulatum ☞. Quoniam vero in hac inscriptione mentio habetur tertii Consulatus ejusdem Constantini, cui ea statua dicata fuit, jam exploratum redditur, ea conscripta fuisse post præsentem annum; tertius enim Constantini Consulatus una cum Licinio contigit anno sequenti. Quomodo igitur dici poterat Christianus, qui adhuc, quod pertinebat ad omnium deorum cultum, Pontificem Maximum agebat? His quoque astipulantem Zosimum, atque dicentem, omnes Imperatores etiam Christianos, usque ad Gratianum, dictos esse Pontifices Maximos, calumniæ nomine quippe qui de rebus Christianis multa mentitus sit, suspectum habebam, atque eo magis, quod apud antiquos scriptores ea minime legerentur. XCV. Tempus inscriptionis.

Sed quod minus in scriptis codicibus inveniri poterat memoriæ commendatum, id ex aliis inscriptionibus postea mihi cognitis atque perspectis affatim suppeditatum est; quarum prior extat in ponte Cæstio juncto Insulæ Tiberinæ, his verbis: XCVI.

DOMINI. NOSTRI. IMPERATORES. CÆSARES
FL. VALENTINIANUS. PIUS. FELIX. MAXIMUS. VICTOR. AC.
TRIUMF. SEMPER. AUG. PONTIF. MAXIMUS
GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC.
MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. CONS. II. P. P. P. ET
FL. VALENS. PIUS. FELIX. MAX. VICTOR. AC. TRIUMF. SEMPER.
AUG. PONTIF. MAXIMUS
GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC.
MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. CONS. II. P. P. P. ET
FL. GRATIANUS PIUS. FELIX. MAX. VICTOR. AC. TRIUMF.
SEMPER. AUG. PONTIF. MAXIMUS
GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC.
MAX. TRIB. POT. III. IMP. II. CONS. PRIMUM. P. P. P.
PONTEM. FELICIS. NOMINIS. GRATIANI. IN. USUM. SENATUS
AC. POPULI. ROM. CONSTITUI. DEDICARIQUE. JUSSERUNT

De Gratiano rursum Emeritæ in Hispania ejusmodi extat inscriptio:

IMP. CÆS. GRATIANUS
PIUS. FELIX. M. VICT.
AC. TRIUMPH. SEMP. AUG.
PONT. MAX. GER. MAX.
ALAMANNUS. MAX. FRANC.
MAX. GOTH. M. TR. P. IIII.

XCVII. Pontificatus Max. Gentilitiæ superstitionis.

Sed & Ausonius Gallus in gratiarum actione pro suo Consulatu Gratianum nominat Pontificem Maximum; contigit Consulatus Ausonii anno quarto ejusdem Gratiani, quo etiam Theodosius ab eo creatus est Imperator. Porro tam Constantinum, quam ceteros usque ad Gratianum eo titulo nominatos esse Imperatores Christianos, & omnes stolam Pontificis Maximi induisse, Gratiano excepto, Zosimus testatur, sic dicens (*a*): *Simul enim atque summum Imperium quisque accipiebat, amictus ei sacerdotalis a Pontificibus offerebatur, & continuo Pontificis Maximi titulum usurpabat. Ac ceteri quidem Principes universi lubentissimis animis hunc honorem accepisse, & hoc usi titulo videntur; adeoque Constantinus etiam potitus Imperio, licet is a recta sacris in rebus via deflexisset, & fidem Christianorum amplexus esset; itemque post illum reliqui ordine secuti, & Valentinianus, atque Valens. Cum ergo Pontifices, ex more Gratiano talem amictum attulissent, aversatus est id quod petebant; ratus non esse fas, illiusmodi ha-*

(*a*) *Zosim. lib. 4.*

PAGIUS *Explicatur alia inscriptio.*

tionem refert ex Grutero pag. 164. num. 5. quæ Justinopoli in Istria insculpta, ita habet:

D. N. CAESAR. IUSTINUS. P. SAL. PIUS FELIX. VICTOR. AC. TRIUMPHATOR SEMPER. AUG. PONT. MAX. FRANC. MAX. GOTH. MAX. VANDALIC. MAX. COS. III. TRIB. VIII. IMP. V. CONSPICUAM. HANC. AEGIDIS. INSULAM INTIMA. ADRIATICI. MARIS COMMODIS. INTERIECTAM. VENERANDAE. PALLADIS. SACRARIUM. QUONDAM ET. COLCHIDUM. ARGONAUTARUM PERSECUTORUM. QUIETEM. OB GLORIAM. PROPAGANDAM. IMP. S. C. IN. URBEM. SUI. NOMINIS. EXCELENTISS. NUNCUPANDUM. HONESTISS P. P. P. DESIGNAVIT. FUNDAVIT. C. R. P. Q. ET GENTE. HONESTISS. REFERTAM.

Sed loco, COS. III. legendum, COS. II. duos enim tantum Consulatus Justinus Senior gessit: in qua cum Palladis mentio fiat, non dubium, quin a quodam Gentili posita fuerit. Cum autem in ea Imperator *Pontifex Maximus* dicatur, infert Vir eruditissimus, Imperatores Christianos adhuc sexto Ecclesiæ seculo, quo *Justinus Senior* imperavit, *Pontifices Maximos* se se appellasse. Verum ex ea Inscriptione id minime consequitur, sed tantum Gothofredi interpretatio laudata extra dubium ponitur, citatas nempe Inscriptiones, quemadmodum & mox recitatam, non a Christianis, sed a Gentilibus, qui Imperatores juxta antiquum ritum Pontifices Maximos vocabant, dedicatas esse. Quam porro etiam post Theodosii Magni mortem Gentilium superstitio adhuc invaluerit, liquet ex Codice Theodosiano, tit. *De Paganis*.

Secundo observandum, nonnullas ex Inscriptionibus illis non in Christianorum primum Imperatorum, verum in Gentilium gratiam factas, quorum erasis postea nominibus, Christianorum nomina a Gentilibus suffecta, eorumque loco incisa insculptaque fuere. Exemplum illustre hujus rei animadvertit Baronius in Inscriptione Constantiniana pag. 283. Romæ, ubi in basi marmorea ita legitur: XXIV.

Inscriptiones Imperatorum Gentilium in Christianos translatæ. Baron. n. XCIV.

MAGNO. ET INVICTO
IMP. CAES. C. VAL. AUREL.
CONSTANTINO. PIO. FEL.
INVICTO. AUG. PONTIF. MAX.
TRIB. POTEST. CON. III. P. P.
PROC. D. N. CORPUS CORIARIORUM
MAGNARIORUM. SOLAIARIORUM
DEVOTI. NUMINI. MAIESTATIQUE EIUS

Hæc, inquam, Inscriptio alicui Imperatori Gentili primitus posita fuerat. Quod duobus argumentis apparet. Primum, in sinistro latere ejusdem basis hæc leguntur:

DEDICATA KAL. JAN.
DD. NN. DIOCLETIANO III. ET
MAXIMIANO COSS.

Qui tertius Diocletiani Consulatus anno ducentesimo octuagesimo septimo gestus fidem facit, eam Inscriptionem Constantino anteriorem esse, in cujus tamen nomen ea postea mutata est anno CCCXIII. quo Constantinus tertium Consulatum iniit, vel forte etiam anno CCCXIV. Quod mutationis genus videre est quoque in Nummis, qui aliquando novi Principis nomine recusi sunt. Usurpatum & illud in imaginibus & statuis, quæ in aliorum honorem translatæ, vel capite tantum, vel titulis mutatis: qua de re Suetonius in Tiberio cap. 58. & in Caio cap. 22. & Dio Chrysostomus Orat. Rhod. in id expressa 31. & Corinthiaca Orat. 37. Pausanias in Atticis, & in Corinth. Hieronymus Comment. in Habacuc. Par igitur & hic mutatio. XXV.

habitu Christianum uti. Cumque sacerdotibus stola reddita fuisset, ajunt eum, qui dignitate Princeps inter eos erat, dixisse: Si Princeps non vult appellari Pontifex, admodum brevi Pontifex Maximus fiet. Hac quippe amphibologia ille Gratianum elusit; maximum enim Pontificatum Maximo tyranno iidem, qui Romæ erant, Pontifices postea contulerunt.

XCVIII. Auctoritas Pontificia.

Ex quibus satis perspecta habetur causa, cur qui Christiani erant Imperatores, maximi Pontificatus titulum cum insignibus susceperint; quod scilicet sic videretur Imperatoriæ dignitati summus Pontificatus adjunctus, ut sine maximo Pontificio Imperator esse non posset; in eumque Senatus populusque Romanus Gentiliciæ factionis facile conspirarent, quem non viderent patria religione firmatum. Alia rursus fuit causa Christianis Imperatoribus summum Pontificatum capessendi, quod ampliſſima esset, atque etiam supra Consules, ejus magistratus auctoritas; quippe qui posset comitia ne fierent, religionis intuitu prohibere, factaque reddere irrita, decretis a Senatu intercedere, eademque interdicere, fierent ne bella, ex ejus arbitrio penderet, cujus quoque jussu se Consules abdicarent, ut Cicero (*a*) pluribus, & alii docent (*b*); quam quidem auctoritatem omnes Romanæ Reipublicæ Imperatores sibi perneceſſariam judicabant, ut summo religionis jure Senatum in Imperatores sæpe molestum, veluti fœno coercitum, obsequentem in omnibus redderent; quæ quidem ex eo magistratu comparata auctoritas Christianis Imperatoribus magis neceſſaria videbatur, quod scirent, se invito Senatu, regnare, & diversa religione jam in se Gentilium omnium invidiam atque odium concitasse.

(*a*) Cic. de Nat. deor. l. 2. & de Leg. lib. 2.

(*b*) Tacit. de morib. German. Valer. lib. 1. c. 2. 3.

XCIX. Paucitas Senatorum Gentilium.

Quæ sane causa cum postea jam cessasset, quod Senatores essent majori ex parte Christiani; desierunt pariter Christiani Imperatores summi Pontificatus titulum & stolam sumere; quorum primus (ut diximus) Gratianus fuit, quem imitatus est Theodosius, cujus tempore constat Romanum Senatum Christianis adeo fuisse refertum, ut horum major pars esset; quod S. Ambrosius scribens ad Valentinianum de relatione Symmachi, testatur dicens: *Absit ut hoc Senatus petiisse dicatur; pauci Gentiles communi utuntur nomine*: & paulo post: *Dignum est temporibus vestris, hoc est, Christianis temporibus, ut dignitas Christianis Senatoribus abrogetur, quo Gentilibus Senatoribus profanæ deferatur voluntatis affectus*. Et Prudentius adversus Symmachum (*c*):

(*c*) Prudent. adverſ. Symmach. lib. 2.

Sic consulta Patrum subsistere Conscriptorum
Non aliter licitum prisco sub tempore, quam si
Tercentum senssisse senes legerentur in unum,
Servemus leges patrias; infirma minoris
Vox cedat numeri, parvaque in parte silescat.
Aspice quam pleno subsellia nostra Senatu
Decernant infame Jovis pulvinar, & omne
Idolium longe purgata ex Urbe fugandum.

licet ea sint ad Theodosii tempora referenda.

C. Constantinus abſque crimine summus Pont.

Videas igitur quibusnam prætextibus, absque idololatriæ aliquo crimine, tum Constantinus, tum cæteri eo usi fuerint titulo, atque tunica, quam non ad sacra facienda induebant, sed ad auctoritatem potestatemque sibi vendicandam capessebant; permisisseque hoc illis Pontifices Christianos, quorum nulla penitus ea de re, sicut de aliis ab eis patratis criminibus, objurgatio legitur. At horum omnium multo æquior causa videri poterat Constantini, qui Ethnicis Senatoribus Senatum repletum invenit. Si enim inter Christianos Imperatores tantopere tum ab Ambrosio, tum a ceteris Gratianus commendatur, quem tamen ad annos quatuor eo titulo esse usum invenimus, cum numeroso satis Christianorum cœtu Senatus confertus esset; quis hoc nomine deroget Constantino, post. cujus Imperium, extincto persecutore cœperunt manifestari aliqui esse ex Senatoribus Christiani? Rursum vero non sic quidem, ut ceteri Gentilium facere consueverant, Christiani Principes vestem ac titulum sumebant Pontificis Maximi, ut more ipsorum (quod scribit Prudentius *d*) sub terram alta scrobe mersi, necati in sacrificio tauri sanguinem excipientes, atque ebibentes initiarentur, vel quod Jovi Capitolino, aliisve diis sacra facerent; hæc enim perfecta fuisset apostasia, & Christianæ religionis abdicatio, nec aliquo velamento dissimulanda, sed tantum (quod ait Zosimus) amictu oblato, eoque

(*d*) Prudent. Peristeph. l. 4.

PAGIUS

tatio, quæ & ipsa altero adhuc argumento oculis sese ingerit, simul & luculentum imperitiæ testimonium perhibet: prænomina quippe ibi relicta, quæ *Constantini* Magni nunquam fuerunt, scilicet C. VAL. AUREL. Maximiano Herculio conveniunt, non vero Constantino, cui prænomen *Flavii* fuit; Maximiano, inquam, non Diocletiano, ut perperam Baronius, cujus tamen est hæc hujus epigraphes explicatio. Plura argumenta affert Baronius, ut probet,

Baron. ns XCIV.

que accepto, tunc Imperator titulum Pontificis Maximi usurparet. Sic igitur nihil penitus est quod ex titulo hujusmodi Pontificis Maximi Constantinus post debellatum Maxentium argui possit idololatra; sed Christianum fuisse, infimi tamen ordinis atque classis, militantemque inter eos qui nomen tantum Christianæ militiæ dedissent, quæ a nobis sunt recitata declarant.

CI.

His itaque dilucidatis, ac perspicuo demonstratis, jam reliqua Constantini, quæ ad præsentem annum spectare noscuntur, curriculo prosequamur; nimirum quonam potissimum hujus anni mense ac die Urbs a Constantino fuerit, Maxentio extincto, ab ejus tyrannide vindicata. Qui putavit (*a*) hujus rei demonstratione posse etiam Indictionum, quibus anni supputantur, exordium definiri; illud firmiter asseverat, Maxentium a Constantino victum octavo Kal. Octobris, a quo die prima Indictio inchoatur; citat Panegyricum illum a nobis sæpe superius allegatum incerti auctoris; at in eo de die nihil penitus, sed illud dumtaxat, Maxentium Tiberinis undis absorptum eo ipso die, quo sextum absolvit annum, antequam septimum Imperii inchoaret: sed ut id contigerit (quod asserit) octavo Kal. Octobris; oportuit testatum reddidisse, ipsum Maxentium septimo Kal. ejusdem mensis regnare cœpisse; quod nec ipse, nec alius quisquam (cum res incerta sit) potuit demonstrasse; sed nec apud Socratem quem citat, aut Eusebium, Victoremve, aut Eutropium, vel alios antiquos, sive probatæ fidei recentiores historicos, ejusmodi quicquam legitur. Quamobrem tota illa tractatio de indictionum inventione nullo fundamento veritatis subnixa, corruat, necesse est: cum præsertim quasi per transennam inspicere liceat, non mense Septembris, sed ipsa jam adventante hieme, victoriam Constantini de extincto Maxentio contigisse.

(*a*) Pan. vin. lib. 2. Fast. bis Consulibus.

Quo die Urbs liberata.

CII. Tempus victoriæ Constantini.

Id quidem ex eo primum deducimus; quod certum exploratumque habeatur, tum Nazarii testimonio, tum incerti auctoris Panegyrico sæpe citato, Constantino post debellatum Maxentium haud licuisse Romæ diutius commorari; nam in eo primum sic dicitur (*b*): *Post annuam expeditionem statim bello auspicatus a Tiberi ad Rhenum, immo ut omen & similitudo nominis sit, & tua Imperator magnitudo animi pollicetur, a Tusco Albula ad Germanicum Albim prolaturus Imperium*. Albam vero fluvium ex Wandalicis montibus profluere in Oceanum versus Septentrionem, magnum admodum factum, testatur Dio (*c*). Causa autem repentini discessus hæc ibidem affertur: *Ruperat* (inquit auctor) *fidem gens levis & lubrica barbarorum; & robore atque audacia lectis diruptionis auctoribus, insitisse Rheno, nunciabantur; illico obvius affusti, & præsentia tua, ne auderent transitum, terruisti, &c.*

(*b*) Pan. post. victor. Constantini incert. auct. 2.

(*c*) Dio hist. lib. 55. in princ.

CIII.

Ex his igitur patet inopinato contigisse celerem ex Urbe in Germaniam Constantini reditum; sed quanto tempore Romæ manserit, Nazarius (*d*) sane expressisse videtur dum ait: *Quicquid mali sexennio toto dominatio feralis inflexerat *, bimestris fere cura sanavit*. Verum cum constet ex ejus rescripto (*e*) Romæ dato, ipsum magnam partem mensis Januarii adhuc Romæ egisse; plane a nece Maxentii duos menses enumerando, quibus & pars Januarii mensis includatur; necesse est affirmare, ipsa hieme, nempe saltem post dimidium Novembris mensis, Constantinum de nece Maxentii triumphasse. Porro has non esse inanes conjecturas, sed solida veritate subsistere, illud æque demonstrat quod dictum est, pene habitum pro miraculo, importuno navigandi tempore propitios flasse ventos, quorum ope deferretur Maxentii caput in Africam, cum (ut eadem repetamus) ita Nazarius ait (*f*): *Pari studio missum ejusdem tyranni ad permulcendam Africam caput, ut quam maxime unus afflixerat, laceratus expleret; & nondum satis tempestivo mari, efflarunt tamen navigantibus felices auræ, & fluctus secundi; beatissimamque victoriam ipsa etiam elementa juverunt*: Hæc ipse; qui per intempestivum natura mare significasse visus est hiemem, qua a navigatione cessatur.

(*d*) Naz. Paneg. Constantini.

* invexerat

(*e*) l. 1. C. de cens. lib. 11.

(*f*) Naz. Panegyric. Constantin.

* vivus

His itaque de Maxentii necis tempore disquisitis ac demonstratis, tota illa (ut dictum est) de Indictionum exordio opinio atque causa penitus confutatur; cum multa alia quoque sint, quibus secum ipse auctor pugnans, suo ipsius telo perfodi-

CIV. Rejicitur opinio de origine indictionis.

PAGIUS

bet, Imperatores Christianos Pontificis Maximi titulum retinere potuisse, variasque hujus facti causas edisserit. Sed cum constet, Imperatores Christianos illum titulum non retinuisse, frustra hujusmodi rationes in medium adducuntur; cum hic non de jure, sed de facto quæstio sit, jusque a Theologis, non vero ab Historicis discutiendum sit. Ad illa tamen argumenta Baronii respondet Gothofredus laudatus, ad quem Lectorem remittimus.

XXV.

A num. CIV. ad CXI. In Dissert. Hypatica parte secundam cap. 2. num. XX. ostendi, Scaligerum non male repetiisse *Indictionum* originem ab editione Quinquennalium & id genus festorum: & cap. 5. num. VI. eum deceptum, quando scripsit, *Indictionem* cum Era Antiochena inchoatam esse. Cœpta autem prior *Indictio Constantiniana* die XXIV. mensis Septembris currentis anni, a qua die Galli postea Indictiones auspicati sunt, ut ex variis Diplomatis Imperatorum Carlovingicorum, Regumque Francorum patet. A Francis ad Imperatores Ger-

Indictionis initium.

foditur; nempe cum ait, anno Domini trecentesimo decimotertio, Consulatu Constantini secundo atque Licinii, ea contigisse, quo, ut vult octavo Kal. Octobris, Maxentius fluctibus mersus interiit; idemque ipse in suis Fastis hoc anno dicti Consulatus Constantini atque Licinii annum Domini numerari duodecimum tantum supra centesimum tradit. Dicerem mendum in notam numeri irrepsisse, nisi ab eo sæpius idem repetitum inveniretur. Aliam igitur de tempore inchoatæ Indictionis, ejusque nominis originem & causam pervestigandam putamus; nec opus esse, ob eam rationem, quod ait, Indicationis atque Indictionis nomina, eadem quasi cognata conjungere.

CV. Sed & illa æque rejicitur, quæ ab erudito viro (*a*) emendatore temporum recens est excogitata de inventione Indictionis opinio, dum ait ab exhibitione munerum Quinquennalium Imperii Constantini usque ad Vicennalia statuta periodo annorum quindecim, esse numerum Indictionum inventum. Nam cum ipse super falsum prorsus fundamentum totam quam erigit molem imponat, eamdem quoque corruere necesse est. Ait enim, Constantinum imperare cœpisse anno Christi trecentesimooctavo, atque adeo hoc anno, quo cœptas numerari tradit indictiones ab octavo Kal. Octobris, celebrata esse Quinquennalia ejus Imperii, & anno ejusdem Imperatoris vigesimooctavo fuisse Vicennalia habita; deceptus ipse ab Eutropio, qui ait anno quinto Constantini ab eo bellum adversus Maxentium excitatum esse. Quibus quidem omnibus nihil absurdius dici potest. Cum enim superius in obitu Constantii tum ex supputatione Olympiadum, tum etiam Consularibus Fastis sit demonstratum, cœpisse Constantini Imperium anno Domini trecentesimo sexto; septimus hic annus ejusdem Imperii numeratur, & Quinquennalia non hoc anno, sed ante biennium oportuit fuisse celebrata; sic & Vicennalia ejusdem in annum vigesimumquintum ejus Imp. pariter necesse est incidisse, Paulo & Juliano Cos. quibus cœptum & absolutum est pariter Nicænum Concilium, ut suo loco pluribus ostendetur. His igitur ab eo ædificatis absque veritatis fundamento sponte labentibus, reliqua his innixa ultro absque impulsore sternuntur. Utinam tam facile nobis esset de ea re vera statuere, quam falsa destruere.

(*a*) *Joseph. Scaliger de emendat. temporum lib. 5. c. de Indict.*

Nova confutatur sententia de origine indict.

Adjiciam tamen in hac postrema quæ Romæ cuditur in nostris ædibus editione, exigentibus id viris eruditis, quæ de indictionum exordio, causa, atque nomine nobis ex conjecturis interdum contigit opinari. Atque in primis, explosis iis, quæ a quibusdam recentioribus de Indictionum exordio absque aliqua testificatione feruntur, cœptas nimirum numerari ab Augusti temporibus; quibus plane omnes rem accuratius intuentes contradicunt; assentimur & nos non ante præsentem annum eas ad annorum numerum consignandum inventas esse; cum nulla de illis apud externos ante Constantini tempora mentio habeatur; & apud Ecclesiastica monumenta, in Concilio Romano sub Julio Papa, qui Silvestro successit, & apud S. Ambrosium in epistola ad Episcopus Æmiliæ provinciæ prima mentio reperiatur.

CVI. Quid de indictione auctor sentiat.

CVII. De periodo quindeni numeri.

Ad hæc igitur investiganda, quanam ex causa usu venerit, ut ejusmodi quindenus inventus sit numerus ad annos sub Indictionis nomine supputandos, id potissimum (si invenire fas sit) exquirendum est. Nullam quidem aliam penes antiquas hujus temporis memorias reperire licuit, ut quindecim annorum periodo aliquod cœptum absolveretur, & in tabulas publicas referretur, nisi stipendia militaria; cum quindenis emeritis, miles honesta missione concessa capitationis immunitate, si vellet, solutus militia liber abire posset; si nollet, majoribus privilegiis augeretur: est de ejusmodi missione mentio in rescripto (*b*) ejusdem Constantini ad Maximum ad finem ipsius; cum tamen antiquitus (ut apud Tacitum legitur *c*) sexdecim annorum stipendia merere milites tenerentur. Cæterum Constantinum magis magisque augeri voluisse jura, & privilegia veteranorum quam minui, ipse publice professus est (*d*).

(*b*) *l. 4. de Veteran. C. Theod.*
(*c*) *Tacit. lib. 1.*
(*d*) *l. 2. de Veteran. C. Theod.*

CVIII. Indicebatur militaris annona.

Ut autem quindecim annorum stipendia per totidem numerarentur Indictiones, inde proveniisse videtur, quod annis singulis eroganda militibus Principis rescripto provincialibus indicebatur annona, ut patet ex Arcadii & Honorii rescripto (*e*) ad Pompejanum. Mittebantur ad hoc exactores qui ejusmodi annonam ex-

(*e*) *l. 1. de Indict. C. Theod.*

PAGIUS Germaniæ mos hic transiit: quem a Gallis usurpatum existimo, quia Constantinus in Gallia imperabat, quando Indictionis circulum instituit. Hic autem mos postea in Gallia mutatus, ut alibi dicetur. Imperatores Constantinopolitani initium a Kalendis Septembris deduxere, quos secuti sunt Pontifices Romani per plura secula. Quando vero Indictio a die XXV. Decembris Natali Christi sacra, vel a Kalendis Januariis, vel a XXV. Martii, vel denique a Paschate exordium sumere cœperit, & quibus in regionibus, adhuc imcompertum: non arbitror tamen, hunc usum ante octavum Ecclesiæ seculum natum esse. Nam exempla duo, quæ in contrarium adduxi in Dissert. Hyp. p. 2. pag. 303. & 328. id non evincunt, & infra suis locis Indictionem in illis memoratam a Septembri inchoandam demonstrabo. Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani existimat, ideo *Indictionem* a die XXIV. Septembris inchoa-

exigerent, & debitam militibus darent, ut apparet ex eorumdem Augustorum rescripto ad Hadrianum (*a*); est titulus in Codice Theodosiano de Erogatione militaris annonæ; ubi inter alia, ne quid fraudis a ministris eam curam gerentibus admitteretur, hæc caverunt iidem Imperatores (*b*): *Provida sanctione decernimus, ut Breves ante Indictionis principium summa fide ac veritate confecti ad nostra scrinia dirigantur, secundum quos a susceptoribus erogatio celebretur*: Hæc ibi. Quod vero ejusmodi annona militaris indicta militibus distribui soleret & erogari per singulas Indictiones; inde quoque accidit, ut Indictio eadem diceretur Distributio, vel Fusio. De priori nomine apud Palladium in dialogo rerum gestarum S. Joannis Chrysostomi hæc leguntur: *Tertiadecima Distributione venerunt Constantinopolim Asiæ Episcopi, &c.* Et de Fusionis nomine extat mentio in rescripto Honorii Imp. ad Macrobium (*c*) ubi indulget debita contracta usque ad initium Fusionis quintæ: qua voce Indictionem significari, quæ præcedunt & quæ subsequuntur leges sub eodem titulo de Indulgentiis debitorum positæ indicant.

(*a*) *l. 16. de exact. C. Theod.*
(*b*) *l. 24. de erog. milit. annon C. Theod.*
(*c*) *l. 6. de indulg. debit. C. Theodos.*

Cur indictio incipiat mense septembris.

(*e*) *l. 18. de annon. & tribut. C. Theod.*

CIX. Quod vero ad tempus spectat, ut octavo Kal. Octobris initium sumat Indictio, inde accidisse videtur, quod eo tempore Imperatores exhibendam militibus annonam proposito edicto indicere annis singulis consueverint, cum jam pleniissima frugum omnium collectio facta esset. Id quidem etiam colligi potest ex Gratiani rescripto ad populum (*e*), ubi inter alia hæc habentur: *Ejus anni atque Indictionis exordio, quæ novum denuo annonæ commeatibus poscit obsequium, &c.* Probavit usus postea, tam in censualibus tabulis, quam in matriculis militaribus, ejusmodi per quindena stipendia emerita numeratione, quindecim Indictionum revoluta periodo, concinne, facile, & absque errore tempora numerari; qui & a posteris retentus est. Hæc sunt quæ de nomine, causa, & tempore Indictionis nobis dicenda fuerunt, quibus quidem meliora hactenus non invenimus, cum tamen in re obscurissima, nobilissima ingenia desudasse non ignoremus. Sed quod conjecturis tantum res agatur, hæc hactenus intra parietes domesticos continere maluimus.

CX. Sub Constantino cœptæ indictiones.

Addimus his, ex Græcis fastis exploratum reddi, sub hujus anni Consulibus esse cœptas numerari Indictiones; nam ibi hæc descripta leguntur:

ΙΝΔΙΚΤΙΟΝΩΝ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΑΝΩΝ ΕΝΤΕΥΘΕΝ ΑΡΧΗ. hoc est:
INDICTIONUM CONSTANTINIARUM HINC EXORDIUM.

Invenimus autem ab Imperatore indicente Indictiones interdum denominatas, sicque dictam Indictionem Valentiacam a Valente Imperatore (*d*). Sed jam quæ rerum gestarum anni hujus sunt, reliqua prosequamur.

(*d*) *l. 1. de indulg. debit. c. 75.*

CXI. Vitalis Episcopus Antiochenus.

Hoc eodem anno qui primus pacis Ecclesiæ post decennium persecutionis illuxit, cum Tyrannus Episcopus Antiochenus sedisset annos tredecim (tot enim annos eidem Eusebius tribuit) ex hac vita migravit; quis autem post ipsum Antiochiæ sederit, nulla penitus mentio in Eusebii Chronico. Constat tamen ex Appendice S. Hieronymi, post Tyrannum sedisse Vitalem; quod & Theodoretus affirmat, cum ait (*f*): *Antiochiæ autem Episcopatum, mortuo Tyranno, cum pax jam in Ecclesia vigere inciperet, obtinuit Vitalis; qui Ecclesiam ibi a tyrannis diruta, in Palæa ædificavit*: Hæc ipse. Quod autem spectat ad tempus sedis ejus haud possumus Nicephori Chronicon sequi, in quo annis sex ille sedisse ponitur; siquidem certum est (ut ex iis, quæ dicentur, perspicuum evadet) post extinctum Maximinum, cum solus in Oriente Licinius imperaret, Philogonium in

(*f*) *Theod. l. 1. c. 3.*

PAGIUS inchoatam fuisse, quia eo die Constantinus in Italiam appulit, & *Maxentio* bellum indixit. Verum hæc conjectura vanissima; Constantinus enim anno præcedenti in Italiam die incerto venit, &, ut habet Anonymus Valesianus, *apud Veronam victis Ducibus Tyranni Romam petiit*.

XXVI. Pax in Occidente Ecclesiæ reddita.

Ad num. CXI. & seq. Baronius, qui persecutionem *Diocletiani* anno citius quam par erat, auspicatus est, currentem annum, primum pacis perperam appellat; cum, ut suo loco videbimus, prioribus anni sequentis mensibus ea adhuc in Oriente sævierit. In Occidente tamen, ubi *Constantinus* imperabat, hoc anno eam cessasse non dubitandum. Hinc Severus Sulpicius hæc de persecutionis Diocletianeæ fine scribit: *Sed finis persecutionis illius fuit abhinc annos IX. & LXXX. a quo tempore Imperatores Christiani esse cœperunt*. Annum Christi quadringentesimum Stilichonis Consulatu notatum, Historiæ suæ terminum præfixit Sulpicius. Quare juxta eum pacis Ecclesiæ initium ab hoc anno consurgit; ab eo enim anno ad CCCC. anni sunt LXXXIX. utroque extremo incompleto pro integro numerato. Verum Eusebius *pacis* initium ab anno insequenti repetit, quod *Maximinus* Ecclesiæ persecutor eo anno adhuc Christianos afflixerit. Quamobrem hoc anno in Occidente, sequenti in Oriente *pax Ecclesiæ* reddita est.

XXVII. *Macharius fit Episc. Hierosolymitanus.*

Macharius Episcopus Hierosolymitanus secundum Eusebium in Chronico tam juxta editionem Pontaci, quam Scaligeri, creatus est, ut magis in ejus morte explicabitur. Hoc etiam anno Hermannus Contractus ejus Pontificatus initium consignavit. In posterum Episcoporum Hierosolymitanorum Chronologiam elucidabimus; nam ante eum nihil hac in re certi dici potuit.

XXVIII. Donatistarum schisma hoc anno inchoatum, ut anno CCCVI. num. XIX. ostendi.

in Vitalis locum successisse. Vitalis igitur cum post persecutionem sedem Antiochenam accepit, ad publicos celebrandos conventus (quod Ecclesiæ omnes in persecutione Diocletiani solo æquatæ fuissent) Ecclesiam in primis exædificandam curavit; quam ante obitum inabsolutam ab eo relictam, ejus successor absolvit, ut idem qui supra Theodoretus affirmat.

CXII. Hoc ipso anno septimo Constantini apud Eusebii Chronicon ponitur post Hermonem * Macarius Episcopus Hierosolymitanus, de cujus sedis annis, rebusque ab eo gestis dicemus sæpius secundum ordinem temporis. Porro Theodoretus (a) de ejus agens ingressu, ejusmodi eum exornat elogio: *Hic ob beatam vivendi rationem, & multiplicia bona, quibus exornatus fuit, vere nomini suo respondit, nempe, ut Macarius dicetur.*

* al Thermonem

Macarius Episcopus Hierosolimitanus.

(a) Theod. lib. 1. c. 3.

I. CUm jam Christi annus trecentesimus decimus tertius advenisset, Constantinus Imperator tertium adiit Consulatum, habuitque sicuti superiore anno, collegam Licinium in Illyrico Imperatorem; cujus Consulatum cum alii æque tertium, ut Zosimus, paremque numero cum Constantini Consulatu ponant; S. Augustinus (b) tamen ex libellis Consularibus, quos citat tertio Consulatui Constantini (nisi sit mendum in codice) Licinii secundum adjungit. Hujus anni exordio, idem Constantinus cum adhuc Romæ ageret; quod ad Reipublicæ statum recte disponendum pertinere videbat, ne, qui potentiores essent, humiliores damno afficerent; ejusmodi legem sanxit (c):

(b) Aug. ad Donat. post. Collat. c. 33.

Constantinus legibus munit urbem.

(c) l. 1. C. de censib. l. 11.

Imperator Constantinus ad Populum. Quoniam tabularii civitatum per collusionem potentiorum, farcinam ad inferiores transferunt; jubemus, ut, quisquis se gravatum probaverit, suam tantum pristinam professionem agnoscat. Dat. XV. Kal. Februarii, Romæ, Constantino Aug. III. & Licinio Coss. Hæc ipse; ex quibus apparet tantum abesse ut Constantinus hoc tempore nova tributa indixerit, ut potius quæ erant indicta, ad pristinam census professionem voluerit reformari.

II. Constantinus ab urbe recedit.

Post hæc autem haud diutius ipsum Roma retinuit, quem bellicæ curæ (ut dictum est anno superiore) in Germaniam evocabant. Factum est autem, ut cum Licinius Imperator, qui cum exercitu agere soleret in Illyrico, occurrisset illi in via, una simul cum eo Mediolanum usque pervenerit; licet dicat Zosimus eum a Constantino Mediolanum accer-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5806.

SÆC. IV. Anno Urbis 1066. Olymp. 273. an. 1. A.C. 313. ☉ 14. D. ☽ 10. P. 21. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 313.

MELCHIADIS PAPÆ 3.

CONSTANTINI IMP. 8. LICINII IMP. 7.

I. Consules. [1] ANum. I. ad XIII. Coss. *Constantinus Aug. III. & Licinius Aug. III.* Divus Augustinus a Baronio citatus, qui habet Licinium II. priorem Licinii Consulatum non numerat, quia suffectum, ut anno CCCXI. num. III. ostendi. Utriusque Augusti Consulatus juxta quintam regulam, propter nempe Ludos Seculares decimos quos Zosimus lib. 2. asserit in hunc annum incidisse, ut in Dissert. Hypat. part. 2. cap. 10. num. 6. jam notavi: *A Consulatu Liboonis, & Cilonis*, (ab anno nempe Christi CCIV.) *quo Severus*, inquit Zosimus, *Ludos Seculares exhibuit, usque ad Diocletiani IX. & Maximiani VIII. Consulatum* (ad annum nempe Christi CCCIV.) *centum & unus anni elapsi fuerunt. At tunc quidem privatus ex Imperatore Diocletianus factus est, cujus exemplum Maximianus secutus est. Verum Constantino III & Licinio III. Coss.* (hoc nempe anno) *centum & decem annorum tempus integrum aderat, quo Ludos, consueto more, celebratos oportuit.* Licet enim iis annis Ludi Seculares celebrati non fuerint, de more tamen Imperatores Consulatum capessebant,

NOTÆ [1] *Coss. Constantinus Aug. III. & Licinius Aug. III.* Inscriptio in ædibus Capitolinis:

MAGNO. ET. INVICTO. IMP. CAES.
C. VAL. AUREL. CONSTANTINO.
PIO. FEL. INVICTO. AUG. PONTIF. MAX. TRIB. POTEST. COS.
III. PP. PROC.

Constantini prænomen hic *Caius* non *Flavius* est. *Licinii* vero nomina in nummis sunt: *C. Valerius Licinianus Licinius*. Fasti Idatiani, Vindebonenses, Prosperi Chronicon, Bucherii laterculi, & Libellus de Præf. Urb. *Constantio III. & Licinio III.* Optatus Lib. I. Zosimus Lib. II. & S. Augustinus contra Donatistas: *Constantino ter, & Licinio ter Consulibus*.

cersitum; sed edictum ab ipso datum priorem sententiam veriorem esse declarat.

Quid autem ad optimum regimen Imperii stabiliendum inter eos transactum sit, Zosimus (a) narrat agens in primis de rebus Romæ ab eo gestis post Maxentium extinctum, his verbis: *Hoc eventu rerum Constantinus de paucis quibusdam Maxentio familiarissimis pœnas exegit, Prætorianis militibus e medio sublatis, & castellis dirutis, in quibus esse consueverant* (erant hæc dicta castra prætoria) *denique constitutis urbanis rebus, ad Celtas & Gallos profectus est. Licinio Mediolanum accersito sororem Constantiam in matrimonium tradidit, quam antea se daturum ei promiserat, cum eum sibi socium contra Maxentium hostem adjungere vellet. Eo peracto, Constantinus ad Celtas discedebat:* Hucusque Zosimus; hanc autem Constantiam Constantini germanam Christianam fuisse, Acta Basilei Episcopi Amaseæ in Ponto significant; de qua plura inferius dicturi sumus.

(a) Zosim. lib. 2.

III. Testatur Aurelius Victor (b) ad has nuptias vocatum fuisse Diocletianum, sed venire contempsisse; sic enim ait: *Cum a Constantino atque Licinio vocatus ad festa nuptiarum, per senectam, quo minus intereesse valeret, excusavisset, rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio favisse, & Maximino favere,*

(b) Aur. Vict. in Dioclet.

Nuptiæ Constantiæ cum Licinio.

IMPERATORIORUM EDICTORUM EXEMPLAR.

V. Edictum Constantini atque Licinii pro Christianis.

Cum jampridem religionis libertatem nemini denegandam esse; sed cujusque mentis & voluntati potestatem permittendam rerus & instituta divina pro sua animi voluntate & arbitrio excoleudi, considerauemus; mandatum dedimus, ut cum singuli alii, tum Christiani suæ sectæ & religionis fidem integre observarent. Sed quoniam in eo rescripto, in quo ejusmodi illis concedebatur facultas, multæ sententiæ dubiæ & controversæ inesse videbantur; quidam illorum propterea fortasse paulo post præ metu ab illius observatione repulsi sunt. Quapropter cum ego Constantinus Augustus, & ego Licinus Augustus, prospero itinere Mediolanum pervenieremus; & omnia quæ ad utilitatem & commodum Reipublicæ pertinebant, accurate disquireremus; ista inter cætera, quæ plebi universæ perutilia videbantur, maxime omnium decernenda existimavimus, quibus reverentia & divinus cultus contineretur; hoc est, ut tum Christianis, tum aliis omnibus liberam optionem omnino daremus eam religionem sequendi, quam ipsi in animos inducerent; quo, quæcumque sit divinitatis & cælestis numinis potentia, nobis, ac universis qui sub nostra ditione vitam degunt, clemens & propitia esse posset.

Istam igitur nostram voluntatem ac sententiam recta ratione ac consilio decidimus, ut nemini prorsus libertas negetur, Christianorum observantiam, & cultum inimitandi, amplexandique; & cuique detur copia suam mentem ei religioni addicendi, quam ipse sibi maxime convenire censuerit: quod divinum numen in omnibus, quæ molimur, consuetam curam, studium, & bonitatem in nos ostendat. De qua quidem voluntate nostra consentaneum fuit ad te rescribere, ut tum controversæ illæ sententiæ, quæ prioribus litteris ad tuam pietatem missis de Christianis continebantur, penitus tollerentur, tum ea quæ videbantur admodum severa, & a nostra man-

(c) Zosim. lib. 2.

(d) Victor. in Constantino.

IV. Quid Constantinus cum Licinio.

At non ea tantum, quæ ad connubium spectarent, inter eos transacta esse; sed etiam quæ ad pacem Orientalis Ecclesiæ pertinerent, constat fuisse disposita, & amborum nomine pro Christianis fuisse promulgatum edictum; quod a Licinio Ethnico homine, de Christianis tamen Constantini intuitu bene merente inter alia fœderis initi placita elicitum fuisse putamus: nam quod ad ipsum spectat Constantinum, nequaquam expectavit Licinii congressum ac consultationem, ut pro Christianis sub sua ditione agentibus ampliora decerneret, Romæ dum ageret, post debellatum Maxentium. Quamobrem quod licuit a cultore deorum exigere, sic Christianæ religioni consultum fuit, ut tamen idololatris quoque prospectum foret. Edicta Eusebius recitat, his verbis inscripta (e):

(e) Euseb. lib. 10. c. 5.

PAGIUS bant, ut etiam videbimus factum anno Christi CCCCIV. quo Ludi Seculares exhiberi debuissent.

Constantinus sub finem anni præcedentis, vel currentis initio Mediolanum venit, & *Constantiam* sororem Licinio in matrimonium collocavit, ut anno præterito ex Lactantio lib. de Mortibus Persecut. cap. 45. diximus. Porro Constantinum sub hujus anni Consulibus mense Martio *Mediolani* fuisse, constat ex Lege 1. *De bonis vacantibus*. Ibidem *VI. Id. Mart.* data, quæ refertur in Codice Theodosiano. Ea in urbe celebre edictum ab utroque Imperatore promulgatum, quo Christiani cultus observantia permissa

II. Nuptiæ Licinii, edictum Constantini & epistolæ Maximini.

VI. Libertas Christum ubique colendi concessa.

mansuetudine, & clementia aliena, omnino abrogarentur; atque adeo jam quisque eorum qui induxerint in animum Christianam religionem observare, libere, minime facate, & absque ulla molestia aut perturbatione cujusquam hoc ipsum custodiat. Quæ quidem tuæ solertiæ plenissime significare decrevimus, ut intelligas, nos liberam ac solutam Christianis facultatem concessisse, suam ipsorum religionem sedulo excolendi; quod quoniam tua pietas perspicit a nobis libere illis esse concessum, aliisque etiam potestatem factam, eum observantiæ, & religionis modum, quem apud animum proposuerint, consectandi, & nostrorum temporum tranquillitati, & quieti re vera accommodatum esse, ut quisque facultatem habeat deligendi observandique eam in Deo colendo rationem, quæ sibi maxime placuerit; hocque a nobis factitatum esse, ut nullius honoris, nullius religionis auctoritas a nobis ulla ex parte minui videatur: tuarum partium est providere, ut nemo impediatur, quo minus suæ professioni firme adhæreseat.

VII. Bona reddita Christianis.

Istud etiam præter cætera nominatim Christianis decernimus, ut loca eorum, in quæ ipsis in more positum erat antea convenire (de quibus quidem rebus litteris superioribus ad tuam sanctimoniam datis alia formula eo tempore a nobis erat definita, & præscripta) si qui vel a Quæstore nostro, vel ab alio quopiam ea emisse videantur, Christianis absque argento, absque ulla repetitione pretii, quod in illis emendis collocaverant, sine omni mora, & dubitatione restituant; & si qui ipsa loca pro munere fuerint adepti, ut ipsis Christianis quam celerrime reddant; ac si qui ea aut coemerint, aut dono receperint, aliquid a nostra bonitate postulent; Præfectumque qui regioni, in qua habitant, præest, adeant, quo ipsorum etiam a nostra munificentia provisio, & cura suscipiatur. Quæ quidem omnia Christianorum societati tuo studio, & industria extemplo, & sine ulla dilatione restituenda cures, oportebit. Ac quoniam ipsi Christiani non solum ea loca, in quæ convenire solent, sed alia etiam habuisse cognoscuntur, quæ non privatim ad singulos, sed ad jus totius ipsorum communitatis, idest, Christianorum, spectabant; singulis, qui ea possident, mandes velim, ut omnia per legem, quam supra posuimus, absque ulla controversia Christianis, id est societati ipsorum, & conventui reddant, modo ratio ipsa ante demonstrata sedulo conservetur; nimirum ut illi, qui sine repetitione pretii (sicut antea diximus) ea restituant, suas res, & facultates absque damno a nostra beneficentia compensandas fore pro certo expectent. In quibus omnibus prædictæ Christianorum communitati studium, & diligentiam pro virili tua parte, vel maximam adhibere debes, ut nostrum citissime conficiatur mandatum, quo ad hunc modum communi, & publicæ tranquillitati a nostra benignitate recte prospiciatur. Nam hac ratione (sicuti dictum est) divinum erga nos studium, quod in multis jam rebus experti sumus, perpetuo nobis firmum ac stabile permanebit. Ut igitur hujus nostræ sanctionis, & beneficentiæ decisio ad omnium notitiam perferatur; has nostras litteras ubique præponi, & in cujusque cognitionem venire, consentaneum est; quo lex a nostra clementia sancita neminem omnino latere possit: Hucusque edictum per Constantinum (ut demonstratum est) elicitum a Licinio, cum ille, quod in Christianos parum æquo esset animo, in gratiam ejusdem Constantini Imperatoris parum certa, sed ambigua decreta promulgasset; quod ut de Constantino dicatur, plane indignum est.

VIII. Maximinus inducitur ad rescribendum pro Christianis.

Quod vero non satis prospectum esset Ecclesiis Orientis ejusmodi datis a Licinio litteris, nisi Maximinus, cujus potiores Imperii partes essent, fineret Christianos in pace agere; actum est per eumdem Constantinum cum Licinio, ut amborum nomine pro pace Christianorum ad eumdem Maximinum litteræ mitterentur; quod factum esse testatur Eusebius (*a*); idemque datas a Maximino statim publicas pro Christianis litteras recitat, hæcque præmittit: *Iste de his rebus certior factus, primum, utpote tyrannus, immensum animo dolorem concepit; verum postea, quamquam aliorum Imperio cedere videri nolebat, neque mandatum eorum divulgare; metu tamen jubentium perterritus, hanc primam pro Christianis epistolam, tamquam sua auctoritate compositam, Præfectis suæ ditionis necessario perscribit: & in ea, quæ ab ipso numquam fuerant hactenus factitata, commentitia ratione contra se ipse confingit.*

(*a*) *Euseb. lib. 9. c. 8. circa medium.*

IX. *Jovius Maximinus Augustus Sabino S.*

Cum apud tuam gravitatem, tum apud omnes homines satis increbuisse arbitror, dominos, & patres nostros Imperatores Diocletianum, & Maximianum, quando omnes fere homines, relicto deorum cultu se cum Christianorum gente commiscuisse, conjunxisseque intellexerant, recte sane mandasse, ut cuncti, qui a deorum suorum immortalium religione recessissent, aperta animadversione, & supplicio ad eorum devotionem denuo revocarentur. Verum cum ego felici quodam, & prospero casu in Orientem primum adventarem; & complures homines qui Reipublicæ prodesse possent, a Judicibus ob eam causam, quam modo posuimus, in loca quædam extranea relegatos animadverterem; cuique Judici mandata dedi, ut nemo illorum de reliquo in homines provinciales, crudeliter animadverteret, sed blanda assentatione potius, adhortationeque benevola ad deorum religionem eos reducere conaretur. Id temporis igitur, dum jussa convenienter, & apposite a Judicibus juxta mandatum meum observabantur, neminem ex partibus, versus Orientem, vel missum in exilium, vel contumelia affectum contigit; immo vero etiam, quia humanius cum illis agebatur, facilius ad deorum cultum se receperunt.

X. Excusat se Maximinus.

Postea, cum anno præterito, prospero itinere Nicomediam proficiscerer, ibique commorarer, cives ejus civitatis simul cum deorum statuis ad me veniunt, maioremque in modum contendunt, ut Christiana gens nullo modo in ipsorum patria habitare permitteretur. Cæterum simulatque complures ejus religionis viros in illis partibus domicilia sua habere perspexeram, sic illis responsum dedi: Eorum petitionem mihi pergratam esse; sed me non intellexisse, illud idem ab omnibus postulari. Quod si qui essent, qui in illa superstitione perstare vellent, ita cuique pro suo arbitratu in instituto proposito persistendi libertatem permisi; & si sponte sua etiam deorum religionem amplexari in animum inducerent, non equidem inficiatus sum. Et sicut benignum responsum Nicomediæ civibus dedi, sic cæteris civitatibus, quæ adeo enixe idem a me contendissent, nempe, ut nullus Christianus eorum civitates incoleret, necesse habui humanitus respondere; propterea, quod idem istud cum antiqui Imperatores omnes observassent; tum ipsis diis, quorum providentia omnes homines, omnesque Respublicæ gubernantur, visum esset, ut ejusmodi petitionem, quam pro religione, & cultu divini eorum numinis ad me retulerant lubens admitterem.

XI. Ut secure ubique degere liceat Christianis.

*Quapropter licet tuæ in primis æquitati ante hoc tempus a me per litteras significatum sit, perque mandata similiter imperatum, ut Judices contra provinciales, qui Christianam gentem apud se retinere, & incolumes servare nitantur, nihil acriter, & acerbe statuant, sed toleranter, & placide eos ferant; tamen ne vel a Beneficiariis *, vel ab aliis quibuscumque contumelias, injurias, aut molestias perturbationes pati cogantur; his etiam litteris tuam animi magnitudinem, & gravitatem admonere, consentaneum putavi, ut leni potius sermone, & cohortatione benigna nostros provinciales ad deorum curam ac religionem agnoscendum impellas. Unde si quis sua quadam animi inductione deorum cultum agnoscendum existimet, hunc libenter admittere convenit; sin nonnulli suam propriam religionem sequi velint, eorum arbitrio, & potestati liberum relinquas velim. Quocirca tua æquitas, quod tibi concreditum est, sedulo observare debet; & nemini facultas permittatur provinciales nostros contumelia, vel modestia divexandi, quandoquidem (ut supra scripsi) liberali admonitione potius, & blanda sermonis suavitate eos ad deorum venerationem, & observantiam revocare par est. Atque quo ipsum nostrum mandatum in cognitionem omnium nostrorum provincialium veniat; edicto abs te edito, quod imperatum est, divulgare debes:* Hucusque ad Sabinum litteræ; sed subdit Eusebius.

XII. Christiani adhuc timent.

Ut primum ista Maximinus necessitate coactus, non sua ductus voluntate, jusserat; deinceps propter veteratoriam, & falso mentitam sententiam, quam antea post parem nobis concessam libertatem ostendisset, apud nonnullos nec verus, nec fide dignus habitus est. Ideirco nemo nostrum aut conventus cogere, aut se in aperto, & omnium oculos collocare audebat. Nam in ejus litteris de hac re nulla facta est mentio; sed illud solum in ipsis mandabatur, ne quisquam nobis quicquam facesseret negotii; conventus autem agere, templa exædificare, aut aliud quippiam eorum, quæ nobis in more posita sunt transigere, ejus litteræ neutiquam permiserunt. Et quamquam pacis, & pietatis auctores Constantinus, & Licinius ad eum litteras dederant, ut nobis hæc omnino peragendi liberam faceret potestatem, & omnibus suis subjectis per leges, & decreta idem concesserant; tamen sceleratissimus ille,

PAGIUS missa est, quam Baronius hoc anno recitat, quemadmodum & *Maximini* epistolam ad *Sabinum* Prætorii sui Præfectum. Verum, ut anno præcedenti ostendimus, edictum quidem illud, quod apud Eusebium lib. 10. cap. 5. legitur, hoc anno datum; sed epistola ad Sabinum anno præcedenti scripta, postquam *Constantinus* & *Licinius* eo anno aliam Legem, quæ periit, in favorem Christianorum emisissent. At Baronius, qui unam tantum Legem a Constantino datam existimabat, epistolam *Maximini*, quæ ad præcedentem annum pertinet, quæque priori Legi subjungenda erat, post secundam recitavit. Hæc ergo secunda Lex prioris quædam explicatio fuit:

PAGIUS fuit: quippe in prima quædam verba erant, quibus Gentiles, Novatiani, Montanistæ, & aliqui alii valde offendebantur, quod in ea Hæretici vocarentur. Quare *Constantinus* coactus fuit hac secunda Lege mentem suam ac sententiam explicare, ne Gentiles prohibitum aut improbatum ab ipso Deorum cultum quererentur. Omnibus igitur liberam colendi numinis facultatem a se concessum esse profitetur *Constantinus*: ita ut unusquisque pro arbitrio quamcumque velit sectam ac Religionem sequatur, ut pluribus Valesius in Notis demonstrat. Porro *Maximinum* præsenti anno interiisse, anno sequenti adversus Baronium ostendemus. Baron. an. CCCXIV. num. VIII.

A num.

ille, si non divina ultione eo detrusus fuisset, & ad extremum invito animo ad idem largiendum compulsus, numquam ei assentiri in animum induxisset: Hæc Eusebius. Quænam autem causa intercesserit, ut idem Maximinus plenissimum posthac edictum pro Christianis dederit, dicemus anno sequenti, quo editum fuisse constat; nam anno inter lapso post recitatas nuper ad Sabinum litteras id fieri contigit.

XIII. Constantinus quid in Germania.

His igitur quam celerrime rebus confectis, Constantinus (quod in procinctu esset ad rebellantes Germanos comprimendos) Mediolano cum exercitu recedens, se cum eo hostibus præsentavit; quos primo sui aspectu non solum repressit, sed militari arte eos delusos vicit atque subegit; hæc quidem in Panegyrica oratoris Gallicani oratione (a nullo enim alio auctore hæc commendata memoriæ reperiuntur) his verbis narrantur (*a*): *Illico obvius affuisti, & præsentia tua ne auderet transitum Rheni, terruisti; etiam videbaris rem votis tuis fecisse contrariam, quod inhibita eruptione non foret materia victoriæ. Sed inopinato consilio usus (abeundo enim simulato nuncio majoris in superiore limite tumultus) occasionem stolidis ac ferinis mentibus obtulisti in nostra veniendi, relictis in occulto ducibus, qui securos adorirentur. Quo cum venisset, consilium tuum sequitur fortuna; toto Rheni alveo oppleto navibus devectus, terras eorum ac domos mœstas lugentesque populatus es; tantamque cladem vastitatemque perjuræ genti intulisti, ut vix post illud nomen habitura sit*: Hæc auctor. Sic itaque Constantinus virtute Cruci, cui solum fidebat, perdifficile bellum per paucisdiebus felicissime absolvit, adeoque barbaras illas nationes compressit, ut rebellare ulterius non præsumpserint. Sicque Romanum Imperium sibi subjectum anni unius ferme spatio a tyrannide Maxentii, & barbarico furore quietum per omnia, atque pacatum reddidit.

(*a*) Panegyric. 2. Constantini.

XIV. Sæculares ludi a Constantino contempti.

Constantinus igitur, quod in dies magis magisque in Christianæ religionis cultu proficeret; ab iis, quæ essent Gentilitiæ superstitionis, officiis procul abhorruit; quamobrem Sæculares ludos ab aliis cupide expectatos, & celebri apparatu peragi solitos, cum se æqua annorum periodo Urbi redderent, prorsus despexit, atque celebrare contempsit; quod Gentilibus magno mœrori fuit, cum dicerent illos ad pestes, morbos, luesque sanandas, bellaque avertenda fuisse divinitus institutos, & in eam diem solemnissime celebratos quique essent carminibus Sybillinis præscripti, ac veluti fatales Urbi concessi; nam post ritus, & sacrificiorum diversa genera reserata, erant in iisdem oraculis hi versus in fine conscripti (*b*):

(*b*) Apud Zosim. l. 2.

Itala sic tellus omnis, telluſque Latina Æternum tua sceptra colet, tua jussa capesset.

XV. Zosimi in scribendo consilium.

His ergo a Christiano Imperatore spretis, visum est illis omen casuri Romani Imperii; quamobrem hæc Zosimus Ethnicus: *Verum* (inquit) *Constantino, & Licinio tertium Cons. cen:um, & decem annorum spatium completum fuit, quo jam ludos consueto more celebratos oportuit. Eo neglecto, ad infelicitatem illam res prolabi necesse fuit, quæ hoc tempore nos urget*: Hæc ipse consueto gentilium more (quod sæpe factum vidimus) qui cunctas clades deorum contemptoribus Christianis acceptas ferebant; quod cum Ethnici omnes in Christianis procaciter jactare solerent, Zosimus ipse id propensius ac petulantius præstitit, cum nullam prorsus aliam scribendæ historiæ inierit rationem, quam ut doceret, culpa Christianorum Romanum Imperium esse collapsum. Ipse enim sui ipsius instituti rationem dum affert, hæc ait (*c*): *Cum enim Polybius exposuerit, quo pacto Imperium perexiguo tempore Romani acquisierint; ego quo pacto temporis non magno spatio suis delictis idem perdiderint, indicaturus sum*. Id ergo ipse consilium cum iniisset, rem tantam, ut ab omnium malorum causa atque principio, a prætermissis a Constantino Sæcularibus ludis auspicatur, & in Constantinum ipsum, veluti malorum omnium auctorem calumnias aggerat, & exaggerat. Semel enim eo affectu imbuto animo (quod prudens historicus in primis cavere debet) magnum intulit historicæ veritati detrimentum.

(*c*) Idem lib. 2.

XVI. Auctoris consilium.

Quod vero nostrarum partium est, veritatem omni ex parte constantem, probatam, testatamque, & in omnibus sartam tectam, e tenebris vendicatam in apertissimam lucem restituere; sic Constantini res gestas prosequemur, ut non Apologiam pro ipso in omnibus elaboremus, cunctaque ab eo edita commendare, atque etiam perperam gesta excusare

PAGIUS III. Victoriæ Constantini.

A num. XIII. ad XVIII. *Constantinus* Mediolano digressus, in Galliam & ad inferiorem Germaniæ limitem, ubi *Treveris*, reversus est, Francorum & barbarorum ad Rhenum transitum inhibuit, repressitque, ut testatur Auctor incertus Panegyrici Constantino dicti cap. 21. ubi Maxentiana cæde narrata ait: *Non fessus præliis & expletus victoriis, ut natura fert, otio te & quieti dedisti, sed eodem impetu, quo redieras in Gallias tuas, perrexisti ad inferiorem Germaniæ limitem; magna scilicet intercapedine temporis, ac brevi locorum distantia: post annuam ex-*

pe-

re atque probare velimus, ut privatus affectus nos in sinuosos impellat anfractus; sed recto tramite via regia ac libera incedentes, prævia veritate, quæ ipsa ingerit, quæ sola monet ac docet, nostris scriptis tantummodo complectemur. Cesset igitur de Sæcularibus ludis a Constantino neglectis Zosimi querela, dum constat sæcula illa, quibus sunt celebrati, nec peste, vel lue, aut aliis casibus adversis caruisse. Sed quam bene postea accidit, ut cum Gentilium improbitate, ab Honorio Christiano Imperatore id extorquentium, sunt iidem iterum restituti, & Romæ celebrati (*a*) sexto ejusdem Principis Consulatu, tantam incolumitatem Urbi præstiterint, ut post sexennium ea caperetur atque diriperetur a Gothis sub Alarico duce! cum e contra præsens sæculum, quod ludis caruit Sæcularibus, Urbi fuerit felicissimum tot tyrannis extinctis, ac barbaris debellatis.

(*a*) Pavin. lib. de ludis Secularibus.

(*b*) Plin. in præfatione.

At jam missis his, reliqua anni præsentis acta ordine prosequamur; nec enim licet, ex sententia Plinii (*b*), diutius cum larvis inire certamen.

XVII. Falsum oraculum & calumnia Gentilium.

Tanta pace, Christi gratia, Orbe tranquillato, tanta gloria ejus Ecclesia aucta, atque adeo immensa claritudine illustrata; plane accidit, ut Gentiles invidia tabescentes, quo solatio aliquo lenirent de Christianorum ingenti gaudio conceptum mærorem & animorum acerbitatem, novum oraculum confixerint, atque ore omnium diffamarint, Græcis quibusdam compositis versibus præcinentes, Christianam religionem trecentis & sexagintaquinque annis tantummodo duraturam, quorum trecenti & tredecim jam prope præter lapsi essent. Rursumque videntes Christi divinitatem adeo altas fixisse radices in cordibus credentium omnium, ut ejus nomen convelli posse penitus desperarent; cernentesque Romæ potissimum Petri Apostoli, qui sedem ibi locasset, gloriam mirifice prædicari; in eum blasphemias converterunt, dicentes ipsum fuisse magum, atque magicis disciplinis sibi æstimationem maximam comparasse. Meminit horum omnium S. Augustinus (*c*) in commentariis de civita- (*c*) August. de te Dei, dum ait: *Cum enim viderent, nec tot tantisque persecutionibus eam* (nempe Christianam religionem) *posse consumi, sed de his potius mira incrementa sumpsisse; excogitaverunt nescio quos versus Græcos, tamquam consulenti cuidam divino oraculo effusos; ubi Christum quidem ab hujus tamquam sacrilegii crimine faciunt innocentem, Petrum autem maleficia fecisse subjungunt, ut coleretur Christi nomen per trecentos sexaginta quinque annos; deinde completo memorato numero annorum, sine mora sumeret finem*: Hæc Augustinus, pluribus irridens eos atque subsannans, impletumque demonstrat ac præterlapsum tempus commento fatidicorum præscriptum.

Civit. Dei l. 18. c. 53.

XVIII. Schismaticorum factio.

Sed quod minus posset Gentilium calumniis Diabolus Christianam religionem labefactare, conatus est id præstare studiis factiosorum schismaticorum; ac plane accidit quod est in Proverbiis (*d*): *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti*: Siquidem schismatici Donatistæ in Africa, qui (ut superius dictum est) adversus Cæcilianum Episcopum Carthaginensem superbe nimis & arroganter rebellaverant, & Majorinum pseudoepiscopum in adversum thronum evexerant, atque Africæ, Mauritaniæ, Numidiæque complures Episcopos in eum concitaverant, Conciliaque collegerant, & calumniis exagitaverant, indigne ferentes ipsum uno præsidio niti, nempe Apostolicæ sedis communicatione fulciri, ac proinde omnes intentatos in eum conatus irritos reddi; valentioribus rursus eum impulsibus urgent, conantes primum in eumdem Africæ Proconsulem commovere, ac, si possent, Constantinum etiam concitare. Sed quo hæc gesta sint ordine, deinceps enarremus. Au-

(*d*) Eccles. 10.

PAGIUS *peditionem statim bello auspicatus, a Tyberi ad Rhenum, imo ut omen & similitudo nominis sit & tua, Imperator magnitudo animi pollicetur, a Tusco Albula ad Germanicum Albim prolaturus Imperium*. Hinc igitur, ut observat Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani, Treviris postea datæ ab eo plures Constitutiones, hoc anno mensibus Novembris & Decembris. *Licinius* vero Mediolano *ad Illyricum* reversus est, ut habet Anonymus Valesianus.

IV. *Ludi Sæculares in hunc annum incidebant.*

Porro ex Zosimi verbis a Baronio recitatis Chronologia nostra confirmatur. Ait Zosimus lib. 2. *Constantino & & Licinio tertium Coss. centum & decem annorum tempus integrum aderat, quo jam Ludos* (Seculares) *consueto more celebratos oportuit. Eo vero non observato, ad infelicitatem illam res prolabi necesse fuit, quæ hoc tempore nos urget*. Ultimi Ludi Seculares Chilone & Libone Coss. exhibiti, teste Zosimo ib.

Baron. n. XIV.

idem. Quare cum Consulatus tertius Constantini & Licinii in præsentem annum incidat, Consulatus Chilonis & Libonis nullo modo concurrere potuit cum anno Christi CCVI. cumquo illum Baronius conjunxit; sed cum anno Christi CCIV. omnino copulandus fuit, uti a nobis præstitum: alioquin non anni CX. sed anni dumtaxat CVIII. a Consulatu Chilonis & Libonis ad Consulatum Constantini & Licinii tertium præteriissent. Ex quo liquet, Baronii Chronologiam ante Diocletiani Imperium depravatam esse. Ceterum, *Honorium* Imperatorem Ludos Seculares non restituisse, ostendi in Dissert. Hypatica tam in Prolegomenis n. XI. quam in parte II. pag. 187. Qua de re rursus agetur anno CCCCIV.

V. *Prima Constitutio Constantini.*

A num. XVIII. ad XXX. Hoc annno *Constantinus* primam suam Constitutionem in favorem Ecclesiæ *Mediolano*, ubi eum mense Martio fuisse diximus, ad *Anulinum* Proconsulem Afri-

XIX. Audierant Donatistæ ex scriptis ad Anulinum Proconsulem litteris Constantini, ipsum erga Cæcilianum esse propensiorem; nec sibi sperandum, Imperatore ei propitio, negotium illi facessere, & de sede Carthaginensi, quod alias sæpe sed frustra tentassent, exturbare posse; quamobrem interpellant eumdem Anulinum Proconsulem in magistratu adhuc permanentem, ut suos quos scripserant adversus Cæcilianum ad Constantinum libellos mittat; quod ille præstitit; deque his omnibus ipsum Constantinum in Galliis agentem, scriptis ad eum litteris, reddidit certiorem. Extant ipsæ adhuc intextæ in epistola Hipponensium (*a*) ad Januarium primæ sedis Numidiæ ætate longævum Episcopum Donatistarum, quem provocant ad ea quæ adversus primos auctores schismatis, Constantini tempore, apud transmarinos Episcopos transacta sunt, incipientes a dicta Anulini ad Imperatorem facta relatione, sic ejus narrationis exordio hominem compellantes: *Cum sis in tam grandi constitutus ætate, arbitramur te optime nosse, quod pars Donati, quæ primo apud Carthaginem pars Majorini dicebatur, ultro accusavit Cæcilianum tunc Episcopum Ecclesiæ Carthaginensis apud Imperatorem illum antiquum Constantinum. Sed ne forte aut oblita hoc sit gravitas tua, aut te nosse dissimules, aut etiam (quod non putamus) forsitan nescias; exemplum relationis tunc Anulini Proconsulis, quem pars Majorini tunc interpellavit, ut ea crimina, quæ objiciebat Cæciliano, ad memoratum Imperatorem ab eodem Proconsule mitterentur, his nostris litteris inseruimus.*

(*a*) *Augustin. epist.* 68.

XX. Relatio Anulini ad Constantinum.

Anulinus nunc Proconsul Africæ.

Scripta cœlestia majestatis vestræ accepta atque adorata, Cæciliano, & his qui subeodem agunt, quique clerici appellantur, devotio parvitatis meæ insinuare curavit, eosdemque hortata est, ut unitate consensu omnium facta, cum omni omnino munere indulgentiæ majestatis vestræ liberati esse videantur Catholici, custodita sanctitate legis, debita reverentia divinis rebus inserviant. Verum post paucos dies extiterunt quidam, adunata secum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent; quique fasciculum in aluta signatum, & libellum sine signo obtulerunt dicationi meæ; atque impendio postularunt, ut ad sacrum, & venerabilem Comitatum nominis vestri dirigerem; quæ manente Cæciliano in statu suo, subjectis eorumdem Actis, quo cuncta majestas vestra possit dignoscere, parvitas mea dirigere curavit: Hucusque Anulini litteræ ad Constantinum.

XXI. Donatistarum libelli ad Imp.

Missorum autem libellorum tituli tantum in eadem ad Januarium epistola Hipponensium leguntur in hæc verba:

TRANSMISSI *libelli duo, unus in aluta subscriptus ita:* LIBELLUS ECCLESIÆ CATHOLICÆ CRIMINUM CÆCILIANI TRADITUS A PARTE MAJORINI. *Item alius sine sigillo cohærens eidem alutæ, datus die decimoseptimo Kal. Majas Carthagine, domino nostro Constantino Augusto tertium Cons.* Hæc ibi. Sed quod pertinet ad alutam, quam dicit continuisse libellos; erat ex pelle factus sacculus, seu marsupium, quo clauderentur scripta, quæ longius mittenda essent, ut ab aqua servarentur illæsa. Sed de aluta, alutamento, & alutario plura Grammatici. At non satis fuit Donatistis, ejusmodi libellis per Anulinum Proconsulem missis interpellare Constantinum Imperatorem, sed & ipsi una navigaverunt, ubi ille erat, in Gallias. Quinam hi fuerint, & libellum supplicem, quem Constantino obtulerunt, Optatus Milevitanus recenset his verbis (*b*): *Majores vestri, Lucianus, Dignus, Nassutius, Capito, Fidentius, & cæteri Imperatorem Constantinum, harum rerum adhuc ignarum, his precibus rogaverunt, quarum exemplum infrascriptum est: Rogamus te, o Constantine optime Imperator, quoniam de genere justo es; cujus Pater inter cæteros Imperatores persecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis est Gallia; nam in Africa inter nos, & cæteros Episcopos contentiones sunt; petimus, ut de Gallia nobis judices dari præcipiat pietas tua. Datæ a Luciano, Digno, Nassutio, Capitone, Fidentio, & cæteris Episcopis partis Donati. Quibus lectis, Constantinus pleno livore respondit; in qua responsione, & eorum preces protulit *, dum ait: Petitis a me in sæculo judicium, cum ego ipse Christi judicium expectem. Et tamen dati sunt judices Maternus ex Agrippina civitate, Rhe-*

(*b*) Optat. Milevit. contra Parmen. l. I.

* prodidit

Rheticius ab Augustoduno civitate, Marinus Arelatensis: Hæc de Constantini decreto Optatus.

XXII. Constantinus defert judicium Melchiadi & collegis.

At licet invitus hos Judices dederit; quippe qui Christi judicio se esse subjectum intelligens, indignum existimavit illorum, qui Christi vice funguntur, judicium per se, vel per alios agitare; tamen cum ipse, quod adhuc in fide rudis esset, judiciorum Ecclesiasticorum ordinem ignoraret, tres illos Gallicanos Episcopos judices petitos elegit; sentiens vero postea judicia Episcoporum ex divinæ legis præscripto (quod ipse testatur scribens post hæc ad Melchiadem) absque primariæ sedis Antistite nefas esse cognosci, ad eumdem Melchiadem Romanum Pontificem causam defert; qui præsentibus tribus illis, quos elegerat, aliisque comprovincialibus in Italia Episcopis, Cæciliani causam pertractet. Dum hæc a Constantino decernuntur, aliæ rursum ab eodem Anulino Africæ Proconsule allatæ sunt litteræ de dissidiis inter Catholicos atque schismaticos in dies magis increbrescentibus; ad quæ componenda necesse esset, legitimam formam servare judicii; nempe ut præsens adsit reus, qui suam causam dicat præsentibus accusatoribus; quamobrem ex Anulini litteris visum est Constantino curare, ut Cæcilianus una cum decem Episcopis suarum partium Romam, apud Melchiadem aliosque Episcopos convocatos judicium experturus, se conferret, totidemque ex schismaticis Donatistis eodem adventarent.

XXIII. His omnibus hunc in modum a Constantino institutis, de futuro Romæ judicio litteras dedit ad Melchiadem Romanum Pontificem, & Marcum, ut in hæc verba præfefert epistolæ titulus (*a*):

(*a*) *Euseb. l.* 10. *c.* 5.

* Miltiadi

Constantinus Augustus Melchiadi * *Episcopo Romano, & Marco S.* Quisnam autem fuerit iste Marcus, ad quem eamdem Imperator, quam ad Melchiadem scribit epistolam, hactenus nobis incompertum est. Sed ex quo Marci nomen non recensetur ab Optato inter Episcopos, qui vocati ab Imperatore præsentes fuerunt Romanæ Synodo, cujus rei gratia hanc ipse Constantinus scribit epistolam; vehemens suspicio est; textum esse depravatum apud Eusebium, ut ὦ μακρῷ loco ἱεραρχῇ (quæ vox Melchiadis titulum demonstraret) sit errore positum; nam facili mutatione ἱεραρχῷ aliquis potuit scripsisse, unde postea facile ᾧ μακρῷ irrepserit, sicque fuerit titulus hujus epistolæ: *Constantinus Augustus Melchiadi episcopo Romano Hierarchæ.* Sed reddamus hic ex Eusebio ipsam epistolam; sic enim habet:

Constantini epistola ad Melchiadem Papam.

XXIV. *Quoniam hujusmodi litteræ complures ab Anilino * clarissimo Africæ Proconsule ad me missæ sunt, in quibus constat, Cæcilianum Episcopum Civitatis Carthaginensium a quibusdam collegiis suis in Africa ordinatis Episcopis, multis de rebus in crimen vocari; & illud mihi permolestum videtur, ut in his Provinciis, quas divina providentia ultro ac sua sponte sub meum subjunxerit Imperium, & in illis locis, in quibus crebra hominum frequentia versatur, non modo multitudo ad deteriora deflectat, & distrahatur dissidiis, sed Episcopi etiam discordiam inter se ipsi exerceant: Visum est mihi, ut idem Cæcilianus cum decem Episcopis, qui illum reum facere videantur, & decem aliis, quos ipse suæ litis dijudicationi necessarios existimaverit, Romam navigio trajiciat; ut ibi coram vobis, & Rheticio etiam, & Materno, & Marino collegis vestris, quos ea de causa Romam maturare jusserim, possit audiri, sicut sanctissima Dei lex (ut nostis) postulat. Atque ut de omnibus hisce plenissimam accuratissimamque notitiam possitis habere, exemplaria litterarum ad me ab Anilino missarum, litteris meis subscripta, adversus prædictos collegas misi; quas cum vestra gravitas perlegerit, exquisite ponderabit quomodo, quave ratione lis illa, quam supra diximus, diligentissime rectissimeque dirimatur, & ex juris præscripto tandem aliquando absolvatur: quandoquidem illud vestrum studium minime latet me tantam reverentiam sanctæ, & Catholicæ Ecclesiæ tribuere, ut velim vos nullum generare schisma, nullam discordiam ullo in loco omnino relinquere. Summa magni Dei majestas vos, honoratissimi viri, multos annos conservet.* Hucusque Constantini epistola, quam Eusebius (*b*) recitat.

* Anulino De Cæciliani causa.

(*b*) *Euseb. l.* 10. *c.* 5.

XXV. Concilium Romæ habitum.

Quid autem in Synodo Romæ actum sit coram Melchiade atque aliis convocatis Episcopis, quave die & loco fuerit ejusmodi Concilium celebratum, Optatus Milevitanus narrat his verbis (*c*): *Ad Urbem Romam ventum est ab iis tribus Gallis, & aliis quindecim Italis. Non nominantur decem illi, qui cum Cæciliano venire jussi essent, nec ipse Cæ-*

(*c*) *Optat. lib.* 1.

PAGIUS

sai in favorem Ecclesiæ

Baron. an. CCCXII. n. LXXXIX.

Africæ emisit pro Cæciliano & Clericis ejus, quam refert Eusebius lib. 10. cap. 7. cujus hic titulus: *Exemplum epistolæ Imperatoris Constantini, qua cunctos Ecclesiarum Præsides ab omnibus publicis functionibus immunes esse præcipit.* Eam recitat Baronius anno præcedenti, sed loco non suo. Ejus etiam meminit *Anulinus* in relatione sua ad Constantinum, quæ extat apud Augustinum epistola LXVIII. ad Januarium juxta antiquum ordinem, & in Actis Collationis Carthaginensis die III. num. CCXVI. & CCXX. quam etiam indicat ipse *Constantinus* Lege 1. Cod. Theodos. *De Episcopis*, data hoc anno pridie Kalendas Novembris. Post paucos dies quam *Anulinus* eam Constitutionem seu epistolam Constantini Cæciliano & Clericis sub eo constitutis insinuavit, *Donatista* livore moti libellos obtulere Carthagine, *Anulino XVII. Kalendis Maiis*, quibus huic immunitati intercedebant, Ecclesiæque Catholicæ nomen sibi vindicabant. Quos libellos *Anulinus*, manente Cæciliano in statu suo, ad Constantinum direxit, ut docet Anulini

PAGIUS

lini relatio apud Augustinum in epistola laudata, cujus relationis & ipse *Constantinus* meminit in epistola ad Miltiadem, & Marcum apud Eusebium lib. 10. cap. 5.

VI. Mense Octobri Synodus ad libellum seu preces Donatistarum Romæ Constantini jussu habita fuit VI. Nonas Octobris inter Cæcilianum & Donatistas, ubi *Donatus* damnatus & *Cæcilianus* innocens pronuntiatus est, teste Optato libro 1. cap. 10. Augustino lib. post Collationem Donatistar. capite 33. & epist. CLII. juxta veterem ordinem & alibi. Extremo jam die ejusdem mensis Octobris lata Lex prima Codicis Theodosiani *De episcopis*, qua *Constantinus* immunitatem illam Clericorum Catholicorum confirmat adversus Hæreticorum Donatistarum factionem. Ita recte Gothofredus in Commentario ejusdem Legis. Eam vero epistolam Constantini de immunitate ad Anulinum

Synodus Rom. in qua ea constitutio confirmatur.

Cæcilianus; minus vero totidem illi ex parte Donatistarum accersiti Episcopi, eo quod non sederint, ut Judices, sed illi se habuerint, ut defensores; isti autem, ut accusatores. Tum subdit: *Convenerunt in domum Faustæ in Laterano, Constantino, & Licinio tertium Coss. sexto Nonas Octobris, die sexta feria: Cum consedissent Miltiades Episcopus urbis Romæ, & Rheticius, & Maternus, & Marinus Episcopi Gallicani, & Merocles* * *a Mediolano, Florianus a Cæsena; Zoticus a Quintiano, Stemnius ab Arimino, Felix a Florentia Tuscorum, Gaudentius a Pisis, Constantius a Faventia, Proterius a Capua, Theophilus a Benevento, Savinus a Tarracina, Secundus a Prænestе, Felix a Tribus Tabernis, Maximus ab Ostia, Evandrus ab Ursino, Domitianus a Foro Claudii.* Loca hæc omnia nota sunt; sed pro Ursino, fortasse, Urbino, legendum erit, vel Ursentino civitate in Lucania posita a Plinio. Quod vero spectat ad ea quæ tractanda posita sunt; sicut a Donatistis Cæcilianus reus est constitutus, ita pariter Donatus, a Cassisnigris dictus, ejus factionis primus auctor, a Catholicis qui stabant a parte Cæciliani, accusatus est. Quid autem in Synodo actum sit, Optatus institutam prosecutus orationem sic tradit:

*Mirocles

XXVI. Donatus judicatur, Cæcilianus absolvitur.

His decem, & novem confidentibus Episcopis, causa Donati, & Cæciliani in medium missa est a singulis. In Donatum hæ sunt sententiæ latæ: QUOD confessus sit se rebaptizasse, & Episcopis lapsis manum imposuisse, quod ab Ecclesia alienum est: reliqua hujus sententiæ desunt verba. Sed prosequitur hæc Optatus de causa Cæciliani: *Testes inducti a Donato, confessi sunt se non habere, quod in Cæcilianum dicerent. Cæcilianus omnium supra memoratorum sententiis innocens est pronunciatus, etiam Miltiadis sententia, qua judicium clausum est his verbis: CUM constiterit, Cæcilianum ab iis qui cum Donato venerunt juxta professionem suam non accusari; nec a Donato convictum esse in aliqua parte constiterit; suæ communioni Ecclesiasticæ integro statu retinendum merito esse censeo.* Hac ergo Romani Pontificis sententia causa est terminata damnato Donato, & Cæciliano penitus absoluto. *Sufficit ergo* (inquit Optatus) *& Donatum tot sententiis esse percussum, & Cæcilianum tanto judicio esse purgatum.*

XXVII.

Porro hæc omnia, quæ judicium præcesserunt, & judicio Synodali coram Melchiade sunt definita, in perpetuis servata sunt Actorum Ecclesiasticorum monumentis, eademque deinde in magna illa inter utramque partem facta postea Collatione singillatim sunt recitata, ut S. Augustinus testatur, sic dicens (*a*): *Quinto ergo loco hæc acta sunt. Recitatæ sunt duæ relationes Anulini Proconsulis ad Constantinum Imperatorem; una, quæ jam superius erat recitata, quæ ostendit majores Donatistarum, id est, de parte Majorini, dedisse sibi chartas criminum Cæciliani, & postulasse Constantino mittendas, seque illas memorato Imperatori misisse; altera autem, qua ostendit, ex ejusdem Imperatoris jussione, denos ex utraque parte ad agendam causam, ut mitterent eos, se convenisse, atque illos promisisse facturos. Tum deinde lectæ sunt etiam litteræ supradicti Imperatoris ad Episcopos datæ, ubi eis causam Cæciliani injunxit audiendam. Atque inde ex ordine legi cœpit etiam Episcopale judicium Melchiadis Romani Episcopi, & aliorum Episcoporum in eadem urbe Roma factum; cujus judicii prima parte, id est, Gestis primi diei recitatis, ubi accusatores Cæciliani, qui missi fuerant, negaverunt se habere, quod in eum dicerent; ubi etiam Donatus a Cassisnigris in præsenti convictus est, adhuc diacono Cæciliano, schisma fecisse Carthagine; de Carthaginis enim schismate exorta est adversus Ecclesiam Catholicam pars Donati; ubi etiam promiserunt iidem adversarii Cæciliani, alio die se præsentaturos, quos causæ necessarios subtraxisse arguebantur; & hoc mentiti ulterius ad judicium accedere noluerunt:* Hucusque de Actis Synodi sub Melchiade in Collatione recitatis Augustinus.

(*a*) *Aug. in brevic. Collat. die 3. c. 12.*

De actis Synodi.

XXVIII.

Cum ergo hæc ex publicis Actis, & Optati Milevitani testificatione liquido constet gesta esse coram Melchiade Papa; plane corrigendum est, quod apud S. Hieronymum (*b*) legitur de Rheticio Episcopo Augustodunensi, Romam esse missum a Constantino ob causam Montensium (nempe Donatistarum) sub Silvestro Romano Pontifice; irrepsit enim error (quonam pacto, nescimus) ut pro Melchia-

(*b*) *Hier. ep. 133.*

De Rheticio Episc. Augustodunensi.

PAGIUS num missam esse hoc anno circa mensem Aprilem, liquet ex ea Augustini ad Januarium epistola, in qua Anulinus ait, *post paucos dies* quam eam accepit, extitisse quosdam, qui Cæciliano contradixerint, & libellum obtulerint, Qui libellus dicitur in eadem epistola, *datus die XVII. Kalendas Maias Carthagine, Domino nostro Constantino Augusto tertium Cos.* Quare ea de immunitate epistola mense circiter Aprili hujus anni in Africam pervenit, & non bene in Annalibus anno præcedenti recitata.

Valesius in notis ad librum 10. Eusebii cap. 8. ait: *Baronius mendosum esse existimat Eusebii textum, & pro verbis, καὶ Μάρκῳ, scribendum esse, ἱερεῖ κῃ. Verum hæc emendatio, quod pace tanti Viri dictum sit, ferri non potest. Cum enim Miltiades vocatus sit Episcopus urbis Romæ, superfluum est addere ἱερεῖ κῃ. Adde quod ea vox insolens est & affectata; cum tamen titulus ac digni-*

VII. *Marcus Presbyter Synodo Romanæ interest.* Baron. n. XXIX.

chiade Silvester positus habeatur. Laudat alibi eumdem ipse Hieronymus (*a*), atque celebris famæ fuisse Episcopum, scripsisseque Commentarios in Cantica Canticorum, & aliud grande volumen adversus Novatianum. De eodem quoque S. Augustinus agens contra Julianum Pelagianum, hæc ait (*b*): *Rheticium ab Augustoduno Episcopum magnæ fuisse auctoritatis in Ecclesia tempore Episcopatus sui, Gesta illa Ecclesiastica nobis indicant, quando in urbe Romana, Melchiade Apostolicæ sedis Episcopo sedente, cum aliis Judex interfuit, Donatumque damnavit, qui prior auctor Donatistarum schismatis fuit; & Cæcilianum Episcopum Ecclesiæ Carthaginensis absolvit. Is cum de baptismo ageret, &c.*

(*a*) *Hier. de Script. Eccles. in Rheticio.*

(*b*) *Aug. contra Julianum l. 1. c. 3.*

XXIX.

Quantum autem Melchiades laborarit, ut Donatistæ, qui Majorino favebant, Catholicæ unirentur Ecclesiæ, S. Augustinus ejus hac de re sententiam mirifice laudans, scribens ad Donatistarum Episcopos, hæc ait (*c*): *Qualis ipsius beati Melchiadis ultima est prolata sententia, quam innocens, quam integra, quam provida atque pacifica, qua neque collegas, in quibus nihil constiterat, de collegio suo ausus est removere; & Donato solo, quem totius mali principem invenerat, maxime culpato, sanitatis recuperandæ optionem liberam ceteris fecit, paratus communicatorias litteras mittere etiam iis, quos a Majorino ordinatos esse constaret; ita ut quibuscumque locis duo essent Episcopi, quos dissensio geminasset, eum confirmari vellet qui fuisset ordinatus prior, alteri autem eorum plebs alia regenda provideretur. O virum optimum! o filium Christianæ pacis & patrem Christianæ plebis:* Hæc de Melchiade Augustinus, qui patrem Christianæ plebis Melchiadem nominat eo sensu, quo eadem epistola superius dixerat, in Romana Ecclesia semper viguisse Apostolicæ Cathedræ principatum, cujus tantummodo facultatis esset de Episcoporum sedibus eo modo transigere.

(*c*) *Aug. ep. 162.*

Melchiadis Papæ sententia.

XXX.

At quod moris est hæreticorum atque schismaticorum, pacem odisse, tam opportunas, tamque optandas, si mentis sanæ fuissent, pacis conditiones illi penitus contempserunt, redditique sunt aliena clementia duriores, & tanta ejus facilitate magis illiberales atque protervi; sed &, quod est in Psalmis (*d*): *Furor illorum sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, ne exaudiat vocem incantantis sapienter*, acriori obstinatione recruduit, & ab omni pacis conditione penitus resilivit; nulla namque habita juris, vel recte facti ratione, a Melchiadis & collegarum Episcoporum judicio insolenter ad Constantinum Imperatorem appellant. Prosecutus est eam appellationem Donatus signifer impietatis, nomine omnium; cujus voces Constantinus exhorruit, ut de eo Optatus scribit, cum ait (*e*): *Et tamen Donatus appellandum esse ab Episcopis credidit; ad quam appellationem Constantinus Imperator sic respondit: O rabida furoris audacia! sicut in causis Gentilium fieri solet, appellationem interposuerunt.* Quod autem Optatus in hac prima Donatistarum appellatione, ea verba a Constantino prolata testetur, hic ipsa describenda epistola est ejusdem Constantini ad Episcopos scribentis, in qua ejusdem sententiæ mentio habetur, sic enim se habet (*f*):

(*d*) *Psal. 57.* Donatist. appellant ad Constantinum.

(*e*) *Optat. contra Parmen. l. 1.*

(*f*) *Extat in Appendice ad Optatum Parisiis novissime editum ex bibliotheca D. Petri Pithæi.*

XXXI. Epist. Constantini ad Episcopos Catholicos.

Constantinus Augustus episcopis Catholicis, carissimis fratribus salutem.

Æterna religiosa, & incomprehensibilis pietas Dei nostri nequaquam permittit humanam conditionem diutius in tenebris obrerare; neque patitur exosas quorumdam voluntates usque in tantum pervadere, ut non suis præclarissimis luminibus denuo pandens iter salutare, eas det ad regulam justitiæ converti. Habeo quippe cognitum multis exemplis; hæc eadem ex me ipso metior. Fuerunt enim in me primitus, quæ justitia carere videbantur; nec ullam putabam videre supernam potentiam, quæ intra secreti mei pectora gereret. Equidem hæc (ut dixi) æquam fortunam debuerunt sortiri, scilicet omnibus malis redundantem. Sed Deus omnipotens in cælis per sæcula vosideus, tribuit, quod non merebar. Certo jam neque dici, neque enumerari possunt ea, quæ cælesti sua in me famulum suum benevolentia concessit, sanctissimi Antistites Christi Salvatoris, fratres carissimi.

Gaudeo igitur equidem specialiter; gaudeo, quod tandem, habita justissima di-

XXXII.

PAGIUS *dignitas cujusque usitato vocabulo exprimatur. Rejecta itaque Baronii conjectura, existimo, Marcum hic esse Presbyterum Ecclesiæ Romanæ, quem una cum Miltiade interesse huic Synodo voluit Constantinus. Hic est, ut opinor, Marcus, qui post Sylvestrum Papam Episcopatum urbis Romæ gessit.* Ita Valesius, cujus conjectura valde probabilis, præsertim cum Auctor Synodici tradat, Synodum Romæ convocatam fuisse a Miltiade sanctissimo PP. & Marco; Miltiadi Marcum adjungens, perinde ac in epistola Constantini utrumque junctim nominari animadverterat, inquit ibidem Valesius.

A num. XXX. ad XLV. Num. *Donatistæ a* Concilio Romano Melchiadis hoc anno celebrato, ad ipsummet Imperatorem, aut ad ad numerosius episcoporum Concilium appellarint, inter Eruditos non convenit. Communis ante Sirmondum sententia fuit, *Donatum* cum suis a Synodo Romana appellasse, *ad quam appellationem*, inquit Optatus, *Constantinus Imperator sic respondit: O rabida furoris audacia! sicut in causis Gentilium fieri solet, appellationem interposuerunt.* Verum hunc locum mutilum esse primus omnium docuisse videtur Sirmondus

VIII. *Incertum an Donatistæ a Synodo Romana appellarint.*

qui

*judicatione, eos ad meliorem spem fortunamque revocastis, quos malignitas diaboli videbatur a præclarissima luce legis Catholicæ miserabili sua persuasione avertisse. O vere victrix providentia Christi Salvatoris, ut etiam his consuleret, qui jam desciscentes a veritate, quodammodo adversus ipsam arma inducentes, Gentibus se copulaverunt. Quia si vel nunc vera fide voluerint obsequia sanctissimæ legi deferre; intelligere poterunt, quantum sibi nutu Dei sit provisum. Et hoc quidem, sanctissimi fratres, sperabam etiam in eis quibus ingenita est maximæ duritiæ animi, posse reprehendi *; sed non profuit apud eos recta dijudicatio, neque in eorum sensus ingressa est Divinitas propitia. Re vera enim non immerito ab his procul abscesserit Cristi clementia, in quibus manifesta luce claret hujusmodi esse, ut eos etiam a cælesti provisione exosos cernamus; quæ in ipsos tanta vesania perseverat, cum incredibili arrogantia persuadeant sibi, quæ nec dici, nec audiri fas est, desciscentes a recto judicio dato, quo cælesti provisione meum judicium eos comperi postulare; quæ vis malignitatis in eorumdem pectoribus perseveret. Quotiens a me jam ipso improbissimis additionibus suis sunt condigna responsione oppressi? qui utique si hoc ante oculos habere voluissent, minime hoc ipsum interposuissent. Meum judicium postulant, qui ipse judicium Christi expecto. Dico enim (ut se veritas habet) sacerdotum judicium ita debet haberi, ac si ipse Dominus residens judicet. Nihil enim licet his aliud sentire, vel aliud judicare, nisi quod Christi magisterio sunt edocti.*

* deprehendi.

XXXIII. Detestatio procaciæ Donatistarum.

*Quid igitur sentiunt maligni homines, officia (ut vere dixit) Diaboli? Perquirunt secularia, relinquentes cælestia. O rabida furoris audacia! sicut in causis Gentium fieri solet, appellationem interposuerunt. Equidem Gentes minora interdum judicia refugientes, ubi justitia deprehendi potest, magis ad majora judicia, auctoritate interposita, ad appellationem se conferre sunt solitæ. Quid hi detractores legis, qui renuentes cælestе judicium, meum putaverunt postulandum, sic sentire de Christo Salvatore? Ecce jam proditores; ecce sine ulla acriori disquisitione ipsi per semet prodiderunt facinora sua. Quæ ab ipsis sentitur humanitas, qui in ipso Deo immanes prosilierunt? Equidem fratres carissimi, licet hæc in ipsis videantur deprehensa; nihilominus vos, qui Domini Salvatoris sequimini viam, patientiam adhibete, data his adhuc optione, quid putent deligendum; ac si eos in iisdem videritis perseverare, protinus cum his, quos Dominus dignos cultu suo judicavit, proficiscimini, & redite ad proprias sedes, meique mementote, ut mei Salvator noster semper misereatur. Cæterum direxi meos homines, qui eosdem infandos deceptores religionis protinus ad Comitatum meum perducant, ut ibi degant, ibi sibi mortem pes * pervideant. Dedi quoque litteras competentes ad eum qui Vicariam Præfecturam per Africam tuetur, ut quotquot hujus insaniæ similes invenerit, statim eos ad Comitatum meum dirigat; ne ulterius sub tanta claritate Dei nostri ea ab ipsis fiant, quæ maximam iracundiam cælestis providentiæ possint incitare. Incolumes vos Deus omnipotens tribuat votis meis, & vestris per secula, fratres carissimi:* Hactenus epistola Constantini ad Episcopos post judicium Romæ habitum.

* pervideant.

XXXIV. Acta aliqua Synodi Arelatensis.

Accepimus eam una cum aliis ad Arelatense Concilium spectantibus, simulque Acta sub Munatio Felice, repetita sub Zenophilo Proconsule, impartita nobis a Petro Morino Theologo Parisiensi, nobis consuetudine litterarum, & probitate morum conjunctissimo, missa Romam a Petro Pithœo Parisiensi clarissimo J. C. de bonis litteris optime merito, ad Tristanum Guillemierium Pictaviensem J. C. (quotia placuit Valesio in Opusculo de Schismate Donatistarum cap.7. ubi urget, varia esse D. Augustini testimonia, neque ullam appellationis facere mentionem. Inter alia hoc unum profert ex lib.2. contra Literas Petiliani, cap.92. *Si autem, quod verum est, petentibus majoribus vestris Episcopale judicium dederat Constantinus, & apud Romam & apud Arelate, quorum primum apud eum accusastis, ab altero ad eum appellastis* &c. De priore subdit Valesius, eos quidem murmurasse, & conquestos esse, a posteriori autem Concilio provocasse habet Augustinus. Tum Valesius cap.8. testimonium citati Optati erroris arguit aut Librariorum incuria, aut ab ipso Optato commissi, cum exclamatio Constantini de rabida furoris audacia contineatur in rescripto non ad Synodum Arelatensem sed ad Patres Arelatenses, post celebratum ab ipsis Concilium, quomodo ab ipsorum, & non Romanorum Episcoporum judicio appellarant Do-

PAGIUS qui in Notis postumis a Labbæo in Collectione Conciliorum publicatis profert Constantini M. rescriptum, in quo ad hæc verba, *O rabida furoris audacia!* subdit: Hæc est illa Constantini adversus appellationem Donatistarum detestatio, quam innuit Augustinus epist. 162. *Alios*, inquit *apud Arelatem Judices Episcopos dedit, a quibus tamen illi ad ipsum rursum Imperatorem provocare maluerint. Quæ in re illos quemadmodum detestetur, audistis.* Eamdem verbis ipsis commemorat Optatus lib.1. Sed mutilus Optati locus, in quo nulla Synodi Arelatensis fit mentio, nonnullos in fraudem induxit, ut appellationem Donatistarum, ad Synodum Romanam referendam crederent, quæ tribuenda erat Arelatensi. De Synodo Romana murmurasse victos *Donatistas*, illam accusasse ac reprehendisse, de illa questos esse, multis locis docet Augustinus: ab ea provocasse nusquam proditum est, sed ab Arelatensi. Ita Syrmondus, cujus senten-

(quorum omnium meminisse voluimus, ut a viris egregiis egregie ea omnia testata relinquamus.) Ad hunc ipsum etiam datum Indicem legimus a Nicolao Fabro J. C. spectatæ virtutis & eruditionis viro, Pithæi contubernale, de nonnullis Ecclesiasticæ antiquitatis monumentis nondum in lucem editis; quorum cum participes erimus (quod speramus liberalitate optimi viri) ea singula suis locis intexentur, digno inventoris elogio. Quod vero spectat ad recitatam epistolam Constantini; duo quidem ex ea explorata reddunter; nimirum, absoluto Cæciliano Episcopo Carthaginensi, & detectis fraudibus Donatistarum schismaticorum, complures respuisse; & ad Catholicam Ecclesiam reversos esse; rursumque accusatores illos Cæciliani Episcopos schismaticos contumaciores esse redditos, atque impudentiores, nec veritos (quod & magnopere admiratus est ipse Constantinus) a judicio Episcoporum appellare ad tribunal Imperatoris.

XXXV. (a) Optat. l. 1.

Quæ autem post hæc secuta sunt, Optatus narrat his verbis (*a*): *Eodem tempore idem Donatus petiit, ut sibi reverti ad Carthaginem contingeret. Tunc a Filumino suffragatore ejus Imperatori suggestum est, ut bono pacis Cæcilianus Brixiæ retineretur; & factum est. Tunc duo Episcopi ad Africam missi sunt, Eunomius & Olympius, ut remotis duobus* (nempe Cæciliano & Majorino) *unum ordinarent. Venerunt apud Carthaginem, fuerunt per dies quadraginta, ut pronunciarent, ubi esset Catholica; hoc seditiosa pars Donati fieri passa non est. De studio partium strepitus quotidiani sunt habiti. Novissima sententia eorum Episcoporum Eunomii & Olympii talis legitur, ut dicerent illam esse Catholicam quæ esset in toto Orbe terrarum diffusa; & sententiam decem & novem Episcoporum jamdudum datam dissolvi non posse. Sic communicaverunt clero Cæciliani, & reversi sunt. De his rebus habemus volumina Actorum; quod si quis voluerit, in novissimis partibus legat. Cum hæc fierent, Donatus ultro prior ad Carthaginem redit. Hoc audito Cæcilianus ad suam plebem properavit. Hoc modo iterum renovellatæ sunt*

Nova Donatistarum suggestio.

partes; constat tamen Donatum tot sententiis esse percussum, & Cæcilianum innocentem totidem sententiis pronunciatum: Hucusque de præsentis anni judicio Optatus. Cæterum antequam in Africam redire permitterentur utriusque partis Episcopi; ad eos conciliandos, si posset, illos vocavit ad se Constantinus, ut ejus litteræ significant, quas paulo post recitabimus. Quæ post hæc Optatus addit de judicio ordinatoris, Felicis scilicet Episcopi Aptungitani, qui Cæcilianum ordinaverat, & a schismaticis est traditionis crimine infamatus, sequenti anno facta noscuntur, deque illis suo loco dicturi sumus.

XXXVI. De retentione Cæciliani Brixiæ.

Qui autem retentionem Cæciliani Brixiæ referunt post Concilium Arelatense, vel judicium Constantini, omnino errare convincuntur. Nam cum ex eodem Optato manifeste demonstretur, post hæc omnia Constantinum scripsisse ad Proconsulem Africæ Ælianum, ut quæreret de causa Felicis Aptungitani, cumque ex actis publicis constet (*b*), id factum esse Volusiano & Aniano Consulibus, nempe anno sequenti; necessario affirmandum est, retentionem Cæciliani Brixiæ hoc ipso anno post Romanum Concilium contigisse, ac post (ut Optatus ait) appellationem a Donatistis interpositam. Constantinus igitur, qui absoluta Synodo, & expleto Cæciliani judicio, Episcopos ad propria redire permiserat; expertus procaciam Donatistarum; ratus, si eos sic dimitteret, furore succensos majorum fore discordiarum incentores, ipsos ad tempus retinendos existimavit; qua de causa has ad eos litteras dedit, cum aliis litteris Cæcilianum etiam accersisset (*c*):

(*b*) *Aug. cont. Don. post Collat. c.* 33.

(*c*) *Ex biblioth. Petri Pithœdita in Append. ad Optat. Parisiis.*

Constantinus Augustus Episcopis.

XXXVII. Constantinus retinet Episcopos.

Ante paucos quidem dies, juxta postulatum vestrum, hoc mihi placuerat, ut ad Africam reverteremini, ut illic omnis causa quæ vobis adversus Cæcilianum competere videtur, ab amicis meis quos elegissem cognosceretur, atque finem debitum reciperet. Verum diu mihi cogitanti, & in animo meo non immerito volventi, id potissimum visum est; ut quoniam scio quosdam ex vestris turbulentos satis, & obstinato animo rectum judicium & integræ veri-

PAGIUS Donatistæ. *Sane*, inquit Valesius, *in Gestis purgationis Cæciliani & Felicis, hæc Constantini epistola subjungitur Concilio Arelatensi, quod secutus Sirmondus in Collectione Conciliorum Galliæ, meritio eam epistolam Arelatensi Concilio subjecit.*

IX. *Donatistas appellasse probabilius.*

Licet hæc Sirmondi & Valesii sententia aliquibus placuerit, a Baroniana tamen, quæ docet, Donatistas reipsa non solum a Concilio Arelatensi primo, sed & ab ipsa Romana sub Melchiade Synodo provocasse, non videtur discedendum. Etenim, ut ait Schelstratius V. C. in secunda parte Antiquit. Illust. Differt.1. c.7. art.3. ad appellationem ex parte appellantium nihil aliud requirebatur quam post latum judicium illud ipsum injustum proclamare, & aliud judicium expetere. Atqui hæc omnia post latum a Melchiade Papa judicium fecere Donatistæ, ut clare insinuat Constantinus in epist. ad Chrestum Syracusanum Episcopum, quæ extat apud Eusebium lib.10. cap.5. *Prolata jam sententia acquiescere nolentes*, inquit de Donatistis post Melchiadis judicium, *asserentesque paucos admodum Episcopos sententiam tulisse, qui nec omnibus, quæ prius inquiri oportebat, diligenter excussis, ad depromendum judicium properanter accessissent.*

Do-

veritatis rationem minime reſpicere, ac per hoc venire forſitan, ut ſi ibidem cognoſcatur, non ut condecet, & veritatis ratio expoſtulat, res finem accipiat, atque aliquid tale eveniat nimia veſtra obſtinatione, quod & Divinitati cæleſti diſpliceat, & exiſtimationi meæ, quam ſemper illibatam cupio perſeverare, plurimum impediat; placuit mihi (ſicut dixi) ut Cæcilianus juxta prius tractatum huc potius veniat; quem credo juxta litteras meas mox adfuturum. Polliceor autem vobis quod ſi præſente ipſo de uno tantum crimine vel facinore ejus per voſmetipſos aliquid probaveritis; id apud me ſit, ac ſi univerſa quæ ei intenditis probata eſſe videantur. Deus omnipotens perpetuam tribuat ſecuritatem: Hactenus ad ſchiſmaticos Conſtantinus. Retento autem Cæciliano Brixiæ, ubi tunc Conſtantinus agebat, retentiſque pariter Donatiſtis; cum nec ſic quidem pientiſſimus Imperator mutuæ inter eos reconciliationis ſequeſter quicquam, refragantibus illis, efficere potuiſſet; miſit duos legatos Epiſcopos Carthaginem, quorum Optatus meminit; ſed & ipſi re infecta cum receſſiſſent, dimiſſi ſunt, permiſſique redire in Africam tam Catholici, quam etiam ſchiſmatici Donatiſtæ, qui mira celeritate Cæciliani anteverterunt adventum, hicque tandem finis haud felix rerum tum Romæ, tum apud Conſtantinum geſtarum.

XXXVIII. Mendacium recentiorum Donatiſtarum.

Verum de his illud admonendum putamus; poſteriores Donatiſtas, majoribus ſuis longe deteriores factos, ex hoc Optati textu, in quo fit mentio de retentione Cæciliani Brixiæ (ut ait) ob bonum pacis, in magna illa Collatione Carthagine habita conatos eſſe probare Cæcilianum a Conſtantino fuiſſe damnatum. At reddamus hic Auguſtini verba ſic dicentis (*a*): *Sed hinc repulſi, velut aliquid validiſſimum prolaturi, petierunt Optatum legi, quod & ante petiverant; unde ſe probaturos dicebant Cæcilianum ab Imperatore damnatum.* Lectus eſt dictus Optati locus uſque ad factam retentionem Cæciliani Brixiæ. *In quibus verbis Optati* (inquit Auguſtinus, qui aderat) *cum omnino nulla Cæciliani damnatio, ſicut illi demonſtraturos ſe eſſe promiſerant, reperiri potuiſſet; juſſit Cognitor totam paginam recitari, ut de ſuperioribus & inferioribus verbis voluntas ejus, qui ſcripſerat noſceretur, & ex Officio recitatum eſt: Cæcilianus omnium ſupra memoratorum ſententiis innocens eſt pronunciatus. Quod cum recitaretur, Donatiſtæ dixerunt hoc ſe non petiiſſe recitari; ſtomachantes adverſus eos qui riſum tenere non potuerant, cum audiiſſent quam apertam contra ſemetipſos paginam protuliſſent; &c.* Aliis quoque publicis monumentis teſtatam redditam ibi ait Cæciliani tunc factam abſolutionem; qui & aliis pleriſque in locis hæc ipſa in eoſdem, ad redarguendam ipſorum petulantiam, objicit.

XXXIX. Poſteriores Donatiſtæ deteriores.

Sed quid de his poſtea recentiores Donatiſtæ? Mira res! cum enim ipſum Melchiadis & coepiſcoporum judicium de condemnatione Donati, & Cæciliani abſolutione ſic fuerit toto Chriſtiano Orbe vulgatum, & publicis perpetuiſque monumentis conſignatum; tamen (quod de hæreticis ad Timotheum ſcribens teſtatur Apoſtolus (*b*): Mali homines & ſeductores proficient in pejus, errantes, & in errorem mittentes) eo impudentiæ atque procaciæ pervenerunt ſequentis ſæculi Donatiſtæ, ut petulanter jactarent, cauſam tunc adjudicatam fuiſſe Donato; Cæcilianum vero tuliſſe poſteriores. Jactarunt iſtæc illi inter ſuos, ut eos in officio continerent; re autem in magna Epiſcoporum Collatione ad judicium perlata, riſu & ſibilis digni habiti ſunt; cum ex

(*a*) *Aug. in Brevic. Collat. die 3. c. 20.*

(*b*) *2. Tim. 3.*

PAGIUS Donatiſtæ igitur ob laudata ab ipſis fundamenta Melchiadis judicium injuſtum proclamabant, nec illi, ut paucorum Epiſcoporum, volebant acquieſcere, quod nimirum a *Conſtantino* aliud majus Epiſcoporum Concilium intra Gallias expoſtularent; quod & demum fuiſſe conceſſum, conſequenter inſinuat, ut hæc *tandem multorum interventu finem poſſint accipere* inquit Conſtantinus. Accedit Auguſtinus lib. 2. contra Literas Petiliani cap. 92. *Si autem, quod verum eſt, petentibus majoribus veſtris Epiſcopale judicium dederat Conſtantinus, & apud Romam & apud Arelate.* Petierant ergo Donatiſtæ Arelatenſe judicium. Accedit Optatus, qui oſtendit, Donatum in Romano ſub Melchiade Concilio juſtiſſime fuiſſe damnatum: *Sufficit ergo & Donatum tot ſententiis eſſe percuſſum, & Cæcilianum tanto judicio eſſe purgatum. Et tamen Donatus appellandum eſſe ab Epiſcopis credit. Ad quam appellationem Conſtantinus Imperator ſic reſpondit: O rabida furoris audacia! ſicut in cauſis Gentilium fieri ſolet, appellationem interpoſuerunt.*

Quod vero dicunt Sirmondus, & Valeſius, Auguſtinum ſcribere pleriſque in locis, Donatiſtas murmuraſſe & accuſaſſe, & appellaſſe non dicere, præterquam quod mere negativum eſt, ex ipſo Auguſtini teſtimonio a Sirmondo ex epiſt. 162. allato Donatiſtas appellaſſe conſtat: *Alios apud Arelatum Judices Epiſcopos dedit, a quibus tamen illi ad ipſum rurſum Imperatorem provocare maluerunt.* Si *rurſum*, ergo prius quoque ad Imperatorem Donatiſtæ provocaverant. En aliud Auguſtini teſtimonium ex Pſalmo contra partem Donati: *Donatus, cum volebat Africam totam obtinere, tunc Judices tranſmarinos petiit ab Imperatore. Sed hæc tam injuſta petitio non erat de charitate. Hoc ipſa veritas clamat, quam volo modo referre. Nam conſenſit Imperator, miſit qui ſederent Romæ, Sacerdotes, qui tunc poſſent Cæcilianum cum illo audire. Dicta cauſa eſt, nihil probatum eſt, auſus eſt & appellare, & poſt Collegarum ſedem audire ab Imperatore. Hic petitio illa probatur non eſſe de charitate, deinde ubique victus cœpit rebaptizare.*

X. Donatiſtarum appellatio magis probatur.

Ubi

ex omni monumentorum genere, ac illis etiam quæ ab ipſis Donatiſtis producta eſſent, de abſolutione Cæciliani, & Donati damnatione conſtiterit; quando illi, penuria probationis a cauſa cadentes, Optatum Milevitanum teſtem adduxerunt, quod ille diceret Cæcilianum Brixiæ bono pacis fuiſſe retentum; affirmantes, Optatum damnationem Cæciliani extenuare voluiſſe; quæ quidem riſu digna exploſa penitus ſunt, cum & aliis verbis ejuſdem auctoris poſtea additis, & a nobis ſuperius recitatis, tam manifeſte atque patenter idem Optatus affirmet, Donatum eſſe damnatum, & Cæcilianum, poſtquam retentus eſt Brixiæ, rediiſſe Carthaginem abſolutum. Hæc autem adverſus eos agens S. Auguſtinus (*a*) pluribus tractat, necnon ſcribens ad Bonifacium (*b*); rem vero fuſius eſt proſecutus in epiſtola ad populum contra eoſdem Donatiſtas (*c*); ubi dum recitat cuncta Acta quæ ab illis edebantur publice recenſenda, ad demonſtrandum Cæcilianum eo judicio fuiſſe damnatum, eademque ipſa omnia continuiſſe manifeſte abſolutionem Cæciliani, hæc ait: *Ab omnibus riſi ſunt; ſed quia riſus non potuit ab exceptoribus excipi, verbis ſuis apud Acta, riſos ſe eſſe teſtati ſunt, & cætera.*

(*a*) *Aug. poſt. Collat. c. 31.*

(*b*) *Idem epiſt. 50.*

(*c*) *Aug. epiſt. 152.*

XL. Quid poſteriores Donatiſtæ in Melchiadem.

Sed & illud his quoque deterius atque impudentius videri poteſt; quod enim ipſorum majores, cum ſe viderent Melchiadis ſententia condemnatos, & uſu Catholicæ communionis excluſos, nedum mutire, ſed nec cogitare auſi ſunt; poſteriores, quos diximus, Donatiſtæ, cum Romani Pontificis ſententia damnatos ſcirent ipſorum auctores, & a Fidelium communione proſcriptos, ut tantam infamiam & perpetuo inhærentem notam, quoquo poſſent, obtegerent velamento, Melchiadem ipſum auſi ſunt traditionis crimine infamare. Sed cum res in magno illo Epiſcoporum conventu ad judicium perducta eſt; quibuſnam teſtificationibus id Donatiſtæ probare niſi ſint, ex ipſis publicis Actis S. Auguſtinus (*d*) recitat; quæ hic deſcribere, haud fiet oneroſum; quod enim maximi momenti res videri poſſit, ne vel levi ſuſpicioni tanti Pontificis ſanctitudo illibata ſubjaceat, patienter ferat lector, quæ poſt centum duobus minus annos Donatiſtæ in Melchiadem proferre auſi ſunt, licet paulo prolixiora videantur, audire, hæc nempe.

(*d*) *Aug. in Brevic.*

Collat. die 3. c. 18. & lib. poſt. Collation. c. 13. & contra epiſtolam Parm. c. 5.

XLI. Calumnia in Melchiadem comparata.

Cognitor interlocutus, fieri potuiſſe illum conventum ab Epiſcopis, quando & plebes congregatæ probabantur; compulit Donatiſtas, ut contra Concilium judicium-que Melchiadis, quo Cæcilianus purgatus atque abſolutus legebatur, ſi haberent aliquid, dicerent, quoniam illic potius, quam in illo Cirtenſi Concilio, cauſa conſiſteret. Tunc Donatiſtæ ipſum Melchiadem cœperunt crimine traditionis arguere, & dicere, majores ſuos propterea illius judicium refugiſſe, quod Traditor fuiſſet; quaſi non jam judicio ejus aſſiſterent, & reſponderent, ſe in Cæcilianum non habere quod dicerent. Sed tamen facto Judice intento, utrum de traditionis crimine Melchiadis aliquod judicium vel publicum, vel Eccleſiaſticum proferretur; ipſiſque Catholicis, id ut probaretur, expectantibus & exigentibus, legerunt Donatiſtæ Geſta quædam proliſiſſima apud Præfectum, ubi nec Præfectus ipſe, cujuſmodi eſſet, apparebat, nec locus legebatur, ubi hæc agebantur. Sed Geſta ipſa multos multa Eccleſiaſtica tradentes longiſſima recitatione ſonuerunt, ubi nomen Melchiadis omnino non ſonuit.

XLII. Vanus prætextus Donatiſtarum.

Quibus peractis, cum Cognitor miraretur, aliud promiſſum, & aliud recitatum; illi adhuc ejus patientiam depoſcentes, Geſta alia recitarunt; in quibus legebatur Melchiades miſiſſe diaconos cum litteris Maxentii Imperatoris, & litteris Præfecti Prætorii ad Præfectum Urbis, ut ea reciperent, quæ tempore perſecutionis ablata memoratus Imperator Chriſtianis juſſerat reddi. Et cum his quoque Geſtis nullum Melchiadis crimen & Cognitori, & Catholicis defenſoribus appareret, dixerunt Donatiſtæ; Stratonem diaconum, quem cum aliis Melchiades ad recipienda loca Eccleſiaſtica miſerat, ſuper-

PAGIUS Ubi Auguſtinus diſerte teſtatur, appellaſſe Donatum a ſententia Romani Concilii. Sed ſive revera facta fuerit hæc appellatio, ſive non, parum intereſt, cum inter omnes conveniat Donatiſtarum de retractatorio judicio expoſtulationem fuiſſe omnino injuſtam, & ſecundum judicium plane indebitum, & extra juris ordinem conceſſum. Notanda ſunt hæc Conſtantini in epiſtola ad Chreſtum verba: *Nonnulli, ut fere ſit, & propriæ ſalutis, & venerationis, quæ ſanctiſſimæ Fidei debetur, obliti, privatas adhuc ſimultates prorogare non ceſſant, prolata jam ſententia acquieſcere nolentes.* Et infra: *Hæc, quæ poſt depromptum judicium voluntaria aſſenſione jam finita eſſe debuerant.* Ad quæ verba Marca lib. 4. de Concordia cap. 18. §. 2. *Quia alienum putabat Conſtantinus a diſciplina, res ab Epiſcopo Romano judicatas refricare.* Hæc Schelſtratius loco laudato.

XI. *Satisfit Valeſii rationibus.*

Neque mutilus eſt Optati locus, aut Librariorum incuria corruptus, neque etiam Optatus verba epiſtolæ Conſtantini ad Concilium Arelatenſe retulit ad Concilium Romanum; ea enim epiſtola a Baronio recitata, ſcripta eſt non ad Patres Arelatenſes poſt celebratum ab ipſis Concilium, ut Sirmondus & Valeſius ſibi perſuaſere, ſed ad Epiſcopos, qui Romanæ Synodo interfuerant, ut recte vidit Baronius, adverſus quem male affertur locus Auguſtini in epiſtola 162. jam laudatus, in quo ait: *Quæ in re illos quemadmodum deteſtetur, audiſtis*, quaſi Auguſtinus innueret, Conſtantinum poſt Synodum Arelatenſem exclamaſſe, *O rabida furoris audacia!* quod tamen gratis ac ſine funda-

perioribus Gestis recitatum esse Traditorem. Et ideo volebant etiam Melchiadem crimine traditionis aspergere, quod diacono illo non degradato uteretur. In prosecutione autem sua dixerunt, Melchiadem tertium Episcopum fuisse ab illo qui tunc erat, cum traditio illa facta esset.

XLIII. De Stratone quæstio.

Hic Cognitor requisivit, utrum saltem in illis traditionis Gestis esset expressum, quod Straton diaconus fuerit; & recitatum est, eum hortatorem vanissimæ superstitionis appellatum; quod non solum ipse, sed etiam cæteri qui tradebant, appellabantur. Sed Donatistæ respondérunt, a Gentilibus persecutoribus, in contumeliam religionis, & diaconos, & presbyteros ita vocitatos. Ergo Catholici responderunt, cum mirum non esset, essetque in rebus humanis usitatissimum, ut non duo tantum, verum etiam plures homines uno nomine vocarentur, fieri quidem potuisse, ut ille Traditor Straton presbyter fuerit, iste autem alius Straton diaconus: quoniam Donatistæ dixerant, & diaconos, & presbyteros hortatores vanissimæ superstitionis a Gentilibus appellari (quamquam omnes clericos isto contumelioso nomine Gentiles appellare potuerint, & multo esset incertius, cujus gradus clericus ille Traditor fuerit) veruntamen etiamsi eum diaconum fuisse posset ostendi; neque hoc esse incredibile aut mirum, cum ante parvum tempus in ipsa urbe Roma duo Petri diaconi fuerint.

XLIV. Deficiunt Donatistæ probatione.

Illud quoque additum est a Catholicis: quia etsi demonstraretur (quod omnino non demonstrabatur) eumdem Stratonem diaconum tradidisse, quem postea Melchiades ad recipienda loca Ecclesiastica cum aliis diaconis misit; non continuo Melchiadem isto crimine aspergi, quem potuit persecutio longe facere absentem, ut hoc omnino nesciret, eumque innocentem putaret, quem nemo reum accusando monstraret. Contra hic frustra Donatistæ eadem per eadem diutissime clamaverunt. Post Collationem sine etiam de Cassiano Melchiadi calumniati sunt; quia etiam hoc nomen, & in diaconis invenitur, quos ad Præfectum misit Melchiades, & in illis gestis, ubi facta traditio recitata est. Quod si in collatione dicerent, facile potuit a Catholicis responderi, in tanta turba Romanorum clericorum nihil mirum fuisse, si duo, vel plures non solum Stratones, sed etiam Cassiani reperirentur, cum in duodecim Apostolis non solum duo Judæ, sed etiam duo Jacobi legerentur: nisi forte ipsis licuisset, Cæcilianum a Donato Carthaginensi distinguere, cum timerent, ne major auctor ipsorum Donatus Carthaginensis Donatus in Melchiadis judicio putaretur, & Catholicis non liceret, in tanta multitudine clericorum Romanorum habere plures similibus nominibus appellatos. Falsum enim erat, quod Donatistæ dixerant, convenire personas, convenire loca, convenire regiones; quando nec loca, nec regiones, nec ipsæ expressæ personarum dignitates de utriusque Gestis, sed sola nominum convenientia legebatur, quam in diversis personis generis humani consuetudo frequentare non cessat. Spernens itaque Cognitor incertissimas suspiciones, jussit aliquid manifestum

PAGIUS

damento a Viris doctissimis dictum; cum mille aliis verbis Imperator detestari Donatistas potuerit, tam post Concilium Romanum, quam post Concilium Arelatense. Quare tam levi fundamento ea Constantini epistola a Concilio Romano divellenda non erat.

XII. *Alia Valesii ratio.*

Nec etiam urget quod addit Valesius loco laudato cap. 8. *Quisquis certe*, inquit, *eam epistolam legerit, nunquam dubitabit, quin ad Arelatense Concilium potius spectet, quam ad Romanum. Etenim statim post judicium Synodi Romanæ, Episcopi partis Majorini reversi sunt in Africam, ut docet Constantinus in epistola ad Elafium. In epistola vero, de qua nunc agitur, ait Constantinus, se misisse quosdam ex suis hominibus, qui obstinatos illos & Episcopali judicio parere recusantes, ad comitatum suum perducant. Quare hæc epistola ad Concilium Romanum pertinere non potest. Erravit igitur Optatus, qui verba hujus epistolæ ad Concilium Romanum retulit, memoriæ vitio in eum errorem, ut videtur, inductus.* Verum Constantinus in Epistola ad Elafium, seu ad Ablavium, quam integram refert Baronius, non dicit, post judicium Synodi Romanæ statim reversos esse Donatistas in Africam; quin contra, in ea scribit, quosdam ex iisdem ad se venisse *asserentes, quod minus dignus idem Cæcilianus cultu sinceriss. Religionis haberetur; & quod eisdem responderam, frustra eos id jactare, quippe cum res fuissent apud*

Baron. n. XLIV.

urbem Romam ab idoneis ac probatissimis viris Episcopis terminata.

XIII. *Ad alia Valesii argumenta respondetur.*

Nec denique negotium facessit, quod observat Valesius, in Gestis sc. purgationis Cæciliani & Felicis, Constantini epistolam, de qua quæstio, subjungi Concilio Arelatensi; nec quod addit Valesius: *Simili errore idem Optatus scribit, Constantinum ad preces Episcoporum partis Majorini, qui Judices ex Gallia sibi dari postulaverant, his verbis respondisse:* Petitis a me in seculo judicium, cum ego ipse Christi judicium exspectem. *Et tamen constat, Constantinum nihil rescripsisse precibus illorum; sed tantum ad Anulinum Proconsulem & ad Miltiadem Episcopum literas dedisse. Verba autem illa, quæ ab Optato referuntur, sunt ex epistola Constantini ad Episcopos Arelatenses Concilii:* „ Quæ in ipsis „ tanta vesania perseverat, cum incredibili ar„ rogantia persuadeant sibi, quæ nec dici, nec „ credi fas est, desciscentes a recto judicio da„ to, pro quo meum judicium comperi eos „ postulare? Quæ vis malignitatis in eorumdem „ pectoribus perseverat; Quoties a me jam ipso, „ improbissimis aditionibus suis sunt condigna „ responsione oppressi. Qui utique, si hoc ante „ oculos habere voluissent, minime hoc ipsum „ interposuissent. Meum judicium postulant, „ qui ipse Christi judicium expecto. Ita Valesius ex epistola Constantini ad Episcopos Concilii Romani, non vero ad Episcopos Concilii

stum contra ista Gesta proferri, &c. Hæc ex Actis publicis Augustinus; quibus addimus, quod etsi constitisset Stratonem Diaconum, & Cassianum, quos cum aliis ad recipienda loca Melchiades misit, eosdem esse cum illis, qui traditionis arguebantur, nequaquam tamen ob id Melchiades in crimen adduci potuisset, quod iisdem diaconis, qui Traditores fuissent, usus esset; nam cum ex recitatis ab illis Actis constaret, Melchiadem tertium fuisse ab illo Episcopum, cujus tempore traditio facta erat; ut Straton Traditor in ordine remaneret, non tam Melchiadis, quam prædecessorum culpæ adscribendum fuisset. At de his satis. Cætera autem, quæ ad causam Cæciliani spectant, quæ in plures annos producta esse cognoscuntur, quid singulis annis gestum sit, servato ordine temporis, narraturi sumus.

XLV. (a) *Cod. Theod. de Episcop. & cler. l. 1. Constantini rescriptum pro clericis.*

Hoc eodem anno ad confirmanda indulta a se clericis privilegia de eorum immunitate, Constantinus ejusmodi rescriptum dedit ultima die mensis Octobris (a):

Hæreticorum factione comperimus Ecclesiæ Catholicæ clericos ita vexari, ut nominationibus, seu susceptionibus aliquibus, quas publicus mos exposcit, contra indulta sibi privilegia prægraventur. Ideoque placet, si quem tua gravitas invenerit ita vexatum, eidem alium subrogari, & deinceps a supradictæ religionis hominibus hujusmodi injurias prohiberi. Dat. prid. Kal. Novembris, Constantino A. tertium, & Licinio III. Coss. Quænam vero essent ejusmodi nominationes, a quibus clericos Constantinus immunes esse voluit, litteræ Diocletiani, & Maximiani declarant his verbis (b): (b) *De Decurionibus l. 2. Cod. l. 10.*

XLVI. De nominatione.

Observare oportebit magistratus, ut Decurionibus solemniter in curiam convocatis, nominationem ad certa munera faciant, eamque statim in notitiam ejus qui fuerit nominatus per Officialem publicum perferri curent; habituro appellandi, si voluerit, atque agendi facultatem apud Præsidem causam suam jure consueto; quem si constiterit nominari minime debuisse, sumptum litis eidem a Nominatore restitui oportebit: Hæc ibi. Quod autem de susceptionibus subdit; erant Susceptores, qui annonis, & tributis utriusque ærarii recipiendis præpositi erant: est titulus (c) de Susceptoribus. Ut igitur Deo militantes nequaquam distinerentur negotiis sæcularibus, Constantinus a muneribus civilibus clericos immunes esse voluit. (c) *Cod. Theod. l. 12. tit. 6. & Cod. Justin. l. 10. tit. 71.*

XLVII.

Hujus autem anni in fine, nempe quarto Idus Decembris, Melchiades Papa cum

PAGIUS

cilii Arelatensis, ut ipse loquitur. Respondeo itaque, *Optatum* post libros septem de Schismate Donatistarum referre Gesta purgationis Cæciliani Episcopi & Felicis ordinatoris ejusdem, ac epistolas Constantini Imp. sed temporis ordine non servato. Quemadmodum Eusebium præstitisse in libro 10. cap. 7. ipsemet Valesius observat in Notis, ubi ait: *Ceterum has Constantini epistolas præposlero ordine retulit Eusebius. Nam epistola Constantini ad Cæcilianum Episcopum, item ejusdem epistola ad Anulinum, cum relatione ejusdem Anulini, quam supra citavi, precedere debent epistolam Constantini ad Miltiadem Episcopum urbis Romæ. Omnes enim ea epistola pertinent ad Concilium Romanum, quod habitum est in causa Cæciliani coram Miltiade PP. Constantino III. & Licinio III. Coss. anno Christi CCCXIII.* Denique Optatus magis audiendus, dum Auctorem, quam dum Collectorem agit.

XIV. *Defenditur Optatus.*

Nec erravit Optatus, quando ait, Constantinum ad preces Donatistarum respondisse: *Petitis a me in seculo judicium, cum ego ipse Christi judicium expectem.* Nam non intelligit Optatus, Constantinum hæc verba in aliquo rescripto, sed tantum ore tenus protulisse. Quid mirum itaque, si Constantinus post Synodum Romanam ad Episcopos scribens, de iisdem Donatistis loquens, eadem verba repetat, quæ ipsis coram dixerat: immo ex ea Constantini epistola constat, Constantinum, dum eam scriberet, meminisse ejusdem responsi Donatistis ante illud Concilium a se dati, quod his verbis manifeste insinuat: *Quoties a me jam ipso improbissimis aditionibus suis sunt condigna responsione oppressi.* Quæ ipsis itaque responderat, ex ejus memoria non exciderant, cum eam epistolam scripsit.

XV. *Obitus Melchiadis PP.*

[1] Ad num. XLVII. & seqq. *S. Melchiades* Papa anno tantum sequenti vivere desiit. In Chronico enim Damasi legitur: *Miltiades annis tribus, mensibus sex, diebus novem, ex die sexto Nonas Julias, a Consulatu, Maximiano VIII. solo, quod fuit mense Septembri Valusiano & Rufino, usque in III. Idus Januarii, Volusiano & Anniano Consulibus.* Melchiades itaque, qui anno trecentesimo decimo die secunda Julii ordinatus fuerat, anno sequenti die decima mensis Januarii ad Deum migravit, Volusiano & Aniano Consulatum gerentibus, postquam sedisset ut docent Catalogi, annos tres, menses sex, dies novem, si diem emortualem includas, vel dies octo, si eum excludas. Quod confirmatur ex Indiculo Depositionis Episcoporum

NOTÆ [1] *Melchiades*, ut censet Constantius pag. 321. Bucherianum catalogum illustrans, in quo habetur: *Miltiades ex die VI. Nonas Julias a consulatu Maximiano VIII. solo, quod fuit mense Septembris, Volusiano, & Rufino, usque in III. Idus Januarii, Volusiano, & Anniano Coss.* ordinatus est A. D. 311. *die secunda Julii*, quæ in feriam secundam incidebat, & A. D. 314. *die XI. Januarii* sepultus, quum die X. obiisset, qua ejus mors in Bucheriano indiculo consignatur. Eusebius, Hieronymus, & Prosperi Chronicon, qui *tres* Pontificatus *annos Melchiadi* tribuunt, de duobus incompletis, & uno inchoato intelligendi sunt. *Ab Eusebii* morte ad *Melchiadis* electionem non *septem dies*, ut habet vulgatus liber Pontificalis, sed *novem menses* & aliquot dies intercidere.

Melchiadis Papæ obitus.

cum sedisset annos duos, menses duos, & dies septem; cum extinctam tyrannidem, & novo fœtu, fide nempe Christiani Imperatoris, Dei Ecclesiam vidisset ampliſſima gloria illustratam, instar Simeonis illius Evangelici gaudens, Deo spiritum feliciter reddidit. Qui tamen in antiquis Ecclesiasticis monumentis reperitur titulo Martyris consignatus, more majorum, quod qui persecutionis tempore perpessus pro Christi fide tormenta, licet superstes in pace quieverit, martyr appellari ejusmodi consueverit, secundum ea quæ superius ex S. Cypriano, secundo Annalium tomo dicta sunt. Cum igitur Melchiades acerbissimorum persecutorum temporibus in fide perstans Romæ vixerit, idemque in Ecclesiasticis antiquis precibus inveniatur titulo martyrii decoratus; tale quid (quod latet) ipsum esse passum, ut martyris nomine dignus fuerit, existimandum est, eodemque semel indito titulo perseveraſſe nomen ejus in Ecclesia recenseri. Quod vero ad tempus sedis ejus (pectat; scimus de annis Melchiadis Papæ diversas esse sententias. Verum cum nonnisi unam ordinationem eum fecisse, ex libro de Romanis Pontificibus certum sit, quodque sequenti anno Coss. Volusiano, & Aniano celebratum appareat Concilium Arelatense sub Silvestro Melchiadis successore, & quod demum consignata sit dicta dies Decembris obitu ejus; haud fas est ipsius sedem in sequentem anni terminum prorogare. In Indicibus Vaticanis, qui habentur in codice, cujus titulus est, *Concordia canonum*, nonnisi anni duo, menses septem, & dies octo Melchiadi tribuuntur. Sed facile accidere potuit, ut loco hujus numeri notæ 2. mensium, vitio scriptoris 7. nota paulo diversa numeri scripta fuerit; nam numerando a die qua sedere cœpit, usque ad obitum quo desiit, nullo pacto septem mensium numerus scribi potuit, sed duorum tantum; ut de annorum numero, non de mensium controversia suboriri potuisset.

Quæ autem notata habentur Consulum nomina in citato nuper libro, ubi dicitur sedisse usque ad Maxentium secundo, qui fuit mense Septembris, Volusiano, & Rufino Consulibus; depravata penitus esse, noscuntur, ut ex eis elici nihil possit; sed superius hæc attigimus. De eodem ibidem hæc etiam scripta reperiuntur: *Hic constituit, ne ulla ratione die Dominica, aut quinta feria jejunium quis Fidelium ageret, quia eos dies Pagani, quasi sacrum jejunium, celebrabant. Et Manichæi inventi sunt in Urbe ab eodem. Hic fecit, ut oblationes consecratæ per Ecclesias ex consecratu Episcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum:* Hæc ibi. XLVIII. Decreta Melchiadis.

Quod autem dicitur de fermento declarato, res plane obscurissima est; nimirum, quod quæ ejusmodi erat de fermento per Ecclesias mitti solito consuetudo, penitus exoleverit. Scimus eruditos viros in his elucidandis admodum laborasse, & inter alios D. Latinium nostrum, insignis eruditionis virum; a quibus cum dissentiamus, quænam sit ea de re nostra sententia, fuerimus ne id assecuti, prudens lector cum intelliget, judicabit; atque erit fortasse, ut his nostris editis, alii de eadem re suas lucubrationes sint edituri; hocque etiam ex nostra industria lucraturus sit lector, ut provocaverimus alios ad cudenda, quæ scri- XLIX. De fermento elucidantur loca obscurissima.

PAGIUS

rum apud Bucherium, ubi legitur: *Quarto Idus Januarii Miltiadis in Callisti*. In Martyrologio Hieronymiano ad IV. Idus Januarii, seu ad diem decimum Januarii etiam habetur: *Depositio Miltiadis Episcopi*. In eodem Martyrologio Hieronymiano ad diem secundam Julii legitur: *Depositio Miltiadis Papæ*. Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum ait, videri Librariorum vitio factum, ut pro voce *Ordinatio*, legatur, *Depositio*. Verum locus purus est, Reliquiæque Melchiadis die ejus *Ordinationis* translatæ. Sanctorum enim Reliquias die eorum natali, aut die Ordinationis, si Episcopi fuissent, sæpe translatas fuisse, multis exemplis liquet, quemadmodum & hujusmodi Translationes *Depositionis* nomine plerumque designari. Denique, ex eo quod Auctor Chronici Damasi scribit, Melchiadem fuisse usque ad III. Idus Januarii, seu ad diem undecimum Januarii, annus, diesque obitualis hujus Pontificis magis innotescunt; cum juxta regulam a nobis statutam, quando Antiqui in alicujus Pontificis morte memoranda uno tantum die inter se dissentiunt, alii de die obitus, alii de die sepulturæ, loquantur, sicque nonnisi in modo loquendi differant.

XVI. Papebrocius non animadvertens, numeros in citato Chronici Damasi loco depravatos esse, existimat, Melchiadem a die secunda mensis Julii anni trecentesimi decimi Eusebii prædecessoris Vicarium fuisse, eique demortuo eodem anno CCCX. successisse, sicque sedisse, ut habet Chronicon Damasi, *annis tribus, mensibus sex, diebus novem*. Sed cum in eo Chronico diserte dicatur, Melchiadem *sexto Nonas Julias* anni Consulatu Maximiani VIII. solius notati ordinatum esse, anno sc. Christi CCCXI. & supremum diem obiisse mense Januario anni CCCXIV. quo Volusianus & Annianus Consules fuere, manifeste liquet, numeros depravatos esse, & Vicariatum illum nullo modo admittendum. Papebrocius ibidem, postquam statuit, Eusebium die XXVI. Septembris anni CCCX. vita functum, cum jam a die XI. Julii Melchiadem Vicarium suum creasset, ait, die octavo Octobris ejusdem anni Melchiadem Pontificem electum; & quia Auctor Chronici Damasi conceptis verbis testatur, illum anno CCCXI. quo Maximianus VIII. solus Consul fuit, Pontificem dictum, hanc sententiæ suæ rationem affert: *Annum obitus*, inquit, *clare notant Volusianus & Annianus Coss. non æque etiam clare initium signat Maximianus VIII. solus, qui Magistratum illum iniit anno CCCXI. Causa tamen* *Quot annis Melchiade sedit.*

scripserint, aut alia conscribenda; sin minus, saltem ipsos suo silentio huic nostræ sententiæ suffragari, scire possit. Ut autem cuncta accuratius disquirantur, hic primum describere operæpretium existimavimus cætera loca, in quibus de ejusmodi fermento habetur mentio; sicque fiet, ut non unus de Melchiade locus, sed complura alia simul elucidentur, quæ quidem obscuriora superius citato loco videntur. Qui igitur in primis occurrit, est in libro de Romanis Pontificibus in Siricio, ubi hæc itidem de fermento leguntur: *Hic constituit, ut nullus presbyter Missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum Episcopi loci designati susciperet declaratum, quod declaratur fermentum:* Hæc in Siricio. Sed & Innocentius (*a*) Papa ad Decentium hæc item de fermento scripta habet: *De fermento vero, quod die Dominico per Titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti; cum omnes Ecclesiæ nostræ intra civitatem sunt * constitutæ; quarum presbyteri, quia die ipso propter plebem sibi creditam, nobiscum convenire non possunt, idcirco fermentum a nobis confectum per acolythos accipiunt, ut se a nostra communione maxime illa die non judicent separatos; quod per parochias fieri debere non puto; quia non longe portanda sunt sacramenta; nec nos per cœmeteria diversa constitutis presbyteris destinamus, ut & presbyteri eorum conficiendorum jus habeant atque licentiam:* Hæc Innocentius. Sed & in antiquo Rituali hæc verba: *Quinta Dominica in Quadragesima, Sabbato, datur fermentum in Consistorio Lateranensi*: Hæc sunt de arogatione fermenti antiquitus fieri solita, vetera monumenta.

(*a*) *Innoc. epist. 1. c. 5.*

* sint.

L. Fermenti Symbolum.

Fuisse autem ejusmodi fermentum in Romana Ecclesia symbolum unionis; quæ habet Innocentius, satis declarare videntur, dum ait diversarum Ecclesiarum presbyteros, quibus pro distinctione locorum universa plebs Christiana commissa erat, ab ipso Pontifice absente, qua die singuli in suis Ecclesiis Synaxin agerent, per acolythum accipere solitos fermentum, quo significaretur, se cum illo, eo symbolo communicationis accepto, esse fide atque charitate conjunctos. Acceptum plane fuisse videtur exemplum ab Evangelica illa parabola, qua Dominus noster Jesus Christus dixit (*b*): *Simile est regnum Cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.* Regnum namque Christi præsentis temporis illud esse definitur, quod communicatione catholica unius massæ coagmentatione constringitur. Fides enim, secundum Athanasii (*c*) & aliorum sententiam, per fermentum exprimitur; mulier vero illa quæ fermentum farinæ tribus satis abscondit, typum gerit Ecclesiæ Catholicæ, cujus opera in Trinitatis confessione Fideles omnes una fide junguntur. Sed quo ritu tam excellentia Catholicæ communicationis symbola peragi consueverint; ex locis superius recitatis aliqua saltem ex parte consequi licet. Benedici in primis consuevisse fermentum ab ipso Episcopo, quæ

(*b*) *Matth. 13.*

(*c*) *Athanas. lib. Quæst. 9. 55.*

PAGIUS

men hunc nominandi fuit, quod erasis, jubente Constantino, tribus Consulatibus Maxentii, tanquam Tyranni, annus, quo primum ordinatus Melchiades est, vacare videretur, ob quam etiam causam ad nomen decessoris Eusebii nullus notatur Consulatus. Necdum enim usus cæperat frequentari, quod exolescente Consulum majestate frequentissimum fuit, ut nominato ultimo Consulatu, vacantes post eum anni scriberentur, iterum, tertio, quarto, &c. Post Consulatum N. N. Ita Papebrocius. Verum in tertia parte Dissert. Hypaticæ jam demonstravi, hanc formulam, *Post Consulatum*, anno trecentesimo septimo usurpari cœptam esse, & ex ipsomet Damasi Chronico constat, annum CCCX. ea notatum fuisse, hoc modo: *Post Consulatum X. & VII.* Si itaque Melchiades anno CCCX. Pontificatum iniisset, Auctor Chronici Damasi minime scripsisset, eum sub Consulatu Maximiani VIII. ordinatum esse. Quod si Constantinus Maxentii Consulatus in Actis publicis memorari noluisset, Auctor Chronici Damasi, Volusiani & Rufini Consulatus a Maxentio anno CCCXI. designati mentionem non fecisset. Hæc itaque Viri doctissimi explicatio rejicienda, ac pro certo habendum, Auctorem Chronici Damasi, qui hoc seculo vixit, posteros docere voluisse, Melchiadem anno trecentesimo decimo Ecclesiam administrare exorsum esse, & post annos tres & aliquot menses e vivis excessisse. Denique, Vicariatum illum Melchiadis fictitium esse, jam dixi. Ceterum, quod Anastasius tradit Melchiadem sepultum III. Idus Decembris, quo etiam die nunc colitur, quove Baronius eum demortuum credidit, nonnisi de aliqua ejus Translatione intelligendum, quæ sepulturæ nomine, ut sæpe fit, designata est.

Extant tria veterum Pontificum Romanorum decreta, quæ Baronius de *Eulogiis* seu pane benedicto intelligenda censuit. Verum, ut observat Schelstratius in singulari Opere de Disciplina Arcani cap. 7. art. 5. ubi præfata decreta explicat, inter Eruditos nunc convenit, in iis decretis agi de primitivæ Ecclesiæ consuetudine, qua Episcopus ad Urbis Presbyteros, qui Sacrificio diebus Dominicis adesse non poterant, Sacramenta mittebat. Melchiadis decretum ita habet: *Hic fecit, ut oblationes consecratæ per Ecclesias ex consecratu Episcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum.* Siricio istud in Pontificali tribuitur: *Hic constituit, ut nullus Presbyter Missas celebraret per omnem hebdomadam; nisi consecratum Episcopi loci designati susciperet declaratum, quod nominatur fermentum.* Tertium decretum est Innocentii I. in epistola ad Decentium Eugubinum cap. 5. *De fermento, quod die Dominicæ per Titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti, cum omnes Ecclesiæ vestræ intra civitatem sint constitutæ, quarum Presbyteri, quia die ipsa propter plebem sibi creditam vobiscum convenire non possunt, idcirco fermentum a nobis confectum per Acolythos*

XVII. Eucharistia ad absentes mitti solita. Baron. n. XLIX. & seq.

superius dicta sunt ex Melchiade atque Siricio, declarant; apud eos enim idem est consecratio, quod benedictio; & fermentum consecratum, quod benedictum. In hunc ergo modum benedictum fermentum, & ex eo massa coagmentata, panisque formatus, oblatio dicebatur; quod demonstrant illa verba in Melchiade: *Hic fecit, ut oblationes consecratæ per Ecclesias ex consecratu Episcopi, dirigerentur, quod declaratur fermentum*: perinde ac si diceret, quod nominatur fermentum.

LI. De oblationibus ritus.

Cum igitur ejusmodi fermentum idem esset, quod oblatio; quisnam esse soleret ejus rei usus, diligentius est perquirendum; nec aliunde opportunius, quam ex oblationibus a populo offerri solitis, vel a presbyteris subministrari de proprio ab iisdemque benedici, atque in singulos dividi, sumi posse videtur; cujus quidem rei antiquus canon (*a*) Pii Papæ, & martyris titulo inscriptus est his verbis: *Ut de oblationibus quæ offeruntur a populo & consecrationibus, quæ supersunt, vel de panibus quos deferunt Fideles ad ecclesiam, vel certe de suis presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido, & convenienti, ut post Missarum solemnia, qui communicare non fuerint parati, Eulogias omni die Dominico, & in diebus festis exinde accipiant, quæ cum benedictione prius faciat*: Hæc canon.

(*a*) *Tom. 1. Concil. sub Pio ex Cod. quinque librorum, l. 2. c. 117.*

LII. Quod ergo sive de populi oblatione, sive de suo presbyter panes benediceret, atque in singulos Fideles erogandos minutatim conciderent (ut qui sacratissima Eucharistia minime communicassent, hoc saltem alio communionis signo conferentur esse Fideles) ut ejusmodi panem fermentatum ab Episcopo singulorum Titulorum presbyteri acciperent, a Melchiade fuisse institutum, apparet. Verum id non tantum Romæ, & in Ecclesia Occidentali, sed & in Orientali quoque fuisse servatum, ex decreto Concilii Laodiceni (*b*) declarari videtur, quo dicitur: *Sanctas oblationes ad vicem Eulogiarum per festivitatem Paschalem ad alias parochias mitti minime oportere*: Idque idcirco puto, quod ea die nequaquam Eulogiis, sed Eucharistia populus omnis communicare deberet, in cæteris autem anni diebus licenter, præterquam in diebus jejunii Quadragesimæ, ne occasione Eulogiarum jejunium frangeretur; quamobrem eadem Synodus hæc inferius (*c*): *Non oportet in Quadragesima panem offerri, nisi Sabbato, & Dominica tantum*: His namque diebus jejunare (ut primo tomo diximus) Orientalibus Christianis nefas erat. Meminit & Gregorius Nazianzenus de ejusmodi panibus benedictione sanctificatis atque signatis, in ea oratione quam habuit in funere patris.

Quid per Melchiadem institutum.

(*b*) *Conc. Laodic. c. 14. poster. editionis.*

(*c*) *Ibid. c. 49.*

LIII. Eulogiæ Symbolum unitatis.

Quod vero ejusmodi Eulogiarum participatio symbolum esset Catholicæ communionis; idcirco in eodem quoque Concilio iidem sanctissimi Patres inhibuere Fidelibus, ne ab hæreticis eos acci-

perent, dicentes (*a*): *Quod non oporteat ab hæreticis Eulogias accipere; quia sunt maledictiones potius, quam benedictiones*. Ejusmodi generis signasse videtur Eulogias Epiphanius presbyter in Indiculo ad Hormisdam (*b*) Papam, cum ait: *Si hæretici non sunt, quomodo tanta sacramenta confecerunt, ut canistra plena omnibus erogarent, ne imminente (ut dicebant) persecutione, communicare non possent?* Impartiendo igitur aliquem his Eulogiis, idem erat, quod Catholica communicatione dignum esse censere. Est hæc de re elegans exemplum in Actis S. Albini Episcopi Andegavensis, his verbis conscriptum (*c*): *Cum rogaretur, ut Eulogias, quas reliqui Antistites ad personam communione suspensam dirigentes benedixerant, ut ipse signaret; ait ad sacerdotale Concilium: Etsi ad imperium vestrum ego signare compellor, dum vos causam Dei recusatis defendere; ipse potens est vindicare. Quo facto, antequam Eulogias excommunicatæ persona susciperet, expiravit; & priusquam portitor perveniret, fermo sacerdotis obtinuit; qui etiam ad beatum Cæsarium Arelatensem Præsulem pro eadem causa consulturus occurrit*: Hæc ibi. Ex his igitur omnibus constat nihil aliud fuisse fermentum, quam fermentatum pa-

(*a*) *Ibid. c. 32.*

(*b*) *Codic. Vatican. epist. Rom. Pontific. 11.*

(*c*) *Apud Sur. tom. 2. die 1. Mart.*

nem benedictum, quo ob communicationis symbolum ab Episcopo impartirentur cuncti parochiales presbyteri, qui eumdem sub se constitutis Fidelibus distribuerent certis diebus; ipsum vero diversis nominibus appellatum, nimirum Fermentum, ad distinctionem azymi panis, ex quo soleret confici Eucharistia, dictumque esse Sacramentum ob sacræ rei signum, nempe Catholicæ unionis, sacerdotali benedictione consignatum; ob idque Benedictionem itidem, & Eulogias dici consueviſſe.

LIV. Innocentii epist. locus elucidatus.

Quibus omnibus ex superioribus citatis locis satis evidenter demonstratis, atque firmiter stabilitis; reliquum est, ut allegatum superius Innocentii locum pariter elucidemus. In eo enim quod dicit in primis superflue quæri a Decentio, an extra civitatem fermentum mittendum esset; *cum* (inquit Innocentius) *omnes Ecclesiæ nostræ intra civitate sunt* * *constitutæ*. De Titulis tantum intelligit, ad quos (ut ait) fermentum mitti soleret; non quidem quod non essent in suburbiis aliæ complures Ecclesiæ atque Sanctorum Memoriæ, sed nulla prorsus titularis, in quam populus colligi consueverit; cujus rei causa ait se non mittere fermentum ad presbyteros per diversa cœmeteria constitutos, quod illi ple-

* sint.

bem

PAGIUS *thos accipiunt, ut se a vestra communione maxime illa die non judicent separatos. Quod per Parochias fieri debere non puto, quia nec longe portanda sunt Sacramenta, nec vos per cœmeteria diversa constitutis Presbyteris destinamus, sed Presbyteri eorum conficiendorum jus habent atque licentiam*. Lupus Tomo III. Conciliorum in Responsis ad Michaelis Cerularii calumnias notat, primis Ecclesiæ temporibus ob paucitatem Fidelium non fuisse in civitatibus plures quam unam Ecclesiam, in Ecclesia unum, non plura altaria, & ad altare illud, unum, non plura Sacrificia eodem die fuisse oblata. Quæ omnia ex variis Antiquitatis monumentis constant; ex quibus apparet, usum obtinuisse, ut Episcopi diebus Dominicis in Ecclesia sacrificium offerendo præsentem populum ex oblatis communicarent, ad absentem vero ex oblatis consecratis mitterent. Hinc Justinus Martyr in Apologia pro Christianis testatur, diebus Solis, seu Dominicis Sacramenta per Diaconos ad absentes delata fuisse. Per absentes autem non solum infirmos & captivos, sed etiam Sacerdotes, qui Missæ Pontificali adesse non poterant, Lupus intelligit.

XVIII. *Eucharistia fermentum appellata.*

De hac itaque consuetudine explicandum est *Melchiadis* decretum, quod, ubi plures ob Fidelium multitudinem Ecclesiæ institutæ essent, oblationes ex consecratu Episcopi, diebus nimirum Dominicis, dirigerentur. De ea etiam intelligendum illud *Siricii*, ut nullus Presbyter Missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi die Dominico consecratum Episcopi suscepisset.

Baron. n. XVII. & seqq.

Hæc enim Innocentius citatus clarissime explicat; cum fateatur, die Dominico per Titulos intra civitatem constitutos consecratum mitti consueviſſe, quod Acolythi ad Presbyteros, qui illa die propter plebem sibi creditam Sacrificio Pontificali interesse non potuerant, perferebant. Vocat autem Innocentius hoc ipsum consecratum *Sacramenta*, negatque ad cœmeteria extra Urbem constituta destinanda esse: *Quia*, inquit, *non longe portanda sunt Sacramenta*, quod de Corpore & Sanguine Christi intelligendum vix negari potest. Schelstratius citatus sollicite inquirit, cur iis in decretis tam obscure agatur de Eucharistia, ut divinari quasi oporterit, an per fermentum Corporis & Sanguinis Christi Sacramenta intelligerentur. Potuissent enim Summi Pontifices claris verbis decernere, Eucharistiam, quia fermenti instar Fidelium unionem fovet, ex consecratu Episcopi ad absentes Presbyteros transmitti debere. Verum nihil horum, nec Melchiades, nec Siricius dicunt, sed sub fermenti nomine totum Sacramentum comprehendunt. Neque ipsemet populus *aliud* quam fermenti nomen sacris donis tribuebat. Horum rationem ex disciplina arcani & occultatione Sacrorum Mysteriorum, quæ per quinque priora Ecclesiæ secula in usu fuit, desumit Schelstratius; ex qua factum, ut tam Romani Pontifices in decretis, quam Fideles in colloquiis, Sacramenta Eucharistiæ sub fermenti nomine occultarint. Hinc Schelstratius articulo sequenti ostendit, ex disciplina arcani plerosque Patres de realis Corporis & Sangui-

PAGIUS guinis Christi præsentia locutos, & Eucharistiam typum, figuram, symbolum, imaginem, mysterium frequenter dixisse, non quod Corpus & Sanguinem Christi in ea contineri negarint, sed quod Catechumenis seu non initiatis ex Ecclesiæ disciplina eam occultari voluerint.

XIX. *Decretalis Melchiadis.*

Inter Decretales Pontificum Romanorum habetur una Melchiadis *ad omnes Hispaniæ Episcopos*, quæ dicitur data *Kalendis Martii, Volusiano & Rufino viris clarissimis Coss.* quæ non potest non esse supposititia, cum jam a die decima Januarii illius anni, nempe insequentis, Melchiades fato functus fuisset. Præterquam quod citatur in ea Scriptura juxta Hieronymi versionem, & refertur prolixum fragmentum ex Eucherii homilia de Pentecoste, quæ communiter attribuitur vel Eusebio Emisseno, vel Fausto Regiensi Melchiade junioribus. Melchiadi Sylvester successit, ut anno sequenti videbimus, postquam Sedes tessaset dies XXI. non vero dies XV. ut perperam legitur in Chronico auctiori veterum Pontificum.

XX. *Indulgentia debitorum a Constantino concessa.*

Hoc anno, dum Coloniæ *Constantinus* esset, Gallicanum censum retractavit, indulgentiasque debitorum per Gallias, ac nominatim *per Lugdunensem primam* tribuit, ut videre est in Codice Theodosiano L. 1. *Sine censu*, missa *ad Antonium Marcellinum Præsidem Provinciæ Lugdunensis primæ*, quæ dicitur *dat. Kalend. Jul. Agrippinæ, Constantino A. V. & Licinio C. Coss.* id est, *Constantino Augusto V. & Licinio Cæsare*. In ea tamen verba error irrepsit. Nam, ut observat Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani, anno CCCXIX. quo Constantinus quintum Consulatum gessit, hic non in Gallia, sed in Pannonia hæsit. Idem Gothofredus hanc Legem transferendam putat ad annum CCCXII. quo, inquit, constat Constantinum, antequam

in Maxentium moveret, egisse in Gallia inferiori, & nominatim Agrippinæ, ut liquet ex Eumenii Panegyrico, qui incipit: *Facerem*. Unde & colligit, solemnem Panegyricum Flaviensium nomine dictum Constantino, ad eundem annum pertinere; cum ea Lex ad Præfidem Provinciæ Lugdunensis primæ, in qua sita Flavia seu Augustodunum, missa sit; & Eumenius gratias agat de remissis a Constantino debitis. Quare legendum existimat, *Constantino Augusto II. & Licinio Cæsare II. Coss.* qui Consulatus anno CCCXII. gestus.

XXI. *Epocha gratiarum actionis ab Eumenio recitatæ.*

Sed, ut in Dissertatione Hypatica parte II. cap. 6. num. 6. ostendi, Eumenii Gratiarum actio Flaviensium nomine recitata est anno CCCXI. quo Constantinus Quinquennalia dedit, quorum cap. 13. idem Orator meminit; estque tantum de remissione speciali: laudata vero Lex de causa Provinciæ Lugdunensi communi agit. Præterea toto anno CCCXII. Constantinus in Italia fuit, quo ultimis mensibus anni CCCXI. se contulit adversus Maxentium pugnaturus; sed non ante mensem Julium, quo citata Lex *Sine censu*, data. Ea enim Constantini expeditio annua fuit, ut suo loco dictum. Quare hæc Lex non cum Constantini Quindecennalibus ac anno CCCXI. sed cum præsenti Constantini Aug. III. & Licinii Cæsaris Consulatu notato copulanda. Certe hoc anno Constantinus Delatores repressit, censumque retractavit, ut claret ex L. 1. & 2. *De censu*, & Lege 1. *De petitionibus*, ad populum Romanum, quæ extant in Codice Theod. Et præterea post mensem Martium in inferiorem Germaniam venit, ut jam demonstravi. Porro quia hæc Lex a Constantino, cui Gallia parebat, emissa, is in subscriptione *Augustus*, Licinius vero tantum *Cæsar* appellatur, cujus rei alia habemus exempla.

Hoc

bem sibi subditam, quam colligerent, non haberent, ac proinde nullus posset usus esse fermenti, quod (ut inquit) ob Catholicæ communicationis symbolum confectum esset. Qua pariter ratione, quod non ipse faceret Pontifex, ut ad presbyteros extra Urbem in cœmeteriis constitutos fermentum mitteret, id minus facere deberent presbyteri titulares, ut ad positos extra mœnia fermentum mitterent & hoc est quod subdit: *Quod per parochias fieri debere non puto; quia non longe portanda sunt sacramenta.* Quæ enim instituta essent, ut Fideles convenientes singuli in suas ipsorum Ecclesias, diversis licet in locis positas, eo communicationis Symbolo esse Catholici censerentur, nequaquam impertienda forent absentibus; qui eo ipso, quod cum cæteris statuto die non convenissent, se illis reddidissent indignos, neque facile nisi legitima probata causa, vel non sine pœnitentia, ad communicationem Fidelium in posterum deberent admitti, ut complures canones docent, quos brevitatis causa recensere omittimus. Sic igitur Innocentius Decentio visus est respondisse; nam qui interrogasset ipsum, an sicut Romanus Pontifex fermentum mitteret ad absentes, ita etiam liceret Episcopo ad rurales Ecclesias idem ipsum fermentum mittere; ad eum jure Innocentius ipse respondit, id exemplo Romanæ Ecclesiæ superflue quæri, cum ad quas Papa Ecclesias fermentum mittit, omnes sint intra Urbem; nec ab eo permitti, foras efferri, quod sacramenta non sint longe portanda; ac proinde nihil esse quod Ecclesiæ Romanæ exemplo usurpari posset, ut extra mœnia fermentum ab aliis Ecclesiis mitte retur.

LV. Jam vero certa causa declarata, cur ejusmodi symbola Catholicæ unionis non essent longe portanda, amovendus est ille scrupulus a legentium animis de nomine sacramenti; cum enim dicat Innocentius: *Per parochias fieri debere non puto, quia non longe portanda sunt sacramenta:* num de Sacramento sanctissimæ Eucharistiæ dictum sit fortasse quis poterit dubitare. Sed etsi ad ejusmodi dubitationem penitus tollendam, quæ dicta sunt superius, satis esse possent; nimirum cum demonstratum est, sacramenti quoque nomine dictas esse ejusmodi Eulogias; tamen ex multis aliis hæc manifestiora reddemus. In primis autem ad omnem de hac re suspicionem auferendam, Innocentium per sacramenta nequaquam Eucharistiam intellexisse, satis superque sufficiet notissimum illud

PAGIUS XXII. *Valerius Valens Tyrannidem arripit.*

Hoc anno *Valens Imperator creatus*, inquit Victor in Epitome, qui postquam Maximini mortem narravit, subjungit: *Valens a Licinio moret multatur.* De hoc Valente loquitur Lactantius lib. de Mortibus Persecutorum cap. 50. ut jam observavi in prima hujus Tomi editione, licet re tunc satis non examinata ejus Imperium anno suo non reddidissem. Ibi Lactantius Maximini morte recitata, ait: *Licinius summa rerum potitus, inprimis Valerium, quem Maximinus iratus nec post fugam quidem, cum sibi videret esse pereundum, fuerat ausus occidere necari jussit.* Nec dubitari potest quin Valerius iste idem sit cum Valente a Victore memorato, cum Goltzius inter Nummos triginta Tyrannorum, qui imperante Gallieno Rempublicam Romanam afflixere, hunc referat: ATT. K. ΠΟΥ. ΟΥΑΛΕΡ. ΟΥΑΛΕΝC. CEB. L. A. *id est, Imperator Cæsar Publius Valerius Valens Augustus. Anno primo.* Nummus tamen ille ad Valerium Valentem Licinii jussu occisum, non vero ad Valentem, qui post Valerianum in Persidem abductum tyrannidem arripuit (ut testatur Pollio lib. de Triginta Tyrannis cap. 10.) omnino pertinet, licet Mediobarbus huic Valenti, qui brevi in Macedonia imperitavit, attribuat.

XXIII. *Valerius Valens parum hactenus cognitus.*

Vix *Valerius Valens* Augustus e tenebris emerserat, cum Robertus Spark V. C. in nova editione Operum Lactantii, Oxonii in lucem emissa scripsit, hunc Valerium hominem fictitium esse, & loco *Valerium, quem* legendum esse *Valeriam, quam*. Verum hæc manuscripti Lactantii Colbertini, quod unicum ad nos pervenit, non emendatio, sed depravatio est. Quod ut certius demonstrem, referam hic integrum Lactantii locum, & hac occasione paucula quæ de isto Imperatore detegere potui, eo lubentius proferam, quo ab illustratione Historiæ Imperialis, Ecclesiastica summam lucem accipiat. Lactantius itaque citatus, ait: *Licinius summa rerum potitus inprimis Valerium, quem Maximinus iratus, nec post fugam quidem, cum sibi videret esse pereundum, fuerat ausus occidere, idem Candidianum, quem Valerius ex concubina genitum ob sterilitatem adoptaverat, necari jussit. Mulier tamen, ut eum vixisse cognovit, mutato habitu comitatui ejus se miscuit, ut fortunam Candidiani specularetur*, & reliqua anno sequenti num. XIII. recitata.

XXIV. *Quo anno tyrannidem sumsit.*

Valerius anno CCCXIII. Maximino a Licinio superato, & in fugam conjecto se se Augustum dixit; quod factum fuisse oportet inter Kalendas Maii quo die Maximinus devictus, & mensem Augustum quo periit. Lactantius citatus cap. 47. narrato eo prælio ait: *Videt Maximinus aliter rem geri quam putabat. Projecit purpuram, & sumta veste servili fugit, &c. raptisque filiis & uxore, & paucis ex Palatio comitibus, petivit Orientem. Sed in Cappadocia collectis ex fuga & ab Oriente militibus subsistit. Ita vestem resumsit.* Quare Maximinus tribus circiter mensibus post fugam illam vixit, ut anno CCCXIV. num. VII. exposui, & paulo ante eam Valerius purpuram sumsit; existimans actum esse de Maximino, eamque sibi debitam, & quod de familia Dioclesianea esset, & quod ejus filius tanto oneri adhuc impar, ejus vero filia Candidiano desponsa esset: *Ipsius quoque Maximini filium suum maximum agentem in annis octo, & filiam septennem quæ desponsa fuerat Candidiano, extinxit* Licinius, inquit Lactantius cap. 50. Sparki autem correctio sustineri non potest: cum Lactantius, quos Licinius occidi jussit enumerans, priores *Valerium* & *Candidianum* memoret, tumque referat, Candidiano occiso, Valeriam fugam cepisse: Unde Valerius cum Candidiano inter primos occisus; contra vero Valeria ultima ex Diocletiani famili-

lud adducere, Romanam ac simul Occidentalem omnem Ecclesiam nonnisi in azymo pane consuevisse Eucharistiam conficere; ac proinde, quod Innocentius fermentum nominat sacramentum, alterius plane generis illud fuisse. Rursus vero si phrasin ejusdem in dicendo quis attendat inveniet in eadem ipsa epistola frequentiori usu (*a*) ab ipso Eucharistiam nuncupatam esse Sacra mysteria, quo nomine a Græcis etiam appellari consuevit. Sæpe itidem eamdem Eucharistiam ab eo dici (*b*) Communionem; Sacramentum autem, ut voce generica, semel tantum pro Eucharistia (*c*) usurpatum esse reperies. Sed & Sanctus Augustinus (ut intelligas eumdem loquendi usum in Africa quoque viguisse) nominat (*d*) Sacramentum panem benedictum ipsis cathecumenis impertiri solitum. Præterea quonam modo legitur in Melchiade, atque Siricio, ab Episcopo benedictum fermentum, esse Eucharistiam, eamque ad presbyteros celebraturos mitti quam ipsi presbyteri celebrando mox confecturi fuissent?

(*a*) *Innoc. ep. 1. c. 1. 2. 3.* (*b*) *Innoc. epist. 3. c. 2. 4.* (*c*) *Idem epist. 2. c. 4.* (*d*) *Aug. de peccat. merit. & remiss. lib 2. c. 26.*

His igitur tam perspicue elucidatis, illud quoque quod ad Eulogias pertinet, dicere non prætermittimus, duplicis generis eas reperiri; nimirum publicas, easdemque (ut demonstratum est) communionis Catholicæ signa, de quibus omnis præsens tractatio instituta est; alias vero privatas, quas sciliet amici inter se ultro citroque dare atque accipere consueverunt; cujus quidem antiqui usus exempla complura suppetunt, & inter alia S. Pauli. ni Nolani Episcopi ad Severum scribentis, hæcque dicentis (*e*): *Panem Campanum*

LVI. Eulogiæ duplicis generis.

(*e*) *Paulin. epist. 2. in fine.*

PAGIUS XXV. *Cognominatus fuit Valens.*

milia per varias Provincias *quindecim mensibus* pervagata *postremo* cum matre pœnas dedit, ut loco citato ex Lactantio ostendimus. Rejicienda itaque ea emendatio, qua etiam posita *Valerius* in Lactantio necessario quærendus esset.

Valerius iste diversus non est a Valente quem Victor in Epitome testatur nuncupatum Imperatorem dum verba facit de iis quæ inter annum CCCVI. quo Constantius Chlorus vita functus est, & annum CCCXIII. quo Maximinus interiit, contigere, ubi ait: *Licinius Augustus efficitur: parique modo Alexander apud Carthaginem Imperator fit: similique modo Valens Imperator creatur, quorum exitus iste fuit.* Ubi Victor non asserit Valerium eodem tempore quo Alexander, factum esse Imperatorem, sed tantum simili modo dictum scilicet esse Imperatorem. Tum omnium horum aut Imperatorum aut Tyrannorum interitum recitat, & suam narrationem his verbis claudit: *Maximinus apud Tarsum morte simplici periit. Valens a Licinio morte mulctatur*, ubi Victor mortem Valentis cum morte Maximini, quemadmodum Lactantius mortem Maximini cum morte Valerii conjungit: *Sic inter gemitus*, inquit Lactantius, *quos tamquam cremaretur, edebat, Maximinus nocentem spiritum detestabili genere mortis efflavit. Hoc modo Deus universos Persecutores nominis sui debellavit, ut eorum nec stirps nec radix remaneret. Nam Licinius summa rerum potitur inprimis Valerium*, & cetera numero præcedenti relata. Quamobrem Valerius & Valens nomina sunt ejusdem Principis, qui Valerius Valens vocabatur, quod supra demonstratum est Numismate Græco: ATT. K. ΠΟΥ. ΟΥΑΛΕΡ. ΟΥΑΛΕΝC. CEB. L.A. Verum est Mediobarbum in Numismatis Imperatorum & Toinardum in Notis ad librum citatum Lactantii pag..... istud attribuere Valenti Proconsuli Achaiæ, qui Galieno imperante tyrannidem arripuit, & numeratur inter XXX. Tyrannos a Trebellio Pollione cap. 19. Sed hic Valens, non *P. Val. Valens*, sed *Valens Thessalonicus* nuncupatus, ut discimus ex Ammiano lib. 21. cap. 16. *In hujusmodi controversiarum partibus* (Constantius) *etiam Gallieno ferocior. Ille enim perduellionum crebris verisque appetitus insidiis Aureoli, & Postumi & Ingenui, & Valentis cognomento Thessalonici, aliorumque plurium*, &c. Cum tamen Thessalonici cognomen in laudato Nummo non legatur.

Valerius Valens diversus a Valente a Licinio Cæsare dicto.

XXVI. Præterea Valens in eo Nummo expressus non potest esse Valens de quo anno CCCXVII. num. IV. ex Anonymo Valesiano egi a Licinio anno CCCXIV. Cæsar creatus. Is enim Valens nunquam Augustus fuit, & conditionibus pacis Constantinum inter & Licinium compositæ ad privatam fortem redactus. Verum quidem est apud Zosimum lib. 2. pag. 679. haberi inter conditiones pacis, *ut Valens appellatus a Licinio Cæsar, quod perhiberetur eorum auctor esse malorum quæ acciderant, e medio tolleretur.* At in textu Græco id non legitur, sed tantum: Ουαλεντα δε, τον ὑπό Λικιννίε Καίσαρα καθεσταμένον, ἀναιρεθῆναι, τῶν συμβεβηκότων κακῶν αἴτιον δικαί λεγόμενον; & verbum ἀναιρέομαι, non solum occidere aut trucidare, sed etiam exauctorare ac deponere significat: cujus rei exemplum infra exhibebo. Quare error ille non Zosimo qui idem ac Anonymus Valesianus & Petrus Patricius scribit, sed interpreti ejus adscribendus. Valerii nomen proprium erat familiæ Diocletiani, ut in Nummis videre est; in Nummis Diocletiani ut plurimum legitur: Imp. C. C. Valer. Diocletianus. P. F. Hug. In Nummis senioris Maximiani Imp. C. M. Aur. Val. Maximianus. P. F. Aug. In Nummis Constantii Chlori Fl. Val. Constantius. P. F. Aug. In Nummis Galerii Gal. Val. Maximianus N. C. vel J. C. Gal. Val. Maximianus. P. F. Aug. In Nummis uxoris ejus Diocletiani filiæ, Gal. Valeria Aug. In Nummis Maximini, Gal. Val. Maximinus N. C. vel J. C. Gal. Val. Maximinus P. F. Aug. In Nummis Severi, Fl. Val. Severus Nobil. Cæsar, vel Imp. Fl. Val. Severus P. F. Aug. In Nummis Licinii, Imp. C. F. Val. Licinius. P. F. Aug. Denique quia Constantinus Magnus ob Constantium Patrem a Maximiano Herculio adoptatum, & Fausta ejus conjugem Herculii filiam, e familia Diocletianea erat, in Nummis initio ejus Imperii percussis inscribitur: Fl. Val. Constantinus Nob. C. vel Imp. C. Fl. Val. Constantinus. P. F. Aug. quod confirmat egregium Numisma anno CCCVII. num. XIV. a me recitatum. Ex Nummis itaque, Lactantio, & Sexto Victore inter se collatis constat Valerium cognomento Valentem inter Imperatores numerandum esse.

XXVII. *Refellitur sententia Cuperi.*

Cuperus qui eruditis Notis Lactantium illustravit, in Epistola ad Paulum Voetium quæ extat inter ejus Notas pag. 13. ait se vix dubitare quin sententiam mutaturus sim; si incidero in ea quæ ipse de Valente notavit. Sed ex-

num de cellula nostra tibi pro Eulogia misimus: & ad S. Augustinum (a): *Panem unum, quem unanimitatis indicio misimus charitati tuæ, rogamus, accipiendo benedicas*: & ad Alypium (b): *Panem unum sanctitati tuæ unitatis gratia misimus, in quo etiam Trinitatis soliditas continetur; hunc panem Eulogiam esse tu facies dignitate sumendi*: Hæc ipse, qui plane allusisse videtur ad ea, quæ dicta sunt de mysterio ex parabola Evangelica de fermento abscondito in farinæ satis tribus, quo unitas fidei in Trinitatis confessione habetur expressa. Rursum vero ad Romanianum (c) agit de iisdem ex pane Eulogiis ad ipsum atque Licentium missis. Augustinus (d) & ipse ad eumdem Paulinum easdem quoque mittens Eulogias ait: *Panis quem misimus, uberior benedictio fiet dilectione accipientis vestræ begnitatis*. At de Eulogiis hactenus; jam ad reliqua quæ scripta sunt de Melchiade redeamus: *Hic* (inquit auctor) *fecit ordinationem unam per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos quinque, Episcopos per diversa loca undecim. Hic sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, quarto Idus Decembris, & cessavit Episcopatus ejus dies decem, & septem*: Hæc ibi. Verum longiore tempore sedem vacasse, dicere opus est, nam in eodem Commentario ponitur ingressus Silvestri Kalendis Februarii, anno sequenti, sub Consulatu Volusiani.

(a) *Apud August. epist.* 31. *in fine.*
(b) *Apud eumdem epist.* 35.
(c) *Apud eumdem epist.* 36.
(d) *Aug. epist.* 34.

Chri-

PAGIUS examinatis iis quæ vir eruditissimus hanc in rem scripsit in sententia mea magis confirmatus fui, neque dubitavi quin eam tandem omnes amplexuri sint. Citat Paulum Diaconum in Miscell. lib. 2. in qua omnia fere perturbata, & Victorem cui standum est, prætermittit. Secundo scribit: *Valens eodem tempore neci non fuit datus, sed a Licinio post cladem ad Cibalim per Constantinum acceptam Cæsar est creatus, & occisus postulante Constantino cum pacem eidem daret*. At Cuperus duos Valentes toto cœlo diversos confundit; nam Valens ille fuit tantum Cæsar, nunquam Augustus; & Valens, de quo quæstio, Augustea dignitate exornatus fuit, sicque omnia ejus argumenta corruunt, neque mirum cum in Lactantii capite 50. Valerium in Valeriam mutet. Sibi tamen ipsemet objicit Lactantium capite sequenti Valeriæ mortem pluribus enarrare; ad quod respondet putare se Lactantium eodem illo capite & in principio rerum quas post victum Maxentium aggressus est Licinius obiter narrare. Verum si attento animo Lactantium legisset; nunquam sibi persuasisset, personam quam *imprimis Licinius necari jussit* cap. 50. unam & eandem esse cum ea quæ *postremo pœnas dedit* cap. 51. Addit Cuperus in Epistola ad Voetium, Nummos in quibus Valens Augustus appellatur, sibi suspectos esse, quia Valens tantum Cæsar fuit. At distinguendo duos Valentes hoc argumentum evanescit. Subdit, se summopere optare Nummos illos inspicere & manibus tractare. Sed si hujusmodi probationis genus admittendum sit, actum est de omnibus Nummis a Viris doctis vel visis vel tractatis, vel in Musеis asservatis, vel quod rariores essent processu temporis deperditis, imo MSS. quæ in Bibliothecis & Archivis asservantur a Criticis amplius adhibenda non sunt.

XXVIII. *Refutantur alii Viri Docti.*

At inquiunt aliqui, hujus Valerii Valentis nulla in Historicis de Maximino Diocletiano & Galerio loquentibus mentio, sed illorum Vitæ nullibi extant. Peto ego ab eisdem ubi Julianum Diocletiano imperante tyrannum, cujus solus Libanius obiter meminit, ut anno CCCIII. indicavi, inveniunt. Num ideo Imperator chimericus? Ubi Perpennam Licinium Tyrannum, nullibi præterquam in unico Nummo memoratum. Neque enim *Victor* de Cæsaribus eum agnovit, cum eum in duos dividat, ut suo loco visum, & eodem tempore Licinianum cum Valente Tyranno sub Decio, & Perpennam cum Hostiliano ejusdem Decii filio confundat: *Hujus temporibus*, inquit, *Valens Licinianus Imperator effectus*, cum dicere debuisset, *Valens & Licinianus Imperatores effecti sunt*.

I. Silvester Papa creatur.

CHristi anno trecentesimo decimo quarto, Volusiano, & Aniano Coss. Kalendis Februarii, Silvester Romanus, Russini filius ex presbytero subrogatus in locum Melchiadis sedere cœpit. Quæ autem ab eo gesta sint in Pontificatu, pro temporis ratione, certis annis, quibus facta esse noscuntur, dicturi sumus: & de tempore, quot annis sederit, in ejus obitu agemus. Porro toto cælo (quod ajunt) errare constat eos, qui ingressum Silvestri ponunt anno septimo, vel (ut habet depravate Eusebii Chronicon) anno quinto Imperii Constantini; ex his enim, quæ ex Optato, Augustino, ipsoque Eusebio, & actis Ecclesiasticis, & Proconsularibus sunt recitata, ea luce clara erroris apertissimi arguuntur.

Hoc

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5807.

SÆC. IV. Anno Urbis 1067. Olymp. 273. an. 2. A. C. 314. ☉ 15. C. ☽ 11. P. 18. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 314.

SILVESTRI PAPÆ 1.

CONSTANTINI 9. LICINII 8.

I. *Consules.*

[1] AD num. I. Coss. *Rufius Volusianus II.* & *Annianus*. Prior etiam Præfectus Urbis fuit, ut liquet ex libello de Præfectis, ubi Rufius Volusianus P. V. VI. Idus Decembris anni antecedentis alius non est, quam Volusianus Anniani Collega, & Rufius Volusianus, qui anno CCCXI. Romæ Consul creatus est a Maxentio. Quare recte Idacius in Fastis eumdem cum nota numerali profitetur. Præterea Inter Inscriptiones Romanas a Mabillonio Tomo 4. Analectorum relatas pag. 494. num. 40. hæc legitur: CEMONIUM (legendum, Cejonium) ALBINUM V. C. *Cons. Filosophum, Rufi Volusiani bis ordinarii Cons. filium, Senatus ex consulto suo, quod ejus liberis post Cæsariana tempora, id est, post annos CCCLXXX. & I. auctoritatem decreverit Fl. Magnus Januarius, V. C. cur. statuarum*. Qua ex Inscriptione Fasti Idatiani confirmantur, liquetque, anno Christi CCCXI. Rufium Volusianum Eusebio Collega Consulatum ordinarium Romæ, ubi Maxentius imperabat, gessisse; Rufinum & Volusianum, quos tanquam duos illius anni Consules Idacius proponit, unum eumdemque Consulem in duos divisum esse, quod quandoque ab Antiquis factum; Rufinum illum, seu melius Rufium, diversum esse ab Aradio Rufino, qui ex libello de Præfectis Urbi anno CCCIV. Præfecturam gessit; ac denique eumdem Rufium Volusianum a Constantino secundo Consulatu ordinario cohonestatum fuisse. Verum est, Onuphrium in Fastis ad annum Urbis MXXCVII. Christi CCCXXXV. quo Constantius & Albinus Fastis nomen dedere, eamdem Inscriptionem, mutilam tamen, in medium adducere, in eaque *Volusianum* simpliciter Consulem vocari; sed jam Viris doctis observatum, Onuphrium non raro Inscriptiones, dum corrigere vult, corrumpere; nulla suæ correctionis, ac plerumque depravationis mentione facta; quod in ea Inscriptione contigisse non dubito. Quia tamen una ex altera lucem accipit, Onuphriana hic recitanda:

S. P. Q. R. C. CEIONUM, RUFIUM. ALBINUM.
V. C. PHILOSOPHUM. RUFI. VOLUSIANI. COS. FILIUM
ET .....
QUOD. EIUS. LIBERTAS. POST. CAESARIANA. TEMPORA. ID EST. ANNOS. CCCLXXX. ET AUCTORITATEM. DECREVIT. FL. MAGNUS. IANUARIUS. V. C.
CUR. STATUARUM

In ea Inscriptione *Cæsarianæ temporæ* ab anno Urbis DCCVI. quo pugna Pharsalica habita, deducuntur; ideoque legendum, *annos* CCCLXXX. & I. qui ab anno Urbis DCCVI. ad annum Christi CCCXXXV. & annum Urbis MXXCVII. qui in eo anno Christi inchoatur, fluxerunt. Quod & ex conjunctione & sine nota I. sensum turbante intelligitur. Cum annus Urbis CCCLXXXI. incipiat cum anno Christi CCCXXXVI. & in Inscriptione legeretur, *post annos CCCLXXX. & I.* existimavit Onuphrius unitatem illam addititiam esse. Sed animadvertere debuerat Vir doctissimus, apud Antiquos hos loquendi modos, sc. *post annum* CCCLXXXI. similesve, plerumque aliud non designare, quam annum CCCLXXXI. inchoatum, ut non semel in hoc Opere observavi. Ex hujus itaque loci depravatione, prioris corruptio manifeste innotescit, lucetque, in ea Inscriptione vere scriptum fuisse, ut in Mabilloniana, *Rufi Volusiani bis ordinarii Cons. filium*, non vero *Rufi Volusiani Cos. filium*, ut perperam apud Onuphrium.

II. *Silvester fit PP.*

Non Kalendis Februariis, ut habet Baronius, sed *pridie Kalendas Februarii*, ut legitur in Chronico Damasi, S. *Silvester* Pontificatum iniit, ideoque die Dominica, quæ hoc anno in diem pridie Kalendas Februarii, seu in diem ultimum mensis Januarii incidit, ordinatus est. Qui nos post redditam a Constantino M. Ecclesiæ pacem

Baron. ad I.

NOTÆ [1] COss. *Rufius Volusianus II. & Annianus*. Prima *Volusiani* consulis nomina apud Relandum sunt. C. *Cejonius Rufius Volusianus II.* Gruter. pag. CCCLXXXVII. 5.

C. CEIONIO. RUFIO. VOLUSIANO.

Ibid. n. 3. ubi *Rufius Volusianus bis ordinarius Consul* dicitur. Vide alias inscriptiones apud Contelorium de Præf. Urb. pag. 53. præter eam, quam Pagius affert.

Fasti Idatiani: *Volusiano II. & Anniano*. Vindebonenses, Prosperi Chronicon, Bucherii laterculus, & Libellus de Præf. Urb. *Volusiano, & Anniano*, vel *Aniano*.

II. Maximinus quid in Licinium.

Hoc eodem anno Maximinus Imperator adversus Licinium bello agens superatur, compelliturque urgente numine in deorum cultores ulcisci, & Christi gloriam prædicare: hæc vero omnia quomodo se habuerint, Eusebius (a) in primis narrat his verbis: *Ejus autem rei ejusmodi causa fuit. Cum magnitudinem Imperii, ei non pro dignitate (indignissimus enim erat) commissi, amplius rècte ferre non posset; sed propter vacuitatem modestiæ, Imperatoris animum mire exornantis, inepte res suscipere aggressus fuisset, & omni insolenti arrogantiæ ostentatione animum temere, & inconsiderate extulisset; jam contra Imperii consortes, qui ipsi omnibus rebus, ut genere, eruditione, dignitate, prudentia, & (quod est caput omnium) moderatione animi, sinceraque in verum Deum pietate præstabant, confidenti mente faciuus audax instituit, ac se summum honoris gradum inter eos tenere prædicavit; atque adeo ad tantam tamque insanam processit dementiam, ut amicitiæ fœdere, quod pactus fuisset cum Licinio rupto, violatoque, bellum crudele contra jus fasque omne excitaretur. Tum exiguo temporis momento omnia seditione permiscere, omnes Civitates perturbare cœpit; exercitum ex hominibus multitudine infinitis cogere, acie contra Licinium instructa ad dimicandum exire, Dæmonum fiducia, quos ipse deos putabat, constanter niti, & innumerabilibus armatorum copiis arroganter se jactitare. At cum ad manus ventum esset, clementi Dei obtutu fuit, & providentia prorsus destitutus, victoriaque ex ipso uno, & solo omnium Deo Licinio donata.*

(a) Euseb. l. 9. c. 8.

III. Deseritur a suis Maximinus.

Primum ergo turba illa armatorum, qua tantopere confisus fuerat, misere periit. Et ubi satellites eum nudatum desertumque reliquerant, & ad Licinium victorem se contulerant, infelix ille regium apparatum ipsi certe parum decorum, & consentaneum quam celerrime exuit; animoque timido, abjecto, effœminatoque in plebejorum multitudinem clanculum irrepsit; deinde fugam cœpit, & ruri inter vicos se abdidit; atque dum ad hunc modum vitæ suæ saluti, & incolumitati prospiciebat, ægre hostium manus evitavit. In quo plane divina oracula certa veraque re ipsa demonstravit, in quibus dictum est (b). *Non salvabitur Rex per multam virtutem suam, & gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur. Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia ejus, ut eruat a morte animas eorum.*

(b) Psal. 32.

IV. Maximinus quid in Deorum Sacrificos.

Sic igitur tyrannus totus ignominia, & dedecore perfusus, ubi in sui Imperii partes regressus fuit; primum furiosa bile inflammatus, multos prophetas, & sacerdotes deorum, quos jampridem ipse in summa habuerat admiratione, & quorum oraculis impulsus bellum susceperat, tamquam præstigiatores, veteratores, denique salutis ipsius proditores trucidat. Deinde Christianorum Deo gloriam tribuens, legem pro eorum libertate accuratissime pleniissimeque constituit, & extemplo lethali angore excruciatus, absque ulla temporis dilatione decessit e vita. Lex autem ejus subjectis pro Christianis promulgata talis fuit:

Imperator Cæsar Cajus Valerius Maximinus Germanicus, Sarmaticus, Pius, Fortunatus, Invictus, Augustus suis S.

V. Maximini Edictum pro Christianis.

Provincialium nostrorum utilitati assidue, & sine intermissione consulere nos omni ratione decet, atque ea illis libenter velle præstare, quibus eorum omnium emolumenta rectissime constituantur, & quæ videantur ad commune eorum adjumentum, & commodum, vel maxime pertinere, ac quæ Reipublicæ præsidio conveniant, quæque cujusque menti, & cogitationi grata sint, neminem ignorare; immo vero quoque ad illud libenter se transferre; & velut animo recurrere, & singulos homines hoc intelligere, hoc intra se complecti, minime obscurum esse putamus. Cum igitur ante hoc tempus, ex eo quod patres nostri divinissimi Diocletianus, & Maximianus mandaverant, ut Christiani a conventibus agendis prohiberentur, multos tumultus, multasque direptiones a publicis magistratuum ministris fieri, & postea idem malum ad provinciatium nostrorum molestiam (quorum quieti cum primis providere laboramus) longius manare eorumque facultates dissipari, & conteri perspicue intelligeremus; litteris anno præterlapso ad Præfectos cujusque provinciæ datis decrevimus, sanciviinusque, ut si quis in animo haberet, talem vitæ consuetudinem, aut religionis illius observationem consectari, hunc libere, & absque impedimento suæ ipsius sententiæ, & instituto posse adhærescere, & a nemine omnino impediri, prohiberique; & illis facilem potestatem fieri, ut absque metu aliquo, aut suspicione, quod cuique visum esset, id quisque transigeret.

VI. Rejicit culpam in Præfectos Maximinus.

Verum jam nos minime præterit, Judices nonnullos nostra mandata pro nihilo putasse, efficisseque ut & nostri homines non modo de nostris edictis vehementer dubitent; verum etiam religionis institutis, quæ ipsis maxime placere videntur, præmetu lentius ac tardius se accommodent. Quare ut deinceps omnis causa dubitationis & timoris sublata sit, hoc edictum divulgari statuimus; quo omnibus plane constet, ex hac nostra donatione liberam esse potestatem illis, qui istam sectam & religionem sequi voluerint, eam pro arbitratu sancte (ut eorum mos fert) & anguste excolendi. Quin etiam ut Dominica & sacras ædes reficiant, a nobis concessum est. Et quo nostra donatio liberalior & munificentior fiat; hoc etiam promulgandum censuimus, ut si quæ ædes, aut agri Christianorum juris antehac extiterint, qui ex patrum nostrorum mandato in jus Fisci relati sunt, sive ex aliqua civitate occupati, sive abalienati per venditionem, sive pro munere alicui donati; hi omnes ad antiquum Christianorum jus restituantur; hocque mandavimus, ut nostram pietatem atque providentiam inde omnes satis dilucide animadverlant. Istæ sunt ipsius tyranni voces, quas non anno integro post edicta contra Christianos columnis ab ipso proposita, litteris mandandas curavit: Hucusque Eusebius; apud quem in nota temporis errorem in-

PAGIUS pacem servatus fuit, & Pontifices Romani vel die Dominica, vel aliquo festo solenniori inaugurati. Hujus moris beneficio initium Pontificum plerumque magnis tenebris involutum non raro detegi poterit.

III. Licinium inter & Maximinum non convenit.

A num. II. ad XIX. *Maximini* interitus anno præcedenti certo contigit. Quæ paulo antea gesta accurate narrat Lactantius lib. de Mortibus Perfecutorum, ubi, postquam de Maxentiana clade locutus est, cap. 45. scribit: *Constantinus rebus in Urbe compositis, hieme proxima* (anni sc. CCCXIII.) *Mediolanum contendit. Eodem Licinius advenit, ut acciperet uxorem. Maximinus, ubi eos intellexit nuptiarum solennibus occupatos, exercitum movit e Syria, hieme quamcum maxime sæviente, & mansionibus geminatis in Bithyniam concurrit debilitato agmine. Nam maximis imbribus & nivibus, & luto, & frigore, & labore jumenta omnis generis amissa sunt, quorum miserabilis per viam strages speciem jam futuri belli & similem cladem militibus nuntiabat. Nec ipse intra fines suos moratus est; sed transjecto protinus freto, ad Byzantii portas accessit armatus. Erant ibi milites præsidiarii ad hujusmodi casus a Licinio collocati. Hos primum muneribus & promissis illicere tentavit, postea vi & oppugnatione terreno; nec tamen quicquam vis aut promissa valuerunt. Jam consumti erant dies undecim, per quos fuit spatium nuntios literasque mittendi ad Imperatorem, cum milites non fide, sed paucitate diffisi se ipsos dediderunt. Hinc promovit Heracleam; & illic eadem ratione detentus, aliquot dierum tempus amisit. Et jam Licinius festinato itinere cum paucis Adrianopolim venerat, accepta in deditione Perintho.* (id est, Heraclea; sic enim vocata Heraclea Thraciæ ad differentiam aliarum ejusdem nominis urbium, ut notat Valesius ad lib. 22. Ammiani) *aliquanto moratus, processit ad mansionem millia decem & octo. Nec enim poterat ulterius, Licinio jam secundam mansionem tenente distantem millibus totidem, qui collectis ex proximo quantis potuit militibus pergebat obviam Maximino, magis ut eum moraretur, quam proposito dimicandi, aut spe victoria. Quippe cum ille septuaginta millium armatorum exercitum duceret, ipse vix triginta millium numerum collegisset. Sparsi enim milites per diversas regiones fuerant, & adunari omnes angustia temporis non sinebant.*

IV. Bellum inter Licinium & Maximinum.

Tum cap. 46. *Propinquantibus ergo exercitibus, jam futurum propediem prælium videbatur. Tum Maximinus ejusmodi votum Jovi vovit, ut si victoriam cepisset, Christianorum nomen extinguret, funditusque delevet. Tunc proxima nocte Licinio quiescenti adstitit Angelus Dei, monens ut ocyus surgeret atque oraret Deum summum cum omni exercitu suo; illius fore victoriam, si feciset. Post has voces cum surgere sibi visus esset, & cum ipso qui monebat, adstaret, tunc docebat eum quomodo & quibus verbis esset orandum. Discusso deinde somno, notarium jussit asciri, & sicut audierat, hæc verba dictavit:* „ Summe Deus, te „ rogamus. Sancte Deus, te rogamus. Omnem „ justitiam tibi commendamus, salutem nostram „ tibi commendamus, Imperium nostrum tibi „ commendamus. Per te vivimus, per te vi„ ctores & felices existimus. Summe Sancte Deus, „ preces nostras exaudi. Brachia nostra ad te „ tendimus. Exaudi, Sancte summe Deus. *Scribuntur hæc in libellis pluribus, & per Præpositos Tribunosque mittuntur, ut suos quisque milites doceat. Crevit animus universis, victoriam sibi credentibus de cœlo nuntiatam. Statuit Imperator prælium diei Kalendarum Maiarum, quæ octavum annum nuncupationis ejus implebant* (ideoque gesta hæc anno CCCXIII. quo Kalendis Maiis Imperii Cæsarei annus octavus complebatur) *ut sito potissimum Natali vinceretur, sicut ille victus est, Romæ.* (id est, Maxentius) *Maximinus voluit præire maturius, pridie mane aciem composuit, ut Natalem suum postridie victor celebraret. Nuntiatur in castra, movisse Maximinum. Capiunt milites arma, obviamque procedunt, Campus intererat sterilis ac nudus, quem vocant Serenum. Erat jam utraque acies in conspectu. Liciniani scuta deponunt, galeas resolvunt, ad cœlum manus tendunt, præeuntibus Præpositis, & post Imperatorem precem dicunt. Audit acies peritura precantium murmur. Illi oratione ter dicta virtute jam pleni, reponunt capitibus galeas, scuta tollunt. Procedunt Imperatores ad colloquium. Ferri non potuit Maximinus ad pacem. Contemnebat enim Licinium, ac desertum iri a militibus existimabat, quod ille esset in largiendo tenax, ipse autem profusus; eoque proposito moverat bellum, ut exercitu Licinii sine certamine accepto ad Constantinum duplicatis viribus statim pergeret.*

V. Pugnatur inter Heracleam & Hadrianopolim.

Pergit cap. 47. *Ergo propius acceditur, tuba canunt, signa procedunt. Liciniani impetu facto adversarios invadunt. Illi vero perterriti nec gladiis expedire, nec tela jacere quieverunt. Maximinus aciem circumire ac milites Licinianos nunc precibus sollicitare, nunc donis. Nullo loco auditur. Fit impetus in eum, & ad suos refugit. Cædebatur acies ejus impune, & tantus numerus legionum, tanta vis militum a paucis metebatur. Nemo nominis, nemo virtutis, nemo veterum præmiorum memor; quæsi ad devotam mortem, non ad prælium venissent, sic eos Deus summus jugulandos subjecit inimicis. Jam strata erat ingens multitudo. Videt Maximinus aliter rem geri quam putabat. Projecit purpuram, & sumta veste servili fugit,* (quod confirmat Eusebius lib. 9. cap. 10. & lib. 1. de Vita Constantini cap. 58.) *ac fretum trajecit.* (Pugnatum est igitur, inquit Baluzius in Notis, in ea Imperii parte quam Licinius tenebat, id est, inter Heracleam

esse certum est; cum inter se pugnent, quod dicitur primum in edicto nuper recitato, anno præterlapso jam Maximinum pro Christianis dedisse ad Sabinum recitatas superius litteras, postea vero nondum exactum dicat annum ab edicto ejus contra Christianos prolato, quod ante litteras ad Sabinum datum constat. Sed subdit post hæc Eusebius:

VII. Christiani respirant.

At cui paulo ante nos quidem impii, Dei osores, & totius mundi pernicies videbamur, usque adeo, ut nec civitatem, nec agrum, nec solitudinem, aut locum desertum incolere nobis permissum esset, ab eodem jam decreta & leges pro nostra libertate conscripta sunt. Itemqui non pridem igne, ferro, bestiarum, & volucrum laniatu ante oculos tyranni absumpti erant, & quodvis genus pœnæ, supplicii, & discessionis e vita, miserandum in modum tamquam nequam, & scelesti homines perpessi; hi jam ab eodem cum creduntur veram piamque religionem colere, tum Dominica resarcire permittuntur; & jura quædam ad eos spectare, idem tyrannus testatur, ac concedit. Atque ejusmodi palam confessus, aliquo saltem potiebatur beneficio, propterea quod minus quam pati oportuerat, passus est; qui quidem repentina Dei percussus plaga, in secunda belli conflictatione occubuit.

VIII. Obitus Maximini miserandus.

Ac talis vitæ exitus illi contigit, non qualis ducibus bellicosis, qui pro virtute, proque amicis & familiaribus in prælio fortiter se gerentes, fidenti animo gloriosam mortem subierunt; quandoquidem ille, utpote impius & Dei adversarius, dum ipsius exercitus passim jam in campo instructa acie versabatur; domi ipse moratus, & intra parietes se occultans, inopinato Dei flagello corpore toto percussus fuit, debitumque pro sceleribus luit supplicium, sic ut gravibus dolorum stimulis, & acerbo cruciatus morsu agitatus, famisque confectus diritate, pronus in terram rueret. Ejus vero caro universa, ardore cœlitus invecto, & haud aspectabili contabuit, adeo ut ea pedetentim exesa absumptaque, tota pristinæ formæ effigies tandem penitus deleretur, & tamquam simulacrum quoddam ossium exsiccatorum longinquitate temporis exhaustum, attenuatumque illi solum relinqueretur; sic ut qui præsto aderant, ejus corpus nihil aliud esse existimarent, quam sepulcrum animæ, quæ in eo quasi in cadavere penitus putrefacto defodiebatur. Et cum æstus adhuc vehementius cum ex intimis medullis inflammasset, ei exilierunt oculi, & e propria sede, in qua conquieverant, elapsi, ipsum cæcum omnino reliquerunt; deinceps ægre spiritum ducens, Domino confitetur; moriemque invocat; ad extremum ista propter amentiam & temeritatem contra Christum admissam, merito se perpeti confessus, animam efflat: Hucusque de exitu Maximini Eusebius. Apud Tarsum obiisse diem, Zosimus (*a*) atque Eutropius testantur. (*a*) Zosim. lib. 2. Eutrop. lib. 10.

IX.

At post hæc subdit Eusebius (*b*): *Sic ergo cum Maximinus, qui ex reliquis omnibus pietatis hostibus pessimus plane fuit, e medio sublatus esset; Ecclesiæ gratia Dei omnipotentis, ab ipsis fundamen-* (*b*) Eus. lib. 9. c. 9. Ecclesiæ reædificatæ.

PAGIUS racleam & Hadrianopolim, in campo quodam vocato *Sereno*, ut capite superiori dixit Lactantius) *At in exercitu pars dimidia prostrata est, pars autem vel dedita, vel in fugam versa est. Ademerat enim pudorem deserendi desertor Imperator. At ille Kalendis Majis, id est, una nocte, atque una die, Nicomediam alia nocte pervenit, cum locus pralis abesset millia centum sexaginta; raptisque filiis, & uxore, & paucis ex palatio comitibus, petivit Orientem: Sed in Cappadocia collectis ex fuga & ab Oriente militibus substitit. Ita vestem resumpsit*, scilicet purpuram, Imperatoriæ Majestatis signum.

VI. Pax Ecclesiæ redditæ.

Tum cap. 48. *Licinius vero accepta exercitus parte ac distributa, trajecit exercitum in Bithyniam paucis post pugnam diebus; & Nicomediam ingressus, gratiam Deo, cujus auxilio vicerat, retulit, ac die Iduum Juniarum, Constantino atque ipso ter Consulibus,* (anno nempe Christi CCCXIII.) *de restituenda Ecclesia hujusmodi literas ad Præsidem datas proponi jussit.* Tum literas refert, quas Eusebius lib. 10. cap. 5. describit e lingua Latina, qua primum editæ sunt, ut ipsemet docet. Postea Lactantius ait: *His Literis propositis, etiam verbo hortatus est,* (nempe Licinius) *ut Conventicula in statum pristinum redderentur. Sic ab eversa Ecclesia* (a die sc. XXIII. Februarii anni CCCIII.) *usque ad restitutam* (usque ad diem videlicet XIII. mensis Junii anni CCCXIII. qua propositum est Nico-

Baron. n. 312.

mediæ edictum de restaurandis Ecclesiis) *fuerunt anni decem, menses plus minus quatuor:* (nempe menses tres, diem novemdecim) ideoque pax universæ Ecclesiæ anno tantum CCCXIII. reddita.

Cap. 49. Lactantius subjungit: *Sequenti autem Licinio cum exercitu Tyrannum profugus concessit, & rursus Tauri montis angustias petit, munimentis ibidem ac turribus fabricatis iter obstruere conatus est, & inde dextrorsum perrumpentibus omnia victoribus, Tarsum postremo confugit. Ibi cum jam terra marique perterreretur, nec ullum speraret refugium, angore animi ac metu confugit ad mortem, quasi ad remedium malorum, qua Deus in caput ejus ingessit. Sed prius cibo se inferfit, ac vino ingurgitavit, ut solent hi qui hoc ultimo se facere arbitrantur. Et sic hausit venenum. Cujus vis reforto stomacho repercussa, valere non potuit in præsens, sed in languorem malum versa pestilentia similem, ut diutius protracto spiritu cruciamenta sentiret. Jam sævire in eum cœperat virus, cujus vis cum præcordia ejus ureret, insustentabili dolore usque ad rabiem mentis elatus est, adeo ut per dies quatuor insania percitus hausiam manibus terram velut esuriens devoraret. Deinde post multos gravesque cruciatus, cum caput suum parietibus infligeret, exilierunt oculi ejus de cavcis. Tunc demum, amisso visu, Deum videre cœpit candidatis ministris de se judicantem. Exclamabat er-*

VII. Maximini interitus.

Baron. n. VIII. & seqq.

mentis denuo ædificatæ erectæque fuerunt; & non solum verbum Christi suum splendorem ad gloriam Dei rerum omnium moderatoris longe lateque profudit, majoremque quam antea recuperavit libertatem; verum etiam impii, & nefarii pietatis hostes turpi dedecore & maxima ignominia affecti sunt. Nam primum Maximinus ille ab ipsis Imperatoribus omnium hostis infestissimus prædicatus est, & per edicta publica tyrannus scelere & impietate plane perditissimus, infamia turpissimus, Dei maximus osor perspicue notatus. Ex tabulis etiam & inscriptionibus, quæ erant in ipsius & liberorum suorum honorem in singulis civitatibus collocatæ, aliæ e sublimi in solum dejectæ conteruntur, aliæ tamquam vultu ipso, & exteriore effigie deleta, deformi & tenebricoso colore obliterantur. Statuæ etiam quæ ad ejus venerationem, & amplitudinem erigebantur, simili ratione deturbatæ confringuntur; & iis, qui in ea probra intorquere & contumelioſe insultare voluerunt, risui & ludibrio exponuntur: His quæ scribit Eusebius, consentientia habet S. Gregorius Nazianzenus (*a*) in Julianum hæc dicens: *Nec denique Maximinus, qui utroque posterior, ac superior fuit persecutor, cujus signa plagæ ob eam rem acceptæ imagines & statuæ ferunt, publice adhuc prostantes, fœdamque corporis mutilationem sempiterna infamia notantes, in animum umquam induxerunt:* Hæc Gregorius.

(*a*) Greg. Naz. orat. 1. in Julian.

X. Ministri persecutores dant pœnas.

Quod vero ait Eusebius, Maximini quæ extabant inscriptiones fuisse tenebricoso colore obliteratas; meminisse debemus, quod Lampridius in Heliogabalo *Ann. Eccl. Tom. III.*

scribit, moris fuisse, tyrannorum titulos luto tegere. Sed prosequamur Eusebium hæc de ejus familiaribus subjicientem: *Deinde aliis, qui pietatis in Deum inimici erant, omnes honores, omnia splendoris insignia prorsus adimuntur, Universi porro qui videbantur Maximini partes defendere, qui præcipuis dignitatis ornamentis ab eo honorati erant, quique quo illi magis blandirentur in nostram religionem protervo, & petulanter impetum fecerant, interfecti sunt, ut Peucetius, qui præter cæteros apud eum in summo honore, summaque reverentia habebatur, & inter amicos illius carissimus erat, iterum & tertio Consul factus, generalisque omnium rationum in ejus Imperio referendarum Præfectus ab eo constitutus; ut Cultianus, qui eodem modo per omnes honoris gradus præservectus est, infinitaque cæde Christianorum, qui erant in Ægypto, insigniter nobilitatus; ut alii non pauci, quorum conatu fines tyrannidis Maximini & roborati, & propagati dicuntur.*

XI. Theotecnus dat pœnas.

Theotecnum porro ultio divina, quæ in oblivionem scelerum ejus contra Christianos editorum neutiquam venerat, ad eumdem numerum adjunxit; nam quamquam propter statuam, quam Antiochiæ erexerat, putabat se rem prospere gesturum, & jam Præfectura a Maximino donatus erat, tamen Licinius cum Antiochiam adventasset, & de præstigiatoribus habuisset quæstionem, & prophetas ac sacerdotes statuæ nuper fabricatæ consecratos verberibus gravites cecidisset, & qua ratione, quibusve simulationis involucris illas fraudulentas præstigias obtexissent, scisciatus esset, usque adeo ut ipsi præ tormentorum cruciatu nullo

PAGIUS *go sicut ii qui torqueri solent, & non se, sed alios feciſſe dicebat. Deinde quasi tormentis adactus fatebatur, Christum subinde deprecans & plorans ut suimet misereretur. Sic inter gemitus, quos, tanquam cremaretur, edebat, nocentem spiritum detestabili genere mortis efflavit.* Baluzius recte in Notis observat, non statim mortuum esse *Maximinum* ac Tarsum pervenit, sed aliquanto tempore gravissimos dolores sustinuisse, sicque non videri, eum ante mensem Augustum periisse. Cum enim ei peragranda fuerint aliquot milliaria, ut Tarsum Ciliciæ urbem perveniret, in Cappadocia primum, dein in Tauri montis angustiis subsiterit, ubi munimenta ac turres fabricavit, ad arcendos nempe insequentium Licinianorum impetus, fieri vix potuit, ut is qui Kalendis Maiis pervenit Nicomediam, Tarsum venerit ante mensem Julium sequentem; adeo ut Maximinus ante mensem Augustum non periisse videatur.

VIII. *Maximini edictum in favorem Christianorum.*

Litteræ de restituenda Ecclesia ad Præsidem missæ, die quidem Iduum Juniarum Nicomediæ propositæ sunt, ut testatur Lactantius, sed datæ fuerant Mediolani eodem anno, Christi sc. CCCXIII. circa mensem Martium, ut Constantinus & Licinius in iisdem diserte afferunt. Cardinales Baronius & Norisius in Dissert. de Nummate Licinii Aug. cap. 2. scribunt, *Licinium* edictum illud ad Maximinum transmisisse, ut toto etiam Oriente ab eodem publicaretur, citantque hanc in rem Eusebium lib. 9. cap. 9. cujus verba anno CCCXII. num. X. retuli. At Eusebius eo in loco loquitur tantum de priori Constantini edicto anno CCCXII. emisso, quod ad Maximinum missum fuisse tradit. Sed quando Eusebius de posteriori edicto anno CCCXIII. dato verba habet, ad Maximinum missum non refert, licet & illud ad eum missum non dubitandum. Eusebius itaque lib. 9. cap. 10. postquam narravit, *Maximinum* jam debellatum cum summo dedecore ad partes Imperii sui revertum esse, ait, illum, cum Christianorum Deo gloriam laudemque tribuisset, legem pro eorundem libertate tulisse, quam integram recitat. Tum subdit: *Hæc sunt Tyranni verba, quæ post edicta illa adversus Christianos in aveis tabulis ab ipso proposita, nondum anno penitus exacto, subsecuta sunt.* Loquitur Eusebius de alio rescripto Maximini anno CCCXII. ab illo emisso, & lib. 9. cap. 7. ab ipsomet Eusebio recitato. Ex quibus verbis manifestum fit, legem Maximini, quam Eusebius lib. 9. cap. 10. refert, datam esse anno CCCXIII. & hæc verba quæ in ea leguntur, *Superiore anno datis ad singulos Provinciarum Præsides litteris statuimus, ut si quis adhærere huic sectæ vellet, ei liceret in proposito suo per-*

Baron. n. V. & seqq.

modo amplius celare possent, totumque mysterium aperuissent, & fallaciam illam Theotecni machinatam prodidissent; quo debitum omnibus supplicium irrogaret, primum ipsum Theotecnum, deinde reliquos præstigiarum socios post multas plagas ipsis inflictas, morte mulctavit. Istis omnibus adjecti fuerunt Maximini liberi, quos jam ipse tam honoris regii, quam inscriptionum in tabulis ac picturis insculpturum participes effecerat. Quinetiam hujus tyranni cognati & familiares, qui ante tam insolenter gloriati erant; seque omnes homines suæ ditioni subjiecisse jactitarent, eadem supplicia cum his, quos commemoravimus, summa cum ignominia & turpitudine sustinuerunt. Siquidem disciplinam non exceperant, non norant, neque intellexerant sacrarum litterarum admonitionem, quæ sic loquitur (a): Nolite sperare in Principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus. Exibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam; in die illa peribunt omnes cogitationes eorum.

(a) Psalm. 145.

XII. Const. & Licinius soli imperant.

Sic igitur impiorum sordibus expurgatis, præclara Imperii gubernacula firma, stabilia, omnis invidiæ expertia solis Constantino & Licinio jure remanserunt; qui quidem simulatque infestos Dei adversarios initio regni ex hominum vita exemerant, & Deum suarum rerum prospere gestarum auctorem lubentibus animis agnoverant, cum studium virtutis & pietatis, tum verum cultum, & gratiarum actionem, quæ Deo se debere intelligebant, per leges & decreta pro Christianis sancita manifesto declararunt: Hucusque Eusebius; qui & veram pietatem Licinio quoque, perinde ac Constantino, tribuere videtur, sicut & in oratione Panegyrica (b) habita Tyri in dedicatione Ecclesiæ, ubi ait: *Jam (quod quidem non alias) summi Imperatores, honorem, quem sunt a Deo consecuti, plane sentientes; in detestabiles mortuorum idolorum vultus ac effigies expuant, profanos dæmonum cultus proterant, veterem errorem a patribus ductum irrideant, unum solum Deum communem, cum omnium, tum ipsorum patronum agnoscant, Christum Dei Filium summum universorum Regem fateantur, eum Salvatorem inscriptionibus in columnis incisis pronuncient, & præclara ejus facinora, victoriasque contra impios partas, litteris majusculis ad perpetuam memoriam in tabulis media in Urbe, quæ totius terrarum Orbis regina est, collocatis scite describendas curarint, adeo ut ex omnibus, qui a primo ævo extiterint, solus Jesus Christus Salvator noster, ab Imperatoribus, qui summum in terris principatum obtinent, non tamquam Rex ab hominibus de more constitutus esse concedatur, sed ut ingenuus Dei omnipotentis Filius, & Deus in se universitatis moderator, summa veneratione dignetur.* Hæc ipse.

(b) Apud Euseb. lib. 10. cap. 4.

XIII.

Testatur idem Eusebius de Maximino, molitum esse insidias Constantino, sed ipsum divinitus admonitum periculum antevertisse; nam ait (c): *Quo morte extincto, alii generis communione cum eo juncti, qui clandestinas Constantino subdole & veteratorie struebant insidias, itidem prehensi sunt, idque Dei clementia, qui*

(c) Eus. in vita Const. lib. 1. c. 40.

Quid in Constantinum Maximinus.

PAGIUS *permanere*, de epistola Maximini ad *Sabinum* Præfectum Prætorii sui anno CCCXII. post devictum Maxentium scripta, intelligenda esse, ut recte Valesius in Notis vidit.

IX. *Edicta in favorem Christianorum inter se non confundenda.*

[1] Em. Card. Norisius citatus, qui quando Dissertationem de Numismate Licinii Augusti scripsit, librum Lactantii de Mortibus Persecutorum non viderat, primum & secundum Constantini edictum inter se confundens, dicit, Valesium errare, quod Eusebius lib. 9. cap. 9. testetur, Maximinum dedisse ad *Sabinum* epistolam pro Christianis, postquam accepit edictum, quod pro iisdem Christianis Constantinus & Licinius publicarant. Cum autem illud Mediolani anno CCCXIII. datum fuerit, & Maximinus in eo dicat, se *Superiore anno* legem ad Præsides Imperii sui direxisse, post edictum nempe anno CCCXIII. a Constantino & Licinio ad se transmissum, sequitur, inquit, hanc alteram Maximini legem *latam* esse anno CCCXIV. ideoque uti Baronius existimavit, eo anno, non vero CCCXIII. Maximinum periisse. Verum non ita se res habet. Eusebius enim lib. 9. cap. 9. loquitur de primo edicto a Constantino & Licinio ad Maximinum anno CCCXII. transmisso. Maximinus vero mentionem facit litterarum ad *Sabinum* anno CCCXII. missarum, quas ipsemet scripsit, non post edictum Constantini Mediolano datum, ut existimat Card. Norisius, sed post prius edictum Constantini, quod temporum injuria periit. Quare duo illa edicta a Constantino & Licinio in favorem Christianorum emissa, quæ Baronium aliosque Viros doctissimos in errorem induxere, omnino distinguenda; ac pro certo habendum, post primum Constantini & Licinii edictum Maximinum ad *Sabinum* Præfectum Prætorii sui in gratiam Christianorum scripsisse, idque anno trecentesimo duodecimo; post secundum vero Constantini & Licinii edictum anno CCCXIII. *Mediolani* datum, quod solum extat, pro explorato manere debet, Maximinum eodem anno edictum aliud dedisse in favorem Christianorum, quod Eusebius lib. 9. cap. 10. & Lactantius citatus cap. 48. nobis conservarunt. Duo itaque edicta tam a Constantino & Licinio, quam a Maximino publicata: sed ex illis tria tantum ad nos pervenerunt; duo nempe Maximini & unicum Constantini ac Licinii. Epi-

NOTÆ [1] DE Edictis in Christianorum favorem latis fusius diserimus in Nota ad A. 312. 10. quæ omnino consulenda sunt ad explicanda ea quæ Pagius hic paulo negligentius convolvit.

qui eorum omnium consilio mirandum in modum famulo suo per visiones quasdam patefecit, nam illum sæpenumero divino suo dignavit aspectu, perque divinam visionem ei res, quæ supra hominem putandæ sunt, ostendit, & varias pernotationes rerum suggessit futurarum. Miracula vero per Dei gratiam illi ostentata nec dicendo quidem exprimi possunt, neque oratione præterea quisquam ea subsidia complecti valet, quæ Deus servo suo suppeditare dignatus sit; quibus firme septus, reliquum vitæ cursum tuto & tranquille traduxit, benevolentia subjectorum est in primis lætatus; lætatus etiam, cum omnes ipsius ditioni parentes, vitam pacatam & tranquillam degere cerneret; lætatus denique maxime, cum Dei Ecclesias gaudio & lætitia frui videret: Hæc Eusebius ibi; idemque alibi (a) de immensa Fidelium populorum lætitia agit, illorum, inquam, qui tot annorum sæviissimas persecutiones, quibus tam ingens Christianorum numerus, tot tantisque generibus tormentorum exagitatus fuisset, memoria recolerent, & tam insperatam rerum in contrariam partem mutationem inopinato conspicerent, Dei laudibus ubique exultarent; qui & de se ipso hæc lætitia gestiens scribit:

(a) Euseb. l. 10. c. 12.

XIV. Christianorum de pace restituenda lætitia.

Merito igitur hoc loco in numero perfecto perfectam & absolutam Panegyricam orationem ad Dei gloriam illustrandam, cujus auxilio Ecclesiæ denuo ædificatæ sunt, accurate contexemus, idque divino Spiritui obsecuti, hoc fere pacto nos cohortanti (b): Cantate Domino canticum novum, *quia mirabilia fecit; salvavit sibi dextera ejus, & brachium sanctum ejus. Notum fecit Dominus salutare suum; in conspectu Gentium revelavit justitiam suam. Idcirco sacrosancto Dei eloquio hoc nobis canticum recolendum præcipienti, hoc nostro sermone concinne plaudamus; idque propterea quod post acerbas tristesque illas ærumnas partim sub oculorum aspectum, partim sub audiendi sensum subjectas tales res in præsentia cernere, tales etiam laude & præconio efferre, per Dei gratiam poterimus, quales ante nostra tempora multi re vera justi, & sancti Dei martyres cupierunt in terra videre, & non viderunt; audire, & non audierunt. Verum hi quam celerrimo cursu sublati ad superos res multo præstabiliores sunt consecuti, & in ipso cœlo & paradiso divinis deliciis perfruuntur. Nos autem hæc beneficia majora, quam nostræ vitæ conditio fert, confitentes, sicut egregiam Dei eorumdem auctoris magnificentiam obstupescimus, sic illum optimo jure totius animæ viribus colentes, summe celebramus, & sacras Prophetæ præditiones scriptis proditas veras esse testificamur, in quibus dicitur (c):* Venite, & videte opera Domini, *quæ posuit prodigia super terram, auferens bella usque ad extremum terræ*

(b) Psalm. 97.

(c) Psalm. 45.

PAGIUS Epistolam autem & edictum hic non distinguo. Gothofredus in Commentario Legis Cod. Theodos. 2. *De censu.* datæ *Kal. Jun. Constantino Aug. III. & Licinio III. Coss.* anno sc. CCCXIII. in cujus fronte legitur, *idem AA. ad Eusebium V. P.* (id est, Virum perfectissimum) *Præsidem Liciæ & Pamphyliæ*, deduci existimat, ante mensem Junium contigisse Maximini interitum, ac universum Orientem in Licinii potestatem venisse. Cum vero Lycia ac Pamphylia ante annum CCCXXIV. Constantini Imperio non accesserint, uni *Licinio* laudatum Rescriptum attribuendum, ac ex consequenti ante Junium mortuo Maximino idem in Asia imperabat. Hæc Gothofredus. Card. Norisius laudatus, qui arbitratur, Maximinum currenti tantum anno devictum, ait errorem irrepsisse in subscriptionem, legendumque *Constantino IV. & Licinio IV. Coss.* ideoque eam Legem anno sequenti datam. Sed ex dictis eam subscriptionem minime immutandam constat. Licinius itaque, cujus ea Lex est, post Maximinum Kalendis Maii debellatum, ejusque ad Tauri montis angustias fugam, ut Urbanam plebem, quæ sub Galerio Maximiano vel Galerio Maximino ad *capitationem* per Lyciam & Pamphyliam vocata fuerat, sibi demereretur, pristinæ veterique immunitati restituit, ad quam solvendam proculdubio Christianæ potissimum Religionis odio atque occasione coacta fuerat.

X. *Tributa in odium Religionis imposita Licinius tollit.*

XI. *Imperium exactionibus attrivisse.*

Sane Eusebius lib. 8. cap. 17. Maximinum omnes Provincias Imperio suo subjectas, auri, argenti, & ingentium pecuniarum exactionibus attrivisse scribit: neque contra Christianos hæc tantum acta, sed & contra alios omnes. Loeum Eusebii refert Baronius. De Martyribus in Pamphylia & Lycia nominatim, & quidem Bergæ, Sidæ, hoc tempore, videnda Martyrologia. Quomodo & Julianus Apostata Christianæ Religionis odio postea Cæsarea e Cappadociæ civitatum numero expuncta, (qua de re Sozomenus lib. 5. cap. 4. & 10. & Gregorius Nazianzenus Orat. 3. adversus Julianum) plebem Christianam Cæsariensem una cum uxoribus & liberis censeri voluit, & quemadmodum in pagis tributa solvere; quæ docte a Gothofredo in laudatæ Legis Commentario adnotata, qui addit, eam *capitationem* aliud non fuisse, quam modum collationis pro capitum numero.

Baron. an. 307. n. XXVIII.

XII. *Tria Maximiani initia distinguenda.*

Victor de Cæsaribus ait: *Maximinus post biennii Augustum Imperium periit*, ubi Imperii ejus initium a Galerii Maximiani morte deducit; sic enim verum est, eum biennio imperasse. Victor in Epitome his verbis Maximini Imperii durationem exprimit: *Galerius Maximinus, Cæsar quadriennio, dehinc per Orientem Augustus triennio fuit*; id est, post mortem Galerii Maximiani imperavit triennio, annis sc. CCCXI. CCCXII. & CCCXIII. Sed tanquam Cæsar imperavit quadriennio, a fine nempe anni CCCVII. usque ad initium anni CCCXI. quo interiit Galerius Maximianus, qui Augustus senior erat, & præ quo Maximinus Cæsar dici poterat. Certe Lex Cod. Theod. 1. *De jure Fisci.* data Constantino A. IV. & Licinio IV. Coss. anno sc. CCCXV. hunc titulum præfert. *Imp. Constantino A. & Cæsar ad Populum*, ubi Cæsaris nomine *Licinius* intelligitur, qui respectu Constantini senioris Aug. Cæsar ibidem dicitur. Præterea in Actis purgationis Cæcilia-

fevræ, arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni. Pro quibus adeo evidenter in nobis expletis magnopere lætemur, & deinceps ad ea quæ sequuntur, pergamus.

XV. Persecutores extincti.

Universum impiorum genus eo modo, qui supra est demonstratus, deletum & extinctum est, & ex hominum conspectu subito ita evanuit, ut aliud Dei oraculum videatur ad exitum pervenisse, quod sic loquitur (a): Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani; & transivi, & ecce non erat; & quæsivi, & non est inventus locus ejus. Dies jam de cætero serena splendida, quam nulla nubes sua opacat umbra, claris cælestis luminis radiis Ecclesiis Christi per universum Orbem effulsit. Neque Gentilibus hunc nostrum insignem triumphum Deus invidit, sed eos ex æquo nobiscum omnium bonorum, quæ nobis cælitus demisisset, benignusque suppeditasset, effecit participes. Universum igitur humanum genus gravi tyrannorum oppressione liberatum est, atque ut alii prioribus malis, quibus conflictati erant, alia ratione piorum propugnatorem solum verum Deum esse ingenue confessi sunt; sic nos in primis, qui spem in Christo Dei fixam habebamus, incredibilem lætitiam animo percepimus.

(a) Psalm. 37.

XVI. Res Christianorum floruerunt.

Quinetiam omnium nostrum mentes divino quodam & cælesti gaudio triumpharunt, dum singula loca tyrannorum scelere & impietate paulo ante diruta, tamquam post diuturnam & mortiferam vastitatem, jam quodammodo revivisce re, & templa solo æquata ab ipsis fundamentis denuo ad immensam altitudinem erigi, & multo majore splendore atque amplitudine, quam illa quæ dudum eversa erant, illustrari videbamus. Imperatores item ipsi, qui summam rerum obtinebant, ratis legibus pro Christianis sancitis, Dei in nos munificentiæ permagnam quasi accessionem adjunxerunt. Imperatoris enim Constantini litteræ ad Episcopos sunt missæ, quibus, & honores fuere illis delati, & donata pecunia; quarum litterarum voces Latino sermone, non a ratione alienum erit, ubi opportunum tempus de illis differendi se offeret, in hoc libro, tamquam in illustri quadam tabula, describere, quo immortali memoriæ ad omnem posteritatem omnino commendentur: Hæc ipse; sed eas nos certis annis quibus datæ fuisse visæ sunt, collocavimus.

XVII. Persecutione itaque (ut enarratum est) ubi-

PAGIUS

lani coram Æliano Proconsule Africæ habitis, Volusiano, & Anniano Coss. anno sc. currenti, legitur: Apud Maximos Imperatores causa agenda erit; & inferius: *Constantinus Maximus semper Augustus & Licinius Cæsar, ita pietatem Christianis exhibere conantur, &c.* Ubi Licinius Augustus appellatur Cæsar, quia Africa non ei, sed Constantino subdita erat. Sic itaque Victor explicandus, non vero, ut perperam multi, de Cæsarea dignitate post abdicationem Diocletiani & Herculii accepta. Nam hoc modo annos Imperii ejus numerando regnavit annos octo & menses aliquot, ut supra cum Lactantio diximus. Quod si annos ejus numeremus ab eo tempore, quo semetipsum Augustum renuntiavit, usque ad mortem ejus, sex annis imperavit, quot ei in Numismatis Græcis apud Goltzium attribuuntur. Ex his locis sic recte explicatis facile est intelligere locum Socratis non parum impeditum. Is lib. 1. cap. 2. inquit: *Galerius Maximianus totius Imperii clavum regens abivit e vita, cum Licinium prius Imperatorem creavisset.* Erant alii eodem tempore Augusti, Constantinus videlicet in Galliis, Maximinus & Licinius in aliis Romani Orbis partibus. Sed quia Galerius Maximianus erat senior Augustus, primumque inter ipsos locum in titulis atque honoribus obtinebat, recte dicitur a Socrate totius Imperii summam administrasse: adeo verum est, utrumque Victorem eo modo, quo diximus, explicandum. Liquet præterea, Antiquos in Imperatorum annis numerandis sæpe ad annos Julianos respexisse, eosque licet incompletos, & aliquot mensibus aut diebus tantum inchoatos, tanquam si integri fuissent, computasse; quod tanquam principium aliquod Chronologicum observari cupio.

XIII. Lactantius lib. de Mortib. Persecutor. narrato Maximini interitu, cap. 50. inquit: *Hoc modo Deus universos persecutores nominis sui debellavit, ut eorum nec stirps nec radix ulla remaneret.* Stirps Tyrannorum funditus evulsa. *Nam Licinius summa rerum potitus* (anno nempe CCCXIII.) *in primis Valerium*, Valerium sc. Valentem, de quo anno superiori locuti sumus) *quem Maximinus iratus, nec post fugam quidem, cum sibi videret esse pervicandum, fuerat ausus occidere, idem Candidianum, quem Valerius ex concubina genitum ob sterilitatem adoptaverat, necari jussit. Mulier tamen, ut eum vixisse cognovit, mutato habitu comitatui ejus se miscuit, ut fortunam Candidiani specularetur. Quia Nicomediæ se obtulerat, & in honore haberi videbatur, nihil tale metuens occisus est. Et illa, exitu ejus audito, protinus fugit. Idem Severi filium Severianum, jam ætate robustum, qui fugientem Maximinum ex acie fuerat secutus, tanquam post obitum ejus de fumenda purpura cogitasset, capitali sententia subjectum interemit. Qui omnes Licinium jam pridem quasi malum metuentes, cum Maximino esse maluerant, præ Valeria, qua volens Licinio in omnes Maximiani hereditates jure suo cedere, idem Maximino negaverat. Ipsius quoque Maximini filium suum maximum agentem in annis octo, & filiam septennem, quæ desponsa fuerat Candidiano, extinxit. Sed prius mater eorum in Orientem præcipitata est. Ibi sæpe illa castas faminas mergi jusserat. Sic omnes impii vero & justo judicio Dei, eadem quæ fecerant, receperunt.* Tum cap. 51. *Valeria quoque per varias Provincias quindecim mensibus plebeio cultu pervagata, postremo apud Thessalonicam cognita, comprehensa cum matre* (Prisca sc.) *pœnas dedit. Ducta igitur mulieres cum ingenti spectaculo & miseratione tanti casus ad supplicium; & amputatis capitibus, corpora earum in mare abjecta sunt. Ita illis pudicitiæ & conditio exitio fuit:* Hæc Lactantius, qui postea egregio Operi suo, tot Scriptoribus ignoto, coronidem imponit. Maximinus e vivis sublatus, edictis publice propositis *impiissimus ac de-*

Ecclesiæ cum disciplina Ecclesiastica restitutæ.

ubique, & omni ex parte sublata, incredibile plane dictu est, quanta celeritate, dirutæ olim Ecclesiæ sint ampliori ambitu refectæ, quam etiam frequentissimo cœtu Deo mox fuerint dedicatæ, sacrique ritus antiqua Ecclesiastica disciplina in eis diligentissime restituta. De his enim agens Eusebius (a) hæc addit: *Deinceps celebre spectaculum, nobis omnibus optabile, & vehementer desideratum, ante omnium oculos proponebatur dedicationum scilicet festivitates per urbes singulas, templorum nuper exædificatorum consecrationes, frequentes Episcoporum in unum conventus, peregrinorum longe ab exteris regionibus accedentium concursus, mutuæ populi in populum benevolentiæ; propterea, quod membra corporis Christi in unam quasi harmoniæ, & concentus conspirationem coibant. Quapropter apte admodum & convenienter oraculo propheticо* (b), *quod futurum erat, mystice præsignanti, os ad os, junctura ad junctu-*

(a) Euseb. l. 10. c. 3.

(b) Ezech. 37.

ram coalescebat; & alia ejus generis, quæ divinus sermo per oscura quædam, & involuta ænigmata, deinceps vere præfatus est in eamdem sententiam.

XVII. Felix Ecclesiæ status.

Una erat sancti Spiritus virtus, & potentia, quæ per universa Ecclesiæ membra permeavit; una omnium mens, & sententia; una & eadem fidei propensio ac studium; una ex omnium ore consentiens Divinitatis laus; perfectus etiam in summis Ecclesiæ Præfectis cultus, & observantia; accurata sacrorum mysteriorum administratio; decori Ecclesiæ ritus, interdum psalmorum cantu, & cæteris hymnorum divinitus nobis traditorum recitationibus, nonnumquam divinis & mysticis ministeriis exequendis celebrati; erant item arcana passionis Salvatoris symbola; cujusque item ætatis genus, cujusque sexus multitudo, ut mares, & fœminæ, totis cogitationis viribus, læta mente, alacri animo per preces, & gratiarum actiones Deum bonorum omnium auctorem venerati sunt. Singuli etiam Ecclesiarum Præsides, qui in conventibus aderant, singulas orationes Panegyricas habuerunt, & ut vis & facultas dicendi suppeditabat cuique, sic quisque, eam celebritatem prædicavit. Recitat ibidem Eusebius elegantissimam orationem tunc temporis in dedicatione Ecclesiæ Tyri a Paulino Episcopo excitatæ coram Episcoporum conventu, & frequenti populo habitam; quam, ne nimia prolixitate fatigemus lectorem, hic describere prætermittimus, eo ipsum amandantes, qui cum eloquentiæ studio, tum rerum antiquarum cupiditate tenetur; ex ea enim intelliget, Ecclesiarum structuras haud perfunctorie absque spiritali intelligentia, sed summo religionis studio consuevisse a majoribus erigi; nempe, ut quælibet structuræ pars quid mysticum præsignaret, usque adeo, ut ipsi etiam throni atque subsellia, ipsæque templi fenestræ divinum aliquid repræsentarent, locis in eis pro cujusque ordinis dignitate dispositis, & eregie concinnatis. At de his primo Annalium tomo, ubi de Ecclesiasticis traditionibus actum est, tractasse satis sit.

XIX. Donatistæ iterum urgent Cæciliaenum.

His in hunc modum de felicissimo, & tranquillissimo statu Orientalis Ecclesiæ enarratis; jam ad ea quæ tum in Africa, tum alibi in causa Donatistarum acta sunt, orationem convertamus. Meminisse debemus in primis, Constantinum Imperatorem appellantes Donatistas a sententia lata in Romano Concilio, qua Donatus damnatus, & Cæcilianus fuerat absolutus, vehementer esse detestatum, impudensque nimis illi visum tanto judicio non acquiescere, & more sæcularium hominum eos ad sæcularem Principem provocasse. Quod vero videret procacissimos homines nullo pacto compositis per Synodum rebus assentiri velle, sed magis magisque furere, grassari, turbas ciere, totumque Africanæ Ecclesiæ statum sus deque invertere; quo nulla illis penitus excusatio de justo judicio reliqua esse posset, novum illis decernit judicium, nimi-

PAGIUS

detestandi nominis, Deoque invisus Tyrannus appellatus est. Sed & imagines, qua ipsi liberisque ejus honoris causa posita, dejecta confractaque sunt, inquit Eusebius lib. 9. cap. 11. ubi narratis supplicis de iis, qui eum adversus Christianos impulerant, sumtis, addit: *Adjecti his omnibus etiam Maximini liberi, quos ille jam Imperii consortes, & titulorum atque imaginum participes fecerat.* Qui Eusebii locus lucem accipit ex iis, quæ mox ex Lactantio retulimus.

XIV. Pax Ecclesiæ reddita.

Victo anno CCCXIII. *Maximino*, institutaceleberrima epocha a pace Ecclesiæ reddita desumta. Ejus meminere Eusebius in Chronico, & Auctor Chronici Alex. dum de Constantii Augusti Constantini M. filii morte loquitur. Dedicatæ postea Ecclesiæ per singulas urbes, & Conventus Episcoporum habiti, ut habet Eusebius lib. 10. cap. 3. qui capite sequenti recitat Orationem in dedicatione templi *Tyri*, omnium quæ in Phœnice erant pulcherrimi, habitam. Sed, cum Eusebius annum, quo hæc Encænia Tyri celebrata, non memoret, non dubium, quin ea ad annum sequentem referenda sint, quo *Licinius* in Oriente Decennalia exhibuit. Nam post pacem Ecclesiæ redditam *Decennalia* & id genus festa ingenti pompa ab Imperatoribus edita, templa Christianorum, uti antea Paganorum, iisdem annis de more condita dedicataque, & Religio Christiana iis occasionibus deprimi alias solita, vindicata & exaltata.

Baron. n. XIV.

XV. Purgatio Felicis Auptungensis Episcopi clare explicata.

A num. XIX. ad XLI. Hoc anno *Felicis* Auptungensis Episcopi causa in Africa discussa est. Cum enim *Donatista* conquererentur, non omnem causam in Synodo Romana ab Episcopis auditam fuisse: neque enim de *Felice* & aliis *Cæciliani* ordinatoribus, quos Donatistæ Traditionis reos esse dicebant, inquirendum esse censuerat Miltiades; Imperator omnem crimi-

nan-

nimirum concilium plurimorum Episcoporum Arelate in Galliis, ubi ipse agebat legitime celebrandum. Verum ante illud, quo cuncta liquida redderentur, mandat Proconsuli Africæ causam cognoscere Felicis Episcopi Aptungitani, quem Cæciliani ordinatorem, fuisse sacrorum librorum traditorem Donatistæ fuerant calumniati. Hæc autem in Africa Carthagine acta esse hoc anno post menses quatuor a judicio Romæ habito anno præterito sub Melchiade, ex Actis publicis S. Augustinus (*a*) testatur, sic dicens: *Melchiades judicavit, Constantino tertium, & Licinio iterum* * *Coss. sexto Nonas Octobris: Ælianus Proconsul causam Felicis audivit, Volusiano, & Æniano Coss. quintodecimo Kal. Martias, id est, post menses ferme quatuor.* Hoc scilicet anno; ex quibus emendandum est, quod in Actis Felicis (quæ extant noviſſime Parisiis edita in Appendice ad Optatum) habetur, ejusmodi judicium sub Ælio Proconsule actum esse dictis Consulibus, XIII. Kalend. Septemb. Sunt, & alia in eis complura (ut in antiquis accidere solet) quæ depravata esse noscuntur, atque mendosa satis; quamobrem consultius existimavimus, eadem hic cum ex Optato, tum ex Augustino describere, &, cum opus fuerit, aliqua ex iisdem Actis intexere. Quid igitur hoc anno in causa Felicis per Ælianum Proconsulem gestum sit, Optatus significat dicens (*b*):

(*a*) *Aug. post. Collat. c. 33. & epist. 152.*

* tertio.

(*b*) *Optat. contra Parmen. l. 1.*

XX. Causa Felicis Episcopi.

Sed quia in ipsa causa jamdudum in Catholica duorum videbantur laborare personæ, & ordinati, & ordinatores; postquam ordinatus in Urbe purgatus est, purgandus adhuc remanserat ordinator. Tunc Constantinus ad Ælianum Proconsulem scripsit, ut, remotis necessitatibus publicis, de vita Felicis Autungitani * *publice quæreretur. Inducti sunt Claudius Saturianus Curator Reipublicæ, qui fuit tempore persecutionis in Civitate Felicis, & Curator præsentis tunc temporis, quando causa flagitabatur, Callidius Gratianus, & Magistratus Alfius Cæcilianus, sed & Superstationarius perductus, & Ingentius Scriba publicus pependit sub metu imminentium tormentorum. Responsis omnium nihil tale inventum est, quod vitam Felicis Episcopi sordidare potuisset. Habentur volumina Actorum, in quibus continentur præsentium nomina, qui fuerant in causa, Claudii Saturiani Curatoris, & Cæciliani Magistratus, & Superstationarii, & Scribæ Ingentii, & Solonis Officialis publici ipsius temporis. Post quorum responsa a supramemorato Proconsule hæc pars sententiæ dicta est: Felicem autem religiosum Episcopum liberum esse ab exustione Instrumentorum deificorum, manifestum est; cum nemo in eum aliquid probare potuerit, quod religiosissimas scripturas tradiderit, vel exusserit. Omnium enim interrogatio supra scripta manifesta est, nullas scripturas deificas, vel inventas, vel corruptas, vel incensas fuisse. Hoc actis continetur, quod Felix Episcopus religiosus illis temporibus neque præsens fuerit, neque conscientiam accommodaverit, neque aliquid tale fieri jusserit.* Hucusque verba sententiæ ex dictis Actis ab Optato descripta, ac post hæc ibi: *Agesilaus dixit: De his qui ad potestatem vestram instruendam venerunt, quid jubet potestas tua? Ælianus Proconsul dixit: Revertantur ad sedes suas:* subdit Optatus: *Unde, pulsa atque exsersa infamia, cum ingenti laude illo judicio recessit. Jamdudum opinionis incertæ, & inter caligines, quas livor & invidia exhalaverant, latere veritas videbatur:* Hucusque Optatus de causa Felicis ordinatoris Cæciliani; sed brevitati studens nonnulla omisit, quæ ex diversis Augustini locis sunt exquirenda.

* Aptungitani.

XXI.

Ac primum illud; quod in hac causæ cognitione Ingentius Scriba confessus est, se contra Felicem falsasse epistolam Cæciliani, ejusque rei veritatem esse confessum metu tormentorum (Optatus namque scribit, Ingentium Scribam publicum pependisse sub metu imminentium tormentorum) non autem tortus fuit, eo quod diceret se esse Decurionem; licet in dictis Actis perperam legatur, loco, Decurionem, Dei cultorem, cum ibi hæc interlocutus fuisse Proconsul legitur: *Ælianus Proconsul dixit: Constantinus Maximus semper Augustus, & Licinius Cæsar ita pietatem Christianis exhibere dignantur, ut disciplinam corrumpi nolint, sed potius observari religionem istam, & coli velint. Noli itaque tibi blandiri, quod cum mihi dicas, Dei cultorem te esse, ac propterea non possis torqueri. Torqueris, ne mentiaris, quod alienum Christianis esse videtur; & ideo dic simpliciter, ne torquearis:* Hæc ibi; sed in quibus falsata fuerit ab Ingentio epistola Alfii Cæciliani Magistratus, eadem citata superius Felicis Acta declarant. Litteræ enim Cæciliani ad Felicem Episcopum perbreves sic se habebant (*c*):

(*c*) *Ex bibl. Petri Pithœi edita Parisiis.*

Cæ-

PAGIUS

re *Ælianus* hoc anno Proconsul Africæ partes Vicarii agendas susceperit, & negotium *Felicis* ad examen & jurisdictionem suam revocavit. Inductus est in judicium *Claudius Saturianus*, qui fuerat Curator civitatis Aptungentium tempore persecutionis, id est, Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coss. ut ex Gestis municipalibus; quæ ab ipso confecta erant, perspici posset, utrum *Felix* Episcopus Aptungensis sacros Codices cremandos tradidisset. Exhibitus etiam est *Calidius Gratianus*, Curator ejus anni, quo quæstio agitabatur, ut scilicet Acta municipalia superioris

Cæcilianus parenti Felici salutem.

XXII. Epistola Cæciliani ad Felicem.

Cum Ingentius collega meus Augentianum amicum suum conveniret, & inquisisset anno Duoviratus mei an aliquæ scripturæ legis vestræ secundum sacram legem adustæ fuat *, *quam Galatius unus ex lege vestra publice epistolas salutatorias de Basilica protulerit. Opto te, parens carissime, bene valere:* Hactenus epistola Cæciliani ad Felicem Episcopum ejusmodi testificationem exposcentem, ad sui innocentiam, quam Donatistæ in crimen adducere conabantur, declarandam.

XXIII. Acta Proc. in causa Felicis Episcopi.

Sed hæc de Felice quomodo se habuerint, citata superius Acta ex relatione ejusdem Alfii Cæciliani ex publicis Proconsulis monumentis ita significant: *Alfius Cæcilianus dixit: Zamæ eram propter lineas comparandas cum Saturnino. Et cum veniremus illo, mittunt ad me in Prætorio ipsi Christiani, ut dicerent: Sacrum præceptum ad te pervenit? Ego dixi: Non; sed vidi jam exempla & Zamæ, & Furnis dirui Basilicas, & uri scripturas vidi. Itaque perferte si quas scripturas habetis, ut jussioni sacræ pareatur. Tunc mittunt in domum Episcopi Felicis, ut tollerent inde scripturas, & exuri possent, secundum sacrum præceptum. Sic Galatius nobiscum perrexit ad locum, ubi orationes celebrare consueti fuerant; inde cathedram tulimus, & epistolas salutatorias, & ostia omnia combusta sunt, secundum sacrum præceptum. Et cum ad domum ejusdem Felicis Episcopi mitteremus, renuntiaverunt Officiales publici, illum absentem esse.* Sic igitur se habuit causa Felicis Episcopi, quod idem Cæcilianus testatus est dicta epistola, quam dictavit (ut eadem habent Acta) Augentio collegæ, & misit ad eumdem Felicem.

XXIV. Ingentius falsator Epistolæ.

Quæ autem Ingentius subornatus a Donatistis eidem Cæciliani addiderit epistolæ, hæc sunt in eisdem Actis expressa post salutationem: *Hoc signum quod deprecatorium ad me miserant Christiani, & ipse cujus est Prætorium, & dixisti: Tolle clavem, & quos inveneris in cathedra libros, & super lapide codices, tolle illos; sane vide, Officiales ne tollant oleum & triticum. Et ego dixi tibi: Tu nescis, quia ubi scripturæ inveniuntur, ipsa domus diruitur? Et dixisti: Quid ergo facimus? Et dixi ego vobis: Tollat aliquis de vestris in Area, ubi orationes facitis, & illic ponantur; & ego venio cum officialibus; & tollo. Et nos illo venimus, & omnia tulimus secundum sacrum præceptum:* Hucusque additamentum Ingentii falsarii, ut in iisdem Actis Proconsularibus testatus est idem Cæcilianus, cum de his rogaretur a Judice Agesilao coram Ælio Proconsule. Sic enim hæc ibi scripta habentur. *Cæcilianus dixit: Domine usque ad hoc dictavi usque quo habet; Opto te, parens carissime, bene valere. Apronianus dixit: Semper sic falsum per terrorem, per scenam, per irreligiosam mentem actum est ab his qui Catholicæ Ecclesiæ consentire noluerunt. Nam Paulino hic administrante vices Præfectorum, subornatus est quidam privatus homo, qui modicum cursoris haberet, qui ad Catholicæ unitatis veniret, atque eos indiceret & terreret. Detecta igitur factio est, nam componebatur Felici religiosissimo Episcopo per mendacium, ut videretur scripturas prodidisse & exussisse.*

XXV. Detecta impostura Ingentii.

Ingentius quidem cum hoc totum, quicquid agebat obesset sanctitati & religioni Cæciliani, subornatus est, ut veniret cum litteris Felicis episcopi ad Cæcilianum Duovirum, & ei confingeret a Felice se esse mandatum. Dicat ipsa verba quibus hoc est confictum Ælianus Proconsul dixit, Dic. Apronianus dixit: Dic, inquit, amico meo Cæciliano, quod codices accepi pretiosos deificos XI. quiaque me nunc convenit ut illos restituam, dic quod anno magistratus tui eos exusseris, ne reddam illos: Hæc ibi quæ non tantum assertione, & testificatione Cæciliani Magistratus, sed & confessione ipsius Ingentii fuerunt manifeste probata, & Solis luce reddita clariora; cum tamen sciamus Donatistas posteriores conatos esse improbare judicium Proconsulis de innocentia Felicis Aptungitani Episcopi, sicut fecerunt de judicio Romani Concilii, quo Donatus condemnatus & Cæcilianus fuerat absolutus.

XXVI. Objectiones Donatistarum.

Quænam autem fuerint post centesimum ferme annum adversus ejusmodi judicium a Donatistis objecta, S. Augustinus (*a*) ex Actis publicis recitat, atque inter alia illud primo loco quod causa Episcopi cognita esset a Judice sæculari, nempe Proconsule; sed id ipsis expoſcentibus, factum esse declarat; dum inquit: *Ait enim quidam: Non debuit Episcopus Proconsulari judicio purgari; quasi vero ipse sibi hoc comparaverit, ac non Imperator ita quæri jusserit, ad cujus curam, de qua ratione Deo redditurus esset, res illa maxime pertinebat. Arbitrum enim, & Judicem causæ traditionis, & schismatis illi eum fecerant; qui ad eum etiam preces miserant, ad quem postea provocarunt, & tamen judicio eorum acquiescere noluerunt. Itaque si culpandus est, quem*

(*a*) *Aug. epist. 162. circa med.*

Judex terrenus absolvit, cum ipse sibi hoc non. poposcisset; quanto magis culpandi sunt, qui terrenum Regem suæ causæ Judicem esse voluerunt? si autem criminis non est, provocare ad Imperatorem: non est criminis audiri ab Imperatore; ergo nec ab illo cui causam delegaverit Imperator: Hæc ad primam illorum objectionem.

XXVII. Alia Donatistarum objectio.

Ad aliam vero de severo judicio Proconsulis in hunc modum ibidem: *Quemdam etiam suspensum equuleo in causa Felicis Episcopi amicus ille voluit criminari, ut quis etiam ungulis vexaretur. Numquid poterat Felix contradicere, ne tanta diligentia & severitate quæreretur, cum ejus causam inveniendam Cognitor agitaret? Quid enim erat aliud, nolle sic quæri, quam de crimine confiteri? & tamen ille ipse Proconsul inter præconum terribiles voces, & cruentas carnificum manus, numquam collegam damnaret absentem, qui judicio ejus se præsentare noluisset cum haberet aliud, quod posset audiri; aut si damnaret, certe etiam ipsis sæcularibus legibus pœnas justas, & debitas lueret. Quod si Gesta Proconsularia displicent, Ecclesiasticis cedite. Omnia vobis ordine recitata sunt*: Hæc in Donatistas judicia omnia cavillantes Augustinus. Commendata vehementer fuit constantia Felicis Episcopi, quod noluerit Proconsuli causam suam judicanti præsto esse.

XXVIII. (a) *Aug. in Brev. Collat. die 3. c. 23. 24.* Alia ingesta a Donatistis objectio.

Sed illud etiam posteriores quoque Donatistæ (a) objecerunt, & probare conati sunt, non fuisse absolutum coram Proconsule Felicis judicium, eo quod Constantinus ad se mitti jusserit Ingentium. Scribam. Ad quam objectionem refellendam in eo conventu Catholici protulerunt epistolam Æliani Proconsulis, qui causam Felicis judicaverat, scribentis ad Constantinum, se causam Felicis audisse, & finisse; superaddita sunt, & ipsa Gesta Proconsularia, quibus absolutus est Felix, & omnium adhibitarum personarum testimonio, a traditionis crimine integer comprobatus. Sed his illi convicti, eo sese verterunt, destituti omni probationis auxilio, ut dicerent, gratia Judicis esse absolutum, vel supposititas esse personas. Quæ omnia qua levitate sunt ab eis jactata, eadem a Cognitore Judice exposa sunt. Desiderantur illæ Æliani litteræ ad Constantinum de absoluto Felicis judicio, quæ tunc ex Actis publicis fuerunt coram omnibus recitatæ; ut plane appareat, ea ipsa, quæ diximus extare Acta in causa Felicis nequaquam integra reperiri, in quibus dictæ litteræ non extant.

Quod vero ad causam Ingentii spectat, sic Augustinus (b): *Sed quoniam quidam Ingentius, qui eidem judicio contra Felicem falsum se feciisse confessus est, nec puniri facile debuit, ubi causa Episcopi vertebatur; nec facile a Proconsule dimitti potuit tanti criminis reus, nisi Imperatore consulto, quo instante illa omnia gerebantur; retulit inde Proconsul; & rescripsit Imperator, ut ad ejus Comitatum idem Ingentius mitteretur, volens majores istorum a quibus quotidie interpellabatur, in præsentia confutari*: Hæc Augustinus; habent ipsa Acta Proconsularia, Ingentium post suam confessionem ab Ælia no Proconf. esse jussum reservari in carcere, ut mitteretur ad Constantinum. Verum Constantini litteræ de mittendo Ingentio, non ad Ælianum, qui causam cognovit, sed ad ejus successorem datæ esse noscuntur; eum enim, vel vita functum, vel alio amandatum putamus; dictæ autem litteræ ab eodem S. Augustino recitantur his verbis (c):

XXIX. (b) *Aug. post. Collat. c. 32.* Rursum de Ingentio.

(c) *Aug. epist. 68.*

Imperatores Cæsares Flavius Constantinus Maximus, & Valerius Licinius ad Probianum Proconsulem Africæ.

XXX. Constantini epistola ad Probianum.

*Ælianus prædecessor tuus merito, dum vir perfectissimus Verus Vicarius Præfectorum tunc per Africam vestram incommoda valetudine teneretur, ejusdem partibus functus, inter cætera etiam id negotium, vel invidiam, quæ de Cæciliano Episcopo Ecclesiæ Catholicæ videtur esse commota, ad examen suum atque jussionem credidit esse revocandam. Etenim cum jam Superium Centurionem, & Cæcilianum Magistratum Aptungitanorum, & Saturninum Excuratorem, & Calibium Juniorem ejusdem Civitatis Curatorem, atque Solonem Servum publicum suprascriptæ civitatis præsentes esse fecisset, audientiam præbuit competentem, adeo ut cum Cæciliano fuisset objectum, quod a Felice eidem Episcopatus videretur esse delatus, cui divinarum Scripturarum proditio atque exustio videretur objecta; innocentem de eo Felicem fuisse constiterit. Denique cum Maximus Vigentium *, Decurionem Ziquensium Civitatis, epistolam Cæciliani ex divino jure falsasse contenderet; eumdem ipsum Vigentium suspensum Actis, quæ suberant pervidimus, & ideo minime tortum, quod se Decurionem Ziquensium Civitatis asseveraverit. Unde volumus, ut eumdem ipsum Vigentium sub idonea prosecutione ad Comitatum meum Constantini Augusti mittas; ut illis qui in præsentiarum agunt, atque diuturnis diebus interpellare non desinunt, audientibus,*

* Ingentium.

perioris temporis Magistratuum in judicium afferret. Præter hos exhibitus est in judicio *Superius Stationarius*, *Solon* servus publicus, & *Ingentius* Scriba, & *Alfius* Cæcilianus, qui fuerat Magistratus seu Duumvir municipii Aptungensium tempore persecutionis. Quibus omnibus ad institutionem causæ *Felicis* exhibitis in judicio Proconsulari, *Ælianus* Proconsul

tibus, & coram assistentibus, apparere, & intimari possit, frustra eos Cæciliano Episcopo invidiam comparare, atque adversus eum violenter insurgere voluisse. Ita enim fiet, ut omissis, sicut oportet, ejusmodi contentionibus, populus, sine dissensione aliqua religioni propriæ cum debita veneratione deserviat: Hucusque epistola Constantini ad Probianum Proconsulem; sed quæ recitata in publico illo Catholicorum conventu, sine die, & Consule descripta extat; in alia tamen schedula inventos esse Consules, quibus data esset, idem S. Aug. affirmat (a).

(a) *Aug. in Brevic. Collat. die 3. c. 23.*

XXXI. Appellatio Donatistarum.

Quod autem idcirco dicat Imperator se curasse, ut Ingentius mitteretur ad Comitatum, quo adversarii Cæciliani coram confutari potuissent; plane innuit, illos appellasse a lata sententia Æliani pro Felice, quæ eum innocentem a traditione pronunciavit; atque sic appellantes, ad ipsum profectos esse Imperatorem, adversus Felicem, & Cæcilianum judicium prosecuturos, quod Constantinus noluit per se, vel suos magistratus definiri, sed quod esset negotium Episcoporum, voluit ab Episcopis judicari, Arelate nimirum ea de causa convocatis Episcopis. Unde de his Augustinus scribens ad Januarium (b): *Sed rursus* (inquit) *majores vestri ad Imperatorem redierunt; & non recte judicatum, neque omnem causam auditam esse, conquesti sunt: unde ille alterum Episcopale judicium dedit, habendum in Arelatensi Galliæ Civitate*, &c. Sed de hoc inferius.

(b) *Aug. ep. 68.*

XXXII. Causa Decurionum qualis.

In eo autem quod Constantinus ait eadem epistola, Ingentium propter Decurionatus dignitatem non potuisse tormentis subjici; hoc Decurionum privilegium idem Imperator hac ex parte postea nullum reddidit, cum de crimine falsi agitanda quæstio esset, prout constat ex ejus rescripto (c) ad Hilarianum dato post sequentem annum, Sabino & Rufino Coss. in hæc verba: *Si quis Decurio testamentum, vel codicillos, aut aliquam deficientis scripserit voluntatem, vel conscribendis publicis privatisque instrumentis præbuerit officium; si falsi quæstio moveatur, Decurionatus honore sepositio, quæstioni (si ita poposcerit causa) subdatur; sed non statim desinit esse Decurio, qui in hujusmodi facto fuerit; quantum enim ad municipales pertinet necessitates, Decurio permanet; quantum ad rem gestam & veritatem reservandam, uti Decurionatus honore non poterit. Nec vero is qui ante fuerit Tabellio, ad eludendam quæstionem super iis quæ ante scripserit, factus Decurio, defendi hac poterit dignitate; quoniam scripturæ veritas (si res poposcerit) per ipsum probari debet auctorem. Dat. III. Kal. Feb. Sabino & Ruffino Coss.* Ob emergentes novos casus, ut, quem diximus, Ingentii, vel aliorum, ad hæc decernenda de Decurionibus veritatis investigandæ causa Christianus Imperator digne rescripsit.

(c) *l. si quis Decurio C. ad legem Cornel. de falsa.*

XXXIII. Rursus cavillantur Donatistæ.

Sed ad propositam superius Ingentii causam revertamur. Posteriores Donatistæ præter alias superius recitatas inanes objectiones, & frustratorias cavillationes Ingentii causam ultimo omnium loco dicebant pertractatam fuisse, post omnia videlicet exhibita judicia in causa Cæciliani; quod eo consilio affirmare nitebantur, ut dicerent, non sine causa voluisse Imperatorem ad se mitti Ingentium, sed ob id quod adhuc causa Cæciliani pendebat ac proinde; eosdem asserere potuisse Imperatorem contra Cæcilianum judicasse; sicque evitarent ea arte Concilii Arelatensis, & Constantini pro innocentia Cæciliani sententiam.

XXXIV. (d) *Aug-ep. 152.* Detectæ Fallaciæ Donatistarum.

Ut autem ejusmodi dolosas atque subdolas illorum artes Catholici Episcopi expressæ falsitatis arguerent, ex publicis Actis, quid prius, quidve posterius gestum foret, certo certius demonstrarunt. Unde S. Augustinus (d), atque collegæ Episcopi, de his scribentes ad Donatistas, hæc post alia plurima habent: *Ordinem Consulum & dierum, qui Gestis expressus est, si quis nunc diligenter advertat, inveniet primo Cæcilianum Episcopali judicio fuisse purgatum. Deinde non multo post Felicis Aptungensis causa ab Ælio Proconsule examinata est, ubi eum constitit innocentem. In qua causa ad Comitatum mitti jussus est Ingentius, & longe postea ipse Imperator causam inter partes cognovit, atque finivit. In qua cognitione Cæcilianum innocentem, illos autem calumniosissimos judicavit. In quo ordine Consulum & dierum satis ostenditur, fallaciter eos & calumniose dixisse, quod Imperator, misso ad Comitatum Ingentio, judicium suum mutavit, & Cæcilianum, quem prius purgaverat, postea condemnavit*, &c. Idemque alibi (e) singulas res gestas signatas Consulibus ponit; Cæcilianique ultimam absolutionem factam per Constantinum contigisse affirmat post sequentem annum, Sabino & Ruffino Coss. anno quarto ab habita Romæ coram Melchiade absolutione, ut ex Consulibus notatis apparet. Sed de causa Felicis atque Ingentii hactenus; emer-

(e) *Idem post Collat. c. 33.*

sul cognitionem exorsus est. Lecta sunt primum Acta municipalia. Interrogati Saturninus seu Saturianus, & Calidius Curatores, & Superius Stationarius, & Cæcilianus Duumvira-

lis. Ex quorum responsis *Felicem* Episcopum integrum esse constitit a traditione sacrorum Librorum. *Ingentius* vero Epistolam Cæciliani & Acta municipalia falsasse convictus, in car-

gamus jam e spinosis his controversiarum anfractibus.

XXXV. Concilium Arelatense in causa Cæciliani.

Acturi nunc de Concilio Arelatensi, hoc anno (ut demonstrabimus) celebrato, duo in primis consideratione digna existimamus; alterum ex parte Donatistarum Constantinum appellantium; alterum vero, quod spectat ad eumdem Constantinum injustæ appellationi deferentem. Fax Christianorum, immo & hæreticorum omnium deterrimus Paulus Samosatenus, de quo pluribus actum est secundo Annalium tomo, primus omnium viam aperuit, ut, dum Episcoporum judicio non acquiesceret, ad illum comprimendum adiri oporteret Imperator; quod quidem ille quantumlibet Gentilis esset (fuit hic Aurelianus Augustus) veluti portentosum facinus exhorrescens, quod ab Italiæ Episcopis ea in re statutum esset, ratum firmumque in omnibus esse voluit. Post nefandum hæresiarcham recedere a sententia Episcoporum præsumpserunt impii Donatistæ ex Christianis apostatæ Traditores, atque ex Traditoribus facti schismatici, qui & ex schismaticis, hæretici postea evaserunt.

XXXVI. Appellare ab Episcopis ad Imperatorem Hæreticorum esse,

Vide, prudens lector, quodnam genus hominum resilierit a Judicio Episcoporum; defecerit ad tribunalia Cæsarum; & posthabita Synodorum sententia, provocare consueverit ad Imperatores. Attende & illud plane exorbitans, insolens, & immane facinus Donatistarum, eo sua ipsorum procacia adegisse Christianum Imperatorem Constantinum, ut Ethnico Principe Aureliano hac ex parte longe inferior declaretur. Siquidem ille judicium amplissimi conventus Antiocheni detulit (ut par erat) ad sententiam Italorum Episcoporum, inter quos Romanæ Ecclesiæ Pontifex emineret; Constantinus vero contra, quod statutum in Concilio Romæ esset ab ipso primum Romano Pontifice, aliisque ad Synodum convocatis Italiæ nonnullarum civitatum Episcopis, ac tribus illis insignioribus ad hoc ab ipso Constantino delectis Galliarum Præsulibus (extorquentibus id sua ipsorum improbitate factiosissimis Donatistis) voluit in alio Concilio, in Galliis, ubi aderat, celebrando, iterum ventilari, atque sententia definiri. Ad hæc autem quam traheretur invitus, nolensque impelleretur ab illis, ea primum declaravit sententia, quando iisdem a se petentibus Judices, respondit illud Constantino dignum elogium (*a*): *Petitis a me in sæculo judicium, cum ego ipse Christi judicium ex-*

(*a*) *Optat. contra Parmen. l. 1.*

pectem: vel illud (quod etiam superius dictum est) cum voces Donatistarum appellantium adeo exhorruit, ut plane tragice exclamarit: *O rabida furoris audacia! sicut in causis Gentilium fieri solet, appellationem interposuerunt.*

XXXVII. Constantinus prudentior factus.

Atqui semel atque iterum in Donatistis expertus Constantinus, frustra boni pacis intuitu ad improbas, importunas, & illegitimas schismaticorum petitiones flecti Imperatoriam majestatem; magnoque dispendio id fieri Ecclesiasticæ disciplinæ divinitus inst tutæ considerans; consulens postea utriusque dignitati atque integritati, rerum exemplo prudentior factus, facto pariter declaravit ac scriptis, non esse amplius sæculari judicio examinanda, quæ essent ab Episcopis constituta, etiamsi Episcopi illud expeterent. Id quidem incensio illa multiplicium libellorum ab Episcopis oblatorum tempore Nicæni Concilii (de quo suo loco pluribus) ab ipso facta significat; id ipsum quoque voluit testatum, atque probatum reddi, totique Romano Orbi pariter innotescere, amplissimo promulgato edicto; quod licet non extet, tamen ejusdem Imperatoris rescriptum datum postea Constantinopoli ad Ablavium Præfectum Prætorio, ejusdem cum meminit, ipsius exploratissimam fidem reddit. Extat hoc ipsum integrum, quo declarat adeo deferri velle sententiis Episcoporum, ut non tantum velit in iis quæ spectant ad Ecclesiasticas controversias, sed etiam civiles disceptationes, & sæculares causas ac lites, illibatæ permaneant; adeo ut neque Præfectus Prætorio, cujus summum jus erat atque potestas, vel alius quilibet magistratus posset eas invalidas reddere, quod quidem rescriptum (*b*) hic recensere, ad insinuandum religiosissimum Constantini animum, dignum plane existimamus.

(*b*) *De Episcop. judicio l. 1. Cod. Theod.*

Imp. Constantinus A. Ablavio PP.

XXXVIII. Episcoporum sententiis Constantinus plurimum detulit.

Religionis est, clementiam nostram scitari voluisse, quid de sententiis Episcoporum vel ante moderatio nostra censuerit, vel nunc servari cupiamus, Ablavi parens carissime. Itaque quia a nobis instrui voluisti, olim prærogatæ legis ordinem salubri rursus imperio propagamus. Sanximus namque (sicut edicti nostri forma declarat) sententias Episcoporum quolibet genere prolatas, sine aliqua ætatis discretione inviolatas semper incorruptasque servari, scilicet ut pro sanctis semper ac venerabilibus habeatur, quicquid Episcoporum fuerit sententia terminatum. Sive

PAGIUS carcerem missus est, ut altiori interrogationi servaretur. Extat sententia Æliani Proconsulis in lib. 1. Optati & in Gestis purgationis Felicis.

XVI. Porro Ælianus Proconsul causam Felicis audivit, *Volusiano & Annisno Coss XV. Kalend.* *Martias*, id est, post menses ferme quatuor a judicio Miltiadis, ut scribit Augustinus in libro ad Donatistas post Collationem. Quod tamen non ita accipiendum est, quasi eo ipso die causa terminata ac judicata sit. Neque enim intra

Illius purgationis tempus.

Sive itaque inter minores, sive inter majores ab Episcopis fuerit judicatum; apud vos, qui judiciorum summam tenetis, & apud cæteros omnes judices ad executionem volumus pervenire. Quicumque itaque litem habens, sive possessor, sive petitor erit, inter initia litis, vel decursis temporum curriculis, sive cum negotium peroraturi, sive cum jam cœperit promi sententia, judicium eligit sacrosanctæ legis Antistitis; illico sine aliqua dubitatione, etiam si alia pars refragatur, ad Episcopum cum sermone litigantium dirigatur. Multa enim quæ in judicio captiosæ præscriptionis vincula non patiuntur, investigat & promit sacrosanctæ religionis auctoritas. Omnes itaque causæ, quæ vel Prætorio jure vel civili tractantur, Episcoporum sententiis terminatæ, perpetuo stabilitatis jure firmentur; nec liceat ulterius retractare negotium, quod Episcoporum sententia decideri. Testimonium etiam, ab uno licet Episcopo perhibitum, omnes Judices indubitanter accipiant; nec alius audiatur, cum testimonium Episcopi a qualibet parte fuerit repromissum. Illud enim est veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod a sacrosancto homine conscientia mentis illibatæ protulerit. Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus, hoc perpetua lege firmamus, malitiosa litium semina comprimentes; ut miseri homines longis, ac pene perpetuis actionum laqueis implicati, ab improbis petitionibus, vel a cupiditate præpropera maturo fine discedant. Quicquid itaque de sententiis Episcoporum clementia nostra censuerat, & jam hac summa lege complexi, gravitatem tuam, & cæteros pro utilitate omnium latam in perpetuum observare conveniet. Dat. III. Non. Maii, Constantinopoli: Hactenus rescriptum ad Ablavium.

Cur Constantinus detulit appellationi Donatistarum.

XXXIX. Ejusmodi etiam Constantini edicti amplissimam judiciariam potestatem Ecclesiæ Catholicæ ministrorum testantis meminisse videtur Eusebius, cum ait (*a*): *Jam quæ ab Episcopis in publicis conventibus editæ erant regulæ, sua confignabat & confirmabat auctoritate; ne reliquarum gentium Principibus liceret, quæ ab eis decreta essent, abrogare; cujusvis enim judicis sententiæ, sacerdotum Dei judicium anteponendum esse.* Ita Eusebius; sed & Sozomenus hæc fusius his verbis (*b*): *Illud est plane maximum reverentiæ Imperatoris erga religionem argumentum, quod clericos ubique per legem eam ob rem conditam immunitate donari voluit, quodque illis, qui erant in judicium vocati, dedit potestatem, si modo animum inducerent magistratus civiles rejicere, ad Episcoporum judicium provocandi: atque eorum sententiam ratam esse, & aliorum Judicum sententiis plus habere auctoritatis, tamquam ab ipso Imperatore prolatam, statuit; quinetiam jussit, ut magistratus res judicatas re ipsa exequerentur, militesque eorum voluntati inservirent; præterea ut Conciliorum decisiones firmæ & immutabiles existerent*; Hæc Sozomenus; atque satis ad insinuandam religiosissimam tanti Principis observantiam erga Dei Ecclesiam, ejusque ministros; ut plane intelligas, quod ipsemet (ut dictum est) sæpius testatum reddidit, non fuisse suæ voluntatis, Donatistarum improbissimis deferre appellationibus; sed quod ea existimaret indulgentia, membra ab unitate conscissa compaginare se posse; atque mutua individuaque consolidare concordia. Verum, quod docuit præsens exemplum, ac monent innumera alia vetera atque recentia, male consulitur Catholicæ unitati dispendio Ecclesiasticæ disciplinæ.

(*a*) *Euseb. in Vita Constantini l. 4. c. 27.*

(*b*) *Sozom. l. 1. c. 9.*

XL. Alio prætextu instauratur judicium.

Quod insuper suam ipsorum petitionem Donatistæ alio quoque prætextu, nempe cognoscendæ causæ Felicis ordinatoris Cæciliani, munissent, dicentes prætermissa quæ videbantur esse potissima; impulsus est Constantinus ad recens producendam in judicium controversiam novum quoque instaurare judicium, atque ob eam causam qui cuncta cognoscerent ac definirent, cogere Episcoporum conventum. At ne in transmarino judicio aliquid minus cognitum, probatumque vel ambiguum produceretur in medium, quod morari potuisset Patrum sententiam, & occasio illis daretur iterum tergiversationibus, & exceptionibus utendi & denuo provocandi; hac de re voluit Felicis causam Proconsulari judicio cognosci (ut vidimus) ubi olim res esset gesta, Carthagine, indeque ad Episcoporum consessum Proconsularia Acta transmitti, simulque ingentium illum, quem diximus, cujus præsentia necessaria videretur.

XLI. Convocatur Concil. Arelat.

Quod igitur Constantinus moraretur in Galliis, Arelate statuit habendum esse in causa Cæciliani Concilium; visa est civitas illa tanto negotio opportuna; datisque litteris ad præclariores quosdam Ecclesiæ Occidentalis Episcopos, eosdem ad Are-

PAGIUS intra unius diei spatium tot Gestorum documenta perlegi, tot personæ interrogari potuerunt. Cum ergo dicit Augustinus, causam Felicis ab Æliano auditam fuisse *XV. Kalend. Martias*, intelligere debemus tunc primum audiri cœpisse, ut inquit Valesius in Dissert. de Schismate Donatistarum cap. 11. qui plura hac de re ibidem habet. Legenda etiam Acta purgationis Felicis Episcopi Aptungensis Tomo II. Miscellaneorum Baluzii, & Notæ, quibus eadem illustravit.

Ad num. XLI. & seqq. Multa dubia circa *Concilium Arelatense primum* hoc anno habitum moveri possunt. Et primo quidem, utrum Ple-

XVII.

na-

Arelatense Concilium convocat; quarum omnium (multiplices plane pro Episcoporum Metropolitanorum numero fuisse putamus; nisi potius omnes ejusdem exempli fuisse, æquius sit existimare) illæ tantum extant integræ, quæ ad Chrestum Episcopum Syracusanum datæ sunt. Sed quod ad Chresti nomen pertinet, non a Christo Chrestus nominatus est Episcopus Christianus; quod non attendit, qui loco Chresti, scripsit Sixtum, indecorum putans Christianum aliquem dici Chrestum nomine proprio; erat enim Chresti nomen æque Gentilibus usitatum, licet (quod dictum est secundo tomo) perperam illi Christum Chrestum dicerent, cum alioquin honestissimum nomen esset; unde illud apud Lucianum (*a*): *Pauci Chresti hoc est, frugi sunt, quemadmodum ubique video.* Contra vero Chrestologi dicebantur, qui cum bene loquerentur, male agerent; quo nomine Pertinacem Imperatorem dictum esse, affirmat Julius Capitolinus, eo namque sensu etiam Paulus in epistola ad Romanos χρησολογίαν nominat. Sed ad rem. Recitat Eusebius (*b*) Constantini epistolam hac inscriptione notatam:

(a) Lucian. in Philop.

(b) Euseb. l. 10. c. 5.

Exemplar epistolæ Imperatoris, per quam jubet secundum Concilium fieri pro omni inter Episcopos discordiæ tollenda.

Constantinus Augustus Chresto. Syracusanorum Episcopo S.

XLII. Constantini epistola ad Chrestum.

Jamdudum cum nonnulli improbo & perverso animo a sancta religione, & cœlesti Evangelii doctrina ac potentia, & a Catholica Ecclesiæ opinione desciscere cœperint; cupiens equidem ejusmodi lites ac controversias inter vos ortas dissolvere, ita scripsi, ut missis a Gallia quibusdam Episcopis, quinetiam ex Africa aliis adversarum partium accersitis, qui inter se maxima cum pertinacia & animorum contentione digladiantur, & Episcopo Romano etiam coram, hoc dissensionis, quicquid videatur, possit illis præsentibus accurata dijudicatione in rectam viam reduci. Verum quoniam (sicut usu venit) quidam tum suæ salutis, tum veri cultus, qui sanctissimæ Christi religioni debetur, penitus obliti, adhuc privatas inimicitias exercere, & graves simultates gerere non desinunt; dum nolunt aut Concilii judicio jam facto acquiescere, dumque definite affirmant, paucos admodum fuisse quæ suas ipsorum sententias palam in Concilio proferebant; itaque ipsi, cum non omnia, quæ ante quæri debuerant, accurate quæsita essent, ad judicium dandum propere & valde celeriter festinabant; atque ex his omnibus ea fieri contigit, ut tum illæ ipsi, quos fraternum & concordem animorum consensum inter ipsos retinere oportuerat, turpi, immo nefaria & impia dissensione discordent, tum aliis hominibus, qui mentes a sanctissima religione alienas habent, ansam ludibrii & irrisionis præstent. Idcirco mihi sedulo providendum erat, ut istud quod post judicium antea pronuntiatum sua sponte componi & tranquillari debuerat, etiam jam tandem multis præsentibus Episcopis exitum & finem consequatur. Proinde quoniam plurimos Episcopos ex locis diversis & prope infinitis in urbem Arelatensium ad Kalendas Augusti convenire mandavimus; tibi etiam per litteras significandum putavimus, ut accepta rheda publica a clarissimo viro Latroniano Siciliæ conductore; duobus item aliis Episcopis ex sede secunda, quos tu ipse tibi maxime deligendos judicaveris, tibi in societatem adscitis; quinetiam tribus famulis, qui vobis inter vias ministrent, assumptis, ad eum diem in loco præscripto aliis occurras; quo per tuam gravitatem, & consentientem sententiam reliquorum, qui eo commeant, hoc dissidium, quod hactenus improbe ob turpes & sceleste concertationes continuatum fuit, simulatque ea, quæ ab utraque factione Episcoporum (quos simpliciter adesse mandavimus) audita fuerint, possit, licet sero ad debitam religionem, fidem, & fraternam concordiam aliquando revocari. Deus omnipotens in multos annos te nobis servet incolumem: Hucusque litteræ Constantini ad Chrestum.

Ejusdem argumenti etiam ad reliquos Metropolitanos Episcopos datas fuisse putamus; ex omni namque provincia accersitus videtur præcipuæ sedis Episcopus, cujus arbitrio duo alii deligerentur ejusdem provinciæ sedium inferiorum Antistites; qui omnes simul conductu publico ducerentur; datis illis jussu Imperatoris a provinciarum Præsidibus Tractoriis pro viatico publico assequendo. Extat exemplar ejusmodi litterarum Constantini, quas dedit ad Ablavium, una cum aliis nobilibus antiquitatis monumentis superius sæpe citatis, in bibliotheca Petri Pithœi, quas hic opportuno loco edendas curavimus; sic enim se habent:

XLIII. Scribit ad alios Metropolit. Constantinus.

Constantinus Augustus Ablavio.

XLIV. Constantini epistola de cogendo Concilio.

*Jam quidem antehac cum perlatum fuisset ad scientiam meam, apud Africam nostram plures nefario furore vanis criminationibus contra se invicem super observantia sanctissimæ legis Catholicæ discedere * cœpisse, dirimendæ dissensionis hujusmodi causa placuerat mihi, ut ad Urbem Romam tam Cæcilianus Carthaginensis Episcopus, contra quem, vel maxime universi sæpe me convenerant, quam etiam aliqui ex his qui ei quædam objicienda crediderant, præsentiam sui exhiberent. Nam etiam ad supradictam urbem Romam nostram quosdam Episcopos ex Galliis ire præceperam; ut tam hi pro integritate vitæ suæ atque laudabili instituto, sed & septem ejusdem communionis, quam etiam urbis Romæ Episcopi, atque illi qui cum iisdem cognoscerent, possent rei, quæ videtur esse commota, finem debitum adhibere. Qui quidem ea quæcumque in præsentiarum fuerant gesta, cuncta ad scientiam meam, etiam Actis habitis, retulerunt; verbo insuper affirmantes, quod judicium suum pro rerum fuisset æquitate depromptum; eosque potius causæ obnoxios esse dicentes, qui contra Cæcilianum quædam putaverunt commovere; adeo ut istum * post judicium habitum Africam ipsos remeasse prohiberent. Inde propter hæc omnia probabili rerum æstimatione speraverunt, quod omnibus omnino seditionibus, & contentionibus, quæ aliis hominibus videbantur subito commotæ, finis debitus fuisset impositus.*

* disceptare

XLV. * simultatibus

*Sed cum dictationis tuæ scripta legissem, quæ ad Nicasium, & cæteros super iisdem simulationibus * gravitas tua mittenda crediderat; evidenter agnovi quod, neque respectus salutis suæ, neque (quod est majus) Dei omnipotentis venerationem ante oculos suos velint ponere; siquidem ea agere persistant, quæ non modo ad ipsorum dedecus infamiamque pertineant, sed etiam his hominibus detrahendi dent facilitatem, qui longe ab hujuscemodi sanctissima observantia sensus suos noscuntur avertere. Nam id quoque te scire convenit, quod ex iisdem venerunt asserentes, quod minus dignus idem Cæcilianus cultu sinceriss imæ religionis habeatur; & contra id quod eisdem responderam, frustra eos id jactare, quippe cum res fuissent apud urbem Romam ab idoneis ac probatissimis viris Episcopis terminatæ; obnixe ac pertinaciter respondendum æstimaverunt; quod enim omnis causa non fuisset audita; sed potius iidem Episcopi quodam loco se clausissent, & prout ipsis aptum fuerat, judicassent. Quare cum hæc, tot, & tanta nimium obnixas dissensiones protrahere perviderem, ita ut nullo modo finis iisdem dari posse videatur, nisi & Cæcilianus idem, & ex his qui contra eum dissident, tres aliqui in judicium eorum qui contra Cæcilianum sentiunt, consensumque debent, ad Arelatense oppidum venire *; injungendum solertiæ tuæ duxi, ut mox has litteras meas acciperes, tam Cæcilianum supradictum cum aliquibus ex his quos ipse delegerit; sed & de Byzacenæ, Tripolitanæ, Numidiarum, & Mauritaniarum, & provinciis singulis, quique aliquantos ex suis perducere debebunt, quos ipsi putaverint eligendos; sed etiam aliquos ex his qui contra eumdem Cæcilianum dissentiunt, data evectione publica per Africam, & Mauritaniam, inde ad Hispanias brevi tractu facias navigare: & inde nihilominus hujusmodi bis in singulis Episcopis singulas Tractorias tribuas, ut ipse ad supradictum locum intra diem Kalendarum Augustarum possint pervenire; celeriter intimaturus iisdem, ut, ante-*

De convocandis Africanis Episcopis.

* venirent.

Tractoria data Episcopis.

PAGIUS *Controversia de rebaptizatione in Concilio Nicæno terminata.*

narii Concilii, in quo quæstio de Baptismate Hæreticorum finita est, nomine, Divus Augustinus hoc Concilium, vel Nicænum intellexerit. Existimavit *Launoius*, Augustinum locutum esse de hoc Arelatensi Concilio, *Joannes* vero *Nicolai* e contra pro Nicæno stetit, ut videre est in Opusculis ab utroque hac de re publicatis. Sed Nicolai sententia præferenda, repugnare scilicet S. Augustini sententiæ, ut Arelatense Concilium ejus sensu *Plenarium*, id est, *Oecumenicum* intelligatur. Si enim Concilium, in quo Cæciliani causa finita, Arelatense nempe, fuisset Plenarium totius Orbis & Ecclesiæ universæ Concilium, illudque eo nomine S. Augustinus intellexisset, Cæciliani causam toti Orbi terrarum incognitam non recte dixisset. Quod enim a totius Orbis Episcopis in Concilio Plenario seu Oecumenico confidentibus solenniter judicatum est, toti Orbi terrarum incognitum nemo recte dixerit. Et tamen Augustinus in libro ad Donatistas post Collationem cap. 18. *Hæc verba*, inquit, *per Orbem terræ universa personat Ecclesia; Testimonium Dei novi, negotium Cæciliani non novi.* Et lib. 4. contra Cresconium cap. 25. *Licuerit Episcopis vestris, nescio quo Donatiano vel Numidico privilegio, de* quæstionem *de Baptismo Hæreticorum* absolutam fuisse sæpe scribit Augustinus, Nicænum intelligendum. Illud enim omnes Hæreticos cum illorum Baptismo in Ecclesiam suscipiendos sanxit, si ad eam ejuratis erroribus reverterentur, exceptis *Pauli Samosateni* discipulis. Quare cum Concilium illud totius Orbis & universæ Ecclesiæ Plenarium fuerit, & ante Augustini nativitatem, nec multum diu post motam de baptizandis Hæreticis controversiam, & post Synodum Arelatensem fuerit celebratum, non aliud a S. Augustino intellectum videtur nomine Concilii Plenarii, in quo controversia de Baptismo Hæreticorum diremta est. Hinc Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos ait: *Synodus quoque Nicana, cujus paulo ante fecimus mentionem, omnes Hæreticos suscepit, exceptis Pauli Samosateni discipulis; & quod his majus est, Episcopo Novatianorum, si conversus fuerit, Presbyterii gradum servat.* Ve-

Nomine Concilii Plenarii Nicænum intelligendum.

XVIII. Nomine itaque Plenarii Concilii, in quo

antequam proficiscantur, debeant disponere, quatenus absentibus ipsis, & disciplina competens habeatur, & nulla forte seditio, vel aliquorum altercantium (quæ ad maximum dedecus spectet) oriatur. De secrete plena cognitione susceptа, finis adhibeatur.

XLVI. *Qui cum præsentiam sui exhibuerint universi, qui nunc in contentione esse noscuntur, quique non immerito finem debent accipere maturum, ut protinus possint terminari atque componi. Nam cum apud me certum sit, te quoque Dei summi esse cultorem; confiteor gravitati tuæ, quod nequaquam fas esse ducam, ut ejusmodi contentiones, & altercationer dissimulentur a nobis, ex quibus forsitan commoveri possit summa Divinitas non solum contra humanum genus, sed etiam in me ipsum; cujus curæ, nutu suo cælesti, terrena omnia moderanda commisit, & secus aliquid hactenus ineitata decernat. Tunc enim re vera, & plenissime potero esse securus, & semper de promptissima benevolentia potentissimi Dei prosperrima, & optima quæque sperare, cum universos sensero debito cultu Catholicæ religionis sanctissimum Deum concordi observantiæ fraternitate venerari*: Hactenus Constantini epistola ad Ablavium de cogendo Concilio Arelatensi.

XLVII. *Tractoria quid.* At quoniam in ea mentio facta est de *Tractoriis tribuendis Episcopis* ad Sinodum convocatis: quid hac voce exotica exprimatur, dicendum est; nam & in nonnullis aliis Conciliis, iisdem illis concessis, Episcopi sunt convocati. Fuisse Tractorias, alibi diximus, diplomata, quæ dabantur missis, vel evocatis a Principe, cursu publico utentibus, adscriptis etiam stativis, id est, diversoriis, & mansionibus, quibus alerentur sumptibus publicis. Quæ quidem diplomata tantæ æstimationis erant, ut absque Imperatoris assensu nequaquam a Proconsulibus dari solerent; id enim conjicere licet ex Plinii (*a*) epistola ad Traianum, cum eadem

(*a*) *Plin. l. 10. ep. 121. 122.*

diplomata dedit uxori suæ. Quænam vero esse soleret ejusmodi diplomatum forma, Cujacius (*b*) antiquorum omnium exactissimus explorator his verbis recitat.

(*b*) *Apud Cujacii. de Tractoriis. c. l. 12.*

Ille Princeps omnibus agentibus in illo loco. Nos Gajum I. V. partibus illis legationis causa direximus; ideo jubemus, ut locis convenientibus eidem a vobis evectio simul & humanitas ministretur; hoc est, verbedi, sive paraverbedi tot, panes tot, vini mod. tot, cervisiæ mod. tot, lardi libr. tot, carnis tot, porci tot, porcelli tot, verveces tot, agni tot, anseres tot, phasiani tot, pulli tot, ova tot, olei lib. tot, gari lib. tot, mellis tot, aceti tot, cumini tot, piperis tot, costi tot, caryophylli tot, spicæ tot, cinnamomi tot, grani masticis tot, dactylæ tot, pistaciæ tot, amygdalæ tot, ceræ lib. tot, salis tot, olerum, leguminum carra tot, faculæ tot, pabul. equorum carra tot. Hæc omnia tam eundo, quam redeundo eidem ministrari in locis solitis, & impleri sine mora, procurate: Hæc forma Tractoriæ; quam pro numero ac munere personarum augeri ac minui rerum ibi descriptarum numero atque pondere, certum est. Videas in his Constantini humanitatem, dum ejusmodi Tractorias non Catholicis tantum, sed etiam schismaticis, illis scilicet qui ex parte Donati contra Cæcilianum conventuri erant, dari a Proconsule jussit.

XLVIII. Forma Tractoriæ.

XLIX. Numerus Episc. Concilii Arelatensis.

Quod pertinet ad numerum Episcoporum, qui judices ex diversis provinciis fuerunt in causa Cæciliani convocati; fuisse ducentos, quæ S. Augustinus adversus Parmenianum scribit, significare videntur, cum ait (*c*): *Si autem post dictam causam, prolatamque sententiam,* a Melchiade scilicet, *eum Traditorem dixisse perhibent, usque adeo dementes sunt homines, ut ducentos Judices, apud quos victi sunt, victis litigatoribus credant esse postponendos; & tamen in his omnibus, quamvis magna temeritate, Italos, Gallos, & Hispanos accusant;* Hæc ipse. Scimus Adonem (*d*) Episcopum

(*c*) *Aug. contra ep. Parmen. l. 1. c. 5.*

(*d*) *Ado in Chron. ætat. 6.*

PAGIUS

XIX. *Varia Synodi particulares Plenaria appellatæ.* Verum quidem est, Divum Augustinum quædam Concilia *Plenaria* vocasse, quæ non agnovit ut Oecumenica, ut Concilium *Bagajense*, quod a Donatistis celebratum est, ut ortum inter eos schisma sedaretur, & cui trecenti decem illius sectæ Episcopi interfuerunt, quod Augustinus *Plenarium* vocat lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 7. & passim alibi, qui tamen Concilium illud Oecumenicum non existimavit. Sic etiam in Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ Conciliis Nationalibus totius Africæ tribuitur *Plenariorum* Conciliorum nomen, ut videre est numeris XIX. XXVIII. CXVII. & CXXXVIII. Sed inde non sequitur, Augustinum *Plenarii* Concilii nomine Arelatense intellexisse, quod Oecumenicum non fuit. Nam Concilium *Bagajense Plenarium* vocavit, non simpliciter, vel Plenarium totius Orbis & universalis Ecclesiæ, sed *Plenarium* Donatistarum, qui omnes ad illud convenerant. Sic in Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ Synodi illius regionis passim *Plenaria* appellantur secundum quid & cum aliqua limitatione, id est, Plenariæ Africæ, non vero Plenariæ totius Orbis & universalis Ecclesiæ.

XX. *In Concilio Arelatensi actum de Baptismo.* Nec obstat secundo, quod Canone 8. Concilii Arelatensis sancitum sit, Hæreticorum Baptisma non esse iterandum. Hinc enim non sequitur, *Plenarium* illud esse universalis Ecclesiæ Concilium, in quo controversia de Hæreticorum Baptismate diremta sit; sed solum in eo, occasione data, de præfata quæstione actum esse: quamvis ad quæstionem juris & dogmatis decidendam convocatum non esset, sed solum ad quæstionem facti discutiendam, & ad expendendum, an Cæcilianus sacrorum Librorum vere Traditor fuisset, an ejus proinde ordinatio legitima esset atque canonica; an jure, an per-

pum Viennensem affirmare, sexcentos Episcopos interfuisse Concilio Arelatensi celebrato sub Constantino; sed errare videtur; dum tempore Nicæni Concilii illud fuisse coactum tradit, & ibi cum Marino Episcopo Arelatense interfuisse Claudium Episcopum Viennensem; nam Verus ibi subscriptus legitur; nec aliud fuit tempore Constantini Concilium Arelatense, quam illud in causa Cæciliani celebratum adversus Donatistas, quos eodem tempore in Africa contra Catholicos insurrexisse, idem auctor affirmat; quibus videas eum in his haud habuisse exactam temporis rationem.

L. Confusio facta Conciliorum Arelatensium. Hic etiam opus est monere lectorem, manifesto librariorum errore factum, ut in primo tomo Conciliorum Colonienſis editionis primum Concilium Arelatense, quod ponitur, absque aliqua nota subscriptionis Episcoporum, qui præsto fuerunt, editum habeatur; contra vero nomina Episcoporum, qui eidem Synodo interfuerunt, inscripta habeantur ei, quæ dicitur Secunda Synodus Arelatensis, quam celebratam esse post Nicænum Concilium, & post Photini hæresim emergentem, postque Vasense Concilium, canones (*a*) in ea positi plenissimam fidem faciunt; cum alioqui Episcopi ibidem per errorem recensiti, ejus Concilii esse noscantur, quod hoc anno, Volusiano, & Aniano Consulibus, est celebratum; id ejusmodi inscriptio eidem præfixa docet his verbis concepta: *Celebratum est autem idem Concilium tempore Beati Silvestri Papæ primi, & Constantini Imperatoris, Volusiano, & Aniano viris clarissimis Conss.* Quod autem ibidem legitur: *Circa annum Domini trecentesimum vigesimum sextum*: ab aliquo supperadditum fuisse certum est; cum exploratum sit, Acta etiam Ecclesiastica nonnisi Consulibus consignari consueviſſe, numquam autem anno a Christi adventu; quod primo factum esse a Dionysio Exiguo, Beda (*b*) testatur. Sed de his alibi.

(*a*) *Conc. Arelat. secund. c. 9. 16. 18.*

(*b*) *Beda de ration. temp. c. 45.*

Dictis porro Consulibus, celebratum fuisse Concilium Arelatense, Balduinus etiam affirmat, qui Optati opere insigniter illustravit, & Donatistarum res gestas temporum ordine accurate digessit; adeo ut perpauca sint, in quibus ab eo dissentiamus; idem, inquam, æque consentit, additque ex fragmentis quibusdam compertum habuisse Silvestrum Romanum Episcopum eidem Synodo præfuisse, nempe per legatos, qui in superius citato catalogo quatuor nominantur, nempe Claudius, & Vitus presbyteri, Eugenius, & Cyriacus diaconi. Descripta pariter reperiuntur ibi nomina complurium Episcoporum, sed mendosissime; nimirum pro Chresto Syracusano habent Sixtum Episcopum Syracusarum; loco Probi Episcopi Capuani, qui interfuit Romano Concilio, sub Melchiade, Proterius legitur; loco Meroclis Episcopi Mediolanensis, qui Romæ eidem Concilio interfuit, Orosius ponitur; ex iis vero qui anno præterito interfuerunt Romano Concilio sub Melchiade, non tantum Marinus Arelatensis (ut dictum est) atque Probus Episcopus Capuanus, sed & Maternus Agrippinensis, & Rheticius Augustodunensis in eadem Episcoporum serie, qui Arelate convenerant, descripti habentur, quorum nonnulli nominantur in epistola Synodali ad Silvestrum Papam, quam suo loco inferius describemus. Cæterum desiderantur nomina complurium Episcoporum, quos Synodo interfuisse certum est, nempe duorum collegarum Chresti in Sicilia Episcoporum, quorum fit mentio in litteris Constantini ad eum datis, & aliorum. Ingentem plane fuisse numerum Episcoporum, ex eo etiam potest intelligi, dum conveniſſe constat Antistites ab extremis oris orbis Occidentalis; nempe ex Sicilia (ut demonstratum est) Chrestum, ejusque collegas; & ex Britannia, Civitate Londinienſi, Restitutum.

LI. Concilii Arelat. tempus & personæ.

Magna sane vehemensque suspicio est, a Donatistis depravatum mutilatumque

LII.

PAGIUS

XXI. *Concilium Arelatense Patriarchale fuit.* perperam Romani Concilii Patres sub *Melchiade* cum absolvissent.

Nec obstat tertio, quod in Concilio Arelatensi secundo cap. 18. dicatur: *Ad Arelatensis Episcopi arbitrium Synodus congreganda: ad quam urbem ex omnibus mundi partibus, præcipue Gallicanis sub S. Martini tempore legimus celebratum fuisse Concilium, atque Conventum;* & quod Constantinus in epistola ad Chrestum Syracusanorum Episcopum apud Euseb. lib. 10. cap. 5. dicat, se mandasse ut plurimi Episcopi *ex locis diversis & prope infinitis* Arelatem ad Concilium convenirent. Nam Concilium Arelatense per exaggerationem quandam dixit, istud ex omnibus mundi partibus convocatum fuisse; cum hujus primi Concilii Arelatensis Patres ex diversis duntaxat Provinciis ad istud se convenisse testentur in Epistola Synodica ad Silvestrum Papam: *Et cum diversa sint Provincia, ex quibus advenimus, ita & varia contingunt, quæ nos censemus observare debere.* Denique Constantini verba indicant quidem numerum maximum & diversitatem regionum, ex quibus Episcopos ad Concilium Arelatense convocavit, non autem diserte significat, quod ex universis Orbis Christiani Provinciis illos convocarit, ut hoc *Plenarium* universalis Ecclesiæ Concilium esset. Quæ omnia Viro erudito observata. Recte quidem Launoius dixit, Concilium hoc male *Provinciale* in Collectionibus Conciliorum inscriptum esse, sed hinc perperam inferebat, *Plenarium* universæ Ecclesiæ Concilium appellandum; cum tantum *Patriarchale* Occidentis Concilium fuerit.

XXII. *Ducenti Episcopi Synodo Arelatenſi interfuerunt, non levis dissensio est. In Epistola si interfuere.* Altera quæstio movetur de numero Episcoporum, qui huic Synodo interfuere. *De numero Episcoporum*, inquit Valesius in Dissert. de Schismate Donatistarum cap. 9. *qui huic Synodo interfuerunt, non levis dissensio est. In Epistola quidem*

Optati scripta decurtata.

fuisse idem Arelatense Concilium; nam in eadem serie Episcoporum, Cæcilianus Episcopus Carthaginensis, qui ab eadem quoque Synodo fuit absolutus, non Episcopus, sed presbyter nominatur; sic enim in ea scriptum legitur: *Ex Provincia Africæ, Civitate Carthagine, Cæcilianus presbyter, Sperantius diaconus.* In octavum quoque ejusdem Synodi canonem mendum irrepsit; ut cum damnantur Donatistæ, qui rebaptizabant, de Arianis id statutum legitur; quamobrem illam ut legitimam sequimur lectionem, in qua pro Arianis legitur, Afris, quæ ex vetustioribus magisque probatis codicibus restituitur. At non tantum Arelatense Concilium a Donatistis corruptum fuisse atque truncatum apparet, sed ipsum quoque commentarium Optati Milevitani mutilatum; ex quo, quæcumque de Concilio Arelatensi scripta erant, penitus sublata noscuntur, ea nimirum, quæ sequebantur judicium Felicis Aptungitani, usque ad illa verba: *Jamdudum opinionis incertæ &c.* quæ in primo libro scripta habentur. Sublata sunt inde pariter, quæ postea pro eodem Cæciliano tertio definita sunt Mediolani a Constantino, appellantibus iterum Donatistis; atque etiam dempta mentio de sententia Constantini, qua eosdem Donatistas (ut suo loco dicemus) damnavit exilio. Tot tantaque, conscio toto Orbe, a tam celebri Episcoporum conventu facta, & ab Imperatore edictis publicis definita in Donatistas, nequaquam Optatum præteriisse potuerunt. Sensit hoc etiam Balduinus in suis annotationibus ad Optatum; cui tamen in eo assentiri non possumus, quod putat, mox post appellationem Donatistarum ad Constantinum, positum fuisse ab Optato Concilium Arelatense, atque judicium Mediolanense, inde vero secutam causam Felicis Aptungitani; nam præcessisse causam Felicis, atque mox secuta esse Arelatense ac Mediolanense, judicia, ex locis Augustini superius allegatis, evidenter est demonstratum; cum ex Actis Ecclesiasticis, & Consularibus Fastis, appareat, hoc (*a*) anno, iisdem Consss. Volusiano & Aniano, quintodecimo Kalendas Martias, Ælianum Africæ Proconsulem audisse atque terminasse causam Felicis, post menses quatuor a Romano Concilio sub Melchiade.

(*a*) *Aug. post. Collat. c.* 33.

LIII. Constantinus interfuit Concilio Arelatensi.

Quod rursum spectat ad ejusmodi Synodi Acta; Constantinus, qui Episcopos convocaverat, ut omnia absque tumultu agerentur cum videret Donatistas ad turbas ciendas admodum promptos, voluit ipse eidem conventui Episcoporum interesse (non enim ejusmodi Concilium erat, in quo, ut in aliis, quæ ad fidem pertinent tractarentur, sed quod merum judicium esset, in quo causa Cæciliani Episcopi ageretur, a quo non excludendus esset Imperator cathecumenus) quod testatur Eusebius in vita ipsius, dum sic ait (*b*): *Et quamquam communiter erga omnes se talem præstitit; tamen Ecclesiæ Dei eximiam & peculiarem curam adhibens, cum quidam inter se in diversis locis dissensione discordarent, tamquam communis Episcopus a Deo constitutus, ministrorum Dei coegit Concilium, & in media istorum frequentia ac congressu adesse, & una considere non dedignatus, rerum ad deliberationem vocatarum se fecit participem; easque res quæ ad divinam pacem spectabant, omnibus procuravit. In medio consessu quasi unus e multis assedit. Et quoniam Dei timore undique septus fuit, & amicis fidelibus maximeque benevolis circummunitus; primum satellites amovit abs se, & totam stipatorum turbam. Denique quos ex Episcopis meliore menti consilioque obsequentes, & ad quietam & tranquillam animorum consensionem propensos animadverteret, eos vel maxime approbavit; seque declaravit ex communi omnium concordia maximam lætitiam percipere; eos autem, qui animis essent obstinatis, magnopere detestatus est. Jam vero quosdam sua sponte acerbe incitatos, toleranter & moderate tulit, placido & mansueto sermone hortatus, ut modeste se gerere, ac neutiquam seditionem concitare studerent. Ex quibus alii ejus cohortationes cum reverentia amplexati discesserunt; alios, quorum animi ad modestiam videbantur prope insanabiles, Deo curandos permisit, ac nihil omnino contra quemquam mente concepit acerbitatis. Inde (ut est verisimile) seditiosi in Afri-*

(*b*) *Eusek. in Vita Const. l.* 1. *c.* 37. 38.

PAGIUS Baron. n. XLIX.

quidem Synodica tres ac triginta duntaxat nominantur, cum tamen in subscriptionibus quatuor supra quadraginta numerari videamus. Cujus discriminis hæc probabilis ratio afferri potest, quod in Synodica quidem ii tantum commemorantur Episcopi, qui Concilio interfuerunt: in subscriptionibus vero, etiam Presbyterorum nomina referuntur, qui ab Episcopis ob certas causas absentibus missi fuerant ad Sy. 'um. Quod autem Baronius ducentos Antistites huic Concilio interfuisse scribit; ex lib. 1. *Augustini adversus Parmenianum cap.* 5. *in eo manifeste hallucinatur. Neque enim de Arelatensi Concilio ibi loquitur Augusti-*

nus, sed de Concilio Romano; cui non ducenti, sed novemdecim tantum Episcopi interfuerunt, ut inter omnes constat. Quare apud Augustinum pro 200. *scribendum est* 10. Hæc Valesius. At Augustinum loqui de Concilio Arelatensi verba immediate sequentia confirmant: *Et tamen in his omnibus, quamvis magna temeritate Italos, Gallos, & Hispanos accusant, relictis ceteris tam multis Provinciis atque gentibus, a quibus nefando sacrilegio separati sunt; quibus utique obesse non possent crimina Italorum, Hispanorum atque Gallorum, etiam si vera dicerentur.* Neque enim Italos, Gallos, Hispanos Donatistæ accu-

Africa eo audaciæ forte proruperunt, & crudelitatis, ut facinora nefaria molirentur, dæmone (ut videbatur) affluentiam præsentium bonorum Christianis invidente, utrosque ad absurdos & importunos conatus instigante, quo Imperatoris animum contra eos commoveret.

LIV. Adjudicata causa Cæciliano.

Verum invido illi res parum processit ex sententia; quandoquidem Imperator ea, quæ gesta erant, pro ridiculis putavit; inquiens, se perditi dæmonis Impulsionem facile intellexisse; nam facinora illa non modestorum & sobriorum hominum esse, sed eorum qui vel mente penitus excidissent, vel essent improbi, & impii dæmonis tamquam æstro perciti; quos commiserari oportere potius, quam supplicio afficere, asseruit: Ut enim (inquit) summæ clementiæ, eorum vicem dolere; sic hominibus, cum mente capti sunt, pœnas infligere, extremæ dementiæ est & insititiæ. Ad hunc modum Imperator Deum omnium contemplatorem omni re gerenda religiose fœneratus, effecit; ut cura, quam susceperat de Ecclesiis, nulla offensione minui labefactarive potuisset: Hucusque de his Eusebius quæ spectant ad Concilium Arelatense; quibus demonstrat, adjudicata causa Cæciliano, ex adversariis nonnullos cum cæteris Episcopis consensisse, & in eorum sententiam pedibus abiisse; quos autem contumaci atque obstinato animo refragari penitus Constantinus vidisset, nullo de eis sumpto supplicio, illæsos abire jussisse; ipsos tamen (ut suo loco dicemus) iterum a tanta Synodo appellantes, & nihilominus sententiæ Imperatoris neutiquam acquiescentes, idem vehementer commotus multavit exilio. Eadem plane testatur Sanctus Augustinus in epistola scripta nomine cleri Hipponensis ad Januarium, cum ait (*a*): *Ille* (nempe Constantinus) *alterum Episcopale judicium dedit habendum in Arelatensi Galliæ civitate; ubi multi vestri, vani, & diabolica dissensione damnata, cum Cæciliano in concordiam redierunt; alii vero pertinacissimi, & litigiosissimi ad eumdem Imperatorem appellaverunt; postea & ipse coactus Episcopalem causam inter partes cognitam terminavit, &c.* Sed hæc postea.

(*a*) *Aug. ep.* 68.

Ann. Eccl. Tom. III.

LV. Reliqua Acta concilii, & absolutio Cæciliani.

Recitatum pariter fuisse oportuit in eo sacro Episcoporum conventu judicium agitatum a Proconsule Æliano jussu Constantini in causa Felicis Aptungitani, cognitum, ratumque a Patribus habitum; Ingentiumque Scribam, quem Constantinus scriptis ad Probianum (ut vidimus) litteris evocaverat, ut quod confessus fuerat, palam faceret, falsaque a Donatistis scripta ederet, ad ejusdem Concilii audientiam introductum fuisse, certo credimus. Quibus, & aliis manifestioribus testificationibus cognitam perspectamque fuisse Cæciliani innocentiam, atque omnium calculo magna gloria absolutum fuisse, exploratissimum est; quomodo enim ab eo judicio iidem impudenter appellassent, nisi causa Cæciliano adjudicata fuisset. Certe quidem absolutum eo Judicio ipsum fuisse, etiam illorum posteri Donatistæ fatebantur; sic enim ait S. Augustinus (*b*): *Fatetur etiam Parmenianus, ad Arelatense oppidum, & Episcopos Judices, & partes ex Africa convenisse, Cæcilianum scilicet, atque Donatistas; ubi omnia suis credidit, qui nihil victi potuerunt de Judicibus conqueri.* Verum Parmenianus Osium Episcopum Cordubensem calumniatus est, suscepisse patrocinium Cæciliani; & qui sedebat cum aliis Judex, se ejus exhibuisse defensorem. Affirmat idem S. Augustinus Parmenianumque hoc testatum esse; nam ait (*c*): *Cum enim diceret, per Osium Hispanum adjutorium præstitum Cæciliano, ut ad eorum communionem sanctorum & illibatorum numerus cogeretur, & huic impietati fidem servorum Dei integram restitisse.*

(*b*) *Aug. contra ep. Parm. l.* 2. *c.* 6.

(*c*) *Aug. eod. l. c.* 5.

LVI. Subiecti Præsides Episcopis.

Absoluta igitur Cæciliani causa, facer ille cœtus Episcoporum, ex more nonnulla statuit, quæ ad optimum Ecclesiarum regimen spectare videbantur. Et, quod auctore Eusebio dictum est, eidem Episcoporum conventui interfuisse Constantinum Imperatorem: Idem Augustus libenter tulit, fasces Proconsulum, & magistratuum, ipsosque provinciarum Rectores Christianos subjici Civitatum Episcopis; immo ipsum auctorem fuisse par est credere, ut sanctissimi illi Patres e-

PAGIUS XXIII.

plures leguntur, quam hic a nobis repræsentati sunt in universum LXXXV. Episcopi nimirum XXXIII. Presbyteri XVI. Diaconi XXVI. Lectores II. Exorcistæ V. in quibus ordinem & formam optimi antiquissimique Codicis Corbeiensis, in quo Episcoporum nomina Provinciarum & Civitatum nominibus præponuntur; cum in aliis, sicut in Suriana editione postponantur. Verum, ut observavit Schelstratius parte 2. Antiquit. Illust. Dissert. 1. cap. 7. art. 3. §. 2. hæc Sirmondi computatio confutatur ex iis, quæ ipsemet annotat ad Canonem 8. de Afris rebaptizantibus, quem tanquam Concilii Plenarii Augustinus opponebat Donatistis; *Cypriani Synodo, cujus*

Ex Baronii sententia magis confirmata.

Sirmondus, ut videre est Tom. I. Conciliorum Labbei, alio fundamento communem sententiam infringere conatur. *In libris antiquis*, inquit, *quibus usi sumus non paucis, nusquam*

(a) *Concil. Arelat. c. 7.*

jusmodi de provinciarum Præsidibus sanctionem proficuam valde optimo Reipublicæ statui promulgarent (*a*):

LVII. Quæ de Præsidib. statuit Conc. Arelatense.

De Præsidibus, qui Fideles ad Præsidatum impetu prosiliunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint, litteras accipiant Ecclesiasticas communicatorias; ita tamen, ut, in quibuscumque locis gesserint, ab Episcopo ejusdem loci cura de illis agatur; ut cum cœperint contra disciplinam publicam agere tunc demum a communione excludantur, similiterque & de iis fiat, qui Rempublicam agere volunt. Hactenus divina illa plane lex Ecclesiastica in tam celebri Episcoporum conventu, præsente, rogante (ut par est credere) atque annuente Imperatore sancita, qua schismatici atque hæretici a Præfecturis cæterisque magistratibus excludendi penitus forent. Continet hæc canon septimus ejusdem Concilii, cujus omnes alii ibidem instituti canones vigintitres numerantur; qui omnes ad Silvestrum Romanum Pontificem missi sunt ab Episcopis, qui Synodo interfuerunt, scripta ad eum epistola Synodali, qua & petierunt statuta ab ipsis ejus auctoritate firmari: porro ad Silvestrum datas litteras ipsas integras paulo post descripturi sumus, quarum in editis canonibus inscriptio tantum notata reperitur. Nos autem ipsa, ut se habent ejusdem Concilii Arelatensis decreta hic recensebimus, eadem ex dicta epistola Synodi ad Silvestrum Pontificem cognituri, ex qua tantum scriptis canonibus præfixa inscriptio extat, cui canones subscripti habentur; eorum vero aliquos (ut ad institutum spectare noverimus) hic describptos elucidabimus, quibus ex eadem Silvestri epistola petitus titulus sic legitur iuscriptus:

LVIII. Litteræ Concilii ad Silvestrum Pap.

Domino, & sanctissimo fratri Silvestro Episcopo Marinus, & cœtus Episcoporum, qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi. Quæ decrevimus communi Concilio, charitati tuæ significamus; ut omnes sciant, quid in futurum observare debeant: Hæc Patres; qui in primis, quod ad perfectam Ecclesiarum omnium unionem atque concordiam spectare videbant, nempe ut diei Paschatis celebrationem una eademque die omnes Fideles agerent, ne eam diem ex privatis diversorum supputationibus diversis temporibus celebrari contingeret; arbitrio id statuerunt Romani Episcopi tantummodo definiendum, cujus litteris ex more ad universos Christianos datis, quo potissimum tempore Pascha quolibet anno celebrandum foret, omnibus innotesceret; sunt hæc verba ejusmodi institutionis:

LIX. (b) *Conc. Arel. c. 1.*

De (*b*) *observatione Paschæ Domini, ut uno die, & tempore per omnem Orbem observetur, & juxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas:* Hæc sancta Synodus, nihil novi definiens, sed ut quod hactenus per Romanæ Ecclesiæ Episcopos fieri consuevisset, ab omnibus illibatum custodiretur; quod sciret ejus tantummodo esse muneris, de his, quæ observanda in Ecclesia essent Christiano Orbi litteris significare. Multa insuper addidit de his quæ ad rectam Ecclesiasticam disciplinam informandam spectare videbantur, nimirum (*c*): *De his qui in quibusdam locis ordinati fuerint ministri, ut in ipsis etiam perseverent:* insuper (*d*): *De his qui arma projiciunt in pace, placuit abstinere eos a communione.* Eos videlicet, qui, nulla persecutione urgente, nimia quadam animi levitate a fide excciderent. Quod vero Christianis Circensia spectacula interdicere nimium difficile videretur, prohibuit ne diversarum factionum, nempe Albatorum, Russatorum, Venetorum, & Prasinorum agitator aliquis Christianus reperiretur, sic statuens (*e*): *De agitatoribus qui Fideles sunt, placuit eos, quandiu agitant, a communione separari.*

Reliqui canones Arelat. conc.

(*c*) *Ibid. c. 2.*

(*d*) *Ibid. c. 3.*

(*e*) *Ibid. c. 4.*

LX. Cur ab agitatione Christiani vetiti.

Accidebat plane, & illud a Christiana religione procul abhorrens, ut non tantum ejusmodi agitatores in legem Ecclesiasticam peccantes a communione exciderent Catholica, sed & perfacile Fideles sese hujuscemodi ex coloribus distinctis factionibus implicarent, suaque studia in eam partem conferrent, cujus esset homo Christianus auriga; contra vero qui aliis faverent aurigis, foverentque adversarios agitatores, cum in Christianum aurigam, tum etiam in reliquos Fideles malo animo essent affecti, ut ex his, quæ S. Hieronymus tradit in rebus gestis S. Hilarionis de Christiano agitatore, facile potest intelligi: Ad hæc igitur omnia evitanda S. Synodus vetuit Christianos agere in Circo agitatores. De scenicis id ipsum

PAGIUS *cujus illi auctoritate se rebaptizare jactitabant, anteponendam docet Augustinus lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 9. ubi post laudatam Plenarii Concilii auctoritatem:* Quapropter illud unum considerent, quod omnibus patet. Si auctoritas Cypriani sequenda est, magis ea sequenda in unitate servanda, quam in Ecclesiæ consuetudine commutanda. Si autem Concilium ejus attenditur, huic est universæ Ecclesiæ posterius Concilium præponendum. Nam & Concilia posteriora prioribus apud posteros præponuntur, & universum partibus semper jure optimo præponitur. *Concilium Arelatense, quod Transmarinum & Universale jam dixerat, hic rursus Plenarium & universa Ecclesia Concilium vocat, quia ex universa Occidentis Ecclesia eo convenerant:* Hæc Sirmondus, ex quibus Schelstratius arguit: Teste Sirmondo D. Augustinus opponit Concilium Arelatense primum sub Silvestro, Concilio Carthaginensi sub Cypriano, tanquam Concilium universæ Ecclesiæ minori Provinciali, & universum seu totum suæ parti; sed Synodus Cypriani

(*c*) *Ibid. c. 5.*

(*b*) *Ibid. c. 6.*

(*c*) *Aug. l. 3. c. 16.*

ipsum placuit, sic decernendo (*a*): *De Theatricis, & ipsos placuit, quandiu agunt, a communione privari.* Rursum vero (*b*): *De his qui in infirmitate credere volunt, placuit debere his manum imponi.* Porro eam manus impositionem existimo ipsos intellexisse, cujus S. Augustinus (*c*) meminit in libro de Unico baptismo contra Donatistas, cum agit de ea manus impositione, quæ baptizatis exhibetur. *Quid enim est* (ait) *aliud manus impositio, nisi oratio super hominem?*

LXI.

(*d*) *Optat. Milevit. l. 1.*

Illud quoque diligenter observandum est; quoniam constat ex sententia Romani Concilii, quam Optatus (*d*) recitat, Donatum a Casisnigris, duplici de causa fuisse damnatum, tum quod rebaptizasset, tum etiam, quod Episcopis lapsis manum imposuisset; ne præsumptum scelus ab eo latius serperet, ejusmodi legem iidem statuere (*e*).

(*e*) *Conc. Arel. c. 8.*

* Arianis adversus Anabaptistas.

De Afris, qui propria lege sua utuntur, ut rebaptizentur; placuit, si ad Ecclesiam aliqui de hac hæresi venerint, interrogent eos nostræ fidei sacerdotes symbolum, & si perviderint, in Patre, Filio & Spiritu sancto eos baptizatos, manus eis tantum imponatur, ut accipiant Spiritum sanctum. Quod si interrogati non responderint hanc Trinitatem, baptizentur:* Hæc S. Synodus, quod Donatistæ opinionem a Cypriano, & aliis quibusdam Africanis Episcopis assertam sectari profiterentur, ut omnes qui extra Catholicam Ecclesiam baptizati essent, vero baptismate in Ecclesia baptizandi forent; cumque se tantum esse Catholicos, puros, ac mundos dicerent, reliquos vero, vel traditione pollutos, vel eorum communicatione fœdatos, ac proinde extra Ecclesiam constitutos; inde accidit, ut quoscumque possent ad schisma pellicere, continuo rebaptizarent; cumque specioši nominis Cypriani prætextu suam ipsorum sententiam divulgarent, inde evenit, ut, quod ante statutum fuisse vidimus, Patres in eadem Synodo confirmarent, nimirum eos tantum esse baptizandos vero baptismate, quos absque confessione sanctissimæ Trinitatis constaret suscepisse baptismum.

LXII. Cypriano pro scuto male usi Donatistæ.

Permagni quippe interest, quo animo quid in Ecclesia afferatur; nam Donatistæ licet eamdem se cum Cypriano atque collegis sententiam sequi profiterentur; hunc tamen Ecclesia veneratur, ut sanctum, illos autem detestatur, ut impios. Unde jure Vincentius (*f*) Lirinensis exclamat dicens: *O rerum mirâ conversio! Auctores ejusdem opinionis Catholici, consectatores vero hæretici judicantur; absolvuntur magistri, condemnantur discipuli; conscriptores librorum, Regni filii erunt; assertores vero gehenna suscipiet. Nam quis illud sanctorum omnium, & Episcoporum, & martyrum lumen beatissimum Cyprianum cum cæteris collegis suis in æternum dubitet regnaturum esse cum Christo? aut quis contra tam sacrilegus, qui Donatistas & cæteras pestes, quæ illius auctoritate Concilii rebaptizare se jactitant, in sempiternum neget arsuros esse cum diabolo?* Hæc ipse. Quod vero Donatus (ut dictum est) damnatus fuerit ea etiam de causa, quod lapsis Episcopis manum imposuisset; ipsum fuisse Episcopum, significari videtur, ejus nempe loci a quo denominationem acceperat, ut diceretur, a Casisnigris. Patres igitur tantam temeritatem detestati, quod contra majorum decreta lapsis Episcopis sic manus imponeretur, ut etiam in functione Episcopali deberent perseverare, quod Donatus adversus Ecclesiasticam disciplinam præsumpsisset, ejusmodi regulam statuerunt (*g*):

(*f*) *Vinc. Lirin. lib. adversus hæres.* 11.

(*g*) *Conc. Arelat. c.* 13.

LXIII. De Traditoribus.

*De his qui Scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa Dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, ut quicumque eorum ex Actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur. Nam si iidem aliquos ordinasse fuerint deprehensi; etsi in his qui ordinaverunt, ratio subsistit; non tamen illis subsistat ordinatio; quoniam multi sunt qui contra Ecclesiarum regulam pugnare videntur, & per testes redemptos putant se ad accusationem * admitti debere; qui omnino non admittantur, nisi (ut supra diximus) Actis publicis docuerint omni se suspicione carere.*

* excusationem.

LXIV.

Cæterum quoniam ipsa Synodus ex prolatis coram se atque probatis accusationibus adversus Cæcilianum, & Felicem Aptungitanum probe intellexisset, eos Donatistarum circumventos fuisse calumniis; adversus falsos accusatores ejusmodi scripsit decretum (*h*): *De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos usque ad exitum non communicare; sed falsum testem,*

(*h*) *Eod. Conc. c. 14.*

PAGIUS priani fuit LXXXIII. Episcoporum ex omni Africa. Quare juxta Augustini mentem Concilium Arelatense, non solum habuit XXXIII. Episcopos, ut putat Sirmondus, sed plures LXXXIII. ut tanquam universum & numerosius, Synodo Africæ prævaleat. Quod fortius urgeri potest ex aliis Augustini locis, ubi numerum Africanorum Præsulum longe minorem exhibet, quam aliorum, qui in Synodo Plenaria (juxta Sirmondum, Arelatensi prima) contra Cyprianum statuerunt.

Existimavit Baronius, *Constantinum* Concilio Arelatensi interfuisse, quod Eusebius lib. 1. de Vita Constantini capiti 44. hunc titulum præfixerit: *Quomodo Synodis Episcoporum interfuit;* istum vero capiti 45. *Quomodo insipientes toleraverit:* quo in ultimo capite meminit Eusebius Africanorum seu Donatistarum turbas excitantium; putat enim Baronius, in duobus illis capitibus de una eademque re, nempe de Conciliis Constantino præsente celebratis, agi. Verum, licet certum sit, Constantinum aliquot hujus

XXIV. *Incertum an Constantinus interfuerit Concilio Arelatensi.*

Baron. n. LIII.

stem, *juxta Scripturam* (a), *impunitum non licere esse*. Ad hæc quoque spectabat tempora, quod lapsorum complures, reddita jam pace Ecclesiæ, lætantes viverent, nec de admisso impietatis scelere, moniti licet, pœnitentiam agerent, iidemque ægritudine laborantes communionem peterent; ad coercitionem ergo aliorum ignaviæ hæc in eodem conventu iidem Episcopi statuerunt (b): *De his qui apostatant, & numquam se ad Ecclesiam repræsentant, nec pœnitentiam quidem agere quærunt, & postea infirmitate correpti, petunt communionem; placuit eis non dandam communionem, nisi revaluerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.*

(a) Prover. 29.

Quid de lapsis.

(b) Conc. Arelat. 1. c. 13.

LXV. De Epistolis confessorum.

Sed & quod in Concilio Eliberino antea celebrato statutum fuerat, ut cum cessaret jam persecutio, nullus amplius usus esset Epistolarum, quæ a confessoribus datæ essent in signum Catholicæ communionis; id ipsum quoque Patres in hoc Concilio decreverunt his verbis (c): *De his qui confessorum litteras offerunt; placuit, ut, sublatis eis litteris, alias accipiant communicatorias*: eas nimirum, quas Episcopi dare solerent: Hæc Synodus, a qua alia plura sunt salubriter instituta. Sed hæc satis de iis quæ ad rerum gestarum historiam spectare videri possunt.

(c) Ibid. c. 9.

LXVI. Epistola Synodi ad Silvestrum.

Supereſt ut hic describamus epistolam a Synodo scriptam ad Silvestrum Romanum Pontificem de his quæ gesta essent in Synodo, ex P. Pithœi Bibliotheca depromptam, qua & sanciti canones nonnulli continentur, hic ad certiorem fidem insinuandam cum eadem recitandi; est autem ejusmodi ejus inscriptio: *Dilectissimo Papæ Silvestro, Marinus, Acratius* (d), *Natalis, Theodorus, Proterius, Vocius* (e), *Verus, Probatianus* (f), *Cæcilianus, Faustinus, Surgentius, Gregorius, Rheticius, Ambitausus* (g), *Terminatius* (h), *Merocles, Pardus, Adelfius, Hibernius* (i), *Fortunatus, Aristasius* (k), *Lampadius, Vitalis, & Marernus, Liberius, Gregorius, Crescens, Avitianus* (l), *Dafnus, Orantalis* (m), *Quintasius* (n), *Victor, Victor, Epictetus, in Domino æternam salutem*. Constat quidem complurium Episcoporum nomina hic mendose legi, quæ emendavimus in margine (ut licuit) ex ipsa inscriptione Episcoporum, quæ errore præfixa habetur Concilio posteriori Arelatensi. Ipsa autem epistola sic se habet:

(d) Agricius.
(e) Evotius, vel Evoptius.
(f) Probatus.
(g) Bethausus.
(h) Terminatius.
(i) Eburius.
(k) Anastasius.
(l) Avicianus.
(m) Orientalis.
(n) Quintianus.

*Communi copulæ charitatis & unitate, matris Ecclesiæ Catholicæ vinculo inhærentes, ad Arelatensium civitatem piissimi Imperatoris voluntate adducti, inde te, religiosissime Papa, cum merita reverentia salutamus, ubi graves ac pernicioſos legi nostræ, atque traditioni effrœnatæ mentis homines pertulimus; quos & Dei nostri præsens auctoritas, & traditio ac regula veritatis ita respuit, ut nulla in illis aut dicendi ratio subsisteret, aut accusandi modus ullus, aut probatio conveniret. Ideo judice Deo, & matre Ecclesia, quæ suos novit, & comprobat, aut damnati sunt, aut repulsi. Et utinam, frater dilectissime, ad hoc tantum spectaculum interesses; tanti fecisses profecto credimus, quia in eos severior fuisset sententia prolata; & te pariter nobiscum judicante, cœtus noster majori lætitia exultasset. Sed quoniam recedere a partibus illis minime potuisti, in quibus & Apostoli quotidie sedent, & cruor ipsorum sine intermissione Dei gloriam testatur; non tamen hæc sola nobis visa sunt tractanda, frater carissime, ad quæ fueramus invitati, sed & consulendum nobismetipsis consuluimus; & quam diverſæ sint * provinciæ ex quibus advenimus, ita & varia contingunt, quæ nos censemus observare debere.*

* sunt

LXVII.

*Placuit ergo, præsente Spiritu sancto, & Angelis ejus, ut & his qui singulos quos * monebat, judicare, proferremus de quiete præsente. Placuit etiam, antequam * .... a te, qui majores diœceſes tenes, * per te potissimum omnibus insinuari. Quid autem sit quod senserimus, scripto nostræ mediocritatis subjunximus. Ad id primo loco de vita nostra atque utilitate tractandum fuit; ut qui unus pro multis mortuus est, & resurrexit, ab omnibus tempus ipsum ita religiosa mente observetur, ne divisioni, vel dissensioni in tanto obsequio devotionis possint exurgere. Censemus ergo, Paſcha Domini per Orbem totum unâ die observatum iri. De his quoque qui quibuscumque locis ordinati fuerint ministri; ut in ipsis locis perseverent. De his agitur * enim qui arma projiciunt in pace; placuit abstineri eos a communione. De Circissariis agitatoribus, qui Fideles sunt; placuit eos quamdiu agitant, a communione separari. De Theatricis; ipsos placuit, quam-*

* ..edantur
* aperte

Decreta Synodi Arelat. ad Silvestrum Papam missa.

* igitur

*quam diu agunt, a communione separari. De his qui in infirmitate sunt constituti, & recedere volunt; placuit eis manum imponi. De Præsidibus autem, qui Fideles sunt, & ad Præsidatum consiliunt; ita placuit, ut cum promoti fuerint, litteras quidem accipiant Ecclesiasticas communicatorias; ita tamen, ut in quibuscumque locis gesserint, ab Episcopis ejusdem loci cura de illis agatur; & si cœperint contra disciplinam agere; tunc demum a communione excludantur. Et de his quidem qui in Republica agere volunt, similiter. De Africa * autem, quod propria lege sua utantur, ut rebaptizent; placuit, ut, ad Ecclesiam si aliquis hæreticus venerit, interrogent eum symbolum; & si perviderint eum in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto esse baptizatum, manus tantum ei imponatur. Quod si interrogatus symbolum, non responderit Trinitatem, tunc merito baptizetur, & cætera .... Tunc lætians jussit omnes .... ad sedes suas redire*: Hucusque Synodica, in qua deesse reliqui canones noscuntur, & alia usque ad dimissionem Episcoporum facta a Constantino.

* Afris

LXVIII. Canones confirmari soliti ab Apost. Sede.

Est autem inter hæc omnia illud observatione dignissimum, antiquum fuisse Catholicæ Ecclesiæ morem, ut leges Ecclesiæ in frequenti Patrum consessu sancitæ cum essent, eas ad Romanum Pontificem mitterent; cujus auctoritate probatæ, ab eodem in universas Ecclesias promulgarentur; id enim Patres ea professi sunt sententia, qua dixerunt: *Placuit etiam, antequam * .... a te qui majores diœceſes tenes, * per te potissimum omnibus insinuari.*

* ..edantur
* aperte

LXIX. Appellant iterum Donatistæ.

Constat Donatistas ex judicio hujus Synodi Arelatensis iterum (quod fecerant antea) appellasse ad eumdem Constantinum: Imperatorem id quidem S. Augustinus (ut dicemus) sæpe testatur. Cæterum quod constet Constantini judicium nonnisi post sequentem annum esse exhibitum, intelligi potest eumdem Constantinum nequaquam detulisse eorum appellationi, cum illam ipsi interposuerunt, nisi post biennium, victum illorum improbitate. Hoc autem anno eos in Africam rediisse, perstitisseque in eadem adversus Cæcilianum, & Episcopos Judices animi pertinacia, litteræ Magistratuum, quibus curæ fuit, ut redeuntibus in Africam Episcopis pararent viaticum, declarant; quæ sic se habent:

Petronius, Annianus, & Julianus Domicio Celso Vicario Africæ.

LXX. Dimissi cum viatico Donatistæ.

Quoniam, Lucianum, Capitonem, Fidentium, & Nasutium Episcopos, & Mamarium presbyterum, qui, secundum cælestem præceptum domini Constantini Maximi invicti semper Augusti, ad Gallias cum aliis legis ejus hominibus venerant, dignitas ejus ad lares proprios venire præcepit; angariales his cum annonaria competentia usque ad Arelatensem portum, secundum imperatum æternitatis ejusdem clementissimi Principis, dedimus, frater, qua inde Africam navigent; quod solertium tuam litteris nostris scire conveniat. Optamus, te frater, felicissimum bene valere, Hilarius Princeps obtulit IV. Kalendas Majas, Triberis *. Sunt hi Episcopi hic nominati partium Donatistarum coryphæi, atque iidem ipsi qui primo ante Romanum Concilium sub Melchiade dato libello (ut diximus ex Optato *a*) interpellarunt Constantinum Imperatorem adversus Cæcilianum. Magna quidem hæc humanitas & tolerantia ejusdem Constantini, & fortasse nimia, cum obstinatos schismaticos, sicut publica evectione in Gallias ex Africa evocaverat, ita redeuntes eadem prosecutus est munificentia: sed male plane consultus (quod exitus demonstravit) dum patientia eos superare constituit, & beneficientia demerere. Quæ autem fuerit de his animi sui sententia, testatur litteris, quas dedit ad Catholicos in Africa constitutos, quæ sic se habent:

* Treveris.

(a) Optat. l. 1.

Constantinus Augustus universis Episcopis per Africam, & plebi Ecclesiæ Catholicæ.

LXXI. Epistola Constant. ad Africanos catholicos.

Quod fides debuit, quantum prudentia valuit, prout puritas potuit, tentasse me per omnia humanitatis, & moderationis officia, optime scitis; ut juxta magisteria legis nostræ, pax illa sanctissimæ fraternitatis, cujus gratiam Deus summus famulorum suorum pectoribus immiscuit, stabilita per omnem concordiam teneretur; sed quia vim illam sceleris infusi, paucorum licet, sensibus pervicaciter inhærentem intentionis nostræ ratio non potuit edomare, favente adhuc sibi huic nequitiæ patrocinio, ut extorqueri sibi omnia non sinerent, in quo se deliquisse gauderent;

PAGIUS

jus anni mensibus in Gallia fuisse, ut liquet ex Legibus ibidem ab eo emissis, incompertum tamen, an Eusebius in secundo capite laudato loquatur de iis, quæ in Conciliis gesta. Præterea Concilium Arelatense *ad Kalendas Augusti* indictum fuit, ut testatur Constantinus in epistola ad Chrestum Syracusanorum Episcopum apud Eusebium lib. 10. cap. 5. & in epistola ad Ælasium, seu Ablavium, quam recitat Baronius. Eo autem die vix Constantinus Arelatis esse potuit, cum Idacius in Fastis hoc anno scribat: *Hiſ Consſ. bellum Cibalenſe fuit VIII. Idus Octobr.* in Pannonia sc. quo Constantino cum exercitu pergendum fuit, ideoque mense Septembri aut Augusto; cum mense Octobri adversus Licinium pugnandum fuerit. Quod bellum male a Baronio consignatum, suo loco referemus. Valesius in Dissert. de Schismate Donatistarum cap. 9. negat, Constantinum Concilio Arelatensi interfuisse, quod nemo ex Veteribus, ac ne ipse quidem Augustinus, qui tamen de hoc Concilio sæpissime locutus est, id umquam affirmaverint, & ex epistola, quam Constantinum ad Episcopos post Synodum Arelatensem scripsisse Valesius putat, manifeste colligatur, eum Synodo non interfuisse. *Quod si Imperator*, inquit, *huic Synodo interfuisset, quonam modo auſi fuiſſent Donatiſta ab ejus Synodi ſententia ad Imperatoris judicium provocare? quid enim hoc aliud erat, quam ab Imperatore ipſa appellare?* Verum argumentum negativum plerumque errori obnoxium, & epistola Constantini Patribus Concilii scripta, non post Arelatense, sed post Romanum Concilium data,

ut

* serpit

*vent; spectandum nobis est, dum totum hoc per paucos sedit * in populum, omnipotentis Dei misericordia mitigetur. Inde enim remedium sperare debemus, cum omnia bona vota, & facta referuntur. Verum dum cœlestis medicina procedat, hactenus sunt consilia nostra moderanda, ut patientiam percolamus; & quicquid insolentia illorum pro consuetudine intemperantiæ tentat aut facit, id totum tranquillitatis virtute toleremus; nihil ex reciproco reponatur injuriæ; vindictam enim, quam Deo servare debemus, insipientis est manibus usurpare; maxime cum debeat fides nostra confidere, quicquid ab hujusmodi hominum furore patietur, martyrii gratia apud Deum esse valiturum. Quid est enim aliud in hoc sæculo in nomine Dei vincere, quam inconditos hominum impetus quiete legis populum lacessentes constanti pectore sustinere? Quod si observaverit vestra sinceritas; cito videbitis, per gratiam summæ Divinitatis, ut languescentibus eorum institutis, vel moribus, qui se miserrimæ contentionis vexillarios præbent, sciant omnes non debere se paucorum persuasione pereuntes sempiterno letho dare, quo possint pœnitentiæ gratia, semper vitæ æternæ, correctis erroribus suis, integrari. Valete voto communi per sæcula, jubente Deo, fratres carissimi:* Hæc ad Catholicos Constantinus. Quid autem post hæc reversi in Africam, abusi patientia tanti Principis, Donatistæ præsumpserint, suo loco dicemus.

LXXII. Edictum de appellationibus.

Quod vero ad statum politicum spectat; hoc anno, iisdem Coss. Volusiano & Aniano, Constantinus Imperator, Treveris cum esset, tertio Nonas Novembris edictum de appellationibus promulgavit; licet alibi datum, nempe Adrumeti, legatur; sæpe namque contigit, ut quoniam qua data essent die, & qua accepta, solerent Imperatorum edicta atque rescripta notari; errore librariorum factum esse reperiatur, ut ubi data est lex, ibi acceptam esse perperam scriptum sit, & contra ubi fuit accepta, datam esse, sit errore locus appositus: quod nisi quis accurate consideret, innumeris se involvet ambagibus, dum reperiet frequenter paucorum dierum spatio ab eodem Imperatore in diversis longeque remotis Orbis locis data esse rescripta; quibus, nisi quis mendum intelligat, interdum fateri cogitur, brevi temporis spatio, idque sæpius, eumdem (quod perabsurdum est dicere) Romanum Imperium peragrasse. Meminit idem Constantinus in rescripto ad Probianum (*a*) Africæ Proconsulem anno sequenti dato, de promulgato a se generaliter edicto de appellationibus. Porro eiusdem edicti descripta habentur fragmenta quædam in Codice (*b*) Theodosiano, cujus etiam pars illa fuisse videtur, qua cautum est, ne sententiam capitis in aliquem Judex ferret, nisi manifeste esset sua confessione convictus; ibidem namque loci, nempe Treveris, & eadem die tertio Nonas Novembris, eodemque anno, & ad eumdem Catullinum lex (*c*) illa data habetur. Hæc de edicto Constantini volumus attulisse, quod fortasse occasione Donatistarum temere appellantium, illud ab eo fuerit promulgatum.

(*a*) *l. 3. de appel. Cod. Theod.*

(*b*) *l. 2. de appell. & l. 1. quorum appel. C. Theod. & l. ultimo de appell. C. Justin.*

(*c*) *l. 1. de panis C. Theod. & l. 16. Cod. Justin.*

LXXIII. Constantini diversæ leges.

Ex quo autem de legibus Constantini hoc anno editis semel dicere aggressi sumus; fuit inter alias illa laudabilis, qua ingenuos a Maxentio tyranno servituti subjectos in libertatem vendicari jussit, sic ad Volusianum rescribens (*d*):

(*d*) *l. 1. de ingenuit. Cod. Theod.*

Universi devotionis studio contendant, si quos ingenuis natalibus procreatos, sub tyranno ingenuitatem amisisse, aut propria contenti conscientia, aut aliorum judiciis recognoscunt, natalibus suis restituere, nec expectata Judicis interpellatione. Nam si quis contra conscientiam suam, vel certissima testimonia plurimorum, in eadem avaritia & tenacitate permanserit, severissima pœna multabitur. Placet autem etiam eos periculo subjugari, qui scientes ingenuos servitutis necessitatem, per incuriam sustinere dissimulant. Propos. VIII. Kal. Maii Romæ, Volusiano & Aniano Coss.

At desideratur illud Christiano Imperatore dignum edictum, quo cœnosas illas fordidissimarum libidinum cloacas obstruxit, cujus meminit sanctus Hieronymus (*e*) dicens: *Inter scorta quoque in fornicibus spectaculorum pueri steterunt publicæ libidini expositi; donec sub Constantino Imperatore, Christi Evangelio coruscante, & infidelitas universarum gentium, & turpitudo deleta est.* Periit, & illa pariter laudata Constantini lex, qua vetuit eunuchos gerere Præfecturas & magistratus; de qua Lampridius in Alexandro: *Scio* (inquit) *Constantine Imperator, quo periculo ista dicantur apud Imperatorem, qui talibus servit; sed salva Republica, posteaquam intellexisti, quid mali clades istæ habeant, & quemadmodum Principes circumveniant, & tu eos eo loci habes, ut nec chlamyde uti jusseris, sed*

LXXIV. Turpitudinis lege Constant. sublatæ.

(*e*) *Hier. in Isai. l. 2. c. 1.*

ut suo loco monstravi. Nec mirum, si Constantinus, postquam interfuisset Concilio Arelatensi, audisset Donatistas ad ejus judicium provocantes, cum, ipso Valesio citato teste cap. 10. Imperium Constantini plerique reprehendendum putarint, quod adversus Donatistas nimis clementer ageret. Nihil itaque hac in re certi.

XXV. Epocha Synodi Laodicenæ.

Marca lib. 3. de Concordia Imperii & Sacerdotii cap. 3. Synodum *Laodicenam* post Nicænam celebratam ostendit. Primo, quia Canone septimo damnantur *Photiniani* Hæretici, qui aliquot annis post Synodum Nicænam emersere.

(*a*) *l. de lenon. Cod. Theod.*

sed necessitatibus domesticis delegaris. Vetuit idem Constantinus (*a*) ancillas Christianas tradi lenonibus, quas a Christianis hominibus redimi voluit. At de his modo satis.

LXXV.

(*b*) *Euseb. l. 10. c. 3. & 9.*

Crebra in Oriente Concilia.

Quod autem testatur Eusebius (*b*), extincto Maximino in Oriente tyranno, mox celebrari cœptos frequentes Episcoporum in unum conventus; cum ex his quæ dicta superius sunt, constet eumdem tyrannum anno præsenti; ulciscente numine, esse sublatum; hoc ipso quoque anno ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam, tot annorum spatio ob ingentes persecutiones collapsam, in diversis ejus Orbis provinciis eadem cœpere Episcoporum celebrari Concilia. Adhuc antiqua quædam monumenta supersunt ejusmodi studii ac vigilantiæ pastoralis, nempe Canones Conciliorum Ancyrani, atque Neocæsarienſis; quorum Ancyranum prius collectum fuisse videtur; Neocæsarienſe vero posterius; quod enim in Ancyrano Concilio in primis de iis agitur, qui in persecutione lapsi, per pœnitentiam restituendi essent; sedata persecutione hoc anno, post Pascha celebratum fuisse videtur. In Neocæsarienſi vero Concilio; cui complures ex illis qui Ancyranæ Synodo interfuerant, subscripti habentur, iidem suppleſſe visi sunt ea quæ in Ancyrano fuerant prætermissa.

LXXVI. Satisfactio ab universa Ecclesia quæsita.

Quod igitur olim Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, & Gregorius Episcopus Neocæsarienſis in Ponto Decianæ persecutionis tempore lapsos, nonnisi (ut vidimus) prævia satisfactione, & secundum delicti pondus, pœnitentia compensata, in Ecclesiam recipiendos esse statuerunt; atque rursum de iis, qui urgente Diocletiani vexatione, a fide exciderant, pariter decreverunt in Occidente Hispaniarum Episcopi in Concilio Eliberino, necnon in Ægypto Magnus ille Petrus martyr Episcopus Alexandrinus; id ipsum Eque Syriæ, atque Asiæ complures simul coeuntes Episcopi præstiterunt; ut videas unum eumdemque Spiritum sanctum Ecclesiam Catholicam moderari; in eamdemque de lapsis recipiendis, ne nisi prævia satisfactione ad communionem Ecclesiasticam admitterentur diversis in locis, diversisque temporibus, sanctos Episcopos, eodem sacro afflante Spiritu, conspirasse sententiam; ut pro distinctione criminum, personarum, & temporum, proque diversitate affectuum pœnitentium, diversas quoque inire rationes, ejusdem Sancti Spiritus discretio persuaserit.

Ann. Eccl. Tom. III.

Hæc igitur, ut agerentur in Concilio Ancyrano, operam præcipuam visus est impendisse primariæ sedis Ecclesiæ Orientalis Vitalis Episcopus Antiochenus; qui pace Ecclesiæ bene usus, dispersos per plateas ex ingenti illo terræmotu lapides Sactuarii in unum colligere, & glutino communionis Catholicæ una cum cæteris templi Dei structuræ restituere conatus est. Ut autem Ancyra Civitas ad ejusmodi sacrum Conventum celebrandum eligeretur, loci opportunitas persuasit, utpote in meditullio regionis constituta, quo Minoris Asiæ Episcopi, Cappadoces, Pontici pariter, & Armeni, Cilices, & Syri convenire facilius potuissent. Id nos de Vitale affirmare persuadet, quod ex iis, qui huic Synodo interfuerunt Episcopi, ponitur primo loco Vitalis Antiochenus, post quem recensetur Agricolaus Episcopus Cæsareæ Palæstinæ, qui in ea sede præcessit Eusebium Pamphili. Sed & interfuit quoque inter alios Orientales Episcopos, qui eidem Civitati, ubi acta est Synodus, præerat Episcopus Marcellus Ancyræ primæ Galatiæ. Hic idem fuit Marcellus Episcopus Ancyranus, qui primo inter Catholicos in Nicæno Concilio (ut suo loco dicendum est) adversus Arium egregiam navavit operam, postea vero ab Arianis magnopere exagitatus est, absolutus autem Romæ a Julio Papa, necnon Concilio Sardicensi, vixitque, ut colligitur ex Epiphanio (*c*) (mirum dictu) usque ad annum decimum Valentiniani atque Valentis Imperatorum, qui numeratur Domini trecentesimus septuagesimus sextus, ab Orientalibus Sabellianismo notatus.

LXXVII. Concilium Ancyranum.

De Episcopis qui convenerunt Ancyræ.

(*c*) *Epiph. hær. 48. & 77. & l. 2. circa princ.*

Ponitur post Marcellum Lupus Tarsensis Episcopus, qui inter egregios Catholicæ fidei propugnatores ab Athanasio (*d*) recensetur; necnon Basilius * Episcopus Amasenus, qui sub Licinio Christianos persequente, illustre martyrium subiit, de quo plura suo loco dicturi sumus, quem & S. Athanasius (*c*) inter insigniores fama Catholicos numerat; item Philadelphius Juliopolis, qui postea interfuit, & subscripsit Magno Nicæno Concilio. Post hunc sequitur ordine Eustolius Episcopus Nicomediæ; successerat hic Antimo, quem Maximianus Galerius (*f*) ob Christi fidem necavit, atque igni tradidit; hunc Cyrillus (*g*) præcesserat; itemque Heraclius Zelenensis Majoris Armeniæ Episcopus, qui etiam subscriptus legitur Magno Nicæno Concilio; Petrus Iconiensis, cujus successor Eulanodus *Illyricianæ* celebrata fuerit ab Episcopis Asianæ Diœceseos: *Laodicenæ* vero e diversis Provinciis Asianæ Diœceseos habita sit *Laodiceæ*, quæ est Metropolis Phrygiæ Pacatianæ. Sed hæc Præsulis doctissimi conjectura subsistere

LXXVIII.

* al Basileus.

(*d*) *Athan. orat. 1. cont. Arian. ad Episc. Ægypt. & Libyæ.*

(*e*) *Athan. orat. 2. contra Arian.*

(*f*) *Acta Luciani martyris.*

(*g*) *Acta Domna & Indes.*

fere. Secundo, in antiqua Collectione Laodicena locum suum obtinet post Antiochenam anno CCCXLI. coactam. Existimat itaque Marca, eam Synodum anno trecentesimo sexagesimo quinto congregatam, quod eo anno Sy-

Eulalius interfuit eidem Nicæno Concilio; Nunechius Laodicensis, & ipse primus recensitus habetur inter Episcopos Phrygiæ Pacatianæ qui interfuerunt Nicæno conventui; quibus subduntur Sergianus Antiochiæ Pisidiæ, Epidaurus Pysidensis Pamphiliæ & Narcissus Neroniadis, qui postea defecit ad Anianos; Leontius quoque ibi ponitur Cæsareæ Cappadociæ Episcopus; hic insignis ille, qui (ut suo loco dicemus) veniens ad Nicænum Concilium, Nazianzum cum pervenisset, invisit, & baptizavit Gregorium (*a*) hoc patrem Gregorii Nazianzeni. Longinus etiam Episcopus Neocæsariensis in Ponto ibi subscribitur, qui pariter magna cum laude versatus est in Nicæno Concilio, quod chirographo confirmavit; quem inter coriphæos Orthodoxæ fidei adnumerat Athanasius (*b*), ipsumque Longianum nominat; præcessit hic Musonium, cujus Sanctus Basilius (*c*) meminit scribens ad Neocæsarienses; itemque Amphion Episcopus Epiphaniæ in Cilicia, qui itidem Nicæno Concilio præsto fuit a parte Catholicorum; Salaminus Germaniciæ, & Germanus Neapolis Palæstinæ Episcopi, omnes numero decem, & octo, quos recensuisse oportuit ob rerum gestarum continuatam seriem.

(*a*) *Greg. Nazianz. orat. in funer. Patris.*

(*b*) *Athan. orat. 1 cont. Arian.*

(*c*) *Basil. epist. 64.*

LXXIX. Decreta in Concilio Ancyrano.

Quid autem actum sit, quidve decretum a tam nobili tot tantorumque Patrum consessu, dignum putamus, quod Annalibus intexatur. Ipsi enim in confinio quodam persecutionis, & pacis Ecclesiæ constituti, haud aliud docuerunt in pace, quam quod antea a Patribus noscerent fuisse traditum, & in Ecclesia actitatum; penes quos (ut vidimus) nihil antiquius fuit, quam Ecclesiasticam disciplinam in omnibus sartam tectam servare, & inviolabiliter custoditam posteris tradere. Videre erat lugubre plane spectaculum, nempe lapsorum multitudinem, qui adeo diuturnam asperamque persecutionem pertæsi, desperatione melioris rerum vicissitudinis victi, timore perterriti, vel allecti blanditiis negaverant, rubore suffusam, vultu demisso ad sanctorum Episcoporum pedes accidere, genua prehensare, fusis lacrymis petere, enixiusque rogare pro venia, ut mererentur in Ecclesiam recipi, e qua misere excidissent.

LXXX. Lapsi mœrentes redeunt ad Ecclesiam.

Videntes enim se a communi omnium gaudio esse secluses, ab ingressu Ecclesiarum vetitos, a communione sacratissima separatos, a Fidelium consortio segregatos, & denique totius Christiani populi publicæ hilaritatis expertes: immenso animi mœrore tenebantur absorpti; suæque ipsorum ignaviæ memores, qua se tanto dedecore turpiter affecissent; aliorum gloria, qui in acie fortiter perstitissent, veluti flagris acriter verberabantur; illorumque cicatricibus velut astris splendore micantibus, non secus ac densis tenebris obscurabantur. Horum omnium miserti sanctissimi illi, sic illorum casibus prospexerunt, ut tamen esset Ecclesiasticæ disciplinæ consultum, quamobrem quasdam regulas pari omnium voto scripserunt, quibus pro criminum differentia esset ab eis in omnibus Ecclesiæ satisfactum. Quod autem ipsæ ejusmodi esse noscantur, quibus non tantum sancitur Ecclesiastica disciplina, sed eriam de his, quæ adversus Fideles agere solerent persecutores sinceriissima referatur historia; easdem hic recensere, & elucidare, operæpretium existimamus.

LXXXI. Canones de lapsorum pœnitentia.

Extant ejusdem Concilii vigintiquatuor Canones, iidemque e Græco conversi, triplicis editionis; quarum primam a Dionysio Exiguo translatam habet Crescoviana Collectio; secunda est incerti auctoris, tertia vero Gentiani Herveti; nos venerandæ antiquitati amplius tribuentes, pœnes quam Græca exemplaria fideliora fuisse putantur, sequemur in his Dionysii versionem, quæ a Cresconio ejusmodi inscriptione notatur:

Incipiunt regulæ Ancyrani Concilii.

Istæ regulæ priores quidem sunt Nicænis: sed ideo Nicænæ prius scriptæ sunt, propter auctoritatem ejusdem magni sanctique Concilii congregati apud Nicæam.

Patres igitur ab ipso lare (quod ajunt) incipientes, quodque scriptum sit (*d*): *Tempus est, ut incipiat judicium a domo Dei:* ab Ecclesiæ ministris tractationem auspicantur, sic definientes:

(*d*) *1. Pet. 4.*

Presbyteros (*e*), *qui immolaverunt, & iterum luctamen adeuntes; si hoc non per illusionem aliquam, sed ex veritate fecerint, ut iterum teneri viderentur, aut tormentis subiici, quo facinu pati viderentur inviti; hos ergo placuit honorem quidem sedis retinere; offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi non licet. Diaconi similiter, qui immolaverunt, honorem quidem habeant; cessare vero debeant ab diaconi ministerio, sive a pane, sive a calice offerendo. Quod si quidam Episcoporum conscii sunt laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, penes ipsos erit potestas*: Hæc ibi. Tanto candore conspicuos ministros suos Ecclesia decernebat, ut licet (quod ait Cyprianus *a*) secundo certamine elatum priori victoria hostem superassent, ac proinde se negationis labe emaculassent, non tamen idoneos amplius existimaverit, qui sacris functionibus ministrarent. Sed de his qui egregie viriliterque certantes vim multam perpessi, idolot ytum nolentes reclamantesque ore gustassent, hæc Patres decreverunt (*b*):

(*e*) *Conc. Ancyr. c. 1. 2.*

(*a*) *Cypr. de lapsis.*

(*b*) *Conc. Ancyr. c. 3.*

LXXXII. De his qui necessitate coacti essent.

Qui fugientes comprehensi sunt, vel a domesticis traditi, vel ademptis facultatibus sustinuere tormenta, aut in custodiam trusi proclamaverunt se Christianos esse, & eo usque adstricti sunt, ut manus eorum comprehendentes violenter attraherent, & funestis sacrificiis admoverent, aut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur; confitentes jugiter se Christianos esse, & luctum rei, quæ contigit, incessabiliter ostendentes omni dejectione & habitu & humilitate vitæ: hos velut extra delictum constitutos a communionis gratia non vitamus. Hoc autem similiter de clericis, & de laicis ceteris observari conveniet. Perquisitum est autem & illud, si possunt etiam laici, qui in has necessitatis angustias inciderunt, ad clericatus ordinem promoveri. Placuit ergo & hos, tamquam qui nihil peccaverunt, si præcedens eorum vita probabilis sit, ad hoc officium provehi. At quid de varis aliis casibus S. Synodus statuerit, accipe.

LXXXIII. De his qui veste lætitiæ vel luctus usi essent.

(*c*) *Eod. Conc. cap. 45.*

De iis (*c*) *qui sacrificare coacti sunt, insuper & cœnaverunt in idolio; quicumque eorum, cum ducerentur, lætiori habitu fuerunt, & vestimentis pretiosioribus usi sunt, & præparatæ cœnæ indifferenter participes exiterunt; placuit eos inter audientes uno anno constitui, succumbere vero tribus annis; in oratione autem communicare biennio, & tunc ad perfectionem gratiam pervenire. Quotquot autem ascenderunt templa veste lugubri, & recubantes per omne tempus flevere discubitus, si compleverunt pœnitentia triennii tempus, sine oblatione suscipiantur; si autem non manducaverunt, biennio subjecti pœnitentiæ, tertio anno sine oblatione communicent, ut perfectionem quadriennio consequantur. Penes autem Episcopos erit potestas, modum conversationis eorum probantes, vel humanius erga eos agere, vel amplius tempus adjicere.* Hæc quæ Patres habent de vestimentis lætitiæ atque luctus, plane declarantur ex iis quæ scripta habentur in Actis sanctorum martyrum (*d*) Ni-

(*d*) *Acta Indes & Domn. apud Metaph. 26. Decemb.*

PAGIUS stere non potest; cum Synodus Illyriciana ad annum CCCLXXII. pertineat, quo tempore *Damasus* Ecclesiam Romanam administrabat. Gothofredus in Notis ad Philostorgium lib. 8. cap. 3. & 4. ubi Philostorgius ait, *Theodosium* Lydiæ Episcopum in societatem & communionem adscitis *Phœbo* & *Auxiliano* Lydiæ Episcopis Synodum coegisse, & communi calculo literas scripsisse ad *Eudoxium* & *Marin* adversus *Aetii*, *Candidi*, *Ariani*, & aliorum ordinationes tamquam

comediensium in hæc verba: *Cum execrandæ ejus hostiæ ducerentur ad templum duodecim deorum, quod erat intra Regium, aderant quidem impii, candidis, & magnificis vestibus celebrantes festum sui interitus. Solus autem Indes atris indutus vestibus, & cum hæc celebrarentur, maximo dolore affectus, cum se in valde tenebrosa inclusisset domuncula, impiorum deflebat interitum*: Hæc ibi: At nunc audiamus reliqua ab eis eodem argumento tractata.

LXXXIV. Alii lapsorum casus.

(*e*) *Conc. Ancyr. c. 5. 6. 7.*

De iis (*e*) *qui minis tantum cessere pœnarum, aut privatione facultatum territi, aut domigratione, sacrificaverunt, & hactenus pœnitudinis negligentes neque conversi, nunc hujus Concilii tempore semet obtulerunt, conversionis suæ consilia capientes; placuit usque ad Magnum diem inter audientes suscipi, & post Magnum diem triennio pœnitentiam agere, & post duos annos sine oblatione communicare, & tunc demum, sex annis completis, ad perfectionis gratiam pervenire.* Appellant Patres Magnum diem, sanctum Pascha; cumque iidem numerent annum unum usque ad Magnum illum diem, plane significant paulo post Paschatis festum ejusmodi celebratum esse conventum. Sed subditur.

LXXXV. De pollutis conviviis gentilium.

De iis vero qui festis diebus Gentilium in remotis eorum locis convivia celebrarunt, ciboque proprios deferentes ibidem comederunt placuit, post pœnitentiam biennii suscipi; utrum vero cum oblatione, singuli Episcopi, probantes vitam eorum, & singulos actus, examinent. Ii qui secundo, & tertio sacrificaverunt coacti, quatuor annis pœnitentiæ subjiciantur, duobus autem annis sine oblatione communicent, & septimo perfecte recipiantur. Sed miserabilior his omnibus erat illorum casus, qui cum tantam impietatem perpetrassent, alios quoque in eamdem erroris foveam adigere conati sunt, de quibus hæc Patres.

LXXXVI. De his qui alios induxerunt.

(*f*) *Conc. Ancyr. c. 8.*

Quotquot (*f*) *autem non solum ipsi deviarunt, sed etiam insurrexerunt, & compulerunt fratres, & causas præbuerunt, ut cogerentur, hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant, per aliud vero sexennium pœnitentiæ subjiciantur acriori, & alio anno communionem sine oblatione percipiant, ut perfectionem, expleto decennio, consequantur; inter hæc autem & eorum vita pensanda est*: Hactenus Patres de iis, quæ spectare videbantur ad remedia eorum, qui in persecutione lapsi essent.

quam injuste & illegitime factas. Gothofredus, inquam, his perpensis, existimat, *Theodosium* illum, qui Philadelphiæ in Lydia Episcopus fuit, teste Epiphanio hæresi LXXIII. illum ipsum omnino Theodosium videri, qui *Canonum Laodicenorum* maxime Auctor extitit, ut refertur apud Gratianum distinctione 16. cap. 11. Quod confirmat ex Philostorgio, *qui ait, Theodosium* a muliebribus voluptatibus prorsus abhorruisse, & in Canonibus Laodicenis I. X. XXX.

LXXXVII. Diverſa genera communicandi.

Sed quid eſt quod frequentius dicitur communicare abſque oblatione, vel cum oblatione, cum & perfectam gratiam, plenamque communionem ejuſmodi tum conſequi dicerentur? Sed hæc omnia ex verbis quarti canonis ejuſdem Synodi facile aſſequi poſſumus, quibus, ex prima nempe Dionyſii verſione, dicitur: *Placuit eos inter audientes*, nempe cathecumenos, *uno anno conſtitui, tribus vero annis ſuccumbere*, nempe pœnitentiæ (ut habet ſecunda verſio) *ex tribus vero annis, biennio communicare in oratione*: videlicet ſatis ſufficere cum Fidelibus orare, nec a precibus, ut audientes excludi; id enim erat communicare abſque oblatione. *Tertio vero anno ad perfectionis gratiam pervenire*: Quod erat communicare cum oblatione; id enim (ut habet ſecunda verſio) erat reconciliari ſacramentis, nempe participem fieri corporis, & ſanguinis Chriſti, quod, perfectionis gratia dicebatur, ſive plena communio, dum ſcilicet nihil minus a cæteris Chriſtianis haberet.

LXXXVIII. Cælibatus Clericorum.

Lapſis igitur ejuſmodi remediis impartitis, de Eccleſiaſtica diſciplina incorrupte ſervanda Patres alias regulas addiderunt, ſed illam in primis quæ ad ſacros Eccleſiæ miniſtros magnopere ſpectare videbatur; nempe ut abſque uxore cælibem vitam ducerent; qua quidem lege (ut alias dictum eſt) non ſacerdotes tantum, ſed & diaconi obligati erant ab ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ, illoſque ſolum diaconos ab ea eximi voluerunt, qui cum ordinarentur inviti fuiſſent pariter conteſtati, ſe non poſſe continentes vivere, ac proinde ducere uxorem velle; qui enim ſic reclamaſſet, & nihilominus ordinatus fuiſſet, quiſquis eſſet hujuſmodi, poſt ſacrum diaconatus ordinem uxorem poſſe ducere, Patres illi conſenſerunt, ſic ſtatuentes (*a*): *Diaconi quicumque ordinantur; ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, & dixerunt velle ſe conjugio copulari, quia ſic manere non poſſunt; ſi poſtmodum uxores duxerint, in miniſterio maneant, propterea quod eis Epiſcopus licentiam dederit. Quicumque ſane tacuerint, & ſuſceperint manus impoſitionem, profeſſi continentiam, & poſtea nuptiis obligati ſunt, a miniſterio ceſſare debebunt.* Additur in ſecunda editione: *Laicam tantum recipientes communionem:* Nimirum non cum ſacris miniſtris amplius, ſed cum populo extra cancellos communicantes. Ex his videas, tum in univerſa Eccleſia Catholica, tum in Oriente, quam firmus, atque ſtabilis, aſſertuſque ab omnibus eſſet ſacrorum miniſtrorum cælibatus. Sed de his actum eſt primo Annalium tomo pluribus.

(*a*) *Eod. Conc. c.* 9. *vel* 10.

LXXXIX. Rurſus vero eos (*b*) qui virginitatem ſervare promiſerant, & votum irritum fecerunt, in ordinem bigamorum, qui non eſſent abſque pœnitentia in Eccleſia, Synodus rejecit; quæ ſic quoque conjugatorum proſpexit pudicitiæ, ut adulterium committentes, ſeptennii pœnitentiæ obnoxios fecerit, multaque alia adverſus impuros ſtatuerit. Sed illud inſuper, quod Manichæorum hæreſis graſſaretur, Dei creaturas abominantium, & ut a malo productas execrantium; illam tantum Patres ab eſu carnium probarunt abſtinentiam, quæ a pietate, non autem a ſuperſtitione, vel hæreſi proveniret. Ne quid præterea ex Gentium converſatione ſuperſtitionis in Eccleſiam Dei Fideles inferrent, quinquennii pœnitentia puniunt (*c*) eos, qui divinationes cujuſlibet generis exercerent. At non eſt in animo hic cunctos ab eiſdem ſtaturos Canones recenſere; quamobrem de Concilio Ancyrano agendi finem faciamus. Appendicem autem illam duorum capitulorum ad Synodum Ancyranam non habet editio Creſconiana, nec alia; perperamque eadem adſcribuntur huic Synodo, quæ ſunt potius Damaſo tribuenda, ut ſuo loco dicemus.

(*b*) *Eod. Conc. c.* 13. *vel* 14.

Abſtinentia quæ probetur.

(*c*) *Eod. Conc. c.* 23.

XC. Concilium Neocæſarienſe.

Poſt Ancyranum vero, Neocæſarienſe Concilium celebratum eſt, quoto tamen anno, neſcimus; ſed quantum conjectura aſſequi licet, cum iidem prope omnes Epiſcopi, qui interfuerunt Concilio Ancyrano ſubſcripti pariter habeantur illi quod Neocæſareæ celebratum eſt, & inter alios Baſilius Epiſcopus Amaſeæ, quem diximus in perſecutione Licinii, quæ proxime eſt ſubſecuta, martyrem occubuiſſe, recenſeatur; plane neceſſe eſt affirmare, haud diu poſt Ancyranum, iterum Neocæſareæ eoſdem ferme Epiſcopos conveniſſe, antequam Licinius Orientalem Eccleſiam perſecutione vexare aggrederetur. Præter numeratos ſuperius Epiſcopos, qui Ancyræ Synodo præſentes fuerunt, & huic quoque Concilio interfuerunt, ponitur Gregorius, alias Gorgonius, Epiſcopus Cynnenſis, qui etiam inter Galatiæ Antiſtites ſubſcriptus habetur Magno illi Nicæno Concilio, pariterque Gerontius, alias Leontius Epiſcopus Lariſſæ Cœleſyriæ Civitatis, qui itidem Nicænæ Synodo ſubſcripſit, ſicut, & Alphius Apameæ

PAGIUS XXX. XXXI. XLIV. LII. LIII. & LIV. illis voluptatibus, nuptiiſque varie fibula imponatur. Præterea ait Philoſtorgius, damnatas eſſe *Aetii* & aliorum ordinationes tanquam illegitime factas, cujus damnationis veſtigium aliquod intermicat inter Canones Laodicenos, quorum IV. V. XII. & XIII. lati ſunt adverſus illegitimas ordinationum ſeu ordinandorum formas. Quæ conjecturæ valde veroſimiles; ideoque videtur Synodus Laodicena ad annum trecenteſimum ſexageſimum tertium pertinere. Loco enim laudato Philoſtorgius de iis agit, quæ Joviano imperante geſta ſunt. Porro Laodicena Synodus, non *Laodiceæ* in Syria, ſed *Laodiceæ* in Lydia ſeu Phrygia, & quidem Pacatiana, ſub qua *Lydia*, ut præferunt Canones Laodiceni apud Balſamonem, celebrata fuit. Nec mirum, Concilium ab Hæreticis habitum Codicis Canonum Eccleſiæ univerſæ partem facere, cum ab Eccleſia receptum fuerit, & nihil ejus mo-

meæ Epiſcopus. Neocæſareæ igitur in Ponto, cujus Epiſcopus tunc erat (quod nuper dictum eſt) Longinus fama celebris, cum Patres illi ſanctiſſimi conventum agerent, nihil antiquius habuerunt, quam ſacerdotum vitæ integritati proſpicere; quamobrem de eorum cælibi vita ducenda in primis hæc ſtatuerunt (*a*) ex præſcripto antiqui uſus Eccleſiæ:

(*a*) *Conc. Neocæſ. c.* 1.

XCI. Canones Neocæſarienſis Concilii.

Presbyter ſi uxorem duxerit, ab ordine deponatur; ſi vero fornicatus fuerit, vel adulterium perpetrarit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi: Hæc ex Dionyſii verſione. Rurſus vero ne quod ad ſolatium infirmitatis humanæ remedium eſſet excogitatum, ut (quod ait Apoſtolus *b*) qui infirmus eſt olus manducet, ad delicias uſurparetur, nimirum, quæ in remedium humanæ imbecillitatis bigamia Apoſtolicis (*c*) inſtitutis conceſſa eſſet, licentius Fideles eam paſſim admitterent; eos qui denuo nuberent, & conjugia ſæpius iterarent, non abſque pœnitentia verſari in Eccleſia, iidem Epiſcopi permiſerunt (*d*); non autem, ut ejuſmodi matrimonium omnino diſſolverent, ut quidam hæretici facere (*e*) præſumpſerunt. Sed de his dictum eſt ſatis primo Annalium tomo. Addiderunt inter alia decreta iidem Patres ſanctiſſimi, ne quis ante trigeſimum annum presbyter ordinaretur; licet admodum dignus eſſe videretur, multaque alia tum ad œconomiam Eccleſiaſticam recte inſtituendam, tum ad pios mores omnium Fidelium componendos, ſunt in eadem Synodo inſtituta; ſed in his non amplius immoramur.

(*b*) *Rom.* 14.

(*c*) 1. *Cor.* 7.

(*d*) *Conc. Neocæſ. c.* 3. 6.

(*e*) 31. *q.* 1. *c.* 7. & *ſeq.*

XCII. Philogonius Epiſc. Antiochen.

Poſt celebrata Ancyranum, & Neocæſarienſe Concilia, Vitalis Epiſcopus Antiochenus, qui utrique interfuit, haud diutius ſuperſtes fuit, verum ex hac vita decedens, his temporibus, cum Licinius in toto Oriente regnaret, ſucceſſorem habuit Philogonium, de quo Theodoretus hæc ait (*f*): *Huic*, nempe Vitali, *ſucceſſit Philogonius, qui & temporibus Licinii ſingulare ſtudium in veræ pietatis defenſione declaravit; & quæ videbantur deeſſe Eccleſiæ illius ædificio (quam inchoaverat prædeceſſor ejus Vitalis) ſua opera adjicienda curavit*: Hæc ſed Philogonio Theodoretus. His conſentientia habet S. Joannes Chryſoſtomus ea oratione, quam habuit in laudem ipſius, die natali ejuſdem (*g*), cum his verbis tempus circumſcribit, quo ſedere cœpit. *Dicendum igitur* (inquit) *erat, & tempus, & initium, quando vineam hanc ſuſcepit; neque enim minimum hoc habebit momenti ad abſolvendam encomii partem, ſed omnino ſatis fuerit ad declarandam hominis virtutem. Res tum erat multæ difficultatis, cum nuper eſſet ſedata perſecutio, manentibus etiamnum graviſſimæ tempeſtatis ejus reliquiis, cumque negotia plurimam deſiderarent correctionem. His inſuper illud adjungendum erat, quod (quemadmodum dicebam) hæreticorum factio ſub illo nata negotium exhibuit, illius ſapientia cuncta proſpiciente.* Loquitur de Arii hæreſi, de cujus manifeſtatione dicemus anno ſequenti. Quod igitur, tempore ingreſſus Philogonii, nuper ait ſedatam fuiſſe perſecutionem, ſed & reliquias ſuper eſſe; plane alludit ad hæc Licinii tempora regnantis in Oriente poſt Maximinum extinctum, ſub quo eſt decennium illud infeſtæ perſecutionis expletum, cum Licinii perfidia timeretur; cujus temporibus eum ſediſſe, Theodoreti, quod diximus, teſtimonio comprobatur.

(*f*) *Theodoret. l.* 1. *c.* 3.

(*g*) *Chryſoſt. orat. de beato Philog. circa med. tom.* 3. *in fin.*

XCIII. De Philogonii electione.

De Philogonii vero electione hæc idem habet Chryſoſtomus: *Porro quod elegerit illum Deus, vel ex ipſa morum integritate perſpicuum eſt; quippe quem ex medio abreptum foro ad thronum hunc evexerit; adeo caſtam, & inſignem prius egit vitam, cum uxorem haberet, ac filiam, & in forenſibus negotiis verſaretur; adeo Solem ipſum ſplendore vicit, ut protinus ab illo geſto, magiſtratu hoc dignus videretur, & a tribunali ad tribunal evectus ſit. Ac tum quidem hominibus patrocinabatur adverſus homines qui ſtruebant inſidias, eos qui afficiebantur injuria, ſuperiores reddens iis qui injuriam inferebant; hic autem adeſt hominibus patrocinans adverſus Dæmones invadentes*: Hæc de electione Philogonii Chryſoſtomus. De laboribus autem ejus in confutanda tunc emergente Ariana hæreſi dicemus inferius ſuo tempore. Cæterum quod ad annum electionis Philogonii ſpectat, ſequenti potius anno, quam præſenti, Vitali ſucceſſiſſe putamus.

XCIV. Epiſcopi Byzantii.

Hoc eodem anno nono Imperii Conſtantini ponitur creatus Metrophanes Epiſcopus Byzantii; ſic enim ait Cedrenus (*h*): *Nonum annum imperante Conſtantino, Metrophanes quartus Epiſcopus Byzantii creatus eſt. Erat hic* (inquit Zonaras *i*) *vir ſanctiſſimus, filius Domitii (frater is fuerat Probi Imperatoris) qui ob Chriſtianæ religionis profeſſionem, Roma Byzantium profectus, in Epiſcoparus ſpeculum evectus eſt; poſt quem Probus alter, filius*

(*h*) *Cedr. in comp. Annal.*

(*i*) *Zonar. Annal. tom.* 3. *in Conſtantino.*

filius hujus, Pontificium thronum conscendit; ei Metrophanes frater successit: Hæc Zonaras. Cæterum cum Cedrenus quartum nominet Metrophanem Episcopum Constantinopolitanum, Nicephorus tamen Callistus, necnon Nicephorus Episcopus Constantinopolitanus seriem texunt ejusdem civitatis Episcoporum ab ipsorum Apostolorum tempore, in hunc ferme modum ab Andrea exordientes (*a*). *Andreas Domini Apostolus Thraciam, Macedoniam, & Euxinum provincias sortitus, Byzantii Christum prædicavit; & cum a Zeuxippo tyrannidem ibi tum tenente ad eadem quæreretur, Argyropolim transiit; atque ibi biennium conventus agens, permultos ad Christi fidem pertraxit.*

(*a*) *Niceph. hist. l. 8. c. 6. Niceph. Episc. in Chron.*

XCV. Stachys primus Episc. Byzantii.

Cæterum sacra eo loco fundata æde, & Stachi Apostolo Episcopo creato, Synopen concessit, Stachys eo sacro munere annis sexdecim administrato, ibidem sepultus, Onesimum habuit successorem. Onesimus etiam quatuordecim annos Ecclesiam eam gubernavit; eique Polycarpus subrogatus est, qui decem, & octo annos munere suo cum laude functus, Plutarcho id reliquit; hic sexdecim annos Ecclesiæ præfuit, eamque moriens Sedecioni concessit, quo post annos novem defuncto, Diogenes annos quindecim eam rexit; illi Eleutherius successus, qui septem annos Episcopali munere obito, Felicem habuit successorem. Felix annos quinque sedem Episcopalem tenuit, eamque ad Polycarpum Juniorem transmisit. Qui sane omnes, propter infidelium incursiones, in eo quod memoravimus, Apostoli Oratorio Synaxes, & conventus celebrarunt. Deinceps Athenodorus, functione Ecclesiastica suscepta, quatuor eam annis obtinuit: Ecclesiamque aliam in loco, cui nomen erat Olea, *construxit, ibique Synaxim peregit; eam ædem postea Constantinus Magnus splendidissime auxit, & ornavit. Athenodoro successit Euzoius; annis sex Episcopatum gessit; cui Laurentius succedens, annis undecim Ecclesiæ præfuit.*

XCVI. Reliqui Episcopi Byzantii.

Post hunc Alypius annis tredecim sacrum magistratum administravit. Ejus successor Pertinax vir Consularis annis novem Episcopalem dignitatem obtinuit; qui cum locupletior esset, Ecclesiam aliam ad mare, in loco quem Ficos nominabant, excitavit, eamque Pacem nominavit, eumque locum Christiani perpulcris, & continuis ædificiis in oppidi formam redegerunt; quapropter eum etiam mœnibus eximiis magna virtutis gloria pollens Constantinus dignatus est, quod in eo scilicet Pacis esset templum. Post Pertinacem Olympianus annis undecim sacrorum Antistes fuit. Rursum post hunc Marcus annis tredecim. Post Marcum Cyrillianus annis sexdecim. Post Cyrillianum Constantinus septem; hic primo sui Episcopatus anno intra Byzantium in parte Septentrionis templum ædificavit, atque id Euphemiæ martyri, quæ tunc sacrum peregerat certamen, consecravit; ad quod templum reliquo vitæ tempore transacto, Episcopale munus Tito reliquit, qui id supra triginta quinque annos administratum, ad Domitium Probi Imperatoris fratrem transmisit; atque huic Probus filius successit; & Domitius Antistitis honorem viginti quatuor, Probus duodecim annos gessit, cujus Metrophanes frater successor fuit; hic annis decem cum ingenti laude Episcopale ministerium coluisse dicitur: Hucusque uterque Nicephorus de successione Episcoporum usque ad Metrophanem. Idque totum conati sunt illi, ut demonstrarent Byzantinam Ecclesiam Apostolicam esse; cum nemo umquam antiquorum id dixisse reperiatur; nam re vera Byzantina Ecclesia (ut testatur Gelasius) non tantum Apostolica sedes non erat, sed ne Metropolis quidem, sed parochia tantum Heraclensis Ecclesiæ; tradit id Gelasius scribens ad Episcopos Dardaniæ. Sed ipse Nicephorus recens auctor, nulla antiquorum testificatione munitus, ista dixit de origine ejus Episcopatus ex Andrea Apostolo; cum tamen his longe diversum testificatione Agapeti Papæ palam factum sit ipsis Constantinopoli agentibus Episcopis, nimirum non ab Andrea, sed a Petro datum esse primum Episcopum Byzantinis, ut suo loco primo Annalium tomo dictum est, anno Domini quadragesimo quarto. Quod vero spectat ad annos Metrophanis, fediisse eum tantummodo annos tres, quæ dicturi sumus in ejus successore Alexandro, perspicue declarabunt.

Anno

PAGIUS XXVI. moribus contrarium contineat. Ex quibus Baronii conjecturis facile est respondere.

Nova hoc anno Imperii seu Orbis Romani inter Constantinum & Licinium facta divisio, de qua, sicuti & de bello Constantinum inter & Licinium gesto, agemus infra. *Novæ Imperii divisio.*

I.

ANno Domini trecentesimo decimoquinto Constantinus atque Licinius quartum adierunt Consulatum, quo idem Constantinus auspicatus Imperii sui annum decimum, Decennalia celebravit, non quidem more Gentilium, sed ut Christianum decebat Imperatorem; nam Eusebius (*a*): *Cui* (inquit) *hoc pacto vitam transigenti, decimus sui Imperii annus confectus est; in quo dies festos solemnes, & publicos celebrare, precesque quibus gratias ageret, tamquam sacrificia quædam ignis, & nidoris expertia, Deo omnium Regi dicare cœpit.* Iisdem quoque Decennalibus ab eodem Constantino creati sunt Cæsares duo filii ejus, Crispus, & Constantinus. Qui autem hæc ad alia tempora referunt, erroris arguuntur auctoritate Nazarii rhetoris, ea oratione Panegyrica, quam habuit in Quinquennalibus eorumdem Cæsarum, dum aperte affirmat Constantinum egisse jam in Imperio annum decimumquintum, cum iidem Cæsares auspicarentur annum quintum. Sed reddamus verba Nazarii, cum loquitur de Constantino. *Quintum decimum annum maximus Princeps salutaris Imperii degit. Sed auguramur jam Vicennalia, & venturi fidem superiorum felicitate sentimus. Quinquennalia beatissimorum Cæsarum occupatos in gaudiis habent, sed in destinatis decenniis jam vota properantia, & spes volucres constituerunt*: & prope finem: *Quinquenniis igitur feliciter inchoatis, decennia Cæsarum nobilissimorum ultra posteros nostros extendenda, quam impense rogare, & orare nos conveniat, ipsis bonis temporum, & Reipublicæ utilitatibus admonemur.* Hæc Nazarius.

(*a*) *Euseb. in Vita Const. l. 1. c. 41.*

Decennalia Constantini.

II. Votorum solemnis nuncupatio.

Solita erat fieri ejusmodi pro salute Principis votorum nuncupatio tertia die post Kalendas Januarias (*b*), quando singulis annis una libra auri in septuaginta duobus (*c*) solidis obrizis, ipso anni principio, offerri consueverat; sed hæc temporibus Christianorum Imperatorum; nam olim (ut observavit Alexander *d*) collectam stipem ex voto nuncupato pro salute Principis jaciebant in lacum Curtii. Sed & alia fortasse ratione accidere potuit mutasse Constantinum ritum idololatriæ in hujusmodi auri oblationem; quibus enim ritibus atque verbis vota ejusmodi nuncupari olim solita essent, Tertullianus (*e*) tradit his verbis: *Ecce annua votorum nuncupatio; quid videtur? prima in Principiis, secunda in capitoliis.* Principia appellat domum Principis, post Nonas Januarias, seu tertio Nonas Januarii pro incolumitate Imperatorum fiebant, ut notatur in veteri Kalendario a Lambecio edito, & indicat Capitolinus in Pertinace. Distinguenda itaque tria Vota a Romanis pro salute & incolumitate suorum Principum nuncupari solita. Priora *III. Nonas Januarii*, ut jam dixi, fiebant, de quibus etiam Paulus J. C. lib. 50. Digest. L. 233. *De verborum significatione.* ubi ait: *Post Kal. Jan. die III. pro* SALUTE *Principis Vota suscipiuntur.* Secundo, Vota pro eorum Natali genuino singulis annis fiebant. Tertio, singulis quinquenniis ac decenniis, & sic deinceps, pro Natali Imperii eorundem Vota Quinquennalia & id genus alia solvebant, aliaque in proximum quinquennium suscipiebant. Errant enim, qui hæc ultima Vota singulis annis ab iisdem facta crediderunt. Card. Norisius in Dissert. de Numismate Licinii Aug. profert e Gaza Medicæa egregium Licinii Nummum inscriptum. LICINIUS AUG. OB DU FILII

(*b*) *l. si calumnietur §. post Kalendas ff. de verb. sign.*

(*c*) *De obl. votor. Cod. Theod. l. 7. in fin. & C. Just. l. 12. tit. 48.*

(*d*) *Alex. Genial. l. 3. c. 22.*

(*e*) *Tert. de Coron. milit. c. 12.*

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1068. Olymp. 273. an. 3. *secundum Baronium.* Olymp. 273. A. C. 315. I. *Consules. Decennalia Imperii Cæsarei Constantini.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5808.

⊙ 16. B. ☽ 12. P. 10. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 315.

SILVESTRI PAPÆ 2.

CONSTANTINI 10. LICINII 9.

[1] ANum. I. ad V. Coss. *Constantinus Aug. IV. & Licinius Aug. IV.* Uterque juxta secundam regulam; ob *Decennalia* nempe Cæsarei Imperii a *Licinio* hoc anno exhibita, & ut conjicere licet, etiam a Constantino, quem certum est anno tantum sequenti Imperii Augustei Decennalia edidisse, & erasse Baronium, qui ea cum præsenti anno copulavit. Quæ autem eam in rem Cardinalis doctissimus affert, ad ea Vota pertinent, quæ tertio die

NOTÆ [1] COss. *Constantinus Aug. IV. & Licinius Aug. IV.* Vetus inscriptio in columna Ecclesiæ Brundusinæ apud Jo. Baptistam Pacichellum, Epistolarum P. II. pag. 96.

IMP. CAES.
DI. CONSTANTII
FILIO FL. AUR. CONSTANTI-
NO. PIO. FELICI. INVICTO. AUG.
CONS. IIII. P. P. PROCONSULI
LIBERATORI. REI. ROMANÆ.

Fasti Idatiani, Vindebonenses, Bucherii laterculi, & Prosperi Chronicon: *Constantino IV. & Licinio IV.*

cipis; addit: Accipe post loca, & verba: *Hunc tibi Juppiter bovem cornibus auro decoratum vovemus esse futurum*. Ne igitur ejusmodi impietatis vota pro sua salute nuncuparentur, in dictam auri pensitationem mutari jure voluit Constantinus.

III. Crispus & Constantinus Cæsares.

Sed & quod ad tempus creationis Cæsarum spectat; ex iis, quæ ex Nazario recitata sunt tam certa atque patienti a, erroris arguitur in primis Eusebii Chronicon, in quo legitur, octavo Constantini anno Crispum, & Constantinum creatos fuisse Cæsares. Cæterum Eusebius ipse in Vita Constantini, hoc ipso anno decimo ejus Imperii Constantinum filium ab eo Cæsarem nuncupatum tradit; quoto enim ejus Imperii anno singulos filios adsciverit in Cæsares, tradit his verbis (*a*): *Igitur cum triginta ipse annos in Imperio complevisset, filii ejus numero tres, Cæsares diversis creabantur temporibus. Primus, qui patris erat cognominis, decimo paterni Imperii anno honorem hunc adeptus est. Secundus, avi nomine appellatus Constantius, vicesimo fere Imperii paterni anno, quando publicus solemnisque omnium hominum conventus agebatur, renunciatus est. Tertius Constans fuit, qui ipso nomine, & appellatione præsens constansque tempus perspicue præseferens, tricesimo paterni Imperii anno ad honorem evectus est*: Hæc Eusebius, præteriens Crispum, volens eum de industria sepelire silentio, ne parentis facinus recoleretur aliquando, cum patris ille jussu necatus fuisset.

(a) Euseb. in Vita Const. l. 4. c. 40.

IV. (b) Aur. Victor. in Constant. Licinianus Cæsar.

Corrigendus ex his etiam est Aurelius Victor (*b*), qui tempore conventus Mediolanensis ambos Constantini filios, nec non Licinianum Licinii Imperatoris filium, viginti tantum mensium infantem creatos fuisse Cæsares tradit. Verum cum ille ex Constantia sorore Constantini, quæ tunc nuptui tradita fuit Licinio, natus sit; quomodo nondum natus, vel in utero materno conceptus potuit Cæsar creari? Cæterum longe a Victore discrepat Zosimus (*c*), & ipse errore lapsus, dum Licinianum Licinii filium a patre creatum Cæsarem dicit, non cum viginti mensium esset infans, sed annos viginti natum. At patentis quoque erroris arguitur ipse Zosimus, dum hos ab Augustis creatos Cæsares tradit post Cybalense certamen, quo Licinius a Constantino superatus est; illud siquidem post quinquennium gestum fuisse suo loco probabimus. Quod vero ad eosdem tres Cæsares simul creatos spectat; habet id ipsum Eusebii Chronicon, ubi de Crispo hæc adduntur: *Quorum Crispum Lactantius Latinis litteris erudit, vir omnium suo tempore eloquentissimus, sed adeo in hac vita pauper; ut plerumque etiam necessariis indiguerit, nedum deliciis*. Quando autem ipse Divinarum institutionum commentarios conscripserit, suo loco dicemus.

(c) Zosim. hist. l. 2.

Hoc eodem anno iisdem Consulibus, Constantinus Imp. dignam plane Christiano Principe edidit sanctionem, qua parentum inopiæ (cum illi filios, quos alere non possent, occiderent) cum ex fiscali, tum ex privata pecunia voluit esse consultum, in hunc modum ad Ablavium rescribens.

V. Constantini munificentia erga Pauperes.

Imp. (*d*) *Constantinus A. ad Ablavium. Æreis tabulis, vel cerussatis, aut linteis mappis scripta per omnes Civitates Italiæ proponatur lex, quæ parentum manus a parricidio arceat, votumque vertat in melius; Officiumque tuum hæc cura perstringat, ut si quis parens afferat sobolem, quam pro paupertate educare non possit, nec in alimentis, nec in veste impertienda tardetur, cum educatio nascentis infantiæ moras ferre non possit. Ad quam rem, & Fiscum nostrum, & rem privatam indiscreta jussimus præbere obsequia. Dat. III. Id. Maii, Naisso, Constantino IIII. & Licinio IIII. AA. Coss.* Hæc cum Constantinus omnibus Italiam habitantibus concesserit, reliquis provinciis

(d) l. 1. de alimentis. C. Theod.

PAGIUS FILII SUI. In postica, IOVI CONS LICINI AUG, & infra, SIC X. SIC XX. SMNT. Quæ ultimæ litteræ, inquit, sic legendæ: *Signata moneta Nicomediæ anno III.* Liciniani scilicet in Asia Imperii. Istæ vero, *Sic X. Sic XX.* SIC UTX. feliciter acta sunt, SIC XX. feliciter peragantur. In antica legendum, *Licinius Augustus oblatio devota filii sui*, sc. Licinii junioris hoc anno nati. Sed is Nummus præsenti anno, qui tertius fuit Licinii in Asia regnantis, cusus, non vero anno sequenti, ut existimabat idem Card. doctissimus, qui mortem Maximini anno CCCXIV. cum Baronio contigisse putabat.

II. *Decennalia Imperii Cæsarei Licinii.*

Licinius itaque currenti anno, qui quintus erat ab eo, quo Imperii Cæsarei Quinquennalia dedit, ejusdem Imperii Decennalia celebravit. Ad quæ referenda Inscriptio, quæ exat apud Gualterium in Antiquis Inscriptionibus Siciliæ.

RESTITUTORI. LIBERTATIS. AC FUNDATORI. PUBLICÆ. SECURITATIS. D. VAL. LICINIANO. LICINIO PIO. FELICI. INVICTO. AUG. DOMITIUS LATRONIANUS V. C. CORR. P. S. DEVOTUS. N. M. QUE. EIUS.

Em. Card. Norisius loco laudato cap. 2. arbitratur, eam Licinio dicatam fuisse anno CCCXIV. quo Domitium Latronianum fuisse Correctorem Provinciæ Siciliæ colligitur ex epistola Constantini ad *Chrestum* Syracusanum Episcopum apud Eusebium lib. 10. cap. 5. Verum, ea anno Decennaliorum Licinii, currenti nempe, sculpta, quo ideo Latronianus adhuc dignitatem obtinuit. Novi enim tituli Imperatoribus annis hujusmodi solemniis addictis de more dati. Quare quemadmodum Constantinus anno sequenti, quo Imperii Augustei Decennalia edidit, appellatus est *Li-*

ciis alia ratione consuluit; nimirum ut sic parentibus egentibus concederetur distractio liberorum, ut tamen redimi semper possent; quod constituta ab eo sanctio indicat, quæ est hujusmodi:

VI. (a) l. 2. C. de patribus qui filios distraxer.

Imp. (*a*) *Constantinus Augustus Provincialibus. Si quis propter nimiam paupertatem egestatemque victus causa filium, filiamve sanguinolentus vendiderit; venditione in hoc tantummodo casu valente, emptor obtinendi ejus servitii habeat facultatem. Liceat autem ipsi qui vendidit, vel qui alienatus est, aut cuilibet alii, ad ingenuitatem eum propriam repetere; modo si aut pretium offerat, quod potest valere, aut mancipium pro ejusmodi præstet*: Hæc Constantinus in reliquis provinciis voluit observari. Verum ea quæ in Italia consistentibus placuit impartiri, postea quoque ad exteros prorogavit, nempe eos qui in Africa egentes forent; ut datum ab eo rescriptum ad Menandrum significat, de quo ipso quo datum est anno, agemus. Ingentem plane auri copiam ad hæc præstanda, fuisse ab eodem Constantino erogatam, omnes puto perfacile intellecturos. Ex iis itidem quisque videre potest, quam calumniose agat in Constantinum Zosimus, qui religiosissimi ac munificentissimi Principis avaritiam crebro fugillat.

VII. (b) Euseb. Vit. Constant. l. 1. c. 36. Constantini erga Pauperes cura propensior.

At de ejus Principis erga pauperes liberalitate Eusebius (*b*) editis a se libris egregie testatur his verbis: *Exteris præterea, qui illum adibant, benignum, & liberalem se præbere; miseris etiam, & abjectis, qui in foro, & plateis pallam mendicabant, non pecunias solum, & res ad victum necessarias, sed etiam decentem corporis vestitum subministrandum curare. Illis quoque qui prima ætatis tempora feliciter traduxissent, & prospere, post tamen, gravi vitæ facta mutatione, in res asperas afflictasque incidissent, lautiora uberioraque vitæ subsidia impartire, & beneficia magnifica animoque vere regio digna conferre. Quorum nonnullis agrorum donare possessiones, alios variis dignitatis ornamentis cohonestare. Quos autem orbitas misere afflictavit, eos patris curare loco: viduas mulieres omni ope destitutas recreare, propriaque ac sua provisione illis sedulo prospicere: eodem modo etiam puellas parentibus orbas, & ab eorum auxilio destitutas jam, viris sibi notis, & locupletibus matrimonii vinculo jungere: istaque præstare, eas res large, & liberaliter nuptis suppeditando, quæ illarum viris in nuptiis contrahendis essent necessario conferendæ. Quemadmodum Sol super terram oriens omnibus claros sui luminis radios affatim profundit; sic Constantinus simul cum Solis ortu in regis ædibus apparens, & tamquam cum luminari illo cœlesti pariter illucescens, omnibus qui in ipsius aspectum prodibant, eximium singularis suæ probitatis splendorem & claritatem exhibuit. Neque quisquam certe ad eum adventavit, qui non aliquo bono potitus sit; neque eos spes bona frustrata est, qui ab eo aliquid expectarent auxilii*: Hactenus Eusebius. Sed de profusa Constantini erga pauperes munificentia sæpe inferius agendum erit.

Hoc quoque anno idem Constantinus, dato ad Evagrium rescripto, Judæorum procaciam cohiberi præcepit. Etenim cum prosperis Christianorum rebus complures ex illis permoti a patrio ritu descisceret, & ad Christianam fidem capessendam sese conferrent, eorumque contribules, id indigne ferentes, ipsos hostiliter ad necem usque insequerentur; Constantinus his prospiciens, qua decebat severitate, furentes illorum animos edita hujusmodi lege compescuit:

VIII. Judæos cohibet Constantinus.

Constantinus (*c*) *Imperator ad Evagrium. Judæis, & majoribus eorum, & Patriarchis volumus intimari: Quod si quis post hanc legem, aliquem, qui eorum feralem fugerit sectam, & ad Dei cultum respexerit, saxis, aut alio furoris gene-*

(c) l. 1. de Judæis Cod. Theodos.

PAGIUS *Liberator Urbis & fundator quietis*, ut videre est in Elogio, quod legitur in ejus Arcu triumphali, a nobis recitato anno CCCXII. num. IX. pari eademque ratione Licinius in suis Decennalibus vocatus est *Restitutor libertatis*, ac *Fundator publicæ securitatis*, in Inscriptione, quam mox retulimus. De Decennalibus *Constantini* anno sequenti agemus.

III. *Crispus, Constantinus & Licinius Cæsares dicti.*

In Fastis Idacii sub Consulatu Gallicani & Bassi anno CCCXVII. gesto habetur: *His Consulibus tres Cæsares, Crispus, Licinius, & Constantinus die Kal. Mart.* Eundem annum ac diem exhibet Auctor Chronici Alexandrini. Is dies electus, quia eodem die *Constantius Chlorus* Crispi & Constantini junioris avus dictus etiam Cæsar fuerat. Hæc itaque nuncupatio facta anno CCCXVII. quo *Licinius* Augustei Imperii Decennalia peregit, quod etiam liquet ex horum Cæsarum Quinquennalibus & id genus festis. Nec contrarius est Victor in Epitome, ut putabat Baronius, quia ille Epitomatorum more, postquam locutus est de nuptiis Licinii & Constantiæ, ex qua natus Licinianus Licinius, ait, hunc *mensium fere viginti*, & Constantinum *iisdem diebus natum oppido Arelatensi* Cæsares effectos esse, & postea loquitur de duobus bellis Constantinum inter & Licinium factis, non quod Victor existimarit, ea bella hanc nuncupationem præcessisse; sed quia duo illa bella, inter quæ Cæsares illi creati, uno tenore recitare voluit. Neque etiam erravit Zosimus lib. 2. ut arbitratus est Baronius, quando, bello Cibalensi narrato, ait, Constantinum tres illos Cæsares designasse; cum ea creatio, ut diximus, anno CCCXVII. facta sit, & bellum Cibalense ad annum CCCXIV. pertineat, ut anno sequenti ostendemus. Denique Consulatus Licinii Cæsaris, & primus Crispi ac Constantini juxta primam regulam sumti rem extra omnem controversiam ponunt.

Baron. n. XII.

Baron. n. IV.

A nume-

re (quod nunc fieri cognovimus) ausus fuerit adtentare, mox flammis dedendus est, & cum omnibus suis participibus concremandus. Si quis vero ex populo ad eorum nefariam sectam accesserit, & conciliabulis eorum se applicaverit, cum ipsis pœnas meritas sustinebit. Data XV. Kalen. Novemb. Murgillo. Constantino. A. IIII. & Licinio A. IIII. Coss.

IX. Judæos rebellantes punit Constantinus.

Usque adeo autem Christianorum summa felicitas perculit animos Judæorum, ut livore tabescentes, & plane indigne ferentes se Christiano Principi esse subjectos, seditionem concitarint, atque ab eo defectionem parantes rebellionem conflarint. Quomodo autem in eos animadverterit Constantinus, S. Jo: Chrysostomus enarrat his verbis (*a*): *Post hunc,* nempe Hadrianum, *sub Constantino rursum eadem aggressi sunt, rebellare adversus Romanum Imperium scilicet. At ille amputatis illorum auriculis, ac rebellionis signo impresso corpori illorum, per omnia loca circumferebat illos, ceu fugitiva mancipia & verberones, corporibus mutilatis conspicuos illos faciens omnibus, ac eos qui per omnes regiones erant sparsi erudiens, ne in posterum eadem conarentur.* Hæc Chrysostomus. Quonam autem anno hæc de Judæorum rebellione acciderint, haud exploratum habetur. Cæterum in hunc modum a Constantino retusa eorum audacia fastuque compresso, jam posthac sponte ipsi eidem paruere; qui (quod religiosum Principem decet) nequaquam inimice eos ulterius prosecutus est, sed ut de reliquis sibi subditis optime meritus; quod data ab eo pro illis rescripta (*b*) declarant quibus complura illis indulsit.

(*a*) *Chrys. adver. Jud. homil. 1. tom. 5.*

(*b*) *l. 2. 3. 4. 5. de Jud. Cod. Theod.*

X. Acta Silvestri in quibus vera probentur.

Ex his autem, quæ hoc anno adversus Judæos Constantinum statuisse diximus, conjectura aliqua comprobari videtur pars Actorum illorum, quæ Silvestri dicuntur, in qua hoc ipso anno, iisdemque Coss. narratur habita Romæ coram Constantino Imp. & Helena matre celebris disputatio illa inter Judæos atque Silvestrum, delectis arbitris Cratone philosopho, atque Zenophilo V. C. Quibus devictis, ac penitus confutatis (ut ex iisdem apparet) Constantinus adversus eos, quæ sunt recensita, hoc eodem anno statuerit. Sed complura deinceps addita sunt; quæ eorumdem Actorum veritati adversantur penitus, ac contradicunt. Præstat autem hic primum ipsorum describere exordium, quod est hujusmodi ex codicibus Vaticano, S. Mariæ Majoris, atque bibliothecæ nostræ descriptum: *Constantino quater, & Licinio tertio* * *Coss. die Iduum Martiarum, facta est Synodus in urbe Roma, in qua diversarum provinciarum fuere Episcopi numero septuagintaquinque, sacerdotes Judæorum centum novem, exceptis iis duodecim, qui ab Isachar Pontifice altercationis gratia fuerant destinati, &c.*

* quater

XI. Conventus convocandi ratio.

Convocandi autem Judæos ad conventum illum, hæc ibi causa prætexitur: Quod Helena cum esset in Oriente una cum duobus nepotibus Constantino atque Constante Augustis, & Gentilis adhuc a Judæis pene Judæa effecta, & commota in Constantinum filium, quod Christianam religionem sectaretur, ad eundem infenso animo scripserit, multaque blasphemans in Christum, ipsum ad Judæorum tandem amplexandam religionem invitarit. Ad quam ille rescribens, statuit, ut utra nam præstantior religio foret, Christianorum, an Judæorum, in publico conventu Romæ celebrando, disputatione inter eos habita probaretur; sicque a Judæorum summo Pontifice Isachar fuisse delectos præstantissimos quosque Judæorum, qui contra Silvestrum cæterosque Christianos Episcopos coram ipsorum patrona Helena, & Constantino Augusto dissererent.

XII. Helena Christiana ante Constantinum.

At in iis quidem complura veritati manifeste adversantia inesse perspicue demonstratur, nimirum quod Helena post Constantinum Christiana fuerit, cum ipsamet extiterit, quæ eumdem filium Constantinum ad pietatem a puero instituerit, ut auctor est S. Paulinus, qui hoc eodem sæculo celebris in Senatu fama claruit; ipse enim ad Severum scribens, hæc ait, (*c*): *Manfit hoc sæculi prioris nefas in tempora nostris proxima Constantini, qui Princeps esse Principibus Christianis non magis sua quam matris Helenæ fide meruit.* Hæc Paulinus claritudine generis doctrinaque insignis, & sanctitate præclarus, ob idque dignus cui magis credatur, quam Eusebio (*d*) asserenti, Helenam ante pietate minime imbutam, piam redditam per Constantinum. At quonam pacto, quæso, quis dixerit Gentilem, & Christo adversariam adhuc Helenam his fuisse temporibus, si filia ejus Constantia Licinio nupta (ut diximus) Christiana erat? ut appareat tenellam virginem e secretis maternæ domus penetralibus progredientem Christianam nonnisi ex materna institutione id consequi potuisse.

(*c*) *Paulin. epist. ad Sever. 11.*

(*d*) *Euseb. in Vita Constantini l. 3. c. 46.*

XIII. Helena quando venit in Orientem.

Quam rursus deforme mendacium, dicere Helenam cum Constantio, & Constante Augustis hoc anno fuisse in Oriente; cum iidem (ut demonstratum nuper est) necdum Cæsares hoc anno creati essent, sed Constantius post annos decem, post viginti vero Constans Cæsarum dignitatem fuerint consecuti? Sed abhorret procul a veritate pariter, quod dicitur de Isachar Judæorum summo Pontifice; cum exploratissimum sit a tempore excidii Hierosolymitani sub Tito desiisse penitus creari summos Pontifices, prorsumque exolevisse apud eos Pontificis nomen; qui autem apud eos tenebant principem locum, ab illis Patriarchæ; reliqui vero magistratus Archisynagogi, Apostoli, atque Presbyteri appellabantur. Est de his in primis locuples testis Epiphanius (*a*) agens adversus Ebionitas; necnon ejusdem Constantini atque aliorum Principum sanctiones (*b*) idem testantur.

(*a*) *Epiph. hæres. 30.*

(*b*) *l. 12. 13. 14. de Jud. C. Theod.*

XIV. Acta Silvestri corrupta.

Hæc sunt, quæ in ipsorum Actorum narrationis limine confutanda sese offerunt; ut manifeste appareat, Acta ipsa Silvestri (quod diximus) additamenta extrinsecus accepisse, quibus reliqua, quæ vera esse noscuntur, nonnihil in suspicionem adduci posse videantur. Quis prudens non adhuc videat in superapposita ipsis Actis præfatione commentum, dum (quisquis auctor, vel interpres ille fuerit) affirmat ea se ex Græco vertisse, accepta ab Eusebio Cæsariensi illorum Actorum auctore? quod certe post Gelasii tempora irrepsisse, nemo est qui dubitet; cum Gelasius (*c*) ipse aperte testetur se ignorare, qui ea scripserit, auctorem, cum ait: *Item Actus beati Silvestri Apostolicæ sedis Præsulis, licet ejus, qui conscripsit, nomen ignoretur; a multis tamen in urbe Roma Catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multæ hæc imitantur Ecclesiæ:* Hæc ipse. Qui igitur ausus fuit adversus Gelasii assertionem adeo temere, præfationem illam addendo, auctoris nomen ex animi sententia fingere, certe nec veritus est mendacia alia iisdem superaddere, ac commentitia plane veris annectere.

(*c*) *Gelas. in Conc. Rom. in decret. de lib. authent. & apocryph.*

XV.

Cæterum haud multo fideliora iis esse probantur, quæ de eadem disputatione Silvestri a Græcis scripta sunt, nempe Zonara (*d*), Metaphraste (*e*), Glyca (*f*), Nicephoro (*g*) atque Cedreno (*h*), qui nullo pacto audiendus est, dum hæc

(*d*) *Zonar. Annal. t. 3.*

(*e*) *Metaph. die 2. Jan.*

(*f*) *Glyc. in Anna l.*

(*g*) *Niceph. l. 7. c. 36.*

(*h*) *Cedren. in Comp.*

Nonnulla improbata.

Quam vero portentosum mendacium illud est, quod in iisdem Actis ab eodem Metaphraste descriptis asseritur, Silvestri institutum esse, ut dies prima, Dominica diceretur? cum ejusmodi nomen constet inventum temporibus Apostolorum, ut primo ac secundo Annalium tomo diseruimus; nomina quoque reliquorum sex dierum, ut Feriæ dicerentur, jam olim in Ecclesia institutum, alias Tertulliani (*i*) auctoritate apertissime demonstravimus.

XVI. De die Dominico atque feriis.

(*i*) *Tert. adversus Judæos c. 1.*

Demum, ut alia prætermittamus, omnem de iisdem Silvestri Actis disputationem hac sententia claudimus, ut dicamus, ea quidem vere accidisse, sed non in omnibus vera esse quæ hodie extant, nimirum deturpata compluribus, (ut vidimus), quæ aliunde irrepserunt mendaciis. Quæ autem vera atque legitima erant, sicut ante Gelasium tantum eis antiquitas detulit, ut cum Romæ tum in multis aliis Ecclesiis legerentur, ita post Gelasium tantum abest, ut illorum imminuta sit fides, ut absque dubitatione eadem pro veris certisque sint habita; nam ab Hadriano Romano Pontifice ad Carolum Magnum scribente, citata reperiuntur his verbis (*k*): *In ipsis enim exordiis Christianorum, cum ad fidem converteretur Imperator Constantinus, mater sua Helena*

XVII. Quæ fides Silvestri actorum.

(*k*) *Hadr. epist. 3. ad Carolum Magnum Imp. in qua refelluntur objectiones contra 7. Synodum.*

PAGIUS

IV. *Acta S. Silvestri suppositiția.*

A num. X. ad XVIII. Narrant Acta *S. Silvestri* factam hoc anno Romæ Synodum, cui diversarum Provinciarum Episcopi numero LXXV. interfuerint, & *Helenam* tunc adhuc gentilem, sed a Judæis pene Judæam effectam Constantinum filium ad Judæorum Religionem amplectendam invitasse. Quæ, similiave narrasse confutasse est. Quis enim sibi persuadeat, in unum Concilium convenisse Christianorum Antistites & Judæorum Sacerdotes ad disputationem de Religione ineundam? Quis duodecim Rabbinos ab *Isachar* Summo Sacerdote delectos sibi fingat, qui

PAGIUS

V.

qui contra Christianam Fidem disputarent; cum a tempore excidii Hierosolymitani desierint creari Summi Pontifices. Quare S. Silvestri Acta plane supposititia esse minime dubitandum.

Variæ etiam ibidem *indulgentiæ* a S. Silvestro dicuntur concessæ tam Basilicæ Lateranensi, quam Basilicæ S. Sebastiani extra muros, quæ etiam commentitiæ; quod manifeste liquet ex verbis in Lapide Basilicæ S. Sebastiani expressis: *Eamdemque* (indulgentiam a Silvestro largitam) *successores ejus in festis duplicibus & in Quadragesimæ duplicarunt.* Cum tamen appellatio *Duplicium*

Indulgentiæ in Actis S. Silvestri memoratæ commentitiæ.

Helena Augusta ad eum cum duodecim Scribis, & Phariseis ac magistris, & Principibus Judæorum in Urbem venit Romam, & ipsa una cum filio suo Constantino Augusto Concilium Judæos cum Christianis facere censuerunt. In quo præsidens S. Papa Silvester cum plurimis sanctissimis Episcopis, in ampliorem statum dilatantes Christianorum fidem, tam per sacram Scripturam, quam per miracula, Domino protegente, victores effecti sunt: Hucusque Hadrianus.

XVIII. Judæorum conatus adversus Christianam fidem.

Solebant Judæi (quod secundo Annalium tomo dictum est) ob Christianorum gloriam invidia æstuantes, jugiter illis negotium facessere, quæstionibus sæpius provocare, contumeliis appetere, jurgiis lacessere, in eosdem proclamare, atque interdum non verbis tantum, sed & verberibus agere; quod ex Justino philosopho, & martyre superius diximus. Quos, par est credere, his temporibus videntes eamdem Christianam religionem eminentissimo illo summæ gloriæ gradu repositam, Imperatoriis quoque splendoribus illustratam, ac præter spem admirabili amplitudine auctam atque mirifice propagatam, majoribus odiis exarsisse, & gravioribus invidiæ stimulis exagitatos studuisse, cum matrem Helenam Augustam, tum ipsummet Constantinum Imperatorem, quibus valerent artibus, ac magia quoque, si possent, a suscepta Christiana religione penitus revocare; egisseque pro suis moribus (quos primo Annalium tomo ex majorum sententiis satis expressimus) procacibus suggestionibus, importunis petitionibus, efficacioribus precibus, & clamoribus petulantibus, ut coram ipsis in publico audirentur conventu adversus eamdem Christianam religionem disputantes, eosdemque perinde ac justæ causæ fidentes insisterent, ante certamen victoriam sibi pollicentes, pietatem veram, & salutem Principum quos inclamarent a Christianis esse deceptos, in omnibus audacter præseferentes: quibus tandem annuerit Helena, & persuasus quoque Constantinus fuerit; cum tamen iisdem publice auditis, publice redargutis, confutatis, ac penitus convictis, idem Constantinus ad coercendam, & reprimendam reliquorum Judæorum invincibilem petulantiam, retundendamque implacabilem pertinaciam, & furorem, quibus eos exagitarent, qui a veritate persuasi atque victi, a superstitione Judaica recessissent, adversus ipsos ad Evagrium (ut dictum est) scribens, ea hoc anno, quo eadem sunt gesta, statuerit Roma absens; cum, ipso præsente, nequaquam ausi fuerint recedentes ab eorum secta (ut habent rescripti verba) lapidibus insectari. At de his hactenus. Cæterum quod spectat ad ipsa Silvestri Acta, quænam vera sint atque legitima, lapis Lydius demonstrabit.

His quoque temporibus manifeste innotuit Ariana hæresis; Arius enim, qui hactenus, velut Proteus, jam a tempore Petri martyris Episcopi Alexandrini sub diversis latuerat formis, modo inhærens Catholicis, modo vero schismaticis, impius omnino detectus, ab Alexandro Episcopo Alexandrino sæpe monitus, sed in sententia pertinax, ab eodem presbyterio exuitur. Propalatum eum quidem fuisse a Meletio, Epiphanius auctor est, qui ait (*a*): *Meletius Alexandriæ exiftens, & ad tempus illic degens, propriam habens communionem cum suis, Arium deprehendit, & ad Alexandrum detulit, quod deprehendisset Arium in ipsius narrationibus extra propositum fidei transgressum. Erat enim hic in Baucalide Ecclesia, sic appellata in Alexandria, presbyter, &c.* Idem vero alibi (*b*) agens de iis, quos Arius ipse seduxerat, hæc ait: *Dulcis erat in colloquio, persuadens semper animas, ac blandiens; quapropter valde cito septingentas virginitatem professas in unum contraxit, & fama est, ipsum etiam presbyteros septem, & diaconos duodecim abstraxisse: sed & venenum ipsius statim usque ad Episcopos pervenit: Secundum enim Pentapolis Episcopum, & alios persuasit, ut simul cum ipso abducerentur. Fiebant autem hæc in Ecclesia*,

XIX. Ariana Hæresis innotescit.

(*a*) *Epiph. hæresi 68.*

(*b*) *Epiph. hæresi 69.*

PAGIUS *cium* festorum seculo XIII. primum cœpisse videatur. Quotquot enim, inquit Papebrocius in Conatu Chronico Historico pag. 49. de Officiis Ecclesiasticis scripserunt, ejusmodi appellationem ignorant, solumque sciunt *Solemnitates, Dominicaliaque & Ferialia festa* distinguere; festa autem Sanctorum, quæ quidem sunt novem Lectionum, ad modum Officii Dominicalis, quæ vero trium, ad modum Ferialis jubent ordinari. Primus, qui hactenus invenitur *Duplex* appellasse, fuit Bonifacius VIII. in 6. Decret. lib. 3. titul. 22. *nonnullos prædecessorum* suorum, *qui aliquorum festa Sanctorum sub duplici ordinaverunt officio celebranda, imitari intendens*. Unde hoc saltem habetur a Silvestri ætate longissime remotos intelligi debere, qui afflictas ei indulgentias pretenderentur pro *Duplicibus* duplicasse. Tam diutur-

na autem tolerantia Apostolicæ Sedis, sub cujus oculis tum in Lateranensi, tum in aliis nonnullis antiquissimis Ecclesiis manent exposita monumenta indulgentiarum, velut a S. Sylvestro eas visitantibus concessarum, sufficiens videtur ad supplendum quemcunque juris ac facti defectum. Quamvis enim nequeat efficere Pontifex, ut a *Sylvestro* datæ sint, quæ datæ non fuerunt; facere tamen potest, ut eæ revera ibi nunc obtineantur, æque si ab ipso *Sylvestro* promanassent, ut inquit Papebrocius laudatus.

Ad num. XIX. & seqq. *Ariana* Hæresis initio quidem Alexandri Alexandrini Episcopi innotescere cæpit, sed ante annum trecentesimum vicesimum primum in Concilio Alexandrino, in quo fere centum Episcopi Ægypti sederunt, ab eo non damnata. Ex epistola enim S. Athanasii

VI. *Initium Hæreseos Arianæ.*

clesia, ignorante beato Alexandro Episcopo, donec Meletius in Ægypto etiam ipse Archiepiscopus ex Thebaide, de quo jam a me dictum est, revelaret: Hucusque de progressu Arii Epiphanius, usque ad tempus quo Alexandro Episcopo Alexandrino ejus impietas tandem innotuit.

XX. De tempore ortus Arianæ hæresis.

Quid autem ipse egerit adversus Arium Alexander, cum hæc rescisset, dicemus; sed primum de tempore, quo cœpit Ariana hæresis innotescere, accuratius est disserendum. Ad hunc plane annum sub iisdem Coss. Arianam hæresim referre videtur Orosius (*a*), cum de tempore agens, quo Crispus & Constantinus Cæsares creati sunt (quod hoc anno contigisse diximus) mox subdit: *His diebus Arius, &c.* Certe quidem hoc ipso anno, antequam Licinius Imperator Constantino infensus, & pietatis hostis Christianam religionem persequi aggrederetur, jam cognitam & diffamatam fuisse Arianam hæresim, ex Lactantio certum deducimus argumentum: qui (quod & superius demonstravimus) in præfatione librorum, quos scripsit ad Constantinum, hæc loquitur ad eum jam credentem in Christum, & impietatem aversantem: *Pro quo facto dabit tibi Deus felicitatem, virtutem, diuturnitatem; ut eadem justitia, qua juvenis exorsus es, gubernaculum Reipublicæ etiam senex teneas; tuisque liberis, ut ipse a patre accepisti, tutelam Romani nominis tradas; nam malis qui adhuc adversus justos in aliis terrarum partibus sæviunt, quanto serius, tanto vehementius idem omnipotens mercedem scelleris exolvet: quia ut est erga pios indulgentissimus pater, sic adversus impios vectissimus Judex*: His plane & aliis locis, quæ suo loco inferius ponentur, Lactantius velut digito signat persecutionem a Licinio in Oriente excitatam (quod contigit anno sequenti) quo tempore cum hæc scriberet, de Ariana hæresi alibi meminit tamquam cuique nota, & ubique vulgata, dum ait (*b*): *Cum enim Phryges, aut Novatiani, aut Valentiniani, aut Marcionitæ, aut Anthropiani, aut Ariani, seu quilibet alii nominantur, Christiani esse desierunt ii, qui, Christi nomine amisso, humana & externa vocabula induerunt*: Hæc Lactantius; quæ est & omnium exemplarium vetus atque germana lectio, qua inter alios quoque hæreticos Ariani nominantur.

(*a*) *Oros. l. 7. c. 28.*

(*b*) *Lactan. l. 4. c. ult.*

XXI. Lactantii locus decurtatus redintegratur.

Sed unde, rogo, Lactantii restitutor (quod profitetur) Michael Thomasius tantum sibi arrogat (pace ipsius dixerim, familiariter enim ipso, dum viveret, usus sum) ut in sua editione verba illa: *Aut Ariani* expunxerit? & cujusnam codicis, vel auctoris testimonio? Siccine veteres emendantur scriptores, ut ex animi sententia prout lubet, verba e textu subducantur, nec vel saltem in margine collocentur? At quomodo non reveritus Aldi lectionem, immo, & codicum antiquitatem, quibus idem ipse usus est, & præcipue Vaticanis, quos ad locorum emendationem citare sæpius consuevit, in quibus omnibus ea verba scripta leguntur? Novem enim ibi extant Lactantii operum exemplaria antiquitus scripta, eademque typis excusa ante annos centum; in quibus omnibus (ut dictum est) inter alios hæreticos a Lactantio Ariani ponuntur: idemque reperitur in duobus exemplaribus fideliter scriptis, quæ in nostra Bibliotheca extant. Vel cur sicut in cæteris locis emendandis aut elucidandis egregie præstitit, nequaquam, quare id faceret aliquam saltem, vel levem rationem attulit? Sed videlicet sic vulneratum a se textum absque ligamento reliquit, quod sciret eum suæ ipsius adversari sententiæ, qua in præfatione professus est, Lactantium suos scripsisse libros, antequam Ariana hæresis prodiisset; nam ait: *Quod aliqui hunc auctorem tamquam Arii sectatorem accusent, ferendum nullo modo est, cum ipse ante Arium vixerit, & scripserit*: Hæc ipse. Sed mea sententia multo solertius atque verius Lactantium excusasset, si ex ejus scriptis dixisset: Quomodo Lactantius ab aliquo Aria-

PAGIUS *sii* ad Episcopos Ægypti & Lybiæ, quæ titulo primæ Orationis contra Arianos haud recte insignitur, ubi asserit, quod Ariani *ante annum tricesimum sextum Hæretici declarati atque ab Ecclesia submoti* sunt, manifeste deducitur, Synodum Alexandrinam adversus Arium congregatam esse anno trecentesimo vicesimo, aut insequenti, si Athanasius annos incompletos, ut plerumque fit, pro completis numerarit; cum, ut suo loco videbimus, anno CCCLVI. scripta fuerit. Nam quod *de judicio totius Synodi Oecumenicæ* subjungit Athanasius, aliter intelligi non potest, quam quod Synodus eo anno celebrata Alexandrinæ sententiam confirmarit. Porro Papebrocius die secunda Maii in Vita S. Athanasii recte observat, epistolam quæ ante illam Synodum ab Alexandro Episcopo Alexandrino in alia Synodo Alexandrina, de qua-

mox agam, ad Alexandrum Episcopum Constantinopolitanum data est contra Arium, quæque refertur a Theodoreto lib. 1. cap. 4. in eo notabilem esse, quod in Historia Concilii Nicæni Gelasio Cyziceno adscripta addantur eidem subscriptiones Presbyterorum & Diaconorum Alexandrinæ & Marcotidos *consentientium dejectioni Arii*, ubi inter Alexandrinos Diaconos quarto loco invenitur *Athanasius Diaconus similiter*.

VII. *Lactantius libros Institutionum scribit.*

Concilium itaque Alexandrinum II. perperam currenti anno tam in Annalibus quam in editione Labbeana Conciliorum configuratum. Male etiam ab Henschenio die 26. Februarii in Vita S. Alexandri Episcopi Alexandrini in annum CCCXXVII. collatum, quod Orosius lib. 7. cap. 8. postquam de Cæsarum nuncupatione eo anno facta locutus est, de *Arii* ejectione ab Ecclesia sermonem instituat. Hæc enim diversis annis

Arianus censeatur ; qui cum multis aliis in locis confessione sinceræ fidei Ario adversetur, adeo perspicue in citato superius loco Ariana ab eo taxatur hæresis, & inter alias hæreses annumeratur ? Cæterum ipsum tempore Arii vixisse, atque scripsisse, tum quæ superius de eo dicta sunt, tum quæ dicentur inferius, manifestissime declarabunt. Maneat igitur integra vetus atque germana lectio illibata, antiquorum omnium atque recentiorum codicum consensione firmata. Sed ad rem.

XXII. Ariana Hæresis ante persecutionem Licinii. * al Basilius.

Rursum quod ad tempus spectat obortæ Arianæ hæresis, eo quoque redditur argumento perspicuum, ipsam innotuisse ante exortam persecutionem Licinii, quod cum S. Basileus (*) Episcopus Amasænus, dum Nicomediæ detineretur in carcere, paulo post martyrium subiturus, adiit eum per Elpidiphorum Joannes presbyter Nicomediensis, qui ejusdem Basilei Acta conscripsit, petens ab eo instrui atque certior reddi, quænam vera esset Catholicæ fidei assertio, num scilicet aliorum dicentium Dei Filium sine principio a Patre genitum, an eorum qui assererent, ut Arius, creatum in tempore (inter utramque partem dissidia idem jam fuisse exorta testatur, Nicomediæ præsertim, adversantibus Catholicis Eusebio ejus sententiæ assertori atque patrono) : Basileus inquam tunc martyrii candidatus eumdem Joannem rectam sententiam de æquali cum Patre Filii divinitate perdocuit, quæ omnia idem ipse Joannes scriptis suis memoriæ commendavit.

XXIII. Ariana hæresis jam damnata.

Sed & cum Ariana hæresis inter alias olim damnatas a Lactantio recenseatur, plane intelligitur, eam Ecclesiæ judicio jam fuisse convictam pariter atque proscriptam ; quod accidit ex Concilio Alexandriæ ab Alexandro Episcopo celebrato. Licet autem de certo anno non liqueat ; tamen satis est (quod contendimus) demonstrasse, præsentem annum nequaquam prætergressam esse. At quoniam de Ario possunt plura, atque diversa tempora considerari ; inde quoque evenit, ut de ejus temporibus variæ sint sententiæ. Primum enim tempus perpendendum est, cum ab Alexandro de Ario judicium factum est, quando detectum (ut diximus) & ad eumdem Alexandrum delatum, ipsum pugnaciter hæresin defendentem exuit presbyteratus ordine, atque una cum sociis impietatis, collecto adversus eos Concilio centum fere Episcoporum, a Catholica communione ejecit ; quæ omnia hoc tempore ante Licinianam persecutionem gesta fuisse videntur. Aliud quoque tempus Arianæ hæresis attendendum est, quando sic Ario atque Arianis a Concilio excommunicatis, eorum patrocinium suscipiente Eusebio Nicomediensi Episcopo, toti plane innotuit Orienti, & Occidenti perspicua facta est ; quando, inquam, idem Alexander coactus est de eo epistolas dare ad omnes Catholicæ religionis Antistites, quibus quæ gesta essent adversus eum, ejusque sectatores, & quinam illi forent, significaret, deque patrocinio ipsorum ab Eusebio Nicomediensi suscepto certiores pariter redderet, notasque eisdem faceret Arii hæresis execrandas positiones. Sed contigisse hæc post victum Licinium, reddita Ecclesiæ pace, suo loco dicturi sumus.

XXIV.

Arii vero lapsus occasionem repetens Theodoretus (a) hæc ait: *Per idem tempus Arius, qui in numerum presbyterorum adscriptus erat, cuique sacrarum litterarum interpretatio concredita, cum videret Alexandrum ad Episcopatus gubernacula designatum, invidiæ flammam, qua incendebatur, minime reprimere, sed ea vehementius inflammatus materiam contentionis, & discordiæ in dies aucupari laboravit ; ac tametsi in præstabilem eximiamque Alexandri vivendi rationem aciem acriter intendendo, nihil ad falsam criminationem contra eum confingendam potuit omnino reperire, tamen æstus invidiæ eum quiescere non sivit. Ipsum igitur cum hostis veritatis diabolus nactus esset, ejus conatibus Ecclesiam procellis miscere exagitareque instituit ; nam persuasit illi, ut Apostolicæ Alexandri doctrinæ aperte resistere. Itaque ut Alexander, sacrarum literarum disciplinæ obsecutus, Filium Patri honore parem, eamdemque habere cum Genitore substantiam docuit, sic Arius, palam contra veritatem pugnans, eum creatum, & factum affirmavit ; quinetiam adjecit, tempus aliquando fuisse cum non erat ; & alia nonnulla, quæ ex ejus libris multo apertius intelligi possunt. Atqui ista non in Ecclesia solum, verum etiam extra in circulis, in hominum congressionibus differere cæpit ; per ædes quoque circumcirca grassari, ut quos posset, in istorum errorum laqueos induceret.*

(a) Theod. l. 3. c. 3.

Lapsus Arii occasio.

XXV.

Alexander igitur, Apostolicæ doctrinæ patronus, primum exhortatione, & consilio eum a sententia deducere tentat ; cæterum ubi Corybantum more insanire vidit, & impiam doctrinam palam prædicare ; de dignitate sacerdotali dimovet (a), Evangelii præcepto obsecutus : Si oculus tuus dexter scandalizat te ; erue eum, & projice abs te : Hactenus Theodoretus. Porro Alexandri litteras tum ab ipso, tum etiam a Socrate recitatas scriptas fuisse longe post Concilium celebratum, reddita jam pace Ecclesiæ, suo loco demonstravimus. Sed quod magnum attulit detrimentum Catholicæ Ecclesiæ, illud fuit, quod vita functo Eustolio Episcopo Nicomediensi, quem interfuisse vidimus Conciliis Ancyrano, & Neocæsariensi, in locum ejus ordinatus est (favore, ut creditur, Constantiæ Augustæ Licinii Imperatoris uxoris) Eusebius Nicomediensis Antistes ex Berythensi sede translatus, ambitionis insano spiritu percitus ; qui totis impensis viribus obstinatissimo plane animo suscipiens Arii patrocinium, pugnavit adversus Catholicam veritatem.

(a) Matth. 5.

Eusebius factus Nicomediæ Episcopus.

XXVI.

Constat quidem ex Epiphanii (b) sententia, Arium primum in conventu publico ab Alexandro convictum, fuisse ab Ecclesia expulsum, inde vero post aliquod temporis spatium sponte Alexandria recessisse, atque Eusebii Nicomediensis auxilium imploraſſe ; etenim rem ab exordio aggrediens, hæc summatim recenset: *Ubi igitur Meletius significasset de Ario omnia, quomodo discessisset a veritate, & quod multos polluisset ac perdidisset, corruptis iis a recta fide, quæ ipsi credidissent ; tunc Episcopus accersitum Arium interrogabat de perlatis ad se, an hæc ita se haberent. Ille vero neque hæsitavit, neque timuit, sed ab exordio perfricta fronte omnem malam suam opinionem evomuit, velut epistolæ illius indicant, & examinatio coram ipso tunc facta. Convocat itaque Alexander presbyteros, & alios quosdam Episcopos præsentes ; & examinationem hujus facit, ac interrogationem. Ubi vero non persuasus est a veritate, expellit ipsum ex Ecclesia, & per urbem diffamat ; cum ipso autem distractæ sunt prædictæ virgines, & clerici prædicti, & alia multa turba.* Quotnam hi fuerint, superius ab eo recensiti sunt ; nimirum ipsum septingentas virgines professas, atque etiam presbyteros septem, & diaconos duodecim abstraxisse ; sed de numero inferius ex Alexandri litteris.

(b) Epiph. hæres. 69.

XXVII. Fugit Arius Alexandria.

At quid post hæc Arius ? *Cum autem (inquit) versaretur Arius multo tempore in urbe, statim moritur confessor Meletius, itemque testis, & martyr. Itaque Arius seditiones faciens, & singulos decipiens, multos perdidit. Postea vero ubi deprehensus est, & ad confutationem venit in urbe, ac diffamatus est, ab Alexandria aufugit, & ad Palæstinam iter arripit ; quo cum pervenisset, singulos Episcopos adiit cum adulatione, ut sibi multos faceret cooperatores ; & susciplunt quidem ipsum aliqui, alii vero repulerunt :* Hucusque Epiphanius. Cæterum si credimus Ario de se scribenti ad Eusebium Nicomediensem Episcopum ; ipsum non sponte recessisse Alexandria, sed ab Alexandro Episcopo ejectum fuisse constat. Rursum vero eum, postquam excommunicatus est, multo tempore Alexandriæ versatum, cum idem Epiphanius affirmet ; ibi permansisse usque ad redditam Ecclesiæ pacem, post debellatum Licinium, opinamur. Quamobrem de ejus a civitate ejectione agemus inferius.

XXVIII.

His fere temporibus, quibus Arius hæreticos quos enumerat, *Arianos* nominare ; apparere autem ex ejusdem libri Præfatione, eum scriptum esse grassante persecutione Liciniana. At præterquam quod hæc persecutio anno tantum trecentesimo decimo nono excitata, ut certis argumentis infra adstruam, Lactantius illam non mox orituram, ut explicat Baronius, sed potius jam ortam indicat, quemadmodum advertit Hankius libro de Byzantinarum rerum Scriptoribus Græcis parte 1. cap. 1. num. 64. & seqq. Hæc enim Lactantii ad Constantium verba ; *Malis, qui adhuc adversus justos in aliis*

PAGIUS annis acta. Baronius, ut ostenderet Arianam hæresim ante Licinianam persecutionem diffamatam fuisse, dixit, hanc persecutionem anno CCCXIII. exortam, & Lactantium lib. 4. Divinarum Institutionum cap. 30. inter alios Hæ-

terrarum partibus faviunt, quanto serius, tanto vehementius idem Omnipotens mercedem sceleris exsolvet. Sæviebat itaque tunc Licinii persecutio, quando Lactantius Opus illud Constantino dicavit, ideoque non anno CCCXVI. ut credidit Baronius, sed post annum CCCXIX. in lucem emissum. Nec alterum Baronii argumentum a martyrio S. Basilei Episcopi Amaseni petitum urget. Is enim anno trecentesimo vicesimo, orta jam Licinii persecutione, martyrio coronatus est, ut anno sequenti ostendam. Postquam hæc scripseram, legi Hermannum Contractum, qui damnationem Arii consignat anno CCCXXI. & Prosperum in Chronico, ubi idem scribit. Quare gavisus sum antiquos hujus sententiæ patronos invenisse.

Baronius 316. in 317.

VIII.

Verum Arianæ hæresis initium magis explicandum, advertendumque cum Valesio in Notis ad lib. 1. Theodoreti cap. 4. duas Synodos vario tempore adversus Arium & socios collegisse Alexandrum : in priore decem dumtaxat damnatos esse Clericos Alexandrinos, & notatos tres Episcopos Syriæ, & epistolam Synodicam ab Alexandro scriptam esse ad Alexandrum Byzantii Episcopum, quam recitat Theodoretus lib. 1. cap. 4. in secunda autem Synodo, in qua centum fere Episcopi Ægypti sederunt, damnatos esse duodecim Clericos Alexandrinos, ac duos præterea Episcopos, *Secundum* sc. & *Theonam* ; & notatum esse *Eusebium Nicomediensem* Episcopum ; ac denique scriptam Synodicam ad omnes ubique terrarum Collegas, quam nobis conservavit Socrates lib. 1. cap. 10. Baronius in Annalibus hanc secundam Synodicam, in qua mentio Eusebii Nicomediensis, scriptam putavit ante alteram Synodicam ad Alexandrum Byzantii Episcopum directam. Sed ex hac ad Alexandrum Byzantinum epistola liquet, eam ante Epistolam ad omnes Episcopos datam esse. In illa enim Alexander non solum Presbyteros ac Diaconos notat, qui Ario favebant, sed & Episcopos illos tres Provinciæ Syriæ indicat, qui Arii opinionem defendebant, de quibus antea in eadem epistola locutus fuerat his verbis : *Ac nescio quomodo ordinati in Syria tres Episcopi, illis consentiendo, eos ad pejora incitant.* Quare de omnibus simul postea in eadem epistola loquitur Alexander, quando ait : *Quibus* (sc. Apostolicis Ecclesiæ dogmatibus) *adversantes Arius & Achillas, & qui cum illis sunt hostes veritatis Ecclesia expulsi sunt.* Non igitur sine causa

PAGIUS

Duæ Synodi Alexandrinæ adversus Arium celebratæ.

Colluthi temeritas.

resiarcha prodiit, Colluthus presbyter Alexandrinus se, cum non esset, Episcopum gerens, cœpit ordinare presbyteros, conflare sectam, docere hæresin, & suo nomine ea imbutos propagare Colluthianos hæreticos. Quod ad tempus spectat; his eum vixisse temporibus, & damnatum in pleno Concilio Alexandrino coram Osio Apostolicæ sedis legato post quatuor ab hinc annos, suo loco dicetur. Erat hic presbyter præfectus uni ex ecclesiis Alexandriæ civitatis. Extabant complures ibi ecclesiæ, quibus singuli adscriberentur presbyteri, qui suæ parœciæ populum congregarent atque docerent: re-

(a) *Epiph. hæres. 69.*

censet ex eis aliquot Epiphanius (*a*), & inter alias Ecclesiam Dionysii appellatam, aliam Theonæ, item Pierii, Serapionis aliam, sed & Dizyæ, Mendidii sextam, Anniani septimam, Baucalidis octavam, Abiæ vero nonam. *At in una harum* (inquit ipse) *Colluthus quidem erat, in altera Carpones, in alia Sarmatas; & Arius prædictus unam ex relatis Ecclesiis tenebat. Clarum est autem, quod unusquisque horum secundum consuetam communionem populum sibi concreditum in narrationibus docens, litem quamdam populo immittebat, & alii inclinati erant ad Arium, alii ad Colluthum, alii ad Carponem, alii ad Sarmatam. Sicut igitur quisque exponebat in propria Ecclesia, alius aliud quid, & alius aliud; appellationis ac laudis ex illis gratia, alii Colluthianos se ipsos nominaverunt, alii Arianos; nam & Colluthus quædam perverse docebat, sed non duravit ejus hæresis, sed statim dispersa est*: Hæc Epiphanius.

XXIX. Taxatur ab Alexandro Episcopo Alexandrino Colluthi ambitio, quam tamen

(b) *Apud. Theod. l. 1. c. 4.*

Arius superasset, cum ait Theodoretus (*b*): *Arius, & Achillas nuper facta conjuratione, dum Colluthi ambitionem imitari studebant, eum in eo vitiositatis genere longe superarunt; ille enim quamquam eas ipsas res, quas isti, coarguere conabatur; tamen improbi sui instituti causam saltem simulatam habuisse visus est; hi autem cum illius nundinationem, qua Christum ipsum vendidit, animadverterent, non amplius legibus Ecclesiasticis subjecti esse sustinuerunt, &c.* Quod autem spectat ad hæresin, quam docebat;

(c) *Philastr. de hæres. c. 8.*

cum Philastrius (*c*), tum etiam Augustinus (*d*) tradunt, ipsum ejus fuisse sententiæ, ut diceret, Deum non esse malorum creatorem. At licet Colluthus pau-

(d) *Aug. ad Quodvult. Deum de hæres. c. 65.*

cis annis gavisus sit hæresis suæ coalescentia (quod ipse mox damnatus atque depositus fuerit, ut suo loco demonstrabimus) tamen qui ab ipso sunt nominati Colluthiani hæretici, de calcaria (quod ajunt) in carbonariam se transferentes, Arianis se conjunxerunt, atque Meletianis, adversus Catholicos; quod Athanasius (*e*) sæpe deplorat, atque alii Orthodoxi. Porro de horum studiis adversus Athanasium dicemus inferius suo loco.

(e) *Athan. Apolog. 2.*

Hoc quoque anno, iisdemque Coss. Constantinus Imperator (quod Christianum Principem decuit) pœnam illam abolevit, qua miserorum hominum vultus inscriberentur, cum ad Eumelium sic rescripsit (*f*): *Si quis in ludum fuerit, vel in metallum pro criminum deprehensorum qualitate damnatus; minime in ejus facie scribatur, dum & in manibus, & in suris possit pœna damnationis una scriptione comprehendi; quo facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis cœlestis est figurata, minime maculetur. Dat. * XI. Kal. April. Cabilluno, Constantino quartum, & Licinio quartum Coss.* At de ejusmodi supplicio nos alibi in Notis ad Matyrologium pluribus egimus.

XXX.

(f) *l. 2. de panit. C. Theod.*

Colluthi ambitio.

Pœna inscriptionis sublata.

* Acc.

Se-

PAGIUS causa Eusebius Cæsariensis Episcopus, Paulinus Tyrius, & Theodotus Laodicenus anathematizatos se esse ab Alexandro querebantur, ut scribit Arius in epistola ad Eusebium Nicomediensem, quam refert Theodoretus lib. 1. cap. 5. Laudato enim loco, licet suppresso eorum nomine, anathematizantur ab Alexandro; qui de Eusebio Nicomediensi in hac epistola Synodica ad Alexandrum CP. nihil dicit; nec *Arius* inter Episcopos, qui anathematizati fuerant ab Alexandro, Eusebium Nicomediensem nominat: non omissurus utique, si ab Alexandro id factum fuisset. Ex quo recte deducit Valesius citatus, epistolam Synodicam ad Alexandrum CP. scriptam esse ab *Alexandro* Alexandriæ Episcopo ante Epistolam illam ejusdem *Alexandri* ad omnes Ecclesias. In hac enim posteriori *Eusebius Nicomedrensis* denotatur ab Alexandro ut patronus & signifer Arianorum. Unde apparet, epistolam istam posteriore loco scriptam esse, cum sc. *Eusebius Nicomedienfis* patrocinium Ariani dogmatis suscepisset. Porro utraque Synodica epistola ab Alexandro scripta, priusquam *Constantinus* epistolam scripsisset ad Alexandrum & Arium; quod factum post victum anno CCCXXIV. Licinium, nunc minime in dubium revocandum. Sed duæ memoratæ Synodicæ diu antea scriptæ, eodemque, ut conjectura est, circiter anno. Ex verbis autem Athanasii in epistola ad Episcopos Ægypti & Lybiæ supra laudata apparet, eum intelligendum de secundo Concilio Alexandrino, in quo centum fere Episcopos Ægypti sedisse diximus; nam Synodum paucorum Episcoporum *Synodi Oecumenica* nomine Athanasius non appellaret. Denique quæcumque de Hæresi Ariana ante annum CCCXX. in Annalibus habentur, post eum annum contigere.

I. SEquens annus, qui numeratur Domini trecentesimus decimussextus, Sabino atque Ruffino Coss. consignatur, qui & cum tertius sit a Consulatu tertio Constantini atque Licinii, plane ille ipse est, quo Zosimus (*a*) Diocletianum Imperatorem mortuum esse testatur. Sane quidem non sine divina dispensatione ad hæc tempora Christianis felicissima fuit ipse reservatus; ut qui Christianæ religionis funditus vastationem, & radicitus extirpationem fuerat meditatus, omnique studio id etiam operatus, non tantum id minime fuerit consecutus, sed versa rerum vice, Christianos imperare videret, templa a se disjecta restitui augustiora, cœtus frequentissimos cogi, Christi gloriam laudum præconiis ubique extolli, contra vero idolorum delubra disjici atque claudi, deorum simulacra confringi, cessare victimas, illorum festa aboleri, ac ritus Gentilitios antiquari, in diesque magis ma-

(a) *Zosim. l. 2.*

Diocletiani Imp. obitus.

Ann. Eccl. Tom. III.

gisque avitam superstitionem pessundari; ut plane illi accideret, quod est in Psalmis (*b*): *Peccator videbit, & irascetur; dentibus suis fremet, & tabescet; desiderium peccatorum peribit.* Quo enim putandum ipsum hæc omnia animi angore inspexisse, ac quantum pariter doluisse, se sic, numine impellente, ad deponendum Imperium adactum esse, ut illud in Christianos homines transferretur? Hoc quidem omni quamlibet immenso supplicio gravius atque acerbius videri illi poterat. De quo hæc Constantinus (*c*) ea oratione, quam habuit ad Sanctorum cœtum: *Diocletianus quoque, cum post cruentam cædem in persecutione factam, ipse contra se quodammodo propter vitium amentiæ, & delirationis suffragium tulisset, se unius abjectæ, & humilis mansionis munitioni ac præsidio concredens, pœnas dedit*: Hæc ipse,

(b) *Psalm. III.*

(c) *Const. orat. ad Sanct. cœtum c. 25.*

II. Sed quas pœnas? Eusebius rem pau-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5809.

SÆC. IV. Anno Urbis 1069. Olymp. 273. an. 4. A. C. 316.

⊙ 17. AG. ☽ 13. P. 25. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 316.

SILVESTRI PAPÆ 3.

CONSTANTINI 11. LICINII 10.

I. *Consules.*

[1] ANum. I. ad V. Coss. *Fl. Cejonius Sabinus, & Rufinus.*

II. *Decennalia Constantini.*

Constantinus Imperii Augustei *Decennalia* celebravit, ut discimus ex Lege Codicis Theod. 1. *De longi temporis præscriptione.* sub hujus anni Consulibus data, in qua Constantinus, ut Fisci calumnias reprimeret, quæ usque ad sua *Decennalia* a superioribus Principibus concessa fuerant, confirmat. Sic indulgentiæ debitorum, itemque indulgentiæ criminum in Decennalibus & id genus festis de more concessæ. Quæ Decennalia Arelatis celebrata existimo. Nam, ut liquet ex Codice Theod. Constantinus hujus anni initio Treviris fuit, indeque digressus Viennam se contulit, ubi *prid. Non. Mai* dedit Legem 1. *De temporum cursu.* Dein Arelatum venit, ubi Idibus Augusti datæ ab eo Lex 5. & 6. *De Appellationibus.* Natale autem Imperii Constantini, in quod ejus Decennalia inciderunt, fuit dies XXV. Julii. Natus tunc ibidem ex Fausta conjuge Constantinus junior, ut Zosimus lib. 2. & Victor in Epitome testantur. Porro *Constantinus* e Gallia digressus, illuc nunquam postea rediit.

III. *Diocletiani obitus.*

Creditum hactenus, *Diocletiani* mortem hoc anno contigisse; ita enim scriptum a Zosimo, Auctore Chronici Alex. & Idacio in Fastis, qui sub hujus anni Consulibus habet, Diocletianum diem functum esse *in Sabna III. Nonas Decembris*, Sed post librum Lactantii de Mortibus Persecutorum in lucem emissum, eum initio anni trecentesimi decimi tertii interiisse non dubitandum; cum Lactantius statim ac mortem ejus narravit, de interitu Maximini locuturus cap. 43. dicat: *Unus jam superverat de adversariis Dei, cujus nunc exitum ruinamque subnectam.* Diocletianus itaque ante Maximinum extinctus. De Diocletiano ibidem cap. 42. hæc Lactantius habet: *Eodemque tempore senis Maximiani* (Herculii nempe) *statuæ Constantini jussu revellebantur, & imagines cum quo pictus esset, detrahebantur. Et quia senes ambo* (Herculius sc. & Docletianus) *simul plerumque picti erant, & imagines simul deponebantur amborum. Itaque cum videret vivus, quod nulli unquam Imperatorum acciderat, duplici ægritudine affectus, moriendum sibi esse decrevit. Jactabat se huc atque illuc, æstuante anima per dolorem, nec somnum, nec cibum capiens. Suspiria & gemitus, crebræ lacrymæ, jugis volutatio corporis, nunc in lecto, nunc humi. Ita viginti annorum felicissimus Imperator, ad humilem vitam dejectus adeo & proculcatus injuriis, atque in odium vitæ dejectus, postremo fame atque angore confectus est.* Victor in Epitome quoad annum mortis Lactantio suffragatur, licet in mortis genere discrepet: *Vixit annos sexaginta octo, ex quibus communi habitu prope novem egit. Morte consumtus est, ut fatis potuit, per formidinem voluntaria. Quippe cum a Constantino atque Licinio vocatus ad festa nuptiarum, per senectam, quo minus interesse valeret, excusavisset, rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio favisse, & Maximino favere, suspectans necem dedecorosam, venenum*

NOTÆ [1] *Coss. Fl. Cejonius Sabinus, & Rufinus.* Solis extremis nominibus efferuntur a Relando. In vulgatis Fastis quoque *Sabino & Rufino.* S. Augustinus contra Donatistas cap. XXXIII. *Sabino, & Rufino Coss.*

Quam infelix Diocletiani obitus.

cis complexus, hæc ait (*a*): *Alter & gradu honoris, & designationis tempore primas Imperii partes assecutus, diuturna, & aspera in primis corporis ægrotatione pedetentim contabescens occubuit*: eadem quoque ex eo Zonaras (*b*); sed Cedrenus hæc de morbo, & exitu Diocletiani fusius scribit (*c*): *Diocletianus, cum se Imperio abdicavisset, gravissimum in morbum incidit, cujus doloribus vehementibus totum corpus affligebatur, viscera inflammatione acerrima corrumpebantur, caroque universa, ceræ in morem, coliquebatur. Quin & luminibus miser captus atque mutilatus est. Exinde miserabiliter putredine absumptus, ex faucibus multitudinem vermium ipsa cum lingua, quæ computruerat, ejecit: atque adeo in sepulcris confectorum cadaverum fœtore nihilo melius fœtuit. Inter hæc ille spirans, & gemens, mortem invocabat, atque extremo spiritu hæc verba edidit: Væ miserabili mihi, & digno qui lugear; quam justas meorum in Christianos impiorum conatuum pœnas pendo? Hæc scelesto illi postea temporis evenerunt*: Hactenus Cedrenus; quæ ne mireris prætermissa fuisse ab Ethnicis scriptoribus utpote ignominiosa illis.

(*a*) *Euseb. l. 8. c. ult.*

(*b*) *Zonar. tom. 2. Annal. in Diocl.*

(*c*) *Cedr. in Comp.*

III. Aurelius (*d*) Victor de tempore obitus ipsius, & causa hæc tradit, superius tamen alia occasione recitata: *Vixit annis LXVIII.* * *ex queis communi habitu prope novem egit, morte consumptus est, ut satis patuit, per formidinem, voluntaria; quippe cum a Constantino atque Licinio vocatus ad festa nuptiarum, per senectam, quo minus interesse valeret, excusavisset, rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio favisse, ac Maximino favere, suspectans necem dedecorosam, venenum dicitur hausisse*: Hæc Victor, ex cujus sententia anno sequenti a debellato Maxentio, cum Constantiæ atque Licinii celebratæ sunt nuptiæ, nempe ante triennium, Diocletianum defunctum esse, dicere opus esset. Addit Eutropius (*e*): *Contigit igitur ei, quod nulli post natos homines, ut, cum privatus obiisset, inter divos tamen referretur*. Eadem ferme verba apud Hieronymi Chronicon leguntur.

(*d*) *Aur. Vict. in Diocl.*

* LXXVIII.

Diocletiani ætas.

(*e*) *Eutrop. l. 9. in fin.*

Porro, ut Diocletianus more majorum inter divos referretur, opus id fuisse Licinii, certum est, qui hoc anno (ut dicemus) a Constantino rebellans, Christianos persequi aggressus est. Sed qui impium stulto conatu retulit inter divos, ipse ab Imperio cecidit, & ex humanis desiit. Hic tandem finis truculentæ belluæ, ebriæ Sanctorum sanguine. Qui enim olim (ut Eusebius (*f*), & Eutropius (*g*) tradunt) adorari se jussit ut Deum, & gemmatos calceos atque vestes non contentus purpura se ipsum induit, primum Imperio (ut dictum est) arreptus amentia exuit, ac tandem infelicissimum finem sortitus est. Sic juxta Deboræ canticum (*h*): *Omnes inimici tui, Domine, pereant; qui autem diligunt te, sicut Sol in ortu suo splendet, ita rutilent*. Quod factum vidimus in Constantino.

IV. Licinius consecrat Diocl. in divum.

(*f*) *Euseb. in Chron.*

(*g*) *Eutrop. l. 9. in fin.*

(*h*) *Judic. 5.*

Quod

V. De tempore belli Liciniani.

Quod autem spectat ad Licinii adversus Constantinum conceptum odium, atque ab ejus amicitia defectionem, & bellum conflatum, jam exordiamur narrationem. Hujus sane rei gestæ historiam antequam enarrare aggrediamur, quod præcipuum est, temporis gnomon ex more figendus est, quo rerum gestarum veritas clarius innotescet. Extat Constantini (*a*) rescriptum ad Florianum Præfectum de Veteranis datum post annum sequentem Licinio quintum, & Crispo Coss. quarto Idus Aprilis, ubi mentio habetur de obtenta ab eo Victoria in Thracia anno superiore, quinto Nonas Julii, qui est sequens annus Gallicano, & Basso Consulibus. Sed cum, antequam dimicaretur in Thracia, constet, auctore Zosimo, & aliis pugnatum fuisse apud Cybalem in Pannonia; hac ratione jure dici posse videtur, discordias hoc anno inter utrumque esse conflatas, eosque tandem ad apertum bellum progressos, ac primo certamine Cybali in Pannonia conflixisse, de quo suo loco dicendum.

(*a*) *l. de Veter. Cod. Theod.*

VI. Porro inferendi hujus belli causa a Zosimo (*b*) in Constantinum concitato atque infenso ejusmodi redditur: *Exorta* (inquit) *sunt inter eos dissidia, non quod Licinius causam præbuisset, sed quod more suo Constantinus pacta consueta parum integra fide servasse visus esset, ac nationes quasdam ad Imperium Licinii pertinentes avertere voluisset. Itaque prorumpentibus in apertum inimicitiis, ambo copias suas ad dimicandum cogebant*; Hæc de belli causa Zosimus, cui Aurelius Victor (*c*), & ipse Ethnicus scriptor favet; dum eadem ex causa, quod Constantinus Licinium bello exagitarit, ac tandem Imperio spoliarit, post decennium Regni

(*b*) *Zosim. l. 2.*

Causa discordiæ inter Constantinum & Licinium.

(*c*) *Aurel. Vict. in Constant.*

ipsum fuisse Latronem cognominatum tradit, cum ait: *Unde in proverbio vulgari: Tracala decem annos præstantissimus, duodecim sequentibus Latro, decem novissimis Pupillus ob profusiones immodicas nominatus*. At de his inferius. Sed quod spectat ad causam, illa prior atque verior interfuit, ex Licinii perfidia atque impietate progressa; quod nimirum de Christiana religione protegenda pactis non stetisset conventis. Hæc autem quomodo se habuerint, ab Eusebio, qui hæc præsens spectavit, remque fidelius ita prosecutus est, accipiamus.

Eusebius (*d*) igitur post Decennalia a Constantino sui Imperii celebrata, quæ anno superiore (ut demonstratum est) contigerunt, de his quæ mox sunt subsecuta, ejusmodi exorditur historiam; atque ut in his plurimum percepit oblectationis; sic de illis, quæ in Oriente magno cum tumultu, & perturbatione gesta esse auditione acceperat, mœroris non parum. *Nam ei nunciatum est, belluam quamdam immanem, & ferocem illic tum Dei Ecclesiæ, tum reliquis provincialibus insidias tendere (quippe Dæmon nefarios omnes suos nervos contendit, quo iis, quæ erant a pio Imperatore confecta, contraria prorsus perageret) usque eo, uti Imperium Romanum in duas partes diremptum, noctis tenebris, & splendori diei omnibus persimile videretur. Nam iis qui Orientem obtinebant, tamquam noctis caligo offundebatur: illis autem qui erant alterius partis incolæ, splendor clarissimæ diei illucescebat. Quos tam infinitis bonis a divina providentia suppeditatis frui, neque Diabolus invidia æstuans, virtutique infestus, æquo animo spectare tolerareque, neque tyrannus, qui alterum Orbis*

VII. Licinii inconstantia.

(*d*) *Euseb. in Vita Const. l. 1. c. 41. 42. 43. 44. 45. 46.*

PAGIUS

nenum dicitur hausisse. Quod ultimum fama tantum a Victore narratum, valde incertum. Sed quoad cetera, inter Lactantium & Victorem convenit, non solum Diocletianum & Maximianum anno trecentesimo quinto abdicasse, ut suo loco ostendi; sed etiam Diocletianum anno CCCXIII. ante Licinii nuptias & Maximini obitum sublatum fuisse. Nam ab anno CCCV. ad annum CCCXIII. utroque extremo incompleto pro integro numerato, anni sunt novem, quibus Diocletianus privatam vitam duxit. Tertio Maximinus in edicto in favorem Christianorum anno CCCXIII. paulo ante mortem emisso, & ab Eusebio lib. 9. cap. 10. recitato, loquens de Lege, qua persecutio decreta fuerat, ait: *Quæ a Divis Diocletiano & Maximiano parentibus nostris lata erat*. Et rursus: *Ex jussione Divorum parentum nostrorum*. Divi autem nomen non nisi mortuis a Romanis post fundatum Imperium attribui solitum. *Herculium* autem, de quo ibi, sicuti & de Diocletiano sermo, inter Deos a Maxentio relatum, suo loco ostendi. Quare quando Eutropius lib. 9. de Diocletiano scribit: *Contigit ei, quod nulli post natos homines, ut cum privatus obisset, inter Divos tamen referretur*. Maximianum Herculium, non ut hominem privatum, sed ut Imperatorem in morte considerat, quod is Imperium resumsisset, ideoque privatus censeri non deberet.

IV. Verum est, *Maximinum* in epistola ad *Sabinum* Præfectum Prætorii sui anno CCCXII. scripta, apud Eusebium lib. 9. cap. 10. Diocletianum & Maximianum Herculium *Dominos & parentes* suos appellare. Sed hinc non sequitur, Herculium, qui quando ea epistola scripta, jam a biennio e vivis excesserat, inter Divos relatum non fuisse; sed Maximinus nobiliori titulo Herculium quam Diocletianum, qui tum adhuc in vivis erat cohonestare noluit. Denique non audiendus Gothofredus in Commentario Legis 2. Cod. Theod. *De censu*. ubi ait, Kalend. Junii anni CCCXIII. quo ea Lex a Licinio data, Diocletianum adhuc in vivis fuisse, quod Imperator in ea dicat, se urbanam plebem per Lyciam & Pamphyliam a censu immunem velle, *sicut etiam*, inquit, *sub Domino & parente nostro Diocletiano seniore A. eadem plebs urbana immunis fuerat*. Nam Diocletianus nonnisi a Maximino inter Divos referri potuit, quem eo ipso tempore Licinius persequebatur, & cujus acta irrita habebat. Quare non mirum si in Lege, qua sibi Maximini Provincias Licinius attribuebat, nullam apotheoseos ab illo factæ rationem habuerit, & Diocletianum *Dominum & parentem nostrum* tantum appellarit. Denique non magis mirum, quod Licinius Diocletianum jam mortuum *Divi* nomine non exornarit, quam quod Maximinus Augustus Maximianum Herculium jam a biennio inter Deos relatum *Divum* non appellarit. Obiter hic tamen observandum, Mediobarbum in Numismatis Impp. nullum referre, in quo Diocletiani consecratio memoretur; verum Maximini Augusti

Quo anno Diocletianus interierit.

&

& Eutropii testimonio Diocletiani apotheosis nobis innotescit.

V. *Quot annos imperarit.* Ceterum, quando Victor in Epitome scribit, Diocletianum *annis viginti quinque* imperasse, ejus Imperium usque ad annum CCCIX. quo Salonas rediit, unde non amplius exiit, producit. Nam post abdicationem, publicorum consiliorum adhuc particeps fuit, ejusque & aliorum Imperatorum suffragio *Licinius* Augustus declaratus est, ut ait Eusebius lib. 8. cap. 13. Neque aliud arcanum in eo Victoris loco, qui Eruditorum ingenia excruciavit, invenio, ex eoque Diocletianum anno CCCXIII. demortuum confirmo. Suidas in voce Διοκλητιανὸς, ait: *Diocletianus tranquille consenuit, ac triennium summa cum virtute exegit*, ab anno sc. CCCIX. usque ad initium anni CCCXIII. ubi Suidas primos quadrienni menses, ut sæpe etiam alii, non numerat. Quod ab aliquo antiquo Scriptore Suidam hausisse non dubitandum.

VI. *Quo anno persecutio Liciniana capta.* A num. V. ad XLV. Petavius in Paralipomenis librorum de Doctr. Temp. pag. 871. jam observavit, *Constantini & Licinii bella* in Annalibus perturbatissime digeri, & hanc Historiæ partem ab errore purgare conatus est: sed eam hic a nobis retractanda, & accuratius discutien-

da. Existimavit Baronius, præsenti anno discordias inter utrumque Imperatorem exortas, & Licinium Christianos persequi incepisse. Tum anno insequenti primum inter eosdem bellum, annoque CCCXVIII. ultimam Licinii cladem narrat. Et tamen primum illud bellum anno trecentesimo decimo quarto & inchoatum & absolutum, persecutio anno CCCXIX. a Licinio excitari cœpta, ultimumque Constantini cum Licinio bellum nonnisi anno CCCXXIII. motum, ac subsequenti continuatum. Quæ omnia adeo certo demonstrabo, ut nullus imposterum circa hæc hærere poterit. Verum majoris claritatis gratia hoc anno tantum de initio persecutionis verba faciam. Eusebius in Chronico, Theophanes, & Cedrenus testantur, *Licinium* anno CCCXIX. Christianos de palatio suo pepulisse, & Anonymus a Valesio editus, postquam prius bellum Constantinum inter & Licinium gestum narravit, ait: *In Orientis partibus Licinio, Constantino (Coss.) repentina rabie fusitatus Licinius omnes Christianos a palatio fusit expelli*. Sed legendum, *Constantino V. & Licinio Cæsare Consulibus*; qui Consulatus anno CCCXIX. gestus; in quem inciderunt Quindecennalia Cæsarei Imperii Licinii Augusti. Annis

partem opprimebat, omnino ferre potuit; qui quidem, cum Imperium sibi prospere succederet, & Constantini tam eximii Imperatoris sororem duxisset, relicta præclarorum hominum imitatione, perditos impiorum mores, & institutum æmulari cœpit; & quorum infelicem vitæ exitum oculis aspexisset, eorum sceleratam mentem sequi maluit, quam infirma præstantioris viri amicitia acquiescere. Itaque nec legum amicitiæ, nec fœderum, nec cognationis, nec pactionum memoriam omnino animo tenens; bellum crudele, & pestiferum contra patronum suum movet. Nam sicut Constantinus utpote Princeps humanissimus, veræ benevolentiæ erga ipsum ostendit indicia, majorum cognitionis, regii sanguinis antiquitus ducti consortem fieri voluit, sororem ei collocavit in matrimonium, liberam denique totius Imperii perfruendi potestatem tamquam cognato, & collegæ Regni tribuit; sic ille contraria animo statuens, contra meliorem præstantioremque hominem machinas comparavit, aliosque alias excogitavit insidiarum modos, quo patroni sui beneficia malefactis compensaret.

VIII. Licinii animus fraudulentus.

Ac primum amicitiam callide, & veteratorie simulans, dolo & fraude egit omnia, & propterea quæ temere admittebat, clam fore speravit. Cæterum ejus insidias ex occulto structas Deus famulo suo patefecit. Iste igitur simulac fuit in primis illis conatibus manifesto prehensus, ad secundas fraudes se contulit, cœpitque interdum benevolentiam, & necessitudinem prætexere, nonnumquam fœderibus, & jurejurando fidem facere, tum quasi derepente decreta antiquare, rursus per legatos supplicare; iterum ex mendacii simulationibus turpi ignominiæ labe notatus, tandem bellum palam indicere, ac mentis adeo temeritate, & insolentia incitatus, de cætero ipsi Deo, quem Constantinum Imperatorem augustæ venerari cognovit, se opponere.

IX. Licinii impia lex.

Primum enim contra Dei ministros, ejus subjectos Imperio, qui numquam quicquam criminis contra Imperium admisissent, pedetentim tum, & dissimulanter causas astute, & fallaciter confictas aucupari molitus est. Et cum nullum crimen ipsi suppeteret, nec haberet, quod viris illis omnino posset objicere; legem promulgavit, quæ quidem præcepit, ut neque Episcopi inter se de rebus suis communicarent, neque cuipiam illorum copia esset aliquam Ecclesiam in proximo sitam adeundi, neque conventus, aut consilia, aut deliberationes de rebus ad ipsorum utilitatem spectantibus instituendi. Atque hæc tamquam ansa illi fuit ad nos proterve contumelioseque tractandos. Aut enim legem violando, supplicio obnoxios esse oportebat; aut legis præcepto morem gerendo, Ecclesiæ ritus, & instituta evertere. Nam magnæ, & graves deliberationes de controversis rebus susceptæ, non aliter possunt, quam per rectam Conciliorum administrationem, ratione & via procedere.

X. Licinius infestus Christianis.

At re vera Dei hostis Licinius, quoniam Constantini pii Imperatoris institutis contraria moliri decreverat, ejusmodi exequi contra nos mandavit. Nam ut hic sacerdotes Dei, quo honor illius, quem sancte colebant, illustraretur, ad pacem studuit, & mutuam concordiam perducere; sic ille honesta disturbare machinatus consentientem Ecclesiæ harmoniam dirumpere divellereque contendit. Atque quoniam hic Deo carus famulos Dei in Palatium suum benigne intromisit, ille Deo infestus, contraria animo complexus, pios omnes ipsius obsequentes Imperio e sua exturbavit Regia, & viros, quos erga se maxime fideles habuit, & benevolos, in exilium ejecit. Eos item, qui ob res suas ante præclare gestas fuissent amplos ab ipso honoris, & dignitatis gradus adepti, aliis obsequi serviliaque ministeria obire mandavit. Et primum facultates quæstus sui gratia omnibus ademit; deinde mortem illis minatus est, si forte aliquando salutare Christi nomen profiterentur. De expulsis e Palatio Christianis, iisdemque diversis pœnis affectis, Eusebius (*a*) hæc habens præ oculis iterum testatus est. Ad hæc fortasse alluſit Victor, & ipse Gentilis historicus cum in Constantino scribit, ipsum Licinium fuisse spadonum, & aulicorum acerrimum domitorem; consuevisse enim Ethnicos, Christianos homines continentiæ professores nominare spadones, suo loco dicemus. At de eodem Licinio prosequitur Eusebius, dicens:

(*a*) Euseb. l. 10. c. 8.

XI. Licinius præscribit leges Ecclesiæ.

Porro animo perturbationibus agitato, & in omnem intemperantiam effuso Licinius præditus, infinitis adulteriis, & facinoribus insigni turpitudine nobilitatis admissis, eximiam castitatis virtutem negavit

vit in hominibus esse posse, aliorumque naturam ex sua vitiosa mente spectavit. Ac propterea legem secundo tulit, jubens ne viri simul cum mulieribus, precibus in Ecclesia ad Deum fusis, interessent, neve sexus muliebris augustas virtutis scholas adiret, neu denique Episcopi mulieribus sacra Dei eloquia explicarent, sed mulieres ipsæ alias mulieres, a quibus erudirentur, sibi deligerent: Hactenus de his Eusebius. Audet impurissimus homo, & illiteratus Ecclesiæ leges præscribere, & solitas catecheses ab Ecclesia Dei proscribere, easdem ab Episcopis ablegare, ac fœminis tradere. *Erat quippe* (inquit Victor *a*) *infestus litteris, quas per invidiam immodicam virus ac pestem publicam nominabat, præcipue forensem industriam.*

(*a*) Victor. in Const.

XII. Ammonis Diaconi & Virginum XL. martyrium.

Porro sicut fuit legum iniquarum injustissimus promulgator, ita pariter se earumdem severissimum custodem exhibuit. Unde accidit, ut Ammonem diaconum, & quadraginta virgines, quas ille institebat, diversis mortis generibus affecerit, quorum omnium natalis dies Kalendis Septembris fuit perpetua memoria consecratus, qua die hæc de eorum triumpho in Menologio scripta habentur:

Natalis sanctarum quadraginta mulierum martyrum virginum, & monialium, & Ammonis diaconi earum magistri; hæ fuerunt ex Hadrianopoli Macedoniæ Christum secutæ sub institutione ejusdem Ammonis diaconi; tentæ vero sunt a Balbo Præfecto Hadrianopolis, multumque excruciatæ, ut idolis immolarent, quæ fortiter restiterunt; cum interea idolorum sacerdos arreptus a dæmone suspensus in aere, atque in terram collisus, interiit. Virgines vero cum Ammone missæ sunt Heracleam ad Licinium ibi commorantem, cujus sententia decem ex illis vivæ combustæ, reliquæ vero una cum earum magistro gladiis concisæ sunt; præstitit hæc sævissimus Imperator: Hæc Græci die prima Septembris. Sed hallucinatus est plane Nicephorus, dum, quas omnes attestantur virgines, ipse tradit uxores fuisse illorum quadraginta militum, qui Sebaste in Armenia passi sunt sub eodem Licinio Imperatore, de quibus suo loco dicturi sumus. Unde autem ejusmodi commentum acceperit, non apparet; quod potius ignari vulgi rumore ex paritate numeri jactatum putatur.

Ad hæc etiam spectat, quod idem Licinius Imperator sanctissimum virum Paulum Episcopum Neocæsareæ Euphratesiæ, quod minime destitisset munus suum explere in institutione Fidelium omnium, etiam fœminarum, vinciri jusserit, ludibriique causa ejus genitalia igne comburi atque articulorum nervos combustione succendi; quod testatur Gregorius (*b*) presbyter, necnon Theodoretus (*c*). Quod etiam ad persecutionem Licinii spectat, Socrates hanc quoque ab eo legem adversus Christianam religionem fuisse statutam tradit, cum ait (*d*): *Lege etiam interdixit Episcopis, ne in congressum colloquiumque cum Gentilibus aliquando venirent, eo videlicet consilio, ut Christiana religio inter eos nulla ex parte propagaretur*: Hæc Socrates.

XIII. Paulus Episcop. quæ passus a Licinio.

(*b*) Greg. presb. orat. de Patribus Nicæni Concilii. (*c*) Theod. l. 1. c. 7. (*d*) Socrat. l. 1. c. 2.

Sed antequam cætera ab Eusebio de rebus Licinii in Christianos gestis scripta recenseamus; hic operæpretium judicamus de ipsius Licinii intemperantia atque sævitia historiam egregie testatam describere, qua simul causa aperitur, cur tantopere Episcopos fœminas erudientes hisce impiis legibus exagitarit. Scripsit eam, qui tunc vivebat, atque ea videbat, Joannes Nicomediæ presbyter (*e*); qui in ipso suæ narrationis exordio summatim complexus quæ tum Maxentio, tum Maximino Christianorum persecutoribus accidissent, ad res a Licinio gestas orationem convertens, post narratum ejusdem Licinii adventum una cum Constantia Augusta Nicomediam, & alia de pace Ecclesiæ breviter dicta, hæc mox subdit de ejusdem Imperatoris facta in deterius mutatione: *Cum feliciter, quod cupiebat, ei processisset; quæque sperabantur, in ejus potestatem venissent, ostendit non longe postea, qualemnam animum haberet; & cujusmodi re vera esset, quod videlicet per simulationem, & sub quadam simulatæ fidei specie, atque tegumento cum maximo illo Imperatore Constantino versatus fuerat; quo tempore Constantini res gestas considerans, animum suum occultabat. Tunc igitur cum totus sceleſtus esset, & nefarius, totusque ad diaboli voluntatem se accommodasset; solius & veri omniumque creatoris Dei confessionem reprobavit, idque post jusjurandum illud, quod Dei amantissimo Imperatori Constantino sæpius exposuit, nullo umquam tempore*

(*e*) Apud Metaph. die 26. April.

XIV. Licinii intemperantia & sævitia.

PAGIUS nis autem hujusmodi solemniis addictis, persecutiones adversus Christianos de more suscitatæ. Decepit Baronium depravata subscriptio Legis primæ Codicis Theod. *De Veteranis*, quæ dicitur proposita *IV. Idus April. Licinio V. & Crispo Coss.* id est, anno CCCXVIII. In ea enim fit mentio prælii Hadrianopolitani, in quo Licinius debellatus, postquam jam persecutionem moviſſet. At jam inter Viros eruditos convenit, eam subscriptionem mendosam esse, eamque Legem longe tardius datam, ut infra videbimus.

Fatetur Baronius, quod negari non potest, *S. Basileum Amasenum* Episcopum ipso Licinianæ persecutionis initio passum esse. Nicephorus lib. 7. cap. 44. ait, Basileum post Theodorum capitale supplicium subiisse, quod Diis sacra facere noluisset. Theodorus autem Dux *insignis enſe fuit consummatus Februarii mensis die septimo, sabbato hora tertia*, ut legitur in ejus Actis apud Bollandum die VII. mensis Februarii

VII. *S. Basilei Episc. Amaseni obitus.*

Baron. n. XXIII. & seqq.

PAGIUS rii. Est is character anni CCCXIX. littera Dominicali D. prædicti. Quare perperam Baronius *Theodori* mortem hoc anno collocavit, quo dies septima Februarii non cum sabbato, sed cum feria tertia concurrebat: notatur enim hic annus littera Dominicali AG. Basilei itaque martyrium in Annalibus hoc anno recitatum, anno tantum CCCXIX. die XXVI. Aprilis contigit. Joannes Nicomediensis Presbyter Acta ejus martyrii scripsit, quæ Henschenius die XXVI. Aprilis exhibet. Sed miror, Virum doctissimum ea varias suppositionis notas præferre non animadvertisse, & iis innixum scripsisse, *Basileum* circa annum CCCXXII. martyrii gloria coronatum, quod in illis, dicatur, Constantinum audita sancti hominis cæde Roma discessisse cum Crispo filio, & ad debellandum Licinium in Orientem profectum esse. Nam hæc fabulosa sunt; cum Eusebius in lib. 2. Vitæ Constantini cap. 2. ut mox dicam, tradat, persecutionem apud Amaseam

pore se a Christianorum fide defecturum, sed illius se fore propugnatorem. Quæ sua promissa pro nihilo faciens, Græcorum cultui diligenter se ipse totum tradidit, ardenti zelo in rebus illis execrabilibus permanens, & ubique idolis ipsis sacrificia offerens. Qui & violenter Senatorias mulieres abripiens, in conspectu hominum turpe ac intemperatum facinus committebat, non matribus neque filiabus parcens, quo minus intemperanter; cum illis coiret. Ad hæc per omnes gentes infinitas calamitates meditari non desistebat: Hæc ibi. Eadem plane de Licinii intemperantia narrans Eusebius (a): Quid (inquit) dicam de mulieribus in matrimonium collocatis, in quas iste decrepitus senex impetum fecit? Quid virgines adolescentulas enumerem, in quas, quo effusam intemperantem animi sui libidinem expleret, contumeliose insultavit? Hæc Eusebius. Sed institutam narrationem prosequamur.

(a) Euseb. l. 10. c. 8.

XV. Constantia Augusta in Licinium commovetur.

Hæc cum Magni Constantini germana soror videret atque audiret, eaque ferre non posset; litteras ad pium virum, & Dei micum Constantinum clam misit, quibus significabat quæ Licinius facere ausus fuerat. Ille enim superstitiosæ hominum culturæ studiosus, & ipsi Deo invisus Licinius omnes Christianos homines e domo sua procul fugavit; qua re aperte se Christi divino patrocinio nudum ac destitutum ostendit. Cum igitur sine impedimento aliquo talia diutius ab illo fierent; una quædam puella ex earum numero, quæ in Reginæ ministerium ardenti studio affectæ erant, e Christianorum genere exorta, moribusque, & temperantia florescens, cum hæc cognosceret, & a Licinio ad stuprum provocata, cum eo misceri exhorresceret, simulque ne propter zelotypiam ac suspicionem a domina sua abigeretur, arcanum illud Reginæ ipsi aperire ausa est: Hæc (inquit) Imperator constituit mihi facere. Benignus enim, qui ejus cubiculi Præfectus est, cum tamquam magnum aliquod donum se mihi collaturum speraret, hoc significavit. Te igitur obtestor per Deum illum, qui Cœli, & terræ dominus est; quem & ipsa times, & Imperator Constantinus colit, ne sinas virginitate mea, nefario coitu vitiata, me privari.

XVI.

Hæc cum Regina didicisset, & puellæ ipsius æquam mentem ac propositum libenter amplexata esset; illam primum occultavit eo nomine, quod delirio correpta, moritura videretur. Postea vero opportunum tempus nacta, multum auri, & argenti, regiumque ornatum, atque omnem supellectilem, nec non pueros illi dedit, eamque misit in Armeniæ regionem; atque illis hominibus qui eam ducebant, præcepit, ut nullo modo, quæ fierent, alicui patefacerent, quænam scilicet, aut unde esset illa puella, quoad Dominus ipse providisset. Illi vero virili veste eam ornarunt; cumque Reginæ de puellæ custodia, & benignitate in ea servanda fidem certam dedissent, in eum locum, in quem jussi fuerant, proficiscebantur. At si qui ab illis quæsivissent, quisnam ille esset, Tribunum quemdam esse respondebant.

Puellæ Christianæ specta-ta castitas.

XVII. Glaphyræ egregium facinus.

Dei autem providentia factum est, ut illi in urbem Amaseam venirent; erat autem urbs illa Ponticæ provinciæ metropolis. Glaphyra igitur (hoc enim erat puellæ nomen) cum urbem munitissimam vidisset, ejus loci specie delectata est; & pueros suos admonuit, ut, si Christianorum genus illic inveniissent, in ea urbe permanerent. Cum vero adolescens quidam, qui ad Quintium urbis illius cum primis illustrem virum pertinebat, audisset viros illos Christianos esse, & quærere si qui ejusdem fidei essent in urbe illa, ad Quintium pertulit quod audierat; qui nihil moratus, eos convenit, ac rogavit ut in domo ipsius esse vellent, &, si gratum eis esset, illic manerent, dicens se quoque Christianum esse, & eo in loco Christianum Episcopum habere virum egregium, & dignum qui cum Apostolis ipsis conferri posset. Equidem Basileum Amaseæ Episcopum spectatum fuisse in Conciliis Neocæsariensi, & Ancyrano, superius dictum est, quem & Magnus Athanasius (b) Episcopus Alexandrinus inter celeberrimos hujus sæculi sanctissimosque Antistites enumerat. Sed prosequitur Joannes presbyter:

(b) Athan. orat. 1. contra Arian.

XVIII. Basileus Episc. Amaseæ.

Illi ejus verbis obtemperantes, & in ejus domo partem quamdam capientes, apud clarissimum virum Quintium permanserunt; & Episcopum ipsum convenere, qui Basileus appellabatur (idem quod Basilius, sed usu quodam accidit, ut Basileus potius, quam Basilius, nominaretur) erat vir ille admodum eloquens, omnique virtute & spirituali prudentia refertus. Cum vero a Glaphyra ipsa quæsitum fuisset, quænam

PAGIUS

seam cœpisse, ideoque Amasenorum Præsul anno CCCXIX. occisus fuerit. *Basilei* martyrium memoratur tam in Chronico Theophanis, quam in variis Martyrologiis Græcis & Latinis.

VIII. *Basilei martyrium frustra in dubium revocatum.*

Valesius tamen in Notis ad lib. 2. Eusebii de Vita Constantini cap. 1. illud *Basilei* martyrium in dubium revocat; quod, inquit, Acta Basilei, quæ apud Metaphrasten extant, inepta videantur ac fabulosa. Sed hæc ratio parum urget. Licet enim aliqua veritati parum consentanea in iis legantur, inde tamen non sequitur, martyrium etiam esse suppositititium, cum fatente Valesio omnes Græci Scriptores Licinii jussu cæsum esse *Basileum* tradant. Dicit secundo Valesius, Athanasium in Orat. 1. contra Arianos, ubi mentionem facit illustrium Episcoporum, qui Nicænæ Synodo aut ipsi interfuerunt, aut ejus sententiam comprobarunt, *Basileum* Ponti Episcopum una cum aliis numerare, nec Martyrem eum appellare, quamvis

Osium

quænam, & unde esset; respondit, se Italam genere, & Christianam esse ex parentibus Christianis, aucillamque Reginæ illius, quæ Constantini Augusti soror, & Licinii Regis uxor erat. Adjunxit etiam deinceps, quænam fuerat causa, ut ad eum locum veniret. Illi cum hæc audissent, præceperunt, ut neque ipsa, neque quisquam illorum qui ad eam pertinebant, cum aliquibus versaretur; ne aliquo modo urbis Præfecto delati essent, & calamitatis alicujus causa ea res ipsis foret. Beatus vero Episcopus Basileus dixit, ad Dei gloriam illam discessionis causam pertinere.

XIX. Templum erigitur.

Illis ipsis diebus templum Ecclesiæ causa Episcopus construebat; nam usque ad illud tempus non fuerat intra urbem Christianis ipsis locus aliquis sanctus. Casta igitur illa virgo Glaphyra multum auri & argenti ad templi ædificationem contulit, & omnes fere suas facultates ad omnia ea suppeditabat, quæ beatus Basileus jussisset; quinetiam & ad dominam suam scripsit, ubinam esset, & apud quem manere sibi proposuisset; ac de sacro illo ædificio certiorem eam fecit, petens, ut plus pecuniæ ad se mitteret, qua templum sanctum Christianis compleri posset. Id libentissime fecit Magni Constantini soror, quæ, & plurimas pecunias, & multa dona ad eam misit; scripsit etiam, & litteras ad Episcopum, quibus puellam ei commendabat.

XX.

Temporis intervallo, iniquioris dæmonis arte factum ajunt, ut Glaphyræ litteras Benignus ille, de quo diximus, invenerit; quibus lectis, cum audisset puellam vivere, & apud quemdam virum Amaseæ esse, Regi Licinio hoc patefecit. Qui cum mirum in modum furore accensus fuisset, illa ipsa hora ad provinciæ Præsidem edictum misit, quo jubebat Basileum Episcopum, & Glaphyram ferreis vinculis ligatos ad se mitti. Prius igitur quam Regis litteræ ad præsidem venissent, Dei providentia factum est, ut Glaphyra ipsa ex humanis rebus discederet. Hujus natalem diem, qui contigit Idibus Januarii, insignis ejus pietatis, & castitatis ergo, perpetua memoria placuit adscribi in tabulis Ecclesiasticis, in quibus anniversaria commemoratione celebris hactenus perseverat. Sed quid post hæc Basileo contigerit, rem gestam idem auctor sic describit:

Glaphyræ obitus.

XXI.

Corruptor autem ille, & inhumanus Præses, cum Regis edictum accepisset, sanctissimum Episcopum Basileum comprehendit, & ferreis vinculis adstrictum ad Regem misit; de Glaphyra autem scripsit, quod mortua esset. Consequebantur beatum Episcopum Basileum duo clerici diaconi, quorum alter Parthenius, alter Theotimus vocabatur; omnes autem in via ipsa ab impiis militibus, & carnificibus vexati sunt. Cum vero Nicomediam regiam urbem veniissent, Dei servus Basileus in carcerem conjectus est; Parthenius vero, & Theotimus apud Elpidiphorum quemdam Christianum hominem atque hospitalem, qui carceri proximus habitabat, benigne, & multa cum misericordia hospitio accepti sunt. Fidelissimus igitur Elpidiphorus, cum omnia de viro illo cognovisset, & carceris custodi notus esset, auro ab eo impetravit, ut sine impedimento aliquo, & ipse, & diaconi, & quoscumque voluisset, ad magnum Dei Pontificem introirent, & una cum illo divinas preces, atque psalmos noctibus præsertim canere possent.

Basilei Episcopi certamen.

XXII.

Instanti igitur die, quo ante tyrannum Basileus ipse sistendus erat, mediæ noctis tempore, carceris custode accersito, diaconos suos, & admirabilem Elpidiphorum quæsivit. Custos igitur ipse celerrime eos omnes ad Basileum duxit. Ille vero psalmos, ut consueverat, etiam tunc canebat, exorsus ab illa Psalmorum decade (a); Memento, Domine, David, & omnis mansuetudinis ejus. Deinde cum in Psalmis dicendis ulterius progressus esset; tertio versum hunc extensis in cælum manibus, & lacrymas fundens, dixit (b): Si habitavero in extremis maris, manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua, Domine. Diaconi autem illi cum Basileum in precibus tamquam perplexum vidissent; lapsum ipsum fuisse suspicati sunt. Ipse vero sciebat quid diceret, ut earum rerum finis ostendit, quæ de illo conclusæ sunt. Deinde cum hymnos, & preces explevisset, die ipso jam lucescente, diaconos affatus: Tentationes (inquit) adsunt, fratres, a Diabolo quidem ipso commotæ, sed ab hominibus in nos illatæ. Ne segnes sitis, neque ob eas ærumnas, quæ futuræ sunt, animo concidatis; sed sustinete, stabiles manentes in fide; neque vos dimoveri patiamini, ut probati, & non confusi in adventu Domini sitis, vigilanter ac firmiter animæ oculos ad eum intentos ha-

(a) Psal. 131.

(b) Psalm. 138.

Exortatio Basilei.

PAGIUS

Osium Confessorem ibidem cognominet. Sed ad id respondeo. Athanasium nominare etiam ibidem *S. Philogonium* Episcopum Antiochenum, qui tamen ante annum trecentesimum vicesimum primum obiit. Quomodo itaque *Philogonius* Concilium Nicænum approbare potuit, nisi adversus Arium insanire incipientem stando? Sic quia *Basileus*, ut docet Joannes Nicomediensis in ejus Vita, nunc corrupta, martyrii candidatus rectam sententiam de æquali Filii cum Patre divinitate perdocuit, movit Athanasium, ut illum inter Fidei Nicænæ defensores numerarit, quod ipsemet Athanasius melius quam Joannes Nicomediensis scire potuit. Nec refert, quod eumdem Martyrem non appellet, cum propter Concilii Nicæni defensionem occisus non fuerit.

IX. *S. Basileus Concilio Nicæno non interfuit.*

Dicit tertio Valesius, Philostorgium in libro 1. cap. 8. diserte scribere, *Basileum* Nicæno Concilio interfuisse, cui adjungere poterat Nicetam lib. 5. Thesauri Orthodoxæ Fidei cap. 7. &

habentes, qui potest nos servare a morte, & luctum vertere in gaudium, angustias ipsas in jucunditatem, lacrymas in risum, labores in requiem. Omnes vitæ hujus voluptates, & sensuum illecebras abjectissima quæque esse, propter Filium Dei Jesum Christum existimate, ut ejus hæredes una cum omnibus sanctis viris efficiamini, ejus regni deliciis fruentes. Scitote enim, fili mei, hac nocte Dominum meum mihi vere apparuisse, & qualis dissolutionis meæ, & in illum migrationis futurus sit finis, quæcumque denique magna, & prælara in servum suum faciet, mihi declarasse. Vos igitur tranquillo animo estote; & revertentes fratres ipsos in Christo confirmate. Eutychium vero Callistrati filium Episcopum vobis assumetis; id enim mihi Dominus revelavit; qui sua gratia, & benignitate motus, faciet ut vile hoc corpus meum vobis reddatur. Factum vero esse postea ab eis, ut præceperat Basileus, de ordinatione Eutychii, ex eo perspicuum redditur, quod ejusdem nominis Episcopus Amasenus interfuisse reperitur Magno Nicæno Concilio, cui & subscriptus inhæret. Sed rursum Joannes:

XXIII. Tentatur Basileus.

Cum ejus clerici amaros fletus emitterent; ille consuetam suam doctrinam adhibens, ipsos admonuit, & hortatus est, ut reverti vellent, manibus Elpidiphori eos commendans, cui & hoc dixit: Tu frater a Deo electus es, ut charitatis mercedem recipias; una igitur cum illis ærumnas patere; neque ipsos dimittas, quocumque loco Dominus ad eorum ministerium te invitaverit. Cum primum vero eos Basileus dimisisset, Rex ipse jussit illum ad se duci: ac primum Glaphyræ puellæ crimen objiciebat, quod eam acceperat, neque quicquam de ea re significaverat. Ille ad hæc omnia justam defensionem opposuit. At Rex jussit ab sui conspectu Episcopum amoveri. Cui & per urbis Tribunum significans: Condonabo (inquit) tibi erratum hoc, & insuper honores maximos adjiciam, si mihi obtemperaveris, & deis meis sacrificia obtuleris; quinetiam, & eorum sacerdotum, qui hic sunt, Pontificem te constituam.

XXIV. Basilei constantia.

Beatus vero ille Dei minister Basileus Tribuno respondit: Hæc dices Regi: Licet totum regnum tuum mihi dare volueris, numquam tantum mihi dabis, quantum auferre vis, cum a Deo vivente me separare studeas, & dæmonibus animarum corruptoribus adjungere, atque ab infinita, sempiterna, immortalique gloria abalienare, & ad caducos honores impellere, quorum honestas turpitudo est, & splendor abusio quædam inutilis. Sed si vis me bonum consiliarium audire, tu mihi obtemperes, & redeas illuc, unde discessisti; quemque reprobatum contempsisti, ad eum te supplicem adjicias. Bonus enim Deus noster, nec quisquam alius est præter ipsum justus, sanctus, & salvator. Pœnitentiam igitur agas, & a vanis istis rebus discedas; ne propter insipientiam tuam mala, & calamitates in te veniant, illatæ ab illo ipso justo Judice, quem tu negans dixisti Deum non esse: Hæc Basileus ad Licinium, quod ille in gratiam Constantini speciem quandam præsetulisset Christianitatis, quem ab eo rebellans exuerat.

XXV. Basilei martyrium.

Verum cum hæc Licinio a Tribuno relata essent, ille adhuc iterum cum eo experiri jubet, mandans, nisi acquiesceret, truncari capite. Perstante vero S. Basileo in sententia, verberibus leviter tamen inflictis, ad littus maris eum capite plecti mandat. Tum ille precibus ad Deum fusis, salutatisque suis osculo sancto, jugulum præbens, feliciter martyrium consummavit. Ejus vero corpus in mare dejicitur jussu Imperatoris. *Hoc enim modo* (inquit auctor) *quamplurimos ex iis qui Christi fidem colebant, illos præsertim qui gregibus Dei præsidebant, obtruncatos piscibus escam projecerant.* Porro autem idem auctor, qui hæc oculis lacrymas fundentibus spectabat, pluribus prosecutus est, quæ nos, memores instituti, brevitate contraximus; idemque elegantem post hæc subnectit historiam de corporis, sectique capitis apud Synopen inventione. Contigit vero martyrium Basilei, (ut idem auctor testatur) vigesima octava die Martii, inventio autem atque sepultura vigesimasexta mensis Aprilis. Adstipulatur his a Joanne narratis Eusebius iterum, tum in historia (*a*) tum in vita Constantini, cum Licinii infensum animum in Ecclesiam Amasenam in Ponto declarat; ut respectu eorum, quæ ipse Eusebius a sæviente in eamdem Licinio admissa dicit, Joannis presbyteri historia parcior videatur, tantum abest, ut ipse quippiam veritati superaddiderit.

(*a*) Euseb. l. 10. c. 9. & Vit. Constantini l. 2 c. 1. in fin.

Apud

PAGIUS Baron. an. 315. num. XXXIV.

& Nicephorum lib. 8. cap. 14. At eos hac in re hallucinatos non dubito, præsertimque Nicetam qui a Philostorgio, quem citat, deceptus, Basileum numerat inter Episcopos, qui in Synodo Nicæna Ario patrocinati sunt. Si enim hoc fuisset, *Basileum* Athanasius inter illustres Concilii Nicæni defensores non nominasset. Præterea in subscriptionibus ejusdem Concilii legitur, *Eutychius Amaseæ*, nempe Episcopus, Basilei Martyris successor, ut observat Baronius. Porro recte scribit Gothofredus in Notis ad Philostorgium, Photium tradere, apud Philostorgium legi, *cum aliis Sacerdotibus Dei* Concilio Nicæno interfuisse Basileum Amaseæ Episcopum, & *Meletium* Sebastopoleos, non expresso quod uterque Arii partes defenderit, & excerpsisse hos duos tantum, quos Philostorgius Concilio Nicæno interfuisse tradiderat; quia nempe *Photius* utrumque peculiare & suspectum existimavit, inquit Gothofredus. Quod de Basileo mini-

Apud eumdem quoque Eusebium in Chronico, hoc anno Constantini undecimo ponitur expulsio Christianorum a Palatio, sequenti vero martyrium Basilei Episcopi Amaseni, licet in eodem Chronico multa ad finem habeantur inversa, atque in notis numeri depravata, nec cum annis Christi consentientia. Verum dum idem auctor testatur, Constantinum Constantiæ sororis litteris permotum, cum de nece sanctissimi Episcopi, deque aliis per Licinium patratis sceleribus certior redderetur, adversus Licinium expeditionem parasse; necem Basilei hoc potius anno accidisse, quam sequenti, affirmari posse videtur, quo constat ex his, quæ dicturi sumus, primam victoriam de Licinio ipsum obtinuisse, ac proinde hoc anno apertis inimicitiis alterum in alterum bello rem agere decrevisse, & non obiter quemquam ipsorum permotum esse, sed, quod in difficillimo prælio accidere solet, eorum quemlibet in sequentem annum copias comparasse.

XXVI. Chronicon Eusebii depravatum.

XXVII. Pachomius tyro adscribitur militiæ.

Hic ille plane annus esse videtur, quo, dum ad sequens prælium Licinius ubique delectum haberi juberet, & tyrones describi, in Ægypto, inter alios magnus ille Pachomius, tunc adhuc Ethnicus militiæ adscriptus est. Quid autem tunc illi acciderit, ut Christianæ fidei studiosus fieret atque sectator, Acta ejus germana quidem, nec levi saltem mendacio usquam aspersa, his verbis declarant (*a*) (jucundum plane erit ex Licinii impiis facinoribus ad gratiora hæc subinde divertere) *Cum autem post persecutiones Magnus imperaret Constantinus, & adversus tyrannum bellum generet; jussi sunt in aliquibus provinciis plurimi juvenes referri in numerum tyronum; inter quos fuit etiam ipse Pachomius; qui ut ipse affirmavit, agebat annum vigesimum. Omnibus ergo uno animo navigantibus cum iis, qui ipsos assumpserant, militibus, appulerunt in quoddam oppidum Thebarum. Vespere autem, cum cives vidissent eos in satis tuta esse custodia, & de eis audivissent viri Christiani & misericordes, attulerunt eis omnia, quæ erant ad usum necessaria, & valde eis magnum præbuere solatium, cum essent in maxima afflictione.*

(*a*) *Apud Metaph. die 14. Maii.*

XXVIII. Pachomius fit Christianus.

Ego vero cum vidissem (inquit Pachomius) quod ab eis factum fuerat, & hoc valde essem miratus; didici ab eis qui una mecum erant, Christianos erga omnes quidem, præcipue autem erga hospites esse benignos, & misericordes. Rogante autem me (inquit) quidnam esset appellatio Christianorum; dicebant: Sunt homines pii, & Deum colentes, credentes in nomen unigeniti Filii Dei sui Jesu Christi; & omnibus benefacientes, sperant ab eo mercedem remunerationis. Ipsis autem hæc ei dicentibus, mente illuminatus, & fidem Christianorum admiratus, & metu Dei corde inflammatus, & spiritu exultans, cum parum secessisset, & apud se fuisset, manus suas in cælum extendit, & dixit: Domine Deus, qui fecisti cælum, & terram, si respiciens respexeris humilitatem meam, & mihi tuæ divinitatis dederis cognitionem, & me liberaveris ex hac afflictione; tibi serviam omnes dies vitæ meæ, & convenienter tuis præceptis vitam instituam. Cum ergo esset precatus, & sic Deo pollicitus, uno die postea egressus e custodia cum iis qui cum ipso erant & navem ingressus, navigavit ex illo oppido. Interea autem dum in aliena regione versaretur, si quando eum carnis voluptates, aut rerum aliquarum mundanarum vexarent cupiditates, valde aversabatur, precum memor, per quas mente illuminatus Christum fuit professus, & ejus qui in ipsum extitit divinæ gratiæ adventus. Militavit Pachomius in exercitu Licinii Imperatoris, quousque ille per Constantinum penitus debellatus est, quando (ut suo loco dicemus) dedit in Ecclesia Christo nomen novæ militiæ miles, ac sacro baptismate initiatus monachum profiteri cœpit; cujus quales in Christiana religione futuri essent progressus, illud præcessit indicium, magnarum rerum prænuncium, cum videlicet Dæmones ejus adhuc pueri sub cura parentum agentis præsentiam exhorruerunt, nec ausi sunt in consuetum templum accedere, quo puer cum parentibus advenisset. Sed hæc in Actis pluribus.

XXIX. Thebani Christiani.

Atqui haud otiosum erit, ex quo ad hæc divertimus, locum perscrutari, in quo Pachomius, Christianorum ibi agentium admiratus collatam in Gentiles etiam homines charitatem pariter, ac pietatem, Christianæ religionis concepit affectum, qui velut semen diligenter excultum in ingentem arborem excrevit. Thebarum Civitatem unam illam fuisse cum scribat auctor; in mentem revoco, eamque Civitatem existimo, quæ Oxirinchus dicta, diversis sanctorum virorum ac mulierum prostratus cujusque diversitate classibus abundabat, quæque erat sanctissimorum virorum asylum, & collectio Civium bea-

PAGIUS

minime dubitandum; immo & de *Meletio*. Nusquam quippe *Meletius* occurrit Sebastopoleos in Ponto Episcopus. Verum *Meletius* Sebastæ in Armenia ac postmodum Antiochiæ Episcopus. Quod Nicephorum, is a se ipso dissentit: jam enim loco laudato scripserat, *Basileum* post *Theodori* Ducis mortem peremptum fuisse. Quomodo itaque anno CCCXXV. Concilio Nicæno interesse potuit, si jam a septennio morti addictus fuerat?

Denique ait Valesius, mirum esse, Eusebium *Basilei* Amasenorum Episcopi nullibi mentionem fa-

X.

torum ; quorum præclarissimæ virtutes cum in omnibus actionibus elucerent, in suscipiendis tamen hospitibus, Solis instar radiorum, adeo effulgebant, ut (quod dictum est) etiam Gentiles homines in maximam sui admirationem adducerent, & ad capessendam Christianam fidem eorum animos provocarent. Sed quid Evagrius (*a*) qui ea præsens spectavit, de ipsa Civitate scripserit audiamus:

(a) *Evagr. in Vit. SS. Patrum c. 5.*

XXX. Oxirinchus civitas ad perfectam Christianitatem exculta.

Venimus autem (inquit) *ad Civitatem quamdam Thebaidis, nomine Oxirinchum, in qua tanta religionis deprehendimus bona, ut ea nemo digne sufficiat enarrare. Repletam namque monachis intrinsecus vidimus, & extrinsecus omni ex parte circumdatam ; & ædes publicæ, si quæ in ea fuere, & templa superstitionis antiquæ, habitationes nunc erant monachorum ; & per totam Civitatem multo plura monasteria quam domus videbantur. Sunt autem in ipsa urbe, quia est ampla valde, & populosa, duodecim Ecclesiæ, in quibus publicus agitur populi conventus, exceptis monasteriis, in quibus per singula loca orationum domus sunt, quæ certis temporibus ad orationem frequentantur. Sed nec portæ ipsæ, nec turres Civitatis, aut ullus omnino angulus ejus monachorum habitationibus vacat ; quippe per omnem partem Civitatis die ac nocte hymnos ac laudes Deo referentes, urbem totam quasi unam Dei Ecclesiam faciunt. Nullus ibi inventur hæreticus, aut Paganus, sed omnes Cives Christiani, & etiam omnes Catholici ; ut nihil omnino differat, si Episcopus in platea orationem, aut in Ecclesia faciat. Ipsi quoque magistratus aut principales Civitatis, & reliqui cives studiose per singulas partes statuunt eos qui observant, ut sicubi apparuerit peregrinus, aut pauper, certatim ad eum currant ; & qui præoccupaverit, abducit, ut quæ sunt necessaria, consequantur. De his autem, quæ erga nos ab his populis gesta sunt, videntibus transire nos per Civitatem suam, & velut Angelis occurrentibus, atque honorem deferentibus, quomodo enarrem? aut de ipsis monachis, & virginibus, quorum innumeræ multitudines, (ut supra diximus) in illa urbe habentur? Requirentes enim a sancto Episcopo loci illius, viginti millia virginum, & decem millia Monachorum ibi haberi comperimus ; quorum omnium affectum erga nos, & honorem quem exhibebant, vobis exponere nec sermo sufficit, nec vere-*

cundia permittit, quomodo pallia nostra scinderentur, unoquoque nos sibi rapiente, & ad se adducere cupiente. Vidimus ibi plurimos sanctorum Patrum diversas Dei gratias habentes, alios in verbo Dei, alios in abstinentia insignes, & virtutibus ministrantes : Hactenus de his Evagrius, quorum causa Pachomium Christianam religionem animo concepisse diximus.

Redeamus jam ad Licinii res gestas, cujus in Constantinum expeditionis hoc anno paratæ occasione, ad hæc de Pachomio, & loco quo ipse tunc miles a Christianis tam liberaliter exceptus est, paulum digressi sumus. Non solum autem in S. Basileum Amaseæ in Ponto Episcopum, sed & in alios ejusdem Ecclesiæ Christianos, aliosque diversarum Ecclesiarum Episcopos, ejus furor grassatus est ; ita tamen, ut hæc persecutio non furenti impetu primum eruperit, sed sensim serperit, magno tamen Ecclesiæ detrimento ; quod Eusebius his propemodum verbis significat (*b*) : *Iste, quem diximus, Licinius in eumdem cum illis gurgitem, qui cum Deo bellum gessissent, præceps dejectus est ; & quorum internecciones impietatis causa ipsis illatas oculis aspexisset, eorum exemplum ad suam perniciem consectatus, persecutionem contra Christianos, tamquam quoddam ignis incendium jampridem extinctum, de integro suscitavit, graviore flamma ab ipso, quam a superioribus tyrannis accensa. Atque velut bellua quædam immanis, aut serpens tortuosus in se convolutus, furorem & minas, quasi cum Deo bellaturus, anhelans, nondum aperte quidem (Constantinum enim admodum extimescebat) contra Dei Ecclesias ipsius Imperio subjectas dimicare ausus est ; sed clam apud se malevolentiæ occultans venenum, clandestinas insidias separatim contra Episcopos comparavit. Nam per veteratorias molitiones magistratuum, qui provinciis præfuerunt, spectatissimos quosque inter ipsos e medio tollendos curavit. Quin cædis modus in eos institutus peregrinus quidam erat ; cujusmodi non aliquando cognitum fuisse arbitror.*

(b) *Euseb. in Vita Constant. l. 1. c. 1 2. & hist. l. 10. c. 9.*

Licinian persecutio qualis.

XXXI.

Quæ enim fuere ab ipso in Amasea Ponti patrata, extra omnem crudelitatis modum longe evagata sunt, In quo loco nonnullæ Ecclesiæ, quæ fuissent etiam ante eversæ, jam secundo e sublimi ad solum usque sunt prostratæ : Hæc Eusebius, plane

XXXII. Ecclesiæ prostratæ.

PAGIUS *Eusebius meminit persecutionis Amasenorum.*

facere. Quæ ratio placuit Haukio in lib. de Byzantinarum rerum Scriptoribus Græcis parte 1. c. 1. n. 66. ubi Valesii opinionem tuetur. At vanum hoc fundamentum, non solum quia ab auctoritate negativa deductum ; sed etiam quia Eusebius tam in lib. 10. cap. 8. quam in Vita Constantini lib. 2. c. 1. disertis verbis de persecutione excitata a Licinio *apud Amasiam & reliquas Ponti urbes* agit, & in ea urbe eam inchoatam asserit : summatimque referens quæ in ea persecutione gesta, ait : *Præsides optimos quosque Ecclesiarum Antistites capitali supplicio addixerunt.* Quis autem crediderit, Basileo tunc Amaseno Episcopo parcitum

ne alludens (ut dictum est) ad Ecclesiam Amaseæ ex pecuniis Glaphyræ a Constantia Augusta illi collatis excitatam, & per Licinium furore percitum solo tenus dirutam. Idem quoque auctor de eodem Licinio tradit (*a*), perbella quadam elusione vetuisse conventus intra Civitates agi, sed extra mœnia eos jussisse convenire, cum ait : *Aliud quiddam ad Ecclesiarum eversionem machinatus est ; asseverans, populi conventus, qui de more agebantur, extra portas in amœna planicie fieri oportere ; nam aerem, qui extra portas est, permultum ei qui est templorum in Civitate sitorum ad congressus faciendos præstare.* Sed quid de Ecclesiis fecerit, hæc post multa subdit (*b*) : *Aliæ autem Ecclesiæ a provinciarum Præfectis occlusæ ; ne quis eorum, qui eas frequentare consueverant, eo ad conventus agendos accederet, neve cultus Deo debitos imperiret. Nam qui ista mandaverat, non existimavit preces illic pro se fieri, utpote quem mala conscientia in opinionem induxisset ; sed pro Constantini salute nos omnia pietatis officia exequi, & Deum assidue pro eo orationibus placare, pro certo persuasum habuit. Illius autem assentatores, & qui ei blandiri egregie in animum induxerant, illustrissimos Ecclesiarum Præsides (eidem se impio tyranno rem gratissimam facturos arbitrati sunt) capitis supplicio multarunt. Itaque qui insontes erant, perinde atque ii qui cæde, & sanguine manus suas inquinassent, sine causa ad locum supplicii abducti sunt, & gravi pœna affecti :*

(a) *Euseb. in Vita Const. l. 1. c. 46.*

(b) *Euseb. ibid. l. 2. c. 2.*

XXXIII. Sævit persecutio Licinia-na.

Jam vero quidam novum genus mortis subierunt, corpore in multas particulas ense minutatim dissecto ; ac post istud crudele supplicium, & omni scelere in tragœdiis audito magis horrendum, in profundos maris gurgites piscibus vorandi projecti sunt. Pii viri post hæc, sicut paulo ante acciderat, aufugere ; famuli Dei in agros rursum, & solitudines se abdere cœperunt. Ubi ista hoc modo tyranno succedebant ex sententia, de cætero contra omnes persecutionem excitare, in animum inducit. In qua re certe fuisset voti compos, & nihil fuisset ei impedimento, quo minus in opere instituto processisset ; nisi Deus suorum servorum propugnator, uti quod futurum erat perverteret, famulum suum Constantinum, tamquam lumen illustre in tenebris, & nocte obscurissima incensum, ea in loca, in quibus versabatur tyrannus, quasi manu duxisset. Sed hæc postea. Quinam autem extiterint ejusdem Licinii conatus reliqui, idem Eusebius narrat ; atque in primis quo modo fuerit in Christianos milites exacerbatus, hæc tradit (*c*).

(c) *Euseb. in Vita Const. l. 1. c. 47. & l. 10. hist. c. 8.*

XXXIV. Quid Licinius in milites Christianos.

Verum ibi ne in hoc quidem instituto habebat qui ei morem gererent ; de cætero, nudo capite (ut dicitur) milites, qui erant in Civitate, si Dæmonibus neutiquam hostias immolare in animum inducerent, jussit de dignitatis gradibus, quibus fruebantur, penitus dejici. Proinde uti cohortes piorum hominum ubique gentium honoribus erant spoliatæ ; sic tyrannus, qui has leges sanciverat, sua ipsius opera sanctorum virorum precibus omnino orbatus. Fuit enim hoc ejus in re agenda consilium, ut exercitum Christianis militibus expurgaret ; ratus nimirum, omnes qui Christiani essent, ex animo studere Constantino, sibi autem fore adversos ; sicque accidit, ut, magno robore sui exercitus in hunc modum sublato, essent ejus vires magnopere enervatæ ac plane collapsæ. Eadem quoque ratione in reliquos, quos sciret Constantino esse animi affectione conjunctos, animadvertit ; quod idem quoque Eusebius testatur his verbis (*d*) : *Ad extremum namque furor ejus cœpit in Ecclesias insultare, grassarique in Episcopos, quos sibi maxime adversari animadverteret ; quinetiam quos cum pietati deditos, tum Imperatori magno ac religioso caros existimaret, eos inimicorum loco habere. Quocirca a sanitate, & mente penitus deturbatus, animi impetum in nos incitavit.* Constat præterea complures alios Christianos militia nobiles ignominiæ causa ad opus publicum esse damnatos, alios insuper ad textrinam, aliaque opera gynæcea adscriptos fuisse. Id quidem testatur (*e*) ipsemet Constantinus Imperator in edicto, quod primum post expugnatum Licinium pro Christianis edidit ; recitabimus ipsum suo loco.

(d) *Euseb. ibid. l. 1. c. 49.*

(e) *Apud Euseb in vita Const. l. 2. c. 25.*

Inter alios nobiles cum Castrensis, tum Palatinæ militiæ viros, qui Christianæ religionis causa a Licinio e Palatio ejecti sunt, fuit Auxentius Notarius, postea factus ob insigne virtutis meritum Episcopus Mopsuestenus, de cujus nobili confessione Suidas hæc narrat (*f*) : *Auxentius Mopsuestiæ Episcopus, ex iis qui Confessores nominantur, homo illustris in exercitu Licinii Imperatoris, & e Scribarum numero, quos notarios Romani vocant.*

XXXV. Auxentii certamen.

(f) *Suidas in verbo Auxentius.*

PAGIUS tum fuisse? Neque opus erat, ut eum Eusebius nominaret, cum in præfatis locis nullum Martyrem in particulari memoret ; sed generatim de diversis Dei cultoribus a Tyranno occisis mentionem faciat. Porro Em. Card. Norisius in Dissert. de Numismate Licinii capite 5. confutat Labbeum in Apparatu ad Concilia, ubi perperam duas *Amasias* posuit ; alteram metropolim Helenoponti ; alteram in Armenia secunda intra Diœcesim Primatus Melitinensis ; nulla enim *Amasia* in Armenia fuit, ut ibidem docte ostendit Card. Norisius. Martyrium itaque S. Basilei certum & indubitatum ; Acta vero ejusdem martyrii, quæ sub Joannis Presbyteri Nicomediensis nomine circumferuntur, aut depravata, aut supposititia ; quod vel ex

cant. Confessionis genus hujusmodi fuit. Erat in quadam Palatii aula fons aquæ, & in eo Bacchi statua, & vitis amplatotum complexa locum atque inumbrans. Quo cum Licinius causa delectationis venisset, Auxentio, & aliis multis e comitatu sequentibus vitem intuens, uvam magnam, & maturam e palmitibus dependentem vidit, eamque Auxentium resecare jussit. At ille statim femori appenso pugione stricto, resecuit, nihil suspicans. Licinius autem: Ponito, inquit, uvam ad Bacchi pedes. At ille: Absit, Imperator; Christianus enim sum. Tum ille: Igitur, apage te, relicta militia; alterutrum enim facias necesse est. At hic nihil cunctatus, & zonam solvit, & statim a lacer Palatio excessit. Ephori autem aliquanto post eum Mopsuestiæ Episcopum creârunt. Frater ejus junior Theodorus fuit Athenis eruditus, cui & ipsi tandem Tarsensis Ecclesiæ Episcopatus contigit: Hucusque Suidas. Inter alios quoque milites Christianos ac nobiles confessores, Arsacii virtus effulsit (*a*): erat hic genere Persa, qui & ipse pariter contempta militia, insignis confessor factus, monasticam vitam exercuit, & virtute miraculorum enituit sub Constantino; de quo opportuniore loco plura dicturi sumus.

Arsacius Confessor.

(*a*) *Sozom. l. 4. c. 15.*

XXXVI. Sed & Theodorus in Cypro Episcopus eodem tempore multa passus, ac carceri mancipatus, cum Licinium vicisset Constantinus, ab eodem jussus est solvi, qui egregia morum sanctitudine diem claudens extremum, anniversaria memoria a Græcis (*b*) hactenus celebratur. Tunc & fama celeberrimus (*c*) S. Nicolaus Myræ in Lycia Episcopus similiter pro Christi nomine est in carcerem conjectus; sed reddita per Constantinum Ecclesiæ pace, solvitur; hac enim ultima persecutione eum vinctum fuisse, ex eo constat, quod per Constantinum, cum toti dominaretur Orienti, liberatus est, nec ab alio, vel alio tempore; nam si sub Diocletiano, Galerio, vel Maximino conjectus fuisset in vincula, jam antea Maximini edictis iterum promulgatis, liber Ecclesiæ Myrensi redditus esset, nec opus fuisset liberari per Constantinum; illo enim pacis interstitio, quod concessum est edicto Maximini, vel post obitum ejus; peregrinationem ipsius Hierosolymam ad invisenda loca sancta contigisse putamus, ac postea mirificam ejus Dei jussu factam in Episcopatum Myrensem electionem:

(*b*) *Menolog. 12. Maii.*

(*c*) *Metaph. die 6. Decemb.*

S. Nicolaus Episcopus Confessor.

quæ omnia, atque admiranda illius vitæ cunabula, auctosque cum ætate ejusdem sanctissimos mores, res præclare gestas, egregiaque miracula edita, cæteraque ejus Acta cum a græcis, tum a Latinis scripta, atque omnibus pervulgata testantur; ut non sit opus hic singula recensere, sed pro temporum ratione pauca dumtaxat attingere. Nunc ad initum semel de Licinii persecutione sermonem orationem revocemus.

Licet autem iræ Licinii in Christianos conceptæ aliquandiu ob Constantini metum, ab eo primum fuerint studiose compressæ, ac postea patefactæ, lento gradu progredi visæ sint; tamen quod ex impie gestis addantur vires ad graviora facinora perpetranda; velut ignis, cum e tenui fumo crescit in flammam, & sævo incendio in immensum auctus cuncta circumcirca depascit; acerbius Christianos exagitat, omnia adhibens in eos genera tormentorum, Præsidibus utens, quorum crudelitas multis exemplis sub præteritis tyrannis persecutoribus notior omnibus facta esset: deliguntur denuo ad provinciarum præfecturas, qui in magistratu tales erant, stabiliunturque Busiridis, atque Phalarides, Lysiæ, & Agricolai.

XXXVII.

Delecti Præfecti sævissimi.

De hac enim persecutione sub Licinio restituta agens Sanctus Basilius hæc ait (*d*): *Ubi vero iniquum præconium edictumque omnibus denunciavit, ne quis Christum profiteretur, propositaque omnia pœnarum genera confitentibus; multa quoque a Judicibus injustis ira, & feritas prodit; multæ tendebantur ubique insidiæ, doli, delationes; ignis insuper paratus, ensis in promptu, crux affixa, botrus* (nempe culleus) *rota, flagella. In tanta igitur Fidelium turbatione nonnulli fugiebant, aliqui succumbebant, alii fluctuabant, quidam ante certamen solis minis absterrebantur; alii ubi coram videbant intentatos cruciatus, consternabantur; alii certamen ineuntes, deinde usque ad finem laborum durare nequeuntes, pugnam ac periculum detrectabant, & velut in pelago naufragantes, quæ virtute patientiæ parta, multorum annorum secum in navi vehebant, per impatientiam amiserunt*: Hæc generatim Basilius de persecutione complexus, mox agere de martyribus, quorum gratia ea præfatus est, incipit in hæc verba: *Tunc igitur hi quadraginta invicti, & generosi Christi milites, cum Præfectus*

XXXVIII.

(*d*) *Basil. orat. in 40. martyres.*

Sævit acrius persecutio.

PAGIUS ex eo constat, quod *in iis dicitur*, Licinium, postquam a Constantino debellatus fuit, relegatum esse in Gallias; cum tamen ex Anonymo Valesiano Thessalonicam in *exilium missus fuerit*, ibique Constantini jussu occisus. Certe Constantinus, qui tunc Occidentem reliquerat, quique Romanos, quod Christianos foveret, *non* parum a se alienatos sciebat, prudentior erat, quam ut captum Licinium in Gallias amandaret, ubi ante quindecim annos Maximianus Herculius, Imperium quod deposuerat, resumere tentarat. Baronius non animadvertens ea Acta fidem non mereri, eorum testimonio fultus scripsit etiam, *Licinium* in Gallias amandatum fuisse quod plane commentitium. Mitto alias suppositionis notas quæ in illis Actis habentur. Ex

Baron. an. 318. num. XVIII.

fectus Imperatoris litteras ostendisset, & obedientiam requireret; libera voce audacter, & fortiter, nihil ex iis quæ viderant exemplis expavescendo, sed minas omnes contemnendo, in medium procedentes, sese Christianos esse fassi sunt.

XXXIX. Quadraginta martyres Cappadoces.

Sunt ii Cappadoces illi milites quadraginta, qui sub Præside Agricolao Sebaste in Armenia Minori, in Thermarum frigidario gelu rigentes coronam martyrii adipisci digni fuerunt; quorum nomina tam Græcis, quam Latinis notissima, hæc sunt (*a*): *Domitianus, Evodius* *, *Sisinnius, Eradius* *, *Alexander, Joannes, Claudius, Athanasius, Valens, Helianus, Meliton, Hecditius, Acacius, Vivianus, Helvius, Theodolus, Cyrillus, Flavius, Severianus, Cyrion, Valerius, Chudion, Sacerdon, Priscus, Eutychus, Smaragdus, Philoctimon, Aerius, Michallius, Lysimachus, Domnus, Theophilus, Eutycius, Xantius, Angias, Leontius, Isychius, Cajus, Gorgonius, & Candidus*: Hæc, inquam, sunt militum nomina, quæ singula, egregiæ virtutis ergo, viventibus semper Ecclesiasticis tabulis, anniversaria celebritate passionis natali die reperenda, perpetua memoria consignari meruerunt; licet unum ex recitatis nominibus non sit militis, sed balnei custodis in locum desertoris gratia divina suffecti. Sed quo ordine ac ratione, S. Basilius sic describit (*b*):

* Eunoicus.

*Heraclius.

(*a*) *Met. die 9. Martii vet. mss. ser. & Ado ea die.*

(*b*) *Basil. Orat. in 40. martyres.*

XL. Lapsus militis & suffectio alterius.

Unus ex eorum numero inde per animi inconstantiam subterfugiens, mœrorem sociis maximum reliquit; nec propterea Dominus eorum vota inania esse permisit. Nam prope aderat quidam cui eorum custodia credita est in gymnasio quodam e vicino a frigore servato (putamus hunc locum fuisse balnei calidarium) *& exitum rei expectans, paratusque martyres, si qui fugerent* (*ut eis clare pollicitus fuerat*) *in lavacro quodam aquæ calidæ, quod juxta situm erat, excipere atque servare. Res a Præfecto astute fuerat excogitata, talem videlicet invenire certaminis locum, in quo paratum damnati haberent refugium, ut omnes cœpti propositi constantiam amitterent; sed hoc martyrum patientiam clariorem reddidit; non enim qui cogitur, constans est; sed qui liber, & in oblectationis copia dura pati potest, is demum constans ac patiens est. Custos itaque dum hos observaret, quosdam e cœlo descendentes Angelos, ac coronas singulis martyribus, uno excepto, distribuendas aspexit. Is autem, quem indonatum illi reliquerunt, ac honoribus cœlestibus indignum judicaverunt, ea repertus est animi mollitie atque inconstantia, ut statim laboris tolerantiam desperans, ad hostes transfugeret; miserabile prorsus spectaculum, miles transfuga, vir fortissimus captus, Christi ovis a lupo direpta; & quod miserabilius, a vita perpetua cœlestique excidens, neque hac postremo diu gaudens: nam ubi calidam attigit aquam, corpore, quod glacie torpebat, dissoluto, statim interiit.*

XLI. Custos martyrum martyr evadit.

Custos vero, qui prodigium hoc viderat, ubi illum fugientem aspexit, relictis omnibus, sese in ejus demisit locum, atque unam cum sanctis illis emisit vocem: Christianus & ego sum. Itaque cum ejus subita mutatione stuporem illis incuteret; & numerum implevit, & mœstos ob socium amissum sanctos consolatus est; eos imitando, qui in acie prima, ubi forte aliquis ceciderit, statim ordini alium restituunt, ac surrogant, ne proximi incommodum patiantur. Talem igitur ipse sese gessit. Vidit miracula cœlestia, agnovit veritatem, ad Dominum confugit, cum martyribus annumeratus est: Hucusque Basilius de coronis martyrum, & suffecti commilitonis victoria atque triumpho. Sed & paulo post præclare subdit de matre unius ex illis, quem Melitonem nominatum tradunt, exemplum his verbis.

XLII. Matris martyris invicta constantia.

Unius illorum mater alios jam pene frigore extinctos aspiciens, suum vero filium ob vires aliquantulum validiores, & adversus dura constantiam, adhuc vivum, permittentibus lictoribus, vitæ consulere valentem; ipsum propriis accepit manibus, ac currui, in quo reliqui jacentes ad pyram ferebantur, apposuit martyris vera mater; non enim lacrymam indecoram effundere, nec aliquid humile loqui, vel indignum agere visa est; sed: O nate, inquit, perfice cum tuis contubernalibus iter beatum, ne a chorea deseraris, neve inferior aliis Domino appareas. O matrem felicem! o bonæ radicis bonum germen! &c. Ita Basilius; quibus hæc addunt Acta eorumdem martyrum: *Mater quæ relictum filium solum cernebat, rejecta imbecillitate muliebri, virilemque animum ac robur assumens, humeris suis filium*

PAGIUS XI. *Martyres in persecutione Licinii passi.*

Ex dictis colliges, Martyres qui *in* Martyrologiis aut Actis Sanctorum passi dicuntur in *Liciniana persecutione*, ante annum trecentesimum decimum nonum morte affectos non esse; cum ante illud tempus *Licinius* Ecclesiam persecutus non fuerit. Quamobrem *Licinius* non minus quam *Constantinus M.* laudatur a Lactantio in lib. de Mortibus Persecutorum, quemadmodum & in Oratione habita in dedicatione Ecclesiæ Tyri, quæ apud Eusebium extat. Perperam itaque in Actis Sanctorum Bollandianis die XIII. Januarii Sancti *Hermyli* & *Stratonici*, quorum Acta ex Metaphraste ibidem recitantur, martyrium cum anno CCCXV. quo bellum Cibalense gestum Bollandus existimavit, illigatur. Nam ex Veteribus nullus scripsit, Licinium in priori bello, Cibalensi nempe, anno CCCXIV. non vero CCCXV. confecto, Ecclesiam persecutum esse. Certe Mysia aliæque quædam Provinciæ Constantini Imperio

filium imposuit, & strenue plaustra sequebatur; juvenis autem, dum gestaretur a matre, lætus animam efflavit. Mater vero plaustra jam consecuta, super illa filium projecit. Constructa autem & incensa pyra, sanctorum corpora combusta sunt, &c.

XLIII. Reliquiæ SS. martyrum XL.

Quomodo autem ipsorum reliquiæ, nempe sacri cineres, in alveum injectæ fuerint divina virtute servatæ, ac rursum quomodo repertæ, ac denuo inventæ, atque translatæ, deque aliis nonnullis, consule quæ diximus in nostris ad Romanum Martyrologium Notis, & addidimus in editione Plantiniana. Quam autem frequenti cœtu ex diversis provinciis accurrente frequentari, ac celebrari soleret eorumdem martyrum natalis dies, Gregorius Nyssenus locupletissimus testis est duabus illis orationibus, immo una, accedentium multitudine interrupta, ac sequenti die rursum repetita, & absoluta. Sed & de martyrum cultu ubique locorum, hæc S. Basilius eadem oratione habet: *Hi sunt qui nostram obtinentes regionem, quasi quædam turres contra adversariorum incursum refugium exhibent; nec uno in loco sese clauserunt, sed multis in locis hospitio recepti, multorum patrias ornaverunt; nec tamen separati, sed inter se commixti: si in singulos eos divideris, proprium numerum non excedunt; si vero in unum congregaveris, quadraginta nihilominus erunt; atque ita ut ignis natura permanent, &c.* Quomodo autem eorum martyrum reliquiæ sub Pulcheria Augusta inventæ, ab ea honorificentissime habitæ sint, suo loco, dicemus.

XLIV. Reliquiæ martyrum perlatæ in Occidentem.

At non in Oriente tantum, sed & in Occidente celebris erat memoria eorumdem quadragita martyrum, quorum causa S. Gaudentius Episcopus Brixianus, Ambrosii æqualis, in Cappadociam peregrinari non timuit, ut reliquias martyrum inde acciperet, & suam eisdem Ecclesiam illustraret. Est de his ejus oratio habita in dedicatione basilicæ, ubi de iisdem martyribus plura. Qui enim ab exordio nascentis Ecclesiæ bene cœptus est cultus sanctorum martyrum, posterioribus quoque temporibus est ubique religiosissime propagatus, exemplisque innumeris quotidie docti Fideles, martyrum patrocinio plurimum adjuvari; nam & de iisdem idem Basilius hæc eadem oratione: *Paratum est hic Christianis auxilium, Ecclesia videlicet martyrum, exercitus triumphantium, chorus laudantium Deum. Sæpe operam dedistis, sæpe laborastis, ut unum pro vobis orantem inveniretis; quadraginta hi sunt, unam orationis emittentes vocem. Ubi enim sunt duo vel tres in nomine Domini congregati, ibi Deus est; ubi vero quadraginta fuerint, quis dubitet Deum esse præsentem? Qui aliqua premitur angustia, ad hos confugiat; qui rursus lætatur, hos oret, &c.*

XLV. Blasii Episcopi Sebasten. martyrium.

Passi sunt quadraginta hi martyres Sebaste, septimo idus Martii. Hos autem ad coronam præcessisse videtur ejusdem Sebastenæ civitatis Episcopus S. Blasius, qui ante mensem unum & dies sex, nempe tertia Februarii, ibidem loci, & sub eodem quoque Præside Agricolao passus legitur, qui in eum omne crudelitatis genus exercuit; hic, inquam (ut dictum est superius) Eustratii martyris Sebasteni, qui in persecutione Diocletiani, eodem Præside Agricolao passus est, reliquias colligens, recondidit simul cum corpore S. Orestis (*a*), & furorem persecutionis evitans, diu latuit in Argæo monte: sed tandem inventus, ab eodem Agricolao diris subjectus tormentis, martyrio coronatur; cujus natalis dies tam apud Græcos, quam Latinos ejusmodi elogio chartis Ecclesiasticis tertio Nonas Februarii adscriptus habetur: *Sebaste in Armenia passio sancti Blasii Episcopi, & martyris; qui multorum patrator miraculorum, sub Agricolao Præside post diutinam cæsionem, atque in ligno suspensionem, ubi ferreis pectinibus carnes ejus disruptæ sunt; post teterrimum carcerem, & in lacus demersionem, unde salvus exivit, jubente eodem Judice, una cum duobus pueris capite truncatur. Ante eum vero septem mulieres, quæ guttas sanguinis ejus, dum torqueretur, colligebant, deprehensæ, quod Christianæ essent; post dira tormenta gladio percussæ sunt:* Hactenus ibi ex ejus Actis tam Græcis, quam Latinis ubique notissimis: sed apud Metaphrastem nequaquam in omnibus noscuntur esse sincera. Quod vero Sebaste, & sub eodem Præside Agricolao post diuturnas latebra S. Blasius passus inveniatur, merito ad Licinii tempora eum retulimus; & licet in aliquo scripto codice in persecutione Diocletiani martyr effectus dicatur; id sicut in plerisque aliis accidit; ut cum persecutio sub Licinio brevis admodum fuerit, nec inter decem illas Ecclesiæ persecutiones adnumeretur; nonnulli martyres, qui post novissimam illam Diocletiani

(*a*) Acta Eustratii, & sec. in fin. Metaph. die 13. Dec.

PAGIUS perio post prius illud bellum accessere; ideoque *Singidini* in Mysia superiori, ubi Sancti Martyres cæsi, Licinius post illud bellum vexare non potuit. Cum vero *Mœsia*, ut anno CCCXVIII. num. III. ostendi, in secundo bello Liciniano vastata fuerit, Byzantium obsessum, & vicinæ regiones, quæ Constantino parebant, afflictæ, in eosdem plureque alios Christianos *Licinium* desæviisse non dubitandum.

XLVI. S. Blasii martyrium.

Ad num. XLV. *S. Blasii* Sebastenæ civitatis Episcopi martyrium sub Licinio quidem contigit, sed an initio, vel in fine persecutionis, incompertum.

Baron. n. XLV.

ni & Maximiani persecutionem passi habentur, sub eadem martyrio coronati dicantur. Habuit Blasius in Sebastena sede successorem Petrum Episcopum, qui divinitus admonitus, eorumdem quadraginta martyrum reliquias invenit, atque religiose curavit (*d*).

(*d*) Acta martyrum quadrag. a Metaph. descripta.

XLVI. (*f*) Greg. Nyss. orat. 2. in martyres quadraginta. Martyres alii sub Licinio.

Quod igitur (ut tradit Gregorius Nyssenus *b*) hostis humani generis pravus dæmon Licinio suasisset, de hostibus nequaquam victoria potiturum, nisi, quos sciret colere Christum, occideret; tantum abest, ut dictorum martyrum nece exsatiatus fuerit, ut magis in alios furor ipsius excanduerit per sævissimos Præsides agens omnia, ipse ad parandam in Constantinum expeditionem intentus. Etenim Lysiam Cæsarea Sebasten amandat successurum Agricolao, illi crudelitate non imparem; quo cum perveniisset, Severianum militem, cujus admonitionibus quadraginta insignes martyres illi profecerant, tentum, diris cruciatibus exagitatum interemit. Extant ejus martyris Acta (*c*) fusius scripta, ipsiusque memoria relata in tabulas Ecclesiasticas quinto Nonas Septembris. In eadem quoque provincia Nicopoli, sub eodem Præside Lysia, passi leguntur Leontius, Mauricius, Daniel, ac socii, quorum martyrio natalis dies inscriptus est tam apud Græcos, quam Latinos sexto Idus Julii.

(*c*) Habet Metaphr. die 5. Sept.

XLVII. Militare renuunt fideles sub impio Imperatore.

In Ponto autem, proxima illi provincia, tres fratres milites martyrii coronam adepti sunt quarto Nonas Januarii, qua die eorum passio paucis hisce in Martyrologiis recensetur: *Tomis in Ponto sanctorum trium fratrum, Argæi, Narcissi, & Marcellini pueri, qui sub Licinio Principe inter tyrones comprehensus, cum nollet militare, cæsus ad mortem, & diu in carcere maceratus, demum in mare mersus, martyrium consummavit; fratres vero ejus gladio perempti sunt.* Execrandum plane videbatur Christianis militibus, adversus Christianum Imperatorem Crucis vexillo prævio ducentem exercitum, impii Licinii castra sectari; cujus rei causa totidem milites, Cyrinus, Primus, atque Theogenes, eodem tempore in Hellesponto, tertio Nonas Januarii passi sunt. Sed & Heracleæ insigne certamen exegit Theodorus dux exercitus; extant ejus Acta (*d*) ab Augaro (ut idem præfert auctor) omnia coram spectante conscripta; ubi & de compluribus aliis militibus passis in Macedonia mentio habetur. De eodem pauca hæc Nicephorus (*e*): *Quo tempore etiam exercitus dux Theodorus martyrio defunctus est spectata fortitudine vir, qui Heracleæ in Ponto habitans, Mariandynorum genti præerat; & quod evocatus ad Licinium cum venisset, hospitem ipsum habuit, ejusque deos comminutos egentibus dedit. Hunc Licinius, etiamsi egregie carum habuerit, multis tamen affecit cruciatibus; nam & in crucem eum egit: & subulas in meatus secretiores corporis ejus immisit, postremoque capite truncavit; cujus corpus postea in patriam ejus Euchaitem magnifice deportatum, ibi insigni templo cohonestatum est:* Hæc Nicephorus, licet ante dictos superius martyres hunc passum affirmet.

(*d*) Metaph. die 7. Feb.

(*e*) Niceph. lib. 7. c. 44. in fine.

XLVIII. Diaconorum munus tempore persecutionis.

Edessæ vero in Syria sub Lysania Præside, annuente Licinio, passus est Abibus diaconus insignis inter martyres, cujus passionis extant Acta (*f*) fideliter scripta, quorum hujusmodi est exordium: *Excitata rursus fuit persecutio adversus Christianos, & Abibo universum imminebat periculum; is enim obibat civitatem, divinas cunctos docens Scripturas, & magno animo confirmans ad pietatem.* Diaconi namque id erat muneris, persecutionis tempore circumire castra Fidelium, prospicereque opportunitati cujusque, in omnibusque consulere omnibus, ac de cunctis Episcopum commonere, sed, & in carcere constitutos Christianos invisere, eosque ad martyrium exhortari. Est Cypriani sententia alias superius recitata, qua ait (*g*): *In præteritum semper sub antecessoribus nostris factum est, ut diaconi, ad carceres commeantes, martyrum desideria consiliis suis, & Scripturarum præceptis gubernarent.* Cum igitur vitæ suæ dispendio cæteris pacem pepereret, & pro omnibus se ipsum obtulerit; dignum est, ut quæ reliqua sunt Actorum ejus, ordine prosequamur.

(*f*) Recitat Metaph. die 15. Novemb. c. 13.

(*g*) Cypr. epist. 11. edit. Pam.

XLIX. Edessæ ecclesia a Licinio vexata.

Hæc autem (*h*) *cum venissent ad aures Lysaniæ, ea Licinio Imperatori ab eo significantur. Studebat enim ut ipse ei committeret quæstionem habendam de Christianis, & maxime de Abibo (neque enim prius fuerat ei commissa). Ille vero literis datis jubet, ut morte Abibum afficiat. Ipse autem degebat in quadam parte civitatis propter statum Ecclesiasticum; mater vero, & quidam ex iis qui ad eum genere attinebant, cum eo versabantur. Ille vero cum rem resciviſſet, ne daret pœnas, quod martyrii deseruisset ordines; cuidam qui erat ex primis cohortis (is autem vocabatur Theotecnus) se ipsum indicat; & tandem: Quem quæris? inquit. Abibum? ipse sum, inquit. Ille autem benigne eum intuens: Nemo, inquit, adhuc novit te venisse, o homo; abi ergo, & servare; nec sis solicitus de matre, nec de iis qui genere ad te attinent; nullus enim eos poterit omnino afficere molestia: & hæc quidem Theotecnus. Abibus autem, cum tempus vocaret ad martyrium, molebat pusillo, & abjecto animo suffurari salutem; ei itaque dicit: Non propter caram matrem, nec propter cognatos me reddo manifestum, sed adsum propter Christi confessio-*

(*h*) Acta apud Metaph. ibid.

fessionem: libens enim volensque exhibebat se persecutoribus, vitam sponte profundens, cujus jactura pax esset perpetua Ecclesiæ conciliandæ; offerens se instar Christi Redemptoris nostri in redemptionem pro multis; ac proinde hæc subdit: *Ecce enim vel te nolente, apparebo coram Præside, & Christum meum prædicabo coram Principibus ac Regibus. Theotecnus itaque veritus ne sua sponte veniret ad Præsidem, & ea de causa ei afferretur periculum, ut qui eum non fecisset manifestum; assumit Abibum, & ducit ad Præsidem: Hic est ille, inquiens, qui quæritur, Abibus.*

L. Abibi Diac. constantia.

Cum autem Lysanias audisset Abibum sua sponte adiisse ad certamina; arbitratus eam rem esse contemptus, & audaciæ, ut qui parvi fecisset austeritatem tribunalis; eum statim curat ducendum in judicium, conlitum-mque ab eopetit, & nomen, & patriam. Cum vero respondisset, se esse quidem ortum e vico Thelsæa, significasset autem se esse Christi ministrum, statim martyrem criminatus est Præses, quod non obtemperasset jussis Imperatoris. Huius autem rei apertum esse dicebat indicium, quod Jovi thus non sacrificaret. Ad hæc, se quidem Christianum esse dicebat Abibus, & non posse Deum verum relinquere, & sacrificare inanimis, & nullius sensus præditis operibus manuum. Præses vero eum brachia vinctum funibus jussit in ligno sublimem extolli, & ferreis ungulis lacerari. Erat autem suspensio longe violentior quam laceratio; veniebat enim in periculum ne discerperetur, cum violentæ extensione ei divellerentur brachia. Illud tormenti genus dictum erat Græce, ἁλιμακίζειν, de quo Suidas: *Climax, scala est, tormenti genus, quo corpora distorquentur.* Aristophanes: *Quovis modo eum torque, scalis alligatum, suspensum, flagris cæsum, cute directa, distentum, aceto in nares infuso, lateribus impositis, cæteris adhibitis omnibus, &c.*

LI. Martyrium Abibi.

Sed rursum Acta: *Interim, dum is penderet sublimis, conversus est Præses ad blanditias, & fingebat se esse patientem, minabatur autem etiam graviora, si non mutaret propositum. Ille autem: Nemo, inquit, me abducet a fide, neque persuadebit, ut adorem Dæmones, etiamsi plura tormenta inferat, & majora. Cum autem vellet scire Præses, quamnam ei utilitatem tormenta conciliarent, quæ corpus tantum consumunt. Christi martyr: Non ad præsens usque tempus, inquit, nostra consistunt, nec ea solum sequimur, quæ cernuntur; quod si tu quoque volueris aspicere ad spem, & promissam nobis remunerationem, forte etiam dices cum Paulo* (a): *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Cum autem Præses ea, quæ dicebantur, stultitiæ damnaret; & nunc quidem blandiens, & subiens personam patientiæ, nunc vero minans, & acerbam mortem intentans, neutri eorum eum videret cedere: Non tibi, ait, repentinum & totum simul vitæ finem afferam; sed te lento igne paulatim liquefactum, efficiam immitem & implacabilem animam deponere: sententiam pronunciavit. Et cum versus Septentrionem extra civitatem collecta fuisset materia, ducebatur ad rogum, sequente quidem matre, sequentibus & iis quoque qui alias cognatione ad eum attinebant. Ille vero postquam esset precatus, & benedixisset omnibus, atque eis osculum dedisset in Domino; accensa autem pyra esset ab iis qui in id inserviebant, in ignem injicitur: & cum aperto ore flammam accepisset, apud eum, qui dederat spiritum deposuit.*

(a) Rom. 8.

LII. Martyrium per ignem rogatum quale,

Mutata fuit sententia Præsidis ac temperata, ne videlicet lento consumeretur igne, quod fuerat comminatus; sed ut in rogum conjectus quamprimum mortem obiret. At quod habent Acta, eum aperto ore flammam accepisse, in memoriam revocat, quod Lucianus ait his verbis (*b*): *Etenim a multis hoc pro certo confirmari audio, nullam mortem esse velociorem aut properantiorem, quam eam, quæ per ignem illata fuerit; solum enim os aperiendum est, & statim efflatur anima.* De ejus vero sepultura rursum hæc Acta: *Deinde cum ignis esset sedatus; qui ad eum attinebant, pretioso linteo eum circumdederunt, & unguentis unxerunt (non enim ignis eum absumpserat) cumque Psalmos, & hymnos, ut par erat, cecinissent, prope Samonem & Curiam martyres deposuerunt, ad gloriam Patris, & Filii, & Spiritus sancti, &c.* ac demum: *Talem quidem vitæ finem invenit martyr Abibus tempore Licinii, & talem cum sanctis nactus est depositionem; & sic piis attulit requiem a persecutionibus; nam deinceps quidem Licinio fuit diminuta potentia, Constantino autem floruit dominatio &c.* Etenim (ut dicemus anno sequenti) Licinius a Constantino sæpe prælio victus, urgentibus malis exagitatus, a persecutionibus cessare compulsus est.

(b) Lucian. in vita Peregrini.

LIII. Martyrium per ignem rogatum quale,

Rursus vero relati inveniuntur in tabulas Ecclesiasticas (*c*) Macrobius, & Julianus sub eodem Licinio passi. Sozomenus (*d*) Licinianæ persecutionis terminos circumscribens, hæc ait: *Per idem tempus Christiani, qui versus Orientem ad Libes usque, qui sunt confines Ægyptiis, habitabant, conventus palam agere propterea non ausi sunt, quod Licinius benevolum suum erga illos animum mutaverat. At Græci, Macedones, & Illyrici, qui versus Occidentem suarum rerum domicilia habebant, Constantini opera, qui illi Imperii Romani parti præfuit, libere,*

(c) Martyrol. die 13. Septemb.

(d) Sozom. l. 1. c. 1.

Persecutio Licinian. ubi viguit.

re, & animo securo Deum coluerunt. Quod vero ea clades nihil prorsus partes Orbis Occidentalis pertigerit; Sulpitio Severo (*a*) levior visa est, nec digna, quæ inter persecutiones adnumerari deberet; sic enim scribit: *Sane tum Licinius, quia adversus Constantinum de Imperio certavit, milites suos litare præceperat, abnuentes a militia rejiciebat; sed id inter persecutiones non computatur; adeo levioris negotii fuit, quam ut ad Ecclesiarum vulnera perveniret:* Hæc ipse idcirco, quod numerum mysticum, quem ponit, decem persecutionum quas numerat, instar decem plagarum Ægypti, voluit integre custoditum, nec alio accedente numero labefactatum; prætermittique ob id persecutionem sub Licinio, quod ea esset undecima numeranda; plane dissimulans, vel ignorans necem martyrum Orientalium, de quibus mentio facta est, ut re vera appareat, complures Ecclesias Christiano sanguine ex ejusmodi concitata persecutione Licinii cruentatas. At ejusmodi decem Ecclesiæ persecutionum supputatio S. Augustino (*b*) non placuit, qui a tempore nascentis Christi Ecclesiæ his multo plures recenset.

(a) Sever. hist. lib. 2.

(b) Aug. de civit. Dei l. 18. c. 52.

LIV. Licinian persecutio qualis.

Certe quidem acerbam satis fuisse hanc ipsam persecutionem a Licinio excitatam, ingens lapsorum numerus terga vertens, turpique fuga deficiens a Fidelium castris, arguit. Est de his illibata fide perstans Magni Nicæni Concilii testificatio, cum, eorum saluti prospiciens, canonem de iis statuit, his scilicet verbis (*c*): *De his qui præter necessitatem prævaricati sunt, aut propter ablationem facultatum, aut propter periculum, aut aliquid hujusmodi, quod factum est sub tyrannide Licinii, placuit Synodo (quamvis humanitate probentur indigni) tamen eis benevolentiam commodari. Quicumque ergo veraciter pœnitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur, & sex annis omni se contritione dejiciant, duobus autem annis sine oblatione populo in oratione communicent.* Quod insuper complures (ut dictum est) ipso levioris persecutionis exordio, renuentes thus diis offerre, exuerentur militiæ cingulo; & ex eis nonnulli inventi essent, qui ejusmodi ignominiæ notam, & infamiæ titulum molesto animo ferrent, atque ob eam causam qua possent via conantes in pristinum gradum restitui, a priori gloriosa confessione defeciisse turpiter visi essent; ejusmodi quoque inflictis eadem persecutione vulneribus Patres in eodem Concilio mederi studentes, hæc statuerunt (*d*): *Quicumque per Dei gratiam vocati, primo quidem ostenderunt fidem suam, depositio militiæ cingulo; post hæc autem ad proprium vomitum reversi sunt, ut & pecunias darent, & ambirent redire rursus ad militiam; isti decem annis sint inter pœnitentes post primum triennium, quo fuerint inter audientes, &c.* Hæc & alia illi pluribus; quæ voluimus hic recitasse ad insinuandam hujus persecutionis acerbitatem, qua Fidelium plurimi prostrati sunt. At de persecutione Liciniana hactenus; quomodo autem idem Licinius iterum atque iterum sit profligatus a Constantino virtute Crucis, dicemus anno sequenti.

(c) Concil. Nicæn. c. 11.

(d) Concil. Nicæn. c. 12. edit. 2.

LV. Lactantius quando scripserit, & qualia ejus scripta sint.

Scribebat hoc anno, quo persecutio Licinii vexabat Ecclesiam, & adversus eam a Constantino expeditio parabatur (ut alias dictum est) Lactantius Christianus orator libros illos septem Divinarum Institutionum; in quorum præfatione ad Constantinum vaticinatus est illa de clade ac perditione Licinii, & victoria Constantini, quæ superius recitavimus; sed & secundo Annalium tomo, alia se dante occasione, ejusdem auctoris lucubrationes recensuimus a S. Hieronymo (*e*) numeratas. Luculentissimus plane scriptor, verum scholasticus magis, quam Ecclesiasticus visus est Damaso, qui hæc ad eumdem Hieronymum scripsit (*f*): *Fateor quippe tibi: eos quos jampridem Lactantii dederas libros, ideo non libenter lego, quia & plurimæ epistolæ in eis usque ad mille spatia versuum tenduntur, & raro de nostro dogmate disputant; quo fit, ut & legenti fastidium generet longitudo; &, si qua brevia sunt, scholasticis magis sint apta, quam nobis, de metris, & regionum situ, & philosophis disputantia:* Hæc Damasus de epistolis ab eo scriptis. S. Hieronymus (*g*) itidem eloquentem potius, quam divinarum Scripturarum peritum fuisse demonstrat verbis illis ad Paulinum: *Lactantius quasi quidam fluvius eloquentiæ Tullianæ, utinam tam nostra confirmare potuisset, quam facile aliena destruxit.* Visi sunt eidem quasi dialogorum Ciceronis epitome libri illi septem, & alii de Ira, & opificio (*h*) Dei.

(e) Hier. de Script. Eccles. in Lactant.

(f) Apud. Hier. epist. 124.

(g) Idem epist. 13.

(h) Idem epist. 84.

LVI. Lactantii errores.

Porro divinarum Scripturarum imperitia in enormes eum lapsum errores, alibi (*i*) docet, cum ait: *Hoc ideo, quia multi per imperitiam Scripturarum (quod & Firmianus in octavo ad Demetrianum epistolarum libro facit) asserunt Spiritum sanctum sæpe Patrem, sæpe Filium nominari.* Ut merito idem percellatur censura Gelasii (*k*), cum ipsius opuscula ejusdem judicio censeantur apocrypha. Verum errores diversis in locis librorum ipsius sparsos, collectos in unum habes in fine operum ejus recentioris editionis. An autem præstiterit, quod ipse pollicitus est iisdem quos hoc anno scripsisse commentarios diximus, se scripturum adversus omnes hæreses, cum ait (*l*): *Postea plenius, & verius contra omnes mendaciorum sectas proprio separatoque opere pu-*

(i) Idem in epist. ad Galat. lib. 2. c. 4.

(k) Gelas. in conc. Rom. in decr. de l. authen. & apocryp.

(l) Lactan. l. 4. c. ult. in fin.

pugnabimus ; nulla penitus extat memoria: equidem existimamus, eum morte præreptum, explere minime valuisse, quod animo conceperat ; siquidem (ut auctor est S. Hieronymus *a*) in extrema positus erat senectute, cum his temporibus magistrum ageret Crispi Cæsaris, filii Constantini.

(a) *Hier. de Script. Eccl. in Lactant.*

LVII. Hoc item anno, iisdemque Sabino ac Ruffino Coss. Constantinus Imperator ad Eumalium Vicarium scripsit de purgatione Cæciliani; Augustinus enim relegens a Constantino res gestas in causa Cæciliani, hæc ait (*b*) : *Constantinus ad Eumalium Vicarium de purgatione Cæciliani scripsit, Sabino, & Ruffino Coss. quarto Idus Novembris, id est, post biennium, & menses prope octo:* hæc ipse. Sed quid est, quod Constantinus post biennium a Concilio Arelatensi de purgatione Cæciliani hoc anno scribit ad Eumalium Vicarium; cum constet ex iis, quæ dicta sunt, ab eodem Concilio latam sententiam de innocentia Cæciliani omnibus tunc innotuisse ? Quamobrem illud sciendum est, aliud quoque post Arelatense conventum intercessisse judicium in causa Cæciliani, appellantibus denuo Donatistis; quo in judicio iterum ejus causa cognita, eodemque iterum absoluto, de his hoc item anno (ut dictum est) Constantinus ad Eumalium scripserit de purgatione Cæciliani. De gestis enim rebus ab iisdem Donatistis post Arelatense Concilium, S. Augustinus nomine Cleri Hipponensis ad Januarium scribens, hæc ait (*c*): *Alii vero pertinacissimi, & litigiosissimi* (qui scilicet non acquieverunt judicio Arelatensis Concilii) *ad eumdem Imperatorem appellaverunt ; postea & ipse coactus Episcopalem causam inter partes cognitam terminavit, & primus contra vestram partem legem constituit, ut loca Congregationum vestrarum Fisco vendicarentur ; quarum omnium rerum documenta si vellemus inferere, nimium longas litteras faceremus :* Hæc ibi.

(b) *Aug. post Col. c. 33.*

Donatistæ denuo appellant a Synodo.

(c) *Aug. epist. 68.*

Sed quo ordine hæc acta fuerint, dicendum. Quod tam diu post Arelatense judicium, nempe post biennium, ea de purgatione Cæciliani Constantinus ad Eumalium scripserit ; plane indicium est, aliud post interpositam appellationem a sententia Patrum Synodi Arelatensis, intercessisse judicium, in quo itidem probatus ac judicatus sit innocens Cæcilianus. Quodnam vero illud fuerit, exquirendum est. Meminisse oportet, factionem Donatistarum in Africa ab sui exordio maximam partem Episcoporum secum traxisse, & populi ingentem multitudinem pariter abduxisse; quamobrem haud res esse videbatur, quæ licet a duobus Conciliis recte judicata esset, tumultuantibus rursum illis, & ad Constantinum, appellantibus, prorsus contemni deberet; quod enim primum permovit Constantinum, injustæ atque illegitimæ ipsorum appellationi priori deferre, illud fuit, ut sic convicti a causa desisterent, penitusque conquiescerent; & Ecclesia Africana, schismate scissa, pace atque concordia uniretur; quodque existimaret, haud facile posse sub Romano Imperio contineri Africam tam potenti factione labantem, ad hoc ipsum eumdem induxit, ut hic iterum eosdem appellantes audiret, quo omne illis subterfugium prorsus ademptum foret iterum provocandi, iterumque resistendi. Siquidem Donatistæ Ecclesiasticum judicium suspectum habentes, atque omnino refugientes, ad Constantinum, ut ipsemet causam cognosceret, provocarunt. Nam ad ipsum antea appellarant a Concilio Romano, non autem ad alios Episcopos; licet Constantinus Christiana modestia tunc voluerit Ecclesiasticum judicium inter personas Ecclesiasticas pertractari: testatur id S. Augustinus (*d*), cum de Donatistis scribit a judicio Romani Concilii appellantibus: *Judices enim Ecclesiasticos, tantæ auctoritatis Episcopos, quorum judicio & Cæciliani innocentia, & eorum improbitas declarata est, non apud*

LVIII. Constantinus cur appellantes iterum Donatistas audit.

(d) *Aug. epist. 162.*

PAGIUS

XIII. *Cæcilianus & Donatistæ ad Constantino vocati.*

Ad num. LVII. ad LXXI. Supplenda hic *Donatistarum* Historia ex his præsertim, quæ Valesius in Dissert. de Schismate Donatist. capite 12. habet. *Finito* Arelatensi Concilio, *Donatistæ*, qui ad Imperatoris Comitatum perducti fuerant, ut ob appellationis suæ contumaciam plecterentur, tandem obtinuerunt, ut rem Episcopali judicio terminatam *Constantinus* denuo retractaret. Ac primo quidem *Cæcilianum* ex Africa accersere decreverat; postea vero mutata sententia Episcopos partis *Donati* in Africam reverti jussit, ut illic juxta postulationem ipsorum, causa omnis, quæ ipsis adversus Cæcilianum competebat, ab amicis seu Judicibus ab ipso Imperatore delectis terminari posset. Verum *Constantinus* paucos post dies, mutato consilio, Cæcilianum potius ex Africa evocare constituit, ut ipse præsens causam inter partes judicaret. Literas itaque ad *Cæcilianum* Episcopum dedit, mandans ut intra certum diem Romæ sibi ad causam agendam occurreret. Sed & adversariis ejus præcepit, ut illic præsto essent, ut liquet ex Epistola Constantini ad Episcopos partis Donati, quæ in Appendice Optati edita est.

XIV. *Cæcilianus & Donatistæ Mediolanum venire jussi.*

Eodem tempore *Constantinus* epistolam scripsit ad Petronium Probianum Proconsulem Africæ, jubens ut *Ingentium* Scribam publicum, qui anno CCCXIV. in judicio Æliani Proconsulis falsi convictus atque confessus in vinculis tenebatur, ad Comitatum mitteret: quo scilicet adversariis Cæciliani quotidie Imperatorem interpellantibus coram intimare posset, frustra eos Cæciliano Episcopo invidiam comparare & adversus eum insurgere voluisse. Verba sunt hæc Constantini in epistola ad Probianum, quam refert Augustinus in epist. 68. & in lib. 3. contra Cresconium. Consul quidem eidem Epistolæ

apud alios collegas, sed apud Imperatorem accusare ausi sunt, quod male judicarint. Sic ergo expetitum ab illis sæpe ejusmodi, (ut dictum est) suscepit Constantinus, licet invitus, ipse judicium, ut causam illam judicando, Imperatoriam ipsi veriti majestatem, omni jam subterfugio appellationis excluso, rursum agere adversus Cæcilianum desisterent. An autem novas Donatistæ adversus Cæcilanum calumnias excogitarint, haud quicquam certi affirmari potest ; omnem plane ipsos in eum moviisse lapidem, ut ab Episcopatu deponerent, ex rebus gestis omnes intelligunt.

LIX. Constant. judicat causam Cæciliani.

Cum igitur Constantinus ejusmodi in se judicium suscepisset, partes coram se voluit esse præsentes, ipsumque Cæcilianum, & adversarios Donatistas invicem disceptantes audire; hæc omnia S. Augustinus scribens ad Donatistarum Episcopos (*a*) recenset ; ac primum præterita breviter recolens, & causam addens cur Constantinus eos audierit, hæc ait, incipiens a judicio Arelatensi ab eodem Imperatore institutio: *Neque enim ausus est Christianus Imperator sic eorum tumultuosas, & fallaces querelas suscipere, ut de Episcoporum judicio, qui Romæ sederant, ipse judicaret ; sed alios (ut dixi) Episcopos dedit, a quibus tamen illi ad ipsum rursum Imperatorem provocare maluerunt. Qua in re illos quemadmodum detestetur, audistis. Atque utinam saltem ipsius judicio insanissimis animositatibus suis finem posuissent ; atque ut eis ipse cessit, ut de illa causa post Episcopos judicaret, a sanctis Antistitibus postea veniam petiturus, dum tamen illi quod ulterius dicerent non haberent, si ejus sententiæ non obtemperarent, ad quem ipsi provocaverunt, sic & illi aliquando cederent veritati*: Hucusque de causa superius dicta, cur detulerit Constantinus eiisdem

(a) *Aug. epist. 162.*

Ann. Eccl. Tom. III.

Donatistis iterum appellantibus. Quid autem, causa suscepta, idem ipse fecerit Imperator, hæc subdit: *Jussit enim ille, ut ei partes ad agendam causam Romam occurrerent. Quo cum Cæcilianus, nescio qua causa, non occurrisset ; interpellatus ab eis, præcepit ut Mediolanum sequerentur. Tunc se aliqui eorum subtrahere cœperunt, fortasse indignati, quia non est eos imitatus Constantinus, ut jam statim atque velociter Cæcilianum damnarei absentem. Quod ubi cognovit providus Imperator, reliquos ab Officialibus custoditos fecit Mediolanum pervenire. Quo cum etiam Cæcilianus pervenisset ; ipsum quoque, sicut scripsit, exhibuit ; cognitaque causa, qua diligentia, qua cautela, qua provisione (sicut ejus indicant litteræ) Cæcilianum innocentissimum, illos improbissimos judicavit :* Hucusque de Constantini judicio Augustinus.

Retardasse putatur Cæcilianus adventum suum ad Tribunal Imperatoris ; indignum ratus, Episcopum, eumdemque Africæ Primatem, post duplex Concilium Episcoporum, subjici debere laici hominis necdum baptizati judicio. Advenit tandem, ne (quod optassent Donatistæ) causæ diffidere videretur; licet ipsi, & moram illam calumniari minime desierint. At quid illi triplici judicio jam damnati fecerunt? num acquieverunt consilii inopes, quod jam ad quem appellarent ab Imperatoris sententia, nullus penitus esset? nihil minus. Ea est enim natura perfidiæ, ut convinci possit, sed vinci non possit, veritati semper obnitens.

LX. Donatistæ calumniantur judicium Constantini.

Quid vero post hæc? Reversi in Africam, Basilicam invaserunt, quam in Constantina Civitate in Numidia idem Constantinus erigendam curavit; qua privati Catholici, Christiana patientia jacturam tolerantes, a turbisque excitandis penitus

LXI. Donatistæ sibi usurpant Basilicam Constantini.

PAGIUS

stolæ minime adscriptus est, verum ex Codice Theod. in titulo *De appellationibus*. constat, *Probianum* Proconsulem fuisse Constantino IV. & Licinio IV. Coss. sc. anno CCCXV. itemque Sabino & Rufino Coss. currenti nempe anno, ideoque ea epistola anno CCCXV. scripta, ut mox videbitur. Ex quo refellitur Baronii sententia, qui hanc epistolam ad Probianum datam esse censuit ante Arelatense Concilium, & *Ingentium* ibi confidentibus exhibitum fuisse affirmavit. Cum dies ab Imperatore constitutus jam adesset, Cæcilianus Episcopus, nescio quam ob causam, Romæ, sicut jussum erat, non occurrit. Quod cum adversarii ejus criminarentur, & Constantinum urgerent, ut adversus contumacem & Imperiali judicio causam suam subjicere recusantem, sententiam promeret, Imperator dilatione data præcepit, ut partes *Mediolani* sibi occurrerent. Tum vero quidam ex parte Donati ægre ferentes, quod *Constantinus* Cæcilianum absentem damnare noluisset, ipsumque Cæciliano favere, ac sibi infensum esse suspicati, fuga se subtrahere conati sunt. Quod ubi comperit Imperator, veliquos ab Officialibus custodiri, & *Mediolanum* perduci jussit. At Donatistæ, qui se ex Comitatu furtim subtraxerant, cum in Africam pervenissent, novos illic tumultus excitarunt ; adeo ut *Domitio Celso Vicario Africæ*, qui tum pacandis per Africam rebus jussu Principis incumbebat, plurimum negotii ac molestiæ facesserent.

XV. *Judicium Mediolanense adversus Donatistas.*

Acceptis Constantini literis, *Celsus* Cæcilianum Episcopum & adversarios ejus ad se accersivit, quibus literas Principis cum legisset, sicut a Constantino præceptum fuerat, *Cæcilianus* iram & indignationem Constantini ex literarum asperitate conjiciens, confestim ad Comitatum perrexit, quo Constantini literis fuerat evocatus. Cum igitur Mediolanum pervenisset Cæcilianus, ubi Constantinus tunc temporis morabatur, Imperator de illius adventu certior factus causam omnem, quæ Cæcilianum inter & adversarios ejus agitabatur, Imperiali sententia terminare statuit. Ac primum quidem Cæcilianum & accusatores illius sibi in Consisto-

tus abstinentes, petierunt ab Imperatore Fiscalem sibi largiri locum, in quo ædificarent Ecclesiam. Quorum acceptis litteris Constantinus, commendata eorumdem modestia, quid de domo eisdem danda, & Basilica construenda ad suos scripserit, hisce litteris ad eos redditis significavit.

LXII. (a) *Ex Bibliotheca Petri Pithœi edita.*

Constantinus Victor (a) Maximus ac triumphator semper Augustus Zeuxio, Gallico, Victorino, Sperantio, Januario, Felici, Crescentio, Pontio, Victori, Babbutio, Donato Episcopis.

Litteræ Constant. ad Episcopos.

Cum summi Dei, qui hujus mundi auctor & pater est, cujus beneficio vitam carpimus, cælum suspicimus, humana etiam societate gaudemus, hanc voluntatem esse constet, ut omne humanum genus in commune consentiat, & quodam societatis affectu quasi mutuis amplexibus glutinetur; non dubium est hæreses, & schisma a Diabolo, qui caput est malitiæ, processisse; & ideo quicquid ab hæreticis geritur, ejus instinctu fieri, qui eorum sensus, mentes, cogitationesque possidet, nulla dubitatio est; nam cum ejusmodi homines in sua potestate redegerit, iisdem usquequaque dominatur. Quid autem boni efficere insanus, perfidus, irreligiosus, profanus, Deo contrarius, Ecclesiæ sanctæ inimicus potest, qui a Deo sancto, vero, justo, summo, atque omnium Domino recedens, qui nos constituit, & in hac luce produxit, qui spiritum ad vitam, quam carpimus, * *sumus.* *dedit, & qui nos id quod suum * esse voluit, & omnia sua voluntate perfecit, ad Diaboli partem prono errore decurrit? Sed quia semel possessus animus a malo, necesse est doctoris sui operibus instare, ea perficiat, quæ æquitati, & justitiæ contraria videantur; idcirco ii qui a Diabolo possessi sunt, ejus falsitati, & nequitiæ obsequuntur. Non autem mirandum est, a bonis improbos discedere; nam sic recte proverbio signatum est: Pares cum paribus congregari. Qui malo impiæ mentis infecti sunt, necesse est a nostra societate dissideant: Homo siquidem malus (ut Scriptura loquitur) de malo thesauro profert mala; bonus vero ex bono profert bonum.*

LXIII. Detestatur schismaticos.

Sed quia (ut dictum est) hæretici, & schismatici, qui bonum relinquentes, & malum sectantes, ea perficiunt, quæ Deo displiceant; Diabolo, qui eorum pater est, adprobantur adhærere; rectissime & sapienter gravitas vestra facit, & * *Dei* *secundum sanctum fidei * præceptum, ab eorum perversis contentionibus temperando, & iisdem remittendo, quod idem sibi indebitum atque alienum usurpare contendunt; ne, sicuti est eorum perversitas maligna, & perfida, ad seditiones usque prorumperent, & inter turbas atque concentus sui similes incitarent, atque ita aliquid existeret, quod sedari non oporteret. Sceleratum quippe eorum propositum semper requirit Diaboli * opera perficere. Et ideo cum a sacerdotibus Dei per patientiam cum ipso suo patre * superant. Sibi hi qui cultores Dei summi gloriam, illi vero damnationem comparant, & condigna supplicia; ex hoc quippe majus Dei summi existat justiusque judicium, quod eos æquo animo tolerat, & patientia condemnat, his omnia, quæ ab ipsis processerunt, sustinendo: Deus siquidem se omnium vindicem promisit. Et ideo cum vindicta Deo permittitur, acrius de inimicis supplicium sumitur. Quod vos nunc*

nunc famulos, & sacerdotes Dei libenter feciſſe cognovi; & satis gratulatus sum, quod de impiis, & sceleratis, sacrilegis, & profanis, perfidis, & irreligiosis, & * *quid.* *Deo ingratis, & Ecclesiæ inimicis, nullam vindictam poscitis, & ut idem * pertius ad veniam pertineant * postulatis. Hoc est vere ac penitus Deum nosse; hoc est præceptis insistere; hoc est feliciter * credere; hoc est vere sentire; hoc est scire, quod major vindicta in contrarios Ecclesiæ provocetur, cum iisdem in sæculo parcitur.*

* *pertineat.*

* *fideliter.*

LXIV. Constantinus novam Basilicam Catholicis ædificat.

*Accepta igitur epistola sapientiæ, & gravitatis vestræ, comperi hæreticos, sive schismaticos, eam Basilicam Ecclesiæ Catholicæ, quam in Constantina Civitate jusseram fabricari, solita improbitate vadendam putasse, & frequenter tam a nobis quam a Judicibus ex nostra jussione commonitos, & reddere, quod suum non erat noluisse: vos autem imitatores patientiæ Dei summi, eorum malitiæ placida mente, ea quæ vestra sunt, relinquentes, & potius locum vobis invicem alium, Fiscalem scilicet, poscere. Quam petitionem, more instituti mei, libenter amplexus sum; & statim ad Rationalem competentes dedi, ut domum bonorum nostrorum transgredi faciat cum omni jure suo ad dominium Ecclesiæ Catholicæ, quam prompta liberalitate donavi, ac vobis tradi protinus jussi; in quo tamen loco sumptu Fiscali Basilicam erigi præcepi. Ad Consularem quoque scribi mandavi Numidiæ, ut ipse in ejusdem Ecclesiæ fabricatione in omnibus sanctimoniam vestram juvaret. Lectores autem Ecclesiæ Catholicæ, & hypodiacones, reliquos quoque instinctu memoratorum * quibusdam pro moribus * ad munera, vel ad Decurionatum vocati sunt, juxta statutum legis meæ, ad nullum munus statui evocandos; sed & eos qui ducti sunt hæreticorum instinctu, jussimus protinus molestis perfunctionibus absolvi. De cætero etiam legem meam super Ecclesiasticos Catholicos datam custodiri mandavi; quæ omnia, ut vestræ patientiæ palam fierent, harum litterarum testificatione præscripta sunt. Et utinam quidem hæretici, vel schismatici aliquando suæ saluti providerent, & detersis eorum tenebris, ad visionem veræ lucis oculos aperirent, & a Diabolo secederent, & ad Deum qui unus, & verus, qui omnium judex est, vel sero confugerent; sed quia constat eos in sua malitia manere, & in suis facinoribus mori velle; sufficit iisdem commonitio nostra, & præcedens assidua cohortatio. Si enim jussionibus nostris obtemperare voluissent, ab omni malo liberarentur. Nos tamen, fratres, sequamur quæ nostra sunt, mandatis instemus, custodiamus divina præcepta, ex bonis actibus vitam nostram ab erroribus vindicantes, favente Dei misericordia, per rectum* * *perfectum.* *limitem dirigamus *: Hucusque Constantinus ad Catholicos Episcopos in Numidia constitutos.* * *Mortuis.* * *diligamus.*

LXV. Constantinus studiosus Christianæ Mansuetudinis.

Vides ex his, lector, ipsum Constantinum Imperatorem jam catechumenum adeo imbibisse ex Evangelio Christianam mansuetudinem, ut tot licet provocatus esset facinoribus Donatistarum, minime tamen (ut par erat) in eos lege agere voluerit; reveritus (ut arbitror) in eisdem nomen

PAGIUS sistorio exhiberi jussit. Deinde auditis utriusque partis allegationibus, omnique controversia diligentissime & cautissime discussa, atque examinata, (nihil enim ipsum latere poterat, quippe cum Acta omnia tam Ecclesiastica quam Proconsularia ad eum missa essent, ipse quoque præsto esset Ingentius) tandem prolata sententia Cæcilianum innocentem, Episcopos autem partis Donati calumniosissimos pronunciavit. Ita Augustinus in epistola 162. juxta veterem ordinem, ubi Constantini factum excusare conatur, qui de causa Ecclesiæ post Episcoporum judicia ausus fuerit judicare. Recitatum est illud judicium in Collatione III. Carthaginensi; sic enim legitur in cap. 516. *Recitatio judicii Constantini, quo apud se quoque Cæcilianum fuisse purgatum post Arelatense Concilium significat Imperator.* Ubi tamen intelligere debemus, non ipsam Constantini sententiam, prout Gestis in Consistorio habitis expressa fuerat, sed tantum Epistolam ad Eumalium Vicarium Africæ; in qua Constantinus sententiam a se prolatam exposuerat, recitatam fuisse. Docet id Augustinus in Breviario Collationis III. cap. 19. *Recitatum est judicium Constantini*, quemadmodum se inter partes causam Cæciliani cognovisse, ad Eumalium Vicarium Africæ scripsisset, quo, remotis omnibus arbitris, Cæcilianum innocentem, illos calumniosissimos comperisse testatus est; commemorans etiam in Arelatensi oppido pro Cæciliano factum Episcopale judicium, cui judicio jam plurimi de dissensione consenserant, reliquis adhuc resilientibus & discordantibus. *Unde ipse de re tota inter partes coactus est judicare*, &c. In quibus verbis observandum est, *Constantinum*, remotis omnibus arbitris, judicare voluisse; ob reverentiam scilicet Christianæ Religionis, ne Antistitum jurgia & dissensiones Gentilibus innotescerent.

XVI. *Pars sententiæ adversus Donatistas lata.*

Extat etiam apud Augustinum in lib. 3. contra Cresconium cap. 71. pars sententiæ tunc a Constantino prolatæ. Quæ cum a Baronio prætermissa sit, hic apponenda: *Infero adhuc & verba Constantini ex literis ejus ad Eumalium Vicarium, ubi se inter partes cognovisse, & innocentem Cæcilianum comperisse testatur. Cum enim narrasset in his, quæ supra locutus est, quemadmodum ad judicium ejus post Episcopalia judicia partes perducta fuerint. In quo pervidi, inquit, Cæcilianum virum omni innocentia præditum; ac debita Religionis suæ officia servantem, eique, ita ut oportuit, servientem, nec ullum in eo crimen reperiri potuisse, eidem apparuit, sicut absenti fuerat adversariorum suorum simulatione compositum.* Quæ omnia ex Valesio in Dis-

PAGIUS Dissert. laudata de Schismate Donatistarum excerpta.

XVII. *Eporha exilii Donatistarum & purgationis Cæciliani.*

Hanc porro causam *Mediolani currenti anno*, ab ipso Imperatore discussam fuisse, non tantum Baronius, sed & Joannes Rivius lib. 2. de Vita S. Augustini cap. 2. & Valesius citatus testantur. Unus Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani putavit, hanc causam anno præcedenti Mediolani a Constantino decisam: sed hunc de ea Cæciliani purgatione hoc tantum anno ad Eumalium Vicarium Africæ scripsisse *IV. Id. Nov.* quod ex Legibus Cod. Theod. liqueat Constantinum anno præcedenti Romæ & Mediolani fuisse, & hoc anno in Galliis, & quidem *Trevevis*, initio hujus anni versatum esse, & *prid. Non. Maii* dederit, *Viennæ* L. 1. *De temporum cursu. Idibus* vero *Augusti* dederit *Arelate* L. 5. & 6. *De appellationibus*. Verumenimvero, cum subscriptiones illæ quoad locum, ubi scriptæ Leges dicuntur, sæpe mendosæ sint, aut in illis vox *data* pro reddita aut proposita, sæpe sit accipienda, ut ipsemet Gothofredus in quibusdam Legibus hoc anno datis observat, parum solidum illud fundamentum quod petitur ex subscriptione Legum, ut examinanti patebit. Card. Norisius, cum quo de hac difficultate contuli, non tantum existimat, *Constantinum* hoc anno Romæ & Mediolani fuisse, & in hac ultima urbe præfatum judicium tulisse; sed etiam *Decennalia* fua Romæ celebrasse, indeque Mediolanum venisse. Cum tamen Zosimus lib. 2. pag. 670. de creatione trium Cæsarum anno sequenti a Constantino peracta scribat: *Constantinus Crispum, qui jam adoleverat, & Constantium* (id est, Constantinum, errore familiari Græcis hæc nomina confundentibus) *in Arelatensi oppido ante non multos dies in lucem editum, Cæsares dixit*, &c. & ex Anonymo Valesiano appareat, eam nuncupationem, quæ Kalendis Mart. contigit, *Serdicæ* factam esse, incertum, an Romæ vel in Galliis ea Decennalia fuerint celebrata. Verum judicium Mediolanense ad præsentem annum pertinere, in dubium revocari non debere recte censet Card. Norisius in Historia Donatistarum exercitatissimus.

XVIII. *Eodem tempore Cæcilianus purgatus, & Donatistæ in exilium missi.*

Primæ itaque literæ de purgatione Cæciliani coram Constantino duæ fuerunt ad Eumalium eo ipso anno, quo Cæcilianus coram Principe innocens declaratus est. Augustinus autem in libello contra Donatistas post collationem cap. 33. hæc habet: *Sicut ergo Consulum ordo declarat, primo Cæcilianus Episcopali judicio Melchiadis absolutus est.* (anno sc. CCCXIII.) *Deinde non post longum tempus Felicem Proconsulis judicio constitit innocentem*, (anno nempe CCCXIV.) *ac sic postea Cæcilianus etiam ab Imperatore inter partes cognoscente purgatus est.* (anno nempe currenti) *Deinde post quartum annum adversarii ejus ignominiosa illa indulgentiæ relaxati sunt.* (sc. anno

nomen Christianorum, quantumlibet eo censerentur indigni; quod speraret fortasse delinire obduratam eorum malitiam beneficiis, secundum illud Evangelicum (a): *Benefacite his qui oderunt vos*, & alia multa his similia ad Christianam modestiam comparandam, quibus apprime imbutus, se Imperatorem esse, interdum videretur oblitus, cujus est, ex sententia Pauli (b), portare gladium ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Cæterum fuisse animi sui consilium in Africam proficisci, & Donatistarum furorem compescere, datis litteris ad Celsum Vicarium significavit. Extant quidem ipsæ, sed earum exordio potissimum depravatæ; sic enim se habent (c).

(a) Luc. 6.

(b) Rom. 13.

(c) Ex eadem Bibliotheca Pithœi acceptæ.

LXVI. * Epistola Constantini ad Celsum.

Celso Vicario Africæ. Perseverare * *Menalium eum quem jamdudum susceperat insania, cæteros qui a veritate Dei digressi errori se pravissimo dederunt, proxima etiam tuæ gravitatis scripta testata sunt, quibus inhærentem te jussioni nostræ de merito seditionis ipsorum, eoque tumultu, quod apparabant, inhibitum esse memorasti, frater carissime. Unde quoniam ex eo patuit, ipsos nefarias res cogitasse; quod enim cum statuissem inter ipsos, & Cæcilianum plenissime semper allegationibus diversis requirere, præsentia mea susceptam fugam subtrahere laboraverunt, hoc ipso turpissimo facto confessi, ad ea se redire properare, quæ & antea fecerant, & nunc agere perseverant. At cum constet, minime unumquemque propria penitus delicta lucrari, etiamsi pauliſper eorum fuerit coercitio dilata: mandandum gravitati tuæ duxi, ut interim quidem eosdem omittas* *, *& dissimulandum super ipsos esse cognoscas; verum lecta hac epistola tam Cæciliano, quam iisdem palam facias, quod cum favente pietate divina Africam venero, plenissime universis, tam Cæciliano, quam iis qui contra eum agere videntur, lecto dilucido judicio, demonstraturus sum, quæ & qualis summæ Divinitati sit adhibenda veneratio, & cujusmodi cultu delectari videatur. Adhibito etiam diligenti examine, ea quæ nunc aliqui exinde inlecebris mentis ignorantiæque occultare se putant, plenissime sum reperturus, atque in lucem facturus venire easdem personas quæ res istiusmodi concitant, faciuntque ut non cum ea qua oportet veneratione summus Deus colatur, perdam, atque discutiam.*

* dimittas.

Cumque satis clareat, neminem posse beatitudines martyris eo genere conquirere, quod alienum a veritate religionis, & incongruum esse videatur; eos quos contra fas, & religionem ipsam recognovero, reosque violentos competentis venerationis deprehendero, sine ulla dubitatione, insaniæ, obstinationisque temerariæ faciam merita exitia persolvere. Scite itaque pro certo quæ habere debeant, ad plenissimam fidem (salute etiam teste in vocata) quod tam super plebe, quam super clericis his qui primi sunt, sum diligentissime quæsturus, idque judicaturus, quod verissimum, & religiosissimum esse manifestum sit; demonstraturus etiam iisdem, qui & qualis Divinitati cultus adhibendus sit. Nam nequaquam me aliter maximum reatum effugere posse credo, quam ut hoc quod improbe fit, minime existimem dissimulandum; cum nihil potius a me agi pro instituto meo, ipsiusque Principis munere oporteat, quam ut discussis erroribus, omnibusque temeritatibus amputatis, veram religionem universos, concordemque simplicitatem, atque meritam omnipotenti Deo culturam præsentare perficiam: Hactenus ad Celsum Constantinus, quem hoc etiam anno in Vicariæ Præfecturæ magistratu perseveraſſe, aliud ad eum ab eodem Impe-

LXVI. Qui falsis martyres.

PAGIUS anno CCCXXI.) *Nam Melchiades judicavit, Constantino tertium & Licinio iterum Consulibus, Nonis Octobris. Ælianus Proconsul causam Felicis audivit, Volusiano & Aniano Consulibus XV. Kalendas Martias, id est, post menses ferme quatuor. Constantinus ad Eumalium Vicarium de purgatione Cæciliani scripsit, Sabino & Rufino Consulibus, IV. Idus Novembris, id est, post biennium & menses prope octo. Et idem Imperator ad Valerium Vicarium de illorum exilio soluto & eorum furore Deo vindici remittendo, literas dederit, Crispo & Constantino iterum Consulibus tertio Nonas Maias, ideſt, post quartum annum, & mensem ferme sextum.* Hæc accurate ab Augustino scripta, a quo purgatio Cæciliani, quæ Mediolani facta, huic anno illigata. Certum itaque videtur, Constantinum, discussa Cæciliani causa, ejusdem exitum statim suis in Africa ministris significasse. Cum vero in Collatione Carthaginensi productæ tantum fuerint literæ Constantini ad Eumalium; at, quod deerant Consules subsignati, illæ in dubium a Donatistis vocarentur, inventi postea sunt notati Consules, ut observavit Card. Norisius laudatus ex Indice capitum Collationis tertiæ diei, ubi numero 535. legitur: *Ubi postea Consul invenitur Imperiali epistolæ.* Idem liquet ex Augustino in Libello laudato post Collationem.

Licet porro Augustinus de purgatione Cæciliani loquens, nunquam exilii Donatistarum meminerit, ex laudatis tamen ejus verbis manifestum fit, Constantinum eodem tempore & Cæcilianum absolvisse, & ejus adversarios in exilium misisse. Ait enim ibidem Augustinus, Donatistas anno CCCXXI. Crispo & Constantino iterum Consulibus notato, dieque quinta mensis Maii, exilio solutos fuisse, *post quartum annum & mensem ferme sextum.* Quare die decima Novembris currentis anni Sabini & Rufini Consulatu insigniti, quo die Constantinus de purgatione Cæciliani ad Eumalium scripsit, eodem etiam exilium Donatistis decretum significavit. Nam a die decima mensis Novembris præsentis anni ad diem quintum mensis Maii anni trecentesimi vicesimi primi, anni quatuor & menses sex, diebus quinque exceptis, intercurrunt.

XIX. *Duratio exilii Donatistarum.*

Denique constat, Donatistas tumultuatos, & Con-

XX.

peratore datum rescriptum (a), de quo proxime dicturi sumus, significat; sed & ante biennium ipsum eodem magistratu functum esse, litteræ superius recitatæ de reditu Episcoporum Donatistarum ex Concilio Arelatensi demonstrant; ne quis putet eas hoc etiam anno datas: nam tunc in pace sunt, & cum viatico dimissi Donatistæ, ut diximus: hoc autem anno (ut recitatæ ad eumdem Celsum litteræ se habent) iidem licet appellationem profequentes, refugientes judicium, se receperunt in Africam; quod & diximus ex Augustini verbis, nimirum se a judicio indignantes subtraxisse.

(a) l. 1. de offic. omnium Jud. Cod. Theod.

LXVIII. Cur a sanguine Donatistarum Constantinus abstineat.

Quod vero recitatis modo ad Celsum litteris illud de falso præsumpto martyrio Constantinus inculcet; id inducit ut opinemur, refractarios Donatistas, contempto Imperatore, jactasse, paratos se pro veritate, quam tueri sibi viderentur, subire martyrium, idque eis in optatis summopere esse, sicque hoc prætextu parvifecisse, quicquid adversus ipsos Constantinus pœnarum decrevisset. Certe quidem eos hujus fuisse sententiæ, atque verbis effutire consueviſſe, quæ de iisdem dicenda sunt inferius tempore Constantis Imperatoris manifeste declarant: cum & quos Proconsularis juste necavit gladius, eos ut martyres coluere. Quamobrem hæc etiam causa interfeſſiſſe videtur, quo minus in eos, ut in cæteros delinquentes, Constantinus animadverteret, ne ipse Christianorum vel ab hæreticis perfecutor haberetur; & quos occidi mandasset, ab illis martyres haberentur: quod quidem Imperator sui animi consilium ipse visus est declarasse, quando (ut modo dicetur) aliquibus ex ipsis in campum ad necem duci jussis, abstineri ab eorum nece præcepit.

LXIX. Calumniæ Donatistarum in Constantinum.

Siquidem post hæc illi non veriti sunt eadem contumacia, qua restiterunt judiciis Episcoporum, inferre calumniam sententiæ Imperatoris; calumniantes ipsum gratia corruptum iniquissimam tulisse sententiam: cujus rei causa juste commotus Constantinus, in sceleſtiſſimos illos, qui causam prosequebantur, jussit animadverti, atque ad supplicium duci: sed cohibens conceptam in eos indignationem a sanguine eorum abstinuit, mitioribusque ipsos, quod Ecclesiastici viri essent, pœnis afficiendos esse putavit; nimirum esse damnandos exilio, basilicisque privandos. Hæc quidem ex diversis S. Augustini locis habentur expressa. Ac primum quod spectat ad calumnias eorum, & contumelias in Constantinum, hæc habet ipse agens contra Parmenianum Donatistarum patronum (b): *Nec tamen* (inquit) *negat Parmenianus, rursus eos ad Constantinum venisse; & quia ibi quoque ultimo judicio superati sunt, etiam ipsum gratia corruptum esse crimina tur.* Idemque ad eumdem inferius (c) hæc de sententia capitis in eos lata: *Quinetiam audet conqueri Parmenianus, quod eos Constantinus ad campum, ideſt ad supplicium, duci jussit:* & paulo post: *Et hoc eum tamquam immaniter jussisse, Hispano Osio suggerente, criminatur, suspicionibus videlicet suis, sicut semper, damnando inauditos. Quasi vero non humanius ac probabilius alius crediderit, Osio tamquam Episcopo suggerente, potius factum, ut in leniorem coercitionem, quamvis immanissimi sceleris, id est, sacrilegi schismatis sententiam flecteret Imperator:* Hæc ipse idemque de aliis pœnis irrogatis in eos ita scribit (d), de Constantino verba faciens: *Qui primus adversus vestrum errorem multa constituit.* Atque superius hæc de ablatis basilicis: *Constantinus vobis basilicas jussit auferri, Julianus restitui.*

(b) Aug. contra ep. Parm. l. 1. c. 6.

(c) Aug. eod. l. c. 8.

(d) Aug. contr. ep. Petilian. l. 2. c. 92.

De exilio itidem Donatistis irrogato testes sunt ejusdem Constantini litteræ ad Verinum datæ, alias Valerium, Vicarium in Africa post annos quatuor, & menses ferme sex, de eorum liberatione ab exilio, de quibus suo loco agendum pluribus. Meminit earumdem Augustinus, eisdemque Consulibus, quibus erant datæ, consignat (e). Hæc autem adeo seria atque gravia non tantum Augustini testimonio, sed etiam ipsorummet Donatistarum assertione vera certaque probata, cum apud Optatum minime reperiantur (nam causa Cæciliani, & Donatistarum

LXX. Donatistæ damnati exilio, & mulctati Basilicis.

(e) Aug. post. Collat. cap. 33.

PAGIUS Constantinum coactum fuisse contra eos legem severissimam ferre, ut cuncta eorum loca, in quibus congregari consueverant, Fisco vindicarentur, ut scribit Augustinus in epist. 68. & 165. juxta veterem ordinem, & in lib. 2. adversus Petilianum cap. 92. Præterea, cum *Donatistæ* Catholicos omnibus modis vexare & lacessere non desisterent, adeo ut Catholici de injuriis Donatistarum apud Magistratus frequentissime quererentur, de his certior factus Constantinus epistolam scripsit ad universos Episcopos & ad plebem Ecclesiæ Catholicæ per Africam, quam Optatus in Appendice refert, & cujus titulus est: *Constantinus Aug. universis Episcopis per Africam, & plebi Ecclesiæ Catholicæ.* Quo anno tam lex illa quam epistola datæ sint, in obscuro est. Baronius arbitratur, *Constantinum* hoc anno Donatistas damnasse exilio, eosque Basilicis privasse: eam vero epistolam ad Episcopos & plebem per Africam datam esse anno CCCXIV. post epistolam Præfectorum ad Domitium Celsum Vicarium Africæ. Verum, ut supra visum est, ea Præfectorum epistola anno CCCXV. scripta, cui cum subjiciantur in Appendice Optati ea Constantini ad Africanos Episcopos epistola, statimque altera ejusdem Imperatoris, quæ est de Basilicis Donatistis auferendis, apparet, utramque post annum CCCXV. datam esse. Valesius in Dissert. de Schismate Donatistarum cap. 14. & 15. autumat, laudatam Legem datam esse a Constantino, antequam epistolam ad Africanos Episcopos scriberet, quam anno

Baron. an. no 314. n. LXXI.

Baron. n. LXIX. & seq.

ſtarum tantum uſque ad cognitionem Æliani Proconſulis, quæ contigit ante Concilium Arelatenſe, in ejuſdem commentarii libro primo habetur expreſſa) in eam ſententiam adducimur, ut exiſtimemus primum illum Optati librum nequaquam integrum eſſe, ſed deſiderari in eo (quod ſuperius alias dictum eſt) tum judicium Arelatenſe, tum etiam Conſtantini ſententiam; quæ omnia puto e codice a Donatiſtis dominantibus in Africa fuiſſe doloſe atque invidioſe ſublata; qui enim cunctas res geſtas Donatiſtarum apprime callebat, atque in eos ſcribebat, hæc tanti ponderis præteriiſſe ſilentio, minime veriſimile eſſe poteſt. At de his modo hactenus.

LXXI. Pia lex Conſtantini pro patronis.

Eodem quoque anno, iiſdemque Coſſ. Conſtantinus Imp. ad Domitium Celſum reſcripſit, ne mater familias per apparitores in judicium extra domum traheretur. Proſpexerant quidem antiqua Romanorum jura, ut fœminarum judicia non eſſent publica, ſed privata, marituſque coram propinquis de capite famaque conjugis cognoſceret, ut Tacitus auctor eſt (a): & illud commune olim omnibus, e domo ſua neminem extrahendum invitum (b). At cum ex tyrannorum arbitrio, ac libidine Judicum potiſſimum in Chriſtianos furentium, omne juris aſylum invaſum eſſet, ut non ordini, vel ſexui jura conceſſa ſervarentur illæſa, nobileſque matronæ, atque puellæ paſſim magna contumelia e domorum penetralibus per apparitores ad ſæva Judicum tribunalia traherentur, & cuſtodirentur in carcere; ne ſemel præſumpta temeritas nec coercita latius vagaretur, ut quovis prætextu in honeſtiſſimas fœminas fordida quæque Officia manus conjicerent, Chriſtianus Imperator his feſtinus occurrens, hæc ſtatuit (c):

(a) *Tacit. Annal. l. 13.*

(b) *l. plerique ff. de in jus voc.*

(c) *l. 1. C. de offic. diverſ. Jud. eod. C. Theod. de offic. omnium Judic. l. 1.*

LXXII. Conſtantini ſanctio.

Nemo Judex aliquem officialem ad eam domum, in qua materfamilias degit, cum aliquo præcepto exiſtimet eſſe mittendum, ut eamdem in publicum protrahat; cum certum ſit, debita ejus, quæ intra domum, conſiderato ſexu, ſemet contineat, domus ejus vel cujuſcumque rei habita diſtractione, publicis neceſſitatibus poſſe ſervari. Quod ſi quis in publicum matremfamilias poſthac crediderit protrahendam; inter maximos reos citra ullam indulgentiam capitali pœna plectatur. Dat. quarto Id. Auguſti, Sabino & Ruffino Coſſ.

(d) *Auth. ut nulli Judic. §. neceſſ.*

In Codice Theodoſiano cum idem Imperatoris reſcriptum habeatur, datum Treveris legitur tertio Id. Januar. His ſimilia poſtea Juſtinianus (d) quoque ſanci-

vit, ut appareat, Chriſtianorum Imperatorum fuiſſe modeſtiæ, fœmineo pudori conſulere.

Rurſum vero iiſdem Coſſ. idem Imper. ad Protogenem Epiſcopum Sardicenſem de manumiſſionibus in Eccleſia celebrandis hunc in modum reſcripſit (e): *Jamdudum placuit, ut in Eccleſia Catholica libertatem domini ſuis famulis præſtare poſſint, ſi ſub aſpectu plebis, aſſiſtentibus Chriſtianorum Antiſtitibus, id faciant; ut propter facti memoriam vice Actorum interponatur qualiſcumque ſcriptura, in qua ipſi vice teſtium ſignent. Unde a vobis quoque ipſis non immerito dandæ, & relinquendæ ſunt libertates, quo quiſque veſtrum pacto voluerit, dummodo veſtræ voluntatis evidens appareat teſtimonium. Dat. VI. Id. Junii, Sabino & Ruffino Coſſ.* Quæ igitur apud civiles magiſtratus fieri conſueverant, ut coram Epiſcopis agerentur, Conſtantinus ſtatuit, utque Prætorum virgulam, quæ nuncupatur Vindicta, in libertate donanda iidem Antiſtites conſequerentur; immo & hoc amplius quam cæteris magiſtratibus voluit Epiſcopis conceſſiſſe, ut ab illis in Eccleſia manumiſſi, non tantum libertate, ſed civitate quoque Romana, perinde atque adſcripti eſſent tabulis Romani cenſus, jure ampliſſimo donarentur; ſic quidem ad Oſium Epiſcopum Cordubenſem poſtea reſcripſit his verbis (f):

(e) *l. 1. C. de his qui in Eccleſ. manum.*

Manumittere conceſſum Epiſcopis.

(f) *l. 2. C. eod.*

Qui religioſa mente in Eccleſiæ gremio ſervis ſuis meritam conceſſerint libertatem, eamdem eo jure donaſſe videantur, quo Civitas Romani ſolemnitatibus decurſis dari conſuevit. Sed hoc dumtaxat iis, qui ſub aſpectu Antiſtitum dederint, placuit relaxari. Clericis autem amplius concedimus; ut, cum ſuis famulis tribuunt libertatem, non ſolum in conſpectu Eccleſiæ ac religioſi populi plenum fructum libertatis conceſſiſſe dicantur, verum etiam cum poſtremo judicio dederint libertates, ſeu quibuſcumque verbis dari præceperint; ita ut ex die publicatæ voluntatis, ſine aliquo juris teſte, vel interprete competat directa libertas: Hæc ibi; quæ quidem in Codice Theodoſiano non ſub hujus anni Conſulibus, ſed ſub Conſulatu Criſpi, & Conſtantini ſecundo data leguntur.

LXXIII.

LXXIV. Conceſſum amplius Clericis.

Magna quidem ſunt hæc: ut liceret Epiſcopi auctoritate quemlibet ex ſervo facere non modo liberum, ſed mox civem quoque Romanum creare. Ejuſdem generis cum tres ab eodem Conſtantino latas eſſe leges Sozomenus (g) affirmet, duæ tantum ſuperius recenſitæ ſuperſunt, ter-

LXXV.

(g) *Sozom. l. 1. cap.*

cum diutiſſime graſſatus eſſet adverſus Catholicos, tandem Divina ipſum perſequente juſtitia debitas pœnas perſolvit, ut in Annalibus narratur.

PAGIUS anno CCCXVII. vel CCCXVIII. exaratam putat: additque, hæc omnia adverſus Catholicos in urbe Conſtantina, ductu atque auſpicio *Silvani* ejuſdem urbis Epiſcopi geſta eſſe. Hic enim præcipuus fautor erat partis Donati. Qui

De privilegiis conceſſis Clericis.

tertia vero deſideratur. Cum autem harum trium ſanctionum idem auctor meminit, ſic ait: *Cum partim præ exquiſita quadam legum obſervatione, partim præ poſſeſſoribus qui inviti eos dimiſerunt, permagna eſſet difficultas in majore libertate acquirenda, quam Romani, Civitate donari, appellant; tres tulit leges, quibus decrevit; ut omnes qui in Eccleſiis eſſent teſtimonio ſacerdotum libertate donati, in Rempublicam Romanam adſcriberentur. Hujus pii inſtituti ſatis clara hac etiam noſtra ætate extant indicia; quippe conſuetudo adhuc tenetur, ut leges de eo ſancitæ in principio tabularum de Manumiſſionibus ſcribantur:* Hucuſque Sozomenus. De ejuſmodi autem manumiſſionibus in Eccleſia fieri ſolitis exemplum recitat S. Auguſtinus, cum ait: (a): *Diaconus Hipponenſis homo pauper eſt; quid alicui conferat, non habet; famen de laboribus ſuis, ant quam eſſet clericus, emerat aliquos ſervulos; hodie illos in conſpectu veſtro manumiſſurus eſt Epiſcopalibus Geſtis:* Hæc ipſe, ac de his ſatis.

(a) *Aug. Ser. de diverſ. 50.*

I. Tempus belli Liciniani.

CHriſti annus trecenteſimus decimuſeptimus Gallicano, & Baſſo Coſſ. adſcribitur Faſtis; quo Imperator Conſtantinus adverſus Licinium bello agens, quinto Nonas Julii vicit iterum eum in Thracia, quem ante Cybale in Pannonia ſuperarat. Conſtat id quidem ex ejuſdem Imperatoris edicto de indulgentia tunc temporis veteranis conceſſa, quod in Codice Theodoſiano deſcriptum habetur his verbis (b): *Veteranis, qui ex die quinta Nonarum Juliarum, cum prima per Thraciam victoria univerſo Orbi illuxit, & qui poſtea apud Nicomediam noſtram miſſionem meruerunt, certam per edictum indulſimus (quæ ſcribendi tabulis, vel encauſto, & ceruſſa conſcribere detur eis) licentiam. Edictum autem continens indulgentiam noſtram ad devotionem tuam miſimus, ut & tua dicatio, & cuncti alii recognoſcant quid præſtitimus memoratis, PP. IIII. Idus Aprilis, Licinio quinium, & Criſpo Cæſare Coſſ.* Eſt is annus ſequens, quo promulgavit edictum de indulgentia veteranis conceſſa poſt obtentam hoc anno primam in Thracia victoriam (ut dictum eſt) quinto Nonas Julii. Hæc itaque ad certam temporis rationem declarandam voluimus recitaſſe. Ex quibus plane erroris arguuntur, qui anno decimoquarto Conſtantini, ac decimoquinto perſecutionem Licinianam ponunt, & decimonono bellum eidem a Conſtantino illatum, ut Cedrenus perperam ſupputavit, rerum geſtarum ſeriem, mendaci facta rerum partitione, confundens.

(b) *l. 1 de veter. Codic. Theod.*

II. Sæpe contra Licinium actum.

Quod vero ſpectat, ad ipſum bellum Licinianum; antiquorum omnium aſſertione conſtare videtur, Licinium primo in Pannonia ſuperatum, ac poſtea in Thra-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5810.

SÆC. IV. Anno Urbis 1070. Olymp. 274. an. 1. Ann. Ch. 317.

⊙ 18. F. ☽ 14. P. 14. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 317.

SILVESTRI PAPÆ 4.

CONSTANTINI 12. LICINII 11.

I. Conſules. II. Decennalia Licinii.

[1] ANum. I. ad XVII. Coſſ. *Ovinius Gallicanus, & Septimius Baſſus*, ex Onuphrio. Licinius Auguſtei Imperii *Decennalia* dedit, ut indicat nuncupatio trium Cæſarum hoc anno facta, de qua anno CCCXV. cum Baronio egi.

Lex 1. Codicis Theod. *De Veteranis*, ubi Conſtantinus ait: *Veteranis, qui ex die V. Nonarum Juliarum, cum prima per Thraciam victoria univerſo Orbi illuxit, & qui poſtea apud Nicomediam noſtram miſſionem meruerunt, certa per edictum indulſimus*, &c. Baronium induxit, ut primum Conſtantinum inter & Licinium bellum currenti anno, ſecundum anno inſequenti conſignaret; quod ea Lex dicatur *PP. IV. Idus April. Licinio V. & Criſpo Cæſare Conſſ.* anno ſc. CCCXVIII. Cum enim in ea *Nicomediam noſtram* appellet Conſtantinus, & ea urbs Imperii Liciniani ſedes fuerit, eam poſt Licinium debellatum emiſſam neceſſe eſt. Verum hujus Legis ſubſcriptio mendoſa, ut nunc inter Eruditos omnes convenit. Quare legendum cum Go-

III. Prioris belli Liciniani ruinam fundamentum.

tho-

NOTÆ [1] COſſ. *Ovinius Gallicanus, & Septimius Baſſus. Septimii* nomen præterit Relandus. Marmora Felſinea pag. 158. ubi monumentum Criſpo Cæſari dicat.

OVINIUS. GALLICANUS.
V. C. PRAEF. URB. &c.

Faſti Idatiani, Proſperi Chronicon, & Bucherii laterculi: *Gallicano, & Baſſo*. Libellus Præf. Urb. *Conſules quos juſſerint DD. NN. Auguſti, & ex die XIII. Kalen. Martii. Gallicano, & Baſſo.*

cia eodem anno dicta die a Constantino victum fuisse, atque ibidem iterum debellatum, ac tertio demum prœlio penitus profligatum, & ad postremum belli jure morte mulctatum; quæ omnia pluribus narrat Eusebius (a). Nos autem singula singulis reddentes temporibus, a Cybalensi conflictatione sumemus exordium. Sed meminisse debemus, quæ superius sint recensitæ justæ belli causæ, nempe Licinii impietas, tyrannis, & turpitudo; quibus cum omne Orientale Imperium infestaret, Christianos potissimum dire vexabat; quæ cum ab aliis plerisque, tum ab Eusebio enarratæ sunt; quibus Constantinus plane compulsus adversus Licinium bellum movit.

(a) *Euseb. Vit. Const. l. 2. c. 10. usque 19.*

III. Sed & quæ fuerit utriusque expeditio, narrat primum Eusebius, a Constantino sic orationem exordiens (b): *Cum ne rumorem quidem de illis rebus, quas diximus, dissipatum amplius ferendum cerneret, modestia animi ratione rem secum reputare, & morum severitate cum clementia naturaliter sibi insita temperata, ad afflictorum liberationem maturare cœpit; existimans pietatis, & sanctimoniæ munus esse, ut per unius cædem infinita hominum multitudo servaretur incolumis. Nam cum animo complexus esset, se magna facilitate usum, hominisque commiserationem parum promerentis misertum, ei (utpote a malorum instituto minime recedenti) nihil omnino profuisse, immo vero ejus rabiem contra subjectos magis auxisse; adeo ut illis, qui ab eo erant afflictati, nulla esset reliqua salutis spes: absque cunctatione dexterum salutarem iis, qui essent in tam extremas clamitates prolapsi, porrigere instituit. Idcirco consuetum militaris expeditionis apparatum instituit; universa agmina tam peditum, quam equitum ad illum frequentia confluunt; quæ omnia antecedebant insignia certæ in Deum fiduciæ, quæ Crucis effigiem supra monstratam pulchre repræsentarunt. Precibus, si umquam alias, jam etiam sibi opus esse probe intelligens, Dei solicitare sacerdotes; ut semper cum ipso versari, semperque præsto esse vellent, hosque tamquam quosdam animæ custodes ducere.*

(b) *Euseb. Vit. Const. l. 2. c. 3. 4.*

Constantini expeditio in Licinium qualis.

Tunc vero qui tyrannidem propugnabat, cum auditione accepisset, Constantinum contra hostes non aliter, quam per Dei virtutem præsidium ipsi afferentem, victoriam conari comparare; & eos quos dixi semper una cum illo versari, ei adesse, & salutaris Christi passionis insigne universum illius exercitum perpetuo antecedere; has res re vera (sic namque erat verisimile) irrisione dignas putavit, simulque, & Constantinum habuit ludibrio, & contumeliosis verbis laceravit. Itaque is primum augures, & vates Ægyptiorum, veneficos etiam, & præstigiatores, sacrificos, & prophetas eorum, quos habebat pro diis, accersit ad se, deinde diis illis, quos sibi colendos censuit, victimis placatis, scisciatur quomodo belli exitus ipsi succederet. Illi enim hostium victorem sine dubio fore, inque bello superiores laturum, uno ore respondent; quinetiam longis carminum ambagibus oracula ubique idem asseverant. Augures prædicant, ei per avium volatus fausta præsignificata esse: sacrifici viscerum micationem similia portendere demonstrant. Fraudulentis igitur istorum promissis elatus, magna cum confidentia castris egressus est, ad manus conferendas paratus: Ita Eusebius. Quod vero huc denuo spectat, hæc addit Sozomenus (c): *Porro autem, cum prœlio rursus esset, cum Constantino decertaturus, victimis, & vaticinationibus (ut fieri solet) usus est, quo belli expectati administrationi melius prospiceret; atque quorumdam suasu, qui eum victorem fore pollicerentur, inductus, ad Gentilitatem se transtulit. Quare Gentiles etiam ipsi memorant, re vera eum tunc feciss periculum oraculi Apollinis Dindymæi, quod Mileti edi solet; cui de belli eventu scisciitanti respondisse Dæmonium his duobus Homeri versibus:*

IV. Licinii expeditio qualis.

(c) *Sozom. l. 1. c. 7.*

Te juvenes, grandæve Pater, vexare feroces

Cer-

Certum est; te infirmum manet ærumnosa senectus.

(a) *Niceph. l. 7. c. 45.*

V. Hæc de his Sozomenus; eademque recitat Nicephorus (a).

(b) *Euseb. Vit. Const. l. 2. c. 5. & 6.*

Licinii ad suos concio.

Sed ad Eusebium redeamus, qui de Licinii expeditione hæc pergit enarrare (b): *Cum (inquit) esset prœlium initurus, satellites suos, & eos quos inter amicos eximie caros habebat, in locum quemdam, qui sacer apud illos putabatur, convocat, in quo nemus erat irriguum ac densum, variæ item statuæ lapideæ vario artificio insculptæ, diis ipsius in eo erectæ; quibus cum cereos accendissent, & consuetas immolasset hostias, ejusmodi orationem habuisse fertur: Viri amici ac socii, dii isti sunt patrii, quos ex majoribus antiquitus colendos accepimus, quosque religiose & sancte veneramur. Iste qui nobiscum prœlium initurus est, patriis institutis violatis, præ errore, quo excæcatus est, peregrinum Deum quemdam (unde, haud equidem scio) colens, impia opinione mentem imbuit, & turpi istius insigni exercitum suum magnopere dedecorat; quo fretus, procedit in aciem, & non contra nos solum, sed multo potius contra Deos ipsos, quorum cultum, ut proditor deserit, arma ferre aggreditur. Hoc igitur tempore liquido constabit, & quis nostrum opinionis errore vagetur, & utrum diis qui a nobis, an qui ab altera parte coluntur, priores deferendæ sint. Aut enim nos victores erimus, & sic jure optimo nostri dii servatores, & opitulatores veri existimari debent; aut si hic Constantini Deus (quisquis ille fuerit, vel unde sit profectus, nescio) nostros, cum plurimi sint, iisque numero, & multitudine superiores, devincat; nemo de reliquo vocet in controversium, quem tandem Deum venerari oporteat; sed vincenti se addicat, & illi præmia offerat victoriæ debita. Quod si peregrinus ille Deus, qui est a nobis ludibrio habitus, superior in prœlio videatur, illum nos decet agnoscere, illum colere, & ita longum vale.*

VI. Prodigium de victoria Constantini.

Dum ista gerebantur, visum quoddam supra quam dici potest admirabile circa Civitates ejus ditioni subjectas apparuisse ferunt. Nam se videre videbantur varias turmas militum armatorum, qui sub Constantino duce dimicabant, in ipso meridie per urbes, tamquam victoria potitas transisse. Atque ista cernebantur, nemine ut spiam re vera apparente, seu visione divinior quadam, & excelsiore virtute, quod futurum erat, portendente: Hucusque Eusebius de iis, quæ prælium præcesserunt.

VII. Prœlium Cybalense.

Constat quidem cunctorum sententia, primum omnium prœlium Cybale in Pannonia gestum esse, de quo variæ sunt scriptorum auctoritates. De eo enim in primis hæc Aurelius Victor (c): *Primum apud Cybalas, juxta paludem Hiulcam nomine, Constantino nocte castra Licinii irrumpente, Licinius fugam petiit, Byzantiumque fuga volucri pervenit; ibi Martinianum Officiorum Magistrum Cæsarem creat.* Addit Eutropius (d): *Omnique Dardania, Mœsia, Macedonia potitus, numerosas provincias occupavit; varia deinceps inter eos bella, & pax reconciliata, ruptaque est.* Sed erroris arguitur tam ipse, quam Orosius (e), cum diversum putant prœlium gestum ab eis in Pannonia, ab illo in quo Cybali pugnatum est; omnium enim sententia constat, unum idemque fuisse, & Cybalim positam esse in eadem Pannonia Civitatem. Zosimus autem rem gestam fusius prosecutus, hæc scribit (f):

(c) *Victor in Const.*

(d) *Eutrop. l. 10.*

(e) *Oros. l. 7. c. 28.*

(f) *Zosim. l. 2.*

Itaque prorumpentibus in apertum inimicitiis, ambo copias suas ad dimicandum

VIII.

PAGIUS thosredo in Chronologia Codicis Theod. *PP. IV. Idus April. Cyzico Crispo C. III. Coss.* ideoque anno trecentesimo vicesimo quarto, quo Crispus tertium Consulatum, Constantino Cæsare III Collega, gessit. Nam prælium Hadrianopolitanum commissum die *V. Nonas Julias* illius anni, ut anno sequenti ostendemus. Illa itaque falsæi subscriptione, quæ variorum errorum causa fuit, rejecta, utrumque illud bellum suis annis reddendum.

IV. *Prioris belli Liciniani causa.*

Petavius in Paralipomenis librorum de Doct. Temp. pag. 861. primum illud bellum cum anno trecentesimo decimo quinto conjungit, Victoris in Epitome, & Eusebii in Chronico auctoritate innixus. Verum illud anno CCCXIV. gestum, certum esse debet. Anonymus Valesianus non tantum veram ejus causam, sed & tempus, quo illud factum, nos edocet. Ubi enim de nuptiis Licinii cum Constantia Constantini sorore, quæ ad annum CCCXIII. pertinent, locutus est, ait: *Post aliquantum deinde temporis Constantium Constantinus ad Licinium misit, persuadens ut Bassianus Cæsar fieret, qui habebat alteram Constantini sororem Anastasiam, ut exemplo Diocletiani & Maximiani inter Constantinum & Licinium Bassianus Italiam medius obtineret. Et Licinio talia tractante* (legendum, *Licinio talia frustrante*, ut propria manu scripsit Sirmondus ex fide Codicis MS. in margine Codicis impressi Anonymi Valesiani, qui extat in Bibliotheca Parisiensi Patrum Societatis Jesu) *per Senitionem Bassiani fratrem* (addit Sirmondus ex ejusdem Codicis MS. fide, *qui Licinio fidus erat*) *in Constantinum Bassianus armatur.*

PAGIUS *Qui tamen in conatu deprehensus, Constantino jubente convictus & stratus est. Cum Sinicius auctor insidiarum posceretur ad pœnam, negante Licinio, fracta concordia est, additis etiam causis, quod apud Æmonam* (sita erat prope Alpes Julias in finibus Italiæ, & Norici, ut videre est in Tabula Peutingeri) *Constantini imagines statuasque dejecerat. Bellum deinde apertum convenit ambobus: utriusque ab Cybalensem campum* (erat Cibalis oppidum Pannoniæ) *ductus exercitus. Licinio XXXV. peditum & equitum fuere. Constantinus XX. peditum equitum duxit* (deest aliquid) *Casis post dubium certamen Licinii viginti peditum millibus & equitum ferratorum. Item Licinius cum magna parte equitatus noctis auxilio pervolavit ad Sirmium. Subdata inde uxore ac filio & thesauris, tetendit ad Daciam. Valentem Ducem limitis Cæsarem fecit. Inde apud Hadrianopolim Thraciæ civitatem per Valentem collecta ingenti multitudine Legatos ad Constantinum de pace misit apud Philippos constitutum: quibus frustra venissis, iterum reparato bello in campo Mardiense ab utroque concurritur, & post dubium ac diuturnum prælium Licinii partibus inclinatis profuit noctis auxilium. Licinius & Valens credentes, Constantinum, quod & verum erat, ad persequendum longius a Byzantio processurum, flexi in partem Beroeam concesserunt. Ita Constantinus vehementer in ulteriora festinans deprehendit, Licinium remansisse post tergum, fatigatis bello & itinere militibus. Missi deinde Mestrianus Legatus* (hujus Legationis meminit Petrus Patricius in Excerptis Legationum) *pacem petiit, Licinio postulan-*

te

Certamine Cybalensi Licinius victus.

cogebant, Licinius ad Cybalim colligebat suos; id oppidum est Pannoniæ, in colle situm: ad quod oppidum via sursum ducit arcta, cujus longitudo quinque stadiorum est; ejusdem majori parti profunda palus imminet, reliquum mons est, quo in monte collis est ille situs, in quo esse oppidum ipsum diximus: hinc aperta planities excipit, ingens ea quidem, & prospectu infinita; qua in planicie castra Licinius habebat, phalangem suam sub colle porrigens in longitudinem, ne parum firma cornua viderentur. Constantinus ad montem suos instruxerat, & equitatum in fronte constituerat; hoc enim ei magis expedire visum fuit, ne hostes irruentes in pedestres copias, eas ipsas segnius ad manum venientes impedirent, quo minus ob difficultatem progrederentur. Id cum factum esset, celeriter impetu primo, superior, sublatis signis, in adversos statim irruebat, estque commissum prælium quovis alio, pene dixerim, acrius. Nam emissis utrinque telis, longo tempore cuspidibus, & hastis inter eos dimicatum est; eumque prælium a prima luce cæptum in vesperum usque durasset; cornu dextrum, cui Constantinus præerat, vicit.

Fuga Licinii.

Itaque conjectis in fugam adversis, Licinii legiones, quod & ipsum Licinium viderent in equum insilientem, & ad fugam paratum, non amplius eo loco manere nec cœnare sunt ausæ; sed relictis pecoribus atque jumentis, & omni apparatu reliquo, tantumque ciborum secum auferentes, quantum ad famem ea nocte pellendam satis esset, omni adhibita festinatione, cum Licinio Sirmium perveniunt. Pannoniæ Civitas est Sirmium, quam ad utramque partem flumen alluit in Istrum semet exonerans. Hoc oppidum cursu prætergressus, ac ponte fluminis soluto, pergebat ulterius, quod in Thracia militem colligere cogitaret. Constantinus occupata Cybali, & Sirmio, & aliis, quæ fugiens a tergo Licinius relinquebat, quinque Legionariorum millia ejus persequendi causa mittit. Sed illi, viæ, qua Licinius fugerat, ignari, consequi cum minime potuerunt. Constantinus autem ponte Sai juncto, quem Licinius rescinderat, cum exercitu Licinii vestigiis inhærebat: Hucusque de rebus gestis in Pannonia Zosimus.

X. Bellum Thracium contra Licinium.

At de Thraciis rebus idem auctor in hunc modum: *Cumque Constantinus transisset in Thraciam, pervenit ad eam planiciem, in qua Licinium castrametatum reperit. Eadem nocte, qua venerat, instructa suorum acie, militibus imperat, prima luce parati ad pugnam essent. Ubi dies illuxit, Licinius, conspecto cum exercitu Constantino, aciem & ipse suam instruit, cum belli socium Valentem haberet Cæsarem ab se dictum, ex quo fuga Cybalim reliquerat. Exercitus inter se congressi, ac primum ex intervallo sejuncti, sagittis utebantur; telis exhaustis, cum hastis, & pugionibus irruebant. Dum acriter pugnam exercitus urgent, ii quos Constantinus Licinium persequi jusserat, de conspicuo quodam loco pugnantibus exercitibus superveniunt, & flexo per collem quemdam itinere, cum suis ex acclivi, & eminentiori loco jungendas vires statuunt, & hostes ab omni parte cingendos. Ab eo cum sibi cavissent Licinii milites, & fortiter adversus omnes dimicassent; jamque pluribus, & innumerabilibus quidem utrinque cæsis, pari Marte pugnatum esset; signo dato, a se invicem dirempti sunt exercitus:* Hæc de bello primo in Thracia gesto Zosimus narrat, post quæ pacem compositam inter Licinium, & Constantinum affirmat: verum in primis erroris redarguitur, dum æquali Marte Imperatores pugnasse, atque ad neutram partem victoriam inclinasse testatur; cum ex edicto Constantini superius recitato, liquido appareat Constantinum in Thracia hoc anno primam victoriam consecutum fuisse. At Zosimus infensum se exhibet ob Christianam pietatem Constantino, ne ejus humanitatem erga Licinium superatum exhibitam prædicet, ob idque res adhuc sub dubia fortuna positas mentitur fuisse diremptas; cum alioqui constet ab eodem auctore multa esse prætermissa, ne, quam odio prosequebatur im-

PAGIUS

se & pollicente se imperata facturum. Denuo, sicut ante, mandatum est, Valens privatus fieret.

V. *Inter Licinium & Constantinum pax sancita.*

*Quo pacto pax ambobus (*legendum ex Sirmondo citato, *ab ambobus) firmata est, ut Licinius Orientem, Asiam, Thraciam, Mœsiam, minorem Scythiam* (partem Mœsiæ sic vocatam, ut patet ex Jordane in Geticis) *possideret. Deinde reversus Serdicam Constantinus hoc cum Licinio absente constituit, ut filii Constantini Crispus & Constantinus, filius etiam Licinii Licinius Cæsares fierent, & sic ab utroque concorditer regnaretur. Itaque Constantinus & Licinius simul Consules facti.* Ita Anonymus Valesianus,

VI. *Quo anno hoc bellum gestum.*

Constantius, de quo ibi mentio, erat Constantini M. frater, quem Patricium & Nobilissimum postea renuntiavit, teste Zosimo lib. 2. *Anastasiæ* vero soror Constantini; quod pergit

peram Baronius in dubium vocavit. Pugnatum est ad Cybalensem campum mense Octob. Idacius enim in Fastis, Volusiano & Anniano Coss. anno sc. CCCXIV. ait: *His Coss. Bellum Cibalense fuit VIII. Idus Octob.* Licinius fusus fugatusque; reparatoque iterum bello *in campo Mardiensi*, qui locus ignotus, rursus Licinius in fugam conjectus. Tum sancita pax, novaque Imperii divisio facta. Constantini Imperio cessit Pannonia, Dardania, Dacia, Mœsia, Macedonia, Tractusque Danubii omnis, Illyricum totum, Græciaque seu Achaia, Eutropio & Sozomeno lib. 2, testibus. Licinio cessit Thracia, Mœsia minor, Scythia, Asia, Oriens, & ulterius sitæ Provinciæ reliquæ, ut ex Anonymo Valesiano & Zosimo liquet. Cumque idem Anonymus diserte tradat, post illud bellum

Baron. an. 306. n. XXI.

immenso, Christianam religionem, & Christi eam protegentis virtutem, invitus videretur extollere.

XI.

Nos igitur, quæ ab Eusebio sunt posteris tradita, hic pariter intexemus; qui ait (*a*): *Cum exercitus essent jam jam prælium inituri; qui amicitiæ fœdera ruperat, primum dimicare exorsus est. Ibi Constantinus, Dei omnium Salvatoris auxilio implorato, signoque isto suis militibus dato, in prima dimicatione hostes expugnavit. Deinde non longo tempore post, secunda etiam pugna tulit superiores; atque adeo jam salutari Salvatoris vexillo exercitum suum antecedente, præclariora victoriæ trophæa consecutus est. Nam qua in parte istud Crucis vexillum visum fuit, hostes fugam capere, victores persequi. Qua re intellecta, Imperator, sicubi partem aliquam sui exercitus languentem cernebat, ibi salutare illud vexillum tamquam quoddam subsidium ad victoriam obtinendam locari mandavit; cujus adjumentis extemplo parta est victoria: quippe dimicantium vires divina quadam potentia fuere admodum confirmatæ. Qua propter jussit suis satellitibus, qui & corporis robore erant, & virtute animi, & pietatis institutis in primis eximii, ut in solam vexilli illius gubernationem omni cura ac studio incumberent. Erant viri non pauciores quinquaginta numero; quibus nihil aliud impositum erat, negotii, quam ut vallarent undique vexillum, præsidiis munirent, singulique ordine illud ipsum humeris gestarent. Atque ista quidem Imperator ipse longo post temporis intervallo interjecto, cum animo vacuo erat, nobis, qui hanc historiam scribimus, exposuit, addens etiam rem dignam, quæ litteris ad posterorum memoriam commendetur.*

(*a*) *Euseb. Vit. Const. l. 1. c. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & l. 10. hist. c. ult.*

Victoriæ Constant. ex virtute Crucis.

XII. Crux liberat Cruciferos.

Nam cum in media (inquit) belli dimicatione ingens forte fremitus, & turbatio repentina exercitum occuparet; ille qui vexillum hoc portabat humeris, inter præliandum primum præ formidine exhorrescere cœpit; deinde alteri illud tradere, ut belli impetum effugeret; postquam alter accepit, isteque fuit ex acie egressus: & extra vexilli præsidium locatus, telo confecto, in ventre confossus est, morteque sopitus concidit. Atque ut iste timiditatis, & dissidentiæ pœnas luens, ibi mortuus jacuit; sic ille qui salutare trophæum sublime, & erectum portabat, omnino ejus subsidio evasit incolumis: adeo ut sæpe cum tela frequentia ab hostibus in eum jacerentur, qui ipsum ferebat, salvus extiterit, & vexilli hastile tela missa exceperit. Atque istud omnem plane superat admirationem; tum quod tela ab hostibus jacta sic intra exiguum illum, & angustum hastilis ambitum provolabant, ut in eo fixa hærescerent, tum quod ille qui illud ipsum gestabat, mortem effugeret, immo vero, ut qui hoc ministerium obibant, nihil damni incommodive aliquando acciperent. Neque certe hæc nostra est oratio, sed ipsius Imperatoris, qui præter alias res hanc etiam nobis coram memoravit. Qui ubi divina potentia has duas primas victorias fuisset adeptus, de cætero, exercitu ordine instructo, ulterius processit.

XIII. Constantini benignitas erga victos.

Qui autem contrariarum partium erant, quique primum dimicare cœperant, cum illius impetum, abjectis armis, manu sustinere non possent, ad pedes Imperatoris acciderunt. Iste, utpote ex hominibus conservandis voluptatem capiens, omnes recepit incolumes. At alii qui in armis se tenuerunt, prælio instare: quos primum Imperator benigne, & humanitus ad amicitiam jungendam invitavit; sed ubi minime obsequentes intelligebat, in eos dimisit exercitum. Illi statim terga dantes, in fugam vertuntur; ex quibus deinde alii capti jure belli interfecti sunt; nonnulli, alius in alium irruens, suorum gladiis decubuerunt. Post hæc qui hisce rebus principium dederat, cum videret se famulorum auxiliis orbatum, & exercitum, quod collegerat, profligatum, ac sociorum copias deletas, & spem in illis, quos ipse deos putabat, nihil posse, ipsa jam experientia manifesto convictus, tum se turpissimæ fugæ mandavit; sicque evasit incolumis; atque adeo extra vitæ periculum propterea fuit, quod pius Imperator suis mandasset, ne omnino eum persequerentur, ut fugiendo saluti prospiceret; spes enim in ejus insidebat animo, illum, cum persensisset in quas incidisset calamitates, non modo ab insana temeritate desiturum, verum etiam mentem suam ad meliora cogitanda conversurum.

XIV.

Et quamquam iste singulari humanitatis studio ista instituebat, inducebatque in ani-

PAGIUS

lum Constantium & Licinium Consules processisse, manifestum fit, illud contigisse anno trecentesimo decimo quarto; cum ultimus Constantini, Licinio Collega, Consulatus in annum trecentesimum decimum quintum incidat. Sed præter illum Anonymum & Idacium numero præcedenti laudatum, Victor de Cæsaribus idem insinuat, qui postquam de Maximini morte, quæ anno CCCXIII. accidit, sermonem habuit, scribit: Ita potestas orbis Romani duobus quæsita; qui quamvis per Flavii sororem neptam Licinio connexi inter se erant, ob diversos mores, tamen anxie triennium congruere quivere. Incipit Victor triennium illud ab anno CCCXI. quo Constantinus contra Maxentium moturus Licinium, Constantia sorore uxore promissa, sibi socium adjunxit, ut anno CCCXII. num. II. diximus. Sed Petavius citatus, qui triennium illud ab anno CCCXIII. quo Licinius *Constantiam* uxorem duxit, numeravit, non potuit hoc bellum ab anno, quo gestum est, non removere. Denique in Chronico Eusebii secundum edi-

animum injuriam toleranter ferre, & indigno impertire veniam; ille tamen neutiquam ab improbitate se abstinuit; sed mala malis cumulans, sceleratiora facinora aggreditur; ac de integro fallacibus, & dolosis præstigiatorum institutis insistens, animo confidere cæpit; licebat profecto

(a) Exod. xo. *eamdem sententiam de eo, atque de veteri tyranno pronunciare (a), quod Deus ejus cor plane induraverat.* Hucusque Eusebius de duobus prioribus præliis, quorum alterum Cybali in Pannonia, in Thracia alterum confectum fuit, quod respectu aliorum, quæ in eadem Provincia gesta sunt, primum ab eodem Imperatore, citato superius edicto, nuncupatum est, ipsumque pax consecuta, de qua hæc

(b) Zosim. l. 2. Zosimus (b): *Postridie, pactis induciis, visum est inter ambos esse debere societatem, & fœdus mutuum: ita quidem, ut Constantinus imperaret Illyriis, & nationibus cæteris, quotquot ulterius essent porrectæ; Licinius Thraciam, & Orientem, & ulteriores Provincias haberet: Vulens appellatus a Licinio Cæsar, quod (ut equidem arbitror) perhiberetur auctor eorum malorum, quæ acciderant, e medio tolleretur. Quo facto, & sacramentis ultro citroque præstitis, conditiones esse sanctæ utrinque servandas: ut arctiori se fide ad standum pactis conventis astringerent, Constantinus Crispum natum e concubina, cui Minervinæ nomen, qui jam adoleverat, & Constantinum in Arelatensi oppido ante non multos dies in lucem editum, Cæsares dixit; & cum iis Licinianus quoque Licinii filius, qui jam ætatis annum vigesimum ingressus erat, Cæsar designatus fuit; atque hunc finem bellum secundum habuit:* Hucusque Zosimus; qui quidem in his, quæ de creatis Cæsaribus ait, aperti mendacii redarguitur; cum ex iis, quæ manifesto superius sunt demonstrata, iidem in Decennalibus Constantini ante biennium fuerint Cæsares declarati. Rursum vero, quod subdit de bello adversus Sauromatas gesto a Constantino; quonam potissimum anno id acciderit, suo loco dicemus.

Pax cum Licinio composita.

XV. Constant. justitia laudata. Hujus quoque anni Consulibus consignatum habetur ejusdem Imperatoris Constantini rescriptum ad Octavianum Hispaniarum Comitem, Christiano plane Principe dignum; quo clarissimorum virorum delicta statim puniri voluit, nec ulla fori exceptione gaudere; divinæ, puto, legi auscultans, atque intelligens eo modo magnopere conciliaturum sibi gratiam divini numinis; nam in Principes populi delinquentes hæc Dominus olim ad Moysen (c): *Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis, ut avertatur furor meus ab Israel.* In eamdem plane sententiam hæc Constantinus (d): *Quicumque clarissimæ dignitatis virginem rapuerit, vel fines aliquos invaserit, vel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus; statim intra Provinciam, in qua facinus perpetravit, publicis legibus subjugetur, neque super ejus nomine ad scientiam nostram referatur, nec fori præscriptione utatur. Omnem enim honorem reatus excludit, cum criminalis causa, & non civilis res vel pecuniaria moveatur. Dat. pridie Non. Decemb. Serdicæ *. Acc. quinto Non. Mart. Cordubæ, Gallicano & Basso Coss.*

(c) Num. 25.

(d) l. 1. de accusat. Cod. Theod.

* Sardicæ.

XVI. Sardicæ datæ leges.

In Codice autem Justinianeo, in quem eadem constitutio translata est, scripti in ea Consules ad tempus datæ epistolæ referuntur, desideraturque ibi tempus, quo eadem accepta ponitur, ac pariter locus ubi data, nempe Serdica, usitatius Sardica dicta, quæ Civitas est inter Thraciam, & Mysiam inferiorem sita, fama nobilior cum celebratum fuit in ea postea Concilium Sardicense, de quo inferius pluribus. Præerat eidem his Constantini temporibus Protogenes Episcopus, clari nominis vir, ad quem de libertate in Ecclesia donanda recitavimus datum anno superiori rescriptum ejusdem Imperatoris. Qui autem Justinianeum Codicem collegerunt, additamentum illud justissimæ ejusmodi legi apposuerunt, ut non inter illustres, sed clarissimas tantum personas locum haberet (e), ita semetipsos a minis legis callide liberantes. Sardicæ quoque consistens, iisdem etiam Consulibus, ad Catullinum Africæ Proconsulem idem Imperator rescriptum dedit, quo vim publicam, antea relegatione, vel deportatione puniri solitam, capitali supplicio jussit fore absque aliqua appellatione plectendam (f); quod puto ab Imperatore rescriptum esse ad factiosorum Donatistarum procaciam coercendam.

(e) l. 1. C. ubi Senatores.

(f) l. 1. ad leg. Jul. de vi. pub. Codic. Theod.

XVII. Hoc eodem anno cum Metrophanes Epi-

piscopus Byzantii sedisset annos tres, senio valde confectus, substituendum sibi Alexandrum curavit, qui (ut auctor est Sozomenus *a*) annos viginti tres sedit. Ex his eluduntur qui Metrophanem Ecclesiæ præfuisse tradunt annos decem, & quæ de eo feruntur incerto auctore ex quadam oratione de Nicæno Concilio, ubi habetur Metrophanem post Nicænam Synodum coram Patribus, qui eidem interfuerunt, egisse de subrogatione Alexandri. Nam si (ut dictum est) constat Alexandrum sedisse annis viginti tribus, atque decessisse, (ut idem Sozomenus testatur) eo anno, quo Constantinus Junior filius Constantini Magni necatus est (qui est annus Domini trecentesimusquadragesimus) necesse est affirmare, hoc anno

(a) Sozom. l. 3. cap. 3. Alexander Episcopus Byzantii creatur.

PAGIUS *rat quidem Regia urbis Antistes ob senilem ætatem: sed præsto erant Presbyteri, qui vices ejus implerent.* Hunc locum iisdem omnino verbis refert Socrates ex Eusebio quem citat, lib. 1. cap. 5. Sozomenus autem & Theodoretus, qui eandem lectionem secuti sunt, existimantes, hic agi de Episcopo urbis quæ regnabat, quo tempore Nicæna Synodus habebatur, illum intellexerunt de Episcopo Romano, qui tum erat Sanctus Silvester. Verum Gelasius Cyzicenus qui circa annum CCCCLXXX. Acta Concilii Nicæni collegit, se ex tertio libro Eusebii de Vita Constantini ista ad verbum transcripsisse profitetur: *Ipse ex Hispanis valde celebratus Osius, obtinens locum magnæ Romæ Episcopi Silvestri, cum Presbyteris Roma Vitone & Vincentio, cum plurimis aliis considebat. Urbis autem illius quæ nunc imperat, Episcopus, Metrophanes nomine, propter senectutem non adfuit; ipsius vero Presbyteri qui adorant, locum ejus supplevere; quorum unus erat Alexander, qui urbis Episcopatum post Metrophanem adeptus est.* Photius in Bibliotheca codice 88. testatur, a se perlecta Concilii Nicæni Acta a Gelasio Cyziceno interpolata, in quibus idem referretur. Nicetas Choniates in Panoplia laudata Eusebii verba ad Episcopum Constantinopolitanum etiam refert, quemadmodum & Epiphanius Scholasticus. Quare Synodi Nicænæ tempore Metrophanes Episcopus Byzantinus adhuc in vivis erat, ejusque loca interfuere huic Synodo ejus Presbyteri.

VIII. Constantinopolis urbi Regia dicta. Verum quidem est, Valesium in Notis Eusebianis hos Auctores redarguere, ac scribere, hanc explicationem ferri non posse: nondum enim dedicatam fuisse Constantinopolim, nec Regiæ urbis vocabulo decoratam, cum Synodus congregata est in urbe Nicæa: itaque hæc Eusebii verba de Episcopo urbis Romæ necessario intelligenda esse. At, ut Clarissimus Baluzius animadvertit, Eusebius libros illos de Vita Constantini non scripsit, nisi post hujus Imperatoris mortem, adeoque diu post dedicatam Constantinopolim, quæ ideo post Constantini obitum urbis Regiæ vocabulo decorari potuit, habita videlicet ratione, non ipsius rei, sed temporis, quo ista scribebat Eusebius. Nam & ipse non loquitur simpliciter de urbe Regia, sed de urbe quæ tunc regnabat, *βασιλευούσης* ad differentiam Romæ, quam infra in lib. 4. de Vita Constantini cap. 69. *βασιλίδα πόλιν* constanter vocat in duobus locis, nunquam *βασιλεύουσαν*. Quare ut verus & genuinus Eusebii sensus retineatur, sic Latine verti debet hic locus: *Episcopus urbis illius, penes quam Imperium est*, ut vertit Christophorsonus apud Eusebium & Socratem, vel, *quæ nunc imperat*, ut est apud Gelasium Cyzicenum. Qua interpretatione semel recepta, proclivius est ut Gelasii Cyziceni, aliorumque explicationem sequamur: qui de *Metrophane* Constantinopolitano hic agi putarunt. *Silvester* enim undecim annis superstes fuit Concilio Nicæno: *Metrophanes* morbo & ætate fessus, statim post Synodum obiit, in cujus locum suffectus est *Alexander*, qui cum anno trecentesimo quadragesimo obierit, non potuit sedere annos tres & viginti post Metrophanem, ut perperam scribit Socrates.

IX. *Emendatur titulus epistolæ ad Alexandrum Episcopum Constantinopolitanum. Nam Theodoretus hanc causam tractans, non ait, epistolam illam scriptam esse ad Alexandrum Constantinopolitanum; illud tantum ait, scriptam esse ab Alexandro Antistite Alexandrino ad cognominem suum, nihil præfatus de dignitate ejus, neque de regione, in qua ille habitabat. Tum refert ipsam epistolam, cum hac inscriptione: Reverendissimo & unanimi fratri Alexandro Alexander in Domino salutem.* In titulo tamen epistolæ adnotatum est, uti dixi, eam scriptam esse ad Alexandrum Episcopum Constantinopolitanum. Hunc titulum Baronius putavit non esse Theodoreti, ea de causa, quod nondum ea tempestate *Byzantium* fuit in Constantinopolim mutatum: inde porro erroris occasionem fluxisse, quod cum epistola illa Antistitis Alexandrini fuerit communis ad omnes Episcopos, ejusdem exemplar inter Alexandri Episcopi CP. monumenta repertum, eo titulo fuerit pariter consignatum. Confirmat Baluzius Cardinalis Doctissimi conjecturam, observans, titulum illum, qui hodie legitur in editionibus Græcis Historiæ Ecclesiasticæ Theodoreti, non extare in duobus vetustissimis Codicibus MSS. Bibliothecæ Regiæ, in quibus eadem Theodoreti Historia continetur, neque in editione Græca Roberti Stephani; editionem vero Latinam Basileæ emissam anno MDCXI. hæc tantum in titulo habere: *Epistola missa ab Episcopo Alexandrino ad suum cognominem.* Unde certo concludi potest, titulum illum non esse Theodoreti, cum non reperiatur in Codicibus antiquis, nec in antiquissima editione Roberti Stephani, & diverso modo legatur in editionibus, adeoque adjectum esse a Librario, vel ab Interprete. Quod si *Metrophanes* annos decem sedit, ut Nicephorus in Chronico, & Theophanes habent, vix ante præsentem annum Episcopus Byzantinus renuntiatus est.

Baron. anno 318. n. LXIX.

† Monitio R. P. FRANCISCI PAGI, *Auctoris Nepotis*, & hujusce Operis *Editoris*.

Pag. 386. Dele numerum VII. & duos sequentes, falsum est enim Metrophanem Episcopum Byzantinum Nicænæ Synodi tempore adhuc in vivis fuisse, cum Alexander ejus successor, Anno CCCXL. postquam sedisset annos XXIII. obierit, ut eo anno num. IX. & seqq. probatum est.

* Librarius hunc numerum VII. & duos sequentes subsistere liquit sicuti in priori Editione erant, ne aliquid Benevolo Lectori prætermissum videretur.

editionem Pontaci, hoc bellum copulatur cum anno Abrahami 2330. qui Kalendis Octobris anni Christi CCCXIII. exorditur. Verum Petavius ad annum Constantini, qui ibidem notatur septimus, respiciens, annum gesti belli detegere non potuit.

VII. *Metrophanes Nicæna Synodi tempore vivebat.* Ad num. XVII. Baronius absque ulla vetusti Codicis auctoritate, & contra veterum Scriptorum fidem, tempora sedis *Metrophanis* Episcopi Byzantini intra triennium coarctat. Eum Nicænæ Synodi tempore adhuc in vivis fuisse erudite ostendit Marca lib. 5. de Concordia cap. 3. & ibidem Baluzius in doctissima quam addit Observatione. Eusebius lib. 3. de Vita Constantini cap. 7. ubi numeravit Provincias, ex quibus Episcopi ad eam Synodum venere, ait: *αὐτῶν τε σπάνιον ὁ πάνυ βοώμενος, εἷς ἦν τοῖς πολλοῖς ἄμμα συνεδρεύων. τῆς δὲ γε βασιλευούσης πόλεως, ὁ μὲν πρεσβὺς ὑςέρει δζ ἀὸ γῆρας. πρεσβύτεροι δ' αὐτῷ πάροντες, τὴν αὐτῆ τάξιν ἐπλήρουν.* Idest: *Ab ipsa quoque Hispania vir ille multo omnium sermone celebratus, una cum reliquis aliis consedit. Ab-*

erat

anno Alexandrum loco Metrophanis sedem Byzantinam capessisse; mendose autem apud Nicephori Chronicon ponuntur anni LXIII. pro XXIII. sedis Alexandri. Sed jam subsequentis anni res gestas aggrediamur.

JESU CHRISTI ANNUS 318. SILVESTRI PAP. ANNUS 5. CONSTANTINI IMP. ANNUS 13.

I. Rursum bellum Licinianum instauratur.

TRecentesimo decimooctavo Domini anno, jam pace composita inter Licinium, & Constantinum, datum est eidem Licinio quintum adire Consulatum una cum Crispo Cæsare filio Constantini; ut plane appareat, ab eodem Constantino nullum esse officium prætermissum, quo hominem demereretur, & in pace, quam firmaverat, contineret. Sed nihil profecit, dum Licinius, rupto fœdere, adversus Constantinum iterum in Thracia bellum parat, quod secundum in ea Provincia gestum est. Culpa datur ab historicis (*a*) Licinio, qui sæpius fortunam tentavit; ac propterea infidus, tandem & navalibus, & terrestribus præliis victus, deditionem Nicomediæ fecit: hæc Lætus & alii; at præcessisse iteratum terrestre prælium, Eusebius disertis verbis ostendit; sed & Eutropius (*b*) post victum secundo prælio Licinium hæc ait: *Varia deinceps inter eos bella, & pax reconciliata ruptaque est; postremo Licinius, navali & terrestri prælio victus, apud Nicomediam se dedidit:* Hæc autem omnia anni hujus exordio perfecta fuisse, Constantini rescriptum ad Florianum de indulgentia veteranorum, cujus anno superiore facta est mentio, significare videtur, cum ait de iisdem a se dimissis apud Nicomediam, qua jam potitus erat; sic enim habet (*c*): *Veteranis, qui ex die quinta Nonarum Juliarum, cum prima per Thraciam victoria universo Orbi illuxit, & qui postea apud Nicomediam nostram missionem meruerunt, &c.* Datumque ponitur ipsum rescriptum hoc anno, quarto Idus Aprilis iisdem Consulibus Licinio

(*a*) Pomp. Lætus in Licinio.

(*b*) Eutrop. l. 10.

(*c*) l. 1. de Veteran. Cod. Theod.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5811.

SÆC. IV. Anno Urbis 1071. Olymp. 274. an. 2. A. C. 318. ☉ 19. E. ☽ 15. P. 6. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 318.

SILVESTRI PAPÆ 5.

CONSTANTINI 13. LICINII 12.

I. Consules.

[1] ANum. I. ad XX. Coss. *Licinius Aug. V.* & *Crispus Cæsar*. Consulatus Crispi juxta priorem regulam, Licinii juxta tertiam, ut ejus nempe Collega esset. Quo ex Consulatu liquet primo, *Crispum* anno præcedenti nuncupatum esse Cæsarem: & secundo, *Constantinum* inter & *Licinium* hoc tempore pacem viguisse; aliquin Crispi Cæsaris Licinius Augustus in eodem Consulatu Collega esse noluisset.

II. Epocha posterioris belli Licinian.

Secundum Constantini & Licinii bellum anno trecentesimo vicesimo tertio inchoatum, sequentique absolutum. Primo, quia Cedrenus scribit, illud durasse *annum atque octo menses*. Quare cum anno CCCXXIV. profligatum fuerit, anno antecedenti cœperat. Secundo, Victor de Cæsaribus de Licinio scribit: *Quo sane variis prælris pulso, cum eum prorsus opprimere arduum videretur, simul affinitatis gratia recepti consortio, adscitique Imperio Cæsarum communes liberi, Crispus, Constantinusque Flavio geniti: Licinianus Licinio. Quod equidem vix diuturnum: neque his assumebantur, felix fore, defectu Solis fœdato iisdem mensibus die, patefactum. Itaque sexennio post rupta pace apud Thracas, Licinius pulsus Chalcedona concessit*, &c. Illa Cæsarum nuncupatio anno præcedenti facta, ut suo loco demonstratum, eodemque Sol defecit die vicesima Decembris feria sexta, hora diei nona circiter, ut observavit Petavius in Paralipomenis librorum de Doctrina Temp. pag. 860. Rupta itaque pax anno CCCXXIII. qui sextus est a nuncupatione Cæsarum, & a narrata eclipsi; cujus Idacius in Fastis hoc anno meminit, dum ait: *His Coss. tenebræ fuerunt inter Diem horæ IX.* Sed calculus mathematicus suffragatur Victori, & Idacium rem anno non suo recitare, quod non raro ei accidit, demonstrat.

III. Causa posterioris belli Licinian.

Tertio, Anonymus Valesianus hujus belli causam aperit; ex qua in cognitionem temporis, quo cœpit, pervenimus: *In Orientis partibus, Licinio, Constantino* scilicet *Consulibus*, (anno CCCXIX. quo Constantinus Aug. V. & Licinius Cæsar Consules fuerunt) *repentina rabie suscitatus Licinius omnes Christianos a palatio fussit expelli. Mox bellum inter ipsum Licinium & Constantinum efferbuit. Item cum Constantinus Thessalonicæ esset, Gothi per neglectos limites eruperunt. Tum Constantini terrore & impetu repressi, captivos illi impetrata pace reddiderunt. Sed hoc Licinius contra fidem factum questus est, quod partes suæ ab alio fuerint vindicatæ. Deinde cum variasset inter supplicantia & superba mandata, iram Constantini merito excitavit. Per tempora, quibus nondum gerebatur bellum civile, sed item parabatur, Licinius scelere, avaritia, crudelitate, libidine sæviebat; occisis ob divitias pluribus, uxoribus eorum corruptis.* Sirmondus in margine Codicis impressi, qui extat Parisiis in Bibliotheca Collegii Ludovici Magni, propria manu ex

---

NOTÆ [1] COss. *Licinius. Aug. V. & Crispus Cæsar*. Nomina Crispi ex nummis hæc sunt: *Flavius Julius Crispus*. Fasti Idatiani & Libellus de Præs. Urb. *Licinio V. & Crispo Cæsare*. Vindebonenses, Prosperi Chronicon, & Bucherii laterculi; *Licinio V. & Crispo*.

cinio quintum ac Crispo Cæsare. Quamobrem cum multa post primum certamen in Thracia facta reperiantur, quæ tam paucorum mensium spatio claudi posse nequaquam videntur; ex eis aliqua anno præterito facta jure putantur: cæterum quod ea nulla sint temporum discriminatione distincta; hoc anno ipsa referre, quo absoluta sunt, haud videtur incongruum. Licinianum autem bellum non excessisse biennium, immo annum, & menses octo tantum perduravisse, Cedrenus affirmat (*a*); qui tamen in eo corrigendus est, quod ait hæc contigisse anno decimonono Imperii Constantini; cum hoc ipso anno decimotertio ejus Imperii absolutum fuisse, irrefragabilis ejusdem Imperatoris rescripti auctoritas indubitatam in omnibus fidem faciat; qua pariter ratione alii quoque omnes, qui in aliud tempus Licinianum bellum retulerunt, manifesti arguuntur erroris: hæc de iis quæ ad tempus spectant; rem autem gestam Eusebius, (*c*) his verbis describit, jam ante de Licinii animi obstinatione locutus.

(*a*) Cedr. in Annal.

(*b*) Euseb. Vit Const. l. 2. c. 1. n. 2. 13. 14.

II. Pietas Constantini in bello gerendo.

Cum animum ejusmodi obstrinxisset sceleribus, seque in exitii tamquam barathrum detrusisset; Constantinus, qui secundo jam bellum necessario gerendum animadverteret, Salvatori suo preces fundendi tempus vacuum, & solutum dicavit; & Crucis tabernaculo extra castra etiam longissime fixo, ibi sinceræ & piæ meditationi se dedens, more veteris illius Dei Prophetæ, quem extra castra tabernaculum fixisse, divina confirmant oracula, Deum orare cœpit. Nonnulli etiam, quos ipse ob fidei, & pietatis studium satis spectatos habuit, in idem manus cum eo una incumbebant; hocque etiam alias exequi, erat ei in more positum, cum bello cum hoste decertare constituerat. Nam sicut propter securitatem tardior in rebus gerendis fuit, sic Dei consilio omnia administrare, consultum statuit. Et cum jam animo vacuo attente Deo preces adhibebat, semper divina aliqua visione dignatus fuit; ac post illud tamquam divino instinctu impulsus, exilit e tabernaculo, & de repente exercitum incitare cœpit, mandavitque ut nulla mora interposita ipsum gladiorum aciem experirentur; qui ex improviso hostes adorti, homines cujusque ætatis occiderunt, atque interdum puncto fere temporis parta victoria, trophæa contra hostes insignia statuerunt.

III. In Constantino mansuetudo Christiana laudatur.

In hunc modum Imperator etiam jam antea in præliis committendis, & se ipsum gerere, & exercitum regere consuevit: quinetiam Deum suæ ipsius animæ præponere, & illius consiliis omnia transigere, diligentemque adhibere cautionem; ne inter dimicandum fieret multorum cædes; unde non magis suorum, quam hostium saluti prospexit. Quapropter suos, cum fuissent in pugna victoriam adepti, hortari solebat, ut captivorum misererentur, & cum homines essent, naturæ humanæ nequaquam eos caperet oblivio: atque si aliquando militum animos ferociores cerneret, auri munusculo eos refrenare, præcipereque, ut, qui aliquem ex hostium numero vivum cœpisset, aliqua certa auri summa remuneraretur. Atque hanc veluti illecebram, ad hominum conservationem, Imperatoris excogitavit prudentia; adeo ut infiniti etiam ex ipsis barbaris incolumes evaserint, Imperatore vitam ipsorum auro redimente. Quemadmodum igitur hæc, & infinita his similia etiam alias Imperator facere consueverat; sic in præsentia de more suo ante initum prælium, in tabernaculo separato, tempus precibus ad Deum fundendis

PAGIUS ex fide Codicis MS. post hæc verba, *Gothi per neglectos limites eruperunt*, ista addidit: *Et vastata Thracia & Mœsia prædas agris ceperunt*. Quæ verba notanda ob Martyres tunc in Mœsia passos, de quibus anno CCCXVI. egi.

IV. Gothi Romanis infesti.

De hac *Gothorum eruptione* loquitur etiam Zosimus lib. 2. pag. 680. Quod factum mense Februario docent *Ludi Gothici*, qui a die quarta usque ad nonam ejusdem mensis exhibebantur, ut videre est in veteri Kalendario a Bucherio publicato. Sed non alio anno quam trecentesimo vicesimo tertio, ut notavit Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani, ex eo quod eo anno *Constantinus* disciplinam militarem erecturus, custodiæque limitis Thracici & Mœsiæ adversus Barbarorum incursiones & depræda-tiones deinceps provisurus, qui negligentia militum limitaneorum proditus fuerat, Constitutionem emiserit IV. Kal. Maii anni CCCXXIII. cujus sunt partes Lex 1. Codicis Theodosiani *De re militari*. & Lex 1. ejusdem Codicis *De commeatu*. Priori Lege decernit *Constantinus*, ut si quis cum quibuslibet hostibus prædas egerit, aut prædam cum prædonibus diviserit, incendio concremetur. Jam itaque eo anno Barbari Romanos vexabant. In posteriori *Constantinus*, confecto jam & parato hoc bello Gothico, *Barbarorum* incursionibus deinceps obviam iturus labantem disciplinam militarem retinere voluit, commeatu militibus deinceps denegato, & severissima simul pœna indicta Romanis, qui *Barbaros* in Romanos concitassent. Captivos *Gothorum* per urbes distributos fuisse, & *Constantinum* Thessalonicam sese recepisse testantur Zosimus loco laudato, & Eusebius lib. 4. de Vita Constantini cap. 5. & 6. si tamen Eusebius, qui generatim loquitur, de his Gothorum incursionibus intelligendus sit.

V. Bellum Licinianum anno CCCXXIII. inceptum.

Post Gothos devictos, cœptum est *bellum Licinianum*, a Zosimo & Anonymo Valesiano egregie descriptum, & nonnisi anno trecentesimo vicesimo quarto confectum. Idacius enim in Fastis, sub Consulatu Crispi Cæsaris III. & Constantini Cæsaris III. anno nempe CCCXXIV. ait: *Bellum Hadrianopolitanum die V. Nonas Julias, & bellum Chalcedonense XIV. Kal. Octobris*. Idem habet Auctor Chronici Alexandrini, nisi quod loco, *V. Nonas Julias*, mendose habet, *V. Kal. Julias*, & hæc anno CCCXXV. gesta tradat, in quo sine dubio hallucinatur.

Go-

liberum addixit; ab omni licentia, & vitæ ratione luxu defluente se revocavit, inedia, & corporis afflictatione se ipsum coercuit, uti Deum sibi cum precationibus supplicibus placatum, tum benignum adjutorem haberet, eaque perageret, quæ esset Deus illius animo injecturus. Porro autem, utpote natura vigilans, & attentus, permagnam Reipublicæ curam suscepit, nec magis pro suorum, quam hostium salute præcatus est: Hæc Eusebius, moxque pergit de pace inter eos iterum stabilita narrare. Equidem Constantiam Augustam Licinii conjugem, Constantini vero sororem, fuisse hujuscemodi sæpe pacis, inter eos reconciliandæ sequestrem, putamus; at nisi hæc sit recapitulatio præcedentis certaminis, tertio in Thracia victum esse Licinium, & bis inter ipsum, & Constantinum esse icta pacis fœdera, dicendum est.

IV. Pax iterum inter Licinium, & Constantinum composita.

Postquam igitur (inquit Eusebius (*a*)) *Licinius, qui paulo ante se fugæ mandaverat, rursum amicitiæ fœdera jungere, sibi esse in optatis, simulatione præsetulit; hic noster præscriptis illi pactionum formulis ad vitam cujusque accommodatis utilibusque, fœdera cum eo ferire non dedignatus est, Quibus quidem pactionibus quamquam tyrannus, quem supra memoravimus, lubens obsecundare prætexuit, fide jurejurando confirmata; tamen ex occulto armatorum hominum manum iterum cogere, & de integro bellum pugnamque renovare, barbaros homines ad societatem adsciscere, deosque alios (utpote a prioribus in fraudem inductus) circumcirca quæsitum curstitare cœpit, & eorum verborum, quæ non ita pridem de diis habuerat, nullam omnino tenuit animo memoriam; neque Deum Constantini propugnatorem cognoscere voluit, sed plures & recentiores deos cum irrisione omnium conquirere laboravit. Postea cum re vera intelligeret, quanta, quam divina, quamque inexplicabilis esset in salutari Christi passionis trophæo vis (qua quidem roboratus Constantini exercitus in bello superior esse consueverat) milites circum se hortatus est, ne huic ex adverso irent, caverentque ne fortuito aut per imprudentiam in illud oculos conjicerent. Nam & virtute valere plurimum, & sibi adversarium infestumque esse affirmavit, & propterea debere declinare eam quæ contra idem instituitur, dimicationem.*

(*a*) *Euseb. Vit. Const. l. 8. c. 15. 16. 17. 18.*

V. Disparia studia Constantini, atque Licinii.

Iis rebus sic constitutis, cum eo qui propter clementiam ipsum expugnare tardaverat, & mortem ejus distulerat, prælio contendere aggreditur. Itaque ut hujus milites multitudine deorum, & ingenti copiarum militarium numero confisi, simulacra hominum extinctorum, quos pro diis colebant, hostibus velut propugnacula objicere, sicque manu confligere cœperunt; ita Constantinus lorica pietatis obseptus, salutare Crucis & vitale signum tamquam quoddam terriculamentum adversariorum, & mu-

PAGIUS Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani Licinium prope Hadrianopolim & Chalcedonem, anno tantum trecentesimo vicesimo tertio debellatum contendit, innixus rescripto ejusdem Codicis *De infirmandis his, quæ sub Tyrannis* anno trecentesimo vicesimo quarto XVI. Junii die dato. Existimat enim illud nonnisi post victum Licinium emissum esse, cumque mense Septembri apud Chalcedonem *Licinius* superatus fuerit, ait, Idacium deceptum, perperamque eam victoriam, quæ ad annum CCCXXIII. pertinet, sub anno CCCXXIV. recitare. Sed Licinii post Maximinum in fugam conjectum Lex 2. Codicis Theodosiani *De censu missa* ad Eusebium V. P. Præsidem Lyciæ & Pamphyliæ data Kalend. Jun. anno CCCXIII. hanc Gothofredi conjecturam plane evertit. Quemadmodum enim ea promulgata est a Licinio prima die mensis Junii, postquam initio mensis Maii Maximinum, qui tamen usque ad mensem Augustum vixit, fudisset; ita & laudatum rescriptum *De infirmandis his, quæ sub Tyrannis* XVI. Kal. Junii anni trecentesimi vicesimi quarti datum duas ultimas de Licinio victorias a Constantino reportatas præcessit, nec nisi post eas datas Licinius in Constantini potestatem venit; ideoque non bene ex ea Lege Gothofredus in Commentario Legis 1. Codicis Theodosiani *De Veteranis* deducere conatur, Licinianum bellum anno CCCXXIII. ineunte cœptum esse, felicibusque victoriis continuatum, initio anni CCCXXIV. finem accepisse.

VI. *Licinius ante Synodum Nicænam victus.*

[1] Gothofredi tamen opinio Papebrocio in Vita S. Athanasii cap. 2. num. XXXVI. perplacuit, quod non videantur tam multa intra arctum septem aut octo mensium spatium potuisse compingi; quæ nempe a victo Licinio ad initium Nicænæ Synodi a Constantino & Hosio gesta; cum contra si annus adjiciatur, omnia commode fluant. At cum hæc opinio subsistere non possit, ut mox magis videbitur, dicendum, Licinium die *V. Kalend. Novemb.* anni CCCXXIV. victum, & se-

NOTÆ [1] CAlendarium Lambecianum ad V. Non. Julii assignat fugam Licinii. Igitur illud *Evictio Tyranni* quæ *in eodem* Kalendario legitur ad V. Kal. Novembris non ad Licinium, sed ad Maxentium pertinere videtur. Licet autem victoria illa de Maxentio non quidem V. Kal. Novembris sed VI. Kal. ejusdem mensis relata fuisse videatur, ut probat egregie Pagius ad A. 306. 13. & 312. 5. atque hic demum confirmat; fieri tamen potuit ut victoriæ die præcedenti relatæ solemnis memoria ad sequentem diem differretur, tum ob alias probabiles causas (quod persæpe accidisse ex pluribus vetustis Kalendariis inter se collatis intelligimus, in quibus Imperatorum Natalia alibi quidem una die citius, alibi una die serius consignantur) tum etiam quod dies quinta Kalendarum apud Romanos sacra speciali religione habebatur, adeoque ad eam diem translatum forte voluerunt solemne de relata insigni adeo victoria festum & memoriam.

& munimentum ad mala propulsanda firmissimum, hostium multitudini opposuit. Attamen principio a bello ad tempus abstinuit; & misericordia commotus, neutiquam prior iniit prælium, ne amicitiæ fœdera, quæ pactus erat, violaret. Verum ubi adversarios constanter in instituto perstare, jamque gladiorum aciem experiri cernebat; ægre sane & graviter ferens, sublato clamore, omnes hostium copias momento temporis pedem referre coegit, simulque contra inimicos & dæmones victoriam reportavit. Deinde impium tyrannum una cum suis belli jure condemnatum debito addixit supplicio. Qui vero prælii contra Deum suscipiendi auctores fuissent, pariter cum tyranno ad locum supplicii abducti sunt; & ibi meritas justasque persolventes pœnas, misere interierunt. Qui quidem sicut ante spe in diis vanis locata insolenter se efferebant; sic paulo post, Constantini Deum, qualis & quam admirabilis esset, re ipsa intellexerunt, & hunc jam verum, & solum Deum se agnoscere confessi sunt: Hucusque Eusebius, qui & alibi ait in eodem adversus Licinium bello Crispi Cæsaris filii Constantini virtutem enituisse, quem ad debellandum tyrannum secum duxerat; hæcque testatur his verbis (*a*):

(*a*) *Euseb. l. 10. c. 9.*

VI. Constantinus cum Crispo adversus Licinium proficiscitur.

Simul cum filio Crispo Imperatoris humanissimo, salutari dextera omnibus, qui prope perierant, porrecta, & ostentata, contra tyrannum proficiscitur: pater simul ac filius Deum Patrem rerum omnium rectorem, & Dei Filium, omnium Salvatorem ducem auxiliatoremque adepti, undique acie contra impios circumjecta, & dispositi, perfacilem reportant victoriam; hostesque universos in dimicatione illa, Dei ope, ex animi sententia profligant; quocirca de repente, & pene dicto citius, qui heri, & nudius tertius mortem terroremque spirabant, non amplius superfuerunt, immo ne minimam quidem nominis sui memoriam post se reliquerunt; tituli autem eorum, & honoris insignia debita ignominiæ labe aspersi. Hæc generatim ab Eusebio recensentur, nec nisi ea quæ conferunt ad insinuandam ejusdem Constantini pietatem, ac de navali prœlio nihil prorsus. Atque idem hucusque suam produxit historiam; nec in aliis suis de Constantini vita scriptionibus quicquam amplius de Crispo Cæsare, quem hic cum gloria voluit sepelisse, prædicans pietate patri non imparem: abstinuit post hac ab ejus mentione, ne ipsius nece patris gloriam obscuraret, cui tantum visus est hisce suis lucubrationibus studuisse. Quod vero ad præsens bellum confectum pertinet, a Zosimo (*b*), quonam modo utroque prœlio eodem ferme tempore, Licinius terra marique victus sit, prolixius enarratur: quæ ne subtraxisse lectori invidiose videamur, quod Ethnici hominis hostisque Christianorum scriptio sit, hic describemus, sed & digna censura notabimus.

(*b*) *Zosim. l. 2.*

VII. Nauticus apparatus.

Thessalonicam (inquit) *accessit, & portu confecto, qui antehac ibi nullus erat, rursum ad gerendum bellum contra Licinium se parabat. Naves enim, quæ singulæ triginta remis agerentur, ducentæ instruebantur, & onerariæ plures quam bis mille, peditum quoque centum & viginti, na-*

PAGIUS & sequenti Constantinum victorem Nicomediam ingressum esse. In Kalendario enim Lambeciano ad V. Kal. Novemb. habetur: EVICTIO TYRANNI; ad diem vero IV. Kalend. Novemb. ADVENT. DIVI. Quæ priora verba, cum de Maxentio intelligi non possint ut anno CCCVI. num. XII. offendi, ea de Licinio omnino interpretanda. Ea in urbe dum Constantinus moratur, atque in Orientis partes progredi festinat, nuntium accipit de Alexandrinæ Ecclesiæ, totiusque Ægypti dissidio ob *Arii* dogma & *Meletianorum* turbas, ut ipsemet scribit in epistola ad Alexandrum & Arium. Ac primo quidem *Hosium* cum literis suis Alexandriam misit, qui eos tumultus auctoritate sua componeret. Verum *Hosius*, cum aliquanto egisset Alexandriæ, re infecta ad Constantinum reversus est. Quæ omnia intra mensium circiter trium spatium perfici potuerunt. Sed, cum Constantinus malum quotidie ingravescere cerneret, generale Episcoporum Concilium indicere decrevit, ut eo modo pacem Ecclesiæ restitueret. Eam in rem veredarios seu agentes in rebus per omnes Provincias direxit, qui Episcopos *Nicæam* Bithyniæ convocarent. Veredarii mense Martio Imperatoris literas ad singulos Episcopos perferre potuere, & Episcopi ab ultimis tam Orientis, quam Occidentis partibus ante mensem Julium in Bithyniam venire, idque pedestri itinere, ut tradit Euseb. in lib. 3. de Vita Constantini cap. 6. Græci Dominicam septimam post Pascha, eam sc. quæ Pentecosten proxime antecedit, vulgo vocant *Dominicam Sanctorum Patrum*. Ex quibus Valesius in Notis ad lib. 3. Vitæ Constantini cap. 15. recte deducit, Concilium Nicænum non esse celebratum die XX. mensis Maii, sed die XIX. Junii, ut infra ostendemus, alioquin nimis angustum spatium relinqueretur ad eas res gerendas, quas Constantinus post debellatum Licinium egit. Concilio igitur Nicæno in eum diem rejecto, omnia quæ Historici acta referunt, sine incommodo fieri potuere.

VII. *Licinio vita donatur.*

Licinius anno quidem CCCXXIV. debellatus, sed nonnisi anno CCCXXV. Constantini jussu occisus. Nam, ut scribit Zosimus, postquam Byzantii & Chalcedonenses Constantino portas aperuissent, *Licinius* victus Nicomediam cum equitibus reliquis & paucis peditum millibus contendit. Cum autem Constantinus etiam *Nicomediæ* eum obsideret, rebus desperatis egressus urbe supplex Constantino factus est, postquam *Constantia* ejus uxor & soror Constantini venisset ad castra fratris, & marito vitam poposciisset & impetrasset, inquit Anonymus Valesianus, qui addit: *Ita Licinius privatus factus est, & convivio Constantini adhibitus; & Maximiano* (quem Licinius Cæsarem fecerat) *vita concessa est*

navalium, & equestrium copiarum ad decem millia cogebantur. Licinius, audito Constantini apparatu, dimissis ad nationes hinc inde nunciis, idoneas bello naves, & equitum peditumque copias instrui jubebat: sine mora missæ sunt ab Ægyptiis octoginta triremes, a Phœnicibus totidem, ab Ionibus, & Dorien sibus Asiaticis sexaginta: Cyprii triginta, Cares viginti, Bithyni triginta, Africani quinquaginta suppeditabant: Hæc de classium apparatu ac numero Zosimus, qui mendax plane convincitur manifeste, dum Africam ait suppeditasse Licinio triremes quinquaginta; cum ex mille locis superius recitatis satis perspicue sit demonstratum, statim post debellatum Maxentium, cessisse Africam Constantino.

VIII. Constantini, & Licinii exercitus.

Sed prosequitur Zosimus de apparatu Licinii orationem: *Peditum habebat ad centum, & quinquaginta prope millia, equitum quindecim millia, quos Phrygia, & Cappadocia præbebat. Et Constantini quidem classis erat in Pyreo, Licinii naves ad Hellespontum. In hunc modum constitutis ab utroque nauticarum ac terrestrium copiarum rebus, Hadrianopoli in Thracia castra Licinius habebat: & Constantinus e Pyreo suas naves e Græcia majorem partem collectas accersebat. Simul terrestri cum exercitu Thessalonica progressus, propter ripam fluminis Hebri, qui ad levam Hadrianopolim alluit, castra faciebat; cum & Licinius suos instruxisset a monte, qui oppido imminet, ad ducenta usque stadia, ubi .... fluvius Hebrus conjungitur: compluribus diebus adversis utrinque castris exercitus substiterunt.*

IX. Bellum atrox inter Constantinum & Licinium.

Sed animadverso Constantinus qua parte flumen esset artissimum, tale quiddam machinatur. Tigna de monte comportare jubet exercitum, funesque nectere, quasi pontem supra flumen facturus esset, ac per eum copias suas transportaturus: qua quidem re deceptis opinionibus hostium, & colle quodam conscenso, qui silvas habebat densas, & abditis per eas tegendis idoneas; peditum ibi sagittariorum quinque millia cum equitibus octoginta collocabat; deinde sumptis secum duodecim equitibus, per fluminis angustias, qua transjici facillime poterat, Hebro superato, improvisus in hostes irruit. Tum vero quidam cædi, quidam toto impetu terga dare; alii casu inopinato territi, ore diducto consistere propter hostis inexpectatam hanc transjectionem. Cum interim & equites cæteri toto cum exercitu securi ad alteram ripam evasissent, ingens hominum cædes accidit; nam ad triginta quatuor millia hominum ceciderunt. Sub occasum Solis castra Constantinus cœpit; Licinius autem suis, quotquot sane poterat, recollectis, per Thraciam properabat, ut ad classem perveniret. Cum illuxisset, omnes Licinii milites, qui arrepta fuga, vel in montem forte, vel in convalles se contulerant, Constantino in fidem se tradiderunt una cum iis, quos Licinius fugiens a tergo reliquerat. Eo Byzantium fuga delato, Constantinus hominem persequens, Byzantium obsedit. Jam Constantini classis (ut diximus) e Piræo solverat, & in Macedonia stationem habebat; itaque navarchos accersit, navibus ad ostium Hellesponti adesse, jussis. Ubi classis præsto jam esset, velut imperatum fuerat, Constantini duces octoginta dumtaxat expeditissimis navibus, quæ triginta singulæ remis impellerentur, dimicandum censuerunt, quod is locus propter angustias magno navium numero esset opportunus. Abantus autem Licinianæ classis Imperator ducentis navibus invehebatur, & hostilium navium paucitatem vehementer contemnebat, quas ab omni parte se nullo negotio putaret inclusurum.

X. Bellum navale.

Sublatis utrinque signis, & porrectis in adversos tendentibus; Constantini navarchi sic suas agebant naves, ut hostem composite adoriverentur. Abantus autem nullo ordine in adversos impetum faciens, naves suas ob multitudinem in arctum coactas inter se collidebat, quodamque modo demergendas & varie perdendas hosti præbebat. Denique multis militibus in mare præcipitatis, nox superveniens navale prælium diremit; & alteri quidem ad Eleuntem Thraciæ appulerunt, alteri portum Æantum ingressi sunt. Postridie ejus diei, cum vehementes Aquilonis flatus essent, Abantus egressus Æantio portu, navalem ad pugnam se parabat. Sed quod eæ triginta remorum naves, quæ ad ostium Hellesponti substiterant, jam mandato ducum Eleuntem se contulissent; Abantus navium multitudine territus, de invadendis hostibus animi dubius hærebat. Circa meridiem flatus Aquilonaris remittebat, & exortus Auster vehemens Licinii classem ad littus Asiaticum repertam partim in ipsum littus ejecit, partim saxis impegit, partim cum vectoribus demersit; ita quidem, ut hominum quinque millia, naves cum hominibus centum & triginta perirent, quibus e Thracia partem exercitus in Asiam Licinius propterea transmiserat, quod obsessis cum eo Byzantium præ multitudine nimis arctum fuisset.

XI. Licinius ubique victus.

Cum autem in Asiam navibus quatuor Abantus aufugisset, & navale prælium hoc modo pugnatum esset, iamque naves ad Hellespontum appulissent, quæ varias merces & maximam commeatus copiam Constantini ducibus attulerant; universa illi cum classe solvebant, ut se cum iis, qui Byzantium obsidebant, conjungerent, & urbem mari quoque cingerent. Licinii pedites, cum ne conspectum quidem nauticarum illarum copiarum substinuissent, navigia nacti, Eleuntem discesserunt. Constantinus obsidionem urgens, cum aggerem paris cum muro altitudinis excitasset, & turres ligneas ipso muro sublimiores in aggere constituisset, de quibus muri defensores telis petebantur, ut arietes, aliæque machinæ muro citra periculum admoverentur, urbem omnino capere cogitabat.

XII. Licinii nova consilia.

His Licinius ad inopiam consilii redactus, statuit, deserto Byzantio, & ibidem exercitus infirmiori parte relicta, cum maxime idoneis, qui & benevolentiam ei suam probaverant, Chalcedonem Bithiniæ quamprimum se recipere. Nam fieri posse credebat, ut rursus ex Asia collecto exercitu dimicaret: quamobrem navigio Chalcedonem delatus, adjunctum sibi socium periculi Martinianum, qui ordinum Palatinorum dux erat (Romani Magistrum Officiorum vocant) Cæsarem dicit, & cum exercitu Lampsacum mittit, impediturum quo minus hostes e Thracia transirent ad Hellespontum; ipse copias suas in collibus, & sitis ad Chalcedonem faucibus collocat. His rebus intento Licinio; Constantinus, qui & onerariarum, & bellicarum navium ingentem numerum haberet, & per has adverso littore potiri vellet, veritus inaccessas onerariis præsertim navibus Bithynici littoris oras, celoces, & cymbas quam citissime struit, & ita ad promontorium Sacrum, quod dicitur, ad ostium Ponti situm,

PAGIUS *est. Sed Herculii Maximiani soceri sui motus exemplo, ne iterum depositam purpuram in perniciem Reipublicæ sumeret, tumultu militari exigentibus in Thessalonica, jussit occidi Martinianum in Cappadocia.* Ubi Auctor ille anonymus Cæsaris nomine Augustum intelligit, ut quandoque alii Historiæ Augustæ Scriptores. Sic Constantinum Eboraci omnium militum consensu Cæsarem creatum, & Licinium a Galerio Cæsarem factum scribit; cum tamen uterque tunc Imperator & Augustus dictus fuerit. Porro *Martinianum* a Licinio Augustum renunciatum, liquet ex Nummis apud Mediobarbum, in quibus legitur, D. N. MARTINIANUS P. F. AUG.

VIII. *Quot annis Licinius regnarit.*

Baron. n. XVIII.

Interfectus Licinius apud *Thessalonicam*, ut non tantum Anonymus Valesianus, & Zosimus; sed etiam Eutropius, Victor in Epitome, Eusebius in Chronico & Idacius in Fastis. Quare, ut jam monui, Acta S. Basilei Amasenorum Episcopi, quæ sub Joannis Nicomedien sis Presbyteri nomine circumferuntur, quibusve Baronius fidem præstitit, suppositionem suam manifeste produnt, cum Licinium in Galliis occisum volunt. Interemtus autem *Licinius* anno trecentesimo vicesimo quinto, ut diserte Idacius in Fastis testatur, & indicat Anonymus Valesianus, quando ait, Licinium regnasse annos XIX. Imperium enim inierat mense Novembri anni trecentesimi septimi. Quare anni illi utrimque incompleti numerandi, & interitus Licinii anno CCCXXV. omnino consignandus. Idacio enim in Fastis suffragatur Victor in Epitome, ubi inquit: *Hic Licinius annum dominationis fere post quintum decimum, vitæ proxime sexagesimum occiditur.* In Historia Miscellæ lib. II. ubi hic Victoris locus adducitur, habetur: *Annum fere post quartum decimum.* Sed prior lectio præferenda, annique illi XV. utrimque incompleti intelligendi, & a morte Galerii Maximiani, quæ anno CCCXI. contigit, illorum initium repetendum. Ex quo apparet, verum esse quod alibi monstravi, Historiæ sc. Augustæ Scriptores numerantes annos Imperatorum, qui per hæc tempora regnarunt, Imperium eorum quandoque exordiri ab obitu Imperatoris illius, qui primum inter eos locum obtineret; non vero ab eo tempore, quo ipsimet vel Cæsares, vel Augusti nuncupati fuissent. Verum Licinium anno tantum CCCXXV. morte affectum ex iis, quæ mox de Constantini Monarchia dicemus; magis confirmabitur.

IX. *An Licinius Christianus fuerit.*

Quæri hic potest, an *Licinius* aliquando Christianus fuerit. Hanc quæstionem agitat Card. Norisius in Dissert. de Numismate Licinii cap. 5. respondetque, non existimare se, Licinium Christianæ Religioni nomen dedisse; sed Ethnicorum

PAGIUS corum erroribus, & quidem semper, adhæsisse; quod Nummi ejus ab eo tempore, quo Asiam obtinuit, hac subscriptione obsignentur; IOVI CONSERVATORI; & certum sit, Licinium persecutionem adversus Christianos instituisse. Præterea Eusebius in lib. 2. Vitæ Constantini cap. 5. recitat Orationem, quam Licinius ad milites habuit in secundo bello contra Constantinum gesto, priusquam aciem contra hunc instrueret. *Viri*, inquit, *amici & commilitones; siquidem quos colimus, & quos ab ultimis usque majoribus colendos accepimus, Dii sunt patrii. Iste vero, qui adversarum nobis partium copias ducit, moribus, institutisque majorum violatis, ad impiam nullos credentium Deos opinionem desciv it, peregrinum quendam nescio unde quæsitum temere amplectens Deum.* Ex quibus patet, Licinium Deorum cultui a majoribus accepto semper adhæsisse. Ita Card. Norisius.

Licinius Christianus usque ad ultimum ejus bellum.

cladem illic acceptam animo mutatus, multos Sacerdotes, qui in suis partibus degebant, graviter afflixit. Addit Sozomenus: *Præterea cum iterum pugnaturus esset adversus Constantinum, victimis & divinationibus ad futurum bellum se præparabat, seductusque a quibusdam, qui victoriam ipsi pollicebantur, ad Gentilium superstitionem defecit.* Ad hæc, Licinius post victum Maximinum infensissimum Christiani nominis hostem, *cum Antiochiam venisset, in Jovis Philii Sacerdotes severe animadvertit, ac omnes qui adversus Religionem nostram insolenter debacchati fuerant,* inquit Eusebius lib. 9. cap. II. Insuper Orator in dedicatione celeberrimi templi Tyri anno Christi CCCXV. pro concione tum Constantinum, tum Licinium, cui ea urbs parebat, concelebrans, ait apud Eusebium lib. 10. cap. 14. *Adeo ut, quod nunquam antea contigerat, summi Imperatores honoris illius, quem Dei beneficio acceperunt, sibi conscii, jam in mortuorum simulacrorum faciem conspuant, & profanos Dæmonum ritus conculcent, ac vetustum errorem a majoribus traditum irrideant; unum verum Deum cum erga omnes, tum in se ipsos maxime beneficum agnoscant,* &c. *Christum*

X. Sed Licinium ante ultimum illud bellum Christianum fuisse diserte testatur Sozomenus in lib. 1. cap. 7. ubi postquam superiori capite de priori bello Licinio locutus est, ait: *Licinius, qui ante Religionem Christianam coluerat, post*

stum, quodque Chalcedone ducentis stadiis abest, navigat; & expositis ibi copiis, quosdam in colles ascendit, ac in iis aciei struendæ locum capit.

XIII. Licinius iterum vincitur.

Licinius, quamquam ab hoste Bithyniam teneri cerneret: tamen ut vir omnibus periculis exercitus, Lampsaco Martinianum accersit; & milites cohortatus, quibus se præiturum diceret, ordines ad pugnam instruit; oppidoque egressus hostibus jam paratis occurrit. Acri pugna in locis Chalcedoni & Fano interjectis inita, longe Constantini pars superior erat; quæ hostes ingenti cum impetu adorta, tantam cædem edidit, ut de centum, & triginta millium numero vix triginta millia evaderent. Cum primum hæc evenissent, Byzantii Constantinum portis apertis excipiebant: idem & Chalcedoniis factitantibus, Licinius victus Nicomediam cum equitibus reliquis, & paucis peditum millibus contendit. Inter hæc auctor tradit a Constantino exceptum Hormisdam regio sanguine procreatum fugientem e Perside; atque mox subdit.

XIV. Licinii interitus.

Cum autem Constantinus etiam Nicomediæ Licinium obsideret; rebus ille desperatis, quod etiam sciret nullas sibi restare justas, & satis amplas ad dimicandum copias, egressus urbe, supplex Constantino factus est, & ad eum allata purpura, Imperatorem ac Dominum clamabat, veniamque præteritorum poscebat: nam vitam sibi certo pollicebatur, cujus nomine jusjurandum uxori ejus a Constantino præstitum fuerat. Martinianum Constantinus satellitibus suis occidendum tradidit; Licinio Thessalonicam ablegato, velut istic secure victuro: neque multo post ei, violata jurisjurandi religione (quod quidem Constantino non insolens erat) laqueo vitam ademit: Hæc Zosimus, pergens alias coacervare in eumdem Constantinum contumelias, de quibus suo loco dicturi sumus. Cæterum de nece Licinii causam illam plures numero, & digniores fide auctores afferunt, sic eum contra pacta conventa necari jussum, quod idem Licinius, ut sæpe fecerat, res novas, solicitans barbaros, clanculum moliretur.

XV.

Hic non prætermittendum de divino favore dicere, qui in cunctis prœliis manifestis signis Constantino jugiter aspira-

Visione Const. prælianti ostensæ.

vit. Zonaras (*a*) enim de his agens, hæc ait: *Ferunt Constantinum in prœliis cum Licinio & Maxentio commissis vidisse armatum equitem signum Crucis pro vexillo ante aciem suam præseferentem; ac rursus Hadrianopoli duos ei visos adolescentes, qui hostium phalanges cæderent; item circa Byzantium noctu, omnibus dormientibus, conspectum ab eo ignem, qui fulguris instar vallum exercitus sui collustraret; quibus ostentis, in eam sententiam adducebatur, ut crederet successus illos rerum, & victorias sibi divinitus offerri:* Hæc Zonaras. Plurimum contulisse ad Christianam religionem latius dilatandam tot tamque præclaras Constantini victorias, testatur Sozomenus (*b*); utpote quod non tam imperatores, quam contrariæ inter se religiones viderentur bellum suscepisse, cum quisque eorumdem Imperatorum e sua quam colebat, veramque putabat, divinum numen sibi affore propitium, jugibus expeteret votis ac precibus.

(*a*) Zonar. Annal. t. 3.

(*b*) Sozom. l. 1. c. 7.

XVI. Mores Licinii.

Licinii rebus finem imposituri, de nece ejus, ac tempore, quo regnavit, & vixit, quid scribat Aurelius Victor (*c*), hic addamus, moresque ejus ab eodem recensitos, tamquam dignum homine epitaphium: *Hic* (inquit) *Licinius annum dominationis fere post XIV. vitæ proxime LX. occiditur, avaritiæ cupidine omnium pessimus, neque alienus a luxu venereo, asper admodum, haud mediocriter impatiens, infestus litteris, quas per inscitiam immodicam virus ac pestem publicam nominabat, præcipue forensem industriam: agrariis plane, ac rusticantibus, quia ab eo genere ortus aliusque erat, satis utilis, ac militiæ custos ad veterum instituta severissimus, spadonum, & aulicorum omnium vehemens domitor, tineas sericesque Palatii eos appellans:* Hæc Victor. Sed & Julianus Apostata in Cæsaribus, cum de Licinio agit, tradit eum ob multa atque turpia scelera, quæ patravit, a deorum, & bonorum Principum consortio exclusum fuisse.

(*c*) Aurel. Victor. in Constant.

XVII. Anni Imperii Licinii.

Quod vero pertinet ad annos ejus Imperii; Victor cum ait Imperium propagasse usque ad annum decimumquartum, in dubium nonnihil revocari posse videtur; nam cum ex iis quæ superius dicta sunt, constet eum imperare cœpisse anno secundo

PAGIUS *Christum Dei filium universorum Regem esse profiteantur.* Profecto vix mihi persuadere possum, Eusebium vel quemlibet alium (hujus enim Orationis Auctor incertus, quidquid Valesius in Notis dicat) hæc coram numerosa Pastorum corona proferre ausum fuisse, nisi *Licinius* tunc Christianam Religionem eo modo, quo Constantinus nondum Catechumenus, professus esset.

XI.

Denique Tristanus tom. 3. Commentarior. Numm. *Licinii* exhibet, in quo cernitur labarum, seu vexillum militare cum hinc inde

prostratis captivis, in cujus summa extat crux, & in labaro hi characteres: VOT. XX. Existimat autem Tristanus, Licinium in Constantini gratiam labarum & crucem usurpasse. Patinus tamen in Numismatis Impp. pag. 459. simile Numisma exhibet, sed non crucem in eo, verum tres veluti globulos cerni dicit, superiorem pali partem in cuspidis figuram ornantes. Additque plura ejusmodi vexilla in Nummis Licinii repræsentari absque cruce. Nummi, in quibus vexilla absque cruce signata, percussi vi-

Ex Nummis Licinii ejus Religio certo dedit. ei non fr. test.

den-

do Imperii Constantini, Domini vero trecentesimo septimo; cumque certum sit, ipsum hoc anno apud Nicomediam victum; nonnisi ejus Imperii annos undecim numerare licet, & fortasse duodecimum inchoatum. Nec assentimur iis qui eum usque ad annum decimumsextum supervixisse putarunt. At alia prorsus, ac plane diversa ratio est, numerare annos, quibus vixit Imperator factus, licet ab Imperio depositus, usque ad obitum, vel quibus imperavit. Ex iis insuper quæ dicta sunt, colligere æque licet, quam mendosum sit Eusebii Chronicon in fine, cum ibi ponatur bellum Cybalense adversus Licinium anno septimo Imperii Constantini, undecimo vero ejusdem habeatur persecutio ipsa a Licinio excitata, quam tamen suo loco positam non negamus.

XVIII. De Licinii exitu variæ sententiæ.

De Licinii autem exitu diversa plane scripta habentur a Johanne presbytero Nicomedienſi, qui his ipsis temporibus vivebat: ipse enim in historia, quam scripsit de rebus gestis, & martyrio S. Basilei Episcopi Amaseni, de eodem Licinio hæc habet (*a*): *Licinium vero cum fere ad mortem usque Imperator Constantinus castigasset, regali & quacumque alia principatus potestate privatum in Galliam demandavit, ut in illa regione habitaret: eo enim quod ejus affinis erat, illum morte punire noluit, qui jure millies mori debebat. Ei autem, toto audiente Senatu, dixit: Luge, & pœnitentiam age ob ea quæ ausus es; bonisque operibus studens, ab illis numquam desiste: fortasse Deus propitius & benevolus tibi erit, qui omnis benevolentiæ expers, & insidiator fuisti; fortasse & sempiternæ pœnæ sententiam aufugies: hæc tunc ipse. Nihilominus tamen divina pœna vehementer illum exagitavit. In ea enim regione, ad quam missus est, difficilia quædam ulcera, remedia ejus malitiæ congruentia, similem illi quam Maximinus passus fuerat, plagam intulerunt. Cum autem graviter ingemisceret, & solum ac verum Deum a se reprobatum fuisse confessus esset, ex hac vita miser avulsus fuit:* Hucusque ibi de Licinii exitu vita anteacta digno. Cæterum (quod dictum est) omnes testantur; eum a Constantino esse necatum contra jusjurandum ipsi præstitum, ut privatam vitam agere sineretur. Quoto autem anno Imperii Constantini Licinius (utcumque acciderit) ex

(*a*) Apud Sur. die 26. Apr.

hac vita migrarit, nullibi certa est mentio, nisi apud Eusebii Chronicon, in quo longe post bellum Cybalense, anno decimooctavo Constantini occisus ponitur: a Victore (*b*) autem, & a Socrate (*c*) haud multo post ab eo tempore, quo victus est, traditur eum esse necatum.

(*b*) Vict. in Const.

(*c*) Socr. l. 1. c. 2. in fin.

XIX.

Quid autem post Nicomediense postremum adversus Licinium certamen contigerit Constantino in expugnatione Byzantii, Nycephorus (*d*) narrat his verbis: *Nicomedia solvens Constantinus, bellum eis intulit: Byzantii porro cum cervicem ei summittere, & tributum pendere nollent, procaciterque Romanæ servitutis jugum excuterent, res ad manus pervenit; ac prælio commisso, sex millia primo in Constantini exercitu, deinde conflictu altero tria alia rursum millia hominum cæsa sunt. Quo fortunæ successu Byzantii sublati, ut copias Romanorum omnes concideremt, dispiciebant. Pauci namque eo tempore cum Imperatore milites erant, omnibus fere, exiguo excepto numero, ad præsidium Romanæ ditionis, quod de Persarum expeditione & incursione nunciatum esset, missis. Vespera diei erat, & Imperator languidus & mœstus, inopia consilii, continuo oculos ad cælum intendit; atque ibi rursum, itidem ut Romæ, cum contra Maxentium bellum gereret, scripturam stellarum ordine atque distinctione conformatam vidit, hoc significantem: Invoca me in die tribulationis; eruam te, & liberabo te, & glorificabis me. Stupore igitur percitus, rursus oculos in cælos sustulit, & iterum Crucem stellis sicuti antea effigiatam in cælo, & inscriptionem circum eam conspexit, cujus hæc verba erant: In hoc ipso signo hostes omnes vinces. Et confestim in memoriam ei, quæ ante acciderant, venere. Postridie ergo classicum canere jussit, prœliumque rursum cum Byzantiis commisit; & quod trophæum, & signum Crucis præferri in acie mandasset, fortiter illos vicit, simulque urbem ipsam cœpit. Victoriæ autem ejus trophæum, & signum eo loco statuit, ubi nunc porphyretica ejus columna in magnam amplitudinem ampliter excurrit:* Hucusque Nicephorus. De Byzantiis vero, quam ægre tulerint semper Romanorum jugum, & quam munitissima esset urbs, diutina ejus obsidio, & oppugnatio a Severo Imperatore olim facta certam fidem faciunt. Liberæ enim condi-

(*d*) Niceph. l. 7. c. 47.

De bello Byzantino & cœlesti visione.

PAGIUS dentur postquam *Licinius* Christianam Religionem deseruit; alii vero ante illud tempus. Idem Patinus *Licinii junioris* Nummum profert, in quo sunt hi characteres: P. TR. id est, *percussus Treviris*; circum legitur; VIRTUS EXERCIT. In ima labari parte sunt duo captivi, & in labaro legitur, VOT. XX. cruce super labarum depicta. Cujus hujusmodi Nummus in urbe Trevirensi, quæ Constantino parebat, idque vel anno CCCXVII. quo Licinius

junior a Constantino Cæsar dictus est; vel anno CCCXXI. aut insequenti, quo ille Quinquennalia celebravit. Et tamen jam ab anno CCCXIX. quo cœpta persecutio Liciniana, Constantinum inter & Licinium pax rupta erat. Quare sicut Licinii junioris Numismata crucem præferunt, etiam postquam pater a Fide desciv it, sic & in Licinii Numismatis, etiam quando Christianis favebat, percussis, legitur: IOVI CONSERVATORI. Quæ inscriptio a Licinio usur-

pari

ditionis quondam civitas ad libertatem consequendam semper aspirare consuevit. Tot autem tantaque de cœlestibus visionibus Constantino ibi ostensis a Nicephoro recitatis maluissem ab eodem recentiore auctore antiquorum testificationibus confirmata; scimus tamen Eusebium in oratione habita de Constantini laudibus constanter affirmare, divinas illi visiones non semel, sed (ut ait) sæpenumero illuxisse.

XX. Quomodo autem, extincto Licinio, sub uno Christiano Imperatore omnes Romani Imperii populi coeuntes tranquillissimo rerum statu potiti sint, Eusebius narrat his verbis (a): *Porro impiis hominibus e medio sublatis, & potestate tyrannica deleta, mundus de reliquo veluti Solis claritate collustratus fuit; universæque Orbis terræ partes, quæ Romanorum parebant ditioni, in unum coaluerunt: quin etiam dum gentes quæ Orientem occupabant, altri parti adjicerentur, & uno generali principatu tamquam capite quodam totum corpus adornaretur, unius Imperii potestas per omnes pervasit: illustres præterea lucis ex pietate nascentis splendores, iis, qui antea in tenebris, & mortis umbra consedissent, & lætos, & serenos dies impertierunt: neque erat ulla amplius præteritorum malorum recordatio; quippe omnes ubique victorem hymnis celebrabant, hucusque conservatorem solum Deum se agnoscere fatebantur. Iste Imperator universo pietatis genere eximius, & Victor egregius (hanc enim appellationem, cognominis loco, victoriæ sibi a Deo contra hostes, & inimicos donatæ maxime proprie convenientem invenit) Orientem recuperavit; & unum conjunctum cohærentemque principatum, more veteri Romanorum, sibi ipsi subiecit; ac non modo Deum omnibus qui in imperii sui finibus continebantur, palam prædicare cœpit; verum etiam universum mundum gubernaculis singularis potestatis, quæ Romanorum ditionis erat propria, præclare admodum administravit. Malorum porro, quæ antea cunctos mortales oppresserant, metus sublatus fuit; & qui ante fracto animo, & demisso fuerunt, hilari vultu, obtutuque læto, alter alterum aspexerunt. Tum choreis, & hymnis primum Deum summum omnium Regem esse prædicarunt, deinde Victorem Constantinum, ejusque filios modestissimos, Deoque caros Cæsares acclamationibus continuis extulerunt. Erat jam veterum malorum, & impietatis cujusque oblivio, jam suavis præsentium bonorum usus, & delectatio, jam jucunda futurorum expectatio:* Hucusque Eusebius.

(a) Euseb. Vit. Const. l. 2. c. 19.

In Monarchia Constantini pax summa.

XXI. Quibus vero legibus exulem religionem Christianam Constantinus restituerit, Orientalemque Ecclesiam dira persecutione prostratam erexerit, idem auctor fusius enarrat his verbis (b): *Jam apud nos, sicut etiam pridem apud eos qui alteram Orbis partem obtinent, Imperatoris decreta plena humanitatis divulgata; jam leges, quæ & claram sanctimoniæ erga Deum significationem dare, & non obscura bonorum cujusque generis indicia cujusque oculis subjicere videbantur; neque solum provincialibus cujusque nationis ea quæ erant ad vitam accommodata utiliaque largitæ sunt; sed etiam Dei Ecclesiis, quæ convenientia putabantur, rite præscripserunt.*

(b) Euseb. ibid. c. 20.

Constantini leges pro Christianis.

XXII. Revocantur exules Christiani. *Nam primum omnium illos qui a Præfectis cujusque Provinciæ, propterea quod idolis immolare recusaverant, e patriæ finibus pulsi, inque exilium electi fuissent, domum revocaverunt; deinde eos qui variis eamdem ob causam essent adjudicati ministeriis, liberarunt; præceperuntque, ut qui fuissent facultatibus spoliati, eas denuo reciperent. Quin etiam qui tempore persecutionis animi tolerantia in tormentis pro Deo perferendis nobilitati, aut metallis excruciandi addicti, aut ad insulas incolendas condemnati, aut ad publica Imperii opera obeunda vi compulsi fuissent, per easdem leges ipsis omnibus miseriis ex insperato fuere liberati. Eos etiam qui propter constantem pietatis confessionem essent de militaris dignitatis gradu dejecti, benignitas Imperatoris ex ea contumelia rursus evocavit, libera optione data, vel ædes recipiendi, & prioribus honoris ornamentis potiundi cum dignitate, vel vita tranquilla contentis ætatem ab omnibus ministeriis vacuam degendi. Eos item qui fuissent ad multebra officia serviliter obeunda, quo dedecore, & ignominia afficerentur, condemnati, pari ratione atque cæteros, liberavit. Atque ista fuerunt de iis hominibus, qui incommoda hæc sustinuissent, Imperatoris edicto sancita.*

De

PAGIUS pari potuit in gratiam subditorum maxima parte Gentilium. Demum, si *Licinius* Christianus non fuit, Religionem tamen Christianam dolose simulavit; quæ sententia fuit Theophanis in Chronico anno XII. Constantini. Neque enim aliquid hac in re certi.

XII. *Constantini Monarchia.* Ad num. XX. & seqq. *Monarchia* Constantini male dicitur a Baronio hoc anno inchoata. Verum quemadmodum Licinianum Imperium aliquot annis mutilare coactus est, morte ejus in præsentem annum collata; ita & *Constantini* Monarchiam citius quam par erat, inchoavit; neque enim ea ab alio anno quam CCCXXV. initium duxit; ex quo & magis confirmatur quod supra diximus, Licinium nempe usque ad eum annum vitam protraxisse. Victor enim de Cæsaribus ait, Constantinum e vivis excessisse *anno Imperii tricesimo secundoque*, (utroque nempe extremo incompleto pro integro numerato) *cum totum Orbem tredecim tenuisset*. Tota difficultas esse potest, an Constantinus anno trecentesimo vicesimo quarto, an vero trecentesimo vicesimo quinto, ejusque filios modestissimos, Deoque caros Cæsares acclamationibus continuis extulerunt. Erat jam veterum malorum, & impietatis cujusque oblivio, jam suavis præsentium bonorum usus, & delectatio, jam jucunda futurorum expectatio: Hucusque Eusebius.

Quibus vero legibus exulem religionem Christianam Constantinus restituerit, Orientalemque Ecclesiam dira persecutione prostratam erexerit, idem auctor fusius enarrat his verbis (b): *Jam apud nos, sicut etiam pridem apud eos qui alteram Orbis partem obtinent, Imperatoris decreta plena humanitatis divulgata; jam leges, quæ & claram sanctimoniæ erga Deum significationem dare, & non obscura bonorum cujusque generis indicia cujusque oculis subjicere videbantur; neque solum provincialibus cujusque nationis ea quæ erant ad vitam accommodata utiliaque largitæ sunt; sed etiam Dei Ecclesiis, quæ convenientia putabantur, rite præscripserunt.*

Nam primum omnium illos qui a Præfectis cujusque Provinciæ, propterea quod idolis immolare recusaverant, e patriæ finibus pulsi, inque exilium electi fuissent, domum revocaverunt; deinde eos qui variis eamdem ob causam essent adjudicati ministeriis, liberarunt; præceperuntque, ut qui fuissent facultatibus spoliati, eas denuo reciperent. Quin etiam qui tempore persecutionis animi tolerantia in tormentis pro Deo perferendis nobilitati, aut metallis excruciandi addicti, aut ad insulas incolendas condemnati, aut ad publica Imperii opera obeunda vi compulsi fuissent, per easdem leges ipsis omnibus miseriis ex insperato fuere liberati. Eos etiam qui propter constantem pietatis confessionem essent de militaris dignitatis gradu dejecti, benignitas Imperatoris ex ea contumelia rursus evocavit, libera optione data, vel ædes recipiendi, & prioribus honoris ornamentis potiundi cum dignitate, vel vita tranquilla contentis ætatem ab omnibus ministeriis vacuam degendi. Eos item qui fuissent ad multebra officia serviliter obeunda, quo dedecore, & ignominia afficerentur, condemnati, pari ratione atque cæteros, liberavit. Atque ista fuerunt de iis hominibus, qui incommoda hæc sustinuissent, Imperatoris edicto sancita.

De

XXIII. *De facultatibus autem piorum, qui in persecutione mortem obiissent, definite etiam præscripsit (a) Imperatoris lex. Nam sanctorum Dei martyrum fortunas, qui in fidei confessione supremum vitæ diem egissent, a cognatis possideri præcepit. Quod si nullus ipsis superesset sanguinis communione conjunctus; ut Ecclesiæ eorum hæreditates adirent. Porro autem, quæ bona Christianorum antea in Ærarium relata, & ex eo aut venditione, aut gratuito ad aliorum usum abalienata fuissent, quæve in illo ipso adhuc reperta essent, dominis denuo reddi debere, munificum Imperatoris edictum in mandatis dedit. Atque benignæ Imperatoris leges passim divulgatæ non solum Ecclesiæ Dei, & populo Christiano tot tantaque beneficia præstiterunt, verum etiam infidelibus populis, & cunctis gentibus, alii præterea multitudini prope infinitæ Imperatoris magnificentia elargita est. Unde omnes, qui in nostris regionibus auditione solum accepissent ea quæ jam antea fuerant in altera parte Romani imperii gesta; eosque qui iis affecti fuissent beneficiis, beatos putarent, optarentque, ut ipsi tandem paribus potirentur; cum eadem ipsis etiam ante oculos versaxentur, se quoque in beatorum numero duxerunt; & sunt ingenue confessi, tantum tamque præclarum Imperatorem tamquam rem quamdam novam, & prope inauditam (qualem nulla ætas, quam Sol viderit aliquando, cognovit) mortali hominum generi apparuisse. Atque isti hoc animo fuerunt.*

(a) Euseb. Vit. Const. l. 2. c. 21. 22. 23.

Quid decretum de bonis Christianorum.

XXIV. Accepta fert Deo cuncta Constantinus. *Postquam vero omnes gentes Dei Patris virtute Imperatori subjectæ fuerunt, bonorum sibi suppeditatorum largitorem omnibus palam prædicavit; eumque victoriarum, quas esset consecutus, auctorem, & non se ipsum, agnoscere, constanter testificatus est; hocque ipsum per edicta, quæ Latinis Græcisque litteris mandata erant, & ad omnes gentes missa, manifesto denuntiavit. Atque nostram orationem hac de re instituntam veram esse, si in ipsa edicta forte incideris, facile cognoscas licet. Duo quidem erant, alterum Ecclesiis Dei, & populo Christiano, alterum populis infidelibus singulas Civitates incolentibus missum. Quod quidem, utpote ad præsens argumentum valde accommodatum, hoc loco recitare, consentaneum arbitror, ad eum sane finem, uti ejus formula historiæ monumentis prodita maneat, reserveturque ad posteritatem; quandoquidem & ad veritatis plurimum, & ad nostræ orationis confirmationem non minus afferre videtur adjumenti. Descripta est enim ex primo exemplari ipsius edicti auctoritate Imperatoris confirmati, & ejus dextra subscripti, eaque tamquam sigillo ad fidem huic nostro sermoni faciendam obsignati; quod quidem exemplar apud nos custoditum est.* Edictum autem ejusmodi ponitur (b):

(b) Apud Euseb. in Vit. Const. l. 2. c. 25. usque ad 41.

VICTOR CONSTANTINUS MAX. AUG. PROVINCIALIBUS PALÆSTINÆ S.

XXV. Edictum Constantini post victum Licinium. *Quamquam erat olim, veterum memoria, apud eos qui recte, & sincere de Deo optimo maximo sentiebant, evidens & perspicua differentia, quæ omnem dubitationem longe ab hominum mentibus dispulit, quæque etiam quantum interfit inter eos qui augustissimam Christi religionem studiose observant, & eos qui eamdem oppugnant, atque adeo despicatui ducunt, accurate distinguebat; tamen jam & argumentis illustrioribus, & splendidioribus rebus gestis, tum hujus dubitationis insciia, tum quæ sit præpotentis Dei vis perspicue patefit. Quando quidem hos qui fideliter sanctissimam Christianorum legem, & disciplinam colant, nullumque illius præceptum violare audeant, magna bonorum affluentia, & robur firmissimum ad præclaros conatus cum bona spe suscipiendos accommodatum, illos autem qui impia*

PAGIUS quinto totius Orbis Romani Imperium adeptus fuerit, cum ab utroque anno ad Constantini obitum anni tredecim numerari possint. Gothofredus in Chronologia Codicis Theod. ubi Licinium anno CCCXXIV. & debellatum & occisum dicit, ab eo etiam anno Constantini *Monarchiam* auspicatur. Quam sententiam amplecti coguntur, quicumque cum illo Licinii excidium anno CCCXXIV. contigisse putant.

XIII. *Anno CCCXXV. inchoata fuit.* Verum tam Constantini Monarchia, quam Licinii interitus ad annum CCCXXV. certo pertinent, quod liquet ex loco Theodoreti lib. 1. cap. 1.

multa ejus generis mala inferre effrænate moliti sint, & neque illos aliquando pœnituerit, neque mentem ad meliora converterint, supplicia apposite ipsorum sceleribus respondentia subiisse. Atque ista neque temere, neque sine ratione eveniunt.

XXVI. Spes fidelium firma.

Qui autem animo recte ex justitiæ regula instituto ad res gerendas se conferunt, & timorem Dei optimi maximi assidue animo complectuntur, & firmam erga ipsum fidem retinent; & errores, periculaque, quæ in præsenti vita objiciuntur, spe illa de rebus futuris ostentata, posteriora ducunt; hi, licet ad tempus adversis rebus, & incommodis afflictentur, tamen quia pro certo persuasum habent, honores sibi multo majores in posterum reservatos, casus qui incidunt fortuito neutiquam ægre, & graviter ferunt; sed quo asperioribus divexantur molestiis, hoc illustriora gloriæ insignia assequuntur. Qui vero, justitiæ norma cum dedecore rejecta, Deum optimum maximum non agnoverint; & eos qui illum sunt fideliter consectati, contumeliæ, & supplicio intolerabili objicere non dubitarint; neque illorum gratia, quibus ob talem causam pœnas irrogassent, se quidem miseros, illos autem felices, & beatos (utpote qui, etiam dum tam diræ tormenta subibant, pietatem erga Deum firme retinerent) judicarint; istorum certe copiæ complures conciderunt, multæ in fugam conversæ sunt, omnis denique bellica expeditio ab his suscepta ad extremam cladem prolapsa.

XXVII. Unde mala proveniant orbi.

Ex hujusmodi sceleribus bella pestifera exorta, ex hujusmodi vastitates perniciosæ; inde etiam diminutiones rerum ad vitæ usus necessariarum, inde malorum ejusmodi nequitiam insequentium multitudo; inde duces tantæ impietatis editi, qui quidem, vel extremis ærumnis exantlatis, extremam miseriam perpessi sunt; vel vitam turpissimam degentes, eam postea cum supplicia suis nequitiis apte & æqualiter convenientia sustinerent, morte graviorem esse, facile agnoverunt; nam quo vehementius quisque eorum, temeritate quadam inductus, ad divinam Christianorum legem & disciplinam expugnandam (sic enim putabat) vehementius acriusque incubuit, hoc certe plus hausit calamitatis; usque adeo, ut singulis ipsorum non modo hujus vitæ acerbitates, sed etiam gravissimus ille metus supplicionum, quæ se expectarent apud inferos subituros, maximam sane afferret molestiam. Proinde cum tanta, & tam gravis impietas per humanas res permanaret, & Respublica velut a morbo quodam pestifero in periculum funditus intercundi venisset, & ob eam causam magna eaque salutari curatione egeret; quodnam, quæso, remedium divinum numen (illud quidem omnino numen putandum, quod solum & re ipsa est, & universo temporis spatio satis virium ad opem ferendam in se continet) quod, inquam, remedium, aut quam rationem ad Orbem terrarum ex his malis eripiendum excogitavit? Dicam equidem; quippe beneficia a Deo optimo maximo in nos collata ingenue agnoscere, eaque egregie prædicare, re vera gloriosum est. Deus quidem certe, cum meum ministerium accurate quale esset explorasset, idemque ad ipsius voluntatem explendam idoneum censeret, eodem utens, & a mari Britannico, illisque partibus, ubi Sol rato cursu confecto, necessario occidit, initium faciens; eximia quadam potentia, & virtute omnia mala, quæ homines premebant, profligavit, & e medio prorsus sustulit; adeo ut mea opera ac diligentia tum humanum genus ad cultum augustissimæ legis, & disciplinæ revocatum esset, tum fides sanctissima permagnas, ipso Deo duce faceret progressiones.

XXVIII. Consilium Constantini proficiscendi in Orientem.

Idcirco cum exploratum habeam, eum hoc ministerium omnium facile præstantissimum mihi tamquam quoddam suæ singularis erga me benevolentiæ inditium commisisse; non me ipsum dissolutum in eo sedulo exequendo, quo illi gratiam referam præstabo. Et propterea ad regiones in Orientesitas (quæ quidem Orbis pars quo asperioribus calamitatibus implicata tenetur, eo maius firmiusque auxilium a nobis implorat) iter jam suscipere animus est. Quippe universam omnino vitam, & id totum quo spiritum duco, atque adeo omnes animi vires, quæ in intimo pectore insident, Deo optimo maximo a me deberi, pro certo persuasus sum. Et quamquam profecto non sum inscius, eos qui spem in rebus cælestibus vere & ex animo ponant, hominum benevolentia neutiquam indigere; & qui eam in Dei domicilio constanter, & firme collocarint, quique quo magis se a rerum caducarum fragilitate sceleribusque omnibus sejunxerint, hoc plus dignitatis adepturi sint; tamen graves necessitates ad tempus eorum cervicibus impositas, & supplicia parum hominum naturæ consentanea, ab eis qui nec culpæ alicujus affines, nec criminis cujusquam rei

PAGIUS cap. V. deducto, neminique huc usque observato: εὐσέβιος μὲν οὖν ὁ παλαιστὶνος Θεοφιλὴς βασιλίας, τὰ ταῖς ἐκκλησίαις, συμβεβηκότα συνέγραψεν, ἐγὼ, &c. id est, *Eusebius quidem Palæstinus a sanctissimorum Apostolorum temporibus exortus, res in Ecclesiis gestas usque ad Deo acceptum Constantini Principatum perscripsit: ego vero a fine Historiæ illius initium Operis mei sumam.* Quare cum Eusebius Historiam usque ad annum trecentesimum vicesimum quintum continuet, ab eodemque Theodoretus suam auspicetur, ut suis locis evidenter ostendam, Principatus de quo loquitur

rei sunt, quam longissime depellere, nostrarum partium in primis esse statuo. Æquum absurdum est maxime, ut cum eorum animis tolerantia & constans robur per illos, qui sint eos divini cultus, & religionis causa acerrime persecuti, satis explorate cognitum sit; eorum gloria a me, qui Dei obsequio me totum dicaverim, non ad clarissimum augustissimumque splendorem extollatur?

XXIX. Relaxatio exilio damnatorum.

Omnes igitur, sive qui crudelibus Judicum sententiis subjecti quibuscumque temporibus illud ipsis contigerit, patriam cum exilio ideo commutare coacti fuerint, quod ad honorem erga Deum & fidem, cui tactis animæ viribus se consecraverant non neglexerunt; sive qui inter Curiæ ministros numerati sunt, cum in eorum numerum non jure fuissent antea relati; omnes inquam, isti tum patriis sedibus, tum otio consueto restituti, Deo omnium liberatori gratias agant; sive præterea qui rebus suis fuerint privati, & fortunarum omnium amissione oppressi, hucusque vitam abjectissimam degerint; isti quoque domiciliis pristinis, familiis, & facultatibus redditi, Dei optimi maximi beneficentia læti fruantur. Quin etiam eos, qui insulis inviti detinentur, istius provisionis, & solicitudinis nostræ beneficio potiri mandamus; ut scilicet cum hactenus angustis montium recessibus, & maris fluctibus circumjectis undique concluſi fuerint, jam acerba illa solitudine, & a natura hominum penitus alienata liberati, desiderio rerum ab ipsis optatarum satiato, se ad amicissimos recipiant; cumque longo temporis spatio in squallore, & sordibus odiosis vixerint, reditum velut prædam repentinam minime expectatam nacti, curis præterea molestiisque in posterum erepti, vitam metus expertem sub nostro traducant Imperio; qui quidem nos Dei famulos esse, & gloriamur, & pro certo persuasi sumus; quique ei quod a ratione alienissimum est (præterea cum nostrum sit aliena peccata corrigere) ne aures quidem patefacere debemus, nedum fidem adhibere.

XXX. Relaxari jubentur damnati ad metalla.

Quicumque porro aut ad metalla effodienda condemnati sint, aut ad publicorum operum ministeria obeunda addicti; hi continuis laboribus cum grato otio commutatis, facilius & lenius vitæ genus libera cum potestate agant, immoderatis laborum asperitatibus in placidam animi remissionem conversis. Atque si qui de libertate quæ est omnium communis, exciderint, & ignominia affecti fuerint; isti cum solida lætitia priorem dignitatis gradum, tamquam diuturna peregrinatione, ab ipsis abalienatum, recuperantes, in suam ipsorum patriam mature se recipiant. Illis item, qui jam olim honoribus militaribus donati, ab iisdem iniusta & iniqua de causa sunt dejecti (nempe quod confessionem in Deo vere agnoscendo illis dignitatis ornamentis longe præstulerunt) libera detur optio, vel rei militari se dedendi, quo in pristino vitæ modo permaneant, vel cum honorata libertate libere, & pro arbitratu vitam degendi. Rectum est enim, & rationi consentaneum, ut qui in periculis ipsis illatis tam egregiam animi magnitudinem ac tolerantiam declaraverint, integram habeant potestatem tum otio, tum dignitate libere, pro animi sui sententia, perfruendi. Porro autem qui nobilitatis suæ amplitudine vi dispoliati, talem quamdam Judicum sententiam subierunt, ut vel in gynæcea, vel in textrinas intrusi, durum, & miserum laborem sustinerent, vel ut cellæ pœnariæ ministri fierent, quo nihil superior illorum ortus ipsis afferret subsidii; hi quoque honoribus, quibus ante fruebantur, & libertatis beneficio potiti, & ad pristina dignitatis ornamenta restituti, deinceps hilari ac læto animo vitam degant.

XXXI. Servi revocantur in libertatem.

Qui item de libertate sit in servitutem datus, quique se iniqua, & inhumana civis alicujus vecordia ministeria ipsi infuera obire coactum esse, secum admodum deploret, & se ipsum pro libero servum ex improviso factum intelligat; is in libertatem priorem nostro edicto vindicatus, se parentibus similem efficiat, exerceatque labores libero homine dignos; & cogitationem servilium illorum munerum parum sibi accommodatorum, quæ antea perpessus fuerit, penitus ex animo deleat.

XXXII. De bonis proscriptorum Christianorum.

Porro illud nobis videndum est, ut facultates, quibus singuli variis de criminibus sibi falso objectis orbati fuerint, restituantur; nempe si qui splendidissimum divinissimumque martyrii certamen invicto & constanti animo sustinuerint, & propterea rerum suarum amissionem tolerarint, & confessores constituti spem perpetuam in Cælo sibi comparaverint; qui item non modo solum vertere coacti, sed fortunis etiam privati fuerint, quod neutiquam fidem prodendo persecutoribus cesserunt; istorum, quotquot vita defuncti sunt, hæreditates cognatis impertiri mandamus. Omnino autem quibus hæreditates illæ debeantur, est cognitu perfacile; cum leges,

PAGIUS tur Theodoretus, alius esse non potest, quam ejus Monarchia, quæ ideo anno CCCXXV. inchoata fuit. Præterea anno CCCXXV. Auctor Chronici Alexandrini scribit: *Eodem anno Constantinus Imperator totius Imperii Romani solus omnia ubique idola dejecit.* Ab hac Monarchia aliqui Constantiniani Imperii annos numerant, uti Nicetas, Seidus, Græcus Schismaticus, qui de Patriarchatus Constantinopolitani institutione loquens inquit: *Tum demum omnium postremus Thronus Constantinopolitanus instituitur, annoseculo Imperii Magni Constantini*, id est, anno Christi

eos qui genere propius accedunt, præcipiant hæredes fore; & quod ratione etiam oportet eos succedere, qui sint domestica consuetudine conjunctiores, constat: præsertim cum illi ipsi martyres non criminis ullius convicti, sed sua inducti voluntate, mortem oppetiverint. Quod si nemo de cognatis supersit, qui ulli vel martyrum, vel confessorum, vel exulum quos diximus, qui ejusmodi de causa solum verterint, hæres ratione succedat; ut Ecclesia semper cujusque loci hæreditatem adeat, ratum esto. Neque erit omnino molestum iis qui decedunt e vita, ut eam, cujus gratia omnes suos labores susceperint, hæredem felices assequantur.

XXXIII. Restitui mandat possessiones.

Præterea hoc necessario proponi debet, quod si qui eorum, quos supra memoravimus, aliquid de fortunis suis, quibus visum fuit, donaverint, his possessio jure stabilis & firma permanere debeat. Et ne quis error appareat in edicto, sed ut quid vere voluerit, omnibus ad cognoscendum in proclivi sit; sciant omnes, si agrum, si domum, si hortum, si quid eorum, quæ paulo ante posui, teneant; ipsis & honestum, & utile esse, ut non ea confitendo tur solum, sed omni abjecta cunctatione restituant. Quapropter licet maxime videantur quidam ex injusta illorum possessione maximos fructus cepisse, & nos, ut isti repetantur, minime æquum judicemus; tamen illi ipsi plane confiteantur, & quos habuerint fructus, & unde eos collegerint, hujusque peccati veniam sibi a nobis concedi postulent; ut non modo avaritia antegressa, tali adhibita correctione, a nobis remittatur; verum etiam Deus optimus maximus istud pœnitentiæ loco excipiens, benignus & clemens erratis veniam det.

XXXIV. Ut illata in ærarium restituantur.

At dixerint fortasse qui hujusmodi facultatum domini (si modo istud nomen in illis valere, vel debet, vel potest) fucti sunt, excusatione pro se allata, quod fieri non poterat, ut se ab illis rebus abstinerent, cum tam varium, & multiplex miseriarum cujusque generis spectaculum palam esset positum; quo quidem tempore extiterunt crebræ perditæque proscriptiones eorum, qui nihil commeruissent, eæque temere inconsideratequefactæ, crudeles etiam & insanabiles persecutiones, injustæ denique facultatum venditiones. Quod si hujusmodi verbis quidam se defendere contendunt, & admonitiones continuas expectant; ne existiment se illud impune laturos; præsertim cum ista a nobis tam sedulo administrentur, quo Deo optimo maximo debitum præstemus obsequium. Quæcumque enim antehac gravis, & damnosa necessitas accipere coegerit, ea in præsentiarum retinere, nonnihil periculi habet; ac necesse est, insatiabiles cupiditates omnibus modis, id est rationibus, & exemplis imminuere. Neque enim si quid Ærarium earum rerum, quas ante posuimus, possideat, firme retinere, illi liberum erit; immo vero contra sacrosanctas Ecclesias nihil omnino dicere audeat; & quas res ad tempus per injuriam possederit, eas Ecclesiis jure restituat. Omnia igitur, quæ recte vereque ad Ecclesias pertinere videantur, sive domus, sive ager, sive hortus, vel si quæ sunt alia ejusdem generis, quæ in alicujus possessionem venerint; quo jus nullius qui ad Rempublicam, id est, ad Ecclesiam spectat, violetur, sed omnia sincera, & simplicia maneant; restitui mandamus.

Quinetiam loca illa, quæ martyrum corporibus honorata sunt, & memoriæ gloriosæ illorum e vita discessionis, quis dubitet quin ad Ecclesias spectent? immo vero etiam quis non potius istud præciperet? quippe cum neque munus præstantius sit, neque labor Deo gratior, vel quod plus habeat utilitatis, quum, divino Spiritu adhortante, in his rebus diligentem operam & studium collocare. Quæ etiam iniquis de causis ab improbissimis hominibus ablata fuerint; ea, ut æquitas postulat, restitui, sanctisque denuo Ecclesiis integra reddi, jubemus. Cæterum quoniam perfecte, & singularis providentiæ est, ne istos quidem silentio præterire, qui aut justa emptione aliquid ab Ærario acquisiverint, aut gratum concessum retinuerint, & ad hujusmodi res occupandas cupiditate quadam inexplebili temere ruerint; sciant quicumque fuerint de genere illo, sibi (quamquam harum rerum causa, quas coemere aust sunt, nostram erga ipsos benevolentiam maxime abalienare laborarunt) a nobis, quantum ratio commode ferre poterit, benigne prospectum iri.

XXXV.

Hæc igitur hactenus sermone nostro provecta sint. Verum quoniam virtus Dei omnipotentis evidentissimis argumentis manifestissimisque sese ostendit, cum ad optima cohortando, tum benigne mea causa adeo firma apportando subsidia, ut iis acerba calamitas, quæ cunctas res humanas antea districtas tenuit, jam ex omni mundo radiis Solis collustrato, prorsus exempta sit

XXXVI. Consideratio diversorum temporum proponitur.

PAGIUS Christi trecentesimo vicesimo sexto. Seidus enim & alii quidam Græci Constantinopolitanum Patriarchatum paulo post Concilii Nicæni celebrationem institutum esse persuasum habent. Quod cum Allatius lib. I. cap. 14. de Consensione Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis non intelligeret, suggillat Nicetam, quasi locutus fuerit de anno Christi trecentesimo septimo, quo secundus Imperii Constantini cœptus est; licet de secundo ejus Monarchiæ anno, Christique trecentesimo vicesimo sexto Græculus ille intelligendus sit.

In

sit; universi simul, & singuli accurata cura, & cogitatione circumspicere debetis, qualis tandem illa potestas fuerit, quæ semen (ut ita dicam) perditissimorum hominum deleverit, labefactaveritque, bonorum autem lætitiam quasi denuo revocatam in omnes regiones affatim fuderit, & omnibus concesserit potestatem tum officia divinæ legi, & disciplinæ consentanea, cum omni observantia præstandi, tum illis qui se huic consecraverunt, honesta virtutis munera sedulo excolendi; qui quidem tamquam ex crassa caligine emergentes, quia eximia sunt sacrarum literarum cognitione imbuti, de cætero debitum cultum erga Deum, & honorem pium, eique congruentem declarabunt: Hactenus Constantini Imperatoris edictum ab Eusebio recitatum; porro non tantum in Palæstinæ Provinciam, ubi ipse agebat, atque descripsit, sed per totum fuisse promulgatum Orientem, ditionemque omnem Licinio olim subjectam, certissimum est; cum quos æqua persecutio afflixisset atque prostrasset, par quoque beneficium sublevare atque erigere debuisset.

XXXVII. De tempore autem ejusmodi promulgationis edicti; non est qui jure dubitare possit, tunc editum esse, cum prorsus debellato Licinio, una cum victoria toto Orbi Orientali optata diu pax Ecclesiæ primum illuxit. Quod vero ad locum pertinet; ne quis errore ducatur, ut existimet illud esse datum in Occidente, cum reversus est, eo quod in eodem (ut dictum est) idem testetur Imperator se habere in animo proficisci in Orientem; nam positus ipse in Thracia, vel Bithynia Boreali Orbis parte, instituens profectionem in Asiam atque Syriam, jure se in Orientem profecturum, usitato more esse locutus apparet. Id quidem sic accipiendum esse, ejusdem Constantini Imperatoris verba declarant in ea epistola, quam eodem plane anno (ut dicemus) scripsit ad Alexandrum, & Arium, eamque Eusebius recitat, ubi hæc verba leguntur (*a*): *Non ita pridem ad Nicomediensium Civitatem adventans, extemplo iter versus Orientem mature facere constituebam. Ac me quidem ad vos citato gradu properantem, cum majorem itineris partem confecissem, & prope jam vobiscum esse viderer, litterarum istarum nuncius in contrariam partem compulit, ne oculis ea videre cogerer, quæ ne auribus quidem tolerare me posse, plane existimabam:* Hæc ipse, quando auditis Ecclesiasticis dissensionibus in Orientali Ecclesia occasione Arii concitatis, eo proficisci induxit in animum. At de his agemus inferius, hujus anni extremo loco; hoc namque tantum anno, & fortasse sequentis exordio, Constantinus constitit in Oriente; inde enim recedens mense Aprilis Sirmii in Pannonia, Augusti vero mense Romæ egisse, data ab eodem rescripta significant; sed de his inferius.

De tempore promulgati Edicti.

(*a*) *Apud Euseb. in Vit. Const. l. 2. c. 70.*

Sunt hæc plane illa tempora optatissima ac felicissima Christianis, cum Episcopi suis singuli Ecclesiis restituti egregiam navarunt operam, ut idolorum cultum prorsus abolerent, & unam, veram, sanctamque religionem Christianam quam latissime propagarent. Et haud dubium, eosdem qui iisdem locis præfecti essent, ubi Christiani plurimum abundarent, & longe numero plures essent quam Gentiles ibi degentes; in delubra deorum injecisse manus, & idola in eis posita demolitos esse. Hæc quidem unius Nicolai Myræ in Lycia Civitatis Episcopi magni nominis exemplo, de reliquis quoque opinari posse conceditur; sic enim habent ipsius Acta (*b*) antiquitus scripta de promulgato a Constantino decreto, quo ipsa Nicolaus solutis vinculis, quibus religionis Christi causa detinebatur in carcere, liberatus est.

XXXVIII. Idololatriæ pessumdatio.

(*b*) *Recitat Metaph. die 6. Dec.*

Cum hoc ergo decretum omnem ejus Imperio subjectam comprehendisset regionem, in suam patriam revertebantur omnes Christi confessores. Suum itaque Nicolaum Pontificem Civitas suscepit Myrensium, instituto quidem ac voluntate martyrem, & incruentem victorem. Ille autem a Deo datis omni ex parte florens donis, & morbos omnes curabat, & fuit brevi clarus, & glorioſus non solum apud Fideles, sed etiam apud multos infideles, habebaturque in omnium animis in majori admiratione quam quæ possit verbis exprimi. Et ideo cum videret adhuc restare multas aras simulacrorum, & magnam Dæmonum catervam in eis habitare, & non paucos perdere ex Myrensibus; divino zelo animo incensus, exurgit fortissime, & omnem illorum obiens regionem, si in aliquam aram aliquando incidisset, humi dejiciebat, & in pulverem comminuebat; & sic procul expellens Dæmonum multitudinem, effecit, ut grex pace tranquilla frueretur.

XXXIX. Nicolaus demolitur idola.

Cum sic bellum gereret Sanctus adversus spiritus improbitatis, sit quædam a superis inspiratio, & divinior cogitatio, ut ne

XL.

PAGIUS XIV. *Initium Monachatus ætati Constantini.* In Actis S. *Pachomii* a Monacho supparis ævi scriptis capite primo dicitur: *Cum finem accepisset persecutio, regnavit Constantinus M. Imperatorum Romanorum primus Christianus; & adversus Tyrannum quendam bello contendens multos etiam tirones conquiri jussit: quos inter ipse quoque in militiam abreptus est Pachomius, vigesimum tunc ni impuciter agens ætatis suæ annum;* & deinde ait, *tandum.* Pachomium sub Palæmone in Ægypto Monachatum amplexum esse. Hactenus ignoratum de Baron. n. quo Tyranno ibi sermo fiat. Baronius quidem Cl. *Licinium* intelligit; alii *Maxentium*, alii *Achillem*,

De templo Dianæ prostrato.

ne a Dianæ quidem templo abstineret, sed ipsum quoque aggrederetur, & ei idem faceret, quod prioribus; erat enim id & pulchritudine admirabile, & alia superans magnitudine & jucundissimum Dæmonibus habitaculum. Cum ergo major adversus hoc templum eum subiisset impetus, isque juvenilior, & acrior esset; non solum diruit omnia, quæ super terram eminebant, & ea humi dejecit; sed etiam totum convulsit ab ipsis fundamentis; & ad summum templi quidem, quæ erant in aere sublimia, humi dejecit; quæ autem erant sub terra, projecit in aerem. Mali vero Dæmones ne advenientem quidem Sanctum ullo modo poterant sustinere, sed etiam vocem emittebant, fugientes; & affirmabant se ab ipso magna affici injuria, & invitos a rebus suis excedere: Hucusque de Nicolai hujus temporis rebus gestis; reliqua vero ejus Acta, quæ ad Annales Ecclesiasticos spectare noscuntur, certis annis, suis locis inferius consignabimus, ab aliis abstinentes, quæ omnibus prope perspicua, nostri instituti quoque terminos videntur excedere.

XLI. Statuæ persecutorum prostratæ.

Quod autem pertinet ad studia Christianorum in comminuendis idolis; ad statuas quoque Imperatorum persecutorum excidendas eadem progressa sunt, & præcipue in simulacra Maximini, qui omnium acerbissimam, quarum esset memoria, persecutionem in Oriente excitarat; *cujus* (inquit Gregorius Nazianzenus *a*) *signa, plagæque ob eam rem acceptæ, imagines & statuæ ferunt, publice adhuc prostantes, fœdamque corporis mutilationem sempiterna infamia notantes*: Hæc ipse. Sed jam inchoatam ab Eusebio orationem de Constantini legibus prosequamur; ait enim (*b*): *Istud primum Imperatoris edictum ad nos missum ista præcepit. Statim vero, qua lege fuere scripta, re ipsa processerunt; & omnia contraria iis, quæ paulo ante a crudelibus tyrannis patrata fuissent, gesta sunt; Imperatorisque beneficiis potiebantur ii, quibus ea tribui, lege sancitum fuit*: Ita Eusebius. Sed qui mox subsecutus his temporibus fuerit Orientalis Ecclesiæ status, dicendum est.

(*a*) Greg. Nazianz. orat. 1. in Julianum.

(*b*) Euseb. in Vit. Const. l. 2. c. 42.

XLII. Arius turbat pacem Ecclesiæ.

Cum jam ex victoria Constantini, editisque ab eo pro pietate legibus superius recitatis fulgentissimus illuxisset illi (ut dictum est) pacis radius: hostis humani generis, quod sibi ex animo accidisse senserat in Ecclesia Occidentali, cum, per eumdem Constantinum collocata Ecclesia in summa pace, gloria, atque splendore, eam schismate scindere ac turpiter labefactare conatus est, dum per Donatistas in Africa schismaticos turbas pene incredibiles concitavit; idem plane iniens consilium, eadem & arma sumens, tanta Christi gloria livore tabescens, incensum semel in Ario ignem impietatis, valido flatu perflans, vehementes inde flammas eduxit, quæ non solum Ægyptum ac Libyam, sed longe lateque diffusæ, atque expansæ undique omnes propemodum Orientis Ecclesias inflammarent. Qui enim olim (ut demonstravimus suo loco superius) accensus ex Arii hæresi in Ægypto ignis erat, ipso ab Alexandro Episcopo Alexandrino e presbyterii loco summoto, etsi non penitus extinctus, compressus tamen nonnihil videri poterat, & superveniente eodem tempore persecutione Licinii consopitus, idem intus vehementioribus ardoribus æstuans, mox ut licuit, reddita per Constantinum Ecclesiæ pace, validioribus flammis erupit, Ethnæ instar, immensos ignium globos evomens.

XLIII.

De his enim post recitatas dictas litteras Constantini Eusebius agens hæc ait (*c*): *Talem sermonem Imperator tamquam eximius Dei præco provincialibus omnibus per litteras suas communicavit, quo subjectos sibi tum a diabolico errore depelleret, tum ad verum Dei cultum sectandum exhortaretur. Ad quem iis rebus jam egregie nobilitatum rumor de tumultu quodam non exiguo illo quidem in Ecclesiis concitato perlatus est; cujus auditione perculsus, ei cœpit remedium cogitare. Tumultus ille talis fuit; dum populus Dei gloriabatur, rerumque honestarum actionibus sese efferebat; metusque qui extrinsecus aliquid molestiarum faceſſebat, erat ablatus; & Ecclesia illustri quadam (ut ita dicam), & tranquilla pace undique cœpta muniebatur; invidia nostris bonis insidias struens, callide irrepsit, inque media Episcoporum frequentia primum tripudiare cœpit, eosque divinorum decretorum discutiendorum causa in seditionis conjecit certamen, deinde quasi ab exigua scintilla ingens incendium excitavit.*

(*c*) Euseb. in Vit. Const. l. 2. c. 60.

De litteris a Constantino scriptis.

XLIV. Qua occasione acta Arii hæresis.

Quod quidem ab Ecclesia Alexandrina, tamquam e summo capite (nempe Orientalis Ecclesiæ) *exorsum, omnem Ægyptum, Libyam, & Thebaida deinceps peragravit. Jam vero per reliquas Provincias, & Civitates eo usque diffudit sese, uti non modo Ecclesiarum Præsides verborum contumeliis se mutuo concidere, sed etiam reliquorum hominum multitudinem diverse dis-*

PAGIUS *lem*, qui Diocletiano imperante tyrannidem in Ægypto arripuit. Sed quidquid sit, recte Holstenius in Præfatione ad Regulas veterum Monachorum, ætati Constantini M. vitæ Regularis initia imputat: illi enim consentit Actorum S. Pachomii Auctor, cum dicit in Prologo, quod extremæ persecutionis tempore, sc. Diocletianeæ, *tunc & Monasteria cœpta sunt extrui, & Asceteria habitacula in vita innocentia & rerum omnium abdicatione fundari*; idque, ut ait ipse, exemplo potissimum *S. Antonii, Asceta clarissimi & in omni virtutum genere excellentis, cujus ea*

distractam (dum hi in istorum, illi in aliorum sententiam inclinarent) cernere licuisset. Eo porro turpitudinis rerum gestarum spectaculum prolabebatur, ut jam in mediis infidelium theatris sacrosancta divinæ nostræ doctrinæ instituta turpissimi ludibrii notam subirent. Nonnulli in ipsa Alexandria de summis religionis Christianæ mysteriis juveniliter, & inconsulte digladiari; alii per universam Ægyptum; & superiorem Thebaidem de controversia quadam jampridem inter ipsos concitata decertare cœperunt (erant hi Meletiani, de quibus plura superius) adeo ut ubique Ecclesiæ in varias partes dirimerentur. Et quoniam universum Ecclesiæ corpus his rebus laborabat, tum vehementer tota Libya iisdem afflictata fuit, tum reliquæ exterarum Provinciarum partes pariter in morbi societatem venerunt. Nam qui Alexandriæ dissidebant, ad Episcopos aliarum Provinciarum, alii ad alios legatos mittebant; illi autem in alteruram partem divulsi, simili seditionis flamma incendebantur: Hæc Eusebius.

XLV. Arius pulsus abiit in Palæstinam.

Antequam autem reliqua ab ipso his annexa tractemus; quænam fuerint ejusmodi legationes, quas ab utraque parte missas ait, in medium adducamus. Exutus (ut suo loco dictum est) Arius ab Alexandro Episcopo Alexandrino munere quo fungebatur presbyteratus, atque tam ipso, quam sociis ipsius, in Concilio Alexandrino centum Episcoporum, excommunicatis; cum Alexandriæ nihilominus (ut demonstratum est ex Epiphanio) longo tempore permansisset, tandem ab eo extra urbem quoque ejectus est; qui tantum abfuit, ut sic humiliatus quieverit, quin majores turbas in Dei Ecclesiam concitarit; nam profectus in Palæstinam, ab Eusebio Cæsariensi, ac Paulino Tyri, & Patrophilo Scythopolitano per legatos petiit, licere sibi una cum suis publicos, ut agebat Alexandriæ, conventus agere. Illi cum aliis Episcopis in Palæstina in unum congregati, postulationi Arii suffragati sunt; jusseruntque, ut primum ipsi inter se conventus quidem agerent, sed interim studerent pacem inire cum Alexandro, cui & se subjicerent; sed hæc pluribus Sozomenus (*a*).

(*a*) Sozom. l. 1. c. 54. in fin.

XLVI.

At nec his acquievit Arius, qui majori fretus potentia, graviores tumultus excitat, usus vafer ingenio, & callidus in actionibus, potentissimo administro Eusebio Episcopo Nicomediensi, suis moribus non impare, & impietate nulli secundo, forensique potentia (ut videbatur) omnium principe; quippe qui insinuaverat se in amicitiam Constantiæ Augustæ Constantini sororis; de quo hæc Socrates (*b*): *Quamquam multi alii perversa Arii opinione, & errore implicati tenebantur; Eusebius tamen (non Cæsariensis ille, sed alter qui fuerat Ecclesiæ Beritensis Episcopus, id temporis autem ad Episcopatum Nicomediæ urbis Bithyniæ callide arrepserat) illi cum primis mordicus adhæsit. Quæ cum accepisset Alexander (hic erat Episcopus Alexandrinus) resque gestas oculis cerneret, iracundia cœpit exæstuare; ac Concilio multorum Episcoporum convocato, Arium, & ejus opinionis fautores presbyterii gradu abdicat; quæ de re ad Episcopos cujusque Civitatis scripsit ad hunc modum, &c.*

(*b*) Socrat. hist. l. 1. c. 13.

Conspirat Arius cum Eusebio.

XLVII. Quando scriptæ litteræ ab Alexandro.

Verum, quod dicit de abdicatione a presbyterio, & excommunicatione; id antea accidisse, superius dictum est; nam litteræ quas recitat, non ex eo Concilio datæ sunt, sed postquam, excommunicatis Ario atque Arianis, Eusebius Nicomediensis palam impudenterque patrocinium illorum suscepit, prout eædem litteræ Alexandri, quas recitat Socrates, declarant his verbis: *Ario igitur & ejus fautoribus, qui ista asserunt, & de eisdem tam impudenti ore loquuntur, una cum illis qui ejus opinioni assentiuntur, nos cum aliis fere centum Ægypti, & Libyæ Episcopis, in unum convenientes, anathema denunciavimus. Cæterum Eusebius eos ad se admittit, operamque sedulo dat, ut mendacium cum veritate, & cum pietate impietatem commisceat, &c.* Ecce tibi (ut demonstratum est) tunc apparet ab Alexandro dictas scriptas fuisse litteras, cum jam illi antea excommunicati ad Eusebium confugerant, ille ad se eos admiserat; & pro illis impigre laborabat. Hæc autem ad rectam rationem temporis consignandam sint dicta.

XLVIII. Arii litteræ ad Eusebium.

Quod vero ad Arium pertinet (de his enim in primis agendum est) quasnam literas tum ipse scripserit ad Eusebium; recitant eas Epiphanius (*c*) & Theodoretus (*d*), ex quo ipsas describimus.

Eusebio domino suo amantissimo, homini Dei, fideli orthodoxo, Arius, quem Alexander Papa injuste insectatur ob veritatem, quæ vincit omnia, & quam tu strenue propugnas, in Domino S.

(*c*) Epiph. hæres. 69.

(*d*) Theod. l. 1. c. 5.

Cum pater meus Ammonius Nicomediam iter faceret, officii mei ratio postulare videbatur, ut te per eum compellarem, simulque

PAGIUS *ea fuit vita ratio, quam & magnus Elias & Eliseus & Joannes Baptista quondam tenuerunt.*

XV. S. Pachomius primum instituit Cœnobitarum.

Hinc in iisdem Actis num. LXXVII. ipsemet S. Antonius Pachomium Cœnobitarum auctorem & primum institutorem facit: *Quo ego primum tempore Monachum cœpi agere, nullum usquam extabat Cœnobium, in quo de aliorum salute cura aut metus cuiquam erat: sed quisque antiquorum Monachorum persecutione jam finita, privatim in vita sese Monastica exercebat. Postea vero Pater vester* (Sacchæum alloquitur, Pachomii discipulum) *tantum bonum, Deo adjuvante,*

*mulque etiam amorem tibi insitum, & benevolum animum, quo fratres propter Deum, & Christum ejus complecti soles, tibi in memoriam propterea revocarem, quod Episcopus Alexander graviter nos oppugnare, persequi, & omnem (ut dicitur) rudentem contra nos movere cœperit, eo quidem animo, ut nos velut homines impios a Civitate ideo expellat, quod ei minime assentimur publicæ prædicanti in hunc modum: Semper Deus, semper Filius: simul Pater, simul Filius simul cum Deo Patre ingenito Filius est, semper genitus est, ab ingenito genitus est; & tamen neque cogitatione, neque individuo aliquo temporis puncto Deus Pater Filium antegressus est; sed semper Deus Pater, semper Filius; ex ipso Deo Patre exiit Filius. Ac quoniam Eusebius frater tuus Episcopus Cæsareæ, Theodotus, Paulinus, Athanasius, Gregorius * Ætius, & omnes denique Orientales affirmant Deum Patrem Filium sine principio antegressum; anathema illis denunciatum est, exceptis solum Philogonio, Hellanico & Macario hæreticis, qui de fide minus recte instituti sunt; quorum unus Filium eructationem, alter productionem, tertius eum una cum Patre ingenitum asserit; quas impietates ne audire quidem possumus, etiamsi hæretici mille mortes nobis minarentur.*

* Georgius.

XLIX. Arii horrendæ blasphemiæ.

Nos autem, quæ sit nostra sententia, sensusque, & docuimus, & docemus; Filium nimirum neque ingenitum esse, neque Patrem ingeniti ullo modo, neque ex ullo subjecto, sed voluntate, & consilio ante tempora, & ante sæcula plenum Deum extitisse, unigenitum, immutabilem; & antequam gigneretur, aut conderetur, aut præfiniretur, aut fundaretur, non fuisse; nam ingenitus non erat. Exagitamur igitur, quod Filium principium habere, Deum Patrem carere principio, dicimus. Atque tum hac de causa, tum quod dicimus eum ex nihilo constare; nos persequuntur adversarii. Istud vero sic ideo asseruimus, quod non sit pars Dei Patris, neque ex ullo subjecto existat. Hac de re nos insectantur; nosti tu ipse cætera. Te Eusebi, qui non immemores nostrarum afflictationum, quique vere Collucianista es, opto in Domino valere plurimum: Hucusque Arius ad Eusebium.

L. (a) *Theod. l. 1. c. 5.*

Quarumnam autem Civitatum Episcopi fuerint, quos secum sentire Arius gloriatur, Theodoretus subdit his verbis (a): *In numero eorum, quos iste recensuit, erat Eusebius Episcopus Cæsareæ, Laodiceæ Theodotus, Paulinus Tyri, Anazarbi Athanasius, Gregorius Berythi, & Ætius Lyddæ Episcopus; est autem Lydda Civitas, quæ jam vocatur Diospolis:* Hæc Theodoretus. Sed & totum Orientem secum sentire, mendaciter gloriabatur Arius, omnesque suos habuisse communicatores, præter quos recensuit Philogonium Episcopum Antiochiæ, Macarium Hierosolymitanum, & Hellanicum Episcopum Tripolis. Porro quod dicit, nominatis Episcopis suæ factionis anathema ab Alexandro dictum esse; non sic accipiendum est, ut eos singulos nominatim idem Antistes perculerit excommunicationis sententia; sed cum Alexander in ipsum Arium ejusque fautores intorserit anathema, ipsos præter ea sententia astrictos esse dicebat, provocans ea quoque via odium multorum in Alexandrum. Verum cum extent litteræ ipsius Alexandri, quibus nominatim fautores Arii expressi habentur, & nulla de recensitis superius mentio reperiatur; in eam cogimur ire sententiam, dictos Episcopos haud palam, sicut Eusebium Nicomediæ fuisse cognitos impios Alexandro, nec, ut illum, adeo impudenter in certaminis campum progressos esse, iis præsertim rerum exordiis, cum ab Alexandro Ariana hæresis impugnabatur.

Epiſcopi Ario ſtudentes.

Ll

Scripsisse autem hæc Arium, cum profectus esset in Palæstinam, & explorasset voluntatem assentientium sibi Episcoporum, existimandum est. Quam quidem epistolam cum accepisset Eusebius impigre negotium curat; & quem videbat Paulinum Episcopum Tyri, licet cum Ario sentientem, haud tamen audentem scriptis prodere, quod sentiret, ut fecerat Eusebius, Palæstinæ; ad eumdem, ut propugnaret totis viribus impietatem cohortans, scribit his verbis, ipse quoque (ut ait Theodoretus *b*) impietatis suæ virus evomens:

(b) *Theod. l. 1. c. 5. 6.*

Eusebius Nicomediæ quid ad Paulinum Tyri.

Neque studium domini mei Eusebii pro veritatis defensione susceptum, neque tua de eadem re, domine mi Pauline, reticentia in silentio quidem jacet, sed ad nostras usque aures utrumque perlatum est. Atque plane uti erat consentaneum, de Eusebio quidem domino meo magnam lætitiam, de te autem dolorem non mediocrem cæpimus; præsertim cum conjectura augu-

tueri; quæ autem vera, ea reticere; ad scribendum, ubi rationem Spiritu divino ad eam rem præparaveris, te ponas de hac quidem materia, quæ & tibi possit esse, & tuis auditoribus emolumento, præsertim si sacram Scripturam, & verborum illius & sententiarum quasi vestigia sedulo sequens, ad scribendum animum induxeris.

LII. Perfidia Eusebiana.

Neque enim de duabus ingenitis nos audivimus, neque unum in duo divisum, neque illud ullam corpoream affectionem subiisse didicimus, credidimusve, domine mi Pauline, sed unum ingenitum, unum ex eo vere, sed non ex substantia ejus genitum, naturæ ingeniti omino, & ejus essentiæ expers: atque quod genitum erat, natura & facultate prorsus diversum, factum tamen ad perfectam affectionis, & facultatis procreatoris similitudinem; cujus principium non modo non posse verbis exprimi, sed ne cogitatione quidem non dicam humana, sed ne eorum quidem omnium, qui longe supra hominem putandi sunt, comprehendi credimus. Atque ista sane non e nostris rationibus deprompta esse, sed ex sacris litteris nos didicisse, affirmamus; indeque convenisse, Filium essentia sua conditum, fundatum, genitum, natura esse immutabili, inexplicabilique & similitudine procreatoris sui, ut ipse Dominus

(a) Prov. 8. *ait (a): Deus condidit me in initio viarum suarum, & ante sæcula fundavit me, & ante omnes colles genuit me.*

LIII. Blasphemiæ Eusebii.

Quod si Filius ex Patre est, hoc est, vel ut pars ipsius, vel ut ex fluxione essentiæ; quod si ita esset, neque conditus, neque fundatus amplius diceretur; quod te re vera, domine Pauline, minime fugit. Nam illud quod existit ab ingenito, non amplius vel ab alio, vel ab eodem condi aut fundari potest, cum sit ab initio ingenitum. Quod si, quia genitus dicitur, indicio ulli sit, quod ex paterna essentia genitus est, & quod ex eo habeat eamdem cum eo naturam; pro certo scimus, Scripturam non de eo solo, sed de aliis rebus omnino natura disparibus hanc vocem, Genitum, usurpare solere: nam de

(b) *Isaiæ 1.* *hominibus quoque sic loquitur (b): Filios genui, & exaltavi, & ipsi spreverunt me.*

(c) *Deut. 32.* *Et rursum (c): Deum, qui te genuit, dereliquisti. Alio item loco sic ait (d):*

(d) *Job. 38.* *Quis est qui genuit stillas roris? Quibus in locis non naturam ex natura procreatam ostendit, sed singulas res genitas ex voluntate ipsius ortum habuisse. Nam nihil ex ejus substantia gignitur; sed unumquodque voluntate ejus genitum, sicut genitum est, existit. Ipse enim Deus; illa autem quæ sunt ad similitudinem ejus creata, Verbo illius similia futura sunt, & ipsius voluntate genita, omniaque per ipsum a Deo Patre facta sunt, omnia denique ex Deo. Quas rationes cum acceperis, easque pro gratia, quæ tibi divinitus suppetit, expoliveris, fac ut domino Alexandro scribas; nam persuasum habeo, si ad illum scripseris, te eum de sententia deducturum. Saluta omnes fratres in Domino. Divina gratia te, ut pro nobis ores, domine mi, diu valentem servet:* Hactenus Eusebius Nicomediensis ad Paulinum Tyri Episcopum.

LIV.

Præstitisse autem id quod postulavit ab eo Eusebius, Paulinum, opinamur; sicut constat feciisse alios superius nominatos Episcopos, nempe Eusebium Cæsareæ Palæstinæ, & Athanasium Episcopum Anazarbi, S. Athanasio (e) id ipsum testante. Porro Eusebii Cæsariensis ad Alexandrum litterarum fragmenta recitantur in Nicæno Concilio secundo (f), his primum verbis Eusebius multis testificationibus patronus Arii demonstratur: Simili modo, & in epistola ad B. Alexandrum, magistrum, & doctorem Athanasii, cujus initium: *Quanto labore, & diligentia in has litteras inciderim, hic apertissime blasphemans sic ait: Arium, ejusque studiosos accusant hæ litteræ, quod Filium ex non ente, instar unius omnium factum esse dixerint. Illi vero epistolium attulerunt, quod ad te scripserunt, in quo fidem suam exponentes, his verbis confitentur quæ sentiunt: Legis, Prophetarum, & novi Testamenti Deum ante sempiterna sæcula sibi Filium unigenitum generasse, per quem & sæcula, & omnia fecit. Generasse autem non videtur, sed in veritate propriæ voluntati substituisse immutabilem, & inalterabilem creaturam Dei perfectam, verumtamen non ut unam creaturarum. Tua vero epistola accusat eos, quasi dixerint, quod Filius, factus, tamquam unus omnium; cum tamen hoc non dixerint; sed aperte pronuncient, non ut unam creaturarum. Vide ne dederis statim illis occasionem, ut ea etiam calumnientur, & assumant quæcumque voluerint. Iterum accusas eos, quod dixerint, quod qui est, non existentem genuit. Miror sane si quispiam aliter dicere poterit. Nam si unus est qui est; manifestum est, quod ex eo genitum est omne quod est, estque id post illum. Si vero qui est, non unus*

(e) *Athan. l. de Synod. Arian.*

(f) *Nican. Conc. secund. Act. 6.*

Eusebii Cæsareæ Episcopi doctrina impia.

PAGIUS

te, effecit. Alius quidem ante, cui Aota nomen, voluit tale ministerium suscipere: verum quia non ex toto corde ei rei studuit, successu conatus ille caruit. Videnda Vita S. Pachomii die XIV. Maii in Actis SS. Bollandianis illustrata.

XVI. Quid *Eusebius Cæsariensis* Episcopus ad propagandum dogma Arianum egerit, & an ipsemet Arianus post Concilium Nicænum, sicut antea, fuerit, pluribus discutit Hankius in libro de Scriptoribus Græcis rerum Byzantinarum parte prima cap. 1. qui hac de re legendus.

Eusebius Cæsariensis Baron. n. LIV.

Baronius in Martyrologio Romano, die secunda Novembris meminit *Theodoti* Episcopi Laodicensis, qui tamen ex iis, quæ ipsemet hoc anno in Annalibus habet, inter præcipuos Arianorum duces numeratur, tam a Theodoreto lib. 2. cap. 5. quam ab Epiphanio hæresi 69. præterquam quod extat, apud Gelasium Cyzicenum epistola Constantini M. ad Theodotum speciatim scripta post Concilium Nicænum, ex qua liquet, eum *Eusebii & Theognii* præcipuorum Arianæ sectæ fautorum complicem fuisse. Ad hæc, post eam epistolam scriptam, *Theodotus* a Theognio & Eusebio Antiochiam tanquam consiliorum

Theodotus Laodicenus inter Arianorum duces

Baron. n. XLVIII. & seqq.

XVII.

*sit; sed & Filius sit, qui est; quomodo eum qui est, qui est genuit? Sic enim qui est, duo fuerint. Et hæc quidem Eusebius ad gloriosum Alexandrum. Feruntur ejus ad eumdem gloriosum virum & aliæ epistolæ, in quibus variæ sunt blasphemiæ, dum Arium defendere conatur. Eodem modo in epistola ad Euphrasonem * blasphemus est; initium ejus epistolæ est: Domino meo cum omni gratia confiteor, &c. Non enim Filium Patri coexistere dicimus, sed Patrem ante Filium fuisse:* & reliqua, quæ in ea sunt scripta, atque in dicta Synodo recitata; ubi idem Eusebius in aliam altissimam erroris foveam demersus fuisse, ex suis ipsius scriptis ibidem demonstratur. At de Eusebio alias pluribus.

* Euphrasonem.

LV. Athanasius Anazarbi Episcop. Arianus.

Sed & Athanasium Anazarbenum, fautorem Ario, pro eo scripsisse ad eundem Alexandrum, Episcopum Alexandrinum, S. Athanasius testatur his verbis (*a*): *Athanasius ex Anazarbo hæresin adhuc nudius retexit, unum ex centum illis ovibus Filium Dei appellans. In scriptis enim suis ad Episcopum Alexandrum ausus est dicere: Quid obtrectas Arianis, dicunt, ex non entibus Filium ut creaturam conditum esse, unumque ex rerum universitate esse? nam ille unus est ex centum ovibus, quæ per parabolam repræsentant omnes res creatas; &c.* Et post nonnulla de eo locutus, hæc idem Athanasius de Georgio Episcopo Laodiceno, qui ad eumdem Alexandrum pro Ario scripsit: *Georgius vero qui nunc Laodiceæ est, & per id tempus presbyter Alexandrinus erat, & Antiochiæ commorabatur, ita ad Alexandrum Episcopum scripsit: Conquereris de Ario, cum dicit: Erat quando non erat Filius. Certe Isaias filius fuit Amos, Amosque prius fuit, quam gigneretur Esaias, &c.* Hi igitur & alii ex nominatis vehementissime patrocinati causæ Arii ad Alexandrum scripsere.

(*a*) *Athan. l. 16. de Synod. Arian.*

LVI. Ariani qua arte prætexunt hæresim.

Verum & idem ipse Arius, atque qui cum eo erant clerici Alexandrini, itemque ex Ægypto & Libya Episcopi litteras scripserunt ad eumdem Alexandrum, turpiter mentientes, se prædicare doctrinam, quam a majoribus accepissent, & ab ipsomet Alexandro publice docente audissent; idque totum eo consilio molientes, ut omnium in eundem invidiam concitarent. Recitat eas Epiphanius sic dicens (*b*):

(*b*) *Epiph. hær. 69.*

Beato Papæ, & Episcopo nostro Alexandro presbyteri, & diaconi in Domino gaudium:

Fides nostra ex majoribus ac progenitoribus nostris, quam etiam a te didicimus, beate Papa, hæc est: Novimus unum Deum solum ingenitum, solum sempiternum, solum sine principio, solum bonum, solum immortalitatem habentem, solum sapientem, solum summum, solum Dominum, solum Judicem omnium, gubernatorem, œconomum, immutabilem, & inalterabilem, justum, & bonum, Legis, Prophetarum, ac novi Testamenti. Hunc Deum genuisse Filium unigenitum ante tempora æterna, per quem, & sæcula, & reliqua fecit; genuisse autem non in apparentia, sed veritate; substitisse vero propria voluntate immutabilem, & inalterabilem, creaturam Dei perfectam, sed non velut unam ex creaturis; fœturam, sed non velut unam ex fœturis, sive genituris; neque velut Valentinus, emissionem, fœturam, sive genituram Patris asserit; neque sicut Manichæus, partem coessentialem Patris, fœturam introduxit; neque sicut Sabellius, qui unitatem dividens, Filium Patrem dixit; neque velut Hierax, lucernam a lucerna, aut faciem in duas, neque prius existentem, postea genitum, aut creatum esse in Filium; quemadmodum etiam tu ipse, beate Papa, in media Ecclesia ac consessu eos qui talia introduxerunt refutasti; sed sicut dicimus voluntate Dei ante tempora, & ante sæcula creatum esse, & vivere ac esse a Patre accepisse, ita ut Pater simul substituerit ipsi glorias. Non enim Pater, data ipsi omnium hæreditate, privavit se ipsum, ut ne ingenito modo habeat in se ipso; fons enim est omnium.

LVII. Arianæ Blasphemiæ.

Quare tres sunt substantiæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; & Deus quidem causa omnium existens, est sine principio solus; Filius autem sine tempore genitus a Patre, & ante sæcula creatus ac fundatus, non erat antequam gigneretur, sed sine tempore ante omnia genitus, solus a solo Patre substitit. Neque enim est sempiternus, aut consempiternus, aut congenitus Patri; neque simul cum Patre ipsum esse habet, velut quidam de his, quæ ad aliquid appellantur, dicunt, duo ingenita principia introducentes: Sed sicut unitas principium omnium, ita Deus præ omnibus est; quapropter, & ante Christum est, velut a te didicimus in media Ecclesia prædicante. In quantum igitur a Deo ipsum esse habet ac vivere qui & glorias, & omnia ipsi exhibuit; juxta hoc principium ipsius est Deus. Principium enim

PAGIUS rum socius & particeps ductus est, ut ejus ope Sanctum *Eustathium* Antiochenum Sede sua deponerent, teste eodem Theodoreto lib. 1. cap. 21.

XVIII. Decepere Martyrologos laudes, quas Eusebius Cæsariensis lib. 7. cap. ultimo (ubi loquitur de præcipuarum Ecclesiarum Præsulibus, qui immediate ante persecutionem Diocletianeam Ecclesias Orientis regebant) Theodoreto Laodiceno tribuit. Sed distinguenda erant tempora: *Theodotus* enim ante natam hæresim Arianam magnus Præsul extitit; sed postea in eam misere prolapsus est, ut tradunt Scriptores citati, omnibus

Erat antea Præsul illustris.

nim ipsius est velut Deus ipsius, & qui ante ipsum est, eo quod ex se ipso est. Et si illud, Ex utero; & hoc, Ex Patre exivi, & venio velut pars coessentialis, & velut emissio a quibusdam intelligitur; compositus erit Pater, & divisibilis, & mutabilis, & corpus secundum ipsos, & quæ ad corpus consequuntur patiens incorporeus Deus, quantum sane in ipsis est. Opto te valere in Domino, beate Papa. Arius, Aeithales, Achillas, Carponas, Sarmatas presbyteri; Euzojus, Lucius, Julius, Menas, Helladius, Gajus diaconi; Episcopi, Secundus Pentapolis, Theonas, Libs fidelis, quem constituerunt in Alexandria Ariani: Hucusque Arii, & collegarum epistola ad Alexandrum.

LVIII. Alexandri Episcopi Alex. labores pro fide tuenda.

(*a*) *Athan. orat. 1. contra Arian.*

Hujus autem tanti viri labores pro Filii Dei divinitate tuenda suscepti, haud fuerunt ejusmodi, quos quis facile cogitatione, nedum scriptis, assequi posset; unde merito de eo hæc Athanasius (*a*): *Quod si res quoque nostri temporis contemplandæ sunt; nostis quomodo beatus Alexander usque ad mortem contra hanc hæresim depugnarit, & quot tribulationes quantosque labores, quamquam jam senex, in decrepita ætate sustinuerit; qui & ipse ad Patres suos appositus est:* Hæc ille. Equidem erigens primus omnium vexillum Catholicæ confessionis, & ante alios prima acie pugnans, primus excepit ab impiis intorta jacula impietatis. Quod igitur dictæ litteræ cum ab Ario, tum ab aliis hæresis ejusdem patronis sic ad ipsum Alexandrum sint scriptæ, ut tamen earum exemplaria essent encyclica, ac longe lateque ubique cunctis palam innotescerent; opus fuit eidem Alexandro contrarias illis pariter reddere litteras circulares; quas omnes ab eo conscriptas numero fuisse septuaginta, Epiphanius tradit, cum agit de fuga Arii in Palæstinam: *Quo* (inquit *b*) *cum pervenisset, singulos Episcopos adiit cum blanditiis, & adulatione, ut sibi multos faceret cooperatores; & suscipiunt quidem ipsum aliqui, alii vero repulerunt. Postea vero ad aures Episcopi Alexandri devenit, & scribit epistolas encyclicas, hoc est, orbiculares, sive per circuitum, quæ sane apud studiosos adhuc servantur, omnes numero septuaginta, &c.*

(*b*) *Epiph. hæres. 69.*

LIX. Alexander ad Silvestrum Pap. de Ario.

Porro constat in primis eumdem Alexandrum de iis quæ ab ipso gesta essent contra Arium scripsisse literas ad primariæ sedis Episcopum Silvestrum Romanum Pontificem, quæ omnino perierunt, viget

tantum earum memoria in Liberii Papæ epistola (*c*) ad Constantinum Imperatorem, in qua hæc habentur: *Manent litteræ Alexandri Episcopi olim ad Silvestrum sanctæ memoriæ destinatæ, quibus significat, ante ordinationem Athanasii, undecim tam presbyteros, quam etiam diaconos, quod Arii hæresin sequerentur, se Ecclesia ejecisse, &c.* Hæc ibi. Quomodo autem Silvester de iis admonitus, ad componendas hasce controversias legavit Osium Episcopum Cordubensem, clarissimum fama virum, & Constantino (ut vidimus) probe notum, dicemus suo loco.

(*c*) *Extat l. 9. Bibliotheca sanct.*

LX.

Ex numero autem septuaginta illarum Alexandri epistolarum duæ tantummodo a temporis injuria vindicatæ supersunt; quarum alterum recitat Socrates (*d*); alteram Theodoretus (*e*) historiæ quam scripsit, intexuit. Quæ vero a Socrate recitatur, est hujusmodi:

(*d*) *Socrat. l. 1. c. 3.*

(*e*) *Theodor. l. 1. c. 4.*

Clarissimis honoratissimisque fratribus, qui ubique gentium sunt nobiscum in Ecclesiæ ministerio conjuncti salutem.

Alexandri epistola Encyclica.

Cum in sacris litteris sit unum corpus Ecclesiæ Catholicæ nobis traditum, & præceptum ut concordiæ ac pacis vinculum firmum teneamus, consentaneum est, uti per litteras colloquamur inter nos, aliique aliis mutuo de rebus, quæ apud singulos geruntur, certiores faciamus; quo sive unum ex membris patitur, sive lætatur, nos inter nos, vel patiamur una, vel una lætemur. In nostra quidem provincia prodierunt jam viri, qui leges rescindunt, Christum ipsum impugnant, animos hominum ad defectionem (quæ quidem prænuncia, & quasi præcursor Antichristi, non sine causa & existimari, & appellari possit) docere niuntur. Ac mihi certe in animo erat de illo facinore penitus reticuisse, ut ejus labes, si quo modo fieri potuisset, inter illos solum qui ab Ecclesia desciverant, deleri quiviisset; ne in alia loca evagata simplicium quorumdam aures suis sordibus inficeret; verum quoniam Eusebius qui nunc Nicomediæ Episcopus est, quique totum Ecclesiæ statum in sua manu positum arbitratur; cum a nemine, quod Ecclesiam Beryti descruerit, quodque oculos cupiditatis atque ambitionis suæ ad Episcopatum Ecclesiæ Nicomediensis obtinendum adjecerit, in se animadversum esse videat; istorum etiam, qui ab Ecclesia defecerunt patrocinium suscipit; & ad omnes, qui ubique gentium sunt, litteras scribere conatur, eosque in iisdem commendat plurimum, quo imperitos quosdam in gravissimam

PAGIUS bus Martyrologis antiquiores, quique non multo post Theodotum vixere. Porro Theodotus ante Concilium Hierosolymitanum anno CCCXXXVI. celebratum, diem functus est, cum illi Concilio Georgius pariter Arianus Laodiceæ Episcopus interfuerit, ut testatur Sozomenus lib. 3. cap. 5. Scripsit Georgius Vitam Eusebii Emiseni, ut discimus ex Socrate lib. 2. cap. 9. cujus ideo mentio facienda erat a Gerardo Joanne Vossio in Opere de Historicis Græcis, licet liber ille amplius non extet.

Cum *Constantinus* Orientis Imperio potitus tan-

XIX.

hæresim Christoque penitus adversariam rapiat; necesse habeo, idque sententia quadam, quæ in Lege scripta est inductus, silentium rumpere, remque vobis omnibus indicare; quo non modo eos qui defecerunt a Christo, execrabiliaque verba, quæ illorum hæresis usurpat, cognoscatis; verum etiam, si forte Eusebius litteras scripserit, ad eas animos minime attendatis; nam inveteratam suam malevolentiam silentio ad tempus obruptam jam per istos renovare studet; & licet simulatione quadam præseferat eorum causa litteras scribere, re tamen ipsa declarat perspicue se in rem suam serio istud ipsum agere: Habes, lector, ex sententia Episcopi Alexandrini, non Arium, sed Eusebium Nicomediensem Episcopum fuisse primum Arianæ impietatis fautorem; ut non mireris, si sæpe contingat, eosdem quos dicimus Arianos, ab antiquis Patribus esse dictos Eusebianos.

LXI. Qui primi extiterint Ariani.

Sed rursum epistola: *Qui autem defecerunt ab Ecclesia, sunt, Arius, Achillas, Æithales, Carponas, Arius alter, Sarmatas, Euzojus, Lucius, Julianus, Menas, Helladius, Gajus, Secundus item, & Theonas, qui dicti sunt olim Episcopi. Quænam vero isti contra Scripturas excogitarint, temereque effutiverint, sic accipitote: Deum non semper Patrem fuisse, sed tempus aliquando extitisse cum Deus non esset Pater; non ab æterno Verbum Dei fuisse, sed ex nihilo ortum esse; nam Deum qui est, eum cum non erat, ex eo quod non est, procreasse; & propterea tempus fuisse aliquando cum non esset. Creatum enim, & factum esse Filium, neque essentia Patri similem, neque naturæ verum patris Verbum, neque veram ejus Sapientiam esse, sed per abusionem Verbum, & Sapientiam dici; ipsum factum esse proprio Dei Verbo, & Sapientia, quæ in Deo est, per quam cum cætera omnia, tum illum ipsum fecit Deus.* Vides plane ex his, Arium sensisse, aliud esse Dei verbum, aliud Dei Filium, quem vult non esse Verbum, sed qui sit factus per Verbum, ipseque nonnisi abusive sit Verbum. Ad hæc spectat, quod Athanasius postquam plura verba Dei poni ab Arianis, demonstravit, sic ait (*a*): *At illi porro, quin sit Dei Verbum, non inficiantur, sed id pro Dei Filio non agnoscunt, &c.* aliud nimirum jactantes esse Filium Dei Christum a Verbo Dei. Et Ambrosius (*b*) eamdem subgillans sententiam: *Nonnulli etiam* (inquit) *aliud Dei Verbum, aliud verum Dei Filium crediderunt*: Sed hæc iidem Patres pluribus.

Dei Verbum non unicum ab Arianis poni.

(*a*) *Athan. cont. hæres Arian. decret.*

(*b*) *Ambr. de Incarn. Domin. c. 6.*

Verum subdit epistola de eadem falsa sententia de Filio Dei: *Et ob eam causam posse natura sua converti, & mutari, sicut animantia omnia ratione utentia: Verbum esse peregrinum, alienum & sejunctum a Sapientia Dei: Patrem a Filio minime explicari posse, nam Filium neque Patrem plane, & accurate cognoscere, neque exquisite cernere posse. Etenim suam ipsius essentiam, ut est, Filium non percipere; quippe Filium nostra causa factum esse, ut Deus per ipsum tamquam per instrumentum nos crearet; neque, extitisse aliquando, nisi Deus nos creare in animum induxisset.* Cum enim negare non posset Arius, per Verbum omnia facta esse, sic Filium Dei Verbum esse asserebat, ut tamen per Verbum aliud factum esse diceret. Plura namque Verba excogitasse Arium, & sua cantilena occini voluisse, idem qui supra Athanasius tradit, cum ait (*c*): *Arius in suis cantiunculis, & Convivialium libro per speciem subdubitandi fabulatur: Multa, inquiens, Verba profert Deus. Quodnam igitur ex istis Verbis Filium, & Verbum unigenitum Patris esse recipiemus?* Rursus Alexander: *Quæsitum est igitur ab illis, utrum Dei Verbum posset mutari, quemadmodum Diabolus mutatus est. Et non veriti sunt respondere: Certe potest. Cum enim & gigni, & mutari possit, ejus naturam posse mutari.*

LXII.

(*c*) *Athan. in decret. Nicæn. Syn. cont. hæres. Arian.*

Ario igitur, & ejus fautoribus, qui ista asserunt, & de iisdem tam impudenti ore loquuntur, una cum illis qui ejus opinioni assentiuntur nos cum aliis fere centum Ægypti, & Libyæ Episcopis in unum convenientes, anathema denunciavimus. Cæterum Eusebius eos ad se admittit, operamque sedulo dat, ut mendacium cum veritate, & cum pietate impietatem commiscat. Verum ad hoc præstandum non satis habet virium. Nam vincit veritas, & nulla est societas luci cum tenebris, nulla consensio Christi cum Belial. Quis enim umquam talia audivit? Aut quis est, qui, si jam audiret, non ea tamquam insolita, & peregrina obstupesceret, auresque obturaret, ne ejusmodi verborum sordes in audiendi sensu illaberentur? Aut quis est, qui cum Joannem audiat dicentem (*d*): *In principio erat Verbum; non istos condemnaverit, dicentes: Erat tempus aliquando, cum non esset? Aut quis est, qui cum audiat in Evangelio: Unigenitus Filius; &, Per ipsum facta sunt omnia; non istos odio habuerit, affirmantes Filium unam esse ex creaturis? Aut qui poterit ipse esse similis illarum rerum,*

LXIII. Anathema in Arium, & Arianos.

(*d*) *Joan. 1.*

PAGIUS *Hosius ad componenda dissidia inter Arium &* tantum sit anno trecentesimo vicesimo quarto, ante eum annum componendis *Alexandrum* inter & *Arium* dissidiis, missis etiam ad eos literis per *Hosium* Cordubensem Episcopum, incumbere non potuit. Quare quæ hic a Baronio narrantur, ad eum annum differenda. Præterea Hosius non a Silvestro Romano Pontifice Legatus *Alexandrum misfus.* Alexandriam missus, sed a Constantino. Licet enim Eusebius lib. 2. de Vita Constantini cap. 62. virum a Constantino missum ob tumultus ab Ario Alexandriæ excitatos non nominet, illum tamen Hosium fuisse Socrates lib. 1. cap. 4. & Sozo- Baron. n. LXXXIX. & seqq.

rerum, quæ per ipsum factæ sunt? Aut quemadmodum Unigenitus, si (ut illorum fert opinio) cum aliis rebus universis numeretur? Aut quomodo ex nihilo factus est, cum Pater dicat (*a*): *Eructavit cor meum Verbum bonum; &* (*b*): *Ex utero ante Luciferum genui te? Aut qua ratione essentia patri dispar ac dissimilis, cum sit perfecta imago, & splendor Patris* (*c*); *cumque ipse dicat* (*d*): *Qui videt me, videt & Patrem?*

(*a*) *Ps.* 44.
(*b*) *Ps.* 109.
(*c*) *Hebr.* 1.
(*d*) *Joan.* 14.

LXIV. Arianæ hæresis confutatio.

Aut quo pacto, si Verbum, & Sapientia sit Dei Filius, erat tempus aliquando cum non esset? nam perinde ac, si diceret, Deum aliquando, & Verbo, & Sapientia caruisse. Aut quo pacto converti mutarive potest, cum ita loquatur de se (*e*): *Ego in Patre, & Pater in me est: & Ego* (*f*) *& Pater unum sumus; & per Prophetam* (*g*) *etiam: Videte me, quia ego sum Deus, & non mutor? Et quamquam hoc dictum ad ipsum Patrem referri potest; tamen aptius, & magis proprie de Filio Verbo jam dicitur, quod cum sit homo factus, non mutatus est, sed ut Apostolus* (*h*) *ait: Christus heri & hodie, idem ipse & in sæcula. Quid igitur illos in hanc perduxit sententiam, eum scilicet propter nos factum esse; cum tamen Paulus scribat* (*i*): *Propter quem omnia, & per quem omnia?*

(*e*) *Joan.* 14.
(*f*) *Joan.* 10.
(*g*) *Malach.* 3.
(*h*) *Hebr.* 13.
(*i*) *1. Cor.* 8.

LXV. Refelluntur blasphemiæ.

Quod autem falso calumniati sunt, Filium non plene, & perfecte Patrem novisse, nemini mirum videri debet; nam cum semel statuissent contra Christum bellum gerere, rejecerunt penitus voces ipsius Domini dicentis (*k*): *Sicut novit me Pater, & ego cognosco Patrem. Quod si ex parte Pater cognoscit Filium, perspicuum est, Filium etiam ex parte Patrem cognoscere. Verum si hoc dictu nefas est, & Pater plene Filium cognoscit; constat, quod sicut Pater cognoscit suum ipsius Verbum, sic & Verbum suum ipsius Patrem cognoscit, cujus est Verbum. Cæterum quamquam ista recensendo, atque adeo sacras, & divinas Scripturas aperte explanando, eos sæpenumero convicimus; tamen illi rursus velut chamæleontes se se mutant; dictumque illud Sapientis in sua ipsorum capita torquere magnopere contendunt videlicet* (*l*): *Impium, cum in profundum malorum venerit, contemnere. Ac tametsi complures certe hæreses ante illorum ætatem exortæ erant, quæ quidem extra modum audacia evagatæ, ad extremam dementiam sunt tandem prolapsæ, isti tamen, qui omni suo sermone Verbi divinitatem tollere moliuntur, utpote ad Antichristi tempora propius accedentes, illas hæreses præ suorum errorum impietate justas esse quodammodo declarant.*

(*k*) *Jo.* 10.

(*l*) *Prov.* 18.

LXVI. De lapsis in Arianismum.

Quapropter illis Ecclesia interdictum est, atque adeo anathema denunciatum. Et quamquam de eorum exitio permagnum animis dolorem capimus, & maxime quod Ecclesiæ instituta aliquando agnoverant, jamque ab illis exciderunt; de illis tamen non magnopere miramur; idem namque non Hymenæo solum, & Phileto contigerat, sed Judæ etiam ante illos, qui Salvatoris discipulus fuit, postea autem proditor, & desertor illius factus. Atque istarum rerum neutiquam ignari extitimus. Dominus enim prædixerat (*m*): *Videte ne quis vos seducat; nam multi venient in nomine meo dicentes* (*n*): *Ego sum, & Tempus appropinquavit, & multos seducent; ne eatis post illos. Paulus* (*o*) *etiam cum ista a Salvatore didicisset scripsit, quod in novissimis temporibus quidam deficerent a fide sana, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum veritatem aversantium.*

(*m*) *Luc.* 21.
(*n*) *Matt.* 24. *Marc.* 13.
(*o*) *1. Tim.* 4.

LXVII. Admonitio de cavendo Ario, & Arianis.

Jam vero cum, & Salvator noster Jesus Christus hoc præceperit, & per Apostolum de ejusmodi hominibus significarit, nos certe, quoniam illorum impietatem nostris ipsorum auribus accepimus, non sine causa ejus generis hominibus (sicut antea diximus) anathema denunciavimus, eosque ab Ecclesia Catholica fideque alienos palam declaravimus, vestrumque pietatem fecimus certiorem, carissimi & honoratissimi fratres, qui estis nobiscum in Ecclesiæ ministerio conjuncti; ut si forte quidam ex illis temeritate impulsi ad vos venire non vereantur, ne eos admittatis, neve Eusebio, vel alteri cuipiam, qui eorum causa ad vos scribat, omnino attendatis. Nam par est, ut nos qui sumus Christiani, omnes qui contra Christum loquantur, animoque sint ab eo abalienato, tamquam Dei hostes, & corruptores animorum devitemus; neque id genus hominibus (sicuti præcepit beatus Joannes p) vel Ave dicamus; nequando ille illorum peccatis communicemus. Salutate qui apud vos sunt fratres. Qui mecum sunt, vos itidem salutant: Hactenus Epistola encyclica Alexandri, quam & libellum illum esse existimamus, cui subscripsisse alios Catholicos Episcopos, ab eodem Alexandro in aliis encyclicis litteris memoriæ proditum est: ut appareat, has ante alias fuisse conscriptas sed de illis suo loco agemus. Addit præterea Socrates (*q*), quæ sunt deinde subsecuta; *Cum*

(*p*) *2. Joan.*

(*q*) *Socr. eod. l. 1. c. 3.*

PAGIUS Sozomenus lib. 1. cap. 15. diserte testantur. Quibus adde Photium in Bibliotheca codice 166. *Quibus Constantinus auditis, inique ferens, mittit Alexandriam Hosium nomine & re sanctum, quem Hispania civitas Corduba Episcopum habebat. Tradidit autem ei epistolas ad Archiepiscopum Alexandrum & Arium hæreseos fontem.* Nec refert, quod Hosius Alexandrinam Synodum convocarit, eique præfuerit. Verosimile enim est, illum Alexandrinæ Synodo præfuisse, omnibus Ægypti Episcopis, & ipso in primis Alexandro Alexandriæ Patriarcha primas ipsi deferentibus. Viro

LXVIII. Contentiones inter Episcopos causa Arii.

Cum Alexander litteras huiusmodi ad Episcopos passim in singulis Civitatibus scripsisset; latius propterea serpebat malum, quod hi qui erant de illis litteris certiores facti, contentionis, & discordiæ incendiis inter ipsos conflagrare cœperunt; nam alii litteris suffragari, iisdemque subscribere, alii penitus adversari, maxime vero omnium Eusebius Nicomediensis Episcopus ad dissensionem incitari, quod Alexander ejus nomen suis litteris gravius perstrinxerat. Atque id temporis Eusebius plurimum poterat, quod tunc Nicomediæ, ubi Dioclezianus paulo ante Palatium ædificaverat, Imperator versabatur; ob quam causam multi Episcopi Eusebii paruere sententiæ. Is autem tametsi ad Alexandrum litteras scribere non destitit, ut controversiam inter ipsos ortam missam faceret, Ariumque cum suis in Ecclesia reciperet, alios tamen qui alias quasque Civitates incolebant, cohortatus est, ut Alexandri voluntati prorsus refragarentur. Unde tumultus ingens nusquam non concitatus est. Nam videre licebat, non modo Ecclesiarum. Præsides maledicis, & contumeliosis verbis alium ab alio vexatos, verum etiam populi multitudinem in duas partes diremptam, quarum altera in horum, altera in illorum sententiam inclinavit. Itaque res est eo sceleris, & turpitudinis prolapsa, ut Christiana religio palam in ipsis theatris omnium irrisione luderetur. Ab his vero qui Alexandriæ habitabant, de summis religionis nostræ dogmatibus juveniliter, & non absque petulantia certatum est: ab iisdem ad reliquos cujusque provinciæ Episcopos missa legatio. Isti in alterutram partem divisi, non dissimilem contentionem excitarunt: Hæc Socrates.

LXIX. Alexandri alia Epistola Encyclica.

Alexander autem cum a Catholicis Episcopis diversarum Provinciarum, nempe Ægypti, Thebaidis, Lybiæ, Pentapolis, Syriæ, Lyciæ, Pamphiliæ, Asiæ, Cappadociæ, & aliarum quoque his finitimarum Provinciarum, adversus Arium scriptas accepisset epistolas, iidemque contra Arianos conscripto libello fidei subscripsissent; optans hæc eadem præstari a reliquis, encyclicam rursus aliam scripsit Epistolam, cui & exemplaria dictarum epistolarum adjunxit, deditque eas Apioni diacono perferendas, eorumdemque Episcoporum appositas libello fidei subscriptiones. Extat ejusmodi epistola circularis Alexandri; recitat illam Theodoretus ad verbum; quæ licet (ut præfefert titulus) ad Alexandrum Constantinopolitanum Episcopum data dicatur; apparet tamen ex iis, quæ eadem epistola continentur, ipsam inscriptionem ab aliquo superadditam, minusque ejusdem auctoris esse germanam; siquidem in ea demonstrat auctor, se non ad unum Episcopum, sed ad plures eas litteras scribere, utpote encyclicas. Rursum vero cum has constet scriptas esse litteras, antequam Constantinus Imperator ad ipsum Alexandrum & Arium suas, quas proxime recitaturi sumus, dedisset: atque liqueat illas ipsas ab eodem hoc anno datas, quo ad Provinciales recitatas superius litteras scripsit (nam in utrisque de instituta ab ipso Constantino profectione in Orientem mentio habetur) falsa esse omnino convincitur illa in titulo apposita nomenclatura, qua dicitur Alexander Episcopus Constantinopolitanus; cum nondum, sed post multos annos (ut demonstrabimus) Byzantium fuerit in Constantinopolim commutatum. Equidem puto inde erroris occasionem fluxisse, quod cum eadem epistola (ut dictum est) fuerit communis ad omnes Episcopos, ejusdem ab ipso descriptæ exemplar (ut par erat) inter Alexandri Episcopi Constantinopolitani monumenta repertum, eo titulo fuerit pariter consignatum. Sed missis his, reddamus hic eas litteras saltem ex parte, cum multa in iis habeantur considerationem maxime digna; sunt vero hujusmodi:

LXX. *Est (a) quidem propositum hominibus improbis, in quorum animis inexplebilis honoris, & pecuniæ cupiditas insita est, ut Ecclesiis, quæ videntur plus habere dignitatis, ex occulto insidientur; qui per varias, & multiplices vias sinceram Ecclesiæ pietatem oppugnare non cessant. Nam impulsu diaboli, qui vim suam in eorum animis exercet, in furorem acti, ad voluptates, quæ forte se offerunt, feruntur præcipites; atque ab omni pietate refugientes, timorem divini judicii proterunt. De quibus ego, qui inde non parum acceperim incommodi, necesse habui vestræ pietati significare, ut id genus homines sedulo devitetis; ne forte quisquam illorum audacia fretus, vel per se ipsum (præstigiatoribus enim numquam deest ad fraudem faciendam simulatio) vel per litteras, quæ erant ita lepide, & eleganter asperse, ut hominem qui simplici ac sinceræ fidei se addixerit a veritate abstrahant, in vestras Ecclesias erroris sui imprimat vestigia. Nam Arius, & Achillas nuper facta conjuratione, dum Colluthi ambitionem imitari studebant, eum in eo vitiositatis genere longe superarunt. Ille enim quamquam eas ipsas res, quas isti, coarguere conabatur; tamen improbi sui instituti causam saltem simulatam habuisse visus est; hi autem cum illius nundinationem, qua Christum ipsum vendidit, animadverterent, non amplius Ecclesiæ legibus subjecti esse sustinuerunt; sed speluncis latronum sibi constructis, conventus in illis sine intermissione agere, noctes diesque Christo & nobis maledice obtrectare, omnem Apostolicam, & piam doctrinam criminari, simulatione Judaica officinam ad Christum oppugnandum instruere, divinitatem Salvatoris nostri inficiari, eum cæteris hominibus nihilo præstantiorem prædicare; vocibusque omnibus, quæ pro ejus salutari in carne œconomia, & abjectione sui nostra causa fuscepta, ex sacris litteris selectis, eisdem impiam suam prædicationem corroborare; & verba, quibus æterna ejus divinitas, & gloria una cum Patre ineffabilis confirmatur, adversari nituntur. Quippe impiam Gentilium, & Judæorum de Christo opinionem defendentes, suam ipsorum laudem (quantum fieri potest) venari, & in quibus eis ludibrio sumus, omnia enixe consectari student.*

(a) Apud Theodor. c. 4.

De Ario & Ariana hæresi admonitio Alexandri.

LXXI. Arii meretriculæ.

Seditiones porro in nos quotidie concitare, graves ciere persecutiones, & interdum lites per mulierculanum impurarum sermones, quas ipsi in fraudem impulerunt, intendere. Nonnumquam religionem Christianam, suas tenellas meretriculas per singulas plateas turpiter circumducentes, gravissimis contumeliis afficere; quinetiam inconsutam, & indissolubilem Christi tunicam, quam tortores noluerunt discindere, hi discerpere non dubitarunt. Quas hic Alexander tenellas Arianorum meretriculas nominat, erant hæ illæ septingentæ professæ virgines Ecclesiæ Alexandrinæ, quas (ut vidimus ex Epiphanio *a*) Arius seduxit, ac circumduxit. At quos non pellexisset hisce deliciarum illecebris perditissimus hæresiarcha, virginum examina circumducens? Sed rursum Alexander.

(a) Epiph. hær. 69.

LXXII. Ejecti Arius & Ariani ab Alexandro.

Nos igitur, sicut scelerata eorum vita, & conatus execrabilis postulat, suffragiis omnium tandem, licet sero propter rei ignorationem, id sumus aggressi, Ecclesia, quæ Christi divinitatem sancte adorat, ejecimus. Itaque hi circumcursare hac illac, quo nobis obtrectent; deflectere ad collegas nobiscum in eadem fide consentientes; specie quidem pacis, & concordiæ simulata, veniam petere præseferre; sed re vera moliri, ut per sermonis lenocinia nonnullos eorum in sui morbi contagionem pertrahant; litteras quoque ab illis blandiores petere, ut coram iis, quos errore implicarint, eas depravate legentes, suæ prolapsionis impœnitentes reddant, jam ad impietatem assuefactos, quasi Episcopos suæ sententiæ, & opinionis consentientes haberent. Non enim confiteri volunt ea, quæ tam nefarie impieque apud nos cum docuerunt, tum fecerunt, quorum gratia Ecclesia pulsi sunt; sed vel silentio tegere, vel partim sermonibus commentitiis, litteris partim veteratorie scriptis obscurare nituntur, quo eos dolo deludant. Quapropter colloquiis tum probabilitate, tum facetiis dicacibus refertis perniciosam suam doctrinam tamquam velis obtendentes, hominem simplicem, & fraudi expositum, in suum errorem rapiunt; quinetiam ab nostræ sanctæ piæque religioni apud omnes obtrectando haud quaquam se abstinent. Unde fit, ut nonnulli, qui eorum litteris subscribunt, in Ecclesiam recipiantur; quod factum, mea quidem sententia, maximam infamiæ notam nostris collegiis, qui illud ausi sunt, inusit; qui non modo id, quod canon Apostolicus permisit, non faciunt; sed conatum eorum contra Christum, plane Diabolicum, qui illis inest, vehementiorem efficiunt.

LXXIII. Apostolicus canon citatus ab Alexandro.

Quem citat Alexander Apostolicum canonem, plane cognoscitur esse trigesimus tertius ordine, quo præcipitur, ne clerici a suo Episcopo excommunicati, ab alio Episcopo recipiantur; cujus hæc sunt verba: *Si quis presbyter aut diaconus per Episcopum a communione excluſus sit, hunc neutiquam ab alio fas esto suscipi, quam ab eo qui ipsum a communione excluſit; nisi forte Episcopus, qui ipsum a communione segregavit, defunctus sit:* Hæc Apostolicus canon, quem novit quoque Nicænum (*b*) Magnum Concilium, eumdem confirmans atque declarans, cum sic statuit: *Servetur & ista sententia, ut hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur, &c.* Ut plane appareat, sanctissimos Patres ejusmodi lege iterum repetita communire voluisse Ecclesiam Dei; qua semel in Ario, & Arianis contempta, patuisse constat humani generis hosti ad eam invadendam atque perdendam latissimam viam. Rursus autem idem Apostolicus canon repetitus habetur

(b) Nicæn. Conc. c. 5.

PAGIUS Viro namque celeberrimo ab Imperatore misso, ipsique charissimo, qui pacis arbiter ab ipso constitutus esset Alexandrum inter & Arium, hunc facile honorem detulere, tum propter Imperatoris reverentiam: tum propter nominis & meritorum amplitudinem; tum quod Alexander illi Concilio præesse congrue non posset; cum in his Arianæ hæreseos incunabulis causa Alexandri & Arii potius, quam Ecclesiæ Catholicæ, agi videretur.

XX. *Et quidem a Constantino Imp.*

Nec refert, quod in epistola tunc a Constantino ad Alexandrum & Arium scripta, nulla prorsus Hosii mentio habeatur. Cum tamen in literis Legationis nominari Legatos solenne sit. Aliæ enim fuere literæ Legationis Hosii ab ea epistola. Cum enim non solum ad conciliandam pacem inter eos, qui in Ægypto de Fide dissidebant, missus esset, sed etiam inter eos, qui in Oriente de festo Paschatis dissentiebant, ut testatur Sozomenus; necesse erat, ut literæ Legationis quibus ea commendata *Hosio* provincia, & commissa potestas exprimebatur, non ad duos tantum viros, sed ad universos illarum regionum Episcopos dirigerentur. Periere itaque literæ Constantini, quibus Legatio Hosii ad Alexandrum & Arium continebatur.

(a) Conc. Antioch. c. 6.

tur in Concilio Antiocheno (a). Hæc vero ad auctoritatem antiquorum Apostolicorum canonum comprobandam dicta sunto, de quorum fide secundo Annalium tomo prolixiorem habuimus orationem.

LXXIV. Admonitio Alexandri.

His autem Alexander hæc addit: *Quocirca, fratres carissimi, abjecta cunctatione, ingenii mei vires, quo istorum infidelitatem vobis significarem, excitavi, qui asserunt tempus aliquando fuisse, cum non esset Filius Dei, &c.* Positiones Arianorum recenset, non obducto lenocinio verborum, sed prout ab iisdem Alexandriæ commorantibus ex ore eorum acceperat; longioremque texit adversus easdem disputationem, quam lectori apud Theodoretum ipsum inspiciendam relinquimus; ne hic eadem sæpius repetendo, ex nimia satietate fastidium ingeramus. Post igitur patefactas, & confutatas Arii, & Arianorum impias circa Christi divinitatem sententias, hæc de iisdem subdit Arianis: *Verum quamvis de hac re multa habeam dicere, carissimi fratres; tamen ea missa propterea facio, quod absurdum putem, doctores fidei doctrina consentientes pluribus admonere; quippe cum ipsi sitis docti a Deo, & non ignoretis tum Ebionis, tum Artemæ doctrinam, quæ non ita pridem veram Ecclesiæ pietatem oppugnare cœpit; tum pestiferum studium Pauli Samosateni Episcopi Antiochiæ, qui Concilio omnium ubique Episcoporum, atque adeo judicio, Ecclesia ejectus est; cujus perversæ doctrinæ Lucianus successor factus, multorum annorum spatio, hoc est, tantisper dum tres Episcopi alius post alium Ecclesiam illam rexere, exclusus ab Ecclesia mansit.*

LXXV. Lucianus Martyr a suspicione Hæresis vindicatur.

Hæc dum scribit Alexander de Luciano; cum multa sint a nobis de eodem conscripta tum in Notis ad Romanum Martyrologium, tum superius cum de ejus martyrio prolixius actum est; quæ sanctissimi martyris vitam ab omni hæresis labe prorsus liberam fuisse declarant: modo autem cur hæc de eo dicendi Alexandro occasio data sit, est exactius disquirendum. Meminisse itaque in primis debemus, quæ a nobis superius dicta sunt eidem Luciano Antiocheno presbytero contigisse, quæ nuper acciderant Dionysio Alexandrino; uterque namque adversus Sabellianos certamen iniit; Lucianus enim Pancratium Antiochenæ Ecclesiæ presbyterum, Sabellianæ hæresi addictum, infestissimum habuit adversarium; ac proinde accidit, sicut Dionysius Sabellium urgens, ita iste Pancratium Sabellianum exagitans, visi ut sint ambo prima facie ipsorum doctrinam spectantibus, & ejus sensum haud penitus assequentibus, in contrariam partem paulo licentius inclinasse, atque personas distinguentes in sanctissima Trinitate, quodammodo ipsam quoque substantiam separasse.

LXXVI. Dionysii & Luciani par causa.

At sicut Dionysio illi (quod pluribus diximus secundo Annalium tomo) ea de causa negotium est exhibitum ab Episcopis Libyæ; adeo ut causam deferri oportuerit ad Romanum Pontificem ejusdem nominis Dionysium, a quo, inspecta accuratius veritate, fuit penitus absolutus, atque omni suspicione purgatus; ita & Lucianus pariter eadem ex causa exagitatus (quod testatur Alexander) a tribus sibi invicem succedentibus Episcopis Antiochenis, ab iisdem fuit ex Ecclesia simul ejectus; quod haud dubium ab aliis sibi adversantibus Episcopis Dionysius quoque passus esset, si licuisset eis, inconsulta prima sede, secundum dignitate damnare Alexandrinum Episcopum. Sed quid accidit? Dum suam Lucianus causam agens, scriptis sæpe libellis fidei, suam integritatem, sinceramque fidem Catholicam omnibus conatur reddere manifestam; persecutione Maximini, dolo adversarii Sabelliani hæretici, interceptus (quod ejusdem martyrii Acta declarant) summa cum laude martyrium consummans, magnam est inde gloriam consecutus; qua abusi complures ejus discipuli jam errore lapsi, Arianam hæresim consectantes, magistri gloria exultantes, se ipsos (ut ex litteris Arii vidimus) Collucianistas nominabant, turpiter mentientes, ea se docere, quæ accepissent a Luciano. Qua de causa Alexander, cum res adhuc recens esset (nam novissimo persecutionis tempore ille martyrio est vita perfuctus) inexploratis adhuc lucubrationibus Luciani, quod ferebat fama, ipsorum Arianorum ubique ore vulgata, vehementius in eum justo zelo commotus, ea quæ vidimus, de ipso testatus est.

LXXVII. Lucianus laudatus a catholicis Patribus.

Cæterum scriptis Luciani percognitis, ipsisque præsertim libellis fidei, quos Sanctus Hieronymus eum scripsisse tradit (b), exactius disquisitis, tantum abest, ut de violata fide Catholica negotium aliquod factum eidem fuerit; ut Alexandri ipsius successor Athanasius (c quod superius dictum est) eum digno præconio celebret. Sed & cum idem ipse Athanasius Arianæ hæresis principia repetit, numquam Luciani mentionem, vel levem habet, sed Pauli Samosateni. Et cum etiam multæ altercationes, mutuæque disceptationes inter Catholicos, & Arianos circa Nicæni Concilii tempora intercesserint, a nullo tamen Arianorum apparet fuisse Luciani citata sententia veræ fidei adversaria: certe quidem non abstinuissent, si nobilissimi martyris, tunc temporis Helenæ Augustæ munificentia ubique celebris, potuissent vel uno verbo suam hæresim confirmare. Accidit vero postea, ut ex Nicæno Concilio stabilita fidei Catholicæ for-

(b) Hier. de Script. Eccl. in Lucian.

(c) Athan. de Synod. Arian. & aliis in locis.

forma, cum Ariani causa penitus cecidisset, multo tempore interlapso, favore Constantii pugnam iisdem denuo instaurantibus, refossa quædam fuerit ab eis Luciani fidei formula, quam ediderunt in Concilio Antiocheno Arianorum opera convocato; cum tamen se detestari Arium præseferrent, ea arte, ut Nicænum Concilium abrogarent, nomenque Consubstantialitatis omnino proscriberent, in reliquis cum Catholicis consensuri.

LXXVIII. Luciani fidei regula qualis.

Sed quænam hæc esset Luciani fidei professio, Sozomenus (a) narrat his verbis: *At vero cum eos istius formulæ postea (ut est verisimile) pœniteret; aliam præterea rursum ediderunt, quæ in aliis quidem rebus, mea quidem sententia, fidei Nicæni Concilii (nisi quidam forte sensus a me minime intellectus in verbis obscure inclusus sit) penitus consentit; sed his verbis, Filium Patri consubstantialem esse, rejectis. Pro illis, Ejus divinitatem nec converti posse, nec mutari, dixerunt, Eumque essentiæ, consilii, potentiæ, & gloriæ Patris conformem imaginem esse, & primogenitum omnis creaturæ. Hanc fidei formulam his verbis scriptam dixerunt se comperisse Luciani fuisse formulam, viri spectatissimi, & in sanctis litteris summe eruditi, qui Nicomediæ martyrio occubuit. Vera ne istæ sint, an propriam ac suam fidei formulam titulo martyris insignire laborarint, non habeo equidem dicere:* Hæc Sozomenus; eadem quoque Nicephorus (b), qui eamdem Luciani formulam integram recitat. Sed esto Luciani sit ipsissima; quid habet (quod & Sozomenus intellexit) nisi quod fides Nicæna prædicat? Quod etsi cavillari Ariani potuerunt, non idem esse dicere, Filium imaginem substantiæ Dei, atque ipsam divinam substantiam; certe quidem ante Nicænum Concilium nihil præterea exigebatur a Fidelibus. Quod autem postea additum est ab eodem Nicæno Concilio verbum Consubstantiale, ad novam hæresin emergentem confutandam fuit appositum. Sic itaque nihil est quod de fide violata Lucianus a quopiam jure in crimen adduci potuerit. Cum vero plures fidei formulas a Luciano scriptas esse testetur Sanctus Hieronymus (c); alias sane hac deteriores minime fuisse, par est credere: nam eas Ariani libentissime in suæ hæresis testimonium protulissent. At de his modo satis.

(a) Soz. l. 3. c. 5.

(b) Niceph. l. 9. c. 5.

(c) Hier. de Script. Eccl. in Luc.

LXXIX. Blasphemiæ Arianorum.

Sed rursus hæc suis litteris Alexander de Arianis (d): *Istorum hæreticorum impietatis fæces, hi qui modo in lucem editi Filium Dei ex nihilo ortum asserunt (quippe sunt velut stolones occulti ex illis nascentes) animis hauserunt; Arium dico, Achillam, & reliquam improborum illis adhærentium turbam; quinetiam tres Episcopos in Syria, nescio quomodo ordinatos; qui quoniam istorum errores suo consensu approbarunt, videntur eorum amentiam, velut facibus novis admotis, magis incendisse. In quos quidem accurate inquirendi potestas vestro judicio permissa est.* Inter hos tres Syriæ Episcopos Ario inhærentes puto adnumeratum Eusebium Cæsariensem Syriæ Palæstinæ Episcopum: verisimile enim videtur nonnisi malis artibus arripuisse Episcopatum tam nobilis Ecclesiæ, totius Syriæ Palæstinæ metropolis, qui tempore persecutionis timore pœnæ (quod suo loco dictum est superius) excidisset a fide.

(d) Apud Theod. l. 1. c. 4.

LXXX. Arianorum arrogantia.

Post hæc vero Alexander cum de captiosis eorumdem hæreticorum in citandis divinæ Scripturæ locis, ac subdolis artibus, multa locutus esset, hæc de ipsorum arrogantia subdit. *Qui etiam neminem volunt ex antiquis Patribus sibi comparari; neque illis, quibus nos ab ineunte ætate usi sumus præceptoribus, se pares existimari sinunt, immo vero ne unum quidem collegarum nostrorum vel ad mediocrem sapientiam pervenisse censent; sed se solos sapientes, solos egestatem voluntariam sectantes, solos dogmatum inventores, & sibi solis ea doctrinæ patefacta esse mysteria, quæ in nullius umquam sub Sole cogitationem in mentem venerint, arbitrantur. O impiam arrogantiam! o insaniam immensam! o inanem gloriam cum furore conjunctam! o spiritus plane satanicos, qui impiis eorum animis velut callum malitiæ obduxere! Non divina veterum Scripturarum claritas ullum ipsis inussit pudorem; non consentiens collegarum, & pia de Christo doctrina eorum audaciam repressit: quorum scelus nefarium ne dæmones quidem (quippe qui sedulo caveant, ne ullam omnino maledicam, & contumeliosam vocem contra Filium Dei eloquantur) omnino ferre videntur:* Hæc quidem Alexander; qui dum Arianorum effigiem vivis hisce coloribus reddit, omnium plane Novantium hæreticorum veram certamque imaginem repræsentat; ut plane appareat, vultu simillimos, fratres esse germanos, qui eodem sunt geniti ex patre Diabolo (e), atque uni eos parere domino, nempe illi, qui est Rex super omnes filios superbiæ, ejusdemque legibus vivere, atque denique idem impietatis insigne expressum in fronte gestare bestiæ characterem (f).

(e) Joan. 8.

(f) Apoc. 17.

LXXXI. Rursum de Arianis Alexander.

At rursum de ipsis hæc Alexander: *Ista a nobis pro virili nostra parte in præsentia allata sunt ad eos coarguendos, qui in tam inepta contra Christum disputandi materia tamquam in pulvere se exercent, & nostræ erga illum pietati falso obtrectare nituntur. Nam isti ridicularum fabularum inventores asserunt, nos, dum blasphemiam illam impiam, & a nemine umquam literis proditam, nimirum quæ Christum Fi-*

lium Dei ex nihilo ortum docet, aversamur, duo Ingenita tradere. Atqui quæ est eorum insciția, dicunt necesse esse alterum de duobus hisce statuere; nempe vel eum ex nihilo creatum, vel omnino duo esse Ingenita. Siquidem propter inertiam ignorant prorsus, quantum intersit inter Patrem, qui ingenitus est, & res ab eo conditas ex nihilo, sive rationis sunt participes illæ quidem, sive expertes; interque duo, natura unigenita media interposita, per quam Pater Dei Verbi hanc universitatem ex nihilo fabricavit, ex ipso, qui Pater est, genita fuit, sicut ipse Dominus quodam in loco testatur his verbis (a) *: Qui diligit Patrem, diligit quoque Filium, qui ex eo genitus est:* Hæc prælocutus Alexander, mox his jungit Catholicæ, & Apostolicæ fidei confessionem; quam hic describere, haud molestum erit, atque in medium ponere tamquam potens pharmacum, quo exposita Ariana venena absque offensa contrectare possimus. Addit igitur.

(a) 1. Joan. 5.

LXXXII. Confessio Catholicæ fidei ab Alexandro edita.

De quibus nos sic credimus, uti Apostolicæ placet Ecclesiæ: In unum quidem ingenitum Patrem, qui nullam habet causam suæ essentiæ, qui nec converti nec mutari potest, qui semper similiter, & eodem modo se habet; qui neque accessionis, neque decessionis capax est; qui leges, Prophetas, & Evangelia nobis tradidit; qui denique Patriarcharum, Apostolorum, & omnium Sanctorum Dominus est. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, genitum quidem non ex eo, quod non est, sed ex eo qui Pater est; neque id quidem more corporeo, per incisionem, aut divisionem, fluxiones (uti Sabellio, & Valentino visum est) sed modo quodam qui verbis explicari exprimive omnino non potest, secundum illam Prophetæ vocem (b) *quam supra posuimus: Generationem ejus quis enarrabit? cum ejus subsistentia a nulla natura mortali pervestigari queat; quemadmodum neque ipse Pater a quoquam indagari; propterea quod natura humana rationisque particeps cognitionem divinæ a Patre generationis comprehendere nequit. Quas res non par est, ut viri Spiritu veritatis incitati a me perdiscant; præsertim cum vox Christi de hac re vestris auribus circumsonet, & doceat; nimirum, quod* (c) *nemo novit quis sit Pater, nisi Filius; & nemo novit quis sit Filius, nisi Pater. Hunc præterea agnoscimus, perinde atque Patrem, nec converti, nec mutari posse, nullius rei indigentem, perfectum Filium similem Patri, & ab eo, solum quia ingenitus sit, discrepantem; nam est accurata, & expressa Patris imago; atque constat, imaginem complecti debere eas omnes res, quibus exemplar ipsum, quod majus est, perfectius exprimatur, sicuti ipse Dominus docuit:*

(b) Isai. 53.

(c) Luc. 10.

Pater major me est. Atque hac ratione inducti, Filium a Patre semper existere credimus. Est (d) *enim splendor gloriæ, & figura paternæ substantiæ. At nemo hanc vocem,* Semper, *sic intelligat, ut per eam Filius ingenitus existimetur, sicut isti putant, qui sensus animorum habent plane occæcatos. Nam neque cum dicimus, Erat semper & ante sæcula, idem est, quod,* Ingenitum. *Immo vero neque ulla vox, quam mens humana conetur effingere, exprimere potest illud,* Ingenitum, *adeo ut vos quoque ipse, fretus vestro recto de omnibus rebus judicio, eodem modo illud ipsum accipere confidam; quandoquidem hæ voces vim hujus verbi,* Ingeniti *nullo modo exprimunt. Nam hæ tamquam temporum quidem productionem videntur in se complecti; divinitatem autem Unigeniti, & (ut ita dicam) antiquitatem, pro dignitate explanare nequeunt. Unde evenit, ut sancti viri cum hoc mysterium explicare singuli pro viribus enixe contendant, veniam petant ab auditoribus, & apud illos non sine causa se excusare conentur his fere verbis. Eatenus de his rebus instituimus, quatenus mentis nostræ vis consequi potest.*

(d) Hebr. 1.

Si qui sunt, qui expectent vocem ullam perfectiorem ore humano efferri, quam captus fert humanus; dicantque ea quæ fuerant ipsis ex parte cognita, jam obscurari; est sane perspicuum, quod illud, Erat semper, & ante sæcula, *longe abest ab eo quod illi expectant; quæ quidem, cujuscumque generis sint, non sunt idem cum Ingenito; ac propterea & dignitas, quæ est Ingeniti, propria ei servanda est; dicendumque nullam ipsi esse ejus essentiæ causam; & honor Filio ei debitus tribuendus, assignandaque illi generatio a Patre initio carens. Et cum hunc illi honorem, quantum in nobis est, tribuimus; has voces,* Erat semper, & ante sæcula, *pie & sancte, cum de eo loquimur, proferimus; non tamen ut quicquam de ejus divinitate detrahamus, sed ut exquisitam omnino imagini, & figuræ Patris attribuamus similitudinem, & Ingeniti vocabulum Patri, utpote ejus solum proprium, adscribendum propterea existimemus, quod Salvator ipse dicit* (e) *: Pater major me est.* Adduci consuevit a majoribus ejusmodi textus Evangelistæ in eamdem sententiam Alexandri, ut non de humana, sed de divina dictum intelligatur generatione, quatenus ipse Pater principium, fons, & origo quædam dicatur in Trinitate. Citant ea verba, & eodem sane modo intelligunt Hilarius (f), Nazianzenus (g), Basilius (h), Cyrillus (i), & Chrysostomus, dum eundem locum pluribus explicant, necnon S. Augustinus (k): communior tamen sensus, ac præsertim recentiorum est, ut de humana generatione sit

LXXXIII. Filius quomodo dictus minor Patre.

(e) Joan. 14.

(f) Hilar. l. 9. de Trinit. & l. de Synod.

(g) Naz. orat. 4. de Theolog.

(h) Basil. l. 1. in Eunom.

(i) Cyril. l. Thesaur. c. 3.

(k) Aug. l. de Trinit. 2. c. 7.

sit dictum. Sed pergit Alexander:

LXXXIV.

Ac præter istam piam de Patre, & Filio sententiam, unum præterea Spiritum sanctum, sicut nos docent sanctæ Scripturæ, confitemur, quod non modo sanctos homines veteris Testamenti, sed etiam divinos novi Testamenti doctores innovavit. Ecclesiam porro unam solam Catholicam, & Apostolicam agnoscimus: quæ sicut numquam expugnari potest, etiamsi totus mundus eam oppugnare instituat; sic omnem impiam hæreticorum incursionem evincit ac profligat; quandoquidem ejus Dominus nos efficit satis animosos, dum clamat (a), *Confidite, ego vici mundum. Quinetiam credimus ex mortuis resurrectionem, cujus primitiæ fuit Dominus noster Jesus Christus, qui corpus non specie adumbratum, sed verum ex Deipara Maria sumpsit; qui in fine sæculorum inter homines ad delenda peccata versatus est: qui crucifixus est, & mortuus sine ulla ipsius divinitatis imminutione; qui resurrexit a mortuis ascendit ad cœlos, & sedet ad dexteram majestatis Dei.*

(a) Joan. 16.

LXXXV. Fides Patrum.

Ista quidem aliqua ex parte epistola complexus sum; quandoquidem singula accurate litteris prosequi, absurdum ideo (ut dixi) sum arbitratus, quod eædem res vestras pias ac studiosas mentes minime fugiant. Ista docemus; ista prædicamus; ista sunt Apostolicæ Ecclesiæ dogmata, pro quibus mortem oppetere non dubitamus; neque quicquam moramur de illis qui nos ad hæc ejuranda compellere student; & licet nos tormentis cogere aggrediantur; non tamen spem, quæ animis nostris insita est, abjiciemus. Cui doctrinæ Arius, Achillas, & reliqui pariter veritatis hostes refragati, Ecclesia exturbati sunt; quippe cum sint a pia nostra doctrina prorsus aversi, justa illam beati Pauli sententiam (b) *: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit, licet Angelum de cœlo se esse simulet. Quinetiam si quis aliud doceat, ac non accedat sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & doctrinæ quæ secundum pietatem est; is inflatur nihil sciens, & quæ sequuntur. Istos vero a fratribus anathemati addictos nemo vestrum accipiat, neque eorum verba vel scripta audire sustineat; omnia enim non aliter atque præstigiatores ementiuntur, veritatem loqui nolunt: nam per urbes circumcursant, non alio quidem studio adducti, quam ut amicitiæ, & pacis nomine litteras per simulationem assentationemque dent, accipiantque, quo per illas in errorem mulierculas paucas peccatis onustas, quas dolo deceperint, facilius inducant.*

(b) Galat. 1.

LXXXVI. Vitandos admonet Arianos.

Quapropter istos qui tot scelera contra Christum edere ausi sunt; qui religionem Christianam partim maledictis palam concidere, partim in judiciis contumeliæ exponere; qui tempore pacis (quantum in illis est) persecutionem contra nos concitare; qui denique arcanum Christi generationis mysterium enervare impense laborarunt; istos, inquam, fratres carissimi, & fide nobiscum consentientes, aversati, una nobiscum contra insanam eorum temeritatem ferte suffragia, non aliter atque alii collegæ nostri, qui rem ægre ferunt, qui epistolas contra istos scriptas ad me miserunt, qui libello adversus eos edito subscripserunt. Quæ omnia per filium meum Apionem diaconum ad vos misi, atque primum epistolas collegarum qui sunt in Ægypto, & Thebaide, deinde eorum qui Libyam, Pentapolim, Syriam, Lyciam, Pamphiliam, Asiam, Cappadociam, & alias regiones hisce finitimas incolunt; quorum exemplum vos imitantes, persuasum habeo, ad nos itidem daturos litteras. Et cum multæ aliæ curationes ad eos sanandos, qui hoc errore vulnerati sunt, suppetebant; tum istud etiam remedium ad medicinam populo ab his decepto faciendam inventum est, si modo obtemperare voluerint, &, cum consensum collegarum nostrorum intelligant, eorum hortatu ad pœnitentiam serio se recipere. Salutate vos mutuo una cum fratribus qui vobiscum sunt. Opto vos, fratres carissimi, tum in Domino valere plurimum, tum fructum ex vestro pio in Christum animo percipere. Sunt autem hæretici anathemate damnati ex numero presbyterorum Arius, ex diaconorum autem Achillas, Euzoius, Æithales, Lucius, Sarmatas, Julius, Menas, Arius alter, & Helladius. Hucusque litteræ Alexandri circulares ad omnes Episcopos; in quibus cum tantum Arius nominetur presbyter, reliqui vero diaconi; error in eas irrepsisse videtur; nam in litteris Arii, & sociorum, non Arius tantum, sed & Achillas, Æithales, Carponas, & Sarmatas presbyteri recensentur; & in litteris Alexandri ad Silvestrum Romanum Pontificem, non unus, sed plures dicuntur fuisse Arii tunc sectatores presbyteri. Sed hactenus, quod ad epistolam encyclicam Alexandri.

LXXXVII. Alexandri litteræ ad diversos.

At post hæc alias quoque apparet ipsum adversus Arium dedisse litteras ad diversos Episcopos in Orientis Provinciis; nam eumdem scripsisse, ait Epiphanius (c), *ad Eusebium Cæsareæ, ad Macarium Hierosolymorum, Asclepium Gazæ, Marinum Jamniæ, Longinum in Ascalone, & ad alios, & in Phœnice ad Zenonem quemdam antiquum, & in Tyro, simulque in Cava Syria. Cum igitur missæ essent epistolæ reprehendentes eos qui ipsum Arium suscepissent; unusquisque rescripsit beato Alexandro; seque purgavit. Et alii quidem per ironiam scripserunt, alii in veritate, partim dicentes se illum non*

(c) Epiph. hæres. 69.

excepisse, partim per ignorantiam suscepisse; alii vero respondent, se per susceptionem studuisse, ut ipsum lucrifacerent; & varia fuerunt de his argumenta. Postea vero ubi cognovit Arius, quod epistolæ allatæ essent Episcopis undiquaque, & de cætero undique expelleretur, & non amplius quisquam eum susciperet, quam ipsius cooperatores: Eusebius enim Nicomediensis antiquus senex totus ipsius erat, qui cum Luciano in Nicomedia convixerat, sed & Leontius Apocopus in Antiochia nondum Episcopatum sibi commissum habens, & alii quidam: Hucusque Epiphanius; quæ autem subdit de litteris Arii ad Eusebium, hæc antea contigisse diximus.

LXXXVIII. In hunc igitur modum Orientali Ecclesia Arii hæresi ubique concussa, ac vehementer exagitata; cum omnes (ut nuper vidimus) diversarum Provinciarum Episcopi Orthodoxi, pro fide Catholica contuenda, propugnatori ejus primario Alexandro suppetias laturi surrexissent, ac pari consensu fidei Catholicæ libello æque subscripsissent, atque singulis suis epistolis prolixius scriptis fidem Catholicam testatam obsignatamque reddidissent; haud par est credere, Silvestrum Romanum Pontificem, litteris (ut diximus) Alexandri de cunctis rebus gestis certiorem redditum, quievisse: sed quod ejus muneris præcipue esset, obortas hæreses condemnare, & discordias inter fratres coepiscopos conciliare (dicente ad Petrum Domino: Tu aliquando conversus confirma fratres tuos) nequaquam id agere prætermisisse, sed egregiam in his componendis discordiis, & erroribus pullulantibus evellendis, navasse operam, æquum quidem est existimare, immo etiam omnimode affirmare, tum certo exemplo, tum etiam ex rebus postea gestis certo argumento deducto. Nam (quod latissime dictum est secundo Annalium tomo) cum inter Libyæ, & finitimarum regionum Episcopos atque Dionysium Alexandrinum Antistitem ob Catholicam fidem gravissimæ, & contentiosissimæ controversiæ versarentur, apud Dionysium Romanum Episcopum causa delata & cognita, illis eum accusantibus, ipso vero se defendente; idem Romanus Pontifex cum Judex, tum etiam conciliator, & sequester mutuæ concordiæ inter Patres accessit; adeo ut turbæ in immensum concitatæ jam fuerint penitus consopitæ: hoc itaque exemplo quid egerit ejusdem sedis summus Antistes Silvester, facile possumus intelligere; cum præsertim id sibi facilius esse sciret sub pio Principe Constantino, cujus auctoritate nuper Donatistæ in Occidentali Ecclesia tumultuantes compressi essent. Sed & legatio Osii per Silvestrum missa in Orientem, solicitum ejus studium ad comprimendam hæresim emergentem commendat. Misit enim tunc Osium Episcopum Cordubensem Silvester Papa legatum in Orientem, qui primum omnium Constantinum agentem in Bithynia conveniret; cujus quoque auxilio, acceptis ab eo litteris, cum illis in Ægyptum proficiscens, vel alio, ubi opus esset, excitatum per Arium incendium posset extinguere.

Silvestri Papæ studium pro componendis rebus Ecclesiast.

LXXXIX. Osii legatio a Silvestro Papa.

At unde tibi, inquies, tota hæc de missa a Silvestro ad Constantinum primo, inde in Ægyptum legatione catastrophe? Audi, quæso. A quonam dicendum legatum esse Osium Episcopum Cordubensem, clarissimum confessione, & eruditione virum, ad Constantinum Imp. in Orientem? Rursum vero, a quonam affirmandum, missum esse legatum eumdem Osium Alexandria ad Alexandrum, tantaque auctoritate, ut Synodum habuerit generalem (eo namque nomine eam dictam esse, suo loco demonstrabimus) nisi quod eo ipse profectus fuerit Apostolicæ sedis legatus? Nec est quod dici possit Osius a Constantino missus esse legatus in Ægytum ad sedandos concitatos ibi tumultus: nam in litteris ea de causa Constantino tunc scriptis nulla prorsus ipsius Osii nominis mentio aliqua habetur, neque de misso a se legato ad ipsos conciliandos; quod necessum fuerat expressisse, ut in omnibus legationibus contingere solet, nempe ut exprimantur in litteris nomina legatorum. Insuper quid est (nam ex rebus postea gestis, quæ antea facta sunt, possumus certius intueri) quid, inquam, est, quod in Nicæno Concilio Osius primo loco, & ante illos qui tunc ad ipsum Conventum legati Apostolici convenerunt, chirographum subscriptionis apposuit, nisi quod ipse eodem munere legationis Apostolicæ fungeretur, & longe ante ipsos eam functionem primitus accepisset? Tot igitur expressis notis legatio Osii a Silvestro Romano Pontifice satis redditur manifesta; licet qui hæc minus attenderint, nonnisi a Constantino Osium missum tradant; Eusebius vero Osii nomen silentio omnino condemnet, utpote fautor Arii, Catholicis infensus, & parum æquus. Hic igitur a Silvestro missus est primo ad Constantinum, ab ipso accepturus litteras in Ægyptum.

XC. De eodem enim Osio hæc Socrates habet: (*a*) *De his rebus cum certior factus esset Imperator (nempe de turbis inter Episcopos Arii occasione concitatis, mutuisque eorumdem legationibus missis, & concertationibus agitatis) incredibilem animo hausit dolorem; perturbationemque illam, suam ipsius calamitatem esse censuit. Extemplo illud discordiæ incendium, quo inter ipsos efferveſcebant, restinguere*

(*a*) *Socr. l. 1. c. 4.* Constant. studet Ecclesiæ paci.

re serio aggreditur; litteraque per virum spectatum & fidelem, Osium nomine, Episcopum Cordubæ, quæ est Civitas Hispaniæ (hunc enim Imperator singulari amore complexus est, & honore summo prosecutus) ad Alexandrum, & Arium mittit. Quarum litterarum partem aliquam (sunt namque integræ in libros Eusebii de Vita Constantini illigatæ) hoc loco citare, non incommodum existimavi. Ita Socrates: nos vero eas ex Eusebio hic reddemus; sed ab Ariano homine recitatæ, an in omnibus fideles existant, nullaque ex parte violatæ, dicere non auderem; cum aliqua præsertim in se habeant, quæ dignæ sint subjicienda censuræ. Sunt autem hujusmodi litteræ Constantini (*a*) ab ipso Eusebio perperam ea arte in medium adductæ, ut obortæ controversiæ atque dissidii culpa rejiceretur in Alexandrum:

(*a*) *Euseb. in Vita Const. l. 2. c. 63.*

XCI. Litteræ Constant. ad Alex. & Arium. *Victor Constantinus Max. Augustus Alexandro & Ario:* Expunxisse in iis Eusebium in Alexandro nomen Episcopi, quis dubitat? Est autem earumdem exordium:

Ipsum, ut par est, meorum institutorum adjutorem, & conservatorem omnium Deum testem adhibeo, istarum rerum, quas mihi re ipsa obeundas suscepi, duplicem causam extitisse: Primum enim, ut omnium gentium de numinis cultu opinionem ad unius habitudinis rituſque formam traducerem; deinde quod in animo habebam corpus totius mundi tamquam gravi aliquo morbo acerbe vexatum, ad sanitatem restituere. Quæ sane accurata ratione considerans, alterum eorum interiore mentis acie, id est, consilio efficiendum statuebam; alterum autem copiarum militarium subsidio & viribus, quoad poteram, præclare gerere conabar; persuasum habens, si omnes veros Dei cultores communi concordiæ vinculo (sicut mihi in optatis erat) devincire possem, universæ nostræ Reipublicæ eives se ad pia eorum instituta brevi conversuros. Proinde cum insania quædam intolerabilis propter temerariam levitatem quorumdam, religionem a populo observatam in varias sectas discindere molientium, universam Africam occuparet; hunc morbum cum ipse levare cuperem, nullum aliud remedium ei curando satis idoneum inveniebam, quam ut quosdam ex vestrum numero adjutores ad conciliationem hominum inter se dissidentium mitterem, quo invidia communis totius Orbis inimica, quæ sacris nostris conventibus adversatur, penitus restingueretur.

XCII. Constantini studium erga fidem. *Et quoniam veri luminis vis, & sacræ religionis disciplina, quæ Dei optimi maximi beneficio ex quibusdam Orientis quasi finibus egressa est, universum simul Orbem terrarum suo splendore collustravit; non sine causa vos eam religionem profitentes, quos tamquam quosdam gentium duces ad salutem fore existimo, non modo propenso animi studio, verum etiam exquisito oculorum obtutu investigare conabar. Nam simulac illustri contra hostes parta victoria vere triumphassem, illud potissimum conquirere instituebam, quod omnium facile præstantissimum judicarem. Sed, o præclarissimam, & vere divinam providentiam! quale & quam lethale vulnus auribus meis, immo vero ipsi animo, inflictum fuit, cum audivissem seditionem inter vos concitatam multo plus habere acerbitatis, quam eas res, quas ibidem ante gestas fuisse cognovimus! adeo ut jam vestræ Ecclesiæ membra, ex quibus sperabam aliis medicinam petendam fore, multo majore curatione egeant. Ac mihi de principio & causa istarum rerum accurate cogitanti, valde exilis & neutiquam tanta contentione digna visa est. Quapropter ad hanc epistolam scribendam necessitate adductus, non solum ad vestrum utriusque prudentiam scribo, sed etiam divinam providentiam in hac re adjutricem fore obtestor; neque etiam communem vestræ mutuæ dissensionis arbitrum, tamquam pacis moderatorem, non sine causa adhibeo. Quandoquidem Deo optimo maximo mihi opem ferente, quamvis major esset dissentiendi occasio; tamen spero, oratione ptis audientium mentibus adhibita, quemque ad id quod sit utilius, facile me posse traducere. Quapropter cum causa tam exigua sit, illa quidem quæ totius vestræ Reipublicæ commoda impedire videatur: quid est quamobrem non expeditiorem, & multo faciliorem dissidii correctionem spondeat?*

XCIII. In Alexandrum prima culpa rejicitur. *Inde igitur præsentis controversiæ fundamentum intelligo factum esse, quod tu Alexander a presbyteris de loco quodam in sacris litteris scripto quærebas; immo vero de inani quadam quæstionis particula scisciteberis, quid, quisque illorum sentiret: Tuque, Ari, istud quod neque initio animo complecti, at cum fuisses complexus, silentio præteriisse debebas, inconsiderate effutivisti. Unde discordia inter vos concitata, tum conventus qui in Ecclesia fieri solet, impeditus; tum populus sanctissimus, varie in utramque partem distractus, ex totius corporis Ecclesiæ compage divulsus est. Proinde uterque vestrum vicissim veniam alteri tribuens, illud approbet, ad quod non sine causa vester conservus vos cohortatur. At quid est istud, ut de rebus ejusmodi nec omnino rogetis, nec ad rogatum respondeatis? Tales enim quæstiones, quales nulla lex, canonve Ecclesiasticus necessario præscribit, sed inanis dissolui otii certatio proponit, licet ad acumen ingenii exercendum instituantur; tamen interiore mentis cogitatione continere debemus, & neque in publicos populi conventus temere efferre, neque*

neque vulgi auribus inconsulto concredere. Quotus enim quisque est, qui rerum tam gravium, tamque obscuritate involutarum vim, vel satis accurate pervidere, vel pro dignitate explicare valeat? Quod si quisquam sit, qui istud se facile efficere, & consequi posse confidat; quota, quæso, est illa multitudinis pars, quam possit efficere, ut idem ipsum intelligat? Aut quis tandem est, qui in curiosa quæstionum ejusmodi pervestigatione extra prolapsionis periculum possit consistere?

XCIV. Doctorum temeritas.

Quocirca in talibus rebus loquacitas coercenda est; ne vel cum nos, præ nostri ingenii imbecillitate, quod propositum est, explicare non possimus, vel auditores inter docendum, præ intelligentiæ tarditate, ad accuratam sermonis instituti comprehensionem pervenire non queant: ex re alterutra populus aut in blasphemiæ, aut in dissensionis necessitatem incurrat. Quare & interrogatio temeraria, & inconsulta responsio veniam utrique vestrum ab altero impetrare debet. Neque enim de summo in sacris litteris præcepto vobis ansa ad digladiandum oblata est, neque novus ullus de religione divina introductus error; sed unam eamdemque tenetis de fide sententiam, ita ut facile possitis ad ipsum communionis consensum venire; nam non est consentaneum, ut propter vestram imprudentem de adeo parvis exiguisque rebus mutuo concertationem, tanta populi multitudo ad dissensionem rapiatur; immo vero non modo non est consentaneum, sed omnino nefas esse existimatur.

XCV. Purgatur Alexander a calumnia.

Antequam autem quæ reliqua sunt Constantini epistolæ prosequamur; hic accurate lector attendat, alterum de duobus evenisse, vel quod Eusebius Arianus homo parum fideliter eamdem epistolam Constantini descripserit, attexueritque Vitæ ipsius, quam in gratiam Constantii Augusti pariter Ariani conscripsit, ac proinde ea minus digna tanto Pontifice ab eo jactata confixerit; aut si re vera sic se habebat germanum exemplar (quod non credimus) ejusdem epistolæ Constantini, illud necessario affirmandum est, argumentum ejus scribendæ epistolæ suppeditatum esse tunc, cum Nicomediæ ageret ab Eusebio ejusdem civitatis Episcopo, omnium Arianorum facile principe, a quo complura fuerunt coagmentata mendacia; ut cum in primis potior culpa rejicitur in Alexandrum, quod importune nimis de re difficillima scisciatus sit presbyteros Alexandriæ, ex quo totius discordiæ fomes emerserit. At nonne antequam Synodus cogeretur Alexandriæ, ubi primo quid sentiret ab Alexandro Arius interrogatus est, ipse Arius plures seduxerat, & hæresin propalaverat (quæ omnia Epiphanius (*a*) exacte conscripsit) ut nullus amplius dissimulationi locus esset? An non quamplurima Arii impia facta præcesserant, quæ sunt superius recensita; ut necessario ejus causa fuerit cogenda Synodus, & hæresis furtim serpens cum auctoribus condemnanda? Rursum vero, a quonam induci potuit Constantinus, ut ea tanti momenti controversia levissima putaretur, cum in ea potissimum versaretur summa fidei Christianæ, nempe divinitas Filii Dei; & ut inanis parvifacienda esset, ac pariter contemnenda? Et quonam pacto, quæso, dici potuit, Alexandrum, & Arium unam eamdemque tenere de fide sententiam, ita ut & conciliari discordiæ facile possent; cum alter ipsorum Filium Dei Patri esse coæternum, alter vero diceret fuisse tempus quando non erat? Hæc igitur nonnisi ex Arianorum officina oportuit prodiisse, nempe, ut vel (quod dictum est) ab Eusebio Cæsarienſi epistolæ superaddita, sive mutata, aut a nequiore illo ac veternoso serpente Eusebio Nicomediensi Constantino fuerint persuasa.

(*a*) *Epiph. hæres.69.*

XCVI. Ad Concordiam exhortatio.

At quæ sunt reliqua ejus epistolæ percurramus: *Verum* (inquit) *ut rem breviter exemplo quodam animis vestris mecum recognoscatis, dicam. Non vos præterit, opinor, philosophos ipsos unius quidem disciplinæ professione omnes inter se consentire; sæpe tamen in aliqua parte opinionum, quas asseverationе affirmant, discrepare solere; qui licet disciplinæ causa, quam quisque illorum tuetur, dissentiant; tamen ob professionem, qua conspirare videntur, denuo inter ipsos in gratiam redeunt. Quod si ita se res habet; quid est, cur non sit multo convenientius, ut qui famuli præpotentis Dei constituti sumus propter ipsum religionis institutum, quod profitemur consentientibus animis inter nos ipsos concordemus? Cæterum accuratiore cogitatione consideremus, & mente attentiore hoc quod a me dicetur jam circumspiciamus, num recte se habeat, ut per levem & inanem verborum contentionem fratres fratribus reluctentur, & eximia concordia, impia simultate per nos, qui de rebus tam exiguis minimeque necessariis inter nos confligimus, misere discerpatur? Popularia quidem sunt ista, & puerili inscitiæ magis, quam sacerdotum, & prudentium hominum sapientiæ congruentia. Nostra igitur sponte diabolicas tentationes evitemus.*

XCVII. Quæstiones curiosæ vitandæ.

Et quoniam Deus optimus maximus conservator omnium, communem suæ gratiæ lucem omnibus porrexit; idcirco mihi ejus famulo, quæso, per vos liceat, ut illius providentiæ subsidio adjutus, meum conatum ad eam lucem propagandam susceptum, feliciter ad exitum perducam, atque etiam, ut ipsum populum tum verbis compellendo, tum ministerium diligenter erga eum præstando, tum acriter admonendo, ad mutuam

tuam concordiam traducam. Et cum (ut dixi) una sit vobis fides, unaque de nostra religione sententia, unum denique legis ac disciplinæ institutum (quod quidem cum suis partibus universum Ecclesiæ corpus consentiente animorum concordia, & proposito devincit) istud quod inter vos non mediocrem contentionem excitavit, quoniam nullam rem gravem in nostræ religionis quasi ambitu comprehensam attingit, non est cur distinctionem aliquam animorum aut discordiam in vobis pariat. Atque hæc dico, non ut cogam vos in hac levicula, & stulta quæstione (qualiscumque tandem illa fuerit) penitus eamdem sententiam sequi. At tametsi vos inter vos vicissim de re quapiam minimi momenti dissentitis (siquidem neque omnes de omnibus rebus idem sentimus, neque una eademque in nobis indoles aut mens versatur) tamen fieri poterit, ut eximia concordia sincere integreque servetur, & una inter omnes animorum conspiratio custodiatur: verum de divina providentia una vobis sit omnino fides, unus animorum consensus, una de Deo sententia. Atque leviſſimis istis quæstionibus inter vos argute, & subtiliter exquisitis, licet non in eamdem sententiam tamquam pedibus eatis; ea tamen intra cogitationis, vestræ quasi fines continere debetis, intimo mentis domicilio recondita. Communis autem amicitiæ bonum, vera fides, reverentia erga Deum, & legis observationem stabilis firmaque apud vos maneat. Redite in gratiam, & mutuam inter vos necessitudinem colite, universoque populo suos mutuos complexus reddite, ipsique vestris ipsorum animis contentionis labe purgatis, iterum amice, & benevole vos alterutrum excipite; nam sæpenumero post inimicitias depositas amicitia iterum conciliata plus solet habere jucunditatis.

XCVIII.

Date igitur mihi dies tranquillos, & noctes curæ ac molestiarum expertes, ut voluptas, quæ tum ex sincera concordiæ luce, tum ex vita quieta capi solet, mihi integra in posterum conservetur. Quod quidem si minus contingat, necesse est ingemiscere, lacrymis & mœrore omnino confici; nec fieri potest, ut vitæ cursum de reliquo tranquille, & sedate transigam. Nam quamdiu Dei populus (cum dico, qui communi mecum erga Deum obsequio fungitur) tam iniqua perniciosaque contentione ab se mutuo dissidet; quomodo fieri potest, ut ipse animo tranquillo consistam? Atque ut incredibilem hujus doloris morsum intelligatis, sic accipite. Non ita pridem ad Nicomediensium civitatem adventans, extemplo iter versus Orientem mature facere constituebam. Ac me quidem ad vos citato gradu properantem, cum majorem itineris partem confecissem, ut prope jam vobiscum esse viderer, litterarum istarum nuncius in contrariam cogitationem compulit; ne oculis ea videre cogerer, quæ ne auribus quidem tolerare me posse, plane existimabam. Deinceps igitur vestra concordia patefacite mihi ad Orientem aditum, quem vos vestris dissidiis ultro citroque ferventibus intercluſistis; & efficite brevi, ut cum vos pariter, tum reliquum universum populum lætitia gestientem cernam; & omnes una pro communi omnium concordia, & libertate, consentientibus laudis præconiis, debitas gratias Deo optimo maximo agamus: Hactenus epistola Constantini hoc eodem anno scripta, quo datæ sunt litteræ ad universas gentes: nam in utrisque eumdem habet (ut dictum est) de institutа in Orientem profectione sermonem. Addit autem ad hæc Eusebius (*a*): *Ad hunc modum igitur Deo carus Imperator, iis quæ ad pacem Ecclesiæ facere videbantur, per epistolam missam diligenter prospexit; ille vero bonus, & spectatus nuncius, non solum litteris fideliter perferendis, sed etiam Imperatoris mittentis voluntati pro virili sua parte inservivit. Et quamquam omnino pius vir fuit, sicut supra diximus; tamen hoc majus quiddam erat, quam quod per litteras administrari posset; quippe magis magisque dissentientium lis accrevit, & universas Orientis provincias mali illius impetus invaserat. Invidia igitur, & perditus dæmon, qui semper Ecclesiæ commoda ægre & iniquo animo fert, ista admisit:* Hucusque de his Eusebius; quæ vero post hæc acta sint per Osium legatum, & Alexandrum, dicemus anno sequenti.

(*a*) *Euseb. in Vita Constantini l. 2. c. 60 ult.*

Quando de turbis Episcop. accepit nuncium Constantinus.

XCIX. Supplicium Christianorum convertitur in Parricidas.

Iisdem Consulibus hoc anno Constantinus Imperator statutam olim legem adversus parricidas, quam excrescens crudelitas in veræ pietatis cultores converterat, nempe horrendum supplicium cullei, in eosdem, quorum causa statuta fuerat, nova edita sanctione convertens, in pristinum velut alveum revocavit, sic rescribens ad Verinum Africæ Vicarium (*b*): *Si quis in parentis, aut filii aut omnino affectionis ejus, quæ nuncupatione parricidii continetur, fata properaverit, sive clam, sive palam id fuerit enisus: neque gladio, neque ignibus, neque ulla alia solemni pœna subjugetur; sed insutus culleo, & inter ejus ferales angustias comprehensus, serpentum contubernio misceatur; & ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel amnem projiciatur; ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, ut ei cœlum superstiti, terra mortuo auferatur. Dat. XI. Kal. Decembris, Licinio quintum & Crispo Cæs. Coss.* Porro de ejusmodi supplicio atrocissimo consule quæ a nobis notata sunt in Romanum Martyrologium (*c*).

(*b*) *l. 1. de parricid. Cod. Theod.*

(*c*) *Die 30. April. c.*

Nec quis miretur, Imperatorem, qui Christianam mansuetudinem una cum fide

suscē-

Severitas necessaria tempore pacis.

fusceperat, tantæ severitatis leges propemodum consopitas, in ejusmodi facinorosos homines denuo excitasse; siquidem tot annorum persecutione, cum in eos quos impios diceret (erant sic ab illis nominati Christiani, quod non colerent deos) legum sævitia tantummodo vigilaret, atque in eosdem solum acerbissima quæque essent conversa tormenta: Gentilium vitiositas impunis grassabatur soluta legum habenis, quam severioribus oportuit disciplinæ vinculis cohiberi. Pace igitur reddita, compressis ubique tyrannis, adversus scelestos turpesque homines, eorumque inolitos pravos ac detestabiles mores bellum erat Constantino ubique gerendum. Tunc quidem in Oriente, ut Romæ antea accidisse videtur, quod S. Hieronymus (*a*) testatur, ab eodem Constantino penitus sublatos esse greges illos puerorum, ad nefandam turpitudinem exercendam publice comparatos; idque non Romæ vel in aliis augustioribus civitatibus tantum, sed ubique gentium, totoque orbe Romano fuit ejus legibus emendatum; quod & sæpe alias attigisse meminimus. De ejusmodi quoque lege Constantini Imperatoris visus est Sozomenus meminisse, cum ait (*b*): *Quamquam in omnibus rebus, quas moliebatur, divinum cultum impense curabat; in legibus autem colendis, vel maxime. Qua causa inductus, intemperantes, & libidinosos concubitus antea minime vetitos coercuit; quemadmodum ex legibus de illis latis, si cui sit curæ istud cognoscere, facile potest intelligi*: Hæc Sozomenus.

(*a*) *Hieron. in Isai. c. 2.*

(*b*) *Sozom. l. 1. c. 8. in fine.*

At sicut ejusmodi pax Imperio Romano restituta bellum fuit coalescentium &

ubique regnantium vitiorum, ita extitit omni ex parte morum optimorum conciliatrix, & altrix: etenim non tantum civitates excultæ Christianis legibus ab omni turpitudine emundatæ, redditæ sunt pulchriores; sed & deserta loca repleta sanctorum coloniis sunt mirifice illustrata, cum & divina illa per Isaiam prænunciata oracula atque miracula cernerentur impleta (*c*): *Lætabitur deserta, & invia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium*. Quæ enim paucorum antea Deum colentium virorum frequentabantur accessu; reddita jam Ecclesiæ plena pace, sub duce Antonio Magno, referta sunt agminibus monachorum. Tunc etiam qui postea fama celeberrimus in Thebaide claruit Pachomius Abbas, cum militaret tyro in castris Licinii Imperatoris, annos viginti natus, devicto a Constantino Licinio, dimissis ab eo Thebæis tyronibus, ipse mox Christianæ militiæ nomen dedit, & sub Abbate insignis nominis Palemone profiteri cœpit vitam anachoreticam; cujus Acta clarissima fusius scripta extant (*d*). Incolebat tunc quoque temporis eamdem solitudinem Paphnutius, qui effossis pro Christo oculis sub Maximiano persecutore, gloria confessionis illustris, fama omnium celebris erat; sed & Ammon, qui a pueritia ad senectutem usque magna vitæ sanctitudine vixerat; aliique complures, quorum cum in rebus gestis Antonii, tum etiam Pachomii, & aliorum, præclara mentio est. At de his alias pluribus dicturi sumus; nunc autem ad sequentis anni res gestas orationem novarum rerum cupidam convertamus.

Deserta loca sanctorum coloniis illustrata.

(*c*) *Isai. 35.*

(*d*) *apud Metaph. die 14. Maii.*

Mutata

Mutata vel adjecta a BARONIO hoc Tomo his signis ⇘ ⇙ notantur: rejecta hic vides.

ANno *Chr.* 262. §. Sed quid his primis, *ubi nunc legitur*, Eusebius honorem militarem, *usque ad ea verba*, sed cœptam historiam, *legebatur*, Eusebius utitur hac voce, κλῆμα, non, ut interpres putavit, quod ejus nominis in militia ordo erat: sed potius quod cum κλῆμα idem sit quod scala, seu gradatio; ille sit sensus Eusebii, quod Marinus eo tunc fuerit gradu seu ordine in militia collocatus, ut ad Centurionatum illi pateret ascensus.

Anno Chr. 269. §. Conspirasse simul, *ubi nunc legitur*, Cæsaris qui pater fuit, *usque ad verbum*, nunciata, *legebatur*, Augusti, filii Constantini, volumen scribens, quo profitetur ex ejus stemmate ipsum Constantinumque progenitum.

Anno eodem §. *Ubi nunc legitur*, ex eis Claudium, *legebatur*, duos priores.

Anno Chr. 278. §. Sed ad Aurelianum, *ubi nunc legitur*, mense Januarii, cum dicat Vopiscus milites retulisse in Senatum de Imperatore eligendo, Senatum ea de re primo convenisse tertio nonas Februarii. Sicque colligas non sex aut septem menses tantum, ut ipse & Victor asserunt, sed octo menses integros, *legebatur*, septimo Kalendas Aprilis.

Anno Chr. 283. §. At quoniam, *ubi nunc legitur*, Orosius, *usque ad ea verba*, Cassiodorus id, *legebatur*, Quo item anno eum occisum fuisse affirmat Orosius, dum ait, anno ab urbe condita millesimo trecentesimo septimo Carum imperare cœpisse; porro 15. Urbis annus est idem Christi ducentesimus octogesimus quintus.

Anno Chr. 302. §. Quod vero spectat: *ubi nunc legitur* in Marcellino, *legebatur*, in Marcello.

Anno Chr. 304. §. Eorum vero qui, *ubi nunc legitur*, Amaseæ in Ponto, *legebatur*, Apameæ.

Anno Chr. 306. §. Postquam autem, *ubi nunc legitur*, octavo Kalendas Octobris, *legebatur*, septimo Kalendas Octobris.

Anno Chr. 309. §. Quibus Consulibus, *ubi nunc legitur*, annos quatuor, *legebatur*, annos quinque.

Eodem anno §. Quamobrem haud mirum, *ubi nunc legitur*, sed & illa itidem, *usque ad ea verba*, apparet esse, *legebatur*, illa omnino libera permanente ut appareat hanc esse.

Eodem anno §. At præter hæc, *ubi nunc legitur*, quamvis celebratur a multis *usque ad ea verba*, at de Virginibus; *legebatur:* Ob id nec vulgo plane neque trivio quidem dignus, hacque ex parte nec nominandus, temere & impie pariter poeticis figmentis attexere non est veritus, e rebus quoque sacris procaciter sibi comparans argumentum.

Anno Chr. 311. §. Hoc eodem anno vigesimasexta, *ubi nunc legitur*, dies viginiunus, *legebatur*, dies sexdecim.

Anno Chr. 312. §. Quod igitur ad Constantini, *ubi nunc legitur*, MAGNARIORUM, *legebatur*, MAGNALIORUM.

Ibidem ubi nunc legitur, SOLAIARIORUM, *legebatur*, SALAIARIORUM.

Anno Chr. 313. §. His omnibus, *ubi nunc legitur*, ἱερὰρχι, *legebatur*, ἱερὰρκῶ. *Ibid. ubi nunc legitur*: nam facile mutatione, *usque ad ea verba*, sic fuerit titulus, *legebatur*, quod perfacile potuit evenisse.

INDEX
IN TOMUM TERTIUM
ANNALIUM ECCLESIASTICORUM
BARONII

Nota numeralis communis Annum Christi: *Romana vero* Numerum Marginalem *significat*.

A

Aaron martyr cum Julio in Britannia sub Diocletiano, 303. CXLIV.
Abibus Diaconus martyr Edessæ sub Licinio, 316. XLVIII. Mira ejus constantia, 316. L. Juxta Samonem & Guriam martyres sepelitur, 316. LII.
Ablavius Præfectus Prætorio Constantini Imperatoris rescripto monetur quantum sententiis Episcoporum sit deferendum, 314. XXXVIII. Ex litteris Constantini ad eum scriptis christianus fuisse probatur, 314. XLVI Ad eum scribit Constantinus tempore Concilii Arelatensis de tribuendis Tractoriis Episcopis ad Concilium vocatis, 314. XLV.
Abstinentia quæ probetur, 314 LXXXIX.
Abundantius diaconus martyr Romæ sub Diocletiano cum Abundio, 303. CXIII.
Abundius presbyter martyr Romæ sub Diocletiano cum Abundantio, *ibid.*
Abundius martyr Romæ sub Valeriano Imp. cum Irenæo, 261. X.
Acacius Centurio martyr Byzantii, 311. XIX.
Acacius presbyter Sebaste martyrio coronatur, 311. XX.
Acclamationibus populi in theatro, nihil injustum decerni debere, Diocletianus rescripsit, 301. XX.
Acclamationibus populi in Circo factis decreta est ex Senatusconsulto persecutio in Christianos tempore Diocletiani, 301. XVIII.
Accusatores falsi cur adeo graviter puniti in Concilio Arelatensi, 314. LXIV.
Achillas Alexandrinus presbyter creatur, 285. XV. Fuit præfectus Alexandriæ celeberrimæ scholæ Christianæ, *ibid.*
Achillas Episcopus Alexandrinus succedit Petro: ejus institutio: ejusdem facilitas in suscipiendo Ario reprehenditur, 310. XV. Sedis ejus tempus, *ibid.*
Achillas quid ad Alexandrum cum Ario scripsit, 318. LVIII.
Achilleas tyrannus in Ægypto, 242. I.
Acindinus martyr in Pamphilia cum sociis sub Diocletiano, 305. XVII.
Acta Abibi martyris, 316. XLVIII.
Acta Agapes & Chioniæ & Sociarum mart. Thessalonicæ sub Diocletiano Imp. 204. XLI.
Acta Alutinensium martyrum in Africa sub Diocletiano, 303. XXXIX. *& seqq.*
Acta Alutinensium martyrum depravata a Donatistis, 303. LVIII.
Acta Anysiæ martyris Thessalonicensis sub Diocletiano, 303. LXXXIV.
Acta Arelatensia corrupta a Donatistis, 314. LII.
Acta Arelatensis synodi reperta, 313. XXXIV.
Acta Claudii & Sociorum sub Diocletiano, 303. LXXX.
Acta Concilii Cirtensis in Numidia sub Diocletiano, 303. XX.
Acta Concilii in crypta Sinvessana contra Marcellinum Papam cujus fidei sint, 303. LXXXVIII.
Acta Cypriani passionis quæ germana vel spuria sint, 260. XXXV.
Acta Euplii martyris Cataneæ in Sicilia sub Diocletiano, 303. CXLVI.
Acta Flaviani & sociorum martyrum Carthagine sub Valeriano, 265. XVI.
Acta Fructuosi Episcopi Tarraconensis sub Valeriano cum sociis, 262. LXII.
Acta Hippolyti & sociorum martyrum Romæ sub Valeriano, 250. VIII.
Acta Jacobi & Mariani Martyrum in Numidia sub Valeriano, 242. XL. *& seq.*
Acta Lucii, Montani, & sociorum martyrum Carthagine sub Valeriano, 262. V. *& seqq.*
Acta Marcelli Centurionis Martyris Tingi in Mauritania sub Diocletiano, 298. I.
Acta Martyrum consignari solita Christi regno, 261. XXXVI.
Acta Martyrum corrupta interdum, 290. XXXIV.
Acta martyrum publica inviolabilia, 290. XXXIII.
Acta martyrum quæ in Romana Ecclesia non legebantur, 290. XXXV.
Acta martyrum quæ taxantur censura Gelasii, 290. XXXV.
Acta martyrum quæ sint fideliora, 290. XXXIII.
Acta martyrum recensere perutile, 262. XXXV.
Acta martyrum suspectæ fidei sunt, quæ verborum lenocinio exornantur, 290. XXXIII.
Acta martyrum non æquali cum Evangelio honore leguntur, 302. CIII.
Acta Nicomediensium mart. sub Diocletiano, 293. I.
Acta Præsidialia quæ, 298. VI. *& seqq.*
Acta probrosa Pilati nomine conficta, 311. XLVII.
Acta Proconsularia quæ, 285. III.

Acta Proconsularia de Traditoribus sacrorum librorum, 303. VII.
Acta publica in causa Felicis Episcopi Aptungitani tempore persecutionis, 314. XX. XXIII.
Acta Romani Concilii sub Melchiade asservata, 313. XXVII. Summatim ea recitat S. Augustinus, *ibid.*
Acta Sabini Episc. Spoletini sub Diocletiano, 301. XVIII. *& seq.*
Acta Silvestri extrinsecus additamentum acceperunt, 315. XIV. Falso inscripta Eusebii nomine, *ibid.* Incerto auctore olim edita, *ibid.* Haud sunt contemnenda, 315. X. Non tamen omnino recipienda, 315. XV. Quæ falsitatis arguantur, *ibid.* Eorum fides haud infirma, 315. XVII.
Acta Stephani Papæ sub Valeriano, 259. XX.
Acta sub Munatio Felice, repetita sub Zenophilo Consulari reperta, 313. XXXIV.
Acta sub Zenophilo quando contigerunt, 306. XXXVIII.
Acta Symphoriani mart. Augustoduni sub Aurel. 273. VI.
Acta Tharaci, Probi, & Andronici martyrum Tarsi sub Diocletiano, 290. II.
Acta Sanctorum quomodo solita legi in Ecclesia, 302. CIII.
Actis publicis quid addere vel demere, crimen est majestatis, 290. XXXIII.
Acuas discipulus Manetis, unde Acuanitæ, 277. XLII.
Acuanitæ iidem Manichæi, 277. XLII.
Acutius Mart. Puteolis cum sociis sub Galerio, 305. II.
Acyselus cum Victoria mart. Cordubæ sub Dioclet. 303. CXLII.
Adauctus cum Felice mart. Romæ sub Dioclet. 302. CXIV.
Adaucus martyr insignis, 309. XXII.
Adonis Viennensis error de tempore Concilii Arelatensis, 314. XLIX.
Adventor martyr cum sociis Taurini sub Maximiano, 297. XVI.
Adversarius persequitur Catholicos, non schismaticos vel hæreticos, 255. LIII.
Adulti etiam statim post Baptismum Eucharistiam percipiebant, 255. LX.
Aedificia Aureliani Imp. 275. XII.
Aegyalcus judex inter Manetem & Archelaum Episc. 277. XIII.
Aegyptii Christiani martyres passi in Palæstina, 307. XXIV. Cur illuc amandati, 308. I.
Aegyptii Confessores dira passi, 307. XVI.
Aegyptii martyres sub Valeriano, 260. XXVIII. *Vide*, Martyres.
Aegyptii martyres quinque damnati in Cilicia ad metalla, quando & ubi passi, 308. IV. Mutant nomina, *ibid.*
Aegyptii martyres passi Tyri sub Dioclet. 302. LXXI.
Aegyptiorum Confessorum fuga in montes Arabiæ, 307. XXXIII.
Aegyptiorum vitia in Christianos rejicit Vopiscus, 283. II.
Aegyptius magus impellit Valerianum in Christianos, 259. VI.
Aelianus tyrannus cum Amando in Galliis, 297. I.
Aelianus acclamatus Imperator in Gallia, 267. I.
Aelianus Proconsul in Africa jussu Constantini cognoscit causam Felicis Episcopi Aptungitani, 314. XX.
Aelius Lampridius quando vixit, 304. XII.
Aelius Spartianus quando vixit, 304. XII.
Aemilianus mart. in Numidia cum sociis sub Valeriano, 262. XLVI. Visio ostensa Aemiliano, 262. XLVI.
Aemilianus Præfectus Augustalis in Ægypto quid in Christianos, 270. XIX. *& seqq.* Dat pœnas scelerum, 260. XXX.
Aemilianus imperat in Aegypto, 262. LXXV. Concitat bellum civile Alexandriæ, 263. VI. Captus & occisus, 263. VII.
Aemilianus acclamatus Imp. a militibus, & occisus, 257. VI.
Aemilianus Præses Hispaniarum, 260. XXI.
Aesculapius Episcopus pseudomartyr Marcionita, 308. I.
Aetius Episcopus Lyddæ fautor Arii, 318. L.
Afra mart. Augusta Vindelic. cum aliis sub Diocletiano, 303. CXXV.
Africa pene tota à Schismaticis in suas partes adducta, 308. XXVIII.
Africa læta munere Constantini accepto Maxentii capite, 312. LV.
Africana Ecclesia sub Valer. & Gallieno exagitata, 262. IV
Africana Ecclesia infestata a Manichæis, 287. I.
Africana Ecclesia quando cœpit rebaptizare baptizatos ab hæreticis, 258. XVII.
Africana Ecclesia schismate divisa tempore Dioclet. 302. CXXVII.
Africana Ecclesia relevatur eleemosynis a Constantino, 312. LXXXVIII.
Africana Ecclesia communionis Cæciliani cognoscitur a Constantino Catholica, 312. LXXXIX.
Africani Episcopi damnati ad metalla, 260. XXXVIII.
Africani Episcopi qui erraverunt cum Cypriano, postea facti sunt martyres, 262. XXXIII.
Africani Episcopi conveniunt ad ordinationem Episcopi Carthaginensis, 306. XXXI.
Africani clerici immunitate donati à Constantino, 312 LXXXIX.
Africani Episcopi schismatici Traditores quid in Cæcilianum, 306. XXIX.
Africani Episcopi vocati ad Concilium, & data illis Tractoria, 314. XLV.
Africani a Maxentio dire vexati, 306. XXVII.
Africanorum Catholicorum modestia in perferendo mala a Donatistis, 316. LXI.
Africani martyres. *Vide infra*, Martyres.
Africani milites sub duce Gereone martyres in Gallia, 257. XXVI.
Africani mercatores emunt Tarsi corpora martyrum, deferuntque ea Hipponem Regium, 305. XIV.
Africanum Concilium quadragintaduorum Episcoporum, 255. III. *& seqq.*
Africanum Concilium tempore Valeriani, 275. XII.
Africanum Concilium in causa Basilidis & Martialis, 258. V.
Africanum Concilium de non recipiendis quæ essent hæreticorum, 258. VII.
Africanum Concilium primum de rebaptizandis baptizatis ab hæreticis, 258. XXIII. *& seq.*
Africanum Concilium secundum in eadem causa, Episcoporum septuaginta unius, 258. XXVII.
Africanum Concilium tertium in eadem causa, Episcoporum octoginta septem, 258. XXXVI.
Africanum Concilium schismaticorum ducentorum septuaginta Episcoporum, 308. XXVIII.
Africanum schisma a Privato hæretico, & Fortunato pseudoepiscopo Carthaginen. *Vide infra*, Privatus, & Fortunatus,
Africanum ingens schisma Donatistarum quando cœptum, 302. CXXVII.
Agapetus Episcopus Synadorum martyr, 311. XIX.
Agapis, Chionia, & Irene cum sociis martyres Thessalonicæ sub Diocletiano, 304. XLI. *& seq.*
Agapitus martyr Præneste sub Aureliano, 277. V.
Agapius catechista Nicomediæ, 293. I.
Agapius cum Secundino martyr in Africa sub Valeriano, 262. XXXVIII.

Agapio visio divinitus ostensa, 262. XLIX.
Agapius martyr in Palæstina sub Diocletiano, 305. IX.
Agapius cum Bassa martyr Edessæ sub Galerio, 304. LXXV.
Agapius Episcopus martyr Palæstinæ post Theotecnum, 308. XVI.
Agapitus diaconus martyr Romæ sub Valeriano, 261. IV.
Agathias erroris arguitur de successione Regum Persarum, 309. VII.
Agathonicus martyr Nicomediæ *cum sociis*, 311. XVII.
Agathonis confessio Thessalonicæ sub Dioclet. 304. XLI. *& seq.*
Agathopos diaconus Thessalonicæ mart. sub Diocletiano, 304. L.
Agaunenses *martyres* sub Maximiano, 297. XV.
Agesilaus Judex tempore persecutionis, 314. XXIV.
Aggæus mart. Bononiæ sub Diocletiano, 303. CXXI.
Agitationes cur Christianis interdictæ, 314. LX.
Aglais matrona Tarsum legat Bonifacium pro reliquiis martyrum, quem recipit martyrem, 305. XL.
Agnes martyr Romæ sub Diocletiano, 305. XXX.
Agrestius Chromatius Præfectus urbis sit Christianus, 284. XV.
Agricola cum Vitale martyr Bononiæ sub Dioclet. 303. CXXII.
Agricola & alii mart. Ravennæ sub Dioclet. 303. CXXII.
Agricolaus Præses in Mauritania persequitur Christianos, 298. V. *& seq.*
Agricolaus Præses in Armenia Christianorum persecutor sub Licinio, 311. XX. 316. XLV.
Agrippina mart. Romæ sub Valeriano, 263. LVII.
Agrippinus Episcopus Carthaginensis auctor rebaptizationis in Africa, 258. XX.
Albanus mart. in Britannia sub Diocletiano, 303. CXLIV.
Albinus Episcopus Andegavensis Eulogias signare compellitur, 303. LIII. Quid postea evenerit, *ibid.*
Alexander martyr cum Prisco & Malcho Cæsareæ Palæstinæ sub Valeriano, 260. XXXI.
Alexander martyr in Syria sub Numeriano, 284. X.
Alexander & Cuthia martyres Romæ sub Dioclet. 295. I.
Alexander legionis Thebanæ miles martyr cum Secundo sub Maximiano, 297. XVI.
Alexandri duo martyres in Palæstina sub Dioclet. 303. LXXXVI.
Alexander martyr Thessalonicæ, 304. L.
Alexander cum sociis martyr in Pamphilia sub Dioclet. 305. XVII.
Alexander Episcopus Alexandrinus in locum Achillæ subrogatus, 310. XVII. 311. LXI. Quid ratiocinetur de Athanasio, 311. LXII. Arium hæreseos convictum damnat, 315. XIX. Objurgat sæpe Arium, 315. XXV. Oborta jam hæresi Ariana quos labores pro fide tuenda subierit, 318. LVIII. De Ario ad Silvestrum Romanum Pontificem dedit litteras & ad alios omnes numero septuaginta, 318. LVIII. *& seq.* Ex quibus duæ tantum a temporis injuria vindicatæ, una a Socrate, 318. LX. Altera a Theodoreto, 318. LXIX. Ejus de Ario & Ariana hæresi alia admonitio, 328. LXX. Ejus rectæ fidei confessio, 218. LXXXII. In culpam vocatur de dissensione oborta in Ecclesia, 318. XCIII. Excusatur atque defenditur, 318. XCV.
Alexander ex Præfecto Prætorio in Africa invadit Imperium, 306. XXVII.
Alexander Præses Nicomediæ Christianos persequitur, 309. XXXVI.
Alexander Episcopus Byzantii post Metrophanem, 317. XVII. Ejus sedis anni, *ibid.*
Alexander martyr in Pannonia sub Maximino, 308. XXVII.
Alexander martyr liberat Antoninam a lupanari, 309. XXXIV.
Alexandriæ Ecclesiæ quæ erant, 315. XXVIII.
Alexandrinæ feminæ eruditæ, 307. XXXII.
Alexandrinæ virginis vaticinium de Petro Episcopo martyre, 310. IX.
Alexandrina Ecclesia qualis, 285. XVI. *& seq.*
Alexandrina Ecclesia scinditur diro schismate, 305. XIX.
Alexandrina Ecclesia motibus Arii agitatur, 318. XLII. Appellatur summum Ecclesiæ Orientalis caput, 318. XLIV.
Alexandrini Episcopi sibi invicem succedentes, 266. X. 285. XIV. 299. IV. 300. II.
Alexandrini peste consumpti, 263. XIII. *& seq.* Fame quoque & bello vexati, 263. VIII.
Alexandrini liberati ab obsidione & fame ab Anatolio homine Christiano, 263. IX.
Alexandrini obsessi ab exercitu Romano, 293. IX.
Alexandriai Episcopi venerantur cathedram sancti Marci, 310. XI.
Alexandrini sui Pastoris amantissimi quid pro Petro egere, 310. VII.
Alexandrinorum Episcoporum successio, 310. XV.
Alexandrinum Concilium contra Arium ab Alexandro Episcopo celebratum, 315. XXIII.
Alexandrinum Concilium centum Episcoporum contra Arium, 318. LXIII.
Alphæus martyr in Palæstina sub Dioclet. cum sociis, 302. LXXXV.
Alluta quid, 315. XX.
Alutinenses martyres in Numidia sub Diocl. 303. XXXVI.
Alutinensium martyrum Acta depravata a Donatistis, 303. LVIII.
Amandus tyrannus in Galliis, 296. I.
Amantius legatus Cypriani ad Confessores, 260. LII.
Ambrosius Centurio martyr Ferentini sub Diocletiano, 303. CXIX.
Ammianus martyr cum sociis sub Maximino, 308. XXVII.
Ammon diaconus martyr sub Licinio, 316. XII.
Ammon monachus floret in Ægypto, 318. CI.
Ammonianus cum sociis martyr in Lycia sub Diocletiano, 305. XVII.
Ammonius martyr in Ægypto sub Maximino, 310. XXIII.
Ampelius martyr Alutinensis sub Dioclet. 303. XXXVI.
Anabaptismi quæstio cœpta in Africa sub Agrippino Episcopo Carthaginensi, 258. XXI. *& seq.*
Anabaptismum Catholici exhorruerunt, 258. XXXIV. LIII. *& seq.*
Anabaptismus ab ejus defensoribus etiam proscriptus, 258. LIII. *& seq.*
Anastasia senior martyr Romæ sub Valeriano, 261. LVII.
Anastasia uxor Publii multa a viro passa sub Diocletiano, 360. III.
Anastasia filia Constantii Clorii, 306. XXI.
Anastasiæ litteræ ad Chrysogonum, 300. IV.
Anastasiæ martyrium in Palmaria insula, 303. CXLV.
Anastasius Cornicularius martyr Præneste sub Aureliano, 277. V.
Anastasius Fortunatus Præses Mauritaniæ sub Diocletiano, 298. II.
Anathema in Arium & Arianos, 318. LXIII.
Anatolius Alexandrinus, vir insignis, postea Episcopus Laodicenus, 283. X.

Anatolius liberat Alexandrinos ab obsidione & fame, 263. IX.
Anatolius Philosophus Christianus Alexandriæ publice interpretatus Aristotelem, 283. XI. & *seq.*
Ancolianus martyr in Gallia sub Valeriano, 262. LVIII.
Ancyranum Concilium quando & a quibus celebratum, 314. LXXXI.
Andreas dux victor in bello Persico, 300. II. Baptizatur una cum suis Tarsi, 301. IV. Martyrio coronatur in angustiis montis Tauri sub Diocletiano, 301. V.
Andreas Apostolus ponitur primus Episcopus Byzantii a Græcis recentioribus, 314. XCIV. An id probetur, 314. XCVI.
Andronicus cum Tharaco & Probo martyr Tarsi sub Diocletiano, 228. I.
Angeli in cruce Procopii miraculo effigiati, 308. XIX.
Angeli comites exercitus Constantini, 312. XLII.
Angelici sic dicti hæretici, 260. LXIX.
Angelus liberat Theophilam virginem a stupro, 301. XXXIV.
Angelus liberat Confessores, 302. CVI.
Anicetus martyr Nicomediæ sub Maximino, 311. XVII.
Aniciana familia Christo addicta, 312. LXVIII.
Aniculæ credita vasa Ecclesiæ Carthaginensis, 306. XXVIII.
Anilinus. *Vide* Anullinus.
Animæ duæ in homine, ex Manetis delirio, 277. XXXI.
Animalia fera parcunt Christianis in theatro, 200. XXIX. *Vide infra*, Martyres.
Animas defunctorum juvari suffragiis viventium. *Vide infra*, Defuncti,
Animarum purgatio stulta a Manete excogitata, 277. XXXI.
Animalia in silvis se dant Christianis tempore persecutionis, 304. LVII.
Annibalius filius Constantii Clori, 306. XXI.
Annona *militaris singulis annis* indicebatur provincialibus rescripto Imp., 312. CVIII.
Annus Ecclesiæ universæ felicissimus, 312. I.
Ansanus martyr Senis sub Diocletiano, 303. CXXI.
Anthes martyr Salerni sub Dioclet. 303. CXX.
Anthusa martyr Tarsi sub Valeriano, 260. XXXII. Idem existimatum tempore Galli & Volusiani, 225. XLIV.
Antimi diaconi martyrium sub Galerio, 302. XXXIX.
Antimi Episcopi Nicomed. martyrium, 302. XXX.
Antimus martyr cum sociis in Cilicia sub Diocletiano, 302. XLII.
Antimus Episcopus Nicomediæ post Cyrillum, 285. XIV.
Antimus Episcopus Nicomediæ quæritur ad necem, 301. XLV.
Antimus Episcopus Nicom. e latebris scribit ad suos, 302. XXXVI.
Antimus martyr Romæ sub Diocletiano, 302. CXII.
Antiochena professio contra Paulum Samosatenum, 272. XVI.
Antiochena virgo a prostibulo liberata, 309. XXVI.
Antiochenæ virgines martyres, 305. XV.
Antiochenæ civitatis chronologia, 280. III.
Antiochenæ sedis Episcoporum successiones, 312. CXI. 314. XCII.
Antiochenum Concilium in causa Novatiani schismatici, 255. XXXV.
Antiochenum Concilium prius contra Paulum Samosatenum, 265. XII. & *seq.*
Antiochenum Concilium posterius contra Paulum Samosatenum, 271. I.
Antiochus Dux militum martyr sub Maximino in Palæstina, 308. XX.
Antonia martyr cum Tertulla in Africa sub Valeriano, 262. XXXIV
Antonii Magni primordia & gesta sub persecutione Maximini, 310. XIX.
Antoninus cum sociis martyr Romæ sub Valeriano, 262. LVII.
Antonius martyr Romæ cum sociis sub Valeriano, 262. LVII. CXXXIX.
Antonius quid egerit cupiditate martyrii, 310. XX. Ægypti solitudines monachorum agminibus replet, 318. XXI.
Antonius martyr cum Juliano & Basilissa Antiochiæ sub Maximino, 309. XXVI.
Antonina virgo damnata ad lupanar liberatur ab Alexandro, 309. XXXIV.
Antoninus martyr in Palæstina sub Maximino, 307. XX.
Antonogenes martyr Emeritæ cum fratribus, 303. CXXXIX.
Anulinus Proconsul in Africa sub Diocletiano, diuque permansit in magistratu, 302. CXXVI.
Anulinus Proconsul quæstionem habet de martyribus Alutinensibus, 303. XXXVIII.
Anulinus vel Anilinus Proconsul in Africa sub Constantino, 312. LXXXVIII. Olim persecutor cogitur agere causam Christianorum, 312. LXXXVII. Mittit Acta Donatistarum ad Constantinum in Gallias, 313. XIX. Ad Constantinum ejusdem relatio de rebus Donatistarum, 313. XX.
Anullinus Præfectus Prætorio conspirat cum Maxentio in Severum, 307. II.
Anysia martyr Thessalonicæ, & ejus Acta, 303. LXXXIII. & *seq.*
Apameæ delubrum Matris deorum Theodorus martyr incendit, 304. LIX.
Aper dux exercitus occidit Mumerianum, 284. I.
Aper occiditur a Diocletiano, 284. I.
Aphrodisia martyr cum sociis in Caria, 305. XVI.
Apion diaconus tabellarius Alexandri Episcopi Alexandrini, 318. LXXXVI.
Apodemius martyr Cæsaraugustæ sub Diocletiano, 303. CXXXIII. & *seq.*
Apollo propter Christianos se falsa dedisse oracula fatetur, 302. VIII.
Apollo martyr in Cilicia sub Galerio, 305. XVI.
Apollo martyr Alexandriæ sub Maximino, 310. XXIII.
Apollonius Tyanæus colitur ab Aureliano, 275. VIII.
Apollonius martyr cum sociis sub Maximino, 310. XXIV.
Apollonius Lector alium pro se supposuit ad martyrium, *ibid.* Demum & ipse martyr, *ibid.*
Apologia Eusebii pro Origene, 256. XL.
Apologiæ multæ pro Origene conscriptæ, 256. XXVIII.
Apostatæ a fide persecutione. *Vide*, Lapsi.
Apostatæ qualiter puniti in Concilio Arelatensi, 314. LXIV.
Apostatarum mores, 286. XVI.
Apostoli a Gentilibus magi existimati, 313. XVII.
Apostolici sic dicti hæretici quidam, 260. LXX.
Apostolicus canon citatus ab Alexandro Episcopo Alexandrino, ne Clerici ab uno Episcopo excommunicati, ab alio recipiantur, 318. LXXIII.
Apostolorum vestigia, locus sic dictus, 286. XXVII.
Apostolorum Petri & Pauli limina visitari solita etiam tempore persecutionis, 286. XII. & *seq.*
Apotactici hæretici, 260. LXX.
Appellatio prima Donatistarum a Melchiadis judicio ad Constantinum, 313. XXX. Alia eorumdem a judicio Æliani Proconsulis ad Constantinum, 314. XXXI.

Ap-

Appellationi a Judicio Ecclesiastico ad Imperatorem Paulus Samosatenus viam aperuit, 314. XXXVI.
Appellationi a judicio Episcoporum noluit deferre Aurelianus Imperator, 314. XXXVI.
Appellare a judicio Episcoporum ad Judicium Imperatorum, fuisse hæreticorum, & Schismaticorum, 314. XXXVI.
Appellare non licere a Sententia Episcoporum statuit Constantinus, 314. XXXVIII.
Appellare quando concessum vel denegatum, Constantinus edicto cavit, 314. LXXII.
Appellant Donatistæ ab Arelatensi Concilio, 314. LXIX.
Appianus martyr in Palæstina sub Dioclet. 304. XXXIV. & *seq.*
Apronianus Commentariensis martyr sub Diocletiano, 303. CVIII.
Apselamus monachus, martyr in Palæstina sub Maximino, 308. I.
Aquam offerendi tantum causa, 257. XI.
Aquarii hæretici, qui aqua tantum utebantur in mysterio, 257. IX.
Aquila confessor in Ægypto, 260. XXVIII.
Aquilæ signa militaria, 312. XXXIII.
Aquileiæ imago depicta de Constantini Imperio, 306. IX.
Aquilina martyr in Palæstina sub Maximino, 308. XVIII.
Archelaus Episcopus Cascarorum in Mesopotamia disputat cum Manete, 277. XIII.
Archillei & Nerei corpora inventa, 270. IX.
Arcula depositorium Eucharistiæ, 303. II. & *seq.*
Arcus Constantini de victoria adversus Maxentium, 312. LVII. Ejus inscriptio, 312. LX. Quando extructus, *ibid.* Ex eo declaratum studium Senatus erga ipsum, 312. XCVIII. Ex ruinis aliorum monumentorum cœdificatus, 312. XCIV.
Ardaleon mimus Christianus deridens, factus est Christianus, 303. CXVIII.
Area Carboniana, locus in monte Cælio, 259. XII.
Arelatense Concilium sub Constantino celebratum, 314. XXXI. A Silvestro Papa confirmatum, 314. LXVII. Præfuit ei Silvester per Legatos, 314. LI. Cur eidem Constantinus interesse voluerit, 314. LIII. Ejus acta haud pridem inventa, 313. XXXIV. Quot eidem Episcopi interfuerint, 314. XLIX. Ejusdem Acta a Donatistis corrupta, 314. LII. Ejus judicio absolutus Cæcilianus, 314. LIV. In eo jubentur Præsides provinciarum accipere litteras communicatorias ab Episcopis, 314. LVII. Ejusdem canones, 314. LIX.
Arelatense Concilium primum cum secundo confusum, 314. L.
Ares martyr in Palæstina sub Maximino, 307. XXIV.
Ariston baptizatur Romæ, 284. XIV.
Argæus martyr in Ponto cum sociis sub Licinio, 316. XCVII.
Arius tempore schismatis progressus in medium, 305. XIX. Favet Meletio, 306. LI. Dolosus, & Ecclesiæ turbator quid sub Petro Alexandrino egerit, 310. IV. Illum Christi tunicam scidisse, visione quadam docetur Petrus Alexandrinus, 310. V. Primo non hæresis causa a se inventæ sed schismatis, nempe quod cum Meletio conniveret, excommunicatur, 310. IV. VI. Pœnitentiam simulans ab Achilla Episcopo non *solum recipitur*, sed *etiam* Sacerdotio initiatur, 310. XV. Et in ipsa civitate Alexandrina Baucalidis Ecclesiæ præficitur, 310. XV. Contra Achillam se erigit, 310. XV. Virgines Deo dicatas, Clericos, & Episcopos hæreseos suæ veneno inficit, 315. XIX. Detegitur hæreticus, 315. XIX. XX. Ab Alexandro Presbyterio exuitur, & a Concilio Alexandrino damnatur, 315. XIX. XXIII. Lapsus ejus occasio ex Theodoreto relata, 315. XXIV. Ejus cum Alexandro altercationes, *ibid.* In Concilio Alexandrino hæreseos convictus & damnatus, Alexandria recedit, 315. XXVII. Pacem Ecclesiæ turbat, 318. XLII. Ipsius hæresi non tantum Ægyptus & Libya, sed pæne totus Oriens inficitur, 318. XLVI. Cum Eusebio Nicomediensi Episcopo conspirat, *ibid.* Ad eumdemque litteras mittit, 318. XLVIII. Alexandria pulsus abiit in Palæstinam, 318. LI. Ejus, & sociorum litteræ ad Alexandrum Episcopum Alexandrinum, 318. LVI. Ejus socii & collegæ qui fuerint, 318. LVII. LXXXVIII. Non unicum Verbum, sed plura ponit, 318. LXI. Cum Arianis ab Alexandro anathemate feritur, 318. LXIII. Ejus causa inter Episcopos contentiones obortæ, 318. LXVIII. Secum ducit meretriculas, 318. LXXI. Epiphanis Artemæ, & Pauli Samosateni defensor, 318. LXXIV. Arium & Arianos cavendos esse, edicitur publicis Concilii litteris, 318. LXVII. Ariana hæresis quando innotuerit, 315. XIX. Confutata est a Basilico Episcopo Amaseno, 315. XXII. Ortus ejus diversa sunt tempora considerandæ, 315. XXIII. Quando toti orbi perspicua facta fuerit, 315. XXV. XXVI. Fautores ejus nominantur ab Ario in litteris ad Eusebium, 318. XLVIII. & *seqq.* Qui nominentur ab Ario in suis litteris ejus hostes, 318. XLVIII.
Ariana hæresis asseritur litteris Eusebii Nicomediensis, 318. LI.
Arianæ hæresis perfidia ex litteris Arii, 318. LVI.
Arianæ hæresis confutatio, 318. LXIV.
Arianæ hæresis regula, 318. LXXXI.
Ariani haud *dissimiles* Novatianis, 318. LXXX.
Arianorum blasphemiæ, 318. LXXIX.
Arianorum arrogantia, 318. LXXX.
Arianos vitandos admonet Alexander, 318. LXXXVI.
Arianus Præses in Ægypto persecutor, inde Martyr, 310. XXIV.
Aristides Præses persecutor, 308. XXVII.
Ariston martyr cum sociis in Campania sub Diocletiano, 303. CXX.
Aristobulus Consul Collega Diocletiani, 285. I.
Aristotelis philosophia a Christiano philosopho publice legebatur Alexandriæ, 283. XI.
Arma Crucis Signo exornata, 312. XXI.
Arma projicere grave facinus, 208. II. & *seqq.*
Armenia major cum Rege Tyridate fidem amplexata, 311. XXII.
Armenia exagitata persecutione Maximini, 311. XXIII.
Armenius & Verinus scriptores Actorum Martyrum, 284. VI.
Arnobius rhetor quando scripsit adversus Gentiles, 302. XVII. LXIV.
Arnobius nondum Christianus scripsit contra Gentiles, 302. LXIV.
Arnobius *scribendo contra Gentiles meruit* suscipi inter Fideles, 302. LXIV.
Arnobius venia dignus, si scribens erravit in dogmatibus nondum Christianus, 302. LXVII.
Arnobii querelæ de corruptis Actis martyrum, 290. XXXIV.
Arsaces Rex Majoris Armeniæ Christianus, 311. XXVII.
Arsacius Confessor prædixit terræmotum Nicomediæ, 316. XXXV.
Arsitius delator, 295. I.
Artemius miles testis de visione signi Crucis Constantino ostensa, 312. XXI.
Artemon martyr Laodiceæ sub Maximino, 308. XXVI.
Arthemius, Candida, & Paulina convertuntur ad fidem a Petro exorcista, 302. CV. Baptizantur

tur a Marcellino Presbytero, *ibid.*
Arthemius cum Candida & Paulina martyr Romæ sub Diocletiano, 302. CVII.
Aruspices falsis responsis eludunt Senatum, 279. V.
Ascalonitarum chronologia, 280. III.
Ascaricus Rex a Constantino victus, 307. III.
Asceteria virorum & virginum antiqua sunt in Ecclesia, 301. XXXI.
Ascla martyr cum sociis in Thebaide sub Maximino, 310. XXIV.
Asclepias Præfectus persecutor, 308. XXVI.
Asclepiodotus cum sociis passus Hadrianopoli, 311. XIX.
Asia devastatur a Gothis, 263. XIX.
Aspasius Proconsul in Africa persecutor fidelium, 262. XIV.
Asteria martyr Bergomi sub Dioclet. 303. CXXIII.
Asterius martyr Ostiæ sub Claudio, 270. VI.
Asterius Senator sepelivit Marinum mart. 262. LXXXI.
Asterius idem expurgavit Paneada ab illusione dæmonis, 262. LXXXII.
Asterius factus Romæ Christianus a Valentino Presbytero, 270. VI.
Asterius martyr in Syria sub Numeriano, 284. X.
Athanasius Episc. Alex. defendit S. Dionysium prædecessorem suum, 263. XXXII. *& seq.*
Athanasius Episcopus Tarsi martyr sub Valeriano, 260. XXXII.
Athanasius puer jocis puerilibus agit Episcopum, & baptizat, 311. LXI. Traditur Ecclesiæ eruidendus, 311. LXII. Idem Scriba Episcopi constituitur, *ibid.* Quoto ætatis ejus anno hæc videantur accidisse, 311. LXIII. Antonium Magnum in eremo commorantem adit, *ibid.* Juris scientiam calluisse Severi testimonio adstruitur, *ibid.*
Athanasius Episcopus Anazarbi fautor Arii, 318. L. LV.
Athenodorus Episcopus in Ponto interfuit Concilio Antiocheno contra Paulum Samosatenum, 266. II. & seq. Martyrio coronatus est, 275. IX.
Athenodorus martyr in Mesopotamia sub Constantio & Galerio, 304. LXXV.
Athenogenis martyris reliquias infert Magnus Gregorius in templum a se in Armeniæ finibus erectum, 311. XXVII.
Attius cum sociis martyr in Pamphilia sub Dioclet. 305. XVII.
Avaritiæ execrandum scelus ad nefanda compellit, 263. XXVI.
Auctor cum imploratione Numinis Tomum exorditur, 306. I. II. Emendat quod de persecut. Constantini tempore dixerat in Notis ad Romanum Martyrologium, 311. LX. Veritatis amantissimus, se ipsum corrigit libens volensque, 312. XCIII. Ejus sententia de indictionibus, 312. CVI. Ejusdem candor in pura infectanda veritate, 313. XVI.
Audactus & socii martyres Venusiæ sub Diocletiano, 302. CXXIII.
Audientium classis in Ecclesia, 263. XXIX.
Audifax & Abachum Persæ martyres Romæ sub Claudio, 270. II.
Auditores apud Manichæos qui, 277. XXXVIII.
Augarus scriptor Actorum Theodori, 316. XLVII.
Augurius diac. martyr Tarracone cum Fructuoso sub Valeriano, 262. LVIII.
Augustinus uno argumento omnes prosternit hæreses, 277. XXV.
Augustinus conciliat Stephanum Papam cum Cypriano, 258. XL. *& seq.*
Augustinus defendit Marcellinum, 302. XCVI.
Augustinus Cusanus diac. Card. S. Hadriani, 270. IX.
Augustinus *mittit Eulogias* ad Paulinum conf. 313. LVI.
Augustodunenses martyres sub Aureliano, 277. VI.
Aurea & argentea vasa in ecclesia etiam tempore persecutionis, 303. LXXVIII.
Aurelianus Agricolaus Præses in Mauritania persecutor sub Diocletiano, 298. V. *& seq.*
Aureliani genus & mores, 270. I. *& seqq.*
Aureliani leges militares justissimæ, 271. II. *& seq.*
Aurelianus imperator creatur, *ibid.*
Aurelianus severissimus excogitat horrendum genus supplicii, 271. III.
Aurelianus Longinum Philosophum necari jussit, 274. I.
Aurelianus adjudicat causam Catholicis adversus Paulum Samosatenum, 272. XVII. *& seq.*
Aurelianus quanti fecerit judicium Romani Pontificis, 272. XVII.
Aurelianus scribit ad Senatum de inspiciendis libris Sibyllinis, 272. XIX.
Aurelianus in Christianos infensus, *ibid.*
Aurelianus superstitioso deorum cultui deditus, *ibid.*
Aurelianus rediens Romam sæviit in Senatores, 273. I.
Aurelianus reversus Romam sævit in Christianos, qua ex causa, 273. III. *& seqq.*
Aurelianus adscivit sibi Herculem consortem Imperii, 273. II.
Aurelianus *divinitus impeditus* ne adversus Christianos rescriberet, 273. III.
Aurelianus postea adversus Christianos rescripsit, 273. VIII.
Aurelianus pugnat adversus Zenobiam Reginam eamque superat, & ducit in triumphum, 274. I.
Aurelianus addictus magiæ, 375. VII.
Aurelianus coluit Tyanæum, *ibid.*
Aurelianus erigit templum Solis, 275. XII.
Aurelianus cingit Urbem mœnibus, *ibid.*
Aurelianus quando tertium Consul est designatus 275. XIII. Ejus obitus tempus disquiritur, 276. I. Ejus Imperii anni, 276. I. & 278. IV.
Aurelianus noluit deferre appellationi a judicio Episcoporum, 314. XXXVI.
Aurelianus occiditur, 278. III. Ejus obitus index fulmen, 278. II.
in Aurelianum apostrophe Constantini Imperatoris, 278. IV.
Aurigas agere in spectaculis, Christianis prohibitum, 314. LX.
Auxentius martyr sub Valerio, 306. II.
Auxentius martyr Sebastæ cum sociis, 311. XVII.
Auxentius confessor sub Licinio, 316. XXXV. Creatur Mopsuestiæ Episcopus, *ibid.*
Aza cum sociis *martyr* in Pisidia sub Diocletiano, 305. XVI.

B

BAbbutius Episcopus Catholicus in Africa sub Constantino, 316. LXI.
Baccho uvas offerre, Licinius Auxentium cogere volebat, 316. XXXV.
Bacchus martyr cum Sergio in Cæle-Syria, 309. XXXVI.
Balbinæ cœmeterium. *Vide Infra*, Cœmeteria.
Balbus Præfectus Hadrianopoli, persecutor sub Licinio, 316. XII.
Baptismus hæreticorum quando ab Ecclesia ratus habeatur, 260. XVI.

Baptismus hæreticorum recipiendus ne sit, graves in ecclesia controversiæ exortæ sunt, 258. XI. *& seq.*
Baptismus hæreticorum cur a Cypriano adeo impugnatur, 258. XII.
Baptismum hæreticorum recepit Stephanus Papa, & alii complures, 258. LV.
Baptismus hæreticorum recipitur antiqua traditione, quam tandem etiam cum impugnantes susceperunt, 258. XLVII. *& seq.* 259. I.
Baptismus Pepuzenorum an recipiendus, & qualis ille, 260. XVI.
Baptismus flaminis quando satis sit, 268. XI.
Baptismus quo ritu antiquis, 259. XI. 260. XXIII.
Baptismus absque fide inanis, 310. XIII.
Baptismus ab Athanasio puero collatus, ab Alexandro Episcopo Alexandrino & Clericis probatur, 311. LXII.
Baptismum iterare cœperunt Donatistæ, 314. LXI.
Baptizati sumunt Eucharistiam, 255. LX. Prægustatio lactis & mellis, 294. IX.
Barbari captivos ducentes Christianos, ab illis fidem Christianam sunt consecuti, 263. XXIII.
Barbari incursant Asiam, & alias provincias. *Vide*, Gothi, Scythæ.
Barbari rupto fœdere rebellant in Germania, 312. CII. Victi a Constantino, 313. XIII.
Barlaham martyr Cæsareæ in Cappadocia sub Diocletiano, 304. LXIV.
Barlaham martyris constantia in combustione dexteræ, 304. LXV. *& seq.*
Barlaham constantiæ comparatio cum illa Mutii Scævolæ, 304. LXVI.
Basileus episcopus Amasenus interfuit Concilio Ancyrano, 314. LXXVIII. Item Neocæsariensi, 314. XC. Damnat Arium, 315. XXII.
Custos virginis Glaphyræ, 316. XVII. Ejus certamen, 316. XX. Martyrium obiturus decernit sibi successorem Eutychium, 316. XXII. Ejus martyrii tempus, 316. XXV.
Basilica Constantini in Numidia invaditur a Donatistis, 316. LXI.
Basilicam curat erigi Catholicis in Africa Constantinus, 316. LXIV.
Basilides martyr Romæ sub Aureliano, 277. IV.
Basilides martyr cum Cyrino Romæ sub Diocletiano, 303. CXV.
Basilides Episc. Legionensis in Hispania per subreptionem decipit Stephanum Papam, 258. II.
Basilidis Episcopi Legion. lapsus, 258. I. Ejus causa qualis, & ejusdem crimina, 258. II.
Basilii avi extorres in persecutione latitant in montibus, 304. LIV. Divino miraculo aluntur, 304. LV. *& seq.*
Basilissa martyr Antiochiæ cum Juliano sub Maximino, 309. XXXVI.
Basilissa alia puella Martyr Nicomediæ sub Alexandro, *ibid.*
Basiliscus martyr cum sociis sub Maximino, 311. XIX.
Basilius Magnus Episcopus Cæsarienſis obnititur Firmiliani prædecessoris sententiæ de Baptismo hæreticorum, 258. XLVII.
Basilius Magnus quid contra Dionysium Alexandrinum, 263. XLVII.
Basilius martyr Romæ cum sociis sub Valeriano, 260. III.
Basilla martyr Romæ sub Valeriano, 262. LVI.
Bassa martyr cum filiis in Mesopotamia sub Galerio, 304. LXXIV.
Bassorum familia reddita Christiana, 312. LXVIII.
Bassus martyr Romæ sub Diocletiano, 302. CXIII.
Basilicus martyr Comanæ in Ponto sub Diocletiano, 304. LIX.
Beatrix martyr Romæ sub Diocletiano, 302. CXIII.
Beatrix baptizata a Polycarpo Romano presbytero, & a Sebastiano suscepta, 284. XIV.
Bellare non licere Christianis, fuit Tertulliani sententia, ac subinde Manetis, 277. XXXVIII.
Bellum Alexandrinum sub Gallieno, 263. II.
Bellum Armenicum a Maximino excitatum, 311. LVII.
Bellum Constantini adversus Maxentium, 312. X. *& seqq.*
Bellum Constantini adversus duces Maxentii, 312. XLVIII.
Bellum Constantini adversus Licinium quando cœptum, 317. I.
Bellum Cybalense, 317. VII.
Bellum Constantini in Thracia gestum adversus Licinium, 317. X.
Bellum secundum in Thracia adversus Licinium a Constantino gestum, 318. I.
Bellum navale Constantini atque Licinii, *ibid.*
Bellum Persicum sub Diocletiano, 301. L.
Benedictio frugum unde, 283. XV.
Benignus martyr Tuderti sub Diocletiano, 303. CXXI.
Benignus Præfectus cubiculi Constantiæ Augustæ, proditor Glaphyræ, 316. XV.
Bestiæ parcunt martyribus, 290. XXIX.
Bigamia permissa, nec absque pœnitentia admissa, 314. XCI.
Birrus vestis quæ, qualisve, 261. XLI.
Birrus, qui & dictus lacernus, *ibid.*
Birrus color rufus, 261. XLII.
Birrus indui solitus ab Episcopis super tunicam lineam, 261. XL.
Birrus indumentum quoque Canonicorum Regularium institutionis S. Augustini, 261. XLII.
Birrus idem quod palliolum, *ibid.*
Birrus Atrebatensis & Canusinus *majoris* pretii, 261. XLIII.
Bithynia, loco Britanniæ errore scripta, 306. XVI.
Bithynus falso assertus Constantinus, *ibid.*
Blasius episcopus Sebastenus reliquiarum Martyrum servator, 311. XX. Habuit successorem Petrum, *ibid.* Ejus martyrium insigne sub Licinio, *ibid.* 316. XLV.
Blemmii a Probo Imp. superati, 283. II.
Bona legare Ecclesiis ab Imperatoribus vetitum, 309. VII.
Bona Ecclesiis adempta per Constantinum reddi jussa, 312. LXXXVIII.
Bona Christianorum perdita sub Licinio a Constantino restituta, 313. VII. 318. XXIII. XXXII.
Bona martyrum, si desint hæredes, dentur Ecclesiis, 318 XXXII.
Bonifacius ab Aglæ matrona mittitur Tarsum pro reliquiis martyrum, 305. XL.
Bonifacius martyr Tarsi sub Diocletiano, 305. XIII.
Bonifacii martyris Memoria in Aventino, 305. XIV.
Bononiensis Ecclesia antiquior existimatur, 272. XXII.
Bononiensis primus Episcopus Zama, *ibid.*
Bonosa martyr Romæ sub Aureliano, 277. IV.
Bonus presbyter Romanus, 259. XXI. Idemque martyr sub Valeriano, 260. III.
Boradi populi una cum Gothis incursant Asiam, 263. XXVIII.
Botrus Episcopus in Africa auctor schismatis, 306. XXVIII.
Breve idem quod Inventarium, 278. II.

Britannia, non Bithynia Patria Conſtantini, 306. XVI.
Britanni Chriſtiani a Diocletiano vexati, 303. CXXXIV.
Brixiæ cur retentus Cæcilianus, 313. XXXV. XXXVII.
Brixiam cum exercitu properat Conſtantinus, 312. XLIII.
Buddas diſcipulus Manetis magiſtro impietate non impar, 277. XVIII.
Byſantii Conſtantino viriliter reſiſtunt, 318. XIX. Romanæ ſervitutis jugum ſubire detrectant, *ibid.* Cœleſti viſione Conſtantinum animante expugnantur & ſubjugantur, 318. XV. XIX.
Byzantina Eccleſia ſub Heracleæ Epiſcopatu fuit uſque ad tempora Conſtantini, 314. XCVI.
Byſantiorum Epiſcoporum catalogus, 314. XCIV. 317. XVII. Primus Epiſcopus a Petro Apoſtolo illis datus, 314. XCVI.
Byſantium obſidetur a Conſtantino, 318. IX. Ab eodem capitur, *ibid.*

C

CÆcilia martyr Alutinenſis in Africa ſub Diocletiano, 303. XXXVI.
Cæcilianus martyr Alutinenſis, *ibid.*
Cæcilianus martyr Cæſarauguſtæ ſub Diocletiano, 303. CXXXV.
Cæcilianus diaconus Carthaginenſis arguit Lucillam oſculantem os martyris non vindicati ante ſumptionem Euchariſtiæ, 302. CXXVII.
Cæcilianus Diaconus Carthaginenſis calumniam patitur ex falſis actis martyrum, 303. LVIII.
Cæcilianus diaconus Carthaginenſis purgatur ab immenſa calumnia Donatiſtarum, 303. LXXIX. *& ſeq.*
Cæcilianus epiſcopus Carthaginis eligitur, 306. XXVIII. Jam ordinatus quærit depoſitum Eccleſiæ, *ibid.* A ſchiſmaticis calumniis preſſus, 306. XXIX. Carthagine in Concilio ſchiſmaticorum damnatur, 306. XXII. Quod cum Romana Eccleſia communicaret, hoſtium multitudine non terretur, 306. XL. A Conſtantino habetur Catholicus, 312. LXXXIX. Pecuniam Catholicis Eccleſiæ Africanæ longa perſecutione ejus afflictis erogandam a Conſtantino accipit, 312. XCI. Ejus cauſa per Donatiſtas trahitur ad Conſtantinum, 313. XIX. Romæ ſiſti jubetur, ad expediendam cauſam coram Epiſcopo urbis Melchiade, 313. XXII. In Romano Concilio reus conſtitutus, 313. XXV. In eodem abſolvitur, 313. XXVI. XXXVIII. Donatiſtis agentibus jubetur iterum Brixiæ detineri, 313. XXXV. Eumdem Romæ ſuiſſe damnatum, recentiores Donatiſtæ calumniati ſunt, 313. XXXIX. Ejus cauſa iterum tractatur in Concilio Arelatenſi, 314. XIX. In eodemque iterum abſolvitur, 314. LV. Ejuſdem litteræ ad Felicem Aptungitanum, 314. XXI. In Actis Concilii Arelatenſis presbyter perperam nominatur, 314. LII. Ejus noviſſima purgatio ex litteris Conſtantini, 313. LVII. Cauſa ejus a Conſtantino licet invito judicatur, 316. LIX. Cur retardarit adventum ſuum ad Conſtantinum, 316. LIX.
Cæcilianus alter cognomento Alfius, Duumvir, 314. XX.
Cæleſius Epiſcopus in Africa, auctor ſchiſmatis, 306. XXVIII. A Concilio Ancyrano aſſertus, 314. LXXXVIII. Item in Orientali Eccleſia, *ibid.*
Cælibatus clericorum etiam ſubdiaconorum, 305. XLIX.
Cæſarauguſtæ ſtatuta Carnificina martyrum, 303. CXLIII.
Cæſarius martyr una cum ſociis in Pamphilia ſub Diocletiano, 305. XVII.
Cæſarius martyr Arabiſſi in minori Armenia, 311. XXI.
Caius, qui & Gaius, natione Dalmata, creatur Pontifex, 283. XVII.
Caii Papæ oratio ad Fideles, 286. V. Componit contentionem inter Polycarpum & Sebaſtianum, 286. IV.
Caii Papæ Acta cum Tiburtio, 286. X. *& ſeqq.*
Caius Papa ſe ſubtraxit, 286. XXIX.
Caius Papa affinis Diocletiano, 293. I.
Caii Papæ res geſtæ cum Suſanna nepte, 294. XI.
Caii Papæ domus in eccleſiam converſa, *ibid.*
Caii Papæ martyrium ſub Diocletiano, 293. I.
Caii Papæ decreta, 206. II.
Caius martyr Cæſarauguſtæ ſub Diocletiano cum ſociis, 303. CXXXVI.
Caius confeſſor Alexandriæ ſub Aureliano, 260. XXVII.
Caius martyr Salerni ſub Diocletiano, 303. CXX.
Caius martyr Bononiæ ſub Diocletiano, 303. CXXII. Item alius, *ibid.*
Calendius filius Maximi martyris, 208. XVI.
Calices aurei & argentei in uſu ſacrificii etiam tempore perſecutionis Eccleſiæ, 303. VII.
Calliſta martyr cum Chriſtena Cæſaraeæ Cappadociæ, ſub Galerio, 304. LXXI.
Calliſtus Papa demerſus in puteum, 226. I.
Calliſtus Epiſcopus quid Romæ ſub Claudio, 270. V.
Calliſtratus martyr Romæ ſub Diocletiano, 303. CXV.
Calumnia in Cæcilianum diaconum Carthaginenſem, 303. LVIII. *& ſeq.* Ea arguitur & defenditur Cæcilianus, 303. LXXIX. *& ſeq.*
Calumnia Donatiſtarum de damnatione Cæciliani Romæ, 312. XXXVIII.
Calumniæ eædem in Chriſtianos pariter reſtaurantur, 302. XCVI. *& ſeq.*
Calumniæ contra Chriſtianos in perſecutione Maximini quamplurimæ compoſitæ, 311. XLVII.
Calumnioſus Romanus clericus martyr ſub Valer. 270. III.
Camerinus martyr in Sardinia ſub Diocletiano, 303. CXLV.
Camillus Palæottus Orator apud Sanctiſſimum, 270. XIV.
Candida martyr Carthagine ſub Diocletiano, 302. CXXIV.
Candida martyr cum Arthemio & Paulina & ſociis Romæ ſub Diocletiano, 302. CVII.
Candida Maſſa, ſic dicti martyres paſſi in Africa ſub Valeriano, 261. XLVIII.
Candida Maſſa, ſic dicti etiam martyres Cæſarauguſtani in Hiſpania, 303. CXXXVI.
Candidus martyr ex legione Thebæa ſub Maximiano, 297. X.
Canon Apoſtolicus, ne Clerici a ſuo Epiſcopo excommunicati, ab alio Epiſcopo recipiantur, 318. LXXIII.
Canones pœnitentiales Petri Alexandrini, 305. XX.
Canones pœnitentiales Gregorii Thaumaturgi, 263. XXV.
Canones Concilii Ancyrani, 314. LXXIX. Alii ejuſdem de lapſorum pœnitentia, 314. LXXXI.
Canones Concilii Arelatenſis, 314. LVII.
Canonica epiſtola Gregorii Thaumaturgi, 263. XXIV.
Cantabra quæ, 312. XXXIII. Unde dicta, *ibid.*

In quibus differant a Labaro, 312. XXXIV.
Cantabrarii qui, 312. XXXIII.
Canonica epiſtola Petri Alexandrini, 305. XXI.
Cantianilla martyr Aquileiæ ſub Diocletiano, 303. CXXIII.
Cantianus martyr Aquileiæ ſub Diocletiano, *ibid.*
Cantius martyr Aquileiæ ſub Diocletiano, *ibid.*
Cantum Eccleſiaſticum abrogare niſus Paulus Samoſatenus, 272. VII.
Capillis denudare fœminam, magna eſt ignominia, 285. XII.
Capitium quid, 261. XLI.
Capito Donatiſta una cum collegis profectus ad Conſtantinum, 313. XXI.
Capitolina martyr in Cappadocia ſub Galerio, 304. LXXII.
Capitolium in multis civitatibus, 255. XXVII.
Cappadoces martyres ſub Diocletiano, 304. LXXII.
Cappadocum martyrum dira carnificina, 304. LXXIII.
Capitulata argentea vaſa in Eccleſiæ miniſterium, 303. VII.
Capraſius martyr Agenni in Gallia ſub Dioclet. 303. CXXIX.
Capuanus Epiſcopus qui interfuit Concilio Romano ſub Melchiade, 312. XXV. Item interfuit Arelatenſi Concilio ſub Silveſtro, 314. LI.
Caput fœminæ radere, magna eſt ignominia, 285. XII.
Caraſius tyrannus, 297. XVII. *& ſeq.*
Carboniana Aria, locus in Cælio monte, 259. XII.
Carcere detenti Fideles viſitabantur magna frequentia, 260. XXVIII.
Carinus Cæſar dictus, 283. VI.
Carinus favet Chriſtianis, 284. VIII. XVI.
Carinus regnat in Occidente, 284. I. 285. II.
Carini mores depravati, 285. II.
Carinus agit adverſus Sabinum tyrannum, *ibid.*
Carinus ſæpe cum Diocletiano pugnavit, *ibid.*
Carinus a Diocletiano victus occiditur, 286. I.
Carnificina Martyr. Treviris ſub Diocletiano, 303. CXXIV.
Carnificina Martyr. Cæſarauguſtæ ſub Diocletiano, 303. CXXXIV.
Carponas ſocius Arii quid ad Alexandrum, 318. LVII.
Carpophorus martyr, Romæ cum ſociis ſub Dioclet. 303. CXX.
Carpophorus martyr Capuæ ſub Diocletiano, 303. CXX.
Carthaginenſis Eccleſia fœcunda virginibus ſanctis, 261. XXVII.
Carthaginenſis Eccleſia tempore Cypriani clariſſima, 261. XXI.
Carthaginenſium Epiſcoporum ſucceſſio poſt Cyprianum, 261. XLV.
Carthaginenſis Eccleſiæ Epiſc. Reſtitutus, Cyrus & alii, 303. LXXIII.
Carthaginenſis Eccleſiæ vaſa aurea, & argentea etiam tempore perſecutionis, 303. LXXVIII.
Carthaginenſia Concilia. *Vide*, Concilium.
Carthaginenſis Eccleſiæ vaſa depoſita ſuffurata, fruſtra a Cæciliano quæſita, 306. XXVIII.
Carus Imperator creatur, 282. V. Ejus Imperii temporis certa ratio, *ibid. & ſeq.*
Carus Imp. diem obiit, 284. I.
Carus Imp. quid conceſſit Eccleſiæ Theſſalonicenſi, 284. IV.
Carus Imp. de Chriſtianis bene meritus, 284. V.
Caſia martyr Theſſalonicæ ſub Dioclet. 304. XLI. *& ſeq.*
Caſſianus mart. Alutinenſis ſub Diocletiano, 303. XXXVI.
Caſſianus mart. Epiſcopus Tudertinus ſub Dioclet. 303. CXXI.
Caſſianus Diaconus Romanus in crimen vocatus a Donatiſtis, 313. XLIV.
Caſſiodori error de exordio Imperii Conſtantini, 306. IV. Item de Conſulatu Libonis & Chilonis, 304. I.
Caſſius mart. in Gallia ſub Valeriano, 262. LVIII.
Caſſius mart. in Gallia cum Gereone & ſociis, 297. XX.
Caſtitatis diſpendium patiens invita, quando rea conſtituenda, 263. XXV.
Caſtitatis Catholicorum & hæreticorum differentia, 260. LXX. *& ſeq.*
Caſtorius mart. cum ſociis Romæ ſub Diocletiano, 303. CXV.
Caſtorius presbyter comes Marcellini Papæ, 302. XC.
Caſtra Prætoria Maxentii diruta a Conſtantino ad bellum properante, 313. II.
Caſtulus Clericus Romanus martyr ſub Valer. 259. III.
Caſtulus Zetarius hoſpes Chriſtianorum Romæ, 286. XXIII. *Ejus martyrium ſub Diocletiano, ibid.*
Catabulum quid fuerit, ad quod etiam quandoque Epiſcopi a tyrannis damnabantur, 308. XXIII.
Cataphrigarum occaſione orta quæſtio de iterando Baptiſmo Hæreticorum, 258. XI. *& ſeq.*
Cataphrigæ. *Vide*, Montanus.
Cathedra S. Marci divino fulgore coruſcans S. Petro apparet, 310. XIII.
Catharinæ virginis certamen egregium, 307. XXXI.
Catholica Eccleſia ubi eſſet, definitum ſententia Legatorum, 313. XXXV. Item de tempore belli Liciniani, 317. I.
Catholicæ Eccleſiæ nomen confutat omnes hæreſes, 277. XXV.
Catholici quo ſigno diſcriminentur ab hæreticis, 255. LIII.
Catholicos, non ſchiſmaticos vel hæreticos inſequitur adverſarius, *ibid.*
Catholicorum altercationes mutuæ longe diſpares ab impugnationibus hæreticorum, 259. V.
Catus cum ſociis martyr in Africa ſub Diocletiano, 302. CXXVII.
Cauſaria miſſio, quæ, 290. IV.
Cecropius dux conſpirat in Gallienum, 269. II.
Celſus Imperator creatur, 264. VIII.
Celſus martyr cum Marcionilla, 309. XXXVI.
Celſus Vicarius in Africa ſub Conſtantino, 314. LXIX.
Cenſuræ diverſæ in Eccleſia. *Vide*, Pœnitentia, Excommunicatio, Eccleſiaſtica diſciplina.
Centumcellis exulat Cornelius Papa, 255. XLVIII.
Centurionis inſigne vitis, 298. III.
Centurionis jus in milites, *ibid.*
Centurionis manu percutitur Cyprianus, 261. XXXV.
Cephron, locus in Ægypto, illuſtratus exilio Dionyſii Epiſcopi Alexandrini, 260. XXIII. *& ſeq.*
Cerealis Conſularis cuſtos Cornelii Papæ, 255. LX.
Cerealis cum Salluſtia conjuges credentes facti ſunt martyres, *ibid.*
Ceremoniæ. *Vide* Eccleſiæ ritus.
Cereos ac faces geſtare ſolitos in funere Chriſtianos, 261. XXXVI.
Chæremon Aſſeſſor a dæmone ſuffocatur, 302. CXIII.
Chæremon diaconus Alexandrinæ Eccleſiæ ſub Dionyſ. 260. XIX.

Charitas & concordia in martyribus præcipue culta, 262. XIII.
Charitas & pax cum proximo ſervanda: viſio de ea oſtenſa martyri, *ibid.* 262. XXVII.
Charitas Chriſtianorum. *Vide*, Chriſtiani.
Charitine martyr ſub Maximino, 308. XXVII.
Chariton confeſſor ex reſcripto Taciti liberatus exercuit vitam monaſticam, 278. III.
Chelidonius martyr in Hiſpania, filius Marcelli Centurionis, 298. IX.
Chionia martyr cum aliis Theſſalonicæ ſub Diocletiano, 304. XLI. *& ſeq.*
Chreſti nomen unde, 314. XLI.
Chreſtologi qui dicti fuerint, *ibid.*
Chreſtus Epiſcopus Syracuſanus vocatus ad Concilium Arelatenſe, 314. XLI.
Chryſanthus martyr Romæ cum Daria ſub Numeriano, 284. VI.
Chryſogoni litteræ ad Anaſtaſiam, 300. V. VII.
Chriſtena martyr cum Calliſta Cæſareæ in Cappadocia ſub Galerio, 304. LXXI.
Chriſtiana religio miraculis demonſtrata & ſtabilita, 255. XIX. *& ſeq.*
Chriſtiana religio qua occaſione ad Barbaros quoque progreſſa, 263. XXIII.
Chriſtiana Religio longe locupletior factis egregiis, *quam Gentilitas*, 304. LXVI.
Chriſtiana religio viſa Gentilibus prorſus extincta, vel brevi extinguenda, ſurgit valentior, 304. XIV.
Chriſtiana femina reſtitit Maximini libidini, 307. XXX. Aliæ in perſecutione Maxentii conſciverunt ſibi mortem ne illuderentur, 309. X. XI. Aliæ proſtitutæ & liberatæ ab illuſionibus, 309. XXVI. *& ſeqq.* Duarum in tormentis pro fide illatis perferendis mira conſtantia, 307. XVII.
Chriſtiana fides & religio laudata edictis Imperatorum, 313. IX. Eam brevi extinguendam falſo oraculo probare nituntur Gentiles, 313. XVII.
Chriſtianas ancillas lenonibus tradi Conſtantinus vetuit, 314. LXXIV.
Chriſtianæ charitatis exemplo permoti Gentiles fidem Chriſtianam aſſectabantur, 316. XXVIII.
Chriſtiani ſub Valeriano vexati, 273. III. *& ſeq.*
Chriſtiani ſub Gallo & Voluſiano vexati, 255. XXVIII.
Chriſtiani ſub Claudio vexati, 269. IV. *& ſeq.*
Chriſtiani ſub Diocletiano vexati, 301. XIII. *& ſeq.*
Chriſtiani ſub Max. Herculio vexati, 297. VI.
Chriſtiani ſub Maximiano Galerio vexati, 301. XLI.
Chriſtiani exagitati calumniis a Gentilibus, 559. XVIII.
Chriſtiani occiſi numquam relicti inulti, 256. XXVII. 263. XX. Aliaque mala fieri eorum cauſa dicebant, 256. XXI. *& ſeq.* 302. LXVI.
Chriſtiani cum patiuntur, a Deo ſublevantur, 263. XIV.
Chriſtiani ut Magi a Gentilibus exagitati, 286. XXII.
Chriſtiani vetiti vendere & emere ut alia abſque thurificatione, 286. XXXI.
Chriſtiani ſeditionis infamati, eo quod non conveniant cum aliis, 273. II.
Chriſtiani plurimi in eccleſia combuſti ſub Maximiano, 301. XLVII.
Chriſtiani prorſus extincti, vel omnino brevi extinguendi Gentilibus viſi ſunt, 304. IX.
Chriſtiani in Oriente tempore Galerii fugam arripiunt, 304. LII.
Chriſtianorum irriſores facti ſunt ipſi Chriſtiani, 303. CXVIII.
Chriſtianorum Eccleſiæ juſſæ demoliri, 302. I. *Vide*, Eccleſiæ.
Chriſtianorum libri juſſi comburi, *ibid.* *Vide*, Libri.
Chriſtiani libenter conferebant pecuniam in redemptionem Captivorum, 255. XXXIII. *& ſeqq.* Magna cura de illis haberi ſolita, 260. XXVIII. Quibuſcumque & ubique proficui, 256. XIII. 363. XII.
Chriſtiani juſti ac probi etiam oraculi Gentilium teſtimonio comprobati, 302. VIII.
Chriſtiani propenſiori cura ſunt erga carceratos fratres, 260. XXVIII.
Chriſtiani communes caſus adverſos ferre ſoliti magna animi tranquillitate, 256. XXVIII. XXIX.
Chriſtiani diverſo modo ac fine caſtitatem excolunt ab hæreticis, 260. LXX.
Chriſtiani qua charitate ſint erga morbidos, 256. XII.
Chriſtiani quam ſupellectilem habere ſolerent, 293. II.
Chriſtiani qui eſſe ſpurii convincantur, 286. XVI.
Chriſtiani laſcivo cultu arguuntur apoſtatæ, 286. XVIII.
Chriſtiani corruptis moribus viventes, occaſio fuerunt ſæviſſimæ perſecutionis, 302. VI.
Chriſtiani lapſi in apoſtaſiam, ſchiſma, vel hæreſim qualibus eſſent moribus teterrimis comparati. *Vide*, Apoſtata, Schiſmatici, Hæretici.
Chriſtiani utiliter addiſcebant ſæculares ſcientias, & alios eas docebant, 283. XII.
Chriſtiani ſoliti Euchariſtiæ ſumptione ſe armare ad martyrium, 272. XLVI.
Chriſtianorum officia tempore peſtis, 256. XII. XIII. 263. XV. XVI.
Chriſtiani morientes ob miniſterium exhibitum fratribus peſtis contagio affectis, habiti ut martyres, 263. XVI.
Chriſtiani nequaquam ſepeliebant defunctos una cum Gentilibus, 258. IV.
Chriſtiani atrati in funere, 256. XVII. 256. XVIII.
Chriſtiani ſoliti nigra induti veſte incedere, 256. XVIII.
Chriſtiani Ægyptii albis veſtibus indui ſoliti, 256. XIX.
Chriſtiani bene habiti a Maxentio, 306. XXVI. Dire vexati a Maximino, 307. XVI. XVIII. Imperatorum edicto omnes notati infamia, 308. X. Vetiti relinquere bona ſua Eccleſiæ, 309. VII. Iterum vexati a Maximino Jovio, 311. XLIV. Iis mala omnia quomodocumque orbi illata a Gentilibus adſcribebantur, 311. LIII. A Maximino in exilium pelli jubentur, 311. LV. Edicto Maximini Jovii ſublevati, 314. IV. Eorum ob pacem ſub Conſtantino reſtituta lætitia, 314. XIV. Vetiti agitare in ſpectaculis, 314. LX. Theatrici excommunicantur, *ibid.* Exules redditi poſtliminio per Conſtantinum, 318. XXII. Ad gynæcea vel textrinas damnati, per eumdem Conſtantinum liberati, 318. XXX. Bona illis adempta, iiſdem reſtituta, 313. VI. 318. XX. XXXIII.
Chriſtianorum ſupellex Crux, & arca pro ſervanda Euchariſtia, 293. II. III.
Chriſtianus miles virginem ad proſtibulum damnatam liberat, 309. XXVI.
Chriſti paſſionis die a Diocletiano juſſæ ſunt eccleſiæ proſterni, 302. XXIII.
Chriſti nomen ſub inſcriptione ſepulchrali cum imagine togata, *ibid.*
Chriſti nomen expreſſum in Labaro, 312. XXVI. In galea Conſtantini, 312. XXXI. In clypeo Imperatoris, *ibid.*
Chriſtum ſumendo in Euchariſtia, ſe præparabant Fideles ad martyrium, 255. VI.
Chriſtus a Gentilibus creditus magus, 286. XXII.
Chriſtus faciens ſacerdotes, ulciſcitur in eos ſpernentes, 256. XXXIV.
Chriſtus Deus prædicatus inſignibus titulis, 314. XLI. A Gentilibus magus creditus, 313. XVII.
Chrocus Germanorum dux, hoſtis Chriſtianorum, 279. II. 286. IV.
Chromatius Præfectus Urbi, factus Chriſtianus, frangit idola, 284. XV. Aliæ res ab eo geſtæ, 286. II.
Chronologia auctoris ſæpe teſtata, 271. I.
Chronologia auctoris ex Conſulibus recte ſtabilita, 286. XXIX.
Chronologia gentium diverſarum ex Euſebio, 280. III.
Chronologia Regum Perſarum, 300. VI.
Chryſogonus martyr Aquileiæ ſub Diocletiano, 303. CXXIII.
Chryſogoni ad Anaſtaſiam martyrem litteræ, 300. V.
Cibi quo modo coinquinent hominem, 263. XXV.
Cibum Manes blaſphemabat, antequam comederet, 277. XVIII.
Ciceronis libros adverſus deorum cultum comburendos eſſe dictitabant Gentiles, 302. XIX.
Cilices martyres ſub Diocletiano, 305. XV.
Circenſibus ſpectaculis acclamata eſt perſecutio in Chriſtianos ſub Diocletiano, 301. XVIII.
Cirtæ in Numidia carnificina martyrum, 262. XXXVI.
Cirtæ conventus habitus Epiſcoporum Traditorum, 303. I. Acta ejus conventus, 303. I. II. *& ſeq.*
Cirtenſis Synodi tempus, 303. XXXI.
Ciſellus martyr in Sardinia ſub Diocletiano, 303. CXLV.
Clades a martyribus prævifæ ac prædictæ, 263. XVIII.
Clades omnes ad præfectum Evangelii proveniſſe, 263. XXIII.
Clades Romani Imp. ſub Gallieno, 263. XXIII.
Clades tempore Maximini obortæ, 311. LVI. *Vide*, Rom. Imp.
Claſſes pœnitentium diverſorum, 263. XXI.
Claudia Filia Criſpi fratris Claudii Imp. ex qua natus eſt Conſtantius Pater Conſtantini, 608. II.
Claudii Palatium in Urbe, 259. XXV.
Claudius Euſthenius hiſtoricus ſcriptor Vitæ Diocletiani, 284. XVII.
Claudius imperat occiſo Gallieno, 267. I. *& ſeq.* Ejus origo & genus, 269. II. Ex quo Conſtantinus Magnus, *ibid.*
Claudius Imp. in Chriſtianos infenſiſſimus, bellis detinetur, ne in eos citius ſæviat, 269. IV.
Claudius Imp. rediens in Urbem ſævit in Chriſtianos, 269. V.
Claudius Imp. occidi juſſit milites Chriſtianos, 269. VI.
Claudius Imp. edictum promulgat contra Chriſtianos, 269. I.
Claudius Imp. moritur peſte, 270. I.
Claudius martyr in Gallia ſub Aureliano, 277. VI.
Claudius martyr cum Aſterio & Neone Aegeæ in Cilicia ſub Diocletiano, 285. IV.
Claudius martyr, Romæ cum Marcellino Papa ſub Diocletiano, 304. XXIV.
Claudius ſequeſter conjugii Suſannæ cum Maximiano Galerio, credit in Chriſtum, & factus eſt martyr, 294. VI. 295. I.
Claudius medicus judex delectus in diſputatione Manetis cum Archelao, 277. XIII.
Claudius Legatus Silveſtri in Concilio Arelatenſi, 314. LI.
Claudius Saturianus Curator in Africa tempore perſecutionis, 314. XX.
Cleobolus ſophiſta judex in cauſa Manetis, 277. XIII.
Cleonicus martyr cum ſociis ſub Maximino, 311. XIX.
Clerici cælibatum cuſtodiunt, 305. XLIX.
Clerici contumaces coercendi, 257. XII.
Clerici contumacia declinat in hæreſim, 257. XII.
Clerici lapſi ad laicam tantum communionem admittantur, 258. I. XXX.
Clerici Romanæ Eccleſiæ tenaciſſimi antiquæ diſciplinæ, 302. CIII.
Clerici Africani immunitate donati a Conſtantino, 312. LXXXIX. 313. XLV.
Clerici immunes a nominatione, *ibid.* Eorum cœlibatus a Concilio Ancyrano confirmatur, 314. LXXVIII. In ordinum collatione reclamantes immunes olim a cælibatu, *ibid.* Docere feminas a Licinio Imp. vetantur, 316. XI.
Clericorum Romanæ Eccleſiæ martyrium ſub Diocletiano, 302. CIV.
Clericorum Romanæ Eccleſiæ martyrium ſub Valeriano, 260. II.
Clericorum victus ex menſtruis ſtipendiis, quæ accipiebant ab Epiſcopo, 257. XV. Ex quo dicti ſunt clerici ſportulantes, ex ſportulis quas acciperent, *ibid.*
Cloacæ Urbis ſepulcra martyrum, 286. XXVI.
Coel Regulus pater Helenæ, 306. XXI.
Cœmeteria recipiebant tantum defunctos Chriſtianos, non autem Gentiles, 258. IV.
Cœmeteria ne adirent Chriſtiani, prohibentur edictis Imperatorum, 272. LXXVII.
Cœmeteria adire conceſſum illis a Gallieno Imp. 272. LXXVII.
Collecta, Dominicum, Miſſa, idem, 303. XXXIX.
Collectam celebrabant Chriſtiani clandeſtine etiam tempore perſecutionis, 303. XXXIX.
Collectam celebrare ex neceſſitate incumbere Chriſtianis, 303. LI.
Collegium ad ſepeliendos defunctos a Conſtantino inſtitutum, 322. XLVII.
Colluctanſtas conſodales ſuas vocat Arius, 318. XLIX. L.
Colluthiani hæretici adhæſerunt Arianis & Meletianis, 315. XXIX.
Colluthio locus nobilitatus exilio Dionyſii Epiſcopi Alexandrini, 260. XXV.
Colluthus hæreſiarcha exoritur, 315. XXVIII. Se gerebat pro Epiſcopo, cum non eſſet, *ibid.* Ejus ambitio, 315. XXIX.
Columba Senonenſis martyr ſub Aureliano, 275. VI.
Columellæ tabulæ æneæ conſcriptæ ex falſis Actis Pilati, 311. XLIX.
Columnæ erectæ Diocletiano de expugnata Chriſtiana religione, 304. IX.
Columnæ in civitate Cæſarea ſtillant lacrymas, 307. XXIII.
Commemoratorium, idem quod Inventarium, 303. LXXIX.
Communicare cum oblatione quid, & quid ſine oblatione, 314. LXXXVII.
Communicationem Romanæ Eccleſiæ ſurripere conati ſunt ſchiſmatici & hæretici, 255. XI.
Communicatione cum Romana Eccleſia quis oſtenditur eſſe Catholicus, 255. XI.
Communicationes diverſi generis, 314. LXXXVIII.
Communicationis ſymbola præter Euchariſtiam quæ eſſe ſolerent, 313. LIII.
Concilia diverſarum Eccleſiarum coacta ob exortum ſchiſma Novatianorum, 255. II. III.
Concilia in provinciis cogi potuiſſe tempore perſecutionis, 303. XXXI.
Concilia celebrari cæpta in Oriente poſt obitum Maximini, 314. LXXV.
Concilia plura in diverſis orbis partibus cauſa temporum, *ibid.*
Concilium Africanum ſub Valeriano Imperatore, 257. XII.
Concilium Africanum in cauſa Baſilidis & Martialis, 258. V.
Concilium Africanum LXXI. Epiſcoporum, 258. XXVII.
Concilium Africanum LXXXVII. Epiſcoporum, 258. XLII.
Concilium in Africa Epiſcoporum XLII. In cauſa Novatianorum, 255. IV. Ex eo Synodica ad Cornelium, 255. V.
Concilium Antiochenum occaſione Novatianorum, 255. XXXV.

Concilium Antiochenum prius contra Paulum Samosatenum, 265. XI. *& seq.*
Concilium Antiochenum posterius contra Paulum Samosatenum, 271. I.
Concilium Antiochenum posterius fidei professionem edidit, 272. XVI.
Concilium in Asia celebratum in causa rebaptizationis, 258. XIV.
Concilium in Asia Synodis celebratum, 258. XVII.
Concilium Carthaginense tempore Valeriani sub Cypriano, 258. XXII. *& seq.*
Concilium Cirtense, ejusque Acta inter Episcopos Traditores, 303. I.
Concilium confessorum in carcere habitum, fingi a Donatistis, 303. LXI.
Concilium in crypta Sinvessana habitum, 303. LXXXIX.
Concilium Iconiense in Seleucia, 258. XVII.
Concilium Romanum LX. Episcoporum adversus Novatianum, 255. II.
Concilium Romanum in causa Dionysii Episcopi Alexandrini, 263. XXXI.
Concilium Synadense in Asia, 258. XVII.
Concilium Ancyranum celebratum ante Neocæsariense, 314. LXXV. Africanum Schismaticorum ducentorum septuaginta Episcoporum, 308. XXVIII. Alexandrinum contra Arium ab Alexandro Episcopo celebratum, 315. XXIII. Alexandrinum aliud centum Episcoporum contra Arium, 318. LXIII. Arelatense in causa Cæciliani, 314. XXXV. Convocatur, 314. XLI. Ejus decreta ad Silvestrum Papam missa, 314. LXVII. Carthaginense a Schismaticis Traditoribus convocatum contra Cæcilianum, 306. XXXV. Quo tempore fuerit celebratum, 306. XXXVI. Neocæsariense, 314. LXXV. XC. Ejus canones, 314. XCI. Romanum sub Melchiade in causa Cæciliani, 313. XXV. Romanum sub Constantino, in quod Judæi admissi disputare, 315. X.
Concordia mart. Romæ sub Valeriano, 261. X.
Concordius mart. sub Dioclet. 303. CXXII.
Confessores & martyres quibus differant, 286. VI.
Confessorum magnanimitas atque constantia, 262. V. *& seq.*
Confessores quidam incauti, in danda pace lapsis. *Vide*, Lapsi.
Confessores Ægyptii centum missi in Palæstinam ad metalla, oculis & pedibus debilitati, 307. XVI. Alii centum triginta membris mutilati in Ægypto ad metalla damnati, 307. XVIII.
Confessoribus se Christianus adjungit, 262. XLVII.
Confirmandi sunt canones omnium Conciliorum a Romano Pontifice, 314. LXVIII.
Congregatio sive Consistentia in Ecclesia quid, 263. XXIX.
Conon martyr Iconii in Isauria sub Aureliano, 375. IX.
Conscientia pura facit contemnere omnia tormenta, 270. V.
Consilium Diocletiani de tollendo penitus Christianos, 297. XXVII.
Constantia filia Constantii Clori, 306. XXI. Licinio nupta, *ibid.* 313. XIX. Christiana fuit, 315. XII. Pacis inter Constantinum & Licinium reconciliandæ sequestrem sæpe se præbuit, 318. III.
Constantini Imp. edicti pars recitatur de probitate Christianorum, 302. XVI.
Constantini Imperatoris genus, 269. II.
Constantino multa tribuuntur, quæ non probantur, 306. XV.
Constantinopolitanorum Episcoporum successio, 314. XCIV.
Constantinus in Valerianum invehitur, 262. LXXIV.
Constantinus perperam expunctus in edicto Galerii, 292. I.
Constantinus Romæ a patre relictus, 306. VIII.
Constantinus obtentu religionis obses detentus, 306. IX.
Constantinus fugit in Britanniam, 306. IX.
Constantinus adfuit patri morienti, 306. IX.
Constantinus sæpe insidiis appetitus, 306. XIII.
Constantinus a Deo electus tamquam alter Cyrus, 306. XVI.
Constantinus Constantii ex Helena filius, hæres Imperii relictus, 306. III. Quo anno Imperium auspicatus sit, *ibid.* A militibus acclamatus Imperator, sed a Deo electus, 306. VI. Patris elogio Imperator declaratus, 306. VII. Ejus in suscipiendo Imperium unctatio, 306. VIII. Nequaquam Augustus, sed Cæsar tantum dici voluit usque ad conjugium cum Fausta, 306. IX. Ab exercitu acclamatus Augustus, 306. X. Paternum ejus genus a Claudio & Vespasiano, 306. XI. Ejusdem genus maternum unde, 306. XII. A quibusdam in Bithynia natus fingitur, 306. XII. XVI. Ortus ejus fabula a Græcis composita, 306. XII. Ortus ejus & educatio, 306. XIII. Romam una cum matre perducitur, 306. XIII. Puer adhuc ad Diocletianum Nicomediam mittitur, *ibid.* Quoto ætatis anno Imperium acceperit, 306. XIV. 307. VIII. Sub quibus Consulibus natus, 306. XVI. Mater ejus Helena, an fuerit Constantii concubina an uxor, 306. XVII. *& seqq.* Paternæ fuit continentiæ imitator, 306. XVIII. Res cum Maxentio componere studet, 306. XXIV. Necdum Augustus, duos barbaros Reges superat, 307. III. Gener a Maximiano adscitur, dolose tamen, 307. IV. Faustam in uxorem accipit, 307. VI. Ante illam duxerat Minervinam, 307. VI. Declaratur Augustus, 307. IX. De Maximiano Herculio quam bene fuerit meritus, 307. XII. Adhuc Gentilis colit Apollinem, 307. XIV. Ei Apollo & Victoria laureas offerre finguntur, *ibid.* Item templa deorum muneribus replet, 307. XIV. Ejus signa gentilitia, 307. XV. Ejusdem numisma Martis effigiem referens, 307. XV. Imagines ejus Romæ a Maxentio dejectæ, 312. X. Patientia ejusdem commendata, 312. XI. Divinitus motus, expeditionem adversus Maxentium parat, 312. XI. Ei militant cælestes acies, *ibid.* Divinitus ei de Maxentio promissa victoria, *ibid.* Et quidem exiguis admodum copiis, *ibid.* 312. XXXVIII. Implorato tamen prius auxilio divino, 312. XVII. Ejus de liberanda Urbe consilium, 312. XVI. Ejusdem de vero dei cultu deliberatio, 312. XVIII. Ei crucis signum in aere apparet, 312. XIX. Labarum Cruce ornat, 312. XXIII. Inde Christi nomen una cum Cruce in galea gestat, 312. XXIII. XXXI. Ejus numisma cum Labaro Christi Cruce & nomine insignito, 312. XXVI. De viso signo Christianos consulit, 312. XXVIII. Militaria signa & arma Cruce decorat, 312. XXVIII. XXIX. Bellicus ejus adversus Maxentium apparatus, 312. XXXVIII. Tres Maxentii acies invadit & superat, 312. XL. Segusiensium civitatem expugnat, 312. XLII. Ejus pugna apud Taurinos, *ibid.* Alia ejusdem apud Veronam cum Buricio, 312. XLIII. Crucis virtute fretus, Romam properat, 312. XLVI. Ejusdem adversus Maxentium pugna, 312. XLVIII. Et victoria, 312. XLIX. Triumphalis ejus in Urbem ingressus devicto jam Maxentio, 312. LIV. LVII. LXII. Victoriam illam veræ Religioni fert acceptam, 318. LVI. Memoriam B. Petri in Vaticano positam insalutatam præteriisse, haud credibile, 312. LVIII. Ejus arcus, victoriæ de Maxentio monumentum, 312. LVII. Ejusdem inscriptio, 312. LX. Non Ethnicorum more triumphat, 312.

312. LVIII. LIX. Ingressus in Urbem, de omnibus, ac potissimum de Christianis bene meretur, 312. LXIV. Maxentio extincto, miris encomiis ab omnibus laudatur, 312. LXIV. Marci Aurelii & Antonini Pii Imppmemoriam coluit, eorumdemque imagines aureas formavit, 312. LXVII. Arcus triumphalis ei erectus, index studii Senatus erga eum, 312. LXIX. Ei dati tituli & præconia de expugnato Maxentio, 312. LXXIII. Martyrum sepulturas curat, 311. XII. Prima ejus erga Romanum Pontificem munificentia, 311. XII. Post devictum Maxentium tributa ubique remittit, 312. LXXXVI. Ejus gloriæ tituli, *ibid.* Quomodo dictus fidei auctor, *ibid.* Edictum ejus ad Africanos de bonis Ecclesiarum restituendis, 312. LXXXVIII. Ejusdem aliud pro immunitate Clericorum, 312. LXXXIX. Africanam Ecclesiam eleemosynis sublevat, 312. XC. Ejusdem ad Cæcilianum episcopum Carthaginensem litteræ, 312. XLI. An & quando Gentilitiæ superstitionis desertor fuerit, 312. XCIII. Licet Christianus, tamen Gentilitiæ superstitionis dictus est Pontifex Max. 312. XCIV. Quo anno & mense Urbem a Maxentio liberaverit, 312. CI. Ab Albula ad Albim auget Imperium, 312. CII. Cur cito & inopinato ad Urbe recesserit, 312. CII. Ejus lex, ne humiliores a potentioribus opprimantur, 312. I. Nova tributa non fanxit, sed antiqua minuit, *ibid.* Roma recedit, 313. I. Licinio occurrit, *ibid.* Castra prætoria diruit, & milites Prætorianos e medio tollit, *ibid.* Ejusdem atque Licinii edictum de pace Ecclesiæ restituta, 313. V. Barbaros tumultuantes superat, 313. XIII. Ludos sæculares celebrare prætermittit, 313. XIV. Causam Cæciliani judicare detrectat, sed judices episcopos assignat, 313. XXII. Causam Episcopi judicari absque Romano Pontifice nefas censet, 313. XXII. Ejus ad Melchiadem Papam & Marcum litteræ, 313. XXIV. Donatistarum a Concilio ad se appellantium voces exhorret, 313. XXX. Ejusdem litteræ ad episcopos de appellatione Donatistarum, 313. XXXI. Se judicium Christi expectare testatur, 313. XXXII. Cæcilianum & Donatistas ad se vocat, 313. XXXVI. Ob bonum pacis Episcopos Africanos retinet, 313. XXXVII. Ejusdem de eorumdem Episcoporum retentione litteræ, *ibid.* Ejus rescriptum pro Clericis, 313. XLV. Divina ope Maximini insidias vitat, 314. XIII. Plura eidem ostensa miracula, 314. XIV. Cogi vult Concilium Arelate in causa Cæciliani, 314. XIX. Ejus litteræ ad Probianum Proconsulem Africæ in causa Ingentii, 314. XXX. Invitus prorsus detulit Donatistarum injustissimæ appellationi, & quomodo, 314. XXXVI. XXXIX. Prudentior factus negavit atque vetuit judicia Ecclesiastica tractari in judicio sæculari, 314. XXXVII. Ejus edictum de judicio Ecclesiastico tractando ab Episcopis, 314. XXXVIII. Ejus litteræ ad Chrestum Syracusanum, 314. XLII. Ejusdem ad Ablavium litteræ, de cogendo Concilio Arelatensi, 314. XLIII. Episcopis ad Concilium vocatis dat Tractorias, 314. XLV. Nec non schismaticis ad Synodum vocatis, 314. XLIX. Cur interesse voluerit Concilio Arelatensi, 314. LIII. Quando consenserit appellationi Donatistarum ab Arelatensi Concilio, 314. LXIX. Nimis humanus erga Donatistas, 314. LXX. 316. LIX. Ejus litteræ ad Africanos post Concilium Arelatense, 314. LXXI. Edictum ejus de appellationibus, 314. LXXII. Aliud ejusdem de his qui oppressi fuerant a Maxentio, 314. LXXIII. Turpitudines & imperantes concubitus lege coercet, 314. LXXIV. Eunuchos Præfecturas & Magistratus gerere vetat, 314. LXXIV. 318. C. Decennalia ejus celebrata, 315. I. Iisdem filios suos Crispum & Constantinum Cæsares creat, *ibid.* Veterem votorum nuncupationem mutat, 315. II. Munificentia ejus erga pauperes legibus testata, 315. V. Judæorum in Christianos procaciam edicto coercet, 315. VIII. 315. XVII. Judæos rebellionem molientes punit, 315. IX. Inscriptionis vultus pœnam lege lata abolet, 315. XXX. A quibusdam discordiæ inter ipsum & Licinium exortæ causa scribitur, 316. VI. Dictus Tracala, Latro itidem, & Pupillus, pro diversitate temporum, 316. VI. Christianis magnopere favet, 316. X. Ejus de purgatione Cæciliani rescriptum, 316. LVII. Cæciliani causam coactus judicat, 316. LIX. Ejusdem de sceleribus Donatistarum ad Episcopos Africanos litteræ, 316. LXII. Catholicis in Africa basilicam erigendam curat, 316. LXIV. Ad Donatistarum furorem compescendum in Africam proficisci cogitat, 316. LXV. Ejusdem ad Celsum Africæ Vicarium litteræ, 316. LXVI. Cur a sanguine Donatistarum abstineat, 316. LXV. Donatistarum *calumniis exagitatus, eosdem exilio mulctat*, 316. LXIX. Ejus pia lex pro matronis, 316. LXXI. Alia privilegia Episcopis & Clericis ab eodem concessa, 316. LXX. *& seqq.* Quando cum Licinio bellum gesserit, 317. I. Ejus expeditio adversus Licinium qualis, 317. II. Eumdem Cybalensi bello vincit, 317. II. VIII. Prodigio quodam ei de Licinio victoria prænuntiata, 317. XII. Licinium victum in Thraciam fugientem sequitur, 317. IX. Virtute Crucis eumdem iterum in Thracia vincit, 317. X. Ejus erga victos humanitas, 317. XIII. Pacem cum Licinio superato componit, 317. XIV. Justitia ejus ad Octavianum Hispaniarum comitem de clarissimorum virorum delictis puniendis rescriptum mittentis laudata, 317. XIV. Licinium omni modo in pace continere satagit, 318. I. In Thracia iterum adversus Licinium pugnare cogitur, *ibid.* Pietas ejus in bello Thracico recensita, 318. II. Iterum Licinium superat, 318. II. III. Ejus mansuetudo commendata, 318. III. Licinium iterum ad pacem admittit, 318. IV. Eumdem iterum rebellantem atroci prœlio fugat, 318. IX. Eumque fuga elapsum Byzantii obsidet, *ibid.* 318. XI. Byzantio potitur, 318. XIII. Licinium bello navali vincit, 318. XI. Diversis ei cælitus visionibus ostensis animatur, 318. XV. XIX. In ejus Monarchia pax summa, 318. XX. Ejusdem post devictum Licinium pro Christiana religione leges, 318. XXII. Suaque edicta Latinis æque ac Græcis litteris publicari mandat, 318. XXIV. Ejus de Dei bonitate & vero numine egregia confessio, 318. XXVII. Paci Ecclesiæ ab Arianis turbatæ studet, 318. XC. Ejus ad Alexandrum Episcopum Alexandrinum litteræ, 318. XCI. Et ad Arium, *ibid.* In Alexandrum culpam dissensionis rejicit, 318. XCIII. Episcopos propter Arium dissidentes ad concordiam exhortatur, 318. XCVI. Ubi nuntium de Ægypti ob Arium dissensionibus acceperit, 318. XCVIII. Pœnam cullei in parricidas renovat, 318. XCIX. Cur interdum severior, quam Christianam decet mansuetudinem, appareat, 318. C. Bellum vitiis omnibus indicit, 318. CI.
Constantinus alius filius Constantii Clori ex Theodora, 306. XXI.
Constantinus Constantini Magni filius Cæsar creatur, 315. I.
Constantius Chlorus eligitur Cæsar, 292. I.

Constantius Clorus repudiata priori uxore, accepit Theodoram filiam Maximiani, 292. I.
Constantius Cæsar adoptatur ab Herculio, 292. II.
Constantius est appellatus Augustus, 304. XIII.
Constantius Augustus cum Galerio divisit Romanum Imperium, 304. XIII.
Constantius quibus imbutus moribus, 304. XIV.
Constantius quibus thesauris glorietur, 304. XVII.
Constantius explorat fidem suorum, purgatque familiam suam, 304. XVIII.
Constantius noluit persequi Christianos, 304. XIX.
Constantius numquam cessit collegæ aliquam partem Imperii, 306. VII.
Constantii pietas insignis, 304. XX.
Constantii obitus & ejus funus, 306. X.
Constantius Treveris martyr sub Diocletiano, 303. CXXIV.
Constantius Episcopus Faventinus Concilio Romano sub Melchiade celebrato interfuit, 313. XXV.
Constantius Clorus quando & ubi obierit, 306. III. Ejus funus honorifice celebratur, 306. V. Filium suum Constantinum Imperii hæredem instituit, 306. VI. Ad Persas legationem obivit, 306. XII. De ortu Constantini ei visio ostensa dicitur, 306. XII. Ab Aureliano Imperatore in Britanniam cum exercitu mittitur, 306. XVI. Uxor ejus fuit Helena, 306. XVII. Quam agente Maximiano Herculio repudians, Theodoram dicti Maximiani privignam duxit, 306. XVII. Continentia ejus mirifice commendata, 306. XVIII. Quot ex Theodora liberos susceperit, 306. XXI. Constantius Constantii Clori ex Theodora filius, 306. XXI.
Consubstantialis Dei Filius Patri, vox a majoribus usurpata, 272. XIV.
Consulatus duo superadditi Fastis corruptis, 262. L.
Consulatus sub Maxentio multiplices & interversi, 308. XXIV. XXV.
Consulatus sedis Melchiadis inversi, 311. XLIII.
Consulatus tempore exacto aliquando adnotari Acta cur solita, 310. I.
Consulatus Maxentii, 308. XXIV.
Consules licet criminosos, non demi solere a Fastis publicis, 309. I.
Contrahere Christianis vetitum absque purificatione, 286. XXXI.
Conventus celebrat Dionysius Alex. ubicumque inveniatur tempore persecutionis, 260. XXIV.
Conventus sacri post extinctum tyrannum restituti in Ecclesia, 314. XVII.
Coracion Nepotianus recantat palinodiam, 264. VI.
Cordubenses martyres sub Diocletiano, 303. CXLII.
Corinthia virgo damnata ad prostibulum liberatur, 309. XXVI.
Cornelius Papa accipit litteras a Concilio Africano, 255. IV. *& seq.*
Cornelius Papa rejicit schismaticos Africanos, 255. XII.
Cornelius Papa quid in causa schismaticorum cum Cypriano, 255. XIII.
Cornelius Papa scribit ad Fabium Episc. Antiochenum in causa schismaticorum, 255. XXXIV.
Cornelius Papa scribit ad Lupicinum Episcopum Viennensem, 255. XLVII.
Cornelius Papa exulat Centumcellis, 255. XLIX.
Cornelius Papa exul accipit litteras a Cypriano, 255. L.
Cornelius Papa gloriose confessus est, 255. XLVII.
Cornelius Papa quo tempore passus sit, 255. LV. *& seq.*
Cornelius Papa quoto anno Galli & Volusiani Impp. Martyrium subierit, 255. LVIII.
Cornelius Papa quid gessit subiturus martyrium, 255. LIX. *& seqq.*
Cornelius Papa curat paralyticum, 255. LX.
Cornelius Papa baptizat credentes, 255. LX.
Cornelius Papa precatur Deum, *ibid.*
Cornelius Papa quo die & mense passus, 255. LXI. Quot annis sedit, 255. LXIII.
Corona Domini, plebs fidelis, 255. LIX.
Coronæ Martyribus cælitus missæ, 316. XL.
Coronam deblam militi accipit custos martyrum, 316. XLI.
Cosmas & Damianus martyres sub Diocletiano, 285. XIV.
Crato Philosophus sub Constantino arbiter disputationis inter Judæos & Silvestrum Papam institutæ, 315. X.
Crementius martyr cum sociis Cæsaraugustæ sub Diocletiano, 303. CXXXVI.
Crescentia martyr cum Vito atque Modesto sub Diocletiano, 303. CXX.
Crescentianus martyr in Campania sub Dioclet. 303. CXX.
Crescentianus martyr in Africa sub Valeriano, 261. XLVII.
Crescentianus martyr in Campania sub Dioclet. 303. CXX.
Crescentius martyr Romæ sub Diocletiano, 303. CXVII.
Crescentius martyr in Gallia sub Diocletiano, 303. CXXIV.
Crescentius Episcopus Catholicus in Africa sub Constantino, 316. LXII.
Crispina martyr in Numidia sub Dioclet. 302. CXXIV.
Crispinianus cum Crispino martyr in Gallia sub Diocletiano, 303. CXXXII.
Crispinus cum sociis martyr in Numidia sub Dioclet. 302. CXXIV.
Crispinus cum Crispiniano martyr in Gallia sub Diocletiano, 303. CXXXII.
Crispus pater Claudiæ matyris Constantii Imp. 269. II.
Crispus presbyter Romanus passus sub Dioclet. 302. CXV. 303. CXIV.
Crispus filius Constantini ex Minervina, 307. VI. Ejus Acta, 307. VII. Cæsar creatur, 315. I. Lactantio imbuendus traditur, 315. IV. Una cum patre pugnat adversus Licinium tertio rebellantem, 318. VI. Obruitur silentio ab Eusebio, *ibid.*
Crotas cum sociis martyr Alexandriæ sub Maximino, 310. XXIII.
Crotates martyr in Caria sub Diocletiano, 305. XVI.
Cruciamentorum genera diriissima. *Vide infra*, Tormenta, Martyres,
Cruces ligneas erigit Gregorius Episcopus in Armenia Majori, 311. XXIII.
Crucis figuram secum habere soliti sunt Christiani, 293. LI.
Crucis signo signare frontem, peculiare Christianis, 303. LXXXIV.
Crucis signo Tiburtius superat tormenta, 286. XXI.
Crucis forma una cum Christi nomine duobus his elementis apte exprimitur , 312. XXIII. *& seqq.*
Crucis fulgor digitus Dei, & lingua cælestis, 306. I.
Crucis signum ostensum Constantino, & promissa per eam victoria, 312. LXIX.
Crucis signum apud Romanos infaustum prodigium, 312. XXII. Apud Ægyptios vero salutis, & vitæ hieroglyphicum, *ibid.*
Crucis signo Labarum ornat Constantinus, 312. XXIII. Non Labarum tantum, sed alia quoque militaria signa & arma, 312. XXIX.
Crucis virtute partæ victoriæ adversus duces Maxentii, 312. XLV. Item Roma restituta, 312. LXXIV. Nec non barbari debellati, 313. XIII. Similiter Licinius in Thracia a Constantino superatus, 317. XI.
Crucis virtus satis cognita Constantino, 318. V.
Crux Christi an sub Eusebio Papa reperta, 311. XLI.
Crux quædam, jubente Procopio, a Marco argenti fabro extructa, imaginibus quibusdam miraculose in ea enatis decoratur, 308. XIX. Ejus virtute mira Procopius operatur, 308. XX.
Crux in capite a Gregorio Armeniæ Episcopo Baptizatorum conspecta, 311. XXIII.
Crux pura † in Labaro posita aliquando, 312. XXIX.
Crux a Constantino in meditullio urbis posita, 312. LXII.
Crux in prælio cruciferos liberat, 317. XII.
Crux in bello Thracico a Constantino pie culta, 318. II.
Cullei pœna a Tyrannis in Christianos conversa ad parricidas revocatur, 318. XCIX.
Culrianus Præfectus persecutor sub Maximino dat meritas pœnas, 314. IX.
Cultus reliquiarum sanctorum martyrum, 295. VIII. *Vide*, Martyres, Reliquiæ.
Cultus sanctorum martyrum, 295. IX. *Vide*, Martyres.
Curbicus Manetis primum nomen, 277. IX.
Curubi civitas nobilitata exilio Cypriani, 260. XXXVI.
Cuspiniani series Præfectorum Urbis interdum mendax, 275. XIV.
Custos Martyrum Cappadocum quo pacto martyrii coronam obtinuerit, 316. XL.
Cutia martyr Romæ cum Alexandro sub Diocletiano, 295. I.
Cybalensi bello Licinius a Constantino superatur, 317. VII.
Cypriani speciosо nomine abusi Donatistæ, 314. LXI.
Cyprianus quam summam collegit pro redimendis captivis, 254. CX.
Cyprianus exagitatus a Schismaticis, cogitur sua propalare merita, 255. XI. *& seqq.*
Cyprianus a Schismaticis accusatur apud Cornelium Papam, 255. XIII.
Cyprianus causam suam agens apud Cornelium, se excusat, 255. XV.
Cyprianus constanter agit adversus insultantes lapsos, 255. XIX. *& seq.*
Cyprianus quando scripsit de Laude martyrii, 255. XXVII. Et exhortationem ad martyres, 255. XLV.
Cyprianus triplici usus dicendi genere, 255. XXXVII.
Cyprianus scribit ad Cornelium Papam exulem Centumcellis, 255. L.
Cyprianus scribit ad Lucium Papam confessorem, 256 III.
Cyprianus sedulus erga suos tempore pestis, 256. XII.
Cyprianus quando scripsit de Mortalitate, 256. XIV.
Cyprianus per visum admonitus, mortuos non esse lugendos, 256. XVI. *& seq.*
Cyprianus magna constantia se erigit adversus Demetrianum Proconsulem, 256. XXII.
Cyprianus taxatur a Lactantio, sed defenditur, 256. XXX.
Cyprianus a Florentio Pupieno persecutionem patitur, 256. XXXI.
Cyprianus assidue offerebat Deo sacrificium, 256. XXXIV.
Cyprianus Dei patrocinium erga sacerdotes per visum accepit, 256. XXXIV.
Cyprianus adversus Aquarios pluribus disputat, 257. IX.

Cyprianus laborat adversus Marcianum Arelatensem schismaticum Novatianum, 358. VIII. *& seq.* Scribit ad Stephannum Papam de eadem causa, 258. VIII.
Cyprianus & alii cur rejicerent Baptismum hæreticorum, 258. XII.
Cyprianus vindicatur a calumnia Nicephori, 258. XVIII.
Cyprianus de rebaptizatione excusatur a S. Augustino, 258. XL. *& seq.*
Cyprianus scribens ad Magnum, dogma de rebaptizatione conatur stabilire 258. XXII.
Cyprianus scribens ad Quintum, id ipsum præstitit, 258. XXV. Quid insuper ad Jubajanum eodem argumento, 258. XXIV. XXXIII.
Cyprianus mira arte eludit eos qui de Baptismo hæreticorum traditionem prætexerent, 258. XXV.
Cyprianus scribit ad Stephanum Papam ex Concilio Africano, 258. XXVII. *& seq.*
Cyprianus quo modo intelligendus, dum ait, liberum esse cuique Episcopo sentire quod velit, 258. XXXI.
Cyprianus modeste se gerit nulli dogmatis sui assertionem præscribens, 258. XXXIII.
Cyprianus de Bono patientiæ, cur, & quando librum illum scripsit, 258. XXXV.
Cyprianus aliquid humani passus, cum plus æquo in Stephanum Papam invehitur, 258. XXXVII.
Cyprianus traditionem non impugnasset, si scisset vere fuisse traditionem, 258. XXXIX.
Cyprianus rursum Concilium, idemque majus convocat, 258. XLII.
Cyprianus legatos mittit ad Orientales, 258. XLIII.
Cyprianus scribit ad Firmilianum Episcopum Cæsareæ Cappadociæ, 258. XLIII.
Cyprianus numquam a Stephano Papa excommunicatus fuit, sed semper Catholica communione illi conjunctus, 258. L.
Cyprianus jure creditus recantasse palinodiam, 258 LI.
Cyprianus post obitum honore habitus ab omnibus Orbis Ecclesiis, 258. LI. Ejus sententiam qui Episcopi Orientales secuti sint, 259. I.
Cyprianus Stephanum Papam demum est secutus, 259. II.
Cyprianus exulat sub Valeriano, 260. XXXIII.
Cyprianus a Paterno Proconsule damnatur exilio, 260. XXXIII.
Cyprianus confessor exul, & postea martyr; quæ sint legitima ejus passionis Acta, 260. XXXV. *& seq.*
Cyprianus primus omnium persecutione Valeriani tentatur, 260 XXXV.
Cyprianus exulans secum duxit Pontium diaconum, 260. XXXIX.
Cyprianus per visum intellexit tempus sui martyrii, 260. XL. *& seq.*
Cyprianus exul scribit ad confessores damnatos ad metalla, 260. XLIII. Mittit ad eos legatos atque pecuniam, 260. LII.
Cyprianus exul scribit ad confessores in carcere positos, 260. LIX.
Cyprianus ad Successum quando scripsit, 260. II.
Cyprianus prædicandi verbum Dei cupidissimus & indefessus, qui & optabat concionando mori, 261. XIII.
Cyprianus curat omni studio ut non alibi quam in sua Ecclesia moreretur, 261. XV.
Cyprianus quando scripsit ultimam epistolam, 261. XV.
Cyprianus quo tempore consummavit martyrium, 261. XII. Et quo in loco, 261. XII.

Cyprianus hortos quos alienaverat, oblatos accepit, 261. XXIII.
Cyprianus proxime moriturus curam egit de Virginibus, 261. XXVII.
Cyprianus subiit sententiam capitis, 261. XXXI.
Cyprianus laudatur a Proconsule in eum sententiam ferente, 261. XXXII.
Cyprianus Episcoporum Carthaginensium primus martyr, 261. XXXIII.
Cyprianus quibus, more Episcoporum, soleret indui vestimentis, 261. XXXIV. Birro & linea, 261. XL.
Cyprianus sedili linteo tecto passurus excipitur, 261. XXVI.
Cyprianus cum patitur, quanto officio colatur a suis, ut ne guttam quidem sanguinis vel sudoris perire sinerent, 261. XXXIV.
Cyprianus donat speculatorem, vigintiquinque aureis, 261. XXXV.
Cyprianus cum patitur, duos habuit clericos ministros, 261. XXXV.
Cyprianus manu Centurionis capite truncatur, 261. XXXV. Ejus martyrium, 261. XXXV.
Cyprianus sepultus nobili funere, 261. XXXVI. Nobili sepulcro honoratus, 261. XLIV.
Cyprianus ubique & apud omnes memoria celebris, 261. XLV.
Cyprianus post mortem auctus duobus templis, 261. XLV.
Cyprianus altari, quæ mensa dicta est, honoratus, 261. XLV.
Cyprianus quosnam habuerit Episcopos successores, 261. XLV.
Cyprianus a Prudentio versibus egregie laudatus, 261. XLVI.
Cyprianus quæ scripsit, & cur ejus opuscula æstimata sunt apocrypha, 261. XLVI.
Cyprianus sua passione aperuit viam cæteris ad martyrium, 261. XLVII.
Cyprianus cum Justina Nicomediæ martyrio coronatur, 311. XVII.
Cyriaca item cum quinque aliis virginibus, *ibid.*
Cyriacus diaconus Rom. Eccles. cum sociis ministrat laborantibus in Thermis Diocletiani, 298. XII.
Cyriacus diaconus unus ex Legatis Silvestri in Concilio Arelatensi, 314. LI.
Cyrilla martyr Romæ sub Claudio, 279. V.
Cyrilla Syrene in Ægypto sub Maximino martyrio affecta, 310. XXV.
Cyrilla virgo Nicææ sub Priscilliano Præside passa, 311. XVIII.
Cyrillus Antiochenus Episcopus creatur, 283. IX. Moritur, 290. III.
Cyrillus episcopus Nicomediæ tempore Diocletiani, 293. I. Domnam virginem & Indem eunuchum Regum ad Christum convertit, 293. I. Moritur, 293. II.
Cyrillus Mart. Romæ sub Valeriano, 260. III.
Cyrinus mart. cum Basilide Romæ sub Diocletiano, 303. CXV.
Cyrinus mart. cum Marcellino Papa Romæ, 304. XXIV.
Cyrinus miles martyr in Hellesponto sub Licinio, 316. XLVII.
Cyssellus mart. in Sardinia sub Diocletiano, 303. CXLV.

D

Dacianus martyr Alutinensis sub Diocletiano, 303. XXXVI.
Dacianus Præses Hispaniarum sævissimus persecutor, 303. CXXXIII.
Dacianus Cæsaraugustæ carnificinam martyrum exercuit, 303. CXXXIV.
Dacianus victus a duobus pueris Christianis, 303. CXL.
Dada martyr cum sociis sub Maximino, 308. XXVII.
Dæmon familiaris Plotini Philosophi, 271. IV. Plotino moriente, se in parietis foramen oculuit specie draconis, *ibid.*
Dæmones adjurati se deos Gentilium esse fatentur, 256. XXVI. A christianis subjugantur, *ibid.*
Dalmatius martyr Episcopus Papiensis, 303. CXXIII.
Dalmatius filius Constantii Clori, 306. XXI.
Dalmatica, tunica sine manicis, 261. XL.
Dalmatica solita contegi corpora martyrum, 283. XV.
Damasus Papa versibus decoravit sepulcrum SS. Martyrum Marcellini & Petri, 302. CX. Eorum Acta adhuc lector accepit a Dorotheo carnifice, 302. CIV.
Damnari ad opus, infame supplicium, 298. X. *& seq.*
Damnatis solitum propinari vinum conditum, 262. LXIII.
Damnatorum corpora sepeliri posse Diocletianus rescripsit, 302. XXXI.
Daniel cum sociis martyr Nicopoli sub Licinio, 316. XLVI.
Daria martyr cum Chrysantho sub Numeriano, 284. VI.
Data pro Accepta in litteris Constantini aliquando errore posita, 314. LXXII.
Dativus episcopus in Africa damnatus ad metalla, 260. XLIII.
Dativus Senator martyr Alutinensis sub Diocletiano, 303. XLII. *& seq.*
Datus martyr Alutinensis sub Dioclet. 303. XXXVI.
Decennalia Constantini quando celebrata, quibus creati sunt Cæsares Crispus & Constantinus, 315. I.
Decennalis persecutio sub Diocletiano quibus incrementis aucta ac remissa, 311. I Quando finita, 311. LVII. 312. V.
Decreta martyrum in carcere a Donatistis conficta, 303. LXIV.
Decretum de fermento erogando quomodo intelligendum, 313. XLIX. *& seq.*
Decuriones immunes a tortura, 314. XXXII. Eorum privilegium abrogatum a Constantino, decernente ut in crimine falsi torquere eos liceret, *ibid.*
Defenor Ecclesiæ magistratus novus, 286. VIII.
Defunctorum Christianorum corpora non cremabantur, sed ungebantur, sicque sepeliebantur, 290. XXXI.
Defunctorum animas precibus vivorum adjuvari, 257. XV.
Delictum ibi puniendum, ubi commissum, 298. VI.
Delphius Præses in Sardinia sub Diocletiano, 303. CXLV.
Demetrianus Proconsul in Africa calumniatur & persequitur Christianos, 256. XXII. In eum scripsit invectivam S. Cyprianus, 256. XXII.
Demetrius Proconsul mart. Thessalonicæ sub Dioclet. 304. LI.

Demetrius presbyter Alexandrinus confessor, 260. XXVIII.
Derisores Christianorum facti sunt ipsi Christiani, 303. CXVIII.
Deorum laudes a Maximino prædicatæ, 312. LI. Quibus falso tributa omnia bona, *ibid.*
Deorum vanitas & mendacia Maximini cito detecta, 311. LVI.
Desertoris militiæ gravis pœna, 298. IV.
Deus non deserit suos, licet multa pati permittat, 273. IV.
Deus semper ultus est sanguinem Christianum, 256. XXVII.
Deus quomodo dicatur occæcare aliquem, 277. XV.
Deus admirabili providentia gubernat Ecclesiam, 36. XVII.
Deo qui infidelis est, fidelis esse non potest hominibus, 305. IX. X.
Deos Gentium esse dæmonia, sua ipsorum confessione est patefactum, 256. XXVI.
Deuterius Episcopus Donatista, 318. XXVIII.
Diaboli consilium in superinducenda Manetis hæresi, 286. III.
Diabolus furit in Principibus adversus Christianos, 301. XV.
Diabolus ubique persequendo Christianos se ad schisma convertit, 305. XIX.
Diaconi Tabellarii Episcoporum, 318. LXXVI.
Diaconorum cælibatus a Concilio Ancyrano assertus, 314. LXXXVIII.
Diaconorum munus in persecutione quondam esse soleret, 316. XLVIII.
Dianæ Ephesiæ templum exustum a barbaris, 263. XX.
Didius martyr cum sociis sub Maximino, 310. XXIII.
Didymus Theodoram ad prostibulum damnatam liberat, 309. XXXIII.
Dierum nomina a Silvestro excogitata esse commentum, 313. XVII.
Dies festi etiam persecutionis tempore a Christianis celebrati, 301. XLV.
Dies natalis sanctorum martyrum celebrari solita, 277. II.
Digna martyr apud Tudertum sub Diocletiano, 303. CXXI.
Digna cum Hilaria martyr Augustæ sub Dioclet. 303. CXXV.
Digna martyr cum Emerita Romæ sub Valeriano, 262. LVII.
Dignianus Præses in Ægypto persecutor, 310. XXV.
Dignus Donatista cum collegis profectus ad Constantinum, 313. XXI.
Dioclea mater Diocletiani, 284. XVII.
Dioclea vicus, 284. XVII.
Diocletiani consilium de tollendo penitus Christianos, 297. XXVII. 301. XIII.
Diocletiani res gestæ cur remanserint obscuræ, 304. XII.
Diocletianus occidit Aprum, & sumit Imperium, 284. I.
Diocletianus quando imperare cœpit, 284. II.
Diocletianus voluit annos numerari ab ingressu sui Imperii, 284. III. Quamdiu id servatum, 284. III. 285. I.
Diocletianus ex qua gente & patria, 284. XVII.
Diocletianus allegit sibi Aristobulum collegam in Consulatu, 285. I.
Diocletianus vicit Carinum Imperatorem, ac solus imperat, 286. I.
Diocletianus adscivit sibi collegam Imperii Maximianum Herculium, 286. II.
Diocletianus cur Romæ potius sæviit in Christianos, 286. XXX.
Diocletianus promulgavit Romæ edicta in Christianos, 286. XXXI.
Diocletianus quid statuit contra Manichæos, 287. II.
Diocletianus & Max. eligunt Cæsares Constantium Chlorum & Maximianum Galerium, 292. I.
Diocletianus Galerio filio adoptivo Susannam neptem conjugio tradere cupit, 294. I.
Diocletianus conjugem habuit nomine Serenam, 295. IV.
Diocletiano Thermæ Romæ eriguntur, 298. X. In meliorem usum conversæ, 298. XVIII.
Diocletianus cum Galerio Maximiano triumphat de Persis, 301. I.
Diocletianus cum collegis agit de instauranda persecutione in Christianos, 301. XI.
Diocletianus auspicatur acerbiorem persecutionem quo anno, 301. XV. XVII. Romæ in Circo acclamatur in Christianos persecutio, 301. XVIII.
Diocletianus nova addit edicta de cremandis libris & diruendis Christianorum ecclesiis, 302. I.
Diocletianus erga Christianos aliquando propensior, 302. III. IV.
Diocletianus quam immensam & diram persecutionem moverit, 302. XXIV.
Diocletianus concessit fepeliri posse damnatos, 302. XXXI.
Diocletianus tentat Marcellinum Papam, & ad thurificationem adigit, 302. LXXXIX.
Diocletianus & Maximianus abdicant se Imperio, 304. V. Causæ diversæ narrantur, 304. VI. Quando id contigit, 304. V.
Diocletianus spe cecidit destruendæ religionis Christianæ, 304. VIII.
Diocletianus honoratur columnis de diruta religione Christiana inscriptis, 304. IX.
Diocletianus promulgavit edictum, quo Christiani excluderentur a beneficio legum, 304. LXVII.
Diocletianus ad Licinii nuptias vocatus, venire recusat, 313. III. Quando obierit, 316. I. Cur diutius vivere permissus, *ibid.* Ejus exitus infelicissimus, 316. II. Inter divos a Licinio relatus, 316. IV. Gemmatos calceos ac vestes gestare solitus, *ibid.*
Diodorus martyr in Caria sub Diocletiano, 305. XVI.
Diodorus presbyter martyr Romæ sub Numeriano, 284. VI.
Diomedes medicus martyr, 312. XVIII.
Dionysii Alexandrini & Luciani par causa, 318. LXXVI.
Dionysius Alexand. agit contra Novatianum, 255. XXXI.
Dionysius Alexandrinus præsto est Fabio Episcopo Antiocheno labenti in Schisma, 255. XXXII.
Dionysius Alexand. favit aliquando Cypriano in sententia rebaptizationis, 258. XLVIII.
Dionysius Alexand. reconciliare curat Episcopos diffidentes, 259. I.
Dionysius Alexand. inhæret sententiæ Stephani Papæ, 259. I.
Dionysius Alexand. consuluit Sixtum Papam de rebaptizando homine non legitime baptizato, 260. IX. 261. X.
Dionysius Alexand. quæ scripsit, 260. XIII. 263. XXXIII. XLIII. *& seq.*
Dionysius Alexand. quam cautus in legendis libris hæreticorum: quale responsum de ea re divinitus accepit, 260. XIV.
Dionysius Alexand. multa passus sub Valeriano: nobilis ejus confessio, 260. XIX. *& seq.*
Dionysius Alexand. quid coram Æmiliano Præfecto, *ibid.*
Dionysius Alexand. licet exsul, celebrat tamen ubique festos dies ex more, 260. XXIV.
Dionysius Alexand. cogitur mutare locum exilii, 260. XXV.

Dionyſius Alexand. reddit certiorem Sixtum Papam de emergente hæreſi Sabellii, 260. LXI.
Dionyſius Alexand. rediit Alexandriam, ſedata perſecutione Eccleſiæ, 263. III.
Dionyſius Alexand. recedit Alexandria ob civile bellum, 263. II.
Dionyſius Alexand. laborans contra Sabellium, in contrariam partem viſus eſt nimium inclinaſſe, 263. XXX.
Dionyſius Alexand. accuſatur apud Dionyſium Romanum Pontificem, 263. XXXI.
Dionyſii Alexand. recta ſententia de divina ſubſtantia Filii Dei, 263. XL.
Dionyſius Alexand. defendit cauſam ſuam apud Dionyſium Romanum Pontificem, 273. XXXII.
Dionyſii Alexand. recta ſententia de divina ſubſtantia Filii Dei, 263. XL.
Dionyſius Alexand. defendit cauſam ſuam apud Dionyſium Romanum Pontificem, 273. XXXII.
Dionyſius Alexand. quæ tunc ſcripſit pro ſua defenſione, 263. XXXIV. XLIV.
Dionyſius Alexand. defenditur ab Athanaſio, 263. XLV. XLVIII.
Dionyſius Alexand. calumniam paſſus, 263. XLII.
Dionyſius Alexandrinus a S. Baſilio reprehenditur, 263. XLIII. Ab eodem poſtea laudatur, 263. LXVI.
Dionyſius Alexand. ab omni ſuſpicione erroris liber, 263. XLVIII.
Dionyſius Alexand. abſolutus a Romano Pontifice, 263. XLVIII.
Dionyſius Alexand. reverſus Alexandriam anno nono Gallieni, 263. LII.
Dionyſius Alexand. diſputat cum Nepotianis, 264. V.
Dionyſius Alexand. agit contra Paulum Samoſatenum, 265. X.
Dionyſius Alexand. ſcripſit Epiſtolam Canonicam, quæ recitatur, 266. X.
Dionyſius qua modeſtia eſſet in reſpondendo conſultationibus diverſorum, 266. XI.
Dionyſius Alexand. mittit ad Synodum Antiochenam Euſebium virum inſignem, 283. X.
Dionyſius Alexand. ſcripſit epiſtolam adverſus Paulum Samoſatenum, 265. V.
Dionyſius Alexand. quid de ſacra Euchariſtia, 265. VI. VII.
Dionyſius Alexand. diem obiit, 266. X.
Dionyſius Alexand. celebratur in Eccleſia, 266. XII.
Dionyſius Alexand. presbyter confeſſor, 266. XVI.
Dionyſius Papa, quando ſedere cœpit, 262. X.
Dionyſius Papa conſecratus a Maximino epiſc. Oſtienſi, 201. XI.
Dionyſius Papa judicat cauſam Dionyſii Alexandrini Epiſcopi, 263. XXXVI.
Dionyſius Papa cogit concilium in cauſa Dionyſii Alexandrini Epiſcopi, 263. XXXI.
Dionyſius Papa abſolvit Dionyſium Epiſc. Alexand. 263. XLVIII.
Dionyſius Papa damnat Sabellii hæreſin, & ſcribit contra eam, 263. LI.
Dionyſius Papa multa contra ſententiam Arii ſcripſit, 263. LI.
Dionyſius Papa mediam ſtravit viam inter Sabellium & Arium, 263. LI.
Dionyſius Papa oppugnat Paulum Samoſatenum, 265. III.
Dionyſius Papa quas ſcripſit epiſtolas, 270. XVII.
Dionyſius Papa diviſit Parochias Urbis, 270. XVII.
Dionyſius Papa quando obiit, 272. XXI.
Dionyſius mart. Aquileiæ cum ſociis ſub Numeriano, 284. IX.
Dioſcorus Architheater factus Chriſtianus, 303. CXVIII.
Dioſcorus martyr in Ægypto ſub Numeriano, 284. X.
Diſpenſatio Melchiadis cum Donatiſtis a S. Auguſtino laudata, 313. XXIX.
Diſputatio Judæorum Romæ habita cum Silveſtro Papa, 315. X.
Dominica virgo, martyr in Campania ſub Dioclet. 303. CXX.
Dominicum celebrare idem quod Miſſas agere, 303. XXXIX. XLIX. LI.
Domitianus Epiſcopus Fori Claudii, 313. XXV.
Domna ſacerdos maxima facta Chriſtiana, 292. I. Simulat ſe arreptitiam, 293. IV. Requiritur a Galerio, virili habitu e monaſterio dimittitur, 301. XXX. Sepelit martyres, & fit ipſa martyr, 302. XLI.
Domninus martyr ſub Diocletiano, 303. CXXII.
Domnus Epiſcopus Antiochenus creatur in Synodo Antiochena, 272. X. Moritur, 277. XLVII.
Donatianus martyr in Africa ſub Valeriano, 262. V.
Donatianus martyr cum Rogatiano Nannete ſub Diocletiano, 303. CXXX.
Donatilla martyr Tiburbi in Africa ſub Valeriano, 262. XXXIV.
Donati multi, quis ex his nomen ſectæ dederit, 306. XLI.
Donatus cum ſociis martyr in Armenia, 211. XXI.
Donatus Epiſcopus Calamenſis, &
Donatus Maſculitanus Epiſcopus Traditor quid in Cæcilianum, 306. XXIX.
Donatus Epiſcopus Catholicus in Africa ſub Conſtantino, 316. LXII.
Donatus dictus a Caſiſnigris, 306. XLII. Auctor ſchiſmaticis, 306. XLI. Sectæque nomen indidit, *ibid.* A Concilio Romano lata in eum damnationis ſententia, 313. XXVI. A ſententia Romani Pontificis atque Concilii ad Conſtantinum appellat, 313. XXX.
Donatiſtæ Melchiadem reum Traditionis arguunt, 306. XXVI. Maiorinum adverſus Cæcilianum Carthaginenſem Epiſcopum ordinant, 306. XXXII. Unde prodierint, 306. XXXIV. Datis contra Cæcilianum per totam Africam litteris, etiam Mauritaniæ Epiſcopos ad ſuam communicationem pelliciunt, unde ſic denominati, 306. XL. Itaque Carthagine Concilium ducentorum ſeptuaginta Epiſcoporum celebrant, 306. XLIII. Allegunt ſibi Traditores, 308. XXVIII. Interpellant judicium Conſtantini adverſus Cæcilianum, & appellant ad Anulinum Proconſulem, 313. XIX. Ad Conſtantinum in Gallias navigant, eique adverſus Cæcilianum libellum ſupplicem offerunt, 313. XXI. Romæ coram Pontifice ſiſti jubentur, *ibid.* Pacis conditiones a Melchiade oblatas reſpuunt, 313. XXIX. A Melchiadis & collegarum ejus Epiſcoporum judicio ad Conſtantinum appellant, 313. XXX. Rabida eorumdem audacia a Conſtantino perſtringitur, *ibid.* Ex ſententia Romani Concilii complures reſipuiſſe epiſtola Conſtantini ad Epiſcopos Catholicos declarat, 313. XXXII. Legatis in Africam miſſis reſiſtunt, 313. XXXV. Poſt Romanum Concilium a Conſtantino cur retenti, 313. XXXVI. XXXVII. Dimiſſi, Cæciliani adventum Carthaginem antevertunt, 313. XXXVII. Ex retentione Cæciliani calumniæ argumentum ſumunt, 313. XXXVIII. Cæcilianum, Romæ fuiſſe damnatum calumniantur, 313. XXXVIII. XXXIX. Eorum procacia & pervicacia Conventui Epiſcoporum riſum movit, 313. XXXIX. Ad Concilium Arelatenſe vocantur, 314. XIX. Eorum objectiones contra Cæcilianum in cauſa Felicis, 314. XXVI. Eorumdem culpa Epiſcopi a Proconſule judicantur, 314. XXVI. A judicio Æliani Proconſulis pro Felice ad Conſtantinum appellant, 314. XXXI. Poſteriores cavillati ſunt judicium Proconſulis pro Felice, 315. XXXIII. Acta Concilii Arelatenſis corrumpunt, 314. LII. Optati ſcripta ab iis decurtata, 314. LII. Rebaptizare incipiunt, 314. LXI. Errorique huic ſpecioſum Cypriani nomen prætendunt, *ibid.* Ab Arelatenſis Synodi judicio iterum ad Conſtantinum appellant, 314. LXIX. A Concilio Arelatenſi damnati, in Africam redeunt, *ibid.* In cauſa Cæciliani tertio ad Conſtantinum appellant, 316. LVII. Coram Conſtantino cauſam contra Cæcilianum agunt, 316. LVIII. Triplici licet judicio damnati, necdum conquieſcunt, 316. LX. Baſilicam Catholicorum in Numidia civitate invadunt, 316. LXI. Cur non ſtatim a Conſtantino puniti, 316. LXIV. LXV. LXVII. Conſtantinum a Catholicis fuiſſe corruptum calumniantur, 316. LXIX. A Conſtantino quidem ad ſupplicium duci juſſi, 316. LXVIII. Exilio tamen ſolummodo mulctati, & quare, 316. LXIX.
Donatiſtarum partium pars maxima Africæ erat, 316. LVIII.
Donatiſtarum factio unde cœpit, 303. XXIX. LXXIII.
Donatiſtæ corrumpunt Acta martyrum, 303. LVIII.
Donatiſtæ hæredes Novatianorum negant pœnitentiam poſt lapſum, 303. LXIX. Et de iterando Baptiſmo hæreticorum, 258. LIV.
Donatus Epiſcopus Calamenſis Traditor, 303. CXXVIII.
Donatus Maſculitanus Traditor, 303. CXXVIII.
Donvina martyr cum Theonilla & ſociis Ægæ in Lycia ſub Diocletiano, 285. IV. Ejus martyrii Acta, 285. XI.
Dorothea martyr Cæſareæ in Cappadocia ſub Galerio, 304. LXX.
Dorothea virgo Alexandrina, 307. XXXI.
Dorothea Luciani diſcipula, 311. XIV.
Dorotheus carnifex dedit Acta Marcellini & Petri martyrum Damaſo lectori, poſtea Papæ, 302. CIV. Superſtes uſque ad Julii Papæ tempora factus Chriſtianus, 302. CX.
Dorotheus martyr Nicomediæ ſub Diocletiano, 301. XXXVII. 302. XXVIII.
Dorimedon martyr in Phrygia ſub Probo, 281. I.
Draco ſub lecto, in quo jacebat Plotinus moribundus, pererrans eo moriente, in parietis foramen ſe occuluit, 272. IV. Draco iſte quid ſignificaverit, 271. IV.
Draconarii qui, 312. XXXII.
Dracones, ſigna militaria, *ibid.*
Dracones haberi pro ſignis militaribus quando cœptum, 312. XXXIII.
Drepanum civitas falſo credita patria Conſtantini, 306. XII. XV.
Dulcetius Præſes perſequitur Chriſtianos Theſſalonicæ, 304. XLI.
Dux exercitus etiam dictus qui uni præerat tantum legioni, 300. VIII.

E

EBoraci in Britannia moritur Conſtantius Clorus, 306. III.
Eccleſia poſſidebat vaſa aurea & argentea etiam tempore perſecutionis, 303. VII. LXXVIII.
Eccleſia confert menſtruam ſtipem clericis miniſtrantibus, 255. LXII.
Eccleſia Catholica ubi eſſet, Legatorum ſententia definitum, 313. XXXV. Humilis ejus ſtatus per Etham ſignificatur, 306. I. Perſecutiorum ejus finis qualis, 306. VI. Ejus de reddita pace poſt extinctos Tyrannos triumphus, 314. XIV. Antiqua ejuſdem conſuetudo ut Conciliorum decreta a Romano Pontifice confirmentur, 314. LXVIII. Ejus pax ab Ario turbata, 316. XXXII.
Eccleſia Orientalis tandem ſub Conſtantino a perſecutione quieſcit, 311. XXIX. XXXIII. Per Maximinum iterum vexatur, 311. XLIV. *Diſcordiis propter Arium exortis lancinatur*, 318. LXIX.
Eccleſia Oxyrinchi in Thebaide florentiſſima, 316. XXIX.
Eccleſiæ bona Epiſcopus pro gradus conditione dividit clericis quolibet menſe, *ibid.*
Eccleſiæ ſpontanea paupertas, in quo differat ab affectata paupertate hæreticorum, 260. LXX.
Eccleſia Catholica Martyrum Acta non ut Evangelium legit, 302. CIII.
Eccleſiæ Catholicæ conſtantia, & robur, 255. LI.
Eccleſiæ Catholicæ magna tentatio in lapſu Origenis, 256. XLIII. Necnon ex quæſtione de Baptiſmo hæreticorum, 258. XIII.
Eccleſia Catholica ab Eccleſia ſchiſmaticorum, etiam ab hoſtibus cognita atque diſtincta, 255. LIII. 256. IV.
Eccleſia Catholica eſt via regia, 256. XLVIII.
Eccleſia Catholica ſemper impolluta nec deturpata aliquando ob lapſum Epiſcoporum vel aliorum, 302. CII.
Eccleſia Catholica cognoſcitur quoque ex martyrum copia, 262. XVIII.
Eccleſiæ Cathol. libertati conſuluerunt ſemper Epiſcopi, 257. XIV.
Eccleſiæ Catholicæ nomen confutat omnes hæreſes, 277. XXV.
Eccleſiæ Catholicæ unus Epiſcopus ſummus, 256. XXXI.
Eccleſiæ Catholicæ ſumma & certa fides, 277. XXV.
Eccleſiæ propagatio, 284. XIII.
Eccleſiæ ritus imitatur Manes, 277. XXI.
Eccleſiæ Defenſor creatur, novus Magiſtratus in Eccleſia, 286. VIII.
Eccleſiæ perſecutio. *Vide infra*, Perſecutio.
Eccleſia vehementer concuſſa ex quæſtione de Baptiſmo hæreticorum rato habendo, 258. XII.
Eccleſiæ ſtatus ſub Aureliano, 273. IV.
Eccleſiæ ſtatus ſub Claudio, 269. IV. V.
Eccleſiæ ſtatus ſub Diocletiano, 284. XVII. Ante perſecutionem, 302. II.
Eccleſia Occidentalis quievit a perſecutione, 304. XXI.
Eccleſia non aperitur minis eam invadentibus, 255. XXIV.
Eccleſiæ loca diverſa atque diſtincta ob *diverſas* claſſes pœnitentium, 263. XXIX.
Eccleſiæ Chriſtianorum demolitæ edicto Diocletiani, 302. I.
Eccleſiæ complures Alexandriæ fuere, 315. XXVIII.

Ecclesiæ bonis spoliatæ a Tyrannis per Constantinum in integrum restitutæ, 312. LXXVIII.
Ecclesiæ in Oriente denuo reædificari cæptæ, 314. IX. Aliæ, *ibid.* A Licinio solo prostratæ, 316. XXXII. Aliæ occlusæ, *ibid.*
Ecclesiastica disciplina restitui cæpta, 314. XVII.
Ecclesiasticum judicium tractandum ab Episcopis tantum, lege statuit Constantinus, 314. XXXVIII. Eorumque judicium ratum habendum esse, *ibid.*
Edicta Diocletiani Romæ primum promulgata, 286. XXXI.
Edicta Constantini Latinis in primis, ac deinde Græcis litteris in Oriente data, 318. XXIV.
Edictum Diocletiani de comburendis libris quando promulgatum est, 302. I. XXII. CXVIII.
Edictum Diocletiani, ne Christiani emere vel vendere possent absque thurificatione, 286. XXXI.
Edictum Diocletiani prohibens ne Christiani agere possent in judicio, 304. LXVII.
Edictum Diocletiani adversus Manichæos, 287. II.
Edictum Constantini ad Africæ Proconsulem pro Christianis, 312. LXXXVIII. Aliud ejusdem ad eumdem pro immunitate Clericorum, 312. LXXXIX. Aliud Constantini atque Licinii pro pace Ecclesiæ, 316. V. Aliud ejusdem de judicio ecclesiastico tractando ab Episcopis, ratoque in omnibus habendo, 314. XXXVIII. Aliud ejusdem de appellationibus 314. LXXII. Ejusdem aliud de oppressis a Tyranno Maxentio sublevandis, 314. LXXII. Aliud ejusdem de sublevatione pauperum, 315. V. Ejusdem aliud adversus Judæos, 315. VIII. Aliud ejusdem post debellatum Licinium pro *Christiana religione*, 318. XXV. Datum in Oriente, non in Occidente, 318. XXXVI.
Edictum Maximini Jovii contra Christianos, 311. L. Aliud ejusdem pro Christianis, 313. VIII. Ejusdem ultimum pro Christianis, 314. V.
Ethales presbyter socius Arii quid cum aliis ad Alexandrum scripserit, 318. LVII.
Electi a Manichæis qui dicebantur, 277. XXVIII. XLI.
Electio Imperatoris rejecta ad Senatum, 278. IV.
Eleemosynæ prohibitæ a Manichæis, 277. XXIX.
Elementa quinque apud Manichæos, 277. XXV.
Eleutherius Byzantii martyrio coronatur, 311. XIX.
Elias martyr in Palæstina sub Maximino, 307. XXIV.
Elias alter martyr in Palæstina sub Valerio Maximiano, 208. IV.
Eliberis civitas ubi, 305. XXXIX.
Eliberitanum Concilium quando, & ubi, *ibid.*
Eliberitani Concilii auctoritatis ratio, 305. XLII.
Eliodorus. *Vide*, Heliodorus.
Emerentiana martyr Romæ sub Diocletiano, 304. XXXI.
Emerita martyr cum Digna Romæ sub Valeriano, 262. LVII.
Emeritus martyr Alutinensis in Africa sub Dioclet. 303. XXXVI.
Emeritus martyr domum suam ad Synaxim celebrandam persecutionis tempore aperuit, 303. XLVII.
Emygdius Episcopus Asculanus a Marcello Papa ordinatus, 309. IV.
Encratis martyr Cæsaraugustæ sub Diocletiano, 303. CXXXVI.
Eunathas martyr in Palæstina, sub Maximino, 307. XXI.
Ephrem Syrus scripsit sacros hymnos, 264. VII.
Epicharides martyr Romæ sub Diocletiano, 303. CXV.
Epiphanius refellitur de tempore Pauli Samosateni, 265. III.
Epiphanii locus restitutus, 277. III.
Epiphanius incidit in falsa *Acta Meletii* ac Petri Episcopi Alexandrini, 306. XLV. XLVIII. 310. XVI.
Episcopi Orientales qui adhæserunt Novatiano, 255. XXXIV.
Episcopi etiam persecutionis tempore soliciti pro libertate Ecclesiastica, 257. XVI.
Episcopi injuriam passi appellant Romanum Pont. 258. III.
Episcopi qui faverunt Cypriano in quæstione de Baptismo hæreticorum, 258. XLIX.
Episcopi qui a parte Stephani Papæ steterunt contra Cyprianum, *ibid.*
Episcopi adversantes Stephano Papæ, eidem anno sequenti consenserunt, 259. I.
Episcopi Africani a Valer. damnantur ad metalla, 260. XLII.
Episcopi *omnes Sanctissimi* jure dicendi, 260. XXII.
Episcopi Africani qui Cypriani sententiam sunt sectati, postea effecti martyres, 262. XXXIII.
Episcopi qui interfuerunt Concilio Antiocheno posteriori, 272. III.
Episcopi traditores in alios crimen vertunt: quinam ii fuerint, 302. CXXVIII. 303. III.
Episcopi propinquiores, non majores, interesse debent ordinationi *Primatis*, 306. XXXI.
Episcopi sæcularia judicare possunt, nec ab eorum judicio appellandum, 314. XXXVIII.
Episcopi Traditores in Africa quid in Cæcilianum, 306. XXVIII.
Episcopi Palæstini quid passi anno septimo persecutionis, 308. XX. Ipsorum corrupti mores ex Eusebii sententia, 308. XXI. Damnati ad servitium jumentorum, *ibid.*
Episcopi qui & quot Concilio Romano sub Melchiade interfuerint, 313. XXV.
Episcopi quinam post Romanum Concilium ad concordandam Ecclesiam in Africam missi, 313. XXXV.
Episcopi Africani retenti a Constantino, 313. XXXVII.
Episcopi qui interfuerint Concilio Arelatensi, & quot numero, 314. XLIX. LI. Iis a Constantino datæ fuere Tractoriæ, 314. XLV. Præsidibus provinciarum prælati, 314. LVII.
Episcopi qui interfuerunt Concilio Ancyrano, 314. LXXVII. *& seq.*
Episcopi Palæstini fautores Arii, 318. L.
Episcopi Catholici subscripserunt litteris Alexandri adversus Arium, 318. LXXXVIII.
Episcoporum lapsus & pravi mores non præjudicant Catholicæ veritati, 302. CII.
Episcoporum habitus antiquus, 261. XL. *& seq.*
Episcoporum Orientalium legatio ad Stephanum Papam, 258. XVI.
Episcoporum judicium quale esse debet, ex sententia Constantini, 313. XXXII.
Episcoporum causa ad judicium Proconsulum ex culpa Donatistarum delata, 314. XXXI.
Episcoporum litteras communicatorias accipiunt Præsides Provinciarum ex decreto Concilii Arelatensis, 314. LVII.
Episcoporum Byzantinorum catalogus, 314. XCIV.
Episcoporum quorumdam Catholicorum Africanorum nomina, 316. LXII.

Epi-

Episcopos posthabuisse civiles leges & contra eas statuisse canones, 257. XV.
Episcopos deponere, esse tantum Romani Pontificis, 258. X.
Episcopos haud semper posse sentire quod velint in aliqua quæstione, 258. XXXI.
Episcopum in omni loco duo presbyteri & tres diaconi comitentur, 257. V.
Episcopus unus summus in Ecclesia Catholica, 256. XXXII.
Episcopus successor interdum a prædecessore delectus, 316. XXII.
Epistola Canonica Gregorii Thaumaturgi, 263. XXIV.
Epistola Canonica Dionysii Alex. *Vide*, Dionysius Alex.
Epistola Canonica Petri Alexand. *Vide*, Petrus Alex.
Epistola Cornelii Papæ de persecutione excitata, 255. XLVII.
Epistola Cypriani & aliorum ad Lucium Papam, 256. III.
Epistola Synodica ex Concilio Africano ad Stephanum Papam, 258. XXVII.
Epistola Fortis Episcopi, 303. XX.
Epistolæ diversorum. *Vide*, Litteræ.
Epitaphium S. Marcelli Papæ, 309. VII.
Eradius martyr Tuderti sub Dioclet. 303. CXXI.
Erasmus Episcopus in Campania martyr sub Dioclet. 303. CXIX.
Eremi & deserta loca sub Constantino sanctissimis viris conferta, 318. CI.
Erothaides martyr in Cappadocia sub Galerio, 304. LXXII.
Errores sanctorum Patrum quo modo sint vere excusandi, 266. XXII.
Etham humilem Ecclesiæ statum repræsentat, 306. I.
Evandus Episcopus ab Ursino interfuit Concilio Romano in causa Cæciliani, 313. XXV.
Evangelium secundum Thomam, 277. XVIII.
Eubulus in Palæstina postremus omnium sub Maximiano martyrio afficitur, 308. XIII.
Eucharistia servari solita, 293. III.
Eucharistia missa ad Serapionem morientem, 255. III.
Eucharistiam qualem est opinatus Paulus Samosatenus, 255. XXXIII.
Eucharistiam veram certamque ex Dionysii Alexandrini assertione, 265. VI.
Eucharistiam mox sumunt adulti qui sunt baptizati, 255. LX.
Eucherius Episcopus Lugdun. scripsit Acta martyrum Thebæorum, 297. III.
Eudoxius hæreticus quamvis sceleratissimus, filius tamen fuit Cæsarii Martyris, 311. XXI.
Eventius martyr Carthagine cum sociis sub Dioclet. 203. CXXXVI.
Eugeniæ martyrium sub Gallieno, 262. LV.
Eugenius Hermogenianus Præfectus detulit ad Senatum de persecutione indicenda, 301. XVIII.
Eugenius cum sociis martyr Sebastiæ, 311. XX.
Eugenius Diaconus unus ex legatis Silvestri in Concilio Arelatensi, 314. LI.
Eugraphus martyr in Ægypto, 307. XXXVIII.
Evilasius cum Fausta Cyzici passus, 311. XIX.
Evilasius Præfectus Nicomediæ persecutor sub Maximino, 311. XVII.
Eulalia martyr Barcinone sub Diocletiano, 303. CXLI.
Eulalia martyr Emeritæ sub Diocletiano, 303. CXXXVIII.
Eulaliæ exemplo multi Christiani frangunt idola, 303. CXXXVIII.
Eulogiæ Catholicæ communicationis symbolum, quando & a quibus non accipiendæ, 313. LII. LIII. Duplicis generis eas fuisse ostenditur, 313. LVI.
Eulogius diaconus martyr Tarracone sub Valeriano, 262. LIX.
Eumalius Vicarius in Africa sub Constantino, 316. LVII.
Eunomia martyr cum Euprepia Augustæ sub Dioclet. 303. CXXV.
Eunomius Episcopus post Romanum Concilium sub Melchiade celebratum in Africam legatus, 313. XXXV.
Eunuchi a Constantino Præfecturas & Magistratus gerere prohibiti, 314. LXXIV.
Eu h mia virgo martyr Chalcedone, 311. XVIII.
Euphrasia virgo damnata ad lupanar insigni astu integritati *suæ prospicit & martyrii* coronam assequitur, 309. XXXV.
Euplius martyr in Sicilia sub Diocletiano, 303. CXLVI.
Euprepia martyr Augustæ sub Diocletiano, 303. CXXV.
Euprepius martyr cum sociis sub Dioclet. 285. XIV.
Eusebii historia in quibus potissimum fide vacillet, 272. XVII. Ejus ratio in numerando annos decem persecutionis, 302. V.
Eusebii error, dum ante decimumnonum annum Dioclet. pacem fuisse dicit in Ecclesia, 302. I. V. Erroris arguitur ex verbis Constantini, 302. VIII.
Eusebii error de tempore damnationis Pauli Samosat. 265. XIII.
Eusebii locus declaratur de κλῆμα, 262. LXXVIII.
Eusebius Alexand. legatus a Dionysio ad Synodum Antiochenam, factusque Episcopus Laodicenus, 260. XXIX.
Eusebius idem consuluit fami & obsidioni Alexandrinorum, 263. IX.
Eusebius Ecclesiæ Alexandrinæ diaconus, 260. XXVIII.
Eusebius confessor curat sepulturas martyrum, 260. XXVIII.
Eusebius & socii martyres Romæ sub Valer. 259. VIII.
Eusebius in historia dolo malo multa suppressit, 272. XVII.
Eusebius auctor Apologiæ pro Origene Pamphilo tributæ, 256. XXXIX.
Eusebius natione Græcus Marcello in Pontificatu sufficitur, 300. VII. Quando obierit, 311. XL. Quot annis sederit, *ibid.* Res gestæ ipsius aliaque sub ipso acta breviter recensita, 311. XLI.
Eusebius Cæsarienses, dictus Pamphili, quousque videatur Historiam suam produxisse, 308. XIV. Plurimos martyres in Palæstina passos prætermisit, 308. XV. Non fidelis Historicus sed calumniator detegitur, 308. XXII. Quædam ad Historiæ ejus finem superaddita videntur, 311. XLVIII. Ejus Chronicon erroris arguitur de tempore creationis Cæsarum filiorum Constantini, 315. II. *& seq.* A Theodoreto inter fautores Arii recensetur, 318. L. Litterarum ejusdem ad Alexandrum pro Ario fragmenta, 318. LIV. Hæresis Arianæ subdolus propagator, 318. LXIX. Arianis favens, utpote ipse Arianus, in Historia sua multa prætermisit, 318. XC. XCV.
Eusebius Nicomediensis, Arii fautor, Berytho translatus, Eustolio in Episcopatu succedit, 315. XXV. Ario mordicus adhæret, 318. XLVI. Patrocinium ejus suscipit, 318. XLVII. Ab Ario laudatur, 318. XLVIII. Ejus ad Paulinum Episcopum Tyri litteræ, 318. LI.
Eusebius Scisicanus Episcopus martyrio sub Maximino coronatur, 308. XXVII.

Eu-

Eusebius Vercellensis Episcopus ab Eusebio Papa baptizatus & educatus, 311. XLII.
Eustochii & Paulæ e Portu Romano solventium memoria, 270. XVI.
Eustolia discipula Luciani, 311. XV. Ancyrano Concilio interfuit, 314. LXXVIII.
Eustolius Episcopus Nicomediensis, 314. LXXXVIII.
Eustratius cum sociis martyr Sebastæ, 311. XX.
Eutonomus Episcopus martyr sub Maximino Imp. martyrio coronatus, 311. XIX.
Eutropia filia Constantii Clori, 306. XXI.
Eutropius martyr in Portu Romano sub Aureliano, 277. IV.
Eutropius pater Constantii Augusti patris Constantini Magni, 269. II.
Eutropius cum sociis sub Maximino Imp. martyrio coronatus, 311. XIX. 312. XXXVIII.
Eutropius erroris arguitur de tempore debellati Maxentii, 312. XXVIII.
Eutyches martyr Puteolis cum sociis sub Galerio, 305. II.
Eutychia martyr prægnans servatur usque ad partum Thessalonicæ sub Dioclet. 304. XLII.
Eutychianus Papa creatur, 277. III. Moritur, 283. XIV. Ejus decreta, & ordinationes, 283. XV.
Eutychianus cum sociis a Polycarpo Romæ baptizatus, 284. XIV.
Eutychianus cum sociis martyr in Campania sub Diocletiano, 303. CXX.
Eutychius Cesareæ in Mauritania, 302. CXXIV.
Eutychius cum sociis martyr in Armenia, 311. XXI.
Eutychius episcopus Amasenus Basileo successit, 316. XXII.
Euthymius martyr Nicomediæ sub Dioclet. 302. XLII.
Euzoius socius Arii quid ad Alexandrum Episcopum Alexandrinum scripserit, 318. LVII.
Excommunicatur a S. Cypriano defunctus, 257. XIV.
Excommunicatus a suo Episcopo ab alio non recipiendus, 318. LXXIII.
Exercitus divinitus missi pro Constantino visi in Galliis, 312. XI.
Exercitus Constantini divinum signum aspexit, 312. XIX.
Exercitus Constantini copiarum numerus, 312. XXXVIII.
Exercitus Maxentii copiarum numerus, 312. XL.
Exilium irrogatum a Constantino Donatistis, 316. LXX.
Extorres Christiani divino miraculo a bestiis aluntur in deserto, 304. LVII.
Exuperantius martyr Romæ sub Valeriano, 260. III.
Exuperia martyr Romæ cum sociis sub Valeriano, 259. XXX.
Exuperius Vexillarius legionis Thebeæ, 297. X.
Exuperius Episcopus Tolosanus, 305. XL.

F

Fabius Episcopus Antiochenus in fide vacillat, 255. XXXI.
Fabius Episc. Antioch. a Cornelio Papa admonetur, 255. XXXIV.
Fabius Episcopus Antioch. moritur, 255. XXXVII.
Fabius martyr Romæ sub Dioclet. 302. CXII.
Fabius Maximus Præfectus Urbis, 286. XV.
Faces in funere Cypriani, 261. XXXVI.
Factionibus spectaculorum se immiscere, Christianis vetitum, 314. LX.
Facundus filius Marcell. Centurionis cum Primitivo martyr in Hispania sub Diocletiano, 298. IX. 303. CXXXVIII.
Faltonius Pinianus Proconf. in Asia fit Christianus, 302. CXI.
Fames, pestis, & bellum sub Maximino, 311. LVI.
Fausta cum Evilasio martyrio affecta, 311. XIX.
Fausta Maximiani Herculii filia Constantino nubit, 307. VI. Magis Constantino viro quam patri studet, 307. IX. X.
Faustæ domus in Laterano donatæ Melchiadi, 312. LXXXII. Ibidem celebratum fuit Concilium sub Melchiade, 313. XXV.
Faustinus Episcopus Lugdunensis laborat contra Novatianos, 258. VIII. Refert ad Stephanum Papam de Marciano Episcopo Arelatensi Novatiano, *ibid.*
Faustinus confessor illustris in Ægypto, 260. XXVIII.
Faustinus martyr Romæ cum Simplicio sub Dioclet. 302. CXII.
Faustus martyr Alutinensis sub Diocletiano, 303. XXXVI.
Faustus Diaconus Ecclesiæ Alex. sub Dionysio, 260. XIX.
Faustus martyr Romæ sub Valeriano, 260. III.
Faustus martyr, filius Marcelli Centurionis in Hispania sub Diocletiano, 298. IX.
Faustus martyr Alexandriæ sub Maximino, 310. XXIII.
Febroniæ ac sociarum res gestæ, 311. XXVIII.
Felices tres martyres Alutinenses sub Dioclet. 303. XXXVI.
Felicianus passus Romæ cum Primo sub Dioclet. 303. CXV.
Felicianus martyr Ravennæ sub Diocletiano, 303. CXXII.
Felicissimus legatus profectus ad Cornelium Papam contra Cyprianum, 255. XI. Auctor schismatis, *ibid.*
Felicissimus immanium scelerum reus, *ibid.*
Felicissimus filius Claudii Commentariensis cum fratre Felice baptizatur Romæ, 284. XIV.
Felicissimus diaconus martyr Romæ cum Sixto Papa, 261. IV.
Felicissimus martyr cum Felice in Campania sub Diocletiano, 303. CXX.
Felicissimus martyr in Africa laudatus a Cypriano, 260. LX.
Felicissimus martyr Tuderti sub Diocletiano, 303. CXXI.
Felix Episcopus in Hispania substitutus in locum lapsi, 258. I.
Felix Episcopus Cæsaraugustanus, 258. V.
Felix Episcopus Tibaritanus, quod nollet libros tradere, factus martyr, 302. CXIX. *& seq.*
Felix Episcopus in Africa cum collegis damnatus ad metalla sub Valeriano, 260. XLIII.
Felix Episcopus alter eodem supplicio affectus, *ibid.*
Felix martyr in Etruria sub Aureliano, 277. V.
Felix martyr Aquileiæ sub Numeriano, 284. IX.
Felix martyr Romæ sub Diocletiano, 302. CXIV.
Felix martyr cum sociis sub Diocletiano & Maximiano, 303. LI.
Felix & alii septem passi in Numidia sub Dioclet. 302. CXIV.
Felix cum Felicissimo martyr in Campania sub Diocletiano, 303. CXX.
Felix cum Nabore martyr Mediolani sub Dioclet. 303. CXXII.
Felix martyr Cæsaraugustæ sub Dioclet. 303. CXXXVI.
Felix martyr Gerundæ sub Diocletiano, 303. CXXXVIII.
Felix Papa creatur, 273. XI.
Felix Papa hæresin Pauli Samosateni confutat & condemnat, *ibid.*
Felix Papa scribit ad Maximum Episcopum Alexandrinum, 273. XI.

Felix Papa Secundus loco Primi acceptus, 273. XIII.
Felix Papa hortatur martyres, 277. IV.
Felix Papa martyrium subiit, 275. I.
Felix Episcopus Aptungitanus ordinator Cæciliani, 306. XXVIII. In Concilio Carthaginensi a schismaticis coacto damnatur, 306. XXXV. Ex Constantini Imp. mandato causa ejus ab Æliano Proconsule cognoscitur, 313. XXXVI. 314. XIX. Ab eodem absolvitur, 314. XX. Ejus commendata constantia, quod noluerit coram Proconsule causam dicere, 314. XXVII. Vere absolutus etiam judicio Proconsulis, 314. XXVIII.
Felix Episcopus Florentinus Romano Concilio sub Melchiade celebrato interfuit, 313. XXV.
Felix Episcopus a Tribus Tabernis, 313. XXV.
Felix Episcopus in Africa Catholicus sub Constantino, 316. LXII.
Felix martyr Spalati sub Maximino, 308. XXVII.
Felicis & Emeriti certamen & martyrium, 303. L. LI.
Femina Romana magis mori delegit, quam a Maxentio inquinari, 309. X.
Feminas non trahendas ad judicium cur sanxerit Constantinus, 316. LXXI.
Feminæ menstruatæ superstitiose a Græcis rejiciuntur a Sacramentorum perceptione, & ab ecclesia, 266. XI.
Feminæ prægnantes damnatæ, detinentur in carcere usque ad partum, 304. XLII.
Feminæ duodecim Christianæ martyres sub Maximino, 308. XX. *Vide*, Mulieres.
Feminæ Christianæ quæ conscíverunt sibi mortem ne illuderentur, 309. XIV.
Feminæ quædam infames ad Damascum Phœniciæ ut Catholicos calumnientur inductæ, 312. XLVII.
Feriæ ut juxta ordinem numeri dierum dicerentur, a S. Silvestro Papa statutum, 315. XVI.
Fermentum dirigendum ad Ecclesiam ex decreto Romanorum Pontificum, 313. XLIX. Quid mystice significet, 313. L. Quomodo dictum sit Sacramentum, *ibid.* Idem est quod fermentatus panis, *ibid.* Cur longe non esset mittendum, 313. LII.
Ferreolus martyr in Gallia sub Diocletiano, 303. CXXX.
Festa anniversaria celebrant christiani etiam tempore persecutionis, 301. XLI.
Festa anniversaria Dionysius Alexand. licet exul ubique celebrat, 260. XXIV.
Festivitates. *Vide supra*, Dies.
Fidei Catholicæ Confessio Alexandri Episcopi Alexandrini, 318. LXXXII.
Fidentius Donatista cum collegis ad Constantinum profectus, 313. XXI.
Fides Catholica. *Vide*, Ecclesia Catholica.
Fides Christiana probat personam, non personam fidem, 302. CXII.
Fides Christiana non fœdatur alienis vitiis, 302. CI.
Fidei professio a Concilio Antiocheno scripta, 272. XVI.
Fidei quæstio non definienda cujuscumque voluntatis arbitrio, 258. XXXI. XXXII.
Fides martyr Agenni in Gallia sub Dioclet. 303. CXXIX.
Fides martyr una cum fororibus, *ibid.*
Fidelis martyr Novocomi sub Diocletiano, 303. CXXIII.
Fidelis martyr Edessæ sub Galerio, 304. LXXV.
Fideles qui non sunt Deo, nec hominibus erunt, 304. XIX.
Fidentius martyr Tuderti sub Diocletiano, 303. CXXI.
Filius Dei ejusdem cum Patre substantiæ. *Vide*, Jesus Christus.
Firmilianus Episcopus Cæsareæ Cappad. insurgit in Stephanum Papam, 258. XV.
Firmilianus damnatus a Stephano Papa, 258. XLIV.
Firmilianus ira succensus in Stephanum Papam scribit ad Cyprianum, *ibid.*
Firmilianus idem schismaticus Quartadecimanus, 258. XLVI.
Firmilianus idem cum Cypriano sentit de Baptismo hæreticorum, cujus sententia improbatur, 258. XLVIII.
Firmilianus recantat palinodiam, 258. XLVII.
Firmilianus a S. Basilio ejusdem Ecclesiæ Episcopo impugnatur, 258. XLVII.
Firmilianus in Ecclesiam restitutus, interfuit priori Concilio Antiocheno, 258. XLVII.
Firmilianus veniens ad posterius Concilium Antiochenum contra Paulum Samosat. congregatum, moritur Tarsi, 272. IV.
Firmilianus Præses Palæstinæ, 307. XVI. XX. Ejus carnificinæ, 308. I. *& seqq.* De crudelitate in martyres dat pœnas, 308. XIV.
Firmina martyr Ancyræ sub Diocletiano, 303. CXXI.
Firmina reliquias Marcellini colligit, 302. CIX.
Firminus Episcopus Ambianensis martyr sub Dioclet. 303. CXXX.
Firmus cum Rustico martyr Veronæ sub Dioclet. 303. CXXIII.
Flammulæ, signa militaria, 312. XXXII.
Flaviæ Domitillæ corporis inventio, 270. IX.
Flaviæ gentis origo & nobilitas, 306. XI.
Flavianus confessor, 262. V.
Flavianus cum sociis martyr in Africa sub Valeriano eorumque Acta, 262. V. *& seqq.*
Flaviani martyris insigne exemplum, 262. XX.
Flavianus revocatur in carcerem, 262. XXII.
Flavianus accipit divinas visiones, 262. XXV. *& seqq.* Ducitur ad martyrium, 262. XXIV. Ultima ejus verba ad populum, 262. XXIX.
Flavianus martyr Romæ sub Diocletiano, 303. CXV.
Flavius Vopiscus quando claruit, 304. XII.
Flora cum Lucilla martyr sub Valeriano Imp. 262. LVII.
Florentia martyr cum Modesto in Gallia sub Dioclet. 303. CXXXII.
Florentius cum Gereone martyr in Gallia sub Maximiano Imp. 297. XIX. XX.
Florentius Viennensis Episcopus mart. sub Valeriano, 262. LVIII.
Florentius Pupianus adversatur Cypriano, 256. XXXI.
Florianus mart. cum sociis Laureaci sub Dioclet. 297. XXIV.
Florianus invadit Imperium, & occiditur, 279. IV.
Florianus Episcopus Cæsenæ Romano Concilio sub Melchiade celebrato interfuit, 313. XXV.
Fons scaturiens Cæsareæ Cappadociæ ex Martyrio Julittæ viduæ, 304. LXX.
Fortis Episcopi epistola, 303. XIX.
Fortunata martyr in Palæstina sub Maximino, 308. XVII.
Fortunatus martyr Salerni sub Dioclet. 303. CXX.
Fortunatus lector cum sociis martyr in Apulia sub Diocletiano, 302. CXXIII.
Fortunatus Episcopus Catholicus in Africa, 255. XLV.
Fortunatus creatus Episcopus Carthaginensis in schimate contra Cyprianum, 255. X. Ejusdem pseudoepiscopi scelera, 255. XXII.
Fortunatus martyr Aquileiæ sub Diocletiano, 303. CXXIII.
Fortunæ templum Romæ incensum, 309. VIII.
Fragmenta litterarum Eusebii Episcopi Cæsareæ Palæstinæ ad Alexandrum pro Ario, 318. LIV.
Francorum ingens facinus sub Probo Imp. 282. II.
Fronto martyr Cæsaraugustæ sub Diocletiano, 303. CXXXVI.

Fronto Præſes perſecutor Chalcedone, 311. XVIII.
Fructuoſi Epiſcopi Tarraconenſis ac ſociorum martyrii Acta, 262. LIX.
Fructuoſi Epiſcopi confeſſio, 262. LXII.
Fructuoſo eunti ad mart. propinatur vinum conditum, 262. LXIV.
Fructuoſus non patitur ſe diſcalceari, 262. LXVI.
Fructuoſus in extremis poſitus, nonniſi pro Catholica Eccleſia ſibi orandum dixit, 262. LIX.
Fructuoſus cum ſociis igne conſummat martyrium, 262. LXVII.
Fructuoſus ſociis viſus cælum conſcendere, *ibid.*
Fructuoſus curat poſt mortem ſuas reliquias, 262. LXVIII.
Frugum benedictio ex antiquo Eccleſiæ ritu, 283. XV.
Frumentarii qui ſint, & quotuplices, 262. XVII.
Fua martyr Alutinenſis ſub Diocletiano, 303. XXXVI.
Fuga Cypriani. *Vide*, Cyprianus.
Fulmen ante obitum Aureliani, 278. III.
Fulmine ictæ ſtatuæ Taciti; quid de iis Aruſpices, 279. V.
Funera Chriſtianorum facibus & cantu honorari ſolita, 317. IV.
Funera. *Vide*, *Defuncti*.
Funus Conſtantii Clori Imperatoris, 306. V.
S. Petri Epiſcopi Alexandrini, 310. X.
Furius Orfitus *Præfectus Urbis ſub Aureliano*, 275. XIV.

G

GAbalitanus Epiſcopus Privatus, 280. II.
Gabinius pater S. Suſannæ, 294. IV. Idem presbyter, fraterque Caji Papæ, ſcripſit Apologiam pro fide Chriſtiana, 294. V. Ejus martyrium, 296. I.
Gabriel Palæottus Cardinalis inſignis probitatis vir, Archiepiſcopus Bononienſis, 270. XIV.
Gaius. *Vide*, Caius.
Gaius comes a Conſtantino victus, 307. III.
Galea Conſtantini Crucis ſigno & Chriſti nomine exornata, 312. XXXI.
Galeas ſignis ornatas ferre, Centurionum fuit tantum inſigne, 312. XXXI.
Galerius Maximus Proconſul in Africa, 262. XIV. Moritur poſt illatam necem Cypriano, 261. XXXVI.
Galerius Maximianus adoptatur a Diocletiano, & accipit ejus filiam Valeriam conjugem, 292. I. Dirus perſecutor, 307. XVI. *& ſeq.* 311. XXXV. Crudelitatis ejus in Chriſtianos cauſa, 307. XXV. Licinium Cæſarem creat, 307. XXVI. Sæpe Maximinus dictus reperitur, 311. XIII. Divina perculſus ultione reddit pacem Eccleſiæ, 311. XXIX. Ejus edictum pro Chriſtianis, 311. XXXII. Ejus obitus, 311. XXXV.
Galerius Maximianus Cæſar creatur, 292. I.
Galerius Maximianus, defuncta Valeria, optat conjugium Suſannæ, 294. I.
Galerius Maximianus vim illaturus Suſannæ a numine abſterretur, 295. VI.
Galerius Maximianus quid in Andream ducem Chriſtianum, 301. III.
Galerius Maximianus concionatur Nicomediæ in theatro, 301. VIII. Interrupta concio prodigiis, 301. IX.
Galerius Maximianus cum collega Diocletiano triumphat de Perſis, 301. I.
Galerius ſæviſſimos Præſides ad perſecutionem delegit, 301. XXIII.
Galerius loquitur ad Chriſtianos in eccleſia, 301. XXIV.
Galerius quid Nicomediæ in Aſcetorio ſacrarum virginum, 301. XXXI.
Galerius quid Nicomediæ in Dorotheum & ſocios, 301. XXXVII. *& ſeqq.*
Galerius creatur Auguſtus, 304. XIII.
Galerius ſæviorem excitat perſecutionem in Oriente, 304. XXXIII.
Gallia a Germanis invaſa, 263. XXI.
Gallia liberata a Probo, 280. I.
Gallicani martyres ſub Diocletiano. *Vide*, Martyres.
Gallicus Epiſcopus Catholicus in Africa ſub Conſtantino, 316. LXII.
Gallieni Imperium quando cœptum, 257. VI. Ejus annus tertius quando incipiat, 257. I.
Gallienus excitatam a patre perſecutionem compreſſit, 261. LXXVI.
Gallienus ſævit in milites & ſcurras, in Chriſtianos benignus, *ibid.*
Gallienus reſcripſit pro Chriſtianis, 262. LXXVIII.
Gallienus dat licentiam Chriſtianis adeundi cœmeteria, 262. LXXVII.
Gallienus a tot tyrannis infeſtatus ſubſtitit precibus Chriſtianorum, 264. X.
Gallienus per ſuos domuit triginta tyrannos precibus Chriſtianorum, 264. X.
Gallienus triumphat de Perſis vincente Odenato, 265. II.
Gallienus ſtudet placare Claudium, quem ſenſit ſibi infenſum, 268. II. Epiſtola & dona ad eum miſſa, *ibid.*
Gallienus arte Claudii occiſus, 269. II.
Gallienus quot annis imperavit, 269. I.
Gallus & Voluſ. Impp. perſequuntur Chriſtianos, 255. XLI.
Gallus Imp. ejicit Epiſcopos, & inter alios Cornelium Papam, 255. XLIX.
Gallus & Voluſianus Impp. occiſi, 256. XXXV. Tempus eorum Imperii, 255. XXXVI.
Gallus quando adiit Conſulatum, 255. I.
Gaudentius Epiſcopus Piſanus Concilio Romano ſub Melchiade celebrato interfuit, 313. XXI.
Gaudentius Epiſcopus Brixianus peregrinatur in Oriente, & martyrum Reliquias perquirit, 316. XLIV.
Gazenſes Chriſtiani dire vexati, 307. XVI.
Gelaſii juſta cenſura de Actis martyrum, 290. XXXV.
Geminius Fauſtinus presbyter, tutor a Victore conſtitutus contra Canones, 257. XIV.
Geminianus cum Lucia martyr Romæ ſub Diocl. 303. CXV.
Gemmas in calceis & veſtibus geſtare ſolitus Diocletianus, 316. IV.
Geneſius exceptor martyr Arelate ſub Dioclet. 303. CXXX.
Geneſius mimus martyr Romæ ſub Dioclet., 303. CXVIII.
Genii non niſi dæmonia, 297. VIII.
Gennadius perperam redarguit Dionyſium Alexand. 263. XLI.
Gentianus martyr Ambianenſis ſub Diocletiano, 303. CXXVIII.
Gentiles Hiſtorici celebres quando floruerunt, 304. XII.
Gentiles omnes eſſe arreptitios, 256. XXVI.
Gentiles philoſophi delecti judices in cauſa fidei, 267. XIV.
Gentiles acclamantes Jovem in theatro, peſte percuſſi ſunt, 256. VII. VIII.
Gentiles cum patiuntur eadem quæ Chriſtiani, interius tamen ſævius cruciantur, 256. XXIX.
Gentiles cum verum Deum perſequuntur, ſuorum deorum jacturam patiuntur, 263. XXIII.
Gentiles quo prætextu in Chriſtianos ſæverint, 272. XX.
Gentiles cunctas clades Chriſtianis adſcribunt, 313. XV. Sub Conſtantino de Chriſtianæ Religionis exterminio novum oraculum confingunt, 313. XVII. Eorum in Chriſtum & Apoſtolos blaſphemiæ, *ibid.* Gen-

Gentiles hiſtorici Crucis viſionem Conſtantino oſtenſam cur tacuerint, 312. XXII.
Gentilium calumniæ de ſcriptis Chriſtianorum, 290. XXXIV.
Gentilium Sacerdotum privilegia, 316. XXVII.
Gentilitia ſuperſtitio omnium malorum cauſa, 318. XXVII. Ejus abolitio quando facta, 318. XXXVIII.
Georgius martyr, ejus Acta apocrypha, 290. XXXV.
Gereon martyr cum ſociis Thebæis ſub Maximiano Imper. 297. XXIII.
Gereonis martyrii locus dictus Ad Martyres, 297. XX.
Germana martyr in Africa cum ſociis ſub Dionlet. 302. CXXVII.
Germani excurrunt Gallias & ingrediuntur Italiam tempore Gallieni, 263. XXI.
Germanus cum Servando martyr in Hiſpania ſub Diocletiano, 303. CXLI.
Germanus filius Marcelli Centurionis martyr in Hiſpania, 298. IX.
Germanus homo vecors, adverſatur Dionyſio Alexandrino, 260. XIX.
Germanus martyr in Palæſtina ſub Maximino, 307. XX.
Glaphyra virgo Chriſtiana qua arte Licinium illuſerit, 316. XVII. Ejus obitus, 316. XX.
Glycas de Actis Silveſtri erroris arguitur, 315. XIV.
Gratianus Imperator abolevit titulum Pontificis Maximi Gentilitiæ ſuperſtitionis in Imp. 312. XCV. XCVII. *& ſeq.*
Gordius Centurio Martyr Cæſareæ Cappadociæ ſub Diocletiano, 304. LXII.
Gothi excurrunt Aſiam, Pontum, Galatiam, Macedoniam, & Græciam, 263. XIX. *& ſeqq.*
Gothi exurunt templum Dianæ Epheſiæ, 263. XX.
Gothi compreſſi a Probo Imp. 282. I.
Gradus Elagabali, locus ſic dictus, ubi, 286. XXV.
Gracchus civis Romanus Deorum templa peſſumdat, 312. LXXIX.
Gracchorum familia Romæ reddita Chriſtiana, *ibid.*
Gregorius martyr Spoleti ſub Diocletiano, & alii, 303. CXXI.
Gregorius Nazianzenus ſcripſit hymnos, 264. VII.
Gregorius Thaumat. occaſione peſtis plurimos convertit ad fidem, 256. VII. X.
Gregorius Thaumat. peſte tactos liberat, 256. IX.
Gregorius Thaumat. excuſatur a calumnia Sabellianiſmi, 260. LXVIII. Idemque oppugnavit Sabellium, *ibid.*
Gregorius Thaumat. ſcripſit epiſtolam Canonicam occaſione incurſionis barbaricæ, 263. XXIV.
Gregorius Thaumat. interfuit Concilio Antiocheno priori contra Paulum Samoſat. 266. III.
Gregorius Thaumat. rediit Neocæſaream ex Concilio Antiocheno, 266. XIV.
Gregorius Thaumat. brevi moriturus viſitat eccleſiam, & parat ſibi ſepulcrum, 266. XIV. Quod illæſum permanſit a terræmotu: miraculum de eo, 266. XV.
Gregorius Thaumat. vivens nihil poſſedit, 266. XIV.
Gregorius Thaumaturgus diem obiit, ejuſque dies natalis, *ibid.*
Gregorius Thaumat. celebratur a S. Baſilio, 266. XVII.
Gregorius Thaumat. dictus alter Moyſes: ejus miracula, 266. XVIII.
Gregorius Thaumat. quæ ſcripſit: ejus doctrina illibata, ſed depravata ab Hæreticis, 266. XX. *& ſeqq*
Gregorius Thaumat. excuſatur, quod publica oratione laudaverit aliquando Origenem, 266. XX. a quo ejus erroribus alienus omnino, 266. XX.
Gregorius in Armenia Majori Epiſcopus a Leontio Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo conſecratur, 311. XXII. XXV. Sub Tyradate dira patitur, *ibid.* Cruces ligneas complures ibidem erigit, 311. XXIV. Alia ejuſdem Acta breviter recenſita, 311. XXIII. Regem Thyridatem, & Reginam, & reliquos in Euphrate baptizat, *ibid.* Sola oratione Herculis templum juxta Euphratem funditus evertit, 311. XXVI. Accipit reliquias a Leontio, 311. XXVII.
Gregorius Berythi Epiſcopus Ariana hæreſi infectus, 318. L.
Græci nec Euſebium Papam, nec Marcellum noverunt, 311. XLII.
Græcorum recentiorum commentum de ortu & educatione Conſtantini, 306. XII.
Guinalius martyr Alutinenſis cum ſociis ſub Dioclet. 303. XXXVI.
Guria cum Samona martyr Edeſſæ ſub Diocletiano, 299. II. Sepultura, 316. LII.
Gutta jugiter manans, locus, ubi, 298. XVII.
Gynæceis traditi Chriſtiani a Licinio, ac liberati a Conſtantino, 318. XXX.

H

HAbitus Epiſcoporum qualis olim, 262. XLIV.
Hadrianus martyr: ejus corpus Romæ inventum, 270. IX.
Hadrianus martyr in Palæſtina ſub Maximino, 308. XIII.
Hadrianus martyr cum ſociis Nicomediæ ſub eodem Maximino, 311. XVII.
Hæreſiarchæ, & eorum hæreſis. *Vide*, Hæreſis, *Hæreſum certa nomina*.
Hæreſis Acutianorum, 277. XLII.
Hæreſis Anabaptiſtarum, 258. LVI.
Hæreſis Angelicorum, 260. LXIX.
Hæreſis Apoſtolicorum, 260. LXX.
Hæreſis Apotacticorum, *ibid.*
Hæreſis Hieracitarum, 288 I.
Hæreſis Manichæorum, 277. II.
Hæreſis Nepotiana, 264. I.
Hæreſis Noetiana, 260. LXVI.
Hæreſis Patripaſſianorum, 260. LXIII.
Hæreſis Pauliana, 265. IV.
Hæreſis Sabelliana quando cognita, 260. LXI. 260. LXIII. LXIV.
Hæreſis Ariana detecta & propalata, 315. XXII. Quando damnata, 315. XXIII. Collutiana, quando & ubi exorta, 315. XXVIII. XXIX.
Hæreſes in commuui.
Hæreſes unde progreſſæ, 256. XXXII.
Hæreſes prodierunt ex contumacia clericorum, 257. XIII.
Hæreſes ſimulac exoriuntur, deferri ſolent ad Romanum Pontificem, 260. LXII.
Hæreſes populo interdum propalandæ, 277. XIX.
Hæreſes omnes unico confutari poſſe argumento, docet S. Auguſtinus, 277. XXV.
Hæretici.
Hæretici propinant mellita verba, 277. XXIII.
Hæretici ſolliti appellare a judicio Epiſcoporum ad Imperatorem, 314. XXXVI.
Hæreticorum Baptiſmus quando ratus habendus. *Vide*, Baptiſmus.
Hæreticorum ſacramenta omnia eſſe irrita, ſtatutum eſt primum in Concilio Aſiano, 258. XIV. Et poſtea in Concilio Carthaginenſi ſub Cypriano, 258. XXIII. XXIV.
Hæreticorum & Catholicorum controverſiæ quam diſpares inter ſe, 259. V.
Hæreticorum libri magna cautela legendi, & a quibus, 260. XIV.
Harmonius Bardeſanis filius, 264. VII.
Helena mater Conſtantini, ejuſque genus, 306. XII. Errore credita Bithyna, *ibid.* Perperam

Drepania credita, & hospitis filia, 306. XII.
Britanna fuit, non Bithyna, 306. XVI. Conjux ne, an Concubina Constantii fuerit, 306. XVII. Repudiata a Constantio, *ibid.* Cur quibusdam concubina potius quam conjux Constantii credita, 306. XIX. Quomodo ex concubina effecta sit conjux, 306. XIX. Cur stabularia dicta, 306. XX. Filia fuit unius ex Britanniæ Regulis *Coel nominati*, 306. XXI. Cur vilis fœmina reputata, *ibid.* Unde visa fuerit favere Judæis, 315. XI. An post vel ante Constantinum fuerit Christiana, 315. XII. Quando in Orientem profecta, 315. XIII.
Helenopolis civitas in Bithynia falso credita patria Helenæ Augustæ, 306. XV.
Helenus Episcopus Tarsi, 266. III.
Heliodorus martyr in Asia sub Aureliano, 275. X.
Heliodorus Vicarius persequitur Christianos Antiochiæ sub Probo, 281. I.
Helladius socius Arii, quid cum aliis ad Alexandrum, 318. LVII.
Hellanicus Episcopus Tripolis adversarius Arii, 318. L.
Hemetherius martyr in Hispania filius Marcelli Centurionis sub Diocletiano, 298. IX.
Heraclius Consularis persequitur Christianos, 273. V.
Hercules consors Imperii Aureliano, 273. II.
Herculius dictus Maximianus. *Vide*, Maximianus.
Herectina martyr Alutinensis sub Dioclet. 303. XXXVI.
Herennianus filius Zenobiæ, 274. II.
Herennianus subdiaconus legatus ad martyres damnatos ad metalla, 260. LII. Iterum fungitur eadem legatione, 260. LVIII.
Hermas discipulus Manetis, 277. XVIII.
Hermes martyr Bononiæ sub Dioclet. 303. CXXII.
Hermippus Nicomediæ cum sociis martyrio affectus, 311. XXVII. *item*
Hermocrates & Hermolaus, 311. XVII.
Hermogenes Mennæ in Præfectura Ægypti successor, 307. XXXVI. *Diris supplicii* Mennam exagitat, *ibid.* Ad Christum conversus baptizatur, 307. XXXVII. Una cum Menna martyrio coronatur, 307. XXXVIII.
Hermogenianus, Præfectus Prætorio hostis Christianorum, 301. XVIII.
Hermon Episcopus Jerosolymorum, 296. VI. Ejus obitus, 298. XIX.
Hermon Episcopus Jerosolymitanus successorem habuit Macarium, 312. CXII.
Herodes filius Zenobiæ Reginæ, 274. II.
Herois in Armenia cum sociis sub Maximino Imp. martyrium subiit, 311. XXI.
Hesychius confessor a Petro Alexandrino laudatus, 306. LIII. Idemque martyr, 310. XXIII.
Hesychius unus ex septuaginta Divinæ Scripturæ Interpretibus, 306. LIII.
Hesychius Episcopus Confessor, *ibid.*
Hesychius cum sociis martyr in Armenia, 311. XXI.
Hieracitæ Hæretici, 288. I.
Hieracitæ alio nomine dicebantur Abstinentes, 288. IV.
Hieracitam hæreticum Macarius confutavit edito miraculo, 288. V.
Hierax hæresiarcha, a quo Hieracitæ, 288. II.
Hierarchia Manetis qualis, 277. XLI.
Hiero Melitinæ in Armenia cum sociis sub Lysia martyrio afficitur, 311. XXI.
Hierocles Præfectus in Ægypto dirus persecutor Christianorum, 302. LVIII.
Hierocles scripsit contra Christianos, 302. LIX.
Hieronymi digna sententia de erroribus antiquorum Theologorum, 266. XXII.
Hieronymi recedentis ab Urbe memoria, 270. XV.
Hieronymus memoria lapsus ponens Silvestrum pro Melchiade, 313. XXVIII.
Hilaria martyr Augustæ cum aliis sub Diocletiano Imp. 303. CXXV.
Hilarianus mart. Alutinensis sub Diocletiano, 303. LVII.
Hilarius diaconus martyr Viterbii, 303. CXXI.
Hilarius diaconus Anabaptista, 258. LVI.
Hilarius Episcopus Aquileiæ passus sub Numeriano, 284. IX.
Hippolyti tres, diversi plane, confunduntur a Prudentio, 255. XXXIV.
Hippolytus & socii Romæ passi sub Valer. 259. XIV. *& seqq.*
Hippolytus miles passus Romæ sub Valeriano, 261. X.
Hippolytus Novatianus ante martyrium recantat palinodiam, 255. XXXV.
Hispania a Germanis invasa, 263. XXI.
Hispaniarum martyres. *Vide*, Martyres.
Hispanum fuisse S. Laurentium unde habetur, 261. VIII.
Historia vera ne, vel falsa sit, ex temporis ratione cognoscitur, 306. XIV.
Historia de Meletianis ab Epiphanio præcitata respuitur, 306. XLVII. 310. XVI.
Historiam ex panegyricis intexere periculosum est, 306. V.
Historiæ jungendæ habenæ ne convertatur in encomium, 306. XV.
Historici Gentiles celebres quando floruerunt, 304. XII.
Honesta missio militaris, 290. IV.
Honorata martyr Alutinensis in Africa sub Diocletiano, 303. XXXVI.
Honoratus martyr Romæ sub Dioclet. 260. III.
Hormisdas Rex Persarum cui successerit, 309. VI.
Hospitalitas Thebanorum Christianorum frequentissima, 316. XXVII.
Hostes Ecclesiæ Gentiles non curant persequi schismaticos, vel hæreticos, sed Catholicos, 255. XLIX. L. 256. V.
Hostilianus Imperator a Senatu delectus, 255. XLVIII. Confunditur cum Gallo, *ibid.*
Hyacinthus martyr cum Proto Romæ sub Valeriano, 262. LVI.
Hymenæus Episc. Jerosolymitanus quando creatus, 266. XIII. Interfuit Concilio Antiocheno contra Paulum, 266. III. Ejus obitus, 296. VI.
Hymnorum sacrorum scriptores, 264. VII.
Hymnos sacros scribere magnæ laudis, 264. III.
Hymnos sacros proscripsit Paulus Samosatenus, & suos Ecclesiæ Antiochenæ tradidit, 272. VII.
Hypatia virgo doctissima, 307. XXXI.

I

JAcobus martyr insignis cum Martiano in Africa sub Valeriano, 262. XL.
Jader Episcopus in Africa damnatus ad metalla cum aliis, 260. XLIII.
Januaria cum sociis mart. *Alutinensis* in Africa sub Diocletiano, 303. XXXVI.
Januarius cum sociis mart. Alutinensis in Africa sub Diocletiano, 303. XXXVI.
Januarius Episcopus Beneventanus martyr illustris Puteolis sub Dioclet. 303. CXX. 305. V. Miraculum ejus sanguinis reviviscentis, 305. VI.
Januarius subdiaconus martyr Romæ cum Sixto, 261. IV.
Januarius filius Marcelli Centurionis martyr in Hispania sub Diocletiano, 298. IX.
Januarius martyr in Africa sub Dioclet. 302. CXXVII.
Januarius martyr cum Felice & Adaucto in Apulia sub Diocletiano, 302. CXXIII.
Januarius Episcopus in Africa Catholicus sub Constantino, 316. LXII. Ico-

Iconiense Concilium contra Stephani Papæ decreta, 258. XIV. Quæ in eo statuta sunt, damnata fuere. *Vide*, Stephanus,
Idola confregit Olympius Tribunus, 259. XXVII.
Idolo ab Eulalia confracto, ceteri sunt eam imitati, sed repressi ab Episcopis, 303. CXXXVIII.
Idolorum responsis commendata vita Christianorum, 303. XVIII.
Idolorum oracula. *Vide*, Oracula.
Idololatria per Maximinum restituta & aucta, 307. XXVII. a Constantino pessumdata, 328. XXVIII.
Idololatriam penitus extirpare conantur Episcopi Hispaniarum, 305. XLV.
Idololatræ. *Vide*, Gentilitas,
Idolothyta quando obsint, 297. XI.
Jejunium quartæ & sextæ feriæ in Ecclesia antiquissimum, 262. LXV. 305. XXXVIII.
Jejunium superpositionis quodnam intelligendum, 262. LXV.
Jeremias martyr in Palæstina, 308. XV.
Jerosolymitanorum Episcoporum successio, 312. CXII.
Jerusalem patria omnium Christianorum, 308. V.
Jesu Christi divina substantia coæterna cum Patre, 263. XXXVIII.
Jesu Christi divinitatem impugnabant nebulones turpissimi, 272. XII.
Jesu Christi divinitatis defensores quam sanctissimi Patres, 266. XX.
Ignis pœna aperto ore cito consummatur martyrium, 316. LII.
Ignominiosa missio quæ, 290. IV.
Illuminata Virgo martyr Tuderti sub Diocletiano, 303. CXXI.
Imagines Constantini a Maxentio dejectæ, 312. X. Marci & Pii Impp. Constantinus formavit, aureas, 312. LXVII.
Imago Aquilejæ posita de Constantini Imperio, 306. IX.
Imago Christi Salvatoris aurea Constantino a Senatu Romano erecta, 312. LXVIII.
Imago clypei Imperatoris Christi nomine insigniti, 312. LXVIII.
Imago togata sub inscriptione sepulchrali cum ☧ Christi nominis nota, 312. XXV.
Imperatores Christiani nonnulli dicti Pontifices Maximi, 312. XCV. XCVIII. Quando sic desierint appellari, 312. XCIX. A sacris tamen Gentilium fuere immunes, 312. C.
Imperatoris electio a militibus ad Senatum rejecta, 278. IV.
Imperium Romanum dire afflictatum cladibus multiplicibus ob necem Christianorum, 255. XLII. 256. XXI.
Imperii status mutatus, prout Gentiles erga Christianos se habuerunt, 255. XLI.
Imperii Romani divisio inter Galerium & Constantium, 304. XIII.
Incendium Nicomediense Christianis calumniose tributum, 302. XXX.
Indes eunuchus ad fidem conversus, ejusque res gestæ sub Galerio, 253. I. 301. XXIX. XXX.
Indictionum origo male probata, 312. CIV. *& seqq.* Auctoris de ea opinio, 212. CVI. *& seqq.*
Indictiones ad annorum numerum consignandum quando inventæ, *ibid.* 312. CIX.
Indictionum nomen unde, 312. CVIII.
Indictio cur etiam dicta Distributio & Fusio, *ibid.* Quare incipiat mense Septembris, 312. CIX.
Indictiones ab Imperatore indicente denominatæ, 312. CX.
Indulgentiam nonnisi vere pœnitentes recipiunt, 255. XVI.
Indumenta Episcoporum qualia olim, 261. XLIV.
Infans qui dicatur apud Afros, 303. XXXVI.
Ingenitos duos affirmare catholicos calumnia fuit Arianorum, 318. LII.
Ingentius scriba fatetur se Cæciliani epistolam contra Felicem Episcopum Aptungitanum falsasse, 314. XXI. Decurionem se esse dicens torturam evadit, *ibid.* Subornatus hic a Donatistis contra Felicem, 314. XXIV. Ejus Acta, 314. XXIX. Mitti jussus a Constantino ad judicium Arelatense, 314. XXX. XXXI. Ejus crimen falsi causam dedit *limitandi* privilegii Decurionum, 314. XXXII.
Ingenuus acclamatus Imperator, 261. III.
Innocentius subdiac. martyr Romæ cum Sixto Papa, 261. IV.
Innocentii Papæ epistolæ locus de fermento extra civitatem non mittendo elucidatus, 313. LIV.
Inscriptio sepulchralis cum imagine togati hominis hastam cum ☧ Christi nominis nota gestantis, 312. XXV.
Inscriptio de victoria Constantini, 312. LXXI. Alia de Tributo ubique per Constantinum remissa, 312. LXXXVI. Alia arcus triumphalis Constantino Romæ erecti, 312. LX.
Inscriptio tituli crucis in urbe collocata, 312. LXII.
Inscriptiones insculptæ columnis de Christiana religione deletæ, 304. IX.
Inscriptiones titulorum Pont. Max. Christianorum Impp. 312. XCV. XCVI.
Instrumenta tortoria. *Vide*, Cruciamenta, Tormenta.
Interceſſio sanctorum nobis proficua, 275. VIII. *Vide*, Martyres, Cultus,
Inventarium dictum Breve atque Commemoratorium, 278. II.
Joannis Baptistæ reliquiæ Gregorio Episcopo Majoris Armeniæ a Leontio datæ, 311. XXVI.
Joannes Ægyptius cæcus, magnæ memoriæ vir, 309. XX. Ejus pro fide certamina, *ibid.* Tandem cum aliis martyrio coronatur, 309. XXI.
Joannes martyr Romæ cum sociis sub Valeriano, 260. III.
Joannes presbyter Rom. sepelit martyres, 269. VI. 303. CXIII. Ipse quoque martyr, 303. CXIV.
Joannes filius Marciani, martyr sub Dioclet. 303. CXIII.
Joannes presbyter Nicomediensis auctor Actorum S. Basilei Episcopi, 315. XXII.
Jocundinus martyr in Gallia sub Aureliano, 277. VI.
Josephus Scaliger erroris arguitur de origine Indictionum, 315. CV.
Joviani Imp. numisma cum Labaro crucis signo & Christi nomine decoro, 312. XXVIII.
Irene cum Agape & Chionia martyr Thessalonicæ sub Diocl. earumque Acta, 304. XLI. *& seqq.*
Irenæus martyr cum Abundio Romæ sub Valeriano, 261. X.
Irenæus martyr cum Antonio & aliis Romæ sub Valeriano, 262. LVII.
Irenæus mart. cum Mustiola in Etruria sub Aureliano, 277. V.
Isaac Episcopus Januensis, 297. III.
Isachar falso assertus Pontifex Judæorum, 315. XIII.
Isacius martyr in Pisidia sub Dioclet. 305. XVI.
Isacius cum sociis Alexandriæ sub Maximino martyrio coronatus, 310. XXIII. *item*
Ischyra in Ægypto, 318. XXIV.
Isidorus monachus vidit Antonium, 310. XXI.
Italiæ extrema pars invasa a Germanis sub Gallieno, 263. XXI.
Jubajanus Episcopus consuluit Cyprianum, 258. XXXIII.
Judæi a Constantino lege cohibiti, 315. VIII. Livore tabescentes in Christianos insaniunt, *ibid.* 315. XVIII. Adversus Romanum Imperium sub Constantino rebellionem molientes, am-

putatis auriculis per omnes regiones diſperguntur, 315. IX.
Judæorum diſputatio Romæ cum Silveſtro Papa habita cujus fidei, 315. X.
Judices Ethnici adhibiti in controverſiis cum hæreticis, 277. XIV.
Judices quo ritu ferre ſolerent ſententiam capitis, 285. IX.
Judices dati in cauſa Cæciliani, 313. XXII.
Judicia capitalia in Chriſtianos iniquiſſima. *Vide infra*, Perſecutio.
Judicia peregrina quando adeunda a Fidelibus, 255. XXI.
Judicium Eccleſiaſticum ab Epiſcopis tractandum ſancivit Conſtantinus, 314. XXXVIII. Nec umquam eſſe infringendum, *ibid.*
Judicium Epiſcoporum quale eſſe debeat ex ſententia Conſtantini, 313. XXXII.
Judicium Ediſcoporum delatum ad tribunal Proconſulis ex culpa Donatiſtarum, 314. XXVII.
Judicium tertium Conſtantini poſt Arelatenſe Concilium in cauſa Cæciliani, 316. LVII.
Julia martyr Cæſarauguſtæ ſub Diocletiano, 303. CXXXVI.
Julia martyr Emeritæ ſub Dioclet. 303. CXXXIX.
Julia martyr Ulyſſiponæ ſub Diocletiano, 303. CXXXVIII.
Juliana martyr in Palæſtina cum Paulo, 275. IX.
Juliana martyr cum Cyrene Tarſi ſub Dioclet. 305. XV.
Juliana virgo filia Africani, Nicomediæ ſub Maximino martyrio affecta, 311. XVII.
Juliani duo Miniſtri S. Cypriani in martyrio, 261. XXXV.
Julianus martyr Brivatæ in Gallia ſub Dioclet. 303. CXXX.
Julianus martyr cum ſociis in Africa, ſub Valer. 262. V.
Julianus martyr cum ſociis ſub Maximino, 308. XXVII.
Julianus Antiochiæ martyrio afficitur, 309. XXXVI.
Julianus martyr cum Macrobio ſub Licinio afficitur, 316. LIII.
Julitta martyr cum Quiriaco puero Tarſi ſub Diocletiano, 304. LXVII.
Julitta vidua mart. Cæſareæ in Cappad. ſub Diocl. 304. LXVII.
Julius martyr in Britannia ſub Dioclet. 303. CXLIV.
Julius martyr in Numidia cum ſociis, 302. CXXVII.
Julius Socius Arii quid cum aliis ad Alexandrum ſcripſerit, 318. LVII.
Juſtina martyr Nicomediæ cum Cypriano, 311. XVII.
Junius Donatus Præfectus Urbis, 260. VII.
Juramentum militare quale exhibebant Chriſtianis Gentiles, 297. VIII.
Jurare per vitam Imperatoris non renuebant Chriſtiani, *ibid.* A Francis exploſum ejuſmodi juramenti genus, *ibid.*
Jureconſultus Nicomediæ verbis & ſcriptis exagitat Chriſtianam religionem, 302. XLVII.
Juſtinus martyr Treveris ſub Dioclet. 303. CXXIV.
Juſtinus martyr in Gallia ſub Diocletiano, 303. CXXIV.
Juſtus martyr in Gallia ſub Aureliano, 277. VI.
Juſtus cum ſociis Romæ ſub Cajo Papa baptizatur, 284. XIV.
Juſtus martyr Tergeſtæ, ſub Diocletiano, 303. CXXIII.
Juſtus puer martyr Bellovaci ſub Diocletiano, 303. CXXXI.
Juſtus puer cum fratre Paſtore martyr in Hiſpania ſub Diocletiano, 303. CXL.
Juvenalis presbyter, comes Marcellini Papæ, 302. XC.

K

Kataphrygæ hæretici. *Vide*, Cataphrygæ.
Κλῆμα quid apud Romanos, 262. LXXVIII.

L

Labari forma qualis, 312. XXIII. *& ſeqq.* Ejuſdem antiquitas, 312. XXXII.
Labarum Crucis ſigno a Conſtantino ornatur, 312. XXIV. Non unum, ſed plura eſſe ſolita in exercitu, 312. XXX. An idem quod Cantabrum, 312. XXXIII. In quo a Cantabro differat, 312. XXXIV. Unde dicatur, 312. XXXV. Quomodo a labore, 312. XXXVI. Cura Græcis laborum nominetur, *ibid.*
Labaro geſtando præpoſiti quinquaginta viri, 312. XXXVII.
Labarum Cruce inſignitum, illud geſtantes in prælio liberat, 317. XII.
Labarorum veterum forma, 312. XXX.
Labarorum præpoſiti quinam, 318. XXXVII.
Lacerna, ſive lacernus birrus, veſtis Epiſcoporum, 261. XLI. *Vide*, Birrus.
Lactantius celebris orator, ejuſque lucubrationes, 302. LVI.
Lactantius Nicomediæ docet Rhetoricam tempore perſecutionis Diocletiani, 302. XLIII.
Lactantius quodnam inierit in ſcribendo conſilium, 302. LX.
Lactantius injuſte redarguit Cyprianum ad Demetrianum ſcribentem, 256. XXX. Nicomediæ Rhetoricam profitetur, 309. XXXII. Ei Criſpus Cæſar imbuendus traditur, 315. IV. Libros Divinarum Inſtitutionum ad Conſtantinum Imperatorem quando ſcripſerit, 315. XX. Textus ejus depravatus, 315. XXI. Ab Auctore reſtitutus, *ibid.* Ejus ſcripta quæ & qualia, 316. LV. Licinii cladem ſcriptis ſuis vaticinatur, *ibid.* Ob imperitiam Divinæ Scripturæ in deformes errores lapſus, 316. LVI. Ac proinde ſcripta ejus inter apocrypha recenſita, *ibid.* Ejus obitus, 316. LVI.
Lactis & mellis guſtatio poſt Baptiſmum, 294. IX.
Laica communio tantum datur lapſis clericis pœnitentibus, idque etiam ſervatur in lapſis Epiſcopis, 258. II. 258 XXX.
Lambda Epiſcopus Jeroſolymitanus, 298. XIX.
Lampridius hiſtoricus quando vixit, 304. XII.
Laodicænorum chronologia, 280. III.
Lapides tempore perſecutionis a Maximino excitatæ lacrymas fundunt, 307. XXXI.
Lapſi tempore perſecutionis ſub Dioclet. 305. XVIII.
Lapſis habendus delectus, 255. II.
Lapſi ſacerdotes & clerici minores, ſic recipiendi pœnitentes ut tantum communicent inter laicos, 258. VIII.
Lapſi pœnitentes, urgente perſecutione, etiam non abſoluta pœnitentia recipiuntur in Eccleſiam, 255. IV.
Lapſi quibus decretis coerciti, 255. XVIII.
Lapſi non admitti ſolebant ad Eccleſiam ſine plebis conſenſione, *ibid.*
Lapſi reſtituti confeſſi ſunt poſtea Chriſtum, 255. LXV.
Lapſi confeſſores reſtituti a Cornelio Papa, 255. III.
Lapſi Fideles in perſecutione ad confeſſionem a Luciano reparantur, 311. IV. Quomodo a Concilio Arelatenſi ſub diſciplina cohibiti, 314. LIV. Iiſdem pœnitentibus pro criminum diverſitate diverſæ pœnitentiæ injunctæ, 314. LXXVI. LXXXI. 316. LIV.
Lapſis indulgentia qua conſideratione danda, 255. XXIV.

Lapſis pro diverſitate delicti danda pœnitentia: quænam fuerint ejuſmodi pœnitentiæ. *Vide*, Canones pœnitentiales.
Lapſorum cauſa duo inter ſe contraria obortæ ſchiſmata, 255. XVI.
Lapſorum confuſio tempore gloriæ Eccleſiæ, 314. LXXIX.
Lapſorum ingens numerus in perſecutione ſub Licinio, 316. LIII. LIV.
Lapſus miles coronæ cælitus miſſæ jacturam facit, 316. XL.
Lararium Olympii Tribuni, 259. XXVII.
Largus, martyr Aquileiæ ſub Diocletiano, 284. IX.
Largus cum Cyriaco & Smaragdo Romæ miniſtrat confeſſoribus laborantibus in Thermis, 298. XII.
Largus cum Smaragdo martyr Romæ, quorum Acta martyrii haud ſincera, 309. VI.
Lateranus Deus quis, 312. LXXXIV.
Lateranenſes ædes donatæ Melchiadi, 312. LXXXII.
Latronianus ſub Conſtantino conductor Siciliæ, 314 XLII.
Laurentia martyr Anconæ ſub Diocletiano, 303. CXXII.
Laurentius martyr Romæ ſub Valeriano ejuſque martyrii Acta, 261. VI. VII.
Legato Apoſtolicæ ſedis Concilio Arelatenſi quinam interfuerint, 314. LI.
Legati Conſtantinum puerum inviſunt, 306. XIII.
Legatorum ſententia quænam eſſet in Africana Eccleſia, 313. XXXIII.
Legatio Cypriani ad confeſſores, 260. LIX.
Legatio Cypriani ad Orientales, 258. XLIII.
Legatio a ſchiſmaticis Africanis ad Cornelium Papam contra Cyprianum, 255. XI.
Legatio Publii ad Perſas, 300. III.
Legatio ad Stephanum Papam ab Orientalibus, 258. XVI.
Legatio Conſtantini Clori ad Perſas, 306. XII. Epiſcoporum in Africam poſt Romanum Concilium ad res Donatiſtarum concordandas, 313. XXXV. Oſii a Silveſtro in Orientem, 318. LXXXIX. Romanorum ad Parthos, 306. XIII.
Leges militares Aureliani æquiſſimæ, 271. II.
Leges a Licinio quæ qualeſve ſancitæ, 316. IX. XI.
Leges ſtatui ab Epiſcopis adverſus leges ab Imperatoribus latas & jus commune, 257. XVI.
Leges Conſtantini variis temporibus latæ: ne humiliores a potentioribus opprimantur, 313. I. De torquendis Decurionibus in crimine falſi, unde orta, 314. XXXII. De judicio Eccleſiaſtico tantum ab Epiſcopis tractando, 314. XXXVIII. De ſublevandis pauperibus liberos ſuos alere non valentibus, 315. V. Adverſus Judæos, 315. VIII. De abolitione pœnæ inſcriptionis, 315. XXX. Ne materfamilias ad judicium trahatur: & cur hæc lex ſancita fuerit, 316. LXXI. De manumiſſione, 316. LXXIII. De puniendis clariſſimorum virorum delictis, 317. XV. Pro Chriſtiana religione, devicto jam Licinio, 318. XXI. *& ſeqq.* De cullei pœna in parricidas, 318. XCIX.
Lex de muliere prægnante, ne puniatur donec pariat, 304. XLIII.
Lex Dioclctiani, ut ſepeliri poſſent damnati, 302. XXX.
Lex Eccleſiaſtica de celebrando Dominico, hoc eſt Synaxi habenda, 303. XLVI.
Legio Thebana ex Chriſtianis militibus collecta, quod ſacrificare noluiſſet, occiſa, 297. I.
Leocadia martyr Toleti ſub Diocletiano, 303. CXXXIX.
Leones parcunt martyribus, 290. XXIX.
Leonides martyr cum Aſcla in Thebaide ſub Maximino, 310. XXIV.
Leonis Papæ ſententia de Manichæis, 277. II.
Leontius cum ſociis martyr in Pamphilia ſub Dioclet. 305. XVII.
Leontius martyr cum ſociis in Lycia ſub Diocletiano, 285. XIV.
Leontius Scholaſticus redarguitur, 266. XXI.
Leontius martyr cum ſociis ſub Maximino, 308. XXVII. *item*
Leontius cum ſociis Nicopoli ſub Licinio, 316. XLVI.
Leontius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ ordinat Gregorium Epiſcopum majoris Armeniæ, 311. XXIV.
Levinus Torrentius Epiſcopus Antuerpienſis commendatur, 264. VII. Scripſit poemata ſacra, *ibid.*
Leucius martyr cum ſancto Cypriano apparet confeſſoribus, 262. XIV.
Libra auri quot ſolidos contineret, 302. XCII.
Libelli tranſmiſſi ab Anulino ad Conſtantinum de cauſa Donatiſtarum, 313. XX.
Libellus precum Donatiſtarum ad Conſtantinum, 316. XXI.
Libra Occidua quæ, 302. XCI.
Libra Orientalis diverſa, 302. XCII.
Libri Ciceronis, deos negantes, abolendi „Gentilium ſententia, 302. XIX.
Libri Chriſtianorum igni damnati a Diocletiano Imp. 302. XVI. Edictum de ea re, *ibid.*
Libri Chriſtianorum olim a gentilibus improbati, 302. XIX.
Librorum ſacrorum cauſa ut proderent illos, torti ſunt Chriſtiani, 303. XXXVII. XXXVIII. Miraculum quod tunc accidit, 303. XXXVIII.
Libros omnes ſimul depravare, non facile aliter excuſandi ſunt errores Patrum, 266. XX. *& ſeqq.*
Liciniana claſſis naufragium paſſa, 318. X.
Licinianum bellum quando geſtum, 317. I.
Licinianus Licinii Imperatoris filius quando Cæſar creatus, 315. IV.
Licinius a Galerio Maximiano Cæſar creatur, 307. XXVI. Cuias & qualis fuerit, *ibid.* Conſtantiam ſororem Conſtantini Imperatoris uxorem ducit, 313. III. Allaborante Conſtantino pacem Eccleſiæ Orientali reſtituere ſatagit, 313. IV. Ejuſdem & Conſtantini pro Chriſtianis edictum, 313. V. Maximinum ut pro Chriſtianis reſcribat inducit, 313. VIII. Maximinum Jovium bello ſuperat, 314. II. Chriſtianus aliquando videri voluit, 314. XII. Diocletianum inter divos retulit, 316. IV. Adverſus Conſtantinum rebellat, 316. V. Cauſa diſcordiæ inter ipſum & Conſtantinum, 316. VI. Ejus inconſtantia & animus fraudulentus, 316. VII. VIII. Conſtantino molitur inſidias, 316. VIII. Chriſtianos perſequi aggreditur, 316. X. XXXI. Leges Eccleſiæ præſcribit, 316. XI. Ne viri ſimul cum mulieribus in templis ad preces conveniant prohibet, *ibid.* Sacerdotes feminas docere vetat, 316. XI. Omnino illiteratus, *ibid.* Impuriſſimus item ac ſæviſſimus, 316. XIV. Hypocriſin ſuam patefacit, 316. XIV. A virgine Chriſtiana deluditur, 316. XVI. Tyrones militiæ adſcribi jubet, 316. XXVII. In Conſtantinum expeditionem parat, *ibid.* Milites Chriſtianos exagitat, 316. XXXIV. Falſo oraculo deceptus Chriſtianos perſequitur, 316. XLVI. *& ſeqq.* Perſecutio ejus ubi viguerit, 316. LIII. Qualis ea fuerit, 316. LIV. Sæpe a Conſtantino in bello ſuperatur, 317. LVI. *& ſeqq.* Qualis ejus fuerit adverſus Conſtantinum expeditio, 317. IV. Ab Ægyptiorum auguribus & præſtigiatoribus decipitur, 317. IV. Ejus ad milites ſuos concio, 317. V. Victus fugit in Thraciam, 317. IX. In Thracia virtute Crucis a Conſtantino ſuperatur, 317. XI. *& ſeq.* Ad pacem a Conſtan-

ſtantino admittitur, 317. XIV. Creat Valentem Cæſarem, *ibid.* In Thracia iterum adverſus Conſtantinum rebellat, & vincitur, 318. I. Tertio ſuperatus ad pacem admittitur, 318. IV. Iterum in Conſtantinum rebellat, 317. XII. XIII. Navali bello a Conſtantino ſuperatur, 318. X. Martinianum Cæſarem creat, 318. XII. Demum apud Chalcedonem profligatur, 318. XIII. Ejus interitus, 318. XIV. Quot annis imperarit, 318. XVII. A quibuſdam in Gallias relegatus dicitur, 318. XVIII. Quoto anno Imperii Conſtantini obierit incertum, 318. XVIII.
Licinius Junior. *Vide*, Licinianus.
Lictores ſolitos virga percutere domos, 261. LXI.
Limina Apoſtolorum ſolita viſitari etiam tempore perſecutionis, 270. II. 286. XII.
Liminius martyr in Gallia ſub Valeriano, 261. LVIII.
Linea indumentum ſacerdotale, 261. XL.
Linteis involvi ſolita corpora martyrum, 260. XXVIII.
Linteum funebre, 263. XVI.
Linteum tegumentum ſedis Cypriani, 261. XXVIII.
Litteræ Anaſtaſiæ ad Chryſogonum, 300. III.
Litteræ Aureliani Imp. de conſulendis libris Sibyllinis, 273. I.
Litteræ Chryſogoni ad Anaſtaſiam, 300. V.
Litterarum Confeſſoriarum quando uſus abolitus, 305. XLVIII.
Litteræ confeſſorum ex metallo ad Cyprianum, 260. LII. *& ſeqq.*
Litteræ confeſſorum ex carcere, 262. V.
Litteræ Cornelii Papæ ad Lupicinum Epiſcopum Viennenſem, 255. XLVII.
Litteræ Cypriani ad Cornelium Papam exulem, 255. L.
Litteræ Cypriani ad Lucium Papam, 256. III.
Litteræ Cypriani ad Stephanum Papam, 258. XXVI.
Litteræ Cypriani ad Epiſcopos damnatos ad metalla, 260. XLIII.
Litteræ Cypriani ad confeſſores in carcere conſtitutos, 260. LIX.
Litteræ Cypriani ad Succeſſum Epiſcopum, 241. II.
Litteræ Cypriani ultimæ, 262. XV.
Litteræ Eucherii Epiſcopi Lugdunenſis, 297. III.
Litteræ Gallieni Imp. ad Epiſcopos de pace reddita Eccleſiæ, 262. LXXVII.
Litteræ Manetis ad Marcellum, 277. XXII.
Litteræ ſchiſmaticorum contra Cyprianum ad Cornelium, 255. XXI.
Litteræ Alexandri Epiſcopi Alexandrini encyclicæ contra Arium & Arianos, 318. LX. Ejuſdem aliæ contra eoſdem, 318. LXIX. Anulini ad Conſtantinum in cauſa Donatiſtarum, 313. XX. Arelatenſis Concilii Synodales ad Silveſtrum, 314. LVIII. Arii ad Euſebium Nicomedienſem Epiſcopum, 318. XLVIII. Arii & ſociorum ad Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum, 318. LVI. Cæciliani ad Felicem Aptungitanum, 314. XXII. Conſtantini ad Cæcilianum de eroganda pecunia, 312. XCI. Ejuſdem ad Melchiadem & Marcum, 313. XXIII. Aliæ ejuſdem ad Epiſcopos, de appellatione Donatiſtarum, 313. XXXI. Ejuſdem aliæ de retentione Epiſcoporum, 313. XXXVII. Aliæ ad Probianum Proconſulem Africæ de mittendo Ingentio, 314. XXX. Aliæ ad Chreſtum Epiſcopum Syracuſanum, 314. XLII. Aliæ ad Ablavium tempore Concilii Arelatenſis, 314. XLIII. Aliæ ad Africanos poſt Concilium Arelatenſe, 314. LXXI. Aliæ de purgatione Cæciliani ad Eumalium Vicarium, 316. LVII. Aliæ ad Africanos Epiſcopos de malis illatis a Donatiſtis, 316. LXII. Aliæ ad Celſum Vicarium in Africa, 316. LXVII. Aliæ ad Alexandrum Epiſcopum Alexandriæ de pace conciliandâ, 318. XCI. Euſebii Nicomedienſis, dicti Pamphili, ad Paulinum Epiſcopum Tyri, 318. LI. Galerii Maximiani pro Chriſtianis, 311. XXXII. Sabini Præfidis pro Chriſtianis, 311 XXXVII. Trium virum ad Celſum Vicarium Africæ de Donatiſtis, 314. LXX. Tyridatis Regis majoris Armeniæ ad Leontium Epiſcopum Cæſareæ Cappadociæ, 311. XXV.
Litteræ Tractoriæ quæ, 314. XLIII. XLVII.
Litterarum fragmenta Euſebii Epiſcopi Cæſareæ Palæſtinæ ad Alexandrum pro Ario, 318. LIV.
Litteras ab Epiſcopis accipiunt Præſides provinciarum ex Concilio Arelatenſi, 314. LVII.
Litteras dedit Alexander Epiſcopus Alexandriæ ad Silveſtrum Romanum Pontificem de Ario, & ad alios omnes numero ſeptuaginta, 318. LIX.
Littæus Epiſcopus damnatus ad metalla, 260. XLIII.
Locus, Ad Nymphas dictus, quis, & ubi, 270. XIV.
Locus, Ad Martyres dictus, ubi, 297. XX.
Locus, Gritta jugiter manans ubi, 298. XVII.
Locus, Gradus Elagabali dictus, ubi, 286. XXV.
Locus, Apoſtolorum veſtigia dictus, 286. XXVII.
Locus, Metallum Siguenſe dictus, in quem deportati damnati martyres, 260. XLII.
Locus Sextus, vel Sexti dictus, nobilitatus martyrio Cypriani, 261. XXII.
Locus in monte Cælio, Carboniana Arca dictus, 259. XII.
Locus in Ægypto, Cephron dictus, illuſtratus exilio Dionyſii Alexandrini, 260. XXIV.
Lollianus acclamatus Imperator, 267. I.
Longinus cum ſociis martyr in Pamphylia ſub Diocletiano, 305. XVII.
Longinus philoſophus Zenobiæ Reginæ magiſter, 265. II. Occiſus ab Aureliano, 274. I.
Longinus martyr ſub Maximino, 308. XXVII.
Longinus Epiſcopus Neocæſarienſis fama celebris, 314. XC.
Lucernæ argenteæ in eccleſiis, etiam tempore perſecutionis, 303. VII.
Lucia martyr Romæ cum Geminiano ſub Diocletiano, 303. CXV.
Lucia martyr Syracuſis ſub Dioclet. 303. CXLVI.
Lucianæ S. Scripturæ verſio quæ, 311. X. Apud quos ea D. Hieronymi tempore in uſu fuerit, *ibid.*
Lucianiſtæ nominati Ariani, 311. XI.
Lucianus legatus a Cypriano ad martyres, 260. LII.
Lucianus ſucceſſor Cypriani in ſede Carthaginenſi, 261. XLV.
Lucianus Donatiſta cum collegis ad Conſtantinum profectus, quid ab eo petierit, 313. XXI.
Lucianus presbyter Antiochenus ſanctitate & doctrina clarus, 311. III. Quando & ſub quo martyrio coronatus, 311. IV. XIII. Cautè perſecutionem declinans, a Pancratio quodam Sabelliano proditur, 311. IV. 318. LXXVI. Lapſos quoſdam milites ad certamen martyrii revocat, 311. IV. Maximiano audiente pro Chriſtiana religione Apologiam recitavit, 311. V. Longum ei martyrium decernitur, 311. VI. *& ſeqq.* Dira pati cogitur, 311. VI. Quid ad ſuos eum diutius ſupervivere poſſe deſperantes, 311. VII. Stratus in carcere, ſacrificium offert, 311. VIII. Pectus ejus, vivum altare, *ibid.* Felix ejus exitus, 311. IX. S. Scripturæ libros varie adulteratos, ex Hebraico renovat, 311. X. Aliæ ejus lucubrationes, *ibidem*. Sabellium vehementius oppugnans, fomentum Ario miniſtrat, 311. XI. Ejus & Dionyſii Alexandrini par cauſa, 311. XI. 318. LXXV. Ab Alexandro Epiſcopo Alexandrino in hæreticorum claſſem rejicitur, 318. LXXV. Defenditur & excuſatur, atque ab omni hæreſis ſuſpicione vindicatur, 311. XII. 318. LXXV. Ariani quomodo ab ejus nomine dicti Lucianiſtæ & Collucianiſtæ, 311. XII. 318. LXXVI. Quidam ex diſcipulis ejus Ariana hæreſi infecti, 311. XIV. Quos qualeſve diſcipulos & diſcipulas habuerit, *ibid.* A Catholicis Patribus laudatur, 318. LXXVII. Ejus fidei confeſſio Catholica, *ibid.*
Lucilla martyr ſub Valeriano, 259. XXIX.
Lucilla cum Flora martyr ſub Valeriano, 262. LVII.
Lucilla colligit reliquias Marcellini & Petri, 301. CIX.
Lucilla femina potens in Africa diſciplinæque impatiens, ſchiſmaris Donatiſtarum miniſtra, 306. XXIX. XXXII. XXXVI.
Lucina matrona ſub Gallo ſepelit martyres, 255. LXI.
Lucina alia ſub Diocletiano feminas baptizatas ſuſcipit, 284. XIV.
Lucina matrona alia, quæ fuit diſcipula Apoſtolorum, 286. XXVIII.
Lucina femina Conſularis, uxor Piniani Faltonii viri clariſſimi, 302. CXII.
Lucina ſepelit Sebaſtianum martyrem, 286. XXVIII. Domum ſuam in Eccleſiam vertit, *ibid.*
Lucina matrona Marcello Papæ a ſuis ex beſtiarum catabulo erepto domum ſuam in Titulum S. Marcelli dedicat, 309. V. Corpus dicti Marcelli defuncti ſepulturæ mandat, 309. V. Tandem proſcriptione damnatur, *ibid.*
Lucius Alexandrinus presbyter, 260. XXVIII.
Lucius martyr Romæ ſub Claudio, 260. VI.
Lucius Papa quando federe cœpit, 255. LXIII.
Lucius Papa exulat, 255. LXIV. Ad eum ſcribit Cyprianus, 256. III.
Lucius Papa Romam redit ab exilio, 256. II.
Lucius Papa martyrio coronatur, 257. II. Ejus ſedis tempus, 257. II. Ejus decreta & præconia, 257. IV. V.
Lucius Tribunus perſequitur Chriſtianos, 301. XX.
Lucius ſocius Arii quid cum aliis ad Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum ſcripſerit, 318. LVII.
Lucretia martyr in Hiſpania ſub Dioclet. 303. CXXXIX.
Lucretiæ Romanæ factum diverſum a Sophroniæ, 309. XI.
Lucretius inferens mortem Beatrici occiditur a Dæmone, 302. CXIII.
Ludi ſæculares prætermiſſi a Conſtantino, 313. XII.
Ludorum ſæcularium prætermiſſio cauſa multorum bonorum; celebratio vero cladem attulit Urbi, 313. XV.
Ludus puerilis repræſentans Epiſcopum baptizantem ab Alexandro Epiſcopo Alexandrino obſervatus, 311. LXI. *& ſeq.*
Ludovicus Arioſius temeritatis arguitur, 309. XXXV.
Lupanaribus datæ Virgines Chriſtianæ divinitus liberatæ, 309. XXVI. *& ſeq.*
Lupus Epiſcopus Tarſenſis Catholicus, 314. LXXVIII.
Lupercus martyr filius Marcelli Centurionis, 298. IX.
Lupercus martyr Cæſarauguſtæ ſub Dioclet. 303. CXXXVI.
Lupicinus Epiſc. Viennenſis admonetur a Cornelio Papa de perſecutione excitata, 255. XLVII.
Luxorius martyr in Sardinia ſub Dioclet. 303. CXLV.

Lycaonia inſula in Tiberi poſita, cur ſic dicta, 259. XIX.
Lyſias Proconſul in Cilicia, ſæviſſimus perſecutor, 285. IV.
Lyſias Præſes in Armenia perſecutor ſub Licinio, 311. XXI. In eadem perſecutione Agricolao ſucceſſurus Cæſarea Sebaſten amandatur, 316. XLVI.
Lyſimachus Præſes perſecutor in Meſopotamia, 311. XXVIII.

M

Macarii dicti Manichæi, 277. XIV.
Macarius monachus diſputat cum Hieracita hæretico, & ſuſcitat mortuum, 288. V.
Macarius, Felix, & Verus ſcripſerunt Acta martyrum Andronici & ſociorum, 298 XXXII.
Macarius Epiſcopus Jeroſolymitanus Hermoni in Epiſcopatu ſucceſſit, 312. CXII. Adverſarius Arii, 318. L.
Macariana tempora quando cœpta, 308. XXVIII.
Macra virgo & martyr Rhemis ſub Dioclet. 303. CXXXI.
Macrianus proditor Valeriani, 262. LXXII.
Macrina Senior avia S. Baſilii, inſtituta doctrina Gregorii Thaumaturgi in Eccleſia Neocæſarienſi, 266. XIX.
Macrobii Candidi area ſepulcrum Cypriani, 261. XXXVI.
Macrobius martyr cum Juliano ſub Licinio, 316. LIII.
Magiæ addictus Aurelianus Imp. 275. VII.
Magiſtratus veritatis cupidi facti Chriſtiani, 284. XVI.
Magiſtratus vetiti extra urbem uxorem accipere, 305. XVIII.
Magus Ægyptius depravat Valerianum, 257. VIII.
Magnilianus Præſes perſecutor in Africa, 302. CXVIII. *& ſeqq.*
Magnus ſubdiaconus martyr Romæ cum Sixto ſub Valeriano, 261. IV.
Magnus conſulit Cyprianum, 258. XXII.
Majeſtas ſpectat ad Imperatorem, 266. I.
Majoriani Imp. numiſma cum Chriſti nomine inſcuto, 312. CI.
Majorinus Carthagine adverſus Cæcilianum pſeudoepiſcopus ordinatur, 306. XXXII.
Malchion presbyter Antiochenus, 272. I.
Malchion presbyter Antiochenus oppugnat Paulum Samoſatenum, 272. X.
Malchus martyr cum Priſco ſub Valeriano, 260. XXXI.
Malchus dictus Porphyrius philoſophus, 302. LII.
Mamas martyr Cæſareæ in Cappadocia ſub Aureliano, 275. VIII.
Mamertini carcer in Urbe, 259. XV.
Mamuri vicus, & ſtatua, 295. IX.
Mamurius ſtatuarius, *ibid.*
Mandalis martyr Romæ ſub Aureliano, 277. IV.
Manes hæreſiarcha quando prodiit, 277. III.
Manes & Manichæus idem, 277. IV. Ejus genus & origo, *ibid.*
Manes deterrimus omnium hæreticorum, 277. V.
Manes numquam fuit Chriſtianus, 278. VI.
Manes antea Curbicus dictus, 277. IX.
Manes quid ſignificet, *ibid.*
Manes decipit Regem Perſarum, a quo capi juſſus, 278. XII. Ejus fuga, *ibid.* Reverſus in Meſopotamiam, 277. XIII.
Manes diſputat cum Tryphone presbytero, & vincitur, 277. IV. Item cum Archelao Epiſcopo delectis judicibus Gentilibus, 277. IV. Victus iterum fugit, 277. XVI.
Manes tentat Marcellum, ad quem ſcripſit, 277. XIII.
Manes captus a Rege Perſarum excoriari jubetur, 277. IV.

Manes se esse Paracletum mentitus est, 277. XI. XVII.
Manes quomodo se dicebat Apostolum a Deo missum, 277. XXVI.
Manes quæ dogmata docuit, 277. XVIII. & *seqq.* XXVIII. & *seqq.*
Manes blandiloquentia seducebat Fideles, etiam qui videbantur sapientes, 277. XXII. XLIV.
Manes duo vel plura adinvenit Principia, 277. XXVIII.
Manes execrabatur pauperes, vetans, ne quis illis faceret eleemosynam, 277. XXIX.
Manes patriarcha Hagiomacorum, execrans reliquias & memorias eorum, 277. XXX.
Manes quæ scripsit, 277. XXVII.
Manes ridiculam purgationem animarum introducebat, 277. XXXI.
Manes de Christo quid senserit, 277. XXX.
Manes quid deliravit de rebus quæ fiunt in cælo, 277. XXXIII. XXXIV.
Manes quinque excogitat elementa, 277. XXXV.
Manes portentosas excogitavit visiones, 277. XXXVII.
Manes omnem statum civilem dissolvit, 277. XXXVIII.
Manes in multis æmulatus Ecclesiam Dei, 277. *XXXVIII. Quam introduxit* hierarchiam, 277. XLI.
Manes an baptizarit, *ibid.*
Manes quale consilium inierit, ut propagaret hæresim, 277. XLIII.
Manetis discipuli qui fuerint, 277. XLII.
Manichæi hæretici a Manete, iidem Catharistæ, Macarii, & Mundatores dicti, 277. X. Item dicti Mattarii, 277. XVII.
Manichæi præmissis execrationibus horrendis cibum sumebant, 277. XVIII.
Manichæi perperam colunt virginitatem, 277. XLI.
Manichæi proscripti edicto Diocletiani Imp. 277. II.
Manichæi mox *Africam invaserunt*, 287. I.
Manichæorum turpitudines horrendæ, 277. XIX.
Manichæorum artes in decipiendis hominibus, 277. XLIV.
Manichæorum hæresis acervus omnium errorum & impietatum, 277. XXXIX.
Manicæhorum errores jam temporibus Apostolorum confutati, 277. XXIV.
Manichæorum hæreses uno argumento prostratæ, 277. XXV.
Manichæorum hæreses qui impugnarint, 277. XLVI.
Manumittere Episcopis a Constantino concessum, 316. LXXIII
Manus impositio baptizatis exhiberi solita, ex sententia Augustini est oratio, 314 LX.
Marcellianus martyr cum Marco Romæ sub Diocletiano, 284. XI. 286. XXIII.
Marcellini Papæ creatio, 296. IV.
Marcellini Papæ nomen cum Marcello confusum sæpe, *ibid*
Marcellini Papæ epistola ad Salomonem, 296. V.
Marcellinus Papa exhortatur Thebanos milites Christianos, 297. I.
Marcellinus Papa an re vera lapsus, 302. LXXXVIII. & *seqq.*
Marcellinus Papa suo judicio a trecentis damnatur Episcopis, 303. XCVI. *& seqq.*
Marcellinus Papa martyrio coronatur, 304. XXIV. Sepultura, ac tempus ejus sedis vacationis, 304. XXV XXVI.
Marcellinus presbyter Romanus martyr Romæ cum Petro sub Diocletiano: ejus martyrii Acta, & sepultura, & epitaphium Damasi, 302. CIX. *& seqq.* Ipsi Ecclesia a Constantino erecta, 302. CIV.
Marcellinus Rom. Eccles. diaconus passus Romæ sub Valeriano: ejus martyrii Acta, 259. XII.
Marcellinus puer martyr cum sociis sub Licinio, 316. XLVII.
Marcellinus Papa Silvestrum presbyterum ordinavit, 321. LIX.
Marcellus V. C. tentatur a Manete, 277 XXII.
Marcellus Centurio martyr in Mauritania, ejusque martyrii Acta, 298. IX. Ejusdem Marcelli filii martyres, 298. IX. 303. CXXXVIII.
Marcellus martyr Spoleti sub Diocletiano, 301. XX.
Marcellus Papa quando fedare cœpit, 304. XXVII. Confusum interdum ejus nomen cum Marcellino, 297. I. A Maxentio ad servitium bestiarum damnatur, 308. XXIII. Ad Maxentium se Christianum simulantem litteras scribit, 308. XXIV. Cœmeterium in Urbe facit, & titulos auget, 309. IV. Quamdiu obierit, & quando sederit, *ibid.* Certamen ejus compendiose recensitum, 309. V. Ejusdem epitaphium, *ibid.*
Marcellus Episcopus Ancyræ tempore Concilii Ancyrani, 314. LXXVII.
Marcellus Rom. Ecclesiæ Diaconus passus Romæ sub Valeriano: ejus martyrii Acta, 250. XII.
Marcia mater Marci & Marcelliani martyrum, 284. XIV.
Marcia martyr in Campania sub Diocletiano, 303. CXX.
Marciana martyr in Mauritania sub Diocletiano, 302. CXXIV.
Marcianus Episcopus Arelatensis Novatianus, 258. VIII.
Marcianus martyr cum Joanne apud *Urbem* sub Diocletiano, 303. CXIII.
Marcianus martyr cum Nicandro Venafri sub Diocletiano, 303. CXX.
Marcianus martyr in Ægypto sub Maximino, 310. XXIII.
Marcionilla cum Celso Antiochiæ sub Maximino martyrio coronatur, 309. XXXVI.
Marci Aurelii arcum demolitur Senator Romanus ad Constantini arcum construendum, 312. LXV. Ejus memoriam prosecutus est Constantinus, 312. LXVI.
Marcionita mulier quædam pseudomartyr, 260. XXXI.
Marcus martyr Romæ sub Claudio, 269. VI.
Marcus mart. cum sociis in Pisidia sub Diocletiano, 305. XVI.
Marcus martyr cum Marcelliano Romæ sub Diocl. 284 XI.
Marcus Velserus laudatur, 303. CXXV.
Marcus martyr Centumcellis sub Diocletiano, 298. XVI.
Marcus Evangelista in loco Bucula dicto martyrio coronatus, ejus cathedra Episcopalis sacrosancta divino fulgore sæpius coruscare visa, 310. XII.
Marcus aurifex Procopio Crucem conflat, & quæ mira circa eam ipsi obvenerint, 308. XIX.
Marcus, ad quem cum Melchiade Constantinus scripsit, quis fuerit, 313. XXIII.
Mardarius cum sociis martyr Sebastiæ, 311. XX.
Mardonus martyr Nicomediæ sub Diocletiano, 301. XXXVII. *& seqq.* 302. XL.
Mareotis locus *Ægypti* exilio Dionysii nobilitatus, 260. XXIV.
Margarita major Alutinensis martyr sub Dioclet. 303. XXXVI.
Maria Virgo animata columna, 306. II. Templum ejus Alexandriæ a Petro Episcopo Alexandrino extructum, 310. X.
Maria puella baptizata a Stephano Papa, 259. XI.
Mariani & Jacobi martyrii Acta: passi sunt in Numidia sub Valeriano, 262. XL.
Mariani cruciatus horrendi, 262. XLII.
Mariani matris ingens animus, 262. LII.

Mariano ostensa prior visio, 262. XLIV.
Mariano martyri ostensa visio de clade Romani exercitus, 262. LIII.
Marianus lector martyr Romæ sub Decio, 284. VII.
Marini militis in Palæstina pro fide certamen, 262. LXXVIII.
Marinus Episcopus Traditor, 303. II.
Marinus Senator passus Romæ sub Numeriano, 284. VIII.
Marinus Senex passus in Cilicia sub Diocletiano, 285. XIV.
Marinus Episcopus in Africa quid in Cæcilianum, 306. XXIX.
Marinus Episcopus Arelatensis datus Judex in causa Cæciliani, 313. XXI.
Maris vasta exundatio tempore Gallieni, 263. XIX.
Marinus cum Martha ac filiis martyr sub Claudio, 270. II. Eorumdem corporum inventio, 270. IV.
Marsippus philosophus unus ex judicibus inter Manetem & Archelaum, 277. XIII.
Marta cultrix sanctorum martyrum, 259. XIX.
Martialis Episcopus Asturicensis, 258. IV.
Martialis filius Marcelli Centurionis martyr, 298. IX.
Martialis cum sociis martyr Cæsaraugustæ sub Diocletiano, 303. CXXXVI.
Martinianus a Licinio Cæsar creatus, 318. XII.
Martinus martyr Alutinensis sub Diocletiano, 303. XXXVI.
Martis templum Via Appia, 259. XXIV. Precibus Stephani Papæ concussum, 260. IV.

Martyres diversarum provinciarum & temporum.

Martyres Ægyptii sub Valeriano, 260. XXIX. *& seqq.* In persecutione Diocletiani, 302. LXXV. *& seqq.*
Martyres Africani sub Valeriano, 261. XLVIII. *& seqq.* 262. IX. XXXII. *& seqq.*
Martyres Cappadoces sub Diocletiano, 304. LXXI.
Martyres Galliarum sub Aureliano, 277. VI. Sub Diocletiano, 303. CXXVII. *& seq.*
Martyres Itali sub Numeriano, 284. VI. Sub Diocletiano, 303. CXVII. *& seqq.*
Martyres Hispani sub Valeriano, 261. LIX. *& seq.* Sub Diocletiano, 303. CXXXIII.
Martyres milites sub Diocletiano, 297. I. *& seqq.*
Martyres Nicomedienses incensi in ecclesia sub Diocletiano, 301. XLVII.
Martyres Palæstini sub Valeriano, 260. XXXI. Sub Aureliano, 275. XI. Sub Diocletiano, 306. I.
Martyres vigintitres sub Diocletiano, 303. CXIII.
Martyres Romæ passi sub Valeriano, 259. XXIX. *& seq.* Sub Claudio, 270. III. *& seq.* Sub Numeriano, 284. VI. *& seq.* Sub Diocletiano, 303. CXII. *& seq.*
Martyres Syri sub Valeriano, 260. XXXII.
Martyres Tarsenses sub Diocletiano, 305. XI.
Martyres Palæstini, 307. XVI. XX.
Martyres anni sexti persecutionis Diocletiani, 307. XVI. XVIII. Alii ejusdem persecutionis anni septimi, 308. I. *& seqq.* Alii item anni octavi, 309. XVIII. De quibus undequadraginta uno die in Palæstina sub Maximino lauream adepti, 309. XXI. Alii dictæ persecutionis annorum noni ac decimi, 309. XXI.
Martyres diversarum provinciarum, 309. XXV.
Martyres sexcentisexaginta una die passi Alexandriæ sub Maximino, 310. XXIII. Alii millecentumquatuor in Armenia sub eodem, 311. XXI.
Martyres sub Licinio, 316. XII. *& seqq.*

Martyrum Acta.

Martyrum Acta depravata a Donatistis, 303. XXXIV.
Martyrum diversorum Acta. *Vide*, Acta.
Martyrum Acta non ut Evangelium leguntur in Ecclesia, 302. CIII.

Martyrum agones & numerus.

Martyrum omnium consimile fuisse certamen, 262. XXXIV. 263. XXXVI.
Martyres alacriter se offerebant Martyrio, 302. LXXXII.
Martyres ibi martyrium subire soliti, ubi magis cogniti, 298. VI.
Martyres aliquando pœnam non sentiebant, 262. XXVI.
Martyrum multitudo arguit Ecclesiam Catholicam, 262. XVIII.
Martyres provocabant in se bestias, 290. XXIX.
Martyrum numerus qui uno mense passi sunt tempore Diocletiani, 302. XXVI. XCVI. Martyrum tormenta, 302. LXIX. LXXXVI.

Martyrum cultus.

Martyrum reliquias impense colebant Christiani, 270. III. IX.
Martyres prope sepeliri optasse fideles, ut eorum precibus juvarentur, 290. XXXII.
Martyrum dies natalis anniversaria oblatione celebrandus, 277. II.
Martyribus erigi solita altaria, & ecclesiæ, 261. XLV.
Martyres damnatos in exilium, illic obeuntes celebrat Ecclesia ut vere martyres, 262. XXXVII.
Martyrum reliquiæ vino ablutæ, 262. LXVIII.
Martyrum quadraginta reliquiæ sub Pulcheria Augusta inventæ & custoditæ, 316. XLIII.
Martyres sepeliendi cum dalmatica, vel colobio, 283. XVI. Eorumdem corpora unguentis delibuta, 303. CXIII.
Martyrum reliquiarum cultum invident Gentiles Christianis, 302. XXX.
Martyres sepeliri permissi ex edicto Diocletiani, 302. XXX.
Martyrum reliquiæ distrahebantur Tarso, 305. XI.
Martyrum sepulturam Constantinus curavit, 312. LXXIX.
Martyrum bona si *desint* heredes, ex Constantini decreto Ecclesiis cedere debent, 318. XXXII.

Martyris nomen.

Martyrum antiqua canonizatio, 302. CXXV.
Martyres quibus distincti sint a confessoribus, 286. VI.
Martyris nominis gloriam quidam affectantes sese conficiebant in vincula, 303. LXXVI.
Martyr esse quis non potest extra Ecclesiam, 261. L.

Martyribus obsequia exhiberi solita.

Martyrum gloria a Cypriano prædicata litteris ad ipsos scriptis, 260. XLIII. *& seqq.*

Martyrum virtutes.

Martyres in fine soliti pace Ecclesiæ, & charitate erga fratres, sua consignare martyria, 262. XX. XXIX.
Martyrum constantia, cum eorum dextera igni superposita cremaretur, 305. XXXVII.
Martyrum præsidium inexpugnabile, 316. XLIII.
Martyrii tormenta quo modo martyres aliquando non sentiant, 262. XXVI.
Martyrio se offerre vetitum, 260. XXXVII. 262. XIV.
Martyrio se non ingerant Fideles, cum confiteri & non profiteri debeant, 262. XVI.
Martyrium redimere licere pecunia, 305. XXXV. Aliter Hispanis Episcopis Concilii Eliberini, 305. XLIV.
Martyrium extra Ecclesiam non corona, sed potius pœna perfidiæ, 255. LIII.
Martyrium esse donum Dei, non humanæ facultatis opus, 256. XV.
Martyrium duorum infantium, 311. XV.

Martyrium falsum detestatur Constantinus, 316. LXVII.
Massa Candida in Africa, 261. XLVIII.
Massa Candida in Hispania, 303. CXXXVI.
Massilia perfugium Maximiani Herculei, 307. X.
Maternus Episcopus martyr, 303. CXXII.
Maternus Episcopus Coloniæ Agrippinæ datus Judex in causa Cæciliani, 313. XXI.
Matronæ duæ martyres Alutinenses sub Diocletiano, 303. XXXVI.
Mattarii dicti Manichæi, 277. XVII.
Mauritius cum sociis martyr Agauni sub Diocl. 297. X.
Mauritius Martyr cum sociis Nicopoli sub Licinio, 316. XLVI.
Maurus & Papias martyres Romæ sub Diocletiano, 303. CXI. *& seqq.* Eorum corporum inventio, 270. X. Translatio eorumdem, *ibid. & seqq.*
Maxentius martyr in Gallia sub Dioclet. 303. CXXIV.
Maxentius iniquo fert animo creationem Constantini Imperatoris, 306. XXII. Creditus terræ filius, *ibid.* Fuit gener Maximiani, 306. XXIII. Ejus numisma, *ibid.* Constantinum socium habere dedignatur, 306. XXIV. Regnandi consilio bene de Christianis meretur, *ibid.* Ecclesiæ Africanæ pacem reddit, 306. XXVII. Cur Africanos ante vexaverit, *ibid.* Mores ejus perditissimi, 307. XXVII. Una cum Maximino magiæ intentus, *ibid.* Marcellum Papam vexat, 308. XXIV. Consulatus ejus mentio in libro de Romanis Pontificibus habetur, non autem in Fastis, 308. XXIV. 309. I. Non tantum in Christianos, sed in cives omnes Romanos sævit, 308. XXV. Ac proinde non conservator Urbis, sed eversor dicendus, 309. III. Immania scelera Romæ ab ipso patrata, 309. IX. Ejus impudicitiæ Romana femina illusit, 309. X. Quot annis imperaverit, & quando a Constantino superatus fuerit, & *extinctus*, 312. *VII.* Dira ejus in populum tyrannis, 312. IX. Quibus Constantinum in se concitaverit, 312. X. Bellicus ejus adversus Constantinum apparatus, 312. XXXIX. Sacrificiis distinetur, 312. XL. Constantino trans pontem Milvium occurrit, 312. XLVI. Furiis agitatur, *ibid.* Acies suas disponit, 312. XLVII. Pontem dissutilem Tiberi quo consilio imposuerit, 312. XLVII. In Tiberim demergitur, 312. XLIX. Pharaonis adinstar in undis perit, 312. LI. Cadaver ejus in Tiberi inventum, capite truncatur, 312. LIII. Caput ejus primo in Urbem, inde in Africam delatum, 312. LIV. CIII. Tyrannide ejus pressi, Constantini edicto sublevantur, 314. LXXIII.
Maxima martyr in Africa sub Valeriano, 262. XXXIV.
Maxima & Julia martyres Ulissipone sub Dioclet. 303. CXXXVIII.
Maximianus, sive Maximus, Alexandr. Episcopus, 266. XII.
Maximianus Alutinensis martyr in Numidia sub Diocletiano, 303. XXXVI.
Maximianus Galerius. *Vide*, Galerius.
Maximianus cognomento Valerius percussus a Deo reddit pacem Ecclesiæ, 311. XXXI. Ejus edictum pro Christianis, 311. XXXII. Obitus ejusdem 311. XXXV.
Maximianus Herculius collega Imperii a Diocletiano assumitur, 286. II.
Maximianus Herc. lustrat exercitum, 297. VI. Legionem Thebanam Christianam occidit, 297. XI.
Maximianus Herc. illicitum juramentum exigit a Christianis militibus, 297. VII.
Maximianus Herc. quibus moribus compositus, 297. XXV. Qualis vultu, *ibid.*
Maximianus Herc. a Juliano Apostata suggillatur, *ibid.*
Maximianus Herc. conatur perdere omnes milites Christianos, 297. XXVII.
Maximianus Herc. ædificat sibi Thermas in Africa, 298. X. Et Diocletiano Romæ, *ibid.*
Maximianus Herculius damnat milites Christianos ad opus Thermarum, *ibid.*
Maximianus Herc. cum Diocletiano deponit imperium, 304. V.
Maximianus Hercul. cum Maximiano Galerio sæpe confunditur, 304. XXXIII.
Maximianus Herculius Imperio se abdicando Occidentalem persecutionem quo pacto sopiverit, 306. XXVII. Maxentio indignatur, 307. II. Diocletiano, ut iterum imperet, frustra persuadere conatur, *ibid.* Instar Saul Constantinum dolo persequitur, 307. IX. Cum Maxentio inimicitias simulat, 307. IV. Imperium reassumit, 307. V. Interitus ejus quando & ubi acciderit, 307. X. XIII. Ejus in Constantinum ingratitudo perstringitur, 307. XII.
Maximinus cum Severo Cæsar a Galerio Maximiano Imp. creatur, 306. V.
Maximinus Jovius contra Christianos quid statuerit, 307. XIX. Crudelitatis ejus causa, 307. XXV. Licinium Cæsarem creat, 307. XXVI. Maxentio tyranno assimilatur, 307. XXVII. Mores ejus perditissimi, & scelera nefanda, *ibid.* Ejus dira in subditos æque ac Christianos tyrannis, 307. XXVIII. *& seqq.* Effusa ejusdem libido notatur, 307. XXX. Ratione rescripti de nece Petro Episcopo Alexandrino inferenda dati, tumultus Alexandriæ exortus, 310. VII. Persecutionem in Catholicos excitatam qua de causa relexari mandet, 306. XLVI. Christianos iterum persequitur, 311. XLIV. XLVI. Ejusdem in Christianos rescriptum, 311. L. Ejus de diis jactantia, 311. LI. Cito repressa, 311. LVI. Ejus tempore magnæ clades obortæ, *ibid.* Agentibus Constantino & Licinio, quamvis invitus, pro Christianis ad Sabinum rescribit, 313. VIII. *& seqq.* Cur apud Christianos nullius fidei, 313. XII. Bello a Licinio superatur, 314. II. Deorum sacerdotes trucidat, 314. IV. Aliud pro Christianis edictum promulgat, 314. V. Miserandus ejus interitus, 314. VIII. Ejusdem memoriæ ubique deletæ & abolitæ, 314. X. Filii ejusdem morte mulctati, 314. XI. Constantino quandoque insidias molitur, sed frustra, 314. XIII.
Maximus acolythus legatur a Cypriano ad Confessores, 260. LII.
Maximus Alexandrinus Episcopus, sive Maximianus, 266. XII.
Maximus Bostrensis Episcopus interfuit Concilio Antiocheno contra Paulum, 266. IV.
Maximus Commentariensis simulat se Christianum, 259. XII. Corripitur a dæmone, *ibid.* Curatur a Christianis, *ibid.* Credit in Christum, & baptizatur a Stephano Papa, *ibid.* Romæ patitur sub Valeriano, 259. XIII.
Maximus Consul a dæmone correptus interiit, 259. XXIV.
Maximus cum sociis sub Maximino martyrio coronatur, 308. XXVII.
Maximus alter cum sociis Hadrianopoli martyrii coronam assequitur, 311. XVII.
Maximus Diocletiani amicus, fit Christianus, 294. XI. Erogat sua in pauperes, 294. XII.
Maximus Dux millenarius Christianus adscriptus Thermarum operi, 298. XIV. Centum viginti milites convertit, *ibid.* Martyrio coronatus, 294. XV.
Maximus Episcopus Ostiensis Concilio Romæ a Melchiade celebrato interfuit, 313. XXV.

Maximus presbyter martyr Romæ sub Diocletiano, 302. CXI.
Maximus Ostiensis Episcopus consecrat Dionysium Papam, 261. XI.
Maximus presbyter Alexandrinus, postea Episcopus ejusdem Ecclesiæ, 260. XXIX.
Maximus Præses in Cilicia persequitur Christianos, 290. XII.
Maximus schismaticus in Africa, 255. X.
Maxys tribunus homo scelestus, in Ennatham virginem sævit, 307. XXI.
Mazabanes Episcopus Jerosolymitanus moritur, 266. XIII.
Melanius Episcopus Rothomagensis creatus a Stephano Papa, 260. VI.
Melchiades Papa calumniam patitur a Donatistis, 302. XCVI. Res Ecclesiæ a Maxentio recuperat, 306. XXVI. A Constantino Palatio donatur, 312. LXXXI. Ei ab eodem judicium causæ Cæciliani defertur, 313. XXII. Ab eodem Hierarcha appellatur, 313. XXIII. Donatistas Ecclesiæ conciliare quantopere laborarit, 313. XXIX. A posterioribus Donatistis calumniam passus, 313. XXXIX. Ab iisdem traditionis insimulatur, 314. XLI. Ejus causa cognita in collatione universa, 313. XLIV. Quando obierit, 313. XLVII. Cur Martyr sit appellatus, *ibid.* Quamdiu sederit, *ibid.* Ejusdem decreta, & inter cetera de fermento, 313. XLVIII. Ordinationes ejus & sepultura, 313. LVI.
Meletius Episcopus in Ponto magni nominis, 285. XV.
Meletius Episcopus Lycopolis, auctor schismatis in Ægypto, 306. XLIV. Persecutionis tempore quid in carcere adversus Petrum Episcopum Alexandrinum, 306. XLV. A dicto Petro segregatur, 306. XLVII. De eo vera historia, 306. XLVIII. Quæ autem falsa, 306. XLIX. 310. XVI. Idololatriæ & aliorum multorum criminum reus ab Episcopatu deponitur, 306. XLVIII. Præsto fuit Ario, 306. LI. Causa ejus cum Petra qualis, 306. LII. Etiam Christianos est persecutus, *ibid.* Scelera ejusdem ex epistola Petri Alexandrini, 306. LIII. Arium hæresiarcham detegit, eumque ad Alexandrum defert, 315. XIX.
Meletianorum & Traditorum par causa, 306. XLIX.
Meletianum schisma quando & a quo conflatum, 306. LI.
Meletinenses Martyres sub Diocletiano, 302. XXXII.
Memoria, locus ubi Acta publica asservantur, 303. L.
Memoriæ Portuenses, 270. XV.
Memoriæ Martyrum, loca ubi passi sunt, spectant ad Ecclesias, 318. XXXV.
Menalus Episcopus in Africa quid in Cæcilianum, 306. XXIX.
Menelaus Episcopus in Africa Traditor, 303. CXXVIII.
Mennas missus ad compescendos tumultuantes Alexandrinos, 307. XXXV.
Mennas martyr in Ægypto sub Maximino, 307. XXXIV. Ejus Præfectura & miracula, 307. XXXIV. *& seqq.*
Menodora cum sociis sub Frontone Præside martyrio affectas, 311. XVIII.
Menstruatæ mulieres superstitiose exclusæ ab ecclesia, 266. XI.
Mensurii Episcopi Carthag. successor Cæcilianus, 306. XXVIII.
Mensurius Episcopus Carthaginensis, 261. XLV. In locum Luciani suffectus, 303. LXXIII.
Mensurius Carthag. Episcopus non recipiebat inter martyres obtrudentes se martyrio, 302. CXXVI. Quos præterea rejecerit, 303. LXXVI.
Mensurius Carth. Episcop. calumniam patitur a Donatistis ex depravatis Actis martyrum, 303. LVIII.
Mensurius Carthag. Episcopus supponit comburenda scripta hæreticorum, 303. LXXII. Ab eo res gestæ, 303. LXXIII.
Mensurius quando diem obiit, 303. LXXVIII.
Mercatores Africani emunt Tarsi corpora martyrum, 305. XI.
Merocles Episcopus Mediolanensis Concilio Romæ a Melchiade celebrato interfuit, 313. XXV.
Mesopotamia illustrata martyribus, 304. LXXV. Persecutione vexata, 311. XXVIII.
Metallum Sigense, ad quod damnati Fideles, ubi, 260. XLII.
Metaphrastes de Actis Silvestri erroris arguitur, 315. XV.
Methodius Episcopus Tyri, 302. LXII.
Metrodora cum sociis sub Frontone Præside martyrio coronata, 311. XVIII.
Metrophanes Byzantii Episcopus Probo successit, 314. XCIV.
Michael Thomasius Lactantii restitutor corrigitur, 315. XXI.
Migdonius martyr Nicomediæ sub Diocletiano, 301. XXXVII.
Miles Christianus virginem ad Lupanar damnatam liberat, 300. XXIX.
Militare non licere Christiano affirmabant Manichæi, 277. XXXVIII.
Militare juramentum præstari solitum a Christianis quale, 297. VII.
Militares missiones quot & quales, 290. IV.
Militares leges latæ ab Aureliano, 271. II.
Militaria signa & arma Crucis signo notata, 312. XXIX.
Militaris missio honesta post emerita quindena stipendia, 312. CVII.
Milites martyres Romæ sub Claudio, 269. V. VI. 270. VI. *& seqq.*
Milites martyres Romæ sub Aureliano, 277. IV.
Milites martyres in Portu Romano sub Aureliano, *ibid.*
Milites legionis Thebanæ martyres sub Maximiano in Gallia, 297. I.
Milites martyres cum Gereone, 297. XX.
Milites Africani passi in Gallia sub Maximiano, 297. XXIII. Alii quoque milites Christiani ab eodem ubique exagitati, 297. XXIV. *& seqq.*
Milites Christiani damnati ad opus Thermarum, 298. XI.
Milites decem mille cum Zenone necati Romæ ad Aquas Salvias sub Diocletiano, 298. XVII.
Milites centum viginti martyres Romæ sub Diocletiano, 298. XIV. *& seqq.*
Milites triginta martyres sub eodem, 303. CXV.
Milites damnari ad opus & metalla non licere, 298. XI.
Milites Christiani habiti loco transfugarum a Gentilibus, eorumdemque pœna puniti, 298. XI.
Milites vetiti subjici quæstionibus, 290. XIX. Nec affici vilioribus pœnis jure poterant, 290. XX.
Milites projicientes arma, gravi pœna affecti, 208. VIII. Itidem milites desertores, 208. IV. Fugitivi non gaudent privilegiis militum, 298. XI.
Milites deligunt Imperatorem Constantinum, 306. VIII.
Milites Christiani ignominiosa missione mulctati, 308. X. Alii sub Procopio duce martyrio affecti, 308. XX. Alii lapsi a Luciano restituti coronam martyrii sunt consecuti, 311. IV. Alii millecentumquatuor in Armenia passi, 311. XX.
Milites Christiani a Licinio dire vexati, 316. XXXIV.
Milites Sebaste quadraginta martyrio sub Licinio coronati, 316. XXXIX. Eorum nomina, *ibid.*

Milites Christiani sub Licinio contra Constantinum militare nefas putarunt, 316. XLVII.
Militibus Christianis refertæ legiones, 297. IX. XXVII.
Millenariorum error diu toleratus, 264. VI.
Miltiades Papa. *Vide*, Melchiades.
Milvius pons celebrior clade Maxentii, & victoria Constantini, 312. LII.
Mimi vehementissimi *in actionibus*, 303. CXVIII.
Mimi duo illudentes mysteriis Christianorum subito fiunt Christiani & martyres, 303. CXVIII.
Minervina prima uxor Constantini, 307. VI. Mater Crispi, *ibid.* Nequaquam Constantini concubina, *ibid.*
Miracula Romæ sub Caio Papa, 286. X. XI.
Miracula falsa a Gentilibus contra Christianam religionem procurata, 311. XLV. Eadem detecta, 314. XI.
Miracula plura ostensa Constantino, 314. XIII.
Miraculum de libris incendio traditis, 303. XXXVIII.
Miraculum perenne de Sanguine S. Januarii, 305. VI.
Miraculum de fonte scaturiente in martyrio S. Julittæ, 304. LXIX.
Misdates Rex Persarum Narseti successit, 309. VI. Quamdiu regnaverit, *ibid.*
Missio idem quod Collecta, sive dominicum, 303. XXXIX.
Missæ agi solitæ persecutionis tempore in domibus privatis, 303. XXXVI.
Missæ nec persecutionis tempore a Fidelibus prætermissæ, *ibid.*
Missæ a Pontifice Romano interdum agebantur in cryptis, 255. XLVII.
Missio militaris honesta quoto anno dari solita, 200. IV.
Missio ignominiosa olim in militia quæ, 308. X.
Missio honesta in militia post emerita quindena stipendia, 312. CVII.
Missiones militares multiplices, *ibid.*
Mnesteus *Aurelianum prodidit*, 278. II.
Modestus martyr cum Vito & Crescentia, 303. CXX.
Modestus martyr cum Florentia in Gallia tempore Diocletiani, 303. CXXXII.
Monachi nomen execrantes hæretici omnium pessimi, *ibid.*
Monachi decem mille in una civitate, 316. XXX.
Monasteria antiquitus in Ecclesia. *Vide*, Ascetcria.
Monasteria plurima Oxyrinchi intra ipsam civitatem, 310. XXX.
Montanus martyr in Africa sub Valeriano, 262. V. Visio illi ostensa divinitus, 262. XIV. Ejus constantia in subeundo martyrio, & ejusdem admonitio, 202. XVIII. XIX. Idem prænuntiator martyrii Flaviani, cui fasciam reliquit, 262. XX.
Mores animi cognosci ex habitudine corporis, 286. XVIII.
Mortalitas ingens sub Maximino, 312. IV.
Mortem sibi diversæ fœminæ Christianæ divino impulsu consciverc, 309. XII. *& seqq.*
Mortis diversa genera excogitata contra Christianos. *Vide*, Cruciamentorum genera.
Mortuos lugendos non esse, sæpe admonet Cyprianus, 256. XVII.
Mortuus revocatus ad vitam ob testimonium veræ fidei, 288. V.
Muguas, locus in Numidia, 262. XXXVI.
Mulieres Christianæ quæ consciverunt sibi mortem, ne illuderentur, 309. XII. *& seqq.*
Mulierum Christianarum Constantia, 307. XVII.
Munatius Felix, persecutor in Africa, inquirit de libris Christianorum, 303. VII.
Mundi finem instare, sæpe creditum, 263. XXII.
Munera Gallieni Imp. ad Claudium ducem exercitus in Dacia, 268. II.
Muscarum occasione homo levis factus est Manichæus, 277. XLV.
Muscianus judex Romæ sub Claudio damnat Christianos, 270. VII.
Musonius Syriæ Præses sub Diocletiano, 299. II.
Mustiola nobilis matrona martyr in Etruria sub Aureliano, 277. V.
Mutius Byzantii martyrio affectus, 311. XIX.
Mygdonius martyr Nicomediæ sub Diocletiano, 301. XXXVII. *& seqq.*
Mysteria execranda Manichæorum. *Vide*, Manichæi.

N

NAbor martyr cum Felice Mediolani sub Diocletiano, 303. CXXII.
Nabor martyr cum Nazario Romæ sub Diocletiano, 303. CXV.
Narcissus Episcopus Gerundensis convertit Afram meretricem, 303. CXXXVIII. Martyrium subiit, *ibid.*
Narcissus Episcopus Neroniadis Concilio Ancyrano interfuit, 314. LXXVIII.
Narcissus martyr cum sociis in Ponto sub Licinio, 316. XLVII.
Narses sive Narsæus Rex Persarum victus a Diocletiano, 301. I.
Narses Rex Persarum Vararani in Regno successit, 309. XI.
Nassutius Donatista una cum collegis profectus ad Constantinum, quid ab eo petierit, 313. XXII. 314. LXX.
Natali Domini occisi martyres Nicomedienses, 301. XLI.
Navalis martyr cum Agricola Ravennæ sub Diocletiano, 303. CXXII.
Naves Manetis phantasticæ, 277. XXXIV.
Nazarius cum Nabore martyr Romæ sub Diocl. 303. CXV.
Neanias idem Procopius dictus, 308. XIX.
Neocæsariense Concilium quando celebratum, 314. LXXX. CX. Quinam ei Episcopi interfuerint, 314. XC. Ejusdem canones, 314. XCI.
Nemesianus Episcopus damnatus ad metalla, 260. XLIII.
Nemesius Tribunus martyr Romæ cum suis sub Valeriano, 259. XXIV.
Neon martyr cum sociis in Pamphilia sub Diocl. 305. XVII.
Neon martyr Romæ sub Valeriano, 259. XI.
Neon, Claudius, & Asterius martyres in Lycia sub Diocletiano, 285. IV.
Neon martyr sub Maximino, 308. XXVII.
Nepos Episcopus Ægypti, defensor Millenariorum sententiæ, 264. I. Scriptor sacrorum hymnorum, 264. II. Ejus liber apocryphus, 264. VII.
Nepotiana crypta, in qua Stephanus Papa persecutionis tempore colligebat Fideles, 259. XXI.
Nerei & Archillei corpora inventa, 270. IX.
Nestorius hæresis accusatus, 265. V.
Nicander martyr cum Marciano Venafri sub Diocletiano, 303. CXX.
Nicander cum sociis Meletinæ *in Armenia* sub Lysia Præside martyrio affectus, 311. XXI.
Nicander & Nicanor in Ægypto sub Maximino martyrii lauream adipiscuntur, 310. XXIII.
Nicephori Callisti error de Cypriani lapsu, 258. XVIII.
Nicephorus martyr in Ægypto sub Numeriano, 284. X.
Nicephorus martyr Antiochiæ sub Valeriano, 260. XXXII.

Nicephorus de patria & genere Helenæ Augustæ erroris arguitur, 306. XII. Item de origine Episcopatus Byzantii, 314. XCVI. Nec non de Actis Silvestri, 315. XV. Similiter de quadraginta Monialibus Hadrianopoli martyrio affectis, 316. XII.
Nicolai Fabri Index rerum antiquarum memorabilium, 313. XXXIV.
Nicolaus Episcopus Myræ confessor sub Licinio, 316. XXXVI. Reddita Ecclesiæ pace Myram revertitur miraculis clarus, 318. XXXVIII. Idola ibidem destruit, 318. XXXIX.
Nicomas Episcopus Iconii, 266. III. Interfuit Synodo Antiochenæ contra Paulum Samosatenum, *ibid.*
Nicomedia sedes Imp. facta carnificina Martyrum, 311. XVII.
Nicomedienses martyres, & eorum Acta, 293. I. *& seqq.*
Nicomedienses martyres in Ecclesia combusti, 301. XLI. *& seqq.* Alii rursum postea, 302. XXVII.
Nicomediensis Regia conflagravit, 302. XXX.
Nicostratus martyr Romæ cum sociis sub Diocl. 303. CXV.
Nicostratus Primiscrinius credit in Christum, 284. XIII.
Nicostratus cum sociis militibus in Palæstina sub Maximino martyrio coronatur, 308. XX.
Nilus martyr cum Peleo in Ægypto, 309 XIX.
Noctuæ præveniunt cladem Maxentii, 312. XLVI.
Noetus magister Sabellii, 260. LXV.
Noetus dicebat se esse Moysem, 260. LXV.
Nomina sua olim cur mutaverint Christiani, 308. IV.
Nomina Episcoporum qui Concilio Romano sub Melchiade interfuerunt, 313. XXV.
Nominatio a qua Clerici essent immunes quæ, 313. XLVI.
Nominis mutatio in Baptismo fieri solita, 250. X.
Nominis mutatio apud Christianos permissa lege civili, 250. III.
Nonnus Episcopus Beroensis, 301. IV.
Notaria sive notoria, 262. XXV.
Novantium blandiloquentia, 277. XXIII.
Novatiani scripta, 261. LI.
Novatiani negabant claves Ecclesiæ, 254. CVII.
Novatiani Synodi Romanæ auctoritate excommunicati, 255. I.
Novatiani infestant Gallias, 258. VIII.
Novatiani loco pœnitentiæ quam negabant, secundo baptizabant, 258. XXII.
Novatianorum rebaptizantium occasione exorta iterum quæstio de Baptismo hæreticorum, 258. XI. *& seqq.*
Novatianorum rebaptizantium consilium, 258. XXI.
Novatianus a suis falso prædicatus martyr, 261. L.
Novatianus scriptit commentarium de Trinitate, qui falso tribuitur Tertulliano, vel etiam Cypriano, 272. XV.
Numerianus Cæsar dictus, 283. VII.
Numerianus creatur Imperator post patris obitum, 284. I.
Numerianus occisus ab Apro, *ibid.*
Numerianus persecutus ne sit Ecclesiam, 284. V. VI.
Numidæ martyres sub Valeriano, 262. XXXIV. XXXV.
Numidiam incursant barbari, & captivos ducunt Christianos, 254. CVIII.
Numisma Constantini cum Marte, 307. XV. Ejusdem varia cum Labaro Christi nomen & Crucem exhibentia, 312. XXVI. *& seqq.* Aliud ejusdem cum Christi nomine & Cruce in galea, 312. XXXI. Joviani Imp. cum Labaro Christi nomine & cruce insignito, 312. XXVII. Majoriani Augusti cum Christi nomine in scuto, 312. XXXI. Maxenti generi Maximiani, 306. XXIII. Valentis cum Labaro, Crucem puram exhibente, 312. XXVII.
Nundinarius exceptor Actorum Cirtensium, 300. III. VII.
Nundinarius obtulit libellum de traditione facta a Silvano Episcopo Cirtensi, 300. III. VIII.
Nundinarius accusator Silvani Cirtensis Episcopi, 306. XXXVII.
Nuptiæ Licinii cum Constantia, 313. II.
Nymphæ Catabassi ubi, 270. VIII.
Nymphæ ubi Petrus baptizavit, 303. CXI.
Nymphodora martyr sub Maximino, 311. XVIII.

O

OBeliscus Vaticanus index loci parati triumphi Constantini, a Sixto V. cruce auctus, 312. LX.
Oblatio pro defunctis. *Vide*, Defuncti, Sacrificium.
Oblatio fermentata quid mystice significet, 313. L.
Oblationes ad Ecclesiam fieri solitæ, 313. LI.
Occæcari peccatores a Deo quo modo dicantur, 277. XV.
Occidua libra quæ, 302. XCI.
Occisi occasione fugientium Christianorum, non adscribendi culpæ eorum, 305. XXXVI.
Oceanus martyr in Lycia cum sociis Taurini sub Diocl. 305. XVII.
Oceanus martyr sub Maximino, 308. XXVII.
Octavianus comes Hispaniarum quale a Constantino rescriptum acceperit, 317. XV.
Octodorus, locus martyrii militum legionis Thebanæ, 297. VI.
Odenati conjux Zenobia, 265. II.
Odenato vincente triumphat Gallienus, 265. I.
Odenatus obtinet Imperium Orientis, *ibid.*
Odenatus vincit Persas, *ibid.*
Officii Stator, seu Strator qui, 261. XXVI.
Officium Palatinum, seu Curiale, 261. XXVI.
Olybriorum familia reddita Christiana, 312. LXXVIII.
Olympius Tribunus fit Christianus & frangit idola, 159. XXVII. Baptizatur cum aliis a Stephano Papa, 259. XXVIII. Martyr Romæ cum uxore & filio sub Valeriano, eorumque Acta, 259. XXX.
Olympius Episcopus in Africam post Romanum Concilium pro pace Ecclesiæ Africanæ legatus, 313. XXXV.
Olympiades martyr in Umbria sub Diocletiano, 303. CXXI.
Optati Milevitani commentarius a Donatistis decurtatus, 314. LII.
Optatus mart. cum sociis Cæsaraugustæ sub Diocl. 303. CXXXVI.
Oracula conficta ab aruspicibus, 278. VI.
Oracula pænuntia venturæ persecutionis, 255. XLIII.
Oraculum de probitate Christianorum, 302. VIII.
Oraculum de restitutione & augumento Romani Imperii mendax, 279. V.
Oraculum de clade Romani Imperii a martyribus pronunciatum, 273. XVIII.
Oraculum de Urbis annis ex Varrone Censorinus recensct, 279. VI.
Oraculum a Gentilibus de exterminio Christianismi confictum, 313. XVII. Aliud Apollinis de Licinii victoria fraudulentum, 317. IV.
Orare pro nobis Sanctos *in cælis*, ex Cypriani doctrina, 255. LIV.
Orare solitos Christianos apud reliquias martyrum, 295. IX. *Vide*, Martyrum cultus.
Ordinandi presbyteri ætas ex decreto Concilii Neocæsariensis quæ, 314. XCII.

Ordinatio Cæciliani tumultuosa, 306. XXVIII.
Ordinationi Primatum non digniores sed propinquiores Episcopi interesse debent, 306. XXXI.
Ordinis & dignitatis jacturam patiantur lapsi, 258. I.
Ordinum Ecclesiasticorum legitimus ascensus, 296. II.
Orentius miles cum sociis sub Maximino Imperatore Satali in Armenia martyrio coronatur, 311. XXI. *item*,
Orestes cum Sociis sub eodem Maximino Sebaste, 311. XX. Ejus reliquiæ a S. Blasio Episcopo curatæ, *ibid.* 316. XLV.
Orestes martyr in Cappadocia sub Diocletiano, 304. LXXII.
Orientalis Ecclesia a persecutione quomodo liberata, 311. XXIX. Pace reddita floret, 311. XXXIX. In eadem disciplina Ecclesiastica restituitur, *ibid.* Iterum per Maximinum exagitatur, 316. XLV. Dicta persecutione prostrata a Constantino erigitur, 318. XXI. Arii causa in eadem discordiæ & contentiones exortæ, 318. LXVIII.
Orientis & Occidentis ratio in edictis Constantini, 318. XXXVI.
Origenis defensionem *qui scripserunt*, 256. XXXVIII.
Origenes oratione laudatus a Gregorio Thaumat. 266. XXIII.
Origenis præconia mirifice extolluntur, 256. XLIII.
Origenes vivens mortuusque damnatus, 256. XL.
Origenes excommunicatus ab Anastasio Papa, 256. XL.
Origenes ubi bene, nemo melius, ubi male nemo pejus, 256. XLV. XLVI.
Origenis librorum occasione multa funera in Ecclesia, 256. XLVI.
Origenis lapsus magna tentatio in Ecclesia, 255. XLII.
Origenis defensiones temere recens a multis sunt scriptæ, 256. XL.
Origenis librorum lectio numquam vetita penitus, 265. XLI.
Origenis Apologia a Pamphilo an vere scripta fuerit, 256. XXXVIII.
Origenis Apologia ab Eusebio potius elucubrata, 256. XL.
Origenis Apologia scripta a Ruffino. *Vide*, Ruffinus.
Origenes duo ne fuerint, an unus tantum, 256. XLVII.
Origenis obitus & ætas, 256. XXXVIII.
Origenistæ Turpes dicti qui fuerint, 256. XLVII.
Origenistæ simpliciter, qui, *ibid.*
Ornatus corporis arguitur in viro Christiano, 286. XVII.
Orontius cum sociis martyr Ebreduni in Gallia, 303. CXXVIII.
Osculari soliti fideles pedes Romani Pontificis, 294. VIII. XII. Etiam presbyterorum, 294. X.
Osculo pacis suos Basileus martyrium obiturus salutat, 316. XXV.
Osculum solirum impertiri cognatis etiam feminis, 294. VII.
Osculum mysticum post preces, 294. X.
Osius Episcopus Cordubensis, egregius confessor in persecutione Diocletiani, 303. CXLII. 305. XL.
Osius Episcopus Cordubensis interfuit Concilio Eliberino, 305. XL.
Osius Episcopus Cordubensis Constantino jugiter inhæsit, 312. XCI. Quod in Arelatensi Concilio Cæciliani patrocinium susceperit, a Parmeniano calumniis profunditur, 314. LV. Eumdem Catholicis Africanis faventem Donatistæ odio prosequuntur, 316. LXIX. Quid ad eum Constantinus de manumissione rescripserit, 316. LXIV. Silvestri Papæ ad Constantinum, & ad Alexandrum Episcopum Alexandrinum Legatus, 318. LXXXIX. XC.
Ostiense forum ab Aureliano constructum, 275. XII.
Ostiensis Episcopus consecrat Romanum Pontificem, 261. XI.
Oxyrinchus civitas Thebarum Christianæ pietatis & charitatis cultrix, 316. XXX.

P

Pachomius quonam pacto fidem Christianam sit assecutus, 316. XXVII. Tyro militiæ sub Licinio adscribitur, *ibid.* Solitudinem petit, 318. CI.
Pachomius martyr Alexandriæ sub Maximino, 310. XXIII.
Palatium donatum a Constantino Romano Pontifici, 312. LXXX.
Palatium quid proprie significat, 312. LXXXI. Romæ non unum sed plura, 312. LXXXI.
Palatium Lateranense Pontifici Romano a Constantino donatum, 312. LXXXV.
Palæmon insignis anachoreta in Ægypto quando floruerit, 318. CI.
Palæstini martyres sub Aureliano, 275. XI. Sub Diocletiano, 302. LXXXV. 303. LXXXV.
Palatias martyr Anconæ sub Diocletiano, 303. CXXII.
Palatium & Capitolium, nomina propria, facta communia, 305. XLVII.
Palliolum breve indumentum Episcopi, 261. XLII.
Pallium humeros solum tegens, indumentum philosophicum, 308. VIII.
Palmaria insula illustrata exilio martyrum, 303. CXLV.
Palmyrana Ecclesia persecutione sub Lysimacho Præside vexata, 311. XXVIII.
Palmyreni populi, 214. I.
Pammachius hospitalem domum ædificat in Portu Romano, 270. XV.
Pamphili martyris primum certamen, 306. III.
Pamphilus martyr an scripserit Apologiam pro Origene, 256. XXXVIII.
Pamphilus presbyter Cæsarienfis cum sociis pro Christi fide *martyrii* certamen aggreditur, 308. II. Virtutes ejus & recte facta breviter recensita, *ibid.* Rursus ad certamen revocatur, 308. VII. Ejusdem lucubrationes, 308. XV. Ejus nomine Apologia pro Origene scripta, 308. XV. Nomen ejus sibi Eusebius Cæsariensis assumpsit, 308. XV. Ab Agapio Episcopo Cæsariensi presbyter ordinatus, 308. XV.
Pamphilia illustrata martyribus, 305. XVII.
Pancharius civis Romanus Nicomediæ cum sociis martyrio affectus, 311. XVII.
Pancratius martyr Romæ sub Diocletiano, 303. CXVII.
Pancratius presbyter Sabellianus proditor Luciani, 311. IV.
Paneade in Phœnicia purgata ab illusione dæmonum, 262. LXXXII.
Panem manducaturi Manichæi, creatorem & creaturam execrabantur, 277. XVIII.
Pannoniam depopulantur Sarmatæ, 263. XXI.
Pantaleon medicus cum sociis Nicomediæ martyrii coronam assequitur, 311. XVII.
Panuinus interdum divinat, 312. CI. De origine *indictionis* erroris arguitur, 312. CIV.
Papæ summa auctoritas. *Vide*, Pontifex Romanus.
Paphnutius martyr in Ægypto sub Maximino, 310. XXIII.
Paphnutius alter sub eodem Maximino excæcatus, *ibid.* In Thebaide vitam anachoreticam duxit, 318. CI.
Papias martyr in Ægypto sub Numeriano, 284. X.
Papias & Maurus martyres Romæ sub Diocletiano, 303. CXI. Eorumdem corpora quando inventa, 270. X. Et quo translata, 270. XI.
Paracletum se esse Manes aiebat, 277. XI. XVII. XXVI.
Parochiarum divisio iterum facta ex qua causa, 270. XVII.
Parthenius diaconus Basilæum Episcopum vinculis adstrictum & ad Regem Licinium missum sequitur, 316. XX.
Parthi incursant Syriam, 263. XXI.
Paschatis celebrandi una regula omnibus ex Concilio Arelatensi præscripta, 314. LVIII.
Passionis Christi die omnes ecclesiæ edicto Diocletiano ubique prostratæ, 302. XXIII.
Pastor Nicomediæ cum sociis martyrii coronam assequitur, 311. XVII.
Pastor presbyter Romanus sub Claudio, 270. V.
Pastor presbyter, cum Mario & uxore ejus, sepelivit corpus Quirini martyris, *ibid.*
Pastor & Justus pueri martyres in Hispania, 303. CXL.
Pater quomodo major Filio, 318. LXXXII.
Paternus Proconsul in Africa persecutor Fidelium, 260. XXXVI. Mittit S. Cyprianum in exilium, 260. XXXIII.
Patriarcha Hagiomachorum Manes, 277. XXX.
Patroclus martyr in Gallia sub Aureliano, 277. VI. Ejus *martyrium & sepultura*, 278. III.
Patroni regionum in Urbe magistratus sic dicti, 286. XII.
Patropassiani hæretici quando innotuere, 260. LXIII. Eorum hæresis, *ibid.*
Paulæ & Eustochii e Portu Romano solventium memoria, 270. XVI.
Paulina martyr Romæ cum suis sub Valeriano, 259. XV.
Paulina martyr cum Candida & Arthemio sub Diocletiano, 302. CVII.
Paulinorum familia quando ad Christum conversa, 312. LXXVIII.
Paulinus Episcopus Nolanus ad Augustinum eulogias mittit, 313. LVI.
Paulinus Episcopus Tyri erigit templum & Deo dicat, 314. XVIII. Fautor Arii, 318. L. Ut se pro Ario stare scriptis prodat, ab Eusebio Nicomediensi impellitur, 318. LI.
Paulus confessor cum Dionysio Alexandrino, 260. XXVII.
Paulus Episcopus Cirtensis in Numidia Traditor, 303. VI.
Paulus Episcopus Neocæsareæ Euphratasiæ confessor insignis sub Licinio quæ passus fuerit, 316. XIII.
Paulus martyr in Africa cum Successo, 262. XXVII.
Paulus Gazæ in Palæstina martyrio affectus, 307. XVIII. Ante martyrium pro omnibus precatur, *ibid.*
Paulus martyr cum Juliana in Palæstina sub Aureliano, 275. XI.
Paulus martyr cum Reveriano Augustoduni sub Aureliano, 273. X.
Paulus Pamphili collega, confessione & martyrio clarus, 308. III.
Paulus Samosatenus, magister Zenobiæ Reginæ, 275. II.
Paulus Samosatenus Episc. Antiochiæ hæresiarcha, 262. LXX.
Paulus Samosatenus quo tempore vixit, & quas hæreses propalavit, 265. IV.
Paulus Samosatenus in priori Concilio Antiocheno simulat resipiscentiam, 266. IX.
Paulus Samosatenus se juramento purgat, 266. IX. Favet illi Zenobia Regina, *ibid.*
Paulus Samosatenus damnatur in Concilio Antiocheno posteriori, 272. I.
Paulus Samosatenus obscœnissimus: scelera ejus immania singula narrantur, 272. V. & *seqq.*
Paulus Samosatenus damnatus ab Episcopis, expellitur ab Aureliano Imp. 272. XVIII.
Paulus Samosatenus Sabellianus ex parte, 265. IV.
Paulus Samosatenus Sacramentum Eucharistiæ quo modo prædicaret, 265. V.
Paulus Samosatenus Cantum Ecclesiasticum abrogare nisus, 272. VII.
Pauperes execrabantur Manichæi, vetantes illis dari eleemosynam, 277. XXIX.
Pauperes a Constantino magnopere sublevati, 315. V.
Paupertas *in* Ecclesia longe dispar ab affectata paupertate hæreticorum, 260. LXX.
Pauperum captivorum redemptio. *Vide*, Cyprianus.
Pausis martyr in Palæstina sub Dioclet. 303. LXXXVI.
Pax dari solita a martyribus & confessoribus, 262. XVII. XXIX. Ipsos eam vicissim accipere a Catholicis, 262. XXIX.
Pax Ecclesiæ Orientali quando reddita, 311. XXIX. Rursum turbata, 311. XLIV.
Pax plena Ecclesiis per Constantinum etiam in Oriente restituta, 312. IV. 314. XIII.
Pax inter Constantinum & Licinium inita, 317. XIV. *Rursum iterata*, 318. IV.
Pacis hostes hæretici atque schismatici, 313. XXX.
Pacem *impartire* suis ante martyrium, Martyribus peculiare, 316. XXV.
Peccantibus indulgentia præstanda, sed magna circumspectione, 255. XXXIX.
Peccantibus vere pœnitentibus indulget Ecclesia, *ibid.*
Peccantium occæcatio quo modo a Deo fieri dicatur, 275. XV.
Peccatorum remissio in Ecclesia non sine satisfactione. *Vide*, Satisfactio.
Peccatorum diversorum pœnitentiæ diversæ, 263. XXIII. *Vide*, Canones pœnitentiales.
Pedes Pontificis, & aliorum Sacerdotum pœnitentes Fideles osculabantur, 294. VIII. *Vide.* Osculari.
Pedibulum quid, 262. LXI.
Pedibus Pontificis se sternebant Fideles, 294. VIII. XII.
Pelagia Antiochena Luciani presbyteri Antiocheni discipula, 309. XII. 311. XIV. Ejusdem virginis & martyris, ne castitatis jacturam patiatur dignum facinus, 309. XIII. Ejusdem mater & sorores quomodo pudicitiæ suæ consuluerint, 309. XIV.
Pelagius martyr Constantiæ in Gallia sub Numeriano, 284. IX.
Peleus & Nilus Ægyptiorum Episcopi martyrio affecti, 309. XIX.
Pelusius martyr Alutinensis in Numidia sub Diocletiano, 303. XXXVI.
Pentapolitani Episcopi in Ægypto contra Dionysium Episcopum Alexandrinum insurgunt, 263. XXXII.
Pepuzeni nominati sunt Montanistæ, 260. XVI.
Pepuzenorum baptismus cur minus sufficiat, *ibid.*
Peregrina judicia quando adeunda in causis Ecclesiasticis, 255. XXI.
Persas bello vexat Diocletianus, 303. III.
Persarum Regis filius Manetis culpa moritur, 277. XII.
Persarum Reges, Sapores Senior sub Decio, Narses sub Diocletiano, postea Hormisda, cui successit Sapores Junior tempore Constantini, 301. I.
Persarum Regum successio, 309. VI.
Persecutio sub Aureliano. 273. II. *& seqq.*
Persecutio sub Claudio, 270. I. Quid in milites Christianos, *ibid.* Ejus edictum in Christianos, *ibid. Vide*, Claudius.

Perſecutio ſub Diocletiano & Maximiano cœpta ab exordio ipſorum Imperii, 275. IV. *& ſeqq.* 301. XVIII. 302. VI. X. Denuo concitata, 302. I. In milites graſſata, 297. XXVI. *& ſeqq.* Ejus apparatus, 301. XII. Quo anno indicta, 301. XVI. XVII. In Circo Romæ primum acclamata, 301. XVIII. Decreta Romæ ex Senatus conſulto, 301. XIX. Creditum a Gentilibus Chriſtianam religionem penitus eſſe deletam, 304. IX. Ejus acerbitatis teſtes columnæ inciſæ litteris, 304. IX. Alia teſtimonia, 302. XXII. *& ſeqq.* Eadem perſecutio in Occidente duobus tantum annis duravit ab ultimis promulgatis edictis, 304. XXI. In Oriente decem, 306. XVIII.

Perſecutio ſub Galerio Maximiano in Oriente dire ſæviit, 304. XXXIII. *Vide*, Galerius.

Perſecutio ſub Gallo & Voluſiano, 256. VI. Eadem una cum peſte ſæviit, 255. XL. Quando cœpta eſt, 255. XLI. Oraculis antea prænuntiata, 255. XLIII. Sæpius nomine Decii recenſita, 255. XLIV.

Perſecutio ſub Maximiano. *Vide*, Perſecutio ſub Dioclet.

Perſecutio ſub Valeriano quando cœpta, 257. III. 259. VI. Quantum duravit, 259. VI. Africanam Eccleſiam invaſit, 260. XLII. Iterum recruduit, 261. I. *& ſeqq.* 262. IV. Sæviit potiſſimum in miniſtros Eccleſiæ, 262. XXXII.

Perſecutio pro Præſidum moribus gravis vel remiſſa eſſe ſolebat, 308. XIV. Diocletiani, ejuſdemque annus ſextus, 307. XVI. Ejuſdem annus ſeptimus, 308. I. Ejuſdem annus octavus, 309. XVIII. Ejuſdem anni nonus, & decimus, 309. XXII. Eadem quibus incrementis aucta & remiſſa, 311. I. II. Ejuſdem finis, 311. LVII. Liciniana qualis, 317. XXXI. *& ſeqq.* Immanitas ejus deſcripta, 316. XXXVIII. LIV. Quos invaſerit, & quos reliquerit, 316. LIII. Severo Hiſtorico cur levior viſa, *ibid.* Cur a Maxentio remiſſa, 306. XXV. Sub Maximino leviſſima, 307. XIX. Per Maximinum Jovium reſtaurata, 311. XLIV.

Perſecutiones cum Maximino extinctæ, 314. XIII. XV.

Perſecutionis ſigno dignoſci Catholicos ab hæreticis, 255. LII. *& ſeqq.*

Perſecutionis tempore jubentur Fideles vacare oratione atque jejuniis, 255. LIV.

Perſecutionis tempore Epiſcopi extorres incogniti Romam ſe conferebant, 255. XXIV.

Perſecutionis tempore Fideles non permittebant ſacras ſynaxes & Sacrificium Miſſæ, 303. XXXII.

Perſecutionis tempore etiam agi conſueviſſe Concilia. *Vide*, Concilia.

Perſecutionis tempore non intermiſſa celebratio dierum Feſtorum. *Vide*, Dies feſti, Feſta.

Perſecutionum denarius numerus a Sulpitio Severo initus haud probatur, 316. LIII.

Perſecutorum Eccleſiæ finis qualis, 306. VI. Eorumdem ſævitia a Lactantio taxata, 309. XXIII.

Perſonarum diſtinctio in Trinitate, & confuſio. *Vide*, Sabellius, Patropaſſiani, Paulus Samoſatenus.

Peſtis decennalis per univerſum Orbem quando expleta, 265. XV.

Peſtis ingens in Africa, 256. XIII.

Peſtis ingens Alexandriæ, 263. XVII.

Peſtis ſub Gallo quo anno cœpta, 255. XL. Decennalis, *ibid.* Cœpta una cum perſecutione, *ibid.* Ingraveſcit, 256. VI. Unde progreſſa, 256. VIII.

Peſtis in Ponto unde progreſſa, 256. VII. Spectrum, ejus prænuntia, 256. VIII. Ejus occaſione *multi facti* Chriſtiani, 256. X.

Peſtis profícua Chriſtianis, 256. XV.

Peſtis tempore quid Cyprianus erga ſuos, 256. XII.

Peſtis tempore quid Gregorius Thaumaturgus, 256. VI.

Peſtis tempore quid Chriſtiani Alexandriæ, 263. XV.

Peſte affectis miniſtrantes defuncti, ut martyres habiti, 263. XVI.

Peſtis tempore quid Chriſtiani in Africa, 256. XIII.

Peſtis tempore revelationes divinitus oſtenſæ, 256. XVI.

Peſtis Imperium ſub Maximino diriſſime afflixit, 311. LVI. Ejus tempore Chriſtianorum egregia pietatis officia recenſita, 312. V.

Petilianus calumniator Epiſcoporum Catholicorum, 302. XCVI.

Petra ſcelerata, & alia loca ſic dicta, 259. XVI.

Petronii & ſociorum litteræ ad Celſum Vicarium Africæ in cauſa Donatiſtarum, 314. LXX.

Petrus Alexandrinus confeſſor cum Dionyſio, 260. XXVII.

Petrus Alexandrinus Epiſcopus quando creatus, 300. I. Ejus ſententia de redemptione martyrii, 305. XXXV.

Petrus Alexandrinus Epiſcopus ſcribit canones pœnitentiales, 305. XXI. Ejuſdem epiſtola Canonica dicta, 305. XX.

Petrus exorciſta liberat Paulinam a Dæmonio, 302. CV.

Petrus exorciſta convertit Arthemium, Candidam, & Paulinam ad fidem, *ibid.*

Petri exorciſtæ & Marcellini Papæ martyrium, 302. XXIX.

Petrus Apoſtolus primum Epiſcopum dedit Byzantiis, 314. XCVI.

Petrus Alexandrinus Epiſcopus erga pœnitentes qualis, 306. XLVII. Ejus de controverſia cum Meletio fidelis hiſtoria quæ ſit habenda, 306. XLVIII. LII. Cur ſe a Meletio ſequeſtraverit, 306. LII. Eccleſiaſticæ diſciplinæ tenaciſſimus, 306. L. Quomodo dictus ſit improbaſſe Baptiſmum ſchiſmaticorum, 306. LI. Fuga perſecutionem declinans ad ſuos ſcribit, 306. LII. Quot annis ſedit, 310. II. IX. 311. XLVIII. Ejus Acta, 310. IV. Commonitio ejuſdem ad ſuos de non recipiendo Ario, 310. IV. Quæ viſio ei de Ario oſtenſa, 310. V. Ejus martyrium, 310. IX. Ne inter Chriſtianos & milites pugnæ oriantur, clam e carcere ad martyrium egreditur, 310. VII. Martyrio jam coronandus quid Deum rogaverit, 310. VIII. Quid de eo Virgo quædam Chriſto ſacra divinitus audierit, 310. IX. Alexandrinorum Epiſcoporum martyrum poſtremus, 310. VIII. XVIII. Corpus ejus, licet capite truncatum, manſit erectum, 310. X. Nobile ejuſdem funus & ſepultura, *ibid.* Cur in S. Marci cathedra ſedere noluerit, 310. XI. XII. Quid de his qui ad Baptiſmum abſque fide accedunt reſponderit, 310. XIII. Natalis ejus dies anniverſaria celebritate ab Eccleſia nobilitatus, 310. XIII. Ejuſdem ſcripta, 310. XIV.

Petrus Epiſcopus Sebaſtenus Blaſii martyris ſucceſſor, 316. XLV.

Petrus monachus, qui & Apſelamus, in Palæſtina ſub Maximino martyrii lauream aſſecutus, 308. I.

Phileas Epiſcopus in Ægypto martyr ſub Diocletiano, 302. LXXIX.

Phileas ſua epiſtola cruciamenta Sanctorum martyrum proſequitur, 302. LXXX.

Phileas confeſſor a Petro Alexandrino laudatus, 306. LII. Sub Maximino martyrio coronatur, 310. XXIII.

Philemon Choraula miraculoſe ad Chriſtum converſus fortiter martyrium obit, 310. XXIV.

Philippa martyr Theſſalonicæ ſub Diocletiano, 304. XLI.

Philomenus martyr Ancyræ ſub Aureliano, 275. X.

Philogonius Epiſcopus Antiochenus Vitali ſuccedit, 314. XCII. A S. Joanne Chryſoſtomo laudatur, *ibid.* Ex cauſidico Epiſcopus creatus, 314. XCIII. Arii fuit adverſarius, 318. L.

Philoromus martyr in Ægypto ſub Diocletiano, 302. LXXXIV.

Philoſophiæ cum Chriſtiana lege comparatio, 264. XII.

Philoſophiæ inopia & infelix conditio, *ibid.*

Philoſophus Nicomediæ tempore perſecutionis inſultat in Chriſtianam religionem, 302. XLV.

Philoterus martyr Nicomediæ ſub Maximino, 311. XVII.

Photinus Nicomediæ cum ſociis martyrio affectus, 311. XVII.

Phrygiæ civitatis omnes cives Chriſtiani igne ſuccenſi, 309. XXII.

Piaton martyr Tornaci ſub Diocletiano, 303. CXXXI.

Pierius Alexandrinus presbyter, 285. XV. Præ doctrinæ excellentia dictus Origenes junior, 285. XVI. Ejus ſcripta, *ibid.*

Pigmenius martyr Romæ ſub Dioclet. 303. CXIV.

Piniani aſſeſſor ſuffocatus a Dæmone, 302. CXIII.

Pilati falſa Acta contra Chriſtum conficta, 311. XLVII.

Pinianus Proconſul in Aſia poſtea Chriſtianus, 302. CXI. Faltonius dictus cognomento, *ibid.*

Pinianus alter gener S. Albinæ, 302. CXII.

Pinnæ, ſigna militaria, 312. XXXII.

Piſo Imperator acclamatur Theſſalonicæ, 262. LXXV.

Plebs fidelis, corona Domini, 255. LIX.

Plotini infelicis exitus cauſa, 271. VI.

Plotinus cogitat erigere Platonopolim, 264. XII.

Plotinus honorabatur a Gallieno Imp. *ibid.*

Plotinus moritur, ubi, quando, & quo morbo, 271. IV. Ejus ultima verba, *ibid.* Eo moriente ſub lecto pererrabat draco, 271. IV. Quid draco iſte ſignificaverit, *ibid.*

Pœna nulla obeſt ei cui pura eſt conſcientia, 286. XX.

Pœna inſcriptionis vultus a Conſtantino ſublata, 315. XXX.

Pœnitentia lapſorum pro facinorum varietate diverſa, 314. LXXXI.

Pœnitentiales canones pro lapſis ex Concilio Ancyrano, 314. LXVII. LXXIX. LXXXI.

Pœnitentiæ Eccleſiaſticæ diverſæ, 263. XXIV. *& ſeqq.*

Pœnitentiales canones Gregorii Thaumaturgi, 263. XXIV.

Pœnitentiales canones Petri Epiſcopi Alexandrini, 305. XX.

Pœnitentes ante oſtium Eccleſiæ ſtare debent, 263. XXIX.

Pœnitentiarius presbyter eccleſiis ſingulis quando datus, 255. IX.

Pœnitentium loca & gradus claſſeſque diverſæ, 263. XXIX.

Poeta vulgaris, quod ſacra in uſum profanum verterit, juſte ab Auctore taxatur, 309. XXXV.

Poetæ Chriſtiani magni nominis qui, 264. VII.

Polius martyr in Mauritania ſub Diocletiano, 302. CXXIV.

Polycarpus presbyter Romanus tempore Diocletiani ſub Caio Papa, 284. XIV. Ejus res geſtæ, *ibid.* 286. IV.

Polyeuctus cum ſociis martyr in Armenia, 311. XX.

Pomponia martyr Alutinenſis in Numidia, 303. XXXVI.

Pons Antonini Romæ, 250. XIX.

Pons ſolubilis a Maxentio Tiberi imponitur, 312. XLVII. Damno ejus ſolvitur, 312. LII.

Pontianus paralyticus ſanatur, 259. X.

Pontici martyres diriſſima perpeſſi, 304. LIX. *& ſeqq.*

Pontifex Romanus cognitus ab omnibus Judex omnium Epiſcoporum, 258. III. 260. LXII. 263. XXXI.

Pontifex Romanus omnium Conciliorum decreta ut valida ſint, confirmare ſolet, 314. LXVIII.

Pontificatus Judæorum prorſus extinctus, 315. XIII.

ad Pontificem Romanum deferuntur hæreſes recens emergentes, & ipſarum auctores, 260. LXII.

Pontificem Romanum conſecrat Epiſcopus Oſtienſis ex antiquo uſu, 261. XI.

Pontificem Romanum appellare ſolent alii Epiſcopi, 258. I.

Pontifices Romani, quos Donatiſtæ calumniati ſunt, 302. XCV.

Pontifices Romani ſuperſtitionis Gentiliciæ concitare ſoliti Imperatores adverſus Chriſtianos, 286. XXV.

Pontifices Gentilitiæ ſuperſtitionis quo honore habiti, 312. LXXX. LXXXV.

Pontificis Romani lapſus & pravi mores nullum afferunt præjudicium Catholicæ veritati, 302. CII. CIII.

Pontificis Rom. majeſtas etiam hoſtibus reverenda, 303. C. Laudantur ab iiſdem qui eos calumniantur, *ibid.*

Pontificis Romani tantum eſſe muneris deponere Epiſcopos, 258. X.

Pontificis Romani tanta auctoritas, ut ipſe ſolus reſiſtat ſententiæ omnium, 258. XV.

Pontificis Romani auctoritas quanta ſit, res a Stephano Papa geſtæ declarant, 258. LII.

Pontificis Romani indumentum, 261. XLIV.

Pontificis Romani ſummam auctoritatem novit etiam Aurelianus Imperator, 271. XVIII.

Pontificis Romani auctoritate firmari res geſtas in Synodis, 272. XVIII.

Pontificis Maximi titulum cur Chriſtiani Imperatores aliquamdiu uſurparint, 312. XCIII.

Pontificis Maximi Gentilitiæ ſuperſtitionis ſumma poteſtas, 312. XCVIII.

Pontius diaconus, comes Cypriani exulis, ſcripſit res ab eo geſtas, 260. XXXVIII. Ejuſdem dies natalis, 261. XXXIX.

Pontius Epiſcopus Catholicus in Africa ſub Conſtantino, 316. LXII.

Populo Romæ acclamante in Circo decreta eſt perſecutio in Chriſtianos, 301. XVIII.

Porphyrii Philoſophi Platonici patria, mores, & nomen unde, 302. LII.

Porphyrii an fuerint plures, 302. LVII.

Porphyrium Patres fortiſſime redarguunt, *ibid.*

Porphyrius quando Romam venit, ætaſque ejus, 264. XI. 302. LI.

Porphyrius Romæ auditor Plotini, 302. LIV.

Porphyrius cœpit ſcribere contra Chriſtianos, 302. LI.

Porphyrius natus in Judæa, aliquando Chriſtianus, 302. LIII.

Porphyrius in iram præceps, *ibid.*

Porphyrius nominatus pater calumniarum, 302. LV.

Porphyrius in Sicilia diu verſatus, 302. LVII.

Porphyrius poſtea a Conſtantino coercitus, 302. LVI.

Porphyrius uxorem Marcellam habuit, *ibid.*

Portuenſes memoriæ, 270. XV.

Portus Romanus a Claudio olim ſtructus demolitus, 270. XVI.

Porphyrius Pamphili famulus ſtrenue martyrii certamen obit, 308. VIII.

Poſthumus creatus Imperator in Gallia, 262. LXXV. Occiditur, 267. I.

Potamia martyr Nicomediæ ſub Diocletiano, 302. CXXIV.

Potamena virgo Alexandrina ad ſtuprum ab he-

hero sollicitatur, 310. XXI. Nec promissis nec pœnis movetur, *ibid.* Mira ejusdem in martyrii tormentis perferendis constantia, 310. XXI. XXII.
Potamœna virgo item Alexandrina sub Maximiano martyrio affecta, 310. XXII.
Præconis officium in causis capitalibus, 285. X.
Prædicatione in Ecclesia nihil utilius, 284. VI. studium Cypriani in ea re, 261. XIII.
Prædicatores interdum debent populo manifestare errores hæreticorum, 277. XX.
Præfecti crudelissimi delecti ad carnificinas martyrum, 301. XXIII. Quam sævissime se gesserint, 302. XLIII.
Præfecti Prætorio jus summum, 298. VI.
Præfecti plures eodem tempore diversi generis in Urbe, 260. VIII. Quo modo id accidat, 284. XV.
Præfecti seu Præpositi laborum qui, 312. XXXVII.
Præfecti persecutores, Maximino jam e vivis sublato dant pœnas, 314. X.
Præfectorum studium ut aliquem a fide divellerent, 302. XLIII.
Præfecturarum Urbis chronologia haud constans, 275. XIV.
Præfectus legionis atque Legatus jus habent in milites, 298. VI.
Præfectus Prætorio etiam Carthagine, 302. CXXI.
Præpedigna cum Claudio & filiis baptizatur Romæ a Caio Papa, 294. VIII.
Præpedigna martyr cum Claudio & filiis apud Ostiam sub Diocletiano, 295. I.
Præsidialia Acta quæ, 298. VII.
Præsides provinciarum nullum jus habent in milites, sed eos delinquentes ad duces ipsorum mittunt, 298. VI.
Præsides Provinciarum ex decreto Concilii Arelatensis Episcopis subjecti, 314. LVI. Ab iisdem litteras communicatorias accipere jussi, 314. LVII. Delinquentes ab Episcopis corrigendi, *ibid.*
Præsides sanctissimi a Licinio ad persecutionem Christianorum delecti, 316. XXXVII.
Præsidum persecutorum sævitia a Lactantio taxatur, 309. XXIII.
Prætoriani milites a Constantino sublati, 313. II.
Precantur Sancti pro nobis in cælo. *Vide*, Cultus, Martyrum cultus, Intercessio.
Preces dici solitæ in adventu fratrum, 270. V. 294. X.
Preces dici solitæ a Romano Pontifice alios visitante, *ibid.*
Presbyter pœnitentiarius singulis præfectus ecclesiis, 255. IX.
Presbyter ante trigesimum ætatis annum ex decreto Neocæsarienſis Concilii non ordinandus, 314. CI.
Presbyteri lapsi pœnitentes ex Concilii Ancyrani decreto quomodo recipiendi, 314. LXXXI.
Prima martyr Alutinensis in Numidia sub Diocletiano, 303. XXXVI.
Primiscrinii magistratus, 284. XI.
Primitivus martyr Cæsaraugustæ sub Diocletiano, 303. CXXXVI.
Primitivus martyr, filius Marcelli Centurionis, 298. IX. 303. CXXXVIII.
Primitivus martyr Romæ cum sociis sub Valeriano, 260. III.
Primolus martyr in Numidia sub Valeriano, 262. V.
Primus & Felicianus martyres Romæ sub Diocletiano, 303. CXV.
Primus martyr in Hellesponto cum sociis sub Licinio, 316. XLVII.
Princeps Strator, sive stator, 261. XXVI.
Priscillianus Præses persecutor, 311. XVIII.
Priscus martyr Tornaci in Gallia sub Aureliano, 275. VI.
Priscus martyr cum Malcho in Palæstina sub Valeriano, 260. XXXI.
Privatus Episcopus Gabalitanus, 280. II.
Privatus hæreticus Romam se confert, ut subripiat communionem catholicam, 255. XI. Venit in Synodum acturus in Cyprianum, 255. XI. Colligit Carthagine schismaticos, & eligit Fortunatum pseudoepiscopum contra Cyprianum, *ibid.*
Privilegia Clericis a Constantino collata, 312. LXXXIX.
Probianus Proconsul in Africa sub Constantino, 314. XXIX.
Proborum familia aliæque illustres quando ad Christum conversæ, 312. LXXVII.
Probus Imperator eligitur, 279. IV. Ejus genus, 279. VI.
Probus liberat Gallias, 280. I. Debellat Sarmatas, 281. II. Gothos superat, *ibid.* Isauricos latrones domuit, 282. I. Cum Parthis, & Persis pacem composuit, *ibid.*
Probus triumphat de Blemmiis atque Germanis, 283. I.
Probus a militibus occisus, 283. III. Ejus sepultura & epitaphium, *ibid.*
Probus quot annis imperavit: confutatur error multorum de annis ejus, 283. IV. V.
Probus cum sociis martyr Tarsi sub Diocletiano, 290. II.
Probus Præses Sirmii sub Maximino persecutor, 308. XXVII.
Probus Capuanus Concilio Arelatensi interfuit, 314. LI.
Proclus. *Vide*, Proculus.
Proconsul, expoſcentibus Donatistis, causam Episcopi cognoscit, 314. XXVI.
Proconsularia Acta quæ, 285. III.
Proconsularia Acta traditionis librorum sub Zenophilo, 303. VII.
Procopius martyr in Palæstina sub Diocletiano, 302. LXXXV.
Procopius martyr in Palæstina sub Maximino, 308. XVII.
Proculus Episcopus Veronensis, 303. CXXIII.
Proculus martyr Bononiæ sub Diocletiano, 303. CXXII.
Proculus Episcopus confessor sub Diocl. 303. CXXIII.
Proculus Diaconus martyr sub Galerio, 305. II.
Prodigia persecutionis Galerii Maximini tempore visa, 307. XXIII. Alia cladem Maxentii prænuntiantia, 312. XLVI. Alia Constantini de Licinio victoriam indicantia, 316. XLIV.
Prodigiis multis præcognita. *Vide*, Miraculum, Visiones.
Professio fidei Concilii Antiocheni contra Paulum, 272. XVI.
Promotus judex Romæ quid in Christianos, 303. CXV.
Promus in Palæstina sub Maximino martyrio affectus, 307. XXIV.
Prophetias apud Gentiles esse ad persuadendum magni ponderis, 256. XXX.
Proterius Episcopus Capuanus Concilio Romano sub Melchiade celebrato interfuit, 313. XXV.
Protogenes Episcopus Sardicensis rescriptum de manumissionibus in Ecclesia celebrandis a Constantino Imp. accipit, 306. LXXIII.
Protus martyr Aquileiæ sub Diocletiano, 303. CXXIII.
Protus martyr in Sardinia cum Januario sub Diocletiano, 303. CXLV.
Protus martyr Romæ cum Hyacintho sub Valeriano, 262. LVI.
Publius Gentilis uxorem suam, quod Christiana esset, male tractat, 300. III. Ejus legatio ad Persas, *ibid.*
Publius martyr Cæsaraugustæ sub Diocl. 303. CXXXVI.
Pueri duo sinapismum passi martyres sub Maximino, 311. V.

Pueri tempore Maximini Imp. odio contra Christum imbuuntur, 311. XLIX.
Puerorum trium reliquiæ inventæ, 270. IX.
Puerorum ludus baptizantem Episcopum repræsentans, 311. LXI.
Pupianus qui adversatur Cypriano, 256. XXXI.
Purgatorium Manetis quam stultum, 277. XXXI.
Purpurius Episcopus Limatensis Traditor & homicida, 303. CXXVIII. Quid in conventu Cirtensi adversus Secundum Primatem Numidiæ, 303. III.
Purpurius Episcopus in Africa quid in Cæcilianum, 306. XXIX. Insolens ejus dictum carnifice dignum, *ibid.*

Q

Quadraginta milites Cappadoces Sebastenses sub Agricolao Præside martyrio coronantur, 311. XXI. 316. XLIII. Eorum nomina, 316. XXXIX. Eorumdem reliquiæ & cultus, 316. XLIII.
Quadraginta virgines martyres Heracleæ, 316. XII. Errore creditæ uxores XL. Militum Sebastenorum, *ibid.*
Quæstio in Ecclesia de baptismo hæreticorum diu agitata, 258. XII.
Quæstio in judicio incipi debet a debiliore, 290. II.
Quartillosia martyr in Africa sub Valeriano, & visio ei ostensa, 262. X.
Quartus martyr cum Sixto Papa Romæ sub Valer. 260. III.
Quatuor coronati quando passi, 303. CXV.
Quindeni numeri periodus ad indictionum annos designandos unde orta, 312. CVII.
Quintasius, vel Quintianus cum aliis ex Concilio Arelatensi ad Silvestrum Papam quid scripserit, 314. LXVI.
Quintilianus martyr Cæsarauguſtæ sub Diocl. 303. CXXXVI.
Quintilianus cum Maximo & Dada martyres sub Maximino, 308. XXVII.
Quintillus frater Claudii Imperatoris, 269. II. 271. I. Incisis sibimet venis, moritur, *ibid.*
Quintinus martyr in Gallia sub Diocletiano, 303. CXXX.
Quintus martyr Alutinensis in Numidia sub Diocletiano, 303. XXXVI.
Quintius Amasæa Glaphyram virginem hospitio recipit, 316. XVII.
Quirinus mittit subsidia ad martyres damnatos ad metalla, 260. LV. LVII.
Quirinus Episcopus Scisianus pro Christo fortiter martyrium obit, 308. XXVI.

R

Radere caput feminis magna ignominia, 285. XII.
Rebaptizandi ne sint baptizati ab hæreticis diutius altercatum, 258. XI.
Rebaptizare Christianis omnino vetitum, 314. LXI.
Rebaptizationem vehementer exhorruit Ecclesia, 258. XXXIV.
Regiola martyr Alutinensis in Numidia sub Diocletiano, 305. XXXVI.
Regionis patronus, novus magistratus contra Christianos institutus, 256. XIII.
Relatio Anulini Proconsulis Africæ ad Constantinum de Donatistis, 313. XX.
Reliquiæ Cypriani usque ad guttam unam sanguinis collectæ, 260. XXXIV.
Reliquiæ Fructuosi Episcopi diligenter collectæ, & honore habitæ, 262. LXXIII.
Reliquiæ trium puerorum Hebræorum inventæ, 270. IX.
Reliquiæ SS. Marii & Marthæ Romam translatæ, *ibid.*
Reliquiæ SS. Hadriani, Flaviæ & Domitillæ, cum aliis inventæ, & honorifice conditæ, *ibid.*
Reliquiæ S. Bonifacii translatæ Tarso Romam, 305. XIV.
Reliquiæ martyrum custoditæ a majoribus, 295. VIII.
Reliquiæ martyrum magno honore haberi solitæ a Christianis testimonio etiam Gentilium, 270. III.
Reliquiæ Martyrum quadraginta inventæ & custoditæ, & magno honore habitæ, 316. XLII.
Reliquiæ martyrum magnæ æstimationis apud Fideles, 271. XXXIV.
Reliquiæ datæ a S. Leontio S. Gregorio majoris Armeniæ Episcopo, 311. XXVI.
Reliquiarum cultum execrabantur Manichæi, 277. XXX. Gentiles quoque indigne ferebant, 302. XXX.
Reliquiarum colligendarum mira Fidelium solicitudo, 262. LXIX.
Reliquiarum cultus apud sanctissimos viros usitatus, 311. XXVII.
Reliquias martyrum vendebat Simplicius Proconsul avarus, 305. XI.
Renus martyr in Africa sub Valeriano, & visio illi ostensa, 262. V. VIII.
Repostus schismaticus in Africa, 255. X.
Repudium de uxore dicitur, non de concubina, 306. XVII.
Rescriptum Aureliani Imp. contra Christianos, 273. VII.
Rescriptum Constantini pro immunitate Clericorum, 313. XLV. Aliud ejusdem ad Eumelium de pœnæ inscriptionis vultus abolitione, 315. XXX. Ejusdem aliud de purgatione Cæciliani, 316. LVII. Aliud ejusdem de non trahendo in judicium matrem familias, 316. LXXII. Ejusdem aliud ad Protogenem Episcopum Sardicensem de manumissione in Ecclesia celebranda, 316. LXXIII. Aliud ejusdem ad Osium Cordubensem Episcopum de eadem manumissione, 316. LXXIV. Ejusdem aliud ad Octavianum Hispaniarum Comitem de punendis virorum clarissimorum delictis, 317. XV. Maximini contra Christianos, 311. L. Ejusdem aliud ad Sabinum pro Christianis, 313. IX.
Restituta Martyr Sorœ sub Aureliano, 277. V.
Restituta martyr Alutinensis in Numidia sub Diocletiano, 303. XXXVI.
Restituta Eusebii Episcopi Vercellensis mater filium suum Christiana fide imbuendum Eusebio Papæ offert, 311. XLII.
Restitutus martyr Romæ, 301. XIX.
Restitutus Episcopus Carthaginensis, 303. LXXIII.
Resuscitatur mortuus in testimonium veræ fidei, 288. V.
Revelatio facta Cypriano de juste electis sacerdotibus a Deo defendendis, 256. XXXIV.
Revelationes. *Vide*, Visiones.
Rheticius Episcopus Augustodunensis datus Judex in causa Cæciliani, 313. XXII. XXVIII.
Reverianus Episcopus Augustoduni sub Aureliano, 273. X.
Rictiovarus Præses in Galliis sævissimus persecutor, 303. CXXIX. Ejus interitus miseraudus, 303. CXXXII.
Ritus Ecclesiastici præcedentes Baptismum, 259. XI. XXIII.
Ritus Ecclesiastici sepeliendi defunctos, 261. XXXVI.
Ritus recipiendi pœnitentes. *Vide*, Pœnitentes.
Rodopianus martyr in Caria sub Diocl. 305. XVI.
Rogatianus Episcopus in Africa in Synodo expo-

postulat de diacono contumelioſo, 257. XII.
Rogatianus confeſſor in carcere, ad quem ſcribit Cyprianus, 260. LIX.
Rogatianus a Fructuoſo baptizatus in carcere, 262. LXII.
Rogatiani duo martyres Alutinenſes in Numidia ſub Diocletiano, 303. XXXVI.
Rogatianus cum Donatiano martyr Nannete in Gallia ſub Diocletiano, 303. CXXX.
Rogati duo martyres Alutinenſes in Numidia ſub Diocletiano, 303. XXXVI.
Roma aucta mœnibus ab Aureliano, 266. XXIII. Lætatur nece Maxentii a Conſtantino virtute Crucis liberata, 312. LII. *& ſeqq.* Antiquam ſuam ſuperſtitionem erubuit, 312. CI. Ejus libidines a Conſtantino expurgatæ, 314. LXXIV.
Romæ anni ex antiquo oraculo, 279. VI.
Romana Concilia. *Vide*, Concilium.
Romana Eccleſia ſola judicat & deponit Epiſcopos, 258. X.
Romana Eccleſia tenaciſſima antiquæ diſciplinæ, 302. CIII.
Romana Eccleſia reddi certior ſolet, cum nova oboritur hæreſis, 260. LXI.
Romana Eccleſia tribunal primarium in univerſa *Eccleſia*, 263. L.
Romana civitate donantur ex Conſtantini Imp. Reſcripto qui ab Epiſcopis in Eccleſia manumittuntur, 316. LXXIII.
Romana Eccleſia in erogando fermento quemritum ſervaverit, & quid myſtice eo ſignificaverit, 313. XLIX.
Romana femina Chriſtiana magis mori delegit, quam pudicitiam violare, 309. XI.
Romanæ Eccleſiæ auctoritas probe cognita omnibus Epiſcopis, 288. III. Eadem ſuper omnes, 258. XIX.
Romanæ Eccleſiæ auctoritatis exemplum patefactum in rebus a Stephano Papa geſtis, 258. LII.
Romanam Eccleſiam deſerere, idem eſt quod profiteri ſe eſſe hæreticum, 255. XXIV.
Romani presbyteri deſerunt Marcellinum, 302. XC.

Romani Gentiles.

Romani redacti ſub tributo a Scythis in ultionem occiſorum Chriſtianorum, 255. XLII.
Romani a Maxentio dira paſſi, 309. IX. 312. VIII.
Romani Senatores gravia paſſi ſub Maxentio, *ibid.*
Romanum Imperium ob perſecutionem Chriſtianorum diriſſima paſſum poſt Decium, 255. XLI.
Romanum Imperium vexatum peſte, fame, & bello ſub Gallo ob necem Chriſtianis illatam, 256. XXI.
Romanum Imperium bene vel male ſe habuiſſe, *prout* Imperator de Chriſtianis meritus eſt, 255. XLII.
Romanum *Imperium diris cladibus* exagitandum ob fuſum martyrum ſanguinem martyri præmonſtratum in Numidia, 262. XLIX.
Romanum Imperium quibus afflictatum ſit cladibus ſub Gallieno, 262. LIII.
Romanum Imperium a barbaris devaſtatum, 263. XIX. *Vide*, Clades.
Romanum Imperium propagandum ex oraculo commentitio proditum, 279. V.
Romanum Imperium pacatum ſub Diocletiano, 292. II.
Romanum Imperium diviſum inter Galerium & Conſtantinum Impp. 304. XIII.
Romanum *Imperium* ob perſecutionem Chriſtianis *illatam*, bello, fame, peſteque vaſtatum, 312. *II.* Quale ſub uno Imp. Conſtantino, 318. XX.
Romanum Concilium, in quod Judæi cum Silveſtro Papa diſputare ſunt admiſſi, 315. X.
Romanus martyr Antiochiæ ſub Diocletiano, 302. LXXXVI.
Romanus Pontifex. *Vide*, Pontifex Romanus, Papa.
Romanus Pontifex Conciliorum decreta, ut rata ſint, ſua auctoritate confirmat, 314. LXVIII.
Romanus portus a Claudio olim ſtructus, demolitus, 270. XVI.
Romulus ſubdiaconus martyr in Palæſtina ſub Diocletiano, 303. LXXXVI.
Roſula martyr in Africa ſub Valeriano, 261. XLVII.
Ruffina & Secunda Martyres Romæ ſub Valeriano, 260. VII.
Ruffinus Aquilejenſis haud ſatis digne excuſat Dionyſium Alexandrinum, 263. XLII. Idem erroris arguitur, 258. XIX.
Rufus martyr Capuæ ſub Diocletiano, 303. CXX.
Rufus martyr Romæ ſub Diocletiano, 303. CXVII. CXX.
Ruricius dux Maxentii apud Veronam a Conſtantino vincitur, 312. XLIII.
Ruſticus martyr cum Firmo Veronæ ſub Diocl*et.* 303. CXXIII.

S

SAbbati jejunium a Silveſtro abrogatum eſſe, Græcorum fuit commentum, 315. XV.
Sabbatius martyr cum Trophimo in Phrygia ſub Probo, 281. I.
Sabelliana hæreſis quæ, 260. LXI.
Sabinus ſub Maximino ſummus provinciarum Præfectus quid reliquis Provinciarum præſidibus pro Chriſtianis ſcripſerit, 311. XXXVII. De pace Eccleſiæ reddita a Maximino admonetur, 313. IX.
Sabellianæ hæreſis antiqua veſtigia, 260. LXIII.
Sabellius hæreſiarcha quando prodiit, & ex qua ſchola, 260. LXIII. LXIV.
Sabinianus martyr in Gallia ſub Aureliano, 275. VI.
Sabinus Epiſcopus Spoletinus martyr ſub Diocletiano, 301. XVIII. 303. CXXI. Ejus martyrii Acta, 301. XVIII.
Sabinus Epiſcopus in Hiſpania ſuffectus in locum Epiſcopi lapſi, 258. III.
Sacerdotes omnes a Deo eliguntur, a quo & ira manet in illos, qui eos contemnunt, 256. XXXIV.
Sacerdotum vita tempore Maximiani diſſoluta, 302. VII.
Sacerdotum judicium quale eſſe debeat ex ſententia Conſtantini, 313. XXXII.
Sacramenta non reperiri apud hæreticos, definitum in Concilio Africano, 258. XXII, XXIII. *& ſeqq.*
Sacramentarii hæretici illi tantum olim, qui Chriſti carnem negabant, 265. IX.
Sacramentum Euchariſtiæ. *Vide*, Euchariſtia. A Domino inſtitutum, 257. X. Ex vino & aqua, 257. IX.
Sacrificium Miſſæ offerri ſolitum in natalitiis martyrum, 261. XLV.
Sacrificium Miſſæ offerri ſolitum pro defunctis, 257. XIV.
Sacrificium Miſſæ jugiter offerebat Cyprianus, 256. XXXIV.
Sacrificium offerri non ſanctis hominibus, ſed Deo in honorem Sanctorum, 262. XXXIII.
Sæculares Ludi a Conſtantino prætermiſſi, 313. XIV. Illorum prætermiſſio quantum boni, eorumdem vero celebratio quantum mali Urbi intulerit, 313. XVI.

Samuel martyr in Palæſtina ſub Maximino, 308. IV.
Samona & Guria martyres, 299. II.
Samonis, Guriæ, & Abibi ſepultura, 316. LII.
Sancta Nympha, locus, 270. XIV.
Sanctorum pro nobis apud Deum interceſſio, 275. X.
Sanctorum cultum execrabantur Manichæi, 277. XXX.
Sanctorum cultus celebris in Eccleſia teſtificatione Gentilium, 286. XIV.
Sanctorum Acta quomodo ſolita legi in Ecclefia, 302. CIII.
Sanctorum martyrum *Acta*. *Vide*, Acta Martyrum.
Sanctus, quid apud *Gentiles*, 260. XXII. Itemque Sanctiſſimus, quibus competat ejuſmodi titulus, *ibid.*
Sanctiſſimos jure dici omnes Epiſcopos, *ibid.*
Sanguinem Chriſti bibunt, ut ſanguinem ſuum fundant Chriſtiani, 255. V.
Sanguis Chriſtianorum vindictam clamat, 263. XXI.
Sanguis martyrum uſque ad guttam unam, cum liceret, colligebatur a Chriſtianis, 261. XXXIV.
Sapores debellat & captivum ducit Valerianum Imp. eoque uſus ſuppedaneo conſcenſurus equum, 262. LXXIV.
Sapores Perſarum Reges quot & quibus temporibus vixerint, 309. VI. VII.
Sapores Junior quando vixit. *Vide*, Perſarum Reges.
Sapores Junior an fuerit aliquando Chriſtianus, 309. VI.
Sapricius Judex perſecutor, 260. III.
Sapricius Præſes in Cappadocia ſub Diocletiano perſecutor, 304. LXX.
Sapricius presbyter Antiochenus apoſtata, 260. XXXII.
Sardinia inſula illuſtrata martyribus, 303. CXLV.
Sarmatas presbyter ſocius Arii quid ad Alexandrum, 318. LVII.
Satisfaciendum Eccleſiæ pro quolibet peccato: quod ſemper in uſu fuit, 255. XVII. 256. XXXIII.
Satisfactio neceſſaria unicuique pœnitenti. *Vide*, Lapſi.
Saturni vicus prope Carthaginem, 261. XXV.
Saturnina martyr Alutinenſis, 303. XXXVI.
Saturninus acclamatus Imperator, & paulo poſt necatus, 264. VIII.
Saturninus in Ægypto tyrannus, 283. II.
Saturninus martyr cum ſociis Romæ ſub Valeriano, 262. LVII.
Saturninus ſenex martyr Romæ cum Siſinio, 298. XII. 303. CVIII. Eorum corpora colliguntur & ſepeliuntur a Thraſone & Joanne presbyteris, 303. CX.
Saturninus & Succeſſus, & alii martyres in Africa ſub Diocl. 302. CXXVII.
Saturninus cum ſociis martyribus Alutinenſibus in Numidia ſub Diocletiano, 303. XXXVII.
Saturninus junior martyr Alutinenſis ſub Diocletiano, 303. XLV.
Saturninus martyr in Sardinia ſub Diocletiano, 303. CXLV.
Saturnini quatuor martyres Cæſaraugustæ ſub Diocletiano, 303. CXXXVI.
Sauciolum Prætorii atrium apud Carthaginem, 261. XXXVII.
Savinus Epiſcopus Tarracinenſis Concilio Romano ſub Melchiade celebrato interfuit, 313. XXV.
Scala machina ad torquendum comparata, 316. L.
Schiſmata duo eodem tempore inter ſe contraria, 255. XVI.
Schiſma Donatiſtarum in Africa cœptum tempore perſecutionis Diocletiani, 303. III.
Schiſma rurſus Carthagine in Cyprianum, 255. X. 256. XXXI. XXXII.
Schiſma Eccleſiæ Carthaginenſis ex ordinatione Majorini, 306. XXXII. Ejus auctores, 306. XXIX.
Schiſma Traditioni conjunctum, 306. XXIII.
Schiſma in Ægypto per Meletium conflatum, 306. XLIV.
Schiſmatici deligunt Fortunatum Epiſcopum Carthaginenſem contra Cyprianum, 255. X.
Schiſmatici venientes Romam contra Cyprianum a Cornelio *rejecti*, 255. XII.
Schiſmatici falſas afferunt litteras contra Cyprianum, 255. XXIV.
Schiſmatici quo modo dicantur a Baſilio eſſe in Eccleſia, 258. XLVII.
Schiſmatici dicendi qui non junguntur cathedræ Petri, 306. XXXIV. XL. Carthaginenſe Conciliabulum celebrant, 306. XXXV. Pulchritudinem Chriſtianæ Religionis labefactant, 313. XVIII. Ab Epiſcoporum judicio ad Imperatorem appellare ſoliti, 314. XXXVI. Ad Concilium Arelatenſe vocatis etiam Tractorias dari jubet Conſtantinus, 314. XLVIII. Eorum deteſtatio, 316. LXII.
Schiſmaticorum procacia in Cornelium, 255. XIII.
Schiſmaticorum *nullum eſt* tribunal, 255. XXV.
Schiſmaticorum legatio ad Cornelium Papam, 255. XI.
Schiſmaticos a Catholicis etiam Gentiles diſcriminarunt, 255. LIII.
Sculpturæ ars ante Conſtantinum collapſa, 312. LXV.
Scuta militum Crucis figura exornata, 312. XXXI.
Scythæ occupant Aſiam, & exurunt templum Dianæ Epheſiæ, 263. XX.
Scythianus magiſter Manetis, 277. VI. Ejus patria, inſtitutio, ſcripta & obitus, *ibid. & ſeqq.*
Sebaſte quadraginta millites Cappadoces martyrio ſub Licinio coronati, 316. XXXIX.
Sebaſtianus miles Chriſtianus, 284 XII. Ejus res geſtæ, 276. VIII Confeſſio & martyrium, 286. XXIV. Apparet *in ſomnis* Lucinæ, & ab eadem ſepelitur, 286. XXVI. Ejus inſignis Memoria, 284. XXVII.
Secunda martyr cum Ruffina Romæ ſub Valeriano, 260. VII.
Secunda cum Donatilla martyr in Africa ſub Valeriano, 262. XXXIV.
Secunda martyr Alutinenſis, 303. XXXVI.
Secunda martyr cum Maximo viro & filiis Romæ ſub Diocletiano, 298. XVI.
Secundianus Præfectus Urbis ſub Valeriano perſecutor, 259. XVII.
Secundus cum Alexandro Thebææ legionis miles martyr ſub Diocletiano, 297. XVI.
Secundus Tigiſitanus Epiſcopus Traditor, 303. I. Quid in Concilio Cirtenſi, 303. I. Scribit ad Menſurium Epiſcopum Carthaginenſem de martyribus, 303. V.
Secundus martyr ſub *Diocletiano*, 303. CXXI.
Secundus Epiſcopus Pentapolitanus ab Ario hæreſi inficitur, 315. XIX. Quid cum Ario & aliis ſociis ad Alexandrum ſcripſerit, 318. LVII.
Secundus Epiſcopus Præneſtinus Concilio Romano ſub Melchiade celebrato interfuit, 313. XXV.
Secundus Tigiſitanus Primas in Numidia dux Schiſmaticorum, 306. XXIX. A Nundinario accuſatur, 306. XXXVII.
Seleucus Confeſſor martyrem oſculatus martyr efficitur, 308. IX.
Sempronius martyr Romæ ſub Valeriano, 259. XXV.
Senatores Romani complures redditi Chriſtiani, 312. LXXVIII. Numerus eorum quando auctus, 312. XCIX.

Senatusconsultum de persecutione indicta sub Diocletiano, 301. XVIII.
Senatus de eadem scribit ad Præsides, *ibid.*
Senatus Romanus Constantino de Maxentio triumphanti insignem arcum erigit, 312. LX. Tempore cladis Maxentii adhuc gentilis, 312. LXII. LXXV. Auream nihilominus Christi imaginem Constantino erigit, & quare, 312. LXVIII.
Senatus populusque Romanus virtute Crucis a Maxentio liberatus, 312. LXXIV.
Sententia lata adversus Donatum in Romano Concilio sub Melchiade celebrato, 316. XXVI. Item ibidem pro Cæciliano, *ibid.*
Sententiæ capitis ferendæ ritus, 285. IX.
Sepeliendi defunctos antiquus ritus Ecclesiæ, 261. XXVI.
Sepeliri Fideles cum Gentilibus nefas, 258. IV.
Sepeliri juxta martyres, fidelibus optatissimum, 278. III. 290. XXXII.
Sepeliri solitos martyres cum dalmatica vel colobio, 283. XVI.
Sepultura negari non poterat jure martyribus ex rescripto Diocletiani, 302. XXXI.
Sepulturæ intra urbem vetitæ, 309. IV.
Septimus lector martyr in Apulia sub Diocletiano, 302. CXXIII.
Serapion martyr in Ægypto sub Numeriano, 284. X.
Serapion senex mori non potuit, nisi accepta Eucharistia, 255. XXXIII.
Serena Augusta uxor Diocletiani, 295. IV. Curat corpus Susannæ, 295. VIII.
Serenus Vicarius sub Diocletiano, 302. CV.
Sergius confessor cum Rogatiano in carcere, ad quos scribit Cyprianus, 260. LIX.
Sergius & Bacchus sub Maximino martyrio & miraculis clarus, 309. XXXVI.
Servandus martyr in Hispania, filius Marcelli Centurionis, 298. IX.
Servandus martyr cum Germano in Hispania sub Dioclet. 303. CXLI.
Servultus martyr Tergestæ sub Numeriano, 284. IX.
Severa virgo & martyr apud Centumcellas sub Diocletiano, 208 XVI. Ejus insigne monumentum, 248. XVI.
Severa discipula Luciani, 311. XIV.
Severianus martyr cum sociis Romæ sub Dioclet. 303. CXV.
Severianus miles Sebastæ sub Licinio martyrio coronatur, 316. XLVI.
Severus Cordubensis Episcopus, 270. XVII. Ad eum scribit Dionysius Papa, *ibid.*
Severus cum Maximino Cæsar creatur, 306. V.
Severus martyr cum sociis Romæ sub Dioclet. 303. CXV.
Severus Cæsar a Maxentio occisus, 307. I.
Sextus, sive Sexti, dictus locus martyrii Cypriani, 261. XXII.
Sibyllina carmina consulenda scribit Aurelianus ad Senatum, 272. XIX.
Sigense metallum ad quod Christiani damnati sunt, 260. XLII.
Signa militaria sub Constantino Cruce decora, 312. XXIX. *& seqq.*
Signa militaria diversi generis, 312. XXX.
Signa muta in militia quæ, 312. XXXII.
Signum ferre in galea fuisse tantum Centurionum, 312. XXXII.
Signum Dei imago Dei intelligendum, 312. LXVIII.
Signiferi qui, 312. XXXII.
Silvanus Episcopus Cirtensis in Numidia Traditor, 303. III. VIII.
Silvanus Episcopus martyr in Palæstina sub Diocletiano, 306. II.
Silvanus Episcopus Cirtensis Traditor damnat Cæcilianum, 306. XXXVII. A Nundinario Diacono accusatur, *ibid.*
Silvanus Episcopus Gazæ postremus in Palæstina martyr, 309. XIX.
Silvester presbyter Romanus Timotheum Antiochenum hospitio excipit, 311. LVIII. Dicti Timothei martyrio coronati corpus subripit, 311. LIX.
Silvester presbyter ordinatus a Marcellino Papa, 311. LIX. Falso asseritur diaconus a Melchiade ordinatus, cum a S. Augustino Marcellini presbyter nominetur, *ibid.* Melchiadi in Pontificatu sufficitur, 314. I. Concilio Arelatensi per Legatos præfuit, 314. LI. Ejusdem Concilii canones ad eum missi, 314. LVIII. LXV. *& seqq.* Ejus Acta in quibus vera probentur, 315. X. Corrupta esse ad oculum demonstratur, 315. XIV. Eum jejunium Sabbati abrogasse commentum fuit Judæorum, 315. XV. Eumdem diebus nomina indidisse, etiam falsum, 315. XVI. Audita Arii hæresi quid egerit, 318. LXXXVIII. Osium Legatum in Orientem mittit, 318. LXXXVIII.
Simplicius martyr Romæ sub Diocletiano, 302. CXIII. 303. CXV.
Simplicius Proconsul avarus vendebat reliquias martyrum, 305. XI.
Simulacrum aureum, Dei signum, a Senatu Constantino erectum, 312. LXVIII.
Sina mons in Arabia persecutionis tempore Christianorum perfugium, 307. XXXIII.
Sinapismus cruciamentum atrocissimum, eoque duo pueri necati, 311. XVI.
Sisinius diaconus cum Saturnino sene ministrat confessoribus in Thermis, 298. XII. Idemque martyr, 303. CIX.
Sisinius diaconus cum Maximo martyr apud Auximum sub Diocletiano, 302. CXII.
Sisinius Cyzici martyrio affectus, 311. XIX.
Sixtus Papa secundus creatur, 260. VI. Monetur de hæresi Sabellii tum exorta, 260. LXI. Martyrio coronatur, 261. IV. An affixus cruci, 261. V. Passus in cœmeterio, 261. IV. Causa ejus martyrii, 261. V. Ejus sedis tempus, 261. IX.
Smaragdus Christianis in Thermis laborantibus ministrat, 298. XII.
Smaragdus cum Largo martyr Romæ, 309. VI.
Socrates historicus confutatur de presbytero pœnitentiario, 255. IX.
Soli struxit templum Aurelianus Imp. 275. XII.
Solochanus Chalcedone sub Maximino martyrii coronam assequitur, 311. XVIII.
Solon Procurator Fiscalis persecutor in Africa, 261. IV.
Solutor martyr cum sociis Taurini sub Diocletiano, 297. XVI.
Solutor martyr Ravennæ sub Diocletiano, 303. CXXII.
Sophronia Romana femina magis mori delegit, quam a Maxentio violari, 309. X.
Sosius Diaconus Martyr Puteolis cum aliis sub Galerio, 305. II.
Sostenes Chalcedone sub Maximino martyrio afficitur, 311. XVIII.
Soteris virgo & martyr Romæ sub Diocletiano, 304. XXVIII.
Sozons martyr in Cilicia sub Diocletiano, 305. XV.
Spartianus quando vixit, 304. XII.
Spectaculorum factionibus se immiscere Christianis vetitum, 314. LX.
Spectrum pestis prænuntium in Ponto, 256. VII.
Sperantius Episcopus catholicus in Africa sub Constantino, 316. LXII.
Spiritum Paracletum se esse dicebat Manes. *Vide*, Manes.
Stachys primus Byfantii Episcopus, 314. XCV. Quamdiu sederit, *ibid.*
Statio pro *jejunio*, 262. LXII.
Stationarii *milites* qui, 262. XLI.

Statores Officii qui, 261. XXV.
Statuarii facti Christiani, & statuaria ars collapsa, 303. CXVI.
Statuæ Taciti Imperatoris ictæ fulmine : quid ridiculum excogitatum ab aruspicibus, 279. V.
Statuæ Tyrannorum luto obtegi solitæ, 314. X.
Stemnius Episcopus Ariminensis Romano Concilio sub Melchiade celebrato interfuit, 313. XXV.
Stephanus archidiaconus Romanæ Ecclesiæ, postea Papa, 257. IV.
Stephanus Episcopus Laodicensis accusatur proditæ fidei, 308. XXVI.
Stephanus Papa creatur, 257. VI.
Stephanus Papa circumvenitur a Basilide Episcopo falsa relatione, 258. III.
Stephanus Papa excommunicat Asianos Episcopos baptizantes baptizatos rite ab hæreticis, 258. XV.
Stephanus Papa non admisit legatos Orientalium Episcoporum, 258. XVI.
Stephanus Papa convitiis urgetur a Firmiliano Episcopo, 258. XVI. Quam æquior Stephani causa, quam Firmiliani, 258. XVI.
Stephanus Papa accipit litteras ex Concilio Africano, 258. XXVII. Quid ipse ad Africanos Episcopos rescripserit, 258. XXXVII.
Stephanus Papa carpitur nonnihil a Cypriano, 258. XXXIX.
Stephanus Papa promulgat decretum de non rebaptizando baptizatos ab hæreticis, 258. XXXVIII. Quid de eo Augustinus, 258. XL. Multi Episcopi eidem assentiuntur, 258. L.
Stephanus nihil innovandum statuit, 258. LII. Stephanus Papa laudatus etiam a Donatistis, 258. LV.
Stephanus Papa colitur a Latinis pariter & Græcis, 258. LVI. Eidem tandem assentiuntur omnes Episcopi, 259. I.
Stephanus Papa a Gentilibus tenetur, confitetur, & martyrium patitur sub Valeriano, 260. IV. Ejus Acta, 259. VII. Ejus martyrium & mirabilia quæ tunc acciderunt, 260. III. *& seqq.*
Stephanus Papa sacrificans occiditur, 260. IV. Sedis tempus, & ordinationes ab eo factæ, 260. VI.
Stercarius martyr in Hispania cum Sociis sub Diocletiano, 303. CXXXIX.
Strato Diaconus Romanæ Ecclesiæ sub Melchiade Papa, 306. XXVI.
Stratones duo, alter Diaconus, presbyter alter, 311. XLII.
Stratonicus carnifex martyr in Palæstina sub Aureliano, 275. XI.
Subdiaconus etiam cælebs esse debet, 305. XLIX.
Successio Episcoporum Constantinopolitanorum, 314. XCIV.
Successus & Paulus Episcopi martyres in Africa sub Valeriano, 262. XXVII.
Successus cum Saturnino martyr in Africa sub Diocletiano, 302. CXXVII.
Successus martyr Cæsaraugustæ sub Diocletiano, 303. CXXXVI. Redarguitur erroris de ætate Gregorii Thaumat. 266. XVI.
Supellex Christianorum, 293. II.
Supplicia delinquentium Christianis a Tyrannis illata, rursus in sacinorosos conversa, 318. XCIX.
Supplicium horrendum ab Aureliano excogitatum, 271. III.
Susanna martyr, ejusque res gestæ, 294. I. Quæsita conjux Galerio Maximiano, 294. IV. Ejus animus infractus, 295. II. *& seqq.* Capite truncatur, 295. VII. Sepulta a Serena Augusta, 295. VIII. Ejus velum aspersum sanguine asservatur ab Augusta, *ibid.* Ejus Ecclesiæ Titulus & monasterium, *ibid.*
Susceptores tempore Constantini qui, 313. XLVI.
Symphorosa uxor Claudii sub Diocletiano clarnit, 284. XIV.
Symphorosa martyr Romæ sub Diocletiano, 303. CXX.
Symphorianus martyr in Gallia sub Aureliano, 273. VI. Eum mater egregie hortatur ad martyrium, 273. IX. Ejus martyrii Acta, *ibid.*
Symphorianus martyr Romæ cum sociis sub Diocletiano, 303. CXV.
Synadense Concilium in Asia, 258. XVII.
Synaxes Dionysius Alexandrinus ubique celebrat, 260. XXIII.
Synaxes nec tempore persecutionis intermissæ. *Vide*, Missa.
Synodus. *Vide*, Concilium.
Synodica epistola Concilii Arelatensis ad Silvestrum, 314. LXVI.
Synodicæ litteræ ex Concilio Africano ad Cornelium Papam, 255. IV. Synodicæ litteræ ex Concilio Africano ad Stephanum Papam, 258. XXVIII.
Synodicæ litteræ ex Concilio Antiocheno ad Dionysium Papam, 272. I.
Synodicæ litteræ ex Concilio posteriori Antiocheno, ad Romanum Pontificem, & alios Episcopos, 272. III.
Sypara signa militaria typum Crucis præseferentia, 312. XXIX.

T

Tabella in qua scribebatur sententia damnatorum, & recitabatur publice, 258. IX.
Tabellarius Nicomed. Episcop. martyr, 302. XXXVI.
Tacitus Imp. creatur, 278. IV. Moritur, 278. II.
Tacitus rescripsit pro Christianis, 279. III. Ejus statuæ fulmine ictæ, 279. V.
Tarquinius Perpenna Præfectus urbis, persecutor, 311. LVII.
Tarraco civitas in Hispania dira passa a barbaris, 263. XXI.
Tarsi carnificina martyrum, & mercatus reliquiarum ejus, 305. XI.
Tation martyr in Isauria sub Diocletiano, 305. XVI.
Taurinum Christi Crucis vim in exercitu Constantini primum expertum, 312. XLII.
Telludis sive Telluris templum Romæ, ubi sæpe cogebatur Senatus, & causæ judicabantur, 255. LIX. 259. XVI.
Templa Gentilium Crucis illatione dicata, 258. XXII.
Templum Dianæ Ephesiæ combustum a barbaris, 263. XX.
Templum Soli ædificatum ab Aureliano Imp. 265. XII.
Temporis certa ratio tamquam lapis Lydius in historia, 306. XIV.
Temporum ratio præcipue attendenda in historiæ veritate, 276. III. 277. III. *Vide*, Chronica.
Tentatio gravis in Ecclesia lapsus Origenis & Tertulliani, 256. XLI. *& seqq.*
Tentatio magna in Ecclesia quæstio de Baptismo hæreticorum, 258. XIII.
Terebinthus Scythiani discipulus impius, 277. VII.
Terentius cum sociis martyr Tuderti sub Diocletiano, 303. CXXI.
Terræmotus immensus sub Gallieno, 273. XIX.
Terræmotus immanis in Ponto sub Anastasio Imperatore, 266. XV. Gregorii Ecclesia ab eo immunis, *ibid.*
Tertullianus conspiravit in sententiam Agrippini de Baptismo hæreticorum, 258. XVIII.
Tertullianus baptizatur a Stephano Papa, 260. III. Idemque martyr, *ibid.*

Teſſera militaris quæ, 261. XXIX.
Teſſerarii qui dicebantur, *ibid.*
Teſtes contra Marcellinum Papam, 302. XCII.
Tetricus Imp. appellatus in Gallia, 267. I.
Thalus Laodiceæ ſub Maximino martyrio affectus, 308. XXVI.
Tharacus cum ſociis martyr in Cilicia ſub Dioclet. 289. II.
Thaumaturgus cognomentum Gregorii. *Vide*, Gregorius Thaumaturgus.
Thebani Chriſtiani fraternæ charitatis ſtudioſi, 316. XVII. XXX.
Thebææ legionis milites martyres, 298. VI.
Thecla martyr cum Agapio in Palæſtina ſub Diocletiano, 303. LXXXV.
Thelica martyr Alutinenſis in Numidia ſub Diocletiano, 303. XXXVI. XXXIX.
Thelſæa vicus patria Abibi martyris, 316. L.
Theodora Maximiani filia juncta Conſtantio Imp. 292. I.
Theodora illuſtris femina curat corpora martyrum, 303. CXIII.
Theodora filia Maximiani Imperatoris Conſtantio Cloro nubit, 306. XVII.
Theodora virgo Alexandrina ad lupanar damnata a Didymo liberatur, 309. XXXIII.
Theodora Romana corpus Timothæi martyris ſepulturæ mandat, 311. LVIII.
Theodorus martyr Romæ cum Sociis duodecim ſub Valeriano, 259. III.
Theodorus martyr cum ſociis octodecim Romæ ſub Valeriano, 262. LVII.
Theodorus martyr in Ponto ſub Diocletiano, 304. LIX. Combuſſit ædem Matris deum Amaſeæ, *ibid.*
Theodorus martyr in Lycia cum Sociis ſub Dioclet. 305. XVII.
Theodorus confeſſor laudatus a Petro Alexandrino, 306. LII.
Theodorus cum ſociis ſub Maximino martyrio clarus, 308. XXVII. *item*
Theodorus Epiſcopus Cyrenenſis, 310. XXV.
Theodorus una cum Maximo, & Aſclepiodoto Hadrianopoli martyrio affectus, 311. XIX.
Theodorus Dux exercitus martyr Heracleæ ſub Licinio, 316. XLVII.
Theodorus Epiſcopus in Cypro confeſſor ſub Licinio, 316. XXXVI.
Theodorus Epiſcopus Tarſenſis, Auxentii confeſſoris frater, 316. XXXV.
Theodoſia martyr Tyri ſub Dioclet. 306. I.
Theodoſius martyr Romæ ſub Claudio, 269. VI.
Theodotus dux quid in Æmilianum tyrannum, 263. VI.
Theodotus Epiſcopus Laodicenus Stephano ſufficitur, 308. XXVI. Qualis fuerit, *ibid.*
Theodoſia mater Procopii martyr, 308. XX.
Theodulus martyr Romæ cum Sociis ſub Valeriano, 259. XXX.
Theodulus Lector martyr Theſſalonicæ ſub Diocl. 304. L.
Theodulus ſenex, ex *Firmiliani Præfecti* familia martyrii lauream aſſequitur, 308. XI.
Theogenes miles in Helleſponto ſub Licinio militare detrectans, martyrium obit, 316. XLVII.
Theogonius cum Baſſa martyr Edeſſæ ſub Galerio, 304. LXXV.
Theonas martyr cum ſociis in Cilicia ſub Diocletiano, 305. XV.
Theonas Epiſcopus Alexandrinus, 285. XV. Moritur, 300. I.
Theonas ſocius Arii, 318. LVII.
Theonilla martyr in Cilicia cum ſociis ſub Diocletiano, 285. IV. XII.
Theopaniæ feſtum quo ritu in carcere cum ſuis celebraverit Lucianus, 311. VII.
Theophila virgo Nicomed. damnata ad Lupanar, ſed divinitus liberata, 301. XXXIV.
Theophilus & ſocii martyres in Lycia ſub Diocletiano, 305. XVII.
Theophilus Scholaſticus converſitur ad fidem, 304. LXXI. Martyrio coronatur, *ibid.*
Theophilus Epiſcopus Beneventanus Concilio Romano ſub Melchiade celebrato interfuit, 313. XXV.
Theoteenus Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ, 283. XIII. Ante Agapium, 308. XVI. Armat Marinum militem ad certamen, 262. LXXX. Interfuit Concilio Antiocheno contra Paulum, 266. IV.
Theotecnus Præſes Antiochenus doloſus artifex pietatis, & perſecutor, 311. XLIV. Detectis ejus fallaciis, poſt multas plagas martyr a Licinio multatur, 314. XI.
Theotecnus ſatelles in perſecutione Liciniana Abibum Diaconum ne ſe prodat hortatur, 316. XLIX.
Thermæ Diocletiani Romæ, 298. X. Quando cœptæ & abſolutæ, *ibid.* 298. XVII. In Eccleſiam converſæ, 298. XVIII. Illis adſcripti martyres. *Vide*, Martyres.
Thermæ Maximiani in Africa, 298. X.
Theſſalonicenſes martyres ſub Diocletiano, 304. L.
Theſſalonicenſis Eccleſiæ tributum remiſſum a Caro Imp. 284. V.
Thomais virgo ſcripſit Acta martyrum, 311. XXVIII.
Thomas diſcipulus Manetis, 277. XVIII.
Thraſo Romæ miniſtrat Chriſtianis in Thermis laborantibus, 294. XII. 298. XII.
Thurificare omnes Chriſtiani juſſi, 286. XXXI.
Thus impoſitum manui appoſitæ ſuper ignem, 305. XXXVII.
Tiberius martyr cum ſociis in Gallia ſub Diocletiano, 303. CXXXII.
Tiburtius filius Chromatii operatur miracula, 286. XI. Quid cum Torquato apoſtata, 286. XVI. XX. Signo crucis ſuperat tormenta: Ejus martyrium & conſtantia, 286. XXI.
Ticonius Donatiſta iniquitatem Donatiſtarum refert, 308. XXVIII.
Timæus Epiſcopus Antiochenus creatur, 278. XLVII. Moritur, 283. IX.
Timolaus filius Zenobiæ Reginæ, 274. II.
Timolaus martyr in Palæſtina ſub Diocletiano, 303. LXXXVI.
Timotheus cum ſociis martyr in Mauritania ſub Diocletiano, 302. CXXIV.
Timotheus Gazenſis martyr ſub Diocletiano, 303. LXXXV.
Timotheus Præſes Campaniæ ſub Dioclet. perſecutor, 305. II. Percuſſus cæcitate, & ſanatus a S. Januario, 305. V.
Timotheus Antiochenus Romam veniens martyrium ſubit, 311. LVIII. A Theodora ſepulturæ amandatur, *ibid.* Quomodo ſub Conſtantino dicatur paſſus, 311. LX.
Tiridates Rex Majoris Armeniæ perſecutor, 311. XXII. Baptizatur demum cum ſuis, 311. XXIII. Ejus litteræ ad Leontium Epiſcopum Cæſareæ Cappadociæ, 311. XXV. Ejus converſione lætatus Conſtantinus, 311. XXVII.
Titianus Diaconus martyr Aquileiæ ſub Numeriano, 284. IX.
Tituli Romanorum Pontificum quinam antiquitus fuerint, 286. VII.
Tituli, ſive paroeciæ in Urbe a Marcello Papa auctæ, 309. IV.
Tituli Conſtantino tributi, 312. LXXXVI.
Titulis conſuetis apud Magiſtratus uſi ſunt fratres exemplo Pauli Apoſtoli, 260. XXII.
Titulus Pontificis Maximi a Chriſtianis Imperatoribus cur uſurpatus, 312. XCIV.
Tormenta ſæviſſima martyrum, 262. XLII. 302. LXIX. 303. CXXIII. *& ſeqq.* 304. LIX. *& ſeqq.* 304. LXXIII.

Tortoria inſtrumenta, 302. LXIX.
Torquatus apoſtata ex quibus detectus, 286. XVII.
Torquere uſque ad mortem lege vetitum, 299. III.
Tractoriæ Litteræ, 314. XLIII. Epiſcopis ad Concilium vocatis dari ſolitæ, 314. XLV. Earum forma, 314. XLVIII.
Traditionis antiquæ quanta vis ſit, 258. LII. Cauſa de Baptiſmo hæreticorum univerſæ Catholicæ Eccleſiæ demonſtravit, 258. LII.
Traditores ſacrorum librorum, 302. XVI. XXII. Eorum res geſtæ, 303. IV.
Traditores qui ex Epiſcopis Africanis, iiſdemque ſchiſmaticis, 302. CXXVIII.
Traditores Epiſcopi in Africa quid in Cæcilianum, 306. XXIX. Schiſma conſtant, 306. XXIX. *& ſeqq.* In Africa in Cæcilianum Epiſcopum Carthaginenſem ordinatum inſurgunt, 306. XXIX. Iis ſe jungunt ſchiſmatici, 308. XXVIII. Qualiter in Concilio Arelatenſi puniti, 314. LXIII.
Tranquillinus martyr Romæ ſub Diocletiano cum aliis, 284. XV. 286. XV.
Tranſfugarum pœna, 298. VIII.
Tranſfugarum loco habiti Chriſtiani *milites*, *ibid.*
Tranſlatio SS. Papiæ & Mauri martyrum, 270. X. Eorum tranſlationi qui interfuerint, *ibid.*
Tranſlatio reliquiarum SS. Marii & Marthæ Romam, 270. IX.
Tranſlatio reliquiarum ſancti Bonifacii martyris Tarſo Romam, 305. XIV.
Trebellianus ab Iſauris creatur Imperator, 264. VIII.
Trebellius Pollio hiſtoricus quando claruit, 304. XII.
Treveris delecta ad carnificinam martyrum ſub Dioclet. 303. CXXIV.
Tribulatio licet eadem communis ſit Chriſtianis atque Gentilibus, non parem tamen effectum parit utriſque, 256. XIV.
Tribunitia poteſtas ratio optima ad *numerandos annos Imperatorum*, 276. II.
Tributa a Conſtantino relaxata, 312. LXXXVI. 315. I.
Tributum Romani pendunt Scythis poſt Decii Imperium, 255. XLII.
Tripos martyr Romæ ſub Aureliano, 277. IV.
Trium puerorum reliquiæ inventæ, 270. IX.
Triumphus Conſtantini de Maxentio extincto deſcriptus, 312. LX.
Trophimus & Sabbatius martyres in Phrygia ſub Probo, 281. I.
Trophimus & ſocii martyres in Lycia ſub Diocletiano, 305. XVII.
Trophimus martyr Laodicenſis cum Thalo ſub Maximino, 308. XXVI.
Tryphon presbyter quid cum Manete, 277. XVI.
Tryphonia cum filia Cyrilla incarcerata a Claudio moritur, 269. V.
Turcius ſeu Turpius Apronianus Præfectus perſecutor Chriſtianorum, 303. CXIV.
Tutor effici quod non poſſit clericus, ſtatutum fuit in Concilio Africano jamdudum, 257. XIV.
Tutorem nominans clericum ex teſtamento, poſt mortem excommunicatur, 257. XIV.
Tutelæ pupillorum magnopere proſpectum eſt ab antiquis, 257. XV.
Tychonius. *Vide*, Ticonius.
Tyrannio Epiſcopus Tyri, 299. IV. Martyr ſub Diocletiano, *ibid.*
Tyrannorum ſtatuæ luto obtegi ſolitæ, 314. X.
Tyrannus Epiſcopus Antiochenus poſt Cyrillum, 299. IV. Ejus martyrium, *ibid.*
Tyrannus Epiſcopus Antiochenus quamdiu ſederit, & quando obierit, 312. CXI.
Tyriorum chronologia, 280. III.

V

VAlens tyrannus invadit Imperium, 307. XXVI.
Valens creatur Cæſar a Licinio, 317. XIV.
Valens martyr in Palæſtina ſub Maximino, 308. III.
Valentinus presbyter illuminat cæcam filiam Aſterii, & coronatur martyrio ſub Claudio, 270. VI.
Valentinus magiſter militum, martyr ſub Diocletiano, 303. CXXII.
Valentinus miles Thebeæ legionis martyr ſub Diocletiano, 303. CXXII. Alius, *ibid.*
Valentinus martyr Ravennæ, *ibid.*
Valentinus martyr Viterbii ſub Diocletiano, 303. CXXI.
Valeria filia Diocletiani, juncta conjugio Galerio Maximiano, 292. I. Eadem defuncta, ab eaque nominata provincia Valeria in Pannonia, 294. II.
Valerianus imperare cœpit, 256. XXXVII. 257. I. VI.
Valerianus aliquamdiu benemeritus de Chriſtianis, 257. VII.
Valerianus quando aggreſſus eſt perſequi Chriſtianos, 257. VII. 259. VI.
Valerianus depravatus a mago Ægyptio, 257. VII.
Valerianus quid in Chriſtianos ſtatuit, 260. XVII. Prohibet Chriſtianorum conventus, adireque cœmeteria, 260. XXXVII. Ejuſdem edictum de exilio Epiſcoporum, 260. XXXVI.
Valerianus reſcripſit ad Paternum Proconſulem in Africa de perſecutione Fidelium, 260. XXXVI. Ejus perſecutio in Africa, 260. XLII.
Valerianus reſcripſit ad Senatum de perſequendo Chriſtianos, 261. II. De nece etiam Epiſcoporum & Clericorum *omnium*, 260. XLIV. Ejuſdem *nova edicta*, 262. IV.
Valerianus dat pœnas ſanguinis Chriſtiani, cum capitur a Perſis, 262. LIII. LXXIV.
Valerianus factus ſuppedaneum conſcendenti equum Regi Perſarum, 262. LXXIII. Quid in eum Conſtantinus Imp. 262. LXXIV.
Valerianus excoriari jubetur a Rege Perſarum, 262. LXXIV.
Valerianus derelictus precibus Chriſtianorum, omnium malorum damnum incurrit, 264. IX.
Valerianus Germanus ſive filius Imperatoris, 262. LXXIX. 267. I.
Valerius Epiſcopus Cæſarauguſtanus Confeſſor, 303. XXXVII. Servatus incolumis ad tempora Conſtantii, 301. XIV. 303. CXLIII. Interfuit Concilio Eliberano, 305. XL.
Vararanes Rex Perſarum Hormiſdæ ſucceſſit, 309. VI.
Vaſa aurea & argentea *in Eccleſiis etiam* tempore *perſecutionis* erant, 303. VII. LXXVIII.
Vaſa Sacra Eccleſiæ Carthaginenſis depoſita non inventa, 306. XXVIII. Eorumdem Index fidelis cuidam aniculæ creditus, *ibid.*
Vaticanus collis in Capitolium mutatur, 306. LIX.
Vaticinia martyris de clade Romani Imp. 262. LIII.
Vaticinia. *Vide*, Prophetia, Viſiones.
Vela Judicum, 285. IX.
Velatas ſolere incedere feminas Chriſtianas, 303. LXXXIV.
Velum Suſannæ martyris ſanguine aſperſum aſſervatum a Serena Auguſta, 295. VIII.
Venuſtianus perſecutor, deinde martyr ſub Diocletiano, 301. XIX.
Verbi Dei prædicatio in Eccleſia utiliſſima, 268. XIII.

Verbum Deum non unicum ab Ario poni, 318. LXII.
Verinus & Armentarius apoſtatæ, 260. VII.
Verinus ſcriptor actorum martyrum, 284. VI.
Verinus Vicarius in Africa ſub Conſtantino, 318. XCIX.
Veriſſimus martyr Ulyſſipone cum ſociis ſub Diocletiano, 303. CXXXVIII.
Veritatis amatores, ſic inſcriptus liber contra Chriſtianam religionem, 302. L.
Veritatis certum argumentum, 272. XI.
Veronæ quo ſucceſſu cum exercitu Maxentii pugnaverit Conſtantinus, 312. XLIII.
Veſtes Epiſcopales quales olim eſſent, 261. XXXIV. 261. XLIV.
Veſtes Chriſtianorum quales luctus tempore, 256. XVII.
Veſtes candidas feminis in funere penes Romanos uſui fuiſſe, 256. XVIII.
Veſtes nigras habebant viri Romani in funere, *ibid.*
Veſtigia Apoſtolorum, locus ſic dictus, 286. XXVII.
Veſtis candida Ægyptiis Chriſtianis in uſu, 256. XIX.
Veſtis candida in ſacris Gentilium adhiberi ſolita, *ibid.*
Veſtis Chriſtianorum communis qualis eſſe ſoleret, *ibid.*
Veturius magiſter militum, perſecutor Chriſtianorum ſub Diocletiano, 297. XXVI.
Vexilla ſigna militaria, 312. XXXII.
Via regia in Eccleſia quæ ſit, 256. XLVII.
Vibius Paſſenus Proconſul in Africa, 264. VII.
Victima arte dæmonis evaneſcens, precibus Aſterii ſupernatat, 262. LXXXII.
Victor Epiſcopus in Africa damnatus ad metalla, 260. XLIII.
Victor Epiſcopus Ruſſicadienſis Traditor, 303. II.
Victor Hiſtoricus de tempore creationis Cæſarum filiorum Conſtantini erroris arguitur, 313. III. 315. IV.
Victor martyr Ravennæ ſub Diocletiano, 303. CXXII.
Victor martyr Romæ cum ſociis ſub Valeriano, 262. LVII.
Victor martyr in Ægypto ſub Numeriano, 284. X.
Victor martyr Solodori ſub Maximiano, 297. XV.
Victor martyr cum ſociis in Gallia, 297. XIII.
Victor alius cum Gereone & ſociis in Gallia ſub Diocletiano, 297. XXI.
Victor Maurus martyr Mediolani ſub Dioclet. 303. CXXII.
Victor martyr Emeritæ cum fratribus, 303. CXXXIX.
Victor martyr Nicomediæ ſub Maximino, 311. XVIII. Alter in Armenia, 311. XXI.
Victor Epiſcopus Catholicus in Africa ſub Conſtantino, 316. LXII.
Victor Ruſſicadienſis Epiſcopus Traditor quid in Cæcilianum, 306. XXIX.
Victor Maurus miles interitum Maximiani Herculei prædixit, 307. XIII.
Victoria martyr Alutinenſis ſub Diocletiano, 303. XXXVI. XLII. LV. LVI.
Victoria Conſtantini adverſus Ruricium exercitus Maxentii ducem, 312. XLIII. Ejuſdem adverſus Maxentium, 312. XLVII. *& ſeqq.* Dei ope parta, 312. LI. Alia ejuſdem in Pannonia adverſus Licinium, eaque prodigio quodam prænuntiata, 317. VI. VII. Ejuſdem alia in Thracia adverſus Licinium virtute Crucis obtenta, 317. XI. Tertia ejuſdem adverſus eumdem, & quidem terra marique, 318. X.
Victoriæ Conſtantini primæ, 312. XLI. *& ſeq.*
Victoriæ Conſtantini tituli & præconia, 312. LXX. LXXI.
Victoriæ Conſtantini, eædem religionis Chriſtianæ, adverſus ſuperſtitionem Gentilium reputatæ, 318. XV.
Victorianus martyr Alutinenſis, 303. XXXVI.
Victoricus confeſſor in Africa ſub Valeriano, 262. V.
Victoricus martyr cum Tuſciano Ambiani ſub Diocletiano, 303. CXXVIII.
Victorinus martyr Alutinenſis, 303. XXXVI.
Victorinus cum ſociis ſub Numeriano in Ægypto, 284. X.
Victorinus acclamatus Imp. in Gallia, 267. I.
Victorinus in Gallia martyr ſub Valeriano, 262. LVIII.
Victorinus cum ſociis martyr Romæ ſub Severo, 303. CXV.
Victorinus Ravennæ martyr ſub Diocletiano, 303. CXXII.
Victorinus Epiſcopus Pictavienſis martyr ſub Diocletiano, 303. CXXVI. Perperam poſitus ſub Silveſtro Papa vixiſſe, 303. CXXVII. Addictus Millenariis, *ibid.*
Victorinus cum ſociis ſub Maximino Nicomediæ martyrio affectus, 311. XVII.
Victorinus Epiſcopus Catholicus in Africa ſub Conſtantino, 316. LXII.
Victorius filius Marcelli Centurionis, martyr in Hiſpania ſub Diocletiano, 298. IX.
Vincentius martyr Alutinenſis ſub Diocletiano, 303. XXXVI.
Vincentius martyr Ebreduni cum ſociis ſub Diocletiano, 303. CXXVIII.
Vincentius diaconus martyr Valentiæ ſub Diocletiano, 303. CXXXVII.
Vindicta de ſanguine Chriſtiano qua lance penſata, 256. XXVII.
Vindicta divina in Galerium Maximianum perſecutorem, 311. XXX.
Vinum conditum propinari ſolitum damnatis, 262. LXIV.
Vinum ſacrificii miſceatur aqua, 257. IX.
Virgines Chriſtianæ damnatæ ad Lupa nar divinitus liberatæ, 301. XXXIII. *& ſeqq.*
Virgines ſacræ ſimul degentes in Aſceteriis, 301. XXXI.
Virgines ſacræ in perſecutione Maximiani hinc inde diffugiunt, 301. XXXI. A Deo illibatæ ſervatæ, 301. XXXII.
Virgines damnatæ ad proſtibulum, miro modo liberatæ, 309. XXVI. *& ſeqq.*
Virgines quadraginta martyres ſub Licinio Heracleæ, 316. XII.
Virgines viginti millia in una civitate, 316. XXX.
Virgines ab Ario deceptæ, 325. XIX. XXVI. Revera meretriculæ, 318. LXXI.
Virginitas a Manete diverſa ratione culta, 277. XLI.
Virgo Chriſtiana Licinium delufit, 316. XVI.
Virorum clariſſimorum delicta puniri mandat Conſtantinus, 317. XV.
Viſio oſtenſa Æmiliano martyri, 261. XLVI.
Viſio oſtenſa Agapio martyri, 262. XLIX.
Viſio oſtenſa Cirthenſibus martyribus, 262. XLIV.
Viſio oſtenſa Flaviano martyri, 262. XXVII.
Viſio Cypriano oſtenſa de ſacerdotibus a Deo defendendis, 256. XXXIV.
Viſio oſtenſa Cypriano de tempore ſui martyrii, 260. XL.
Viſio oſtenſa Dionyſio Alexandrino de legendis libris hæreticorum, 260. XIV.
Viſio oſtenſa Jacobo martyri, 262. XLV.
Viſio oſtenſa Mariano martyri, 262. XLIV.
Viſio oſtenſa martyribus de clade ventura Romano Imperio, 262. LIII. Ejus eventus, *ibid.*
Viſio oſtenſa Montano martyri, 262. XIV.
Viſio oſtenſa Quartilloſiæ martyri, 262. X.
Viſio oſtenſa Reno confeſſori, 262. VIII.

Viſio oſtenſa ſacerdoti tempore peſtis, 256. XVI.
Viſio oſtenſa Victori martyri, 262. IX.
Viſiones portentoſæ Manetis, 227. XXXVII.
Viſiones Conſtantino prælianti oſtenſæ, 318. XV. Alia Petro Alexandrino Epiſcopo de Ario exhibita, 310. V.
Vitalis martyr in Campania ſub Diocletiano, 303. CXX.
Vitalis martyr Bononiæ ſub Diocletiano, 303. CXXII.
Vitalis Epiſcopus Antiochenus poſt Tyrannum Diſciplinam Eccleſiaſticam reſtituere curat, 312. CXI. Auctor Concilii Ancyrani, 314. LXXVII. Ejus obitus, 314. XLII.
Vitis inſigne & geſtamen Centurionis, 262. LXXVIII. 298. III.
Vitus puer cum Modeſto & Creſcentia martyr ſub Diocletiano, 303. CXX.
Vitus unus ex Legatis Silveſtri in Concilio Arelatenſi, 314. LI.
Ulpianus martyr Tyri ſub Diocletiano, 304. XL.
Unitas Eccleſiæ in Epiſcopo uno, 256. XXXII.
Voces populi non audiendas in Theatro injuſta petentes reſcripſit Diocletianus, 301. XX.
Voluſianus & Gallus Impp. quando occiſi, 256. XXXV. 257. VI. Tempus eorumdem Imperii, 256. XXXVI.
Vopiſcus hiſtoricus in Chriſtianos infenſus plura mentitur, 283. II.
Vota pro Imperatoribus ad multos annos multiplicata, 312. LX.
Votorum nuncupatio pro Imperatoribus quando fieri ſolita, 315. I. Quibus verbis nuncupari ſolerent, 315. II. A Conſtantino mutata, *ibid.*
Urbanus Pontifex Jovis Capitolini, quid cum Marcellino Papa, 302. LXXXIX.
Urbanus presbyter Romæ, comes Marcellini Papæ, 302. XC.
Urbanus Præſes in Palæſtina perſecutor, 303. LXXXV.
Urbanus, & Vitalis, & alii Romæ baptizati tempore Caii Papæ, 284. XIV.
Urbanus martyr Cæſarauguſtæ ſub Dioclet. 303. CXXXVI.
Urbis Præfecti quo modo Romæ ſemel plures eſſent, 284. XV.
Urſicius in Illyrico ſub Maximino martyrio affectus, 308. XXVII.
Urſus & Victor milites legionis Thebææ, martyres ſub Diocletiano, 297. XV.
Urſus Conſtantini tempore in Africa Quæſtor, 312. XCI.

X

Xittera Chriſtus & Crux ſignificatur, 312. XIV. *& ſeqq.* X. Aliquando recta linea deſcribi ſolere in forma Crucis cum P, ☧. 312. XXV.
Xantius unus ex quadraginta martyribus Sebaſte in Armenia martyrio coronatis, 316. XXXIX.
Xenodochium Pammachii in Portu Romano, 270. XV.
Xyſtus. *Vide*, Sixtus.

Z

Zachæus martyr in Palæſtina ſub Diocl. 302. LXXXV.
Zama Epiſcopus Bononienſis, 272. XXII.
Zambdas Epiſcopus Jeroſolymitanus, 106. VI. Imbuit fide Chriſtiana, & baptizat Thebæos milites, 297. V.
Zebinas martyr in Paleſtina ſub Maximino, 307. XX.
Zeno Tribunus militum cum ſociis martyr Romæ ad Aquas Salvias ſub Dioclet., 298. XVII.
Zenobia Regina, genere Judæa, male inſtituta a Paulo Samoſateno, 265. II. Eadem diſcipula Longini philoſophi, *ibid.*
Zenobia poſt viri obitum imperat, 274. I.
Zenobia vincitur ab Aureliano Imp. *ibid.* Qualis quantaque fuerit femina, 274. III. Ducta Romam in triumphum ab Aureliano, 274. I.
Zenobia in ſuburbio agit, 274. I. Ad meliorem frugem reddita, 274. II. Ejus caſtitas conjugalis prædicata, 274. II. Quot qualeſve filios habuerit, *ibid.*
Zenobia familia, 274. II.
Zenobius Epiſcopus Florentinus, *ibid.*
Zenobius Epiſcopus in Cilicia, & Zenobia Soror, martyres ſub Diocletiano, 285. XIII.
Zenophilus *Conſularis in Africa* cognovit cauſam Traditorum & Cæciliani, 303. VI.
Zenophilus Conſularis, 305. XXXVIII. Acta coram ipſo contra Cæcilianum quibus Conſulibus confignata, 306. XXXVIII. Præfectura ejus ſinceriſſima, 306. XXXIX.
Zenophilus V. C. & Crato Philoſophus arbitri diſputationis inter Judæos & Silveſtrum Papam inſtitutæ, 315. X.
Zetarii qui dicebantur, 286. IX.
Zeuxius Epiſcopus Catholicus, in Africa, 316. LXII.
Zoe Nicoſtrati uxor baptizatur a Polycarpo, 284. XIV. Ejus ſcite dictum, 288. XIII. Martyr Romæ ſub Diocletiano, *ibid.*
Zonaras de Actis Silveſtri erroris arguitur, 315. XV.
Zoſimus Comes hiſtoricus erroris arguitur de Conſulatu Chilonis & Libonis, 304. II.
Zoſimus publicus miniſter Theſſalonicæ ſub Dulcetio præſide, 304. XLVIII.
Zoſimus martyr in Portu Romano cum ſociis ſub Aureliano, 277. IV.
Zoſimus de natalibus Conſtantini erroris convincitur, 306. XVIII. In rebus Chriſtianorum *parum fidus*, *ibid.* *Philippicas potius* quam hiſtoriam ſcripſiſſe videtur, *ibid.* Ejuſdem error de loco obitus Maximiani Herculei, 307. X. Alter ejuſdem de numero exercitus Conſtantini, 312. XXXIX. Chriſtianis non tantum omnes clades attribuit, ſed eorum culpa Romanum Imperium collapſum eſſe docere conatur, 313. XV. De Sæcularibus ludis a Chriſtianis Imperatoribus prætermiſſis expoſtulans, refellitur, 313. XVI. Ejus de tempore creationis Cæſarum error, 313. IV. 317. XIV.
Zoticus Epiſcopus a Quintiano Concilio Romano ſub Melchiade celebrato interfuit, 313. XXV.
Zoticus cum ſociis martyr Nicomediæ ſub Maximino, 311. XVII.

INDEX CRITICÆ HISTORICO-CHRONOLOGICÆ P. ANTONII PAGII QUÆ HOC TOMO CONTINETUR.

A

Achillas S. Petro Alexandrino Episcopo subrogatur, 310. V. & 311. XXV. Paucis mensibus sedet, *ibid.*

Achilleus a Diocletiano & Maximiano deficiens in Ægypto purpuram sumit, ibique sex annis imperat, 296. VII. Quo anno regnare cœperit, quove interfectus sit, annotatur, *ibid.*

Acta publica quandonam & quare hac formula *post Sextum Consulatum*, notata, 307. I.

Adventus prætorio Præfectus Consul II. procedit, 218. I. Ejus consulatus monstruosus & quare, *ibid.* II.

Ægyptii pace Ecclesiis a Gallieno Aug. concessa statim non gaudent, 259. XV. Post Macriani interitum ea potiuntur, 261. IX. *& seqq.*

Ægyptus a Diocletiano & Maximiano Augg. post sextum a rebellione Achillei annum recipitur, 296. VII.

Æmilianus Legionum Pannonicarum Dux, devictis barbaris Imperator salutatur, 253. XI. A Valeriano vincitur, *ibid.* Ejus imperium partim sub Galli, partim sub Valeriani temporibus gestum, nec ullo modo intermedium, *ibid.* & 253. XII. & XIX.

Æmilianus Consul ordinarius procedit, 259. I. Diversus est ab Aurelio Memmio Fusco, cui Æmiliani nomen perperam tribuitur, *ibid.* Error illorum qui Æmilianum, & Bassum ab hoc anno removent ut alios Consules proponant, evertitur, *ibid.* II. *& seq.* Erroris hujus origo insinuatur, *ibid.*

Æmilianus Ægypti Præfectus non nisi post occisum Macrianum Imperator dicitur, 259. XIII. & 261. XV. A Theodoto Gallieni Duce vivus ad Imperatorem transmittitur, 261. XV. Quo anno mortuus, *ibid.* Quanto tempore imperaverit, 259. XIII. & 261. XV.

Africanum Concilium quod a S. Cypriano anno CCLIX. celebratum prætenditur, fictitium, 254. V.

Agapius martyrium subiit anno tantum quarto persecutionis Diocletianeæ, 306. III.

Alexander in locum Achillæ Alexandrini Episcopi sufficitur, 311. XXV. Athanasium adhuc puerum alios baptizantem, & Præsulem agentem, videt, *ibid.* XXVI. Duas Synodos adversus hæresim Arianam collegit, 315. VIII. Ejus Epistolæ ad Alexandrum Cpolitanum Episcopum titulus corrigitur, 317. IX. Ad ejus diffidia cum Ario componenda Hosius legatus a Constantino *Imp.* mittitur, 318. XIX. *& seq.*

Alexander post Metrophanem fit Episcopus Cpolitanus seu Byzantinus, 317. VIII. Quo anno obierit, *ibid.*

Alexander Præfectus Prætorio Africæ purpura a militibus induitur, 306. XVIII. Christianos vexat, *ibid.* XXIII. Post quatuor regni annos a Maxentio debellatur, *ibid.* XVIII. & 311. XXVIII.

S. Alexandra non fuit uxor Diocletiani, 294. IV.

Alexandria post octavum mensem obsidionis a Diocletiano capta, 296. VII.

Alexandrina persecutio. *Vide*, Persecutio.

Alexandrina seditio sub Æmiliano tyranno non confundenda cum ea quæ sub Claudio Aug. accidit, 262. II.

Alexandrinæ Synodi duæ adversus Arium errorem suum spargere incipientem indicuntur, 315. VIII.

Allectus Carausii in Britanniarum imperio socius, post hujus mortem triennio imperat, 293. IV. & 296. VI. Ab Asclepiodoto Prætorianorum præfecto interimitur, 296. VI.

S. Anastasiæ martyris Acta a posterioribus scripta, 300. III.

Anatolius Laodiceæ Episcopus floret, 269. IX. *& seqq.*

S. Antimus Nicomediensis Episcopus martyrio coronatur, 293. III.

Antiochenum Concilium adversus Novatianum sub Demetriano Episcopo celebratur, 252. VI.

Antiochenum Concilium adversus Paulum Samosatensem, 265. III. & 269. XII. Ejus epocha assignatur, 271. II. Sub Claudio Augusto celebratum demonstratur, *ibid.* III. *& seq.* Fidei professio adversus Paulum Samosatensem edita, huic Concilio falso adscribitur, *ibid.* VI.

Antonianus in Numidia Episcopus titubans literas a Cypriano recipit, & ad eum rescribit, 252. V.

Aquarii & eorum error circa Missæ sacrificium, 254. IV.

per Arcani *disciplinam*, Sacramentorum ritus, & dogmata olim occultata, 313. XVIII.

Archelaus Mesopotamiæ Episcopus cum Manete Hæresiarcha disputat, 282. III. Manetem e Mesopotamia fugere cogit, *ibid.* IV.

Arcus Triumphales in honorem Imperatorum positi, in eorum Quinquennalibus & id genus festis de more erigi soliti, 312. IX.

Arelatense Concilium primum sub S. Silvestro Papa celebratum, Hæreticorum baptisma non esse iterandum sancit, 314. XX. Plenarium totius orbis non fuit, *ibid.* XVII. *& seqq.* Neque illud umquam pro tali habuit S. Augustinus, *ibid.* Neque item mere Provinciale extitit, sed Occidentis Patriarchale, *ibid.* XXI. Ducentos in eo fuisse Episcopos demonstratur, *ibid.* XXII. *& seq.* An Constantinus M. eidem interfuerit, incompertum, *ibid.* XXIV.

Arianæ hæreseos initium assignatur, 315. VI. A quo primum hæc hæresis damnata, *ibid.* VIII.

Aristobulus Præfectus Prætorio sub Carino Aug. & ab eo in trabeæ societatem assumptus, post hunc devictum & occisum in Consulatus collegam, virtutis ergo, a Diocletiano deligitur, 285. II. Ab eodem in Prætorii præfectura continuatur, *ibid.* III.

Arnobius, quibus Consulibus libros suos *adversus gentes* in lucem emiserit, 302. XIV. *& seq.* Peculiari Urbis epocha usus est, *ibid.* XV.

S. Asterii & aliorum martyrium in Ægea civitate, 285. VI.

S. Athanasius pueros, dum ipse puer est, baptizat, 311. XXVI. Hujus historiæ veritas defenditur, *ibid.* XXVII. Ætas illius cum ordinaretur, indicatur, 311. XXVII.

Aurelianus a Valeriano Aug. Consul suffectus designatur post Ulpium Crinitum, 258. X. At pro anno tantum quo Æmilianus & Bassus annum aperuere, *ibid.* Rationes in contrarium adductæ solvuntur, *ibid.* XI. Aurelianus Imperator renunciatur, 270. III. Hujus gesta post adeptum statim imperium narrantur, *ibid.* IV. & 271. VII. *& seq.* Secundum gerit Consulatum, 271. I. Cum nota numerali edendus & quare, *ibid.* Persecutionem in Christianos excitat & quo anno, 272. IV. *& seqq. &* 275. I. In Zenobiam bellum movet, hujusque belli annus proprius assignatur, 272. II. *& seq.* & 273. II. Quæ Tacito & Placidiano Consulibus gesserit, breviter exponuntur, 273. II. Gallias nonnisi iisdem Consulibus recipit, 273. III. Tertium init Consulatum, 274. I. Cur aliqui hoc anno Consulem solum II. exhibeant, aperitur, *ibid.* De Zenobia & Tetrico triumphum ducit & quo anno, *ibid.* VI. *& seq.* Ejus bella post triumphum gesta exhibentur, *ibid.* IX. Triplex ejus Romam adventus enunciatur, & eorum primus cum secundo a quibusdam perperam confusus ostenditur, *ibid.* VIII. Quartum Consul procedit, 275. I. In Orientem proficiscens interficitur, *ibid.* II. & 277. III. Et hoc die tertio nonas Aprilis, 275. III. Annos quatuor & menses circiter quatuor tantum imperavit, *ibid.* II. Post ejus mortem interregnum sex aut septem mensibus durat, 275. III. *& seq.*

Aureolus Illyricianorum exercituum ductor, capto a Persis Valeriano Aug. purpuram sumit, 259. XIII. & 261. VIII.

Ausonius peculiarem urbis epocham ab Arnobio adhibitam sequitur, 302. XV. *& seq.*

B

Bagaudæ Ducibus Amando & Æliano tumultus in Gallia concitant, & a Maximiano Herculio domantur, 285. V.

Baptismi hæreticorum controversia consulse tractata, 255. IX. Quo anno orta, *ibid.* X. Baptismi hæreticorum reiterationem propugnat Cyprianus, *ibid.* XI. *& seqq.* Item Concilium Carthaginense, *ibid.* XII. Item Concilium Iconiense, *ibid.* XV. Ea controversia explicatur, 256. III. *& seqq.* Stephani Papæ tempore non sopita, *ibid.* XV. In Concilio Nicæno terminata fuit, 314. XVII. *& seqq.*

Basileus Episcopus Amasenus Concilio Nicæno non interfuit, 316. IX. Initio persecutionis Licinianeæ martyrio coronatur, *ibid.* VII. Ejus martyrium frustra in dubium revocatum, *ibid.* VIII. *& X.*

Bassus anno CCLIX. Consul ordinarius cum Basso in Consulatu prædecessore non confundendus, 259. I.

Blasius sub Licinio Augusto mortem pro Christo patitur, at utrum in fine, vel initio persecutionis, incompertum, 316. XII.

Bonifacius Romanus, Martyr, Diocletiano quartum & Maximiano tertium Consulibus minus tute passus creditur, 305. III.

Britannia decimum post annum a Carausii defectione sub Diocletiano & Maximiano Augustis recepta & Constantii Chlori Cæsaris virtute recuperata, 296. VI.

C

Cæcilianus Episcopus a Constantino evocatus Mediolanum venire jubetur, 316. XIII. *& seq.* Ibi innocens declaratur, *ibid.* XV. Idque eodem tempore quo ejus adversarii exilio mulctati, *ibid.* XVII. *& seq.*

Cæsares Quinquennalia & Decennalia, extincta in Nerone Juiia familia, exhibent, 311. XVII.

Cæsares in nummis *Augustos* appellandi usus quo tempore cœptus, 260. VII. & 283. VII.

Cajus Papa post dies octo Eutychiano sufficitur, & decimaquinta Decembris sabbati die ordinatur, 283. IX. Die Dominico inauguratum demonstrare frustra ab aliquibus tentatum, 296. III. Sedet annos XII. menses IV. dies VII. *ibid.* Post illius mortem, vacat sedes mensibus duobus, diebus octo, *ibid.* IV. Decretales ipsi attributæ commentitiæ, *ibid.*

Carausius purpuram sumit & Britanniam occupat, 286. V. Quo anno hæc rebellio contigerit enuntiatur, *ibid.* VI. A Maximiano frustra bello exagitatus pacifice in Britannia imperat, 290. III. Ipsum inter & Augustos initam postea pacem demonstrant Nummi, sed quo anno, incompertum, *ibid.* Ab Allecto imperii socio occiditur, 293. IV. Quot annis regnaverit, indicatur, *ibid.*

Carinus Cari Augusti filius quandonam Cæsar creatus fuerit, aperitur, 283. I. & IV. Cum patre fastis dat nomen, *ibid.* I. Ab eodem Augustus dicitur, *ibid.* V. *& seqq.* Secundum Consul procedit & qua occasione, 384. I. A Dioletiano debellatus, a suis occiditur, 285. IV. Ejus obitus minus recte in aliud tempus distractus, *ibid.* Anni quibus imperavit, assignantur, *ibid.* Nomen ejus minime e Fastis a Diocletiano erasum, *ibid.* I. *& seq.*

Carpi in solum Romanum transferuntur, 295. I.

Carthaginense Concilium sub Cypriano secundum mense Maio convocatur, 252. VIII. Quid in eo actum sit, aperitur, *ibid.*

Carthaginense Concilium sub Cypriano tertium, de Baptismo primum, celebratur, 255. XII. *& seq.* Hujus circa rebaptizationis controversiam decretum adducitur, *ibid.* A quibusdam Africanis Episcopis rejicitur, *ibid.* XIV. Epocha illius stabilitur, *ibid.* XIII.

Carthaginense Concilium de Baptismo secundum a Cypriano coactum, 256. III. Tempus illius convocationis incertum, *ibid.*

Carthaginense Concilium de Baptismo tertium a Cypriano collectum, ejus sententiam de hæreticorum rebaptizatione confirmat, 256. XVI. Tempus quo habitum fuit statuitur, *ibid.*

Carthaginense Concilium Donatistarum celebratur, 308. V. *& seq.*

Carus quo anno Augustus renunciatus, 283. I. & IV. Secundum Consulatum init, *ibid.* I. Cur cum nota numerali editus, *ibid.* Carinum ut Gallias tueatur, destinat, & Numerianum in Persas moturus secum ducit, *ibid.* IV. Caro falso tribuitur rescriptum de remis-

missione tributi Ecclesiæ Thessalonicensi concessa, *ibid.* XII. Carus moritur, 284. II. V. *& seq.* Quot annis imperaverit, declaratur, *ibid.* II.
Catharina virgo sub Maximino Martyrii palmam assequitur, 307. XVI. Error Baronii circa passionem illius aperitur, *ibid.*
Charito quarto tantum Ecclesiæ sæculo floruit, 277. V.
S. Chrisogoni Martyris Acta a posterioribus scripta, 300. III.
Christiani docere & discere a Juliano Imp. vetantur, 262. XXXIX. *& seq.*
Chronologia Annalium corrupta & quare, 304. X.
Cirtense Concilium ad quid convocatum, 303. IV. Nonnisi anno CCCV. post initam Diocletianeam persecutionem & Diocletiani & Maximiani abdicationem collectum demonstratur, *ibid.* III. *& seq.*
S. Claudii & aliorum martyrium in civitate Ægea, 285. VI.
Claudius Augustus post Gallienum Romanum tenet imperium, 268. III. Nullam in Christianos persecutionem, excitat, *ibid.* VI. Argumenta in contrarium diluuntur, *ibid.* VI. *& seqq.* Consulatum secundum init, 269. I. Gothos debellat, & quo anno, *ibid.* VII. Claudium Imperii anno tertio inchoato demortuum nummi & inscriptiones demonstrant, 270. III.
Confessores, qui exilium, vel quid aliud pro Christo passi, etiamsi morti non traditi, Martyres tamen sæpe ex modo loquendi dicti, 253. V.
Constantia, Constantini M. foror, Licinio in Matrimonium traditur, 313. II. Mariti vitam a Constantino petit & obtinet, 318. VII.
Constantinopolis cur ab Eusebio urbs Regia dicta, antequam a Constantino Magno constructa fuerit, & dedicata, 317. VIII.
Constantinus Magnus obses apud Diocletianum & Galerium Maximianum in Bithynia detinetur, & ab eis clam aufugit, 306. V. *& seq.* Patrem morientem invisit, a quo imperium accipit, *ibid.* Britannus non fuit, *ibid.* IX. Natales plurimi ipsi attributi explicantur, *ibid.* XIV. *& seq.* Consul extra Italiam procedit, 307. II. Faustam Maximiani Herculii filiam uxorem ducit, *ibid.* V. Maximiani Herculii nepotem se vocat, *ibid.* XIV. Imperii Cæsaræi Quinquennalia exhibet, 310. II. *& seq.* Augustæi similiter, 311. IX. Maximi nomen in Galliis obtinet, *ibid.* Iterum extra Italiam Fastis dat nomen, 312. I. Inter ipsum & Maxentium bellum oritur, *ibid.* III. Quo anno bellum illud inchoatum, *ibid.* De eodem bello singularia quædam exponuntur, *ibid.* IV. Constantino Crux apparet, ipseque signum militare in Crucis similitudinem efformare jubetur, *ibid.* V. Locus, dies & hora apparitionis annotantur, *ibid.* Constantinus de Maxentio victo triumphat, *ibid.* VIII. Arcus in ejus honorem erigitur ob prædictum triumphum & quo anno, *ibid.* IX.
Constantinus in favorem Ecclesiarum primam constitutionem emittit, *ibid.* XVI. & 313. V. Hæc in Annalibus loco suo non recitatur, 313. V. Tertio Fastis dat nomen & qua de causa, 313. I. Francos & Barbaros Rhenum transire tentantes inhibet, *ibid.* III. Censum Gallicanum retractat, *ibid.* XX. Christiani cultus observantiam Edicto Mediolani emisso permittit, 313. II. & 314. IX. Hoc edictum cum alio prius dato non confundendum, 314. IX. An Constantinus interfuerit Concilio Arelatensi, incertum, 314. XXIV. Quarto annum aperit & verosimilius Imperii Cæsarei dat Decennalia, 315. I. Augustei Imperii Decennalia Arelate celebrat, 316. II. Donatistas Mediolanum ad judicium venire jubet, *ibid.* XIII. *& seqq.* Cum Licinio bellum gerit, 317. III. *& seqq.* Pacem cum eo facit, *ibid.* V. Licinium debellat & hoc ante Nicænam Synodum, 318. VI. Eidem vitam condonat, *ibid.* VII. Eum post annum necari jubet, *ibid.* VII. *& seq.* Constantini Monarchia quo anno cœpta, *ibid.* XII. *& seq.* Constantinus Hosium legatum mittit ad componenda dissidia inter Alexandrum Episcopum Alexandrinum & Arium, *ibid.* XIX. *& seq.*
Constantinus Junior Constantini M. Filius quando & ubi natus, 316. II. Quo anno & die Cæsar dictus, 315. III. 317. II.
Constantius Chlorus, Constantini M. Pater, Cæsar dicitur & Tribunitia potestate ornatur, 292. II. 294. I. & 302. II. Quo anno id factum declaratur, *ibid.* Priorem in hac nuncupatione a Galerio Maximiano collega locum obtinet, 292. III. Consulatum anno superiori gerendum init, 294. I. Secundum Consul procedit & Quinquennalia Cæsarei Imperii exhibet, 296. I. *& seq.* Alemannos debellat, 297. Tertio fastis nomen dat, simulque Cæsarei Imperii Decennalia edit, 300. I. Quarto annum aperit, 302. I. Persecutionem a Diocletiano excitatam locum in Galliis habere non permittit, 303. VII. Quomodo possit salvari quod dicitur, plurimos nempe sub Diocletiani persecutione in Galliis martyrium pertulisse, explicatur, *ibid.* VIII. Consul quintum adhuc Cæsar procedit, 305. I. *& seq.* Quindecennalia exhibet, *ibid.* II. Augustus dicitur & quo anno, 304. VI. & 306. II. Imperium cum Galerio Maximiano partitur, novamque regendi Imperii formam inducit, 304. IX. Consul sextum ob Augusteam dignitatem anno CCCV. adeptam procedit, 306. I. *& seq* Denascitur VIII. Kal. Augusti anni trecentesimi sexti, 306. VII. Difficultas circa illius mortem ex Socrate orta elucidatur, *ibid.*
Consulatus suffecti anno Christi CCCXI. adhuc usitati, 310. IV. Contraria sententia refellitur, *ibid.* V. *& seq.* Usque ad Constantinopolim conditam durasse videntur, *ibid.* VII.
Consules cur annis Christi CCCIX. & CCCX. extra Italiam non creati, 309. II.

CONSULES.

C. Vibius Trebonianus Gallus Aug. II. & C. Vibius Volusianus Cæsar, 252.
C. Vibius Volusianus Aug. II. & M. Valerius Maximus, 253.
P. Licinius Valerianus Aug. II. & P. Licinius Gallienus Aug. 254.
P. Licinius Valerianus Aug. III. & P. Licinius Gallienus Aug. II. 255.
Valerius Maximus & M. Acilius Glabrio, 256.
P. Licinius Valerianus Aug. IV. & P. Licinius Gallienus Aug. III. 257.
M. Aurelius Memmius Tuscus & Bassus, 258.
Æmilianus & Bassus, 259.
Cornelius Sæcularis II. & Julius Donatus, 260.
Gallienus Aug. IV. & Petronius Volusianus, 261.
P. Licinius Gallienus Aug. V. & Faustinus, 262.
M. Nummius Albinus II. & Maximus Dexter, 263.
Gallienus Aug. VI. & Saturninus, 264.
P. Licinius Valerianus II. & L. Lucillus Macer Rufinianus, 265.
Gallienus Aug. VII. & Sabinillus, 266.
Paternus & Arcesilaus, 267.
Paternus II. & Marinianus, 268.

M. Aurelius Claudius Aug. II. & Paternus, 269.
Flavius Antiochianus & Furius Orfitus, 270.
L. Domitius Aurelianus Aug. II. & M. Cejonius Virius Bassus, 271.
Quietus & Voldumianus, 272.
M. Claudius Tacitus & Placidianus, 273.
Aurelianus Aug. III. & C. Julius Capitolinus, 274.
L. Domitius Aurelianus Aug. IV. & T. Avonius Marcellinus, 275.
M. Claudius Tacitus Aug. II. & Fulvius Æmilianus, 276.
M. Aurelius Probus Aug. & M. Aurelius Paulinus, 277.
Probus Aug. II. & Furius Lupus, 278.
M. Aurelius Probus Aug. III. & Ovinius Paternus, 279.
Messala & Gratus, 280.
M. Aurelius Probus Aug. IV. & C. Junius Tiberianus, 281.
M. Aurelius Probus Aug. V. & Pomponius Victorinus, 282.
M. Aurelius Carus Aug. II. & M. Aurelius Carinus Cæsar, 283.
M. Aurelius Carinus Aug. II. & M. Aurelius Numerianus Aug. 284.
C. Valerius Diocletianus Aug. II. & Aristobulus, 285.
M. Junius Maximus II. & Vettius Aquillinus, 286.
C. Valerius Diocletianus Aug. III. & M. Aurelius Valerius Maximianus Herculius Aug. 287.
M. Aurelius Valerius Maximianus Herculius Aug. II. & Pomponius Januarius, 288.
Bassus II. & Quinctianus, 289.
Diocletianus Aug. IV. & Maximianus Herculius Aug. III. 290.
Junius Tiberianus II. & Cassius Dio, 291.
Annibalianus & Asclepiodotus, 292.
Diocletianus Aug. V. & Maximianus Herculius Aug. IV. 293.
Fl. Valerius Constantius Cæsar & C. Galerius Valerius Maximianus Cæsar, 294.
Nummius Tuscus & Annius Annulinus, 295.
Diocletianus Aug. VI. & Constantius Cæsar II. 296.
Maximianus Herculius Aug. V. & Galerius Maximianus Cæsar II. 297.
Anicius Faustus II. & Severus Gallus, 298.
Diocletianus Aug. VII. & Maximianus Herculius Aug. VI. 299.
Constantius Cæsar III. & Galerius Maximianus Cæsar III. 300.
Titianus II. & Nepotianus, 301.
Constantius Cæsar IV. & Galerius Maximianus Cæsar IV. 302.
Diocletianus Aug. VIII. & Maximianus Herculius Aug. VII. 303.
Diocletianus Aug. IX. & Maximianus Herculius Aug. VIII. 304.
Constantius Cæsar V. & Galerius Maximianus Cæsar V. 305.
Galerius Maximianus Aug. VI. & Constantius Aug. VI. 306.
Ab anno CCCVII. usque ad CCCXIII. alii in Italia, alii in reliquo orbe Romano Consules agniti, ut suis locis videri potest.
Constantinus Aug. III. & Licinius Aug. III. 313.
Rufius Volusianus II. & Annianus, 314.
Constantinus Aug. IV. & Licinius Aug. IV. 315.
Fl. Cejonius Sabinus & Rufinus, 316.
Ovinius Gallicanus & Septimius Bassus, 317.
Licinius Aug. V. & Crispus Cæsar, 318.
Cornelius Papa scribit ad Fabium Episcopum Antiochenum, & Confessorum reditum significat, 252. IV. Felicissimum Ecclesia pellit, *ibid.* IX. Ad Lupicinum Viennensem Episcopum libellum dirigit *de Exhortatione martyrii*, *ibid.* XI. A Gallo Augusto Centumcellas in exilium mittitur, ubi a Cypriano gratulatorias literas recipit, *ibid.* XII. Ibidem moritur, *ibid.* XIII. Annus & dies mortis illius indicantur, *ibid.* Acta ejus suppositititia credita, 252. XIII. Post mortem ejus vacantis sedis duratio ignota, *ibid.* XV.
Crispus Constantini Magni filius Cæsar renuntiatur & quo anno ac die, 315. III. 317. II. Fastis dat nomen, 318. I.
Curubis in Zeugitana provincia, locus exilii Sancti Cypriani, 257. V.
Cyclorum paschalium initium assignatur, 284. VIII. & 285. VIII.
S. Cyprianus Libros *de Unitate & Lapsis* ad Cornelium Pontificem transmittit, 252. III. Ad Antonianum Numidiæ Episcopum scribit, & quo tempore, *ibid.* V. Ad quæstionem *de Lapsis* sibi propositam respondet ante primum Carthaginense Concilium, *ibid.* VII. Secundum Concilium Carthaginense convocat, *ibid.* VIII. Persecutionem imminentem prævidet, & fideles ad martyrium accendit, *ibid.* IX. Libellum *de Exhortatione Martyrii* ad Fortunatum scribit, *ibid.* XI. Literas communicatorias ad Lucium PP. mittit, *ibid.* XVI. Ad Episcopos Numidiæ scribit & quando, 253. VIII. *& seq.* Ad Demetrianum item libellum mittit & quo anno, *ibid.* X. Innocentiam suam adversus Pupianum defendit, *ibid.* XXII. Eos, qui aquam sine vino in missæ sacrificio offerebant, refellit, 254. IV. Per illos tamen non intelligendi *Aquarii*, *ibid.* Quo anno id fecerit, manifestatur, *ibid.* De causa Marciani Arelatensis Episcopi ad Stephanum PP. scribit, & quo anno, 255. III. *& seq.* Varia contra hujus Epistolæ epocham adducuntur, sed refelluntur, *ibid.* IV. *& seqq.* Cyprianus rebaptizationem Hæreticorum & schismaticorum tuetur, *ibid.* XI. Qua ratione ad id motus fuerit, indicatur, *ibid.* Synodum de reiteratione baptismi celebrat, 255. XII. *& seqq.* Librum *de Bono patientiæ* scribit, sed quando, incompertum, 256. II. Certum tamen hunc exaratum fuisse post motam de baptismo hæreticorum controversiam, *ibid.* Secundum de baptismo Concilium Carthagine cogit, *ibid.* III. Tertiam de baptismo Synodum convocat, *ibid.* XVI. Ad Firmilianum dat litteras, ab eoque responsum accipit doctrinæ suæ omnino consentiens, *ibid.* XVII. Quando eæ scriptæ fuerint, declaratur, *ibid.* In exilium deportatur, 257. V. Post annum exilii, Tusco & Basso Consulibus, Martyr occumbit, 258. VIII. Quanta sit in Ecclesia hujus Sancti Doctoris & Martyris celebritas, declaratur, 256. VII. Ejus Opera, 258. IX.

D

DEmetrianus, ad quem S. Cyprianus libellum scripsit, non Africæ Proconsul, sed Judex tantum Cypriano familiariter notus, 253. X.
Diocletianus Aug. Numeriano succedit, & quo anno, ac mense, 284. III. IV. & VII. Error contrarius unde natus, *ibid.* III. Ejus mores graphice describuntur, *ibid.* XIV. Era de ejus nomine instituta, *ibid.* VIII. Diocletianus initio Imperii Christianis favit, *ibid.* XV. Maximianum Herculium Cæsarem creat, *ibid.* X. *& seqq.* & 285. V. Secundum init Consulatum & qua de causa, 285. I. Propter gestum ante Imperii initia Consulatum suffectum Consul II. proponitur, *ibid.* Quo tempore ab eo susceptus fuerit Consulatus ille suffectus aperitur, *ibid.* Maximianum Herculium Augustum

ſlum dicit, 286. II. Rebus in Germania per Legatos feliciter geſtis, *Britannici* titulum adipiſcitur, *ibid.* IV. Tertium Conſul procedit, 287. I. Perſas vincit, & cum iis poſtea pacem ſancit, *ibid.* III. *& ſeq.* Nicomediæ hibernat, 286. VII. & 287. III. In Europam tendit, de bello contra Carauſium cum Maximiano Aug. tractaturus, eodemque tempore bellum parat, 287. IV. Quo anno hæc facta ſint, annotatur, *ibid.* Quinquennalia exhibet, 289. I. Quartum ſumit Conſulatum, 290. I. Mediolani cum Maximiano de creandis Cæſaribus agit, *ibid.* III. Quintum Conſul procedit ob Auguſtei Imperii Decennalia, quæ tamen an hoc anno celebraverit, ignotum, 293. I. Quandonam ſe ut Deum adorari voluerit, & gemmeis calceis uti cœperit, inſinuatur, *ibid.* I. *& ſeq.* & 301. III. Galerium Maximianum adverſus Sarmatas rebelles mittit, 294. V. Sextum Conſul procedit, 296. I. Auguſtei Imperii in Oriente dat Quindecennalia, 298. I. Septimum init Conſulatum, 299. I. Triumphum de Perſis, aliiſque Romanorum hoſtibus ducit, & quo anno, 301. II. & 303. II. Perſecutionem in Chriſtianos excitat, 302. V. & 303. II. Faſtis dat nomen, 303. I. *Vicennalia Romæ celebrat*, 303. II. Quo die hæc exhibuerit, enuntiatur, 298. II. & 303. II. Nonum Conſul Ravennæ procedit, 304. I. Vitam privatam amplectitur, 304. II. & 305. VI. Coacte tamen, 304. III. Quando id evenerit, contra communem ſententiam ſtatuitur, 304. VI. *& ſeq.* Id ex Faſtis magis confirmatur, *ibid.* VIII. Imperium reſumere recuſat, 307. VIII. Moritur, 316. III. *& ſeqq.*

Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus de Orientalium Eccleſiarum concordia, poſt abdicatum Novati ſchiſma, *non vero de Hæreticorum* rebaptizatione, ad Stephanum PP. dat litteras, 256. XIV. *& ſeq.* Per Æmilianum Præfectum in *exilium pulſus varias ſcribit* Epiſtolas, 257. IV. Circa earum unam, ad Philemonem directam, detectus error corrigitur, *ibid.* Poſt pacem Eccleſiæ ſuæ reſtitutam Alexandriam redit, 262. II. Librum cui titulus *De Promiſſionibus*, non contra Irenæum Lugdunenſem, ſed contra Nepotem Epiſcopum Ægyptium ſcribit, 263. II. An ejus ad Paulum Samoſatenſem Epiſtola ſit *ſuppoſititia*, examinatur, 264. III. Mortis ejus annus ſtabilitur, 265. IV. *Magni* cognomen ab omnibus fere antiquis Patribus eidem *attributum*, *ibid.*

Dionyſius Papa Sixti in Romana ſede ſucceſſor, quo anno & die ordinatus, 258. VII. & 271. IX. *& ſeq.* Moritur, 269. XII. Sedis ejus duratio annotatur, 271. IX. *& ſeq.* Ejus Epiſtola *de diviſione Parochiarum* ad Severum Cordubenſem Epiſcopum, adulterina, 269. III. Decretales item aliquæ, quæ ſub ejus nomine *circumferuntur*, ſunt ſuppoſititiæ, 271. XI.

Domitius Aurelianus. *Vide*, Aurelianus.

S. Domna Virgo martyrio coronatur, 293. III.

Danatiſtarum *ſchiſmatis initium* conſignatur, 306. XIX. Sedente Melchiade Romano Pontifice inchoatum oſtenditur, *ibid.* XXII. Nonniſi poſt Maxentii triumphum cœptum, *ibid.* XX. Donatiſtæ Carthagine Concilium habent, ejuſque epocha ſtabilitur, 308. V. *& ſeq.* Synodo Romana Conſtantini juſſu coacta appellant, 313. VIII. Ea appellatio magis comprobatur, *ibid.* IX. *& ſeq.* Adverſis rationibus ſit ſatis, *ibid.* XI. *& ſeqq.* Donatiſtæ tumultus excitant, 316. XX. A Conſtantino Magno cum Cæciliano evocantur, *ibid.* XIII. Mediolanum venire jubentur, *ibid.* XIV. Ibi tamquam calumniatores a Conſtantino damnantur, *ibid.* XV. Pars ſententiæ contra ipſos prolatæ in medium adducitur, *ibid.* XVI. Quo anno in exilium miſſi fuerint, indicatur, *ibid.* XVII. *& ſeqq.*

Dorotheus Antiochenus Presbyter, Cyrillo Antiochenam Eccleſiam regente, floret, 283. VIII. A Dorotheo Diocletiani Cubiculario & Martyre, & a Dorotheo Tyrio Presbytero etiam martyre diverſus, *ibid.* Diverſitatis notæ afferuntur, *ibid.*

Dorotheus Diocletiani Auguſti Cubicularius Martyr, 283. VIII.

Dorotheus Presbyter Tyrius, ſub Juliano pro Chriſto trucidatur, 283.

E

ELeuthera Diocletiani uxor falſo dicta, 294. IV.

Era Diocletianea, ſeu Martyrum, Actiacæ ſubrogata, 284. VIII. Quo anno & die inchoata, *ibid.*

Eræ omnes poſt Diocletianum, excepta Chriſtiana, in Annalibus Baronii mutilatæ, 280. VIII.

Euchariſtia ad abſentes mitti ſolita, 313. XVII. A prioribus Eccleſiæ fidelibus *Fermentum* ſimpliciter appellata, *ibid.* XVIII.

Eugenius *in Syria tyrannidem arripit*, dum Diocletianus Chriſtianos perſequitur, 302. XVII. Hinc occaſio data novi Edicti adverſus Eccleſiarum Antiſtites ab eodem Imperatore promulgati, *ibid.*

Eumenii Oratio ad Conſtantium Chlorum quo tempore recitata, 297. VIII. *& ſeq.* Ejuſdem oratio ad Conſtantinum Magnum Flavienſium nomine quo anno dicta, 313. XX. *& ſeq.*

Euſebius Laodicææ Epiſcopus floret, 269. IX. *& ſeqq.*

Euſebius Cæſarienſis Arianæ hæreſi favet ante Concilii Nicæni celebrationem, 318. XVI.

Euſebius Presbyter & ſocii pro Chriſto ſub Valeriano occumbunt, 256. XIX. Acta tamen illorum Martyrii mendoſa, ita ut ex illis initium Valerianeæ perſecutionis colligi non poſſit, *ibid.*

Euſebius Romanus Epiſcopus Marcello ſuccedit, 306. XXV. 309. VIII. 310. VII. & 311. XXII. Mortalitatem explet, 311. XXII. Menſes quatuor, dies ſedecim ſedet, *ibid.* Decretales ejus adulterinæ, *ibid.* XXIV.

Eutychianus Romanus Pontifex die quinta Januarii anni CCLXXV. Felici ſuccedit, 274. V. & 283. IX. Sedis tempus, mortiſque dies aſſignatur, 283. IX. Inter Confeſſores ſolum numerandus venit ſanctus hic Pontifex, *ibid.* X. Decretales ejus ſuppoſititiæ, *ibid.* XI. & 296. IV.

F

FAbius Antiochiæ Epiſcopus adverſus Novatianum Concilium indicit, 252. VI. Ante ejuſdem celebrationem moritur, *ibid.*

Fames ſub Carino II. & Numeriano Conſulibus, ab Idacio ſolo memorata, 284. XIII.

Faſtorum emendatio a quibuſdam Auctoribus fruſtra tentata, 280. II. *& ſeqq.* A Cardinali Noriſio perfecta, *ibid.* VII.

Fauſta Herculii Maximiani filia Conſtantino M. in uxorem data, 307. V.

Fauſtinus Epiſcopus Lugdunenſis Cyprianum ſollicitat, ut ad Stephanum Pontificem Romanum de cauſa Marciani Arelatenſis ſcribat, 255. III.

Felix hujus nominis Papa primus Dionyſium Romanum Pontificem poſt duorum dierum ſedis vacationem excipit, 269. XII. & 271. XI. Annis quatuor, menſibus undecim, diebus viginti quinque ſedet & moritur, 274. II. Ordinationis & mortis dies annotantur, *ibid.* II. *& ſeq.* Vicariatus ejus ſub Dionyſio præceſſore, omnino ſuppoſititius, *ibid.* IV. Poſt ejus mortem vacavit ſedes dies tredecim, non vero quinque, *ibid.* Tres decretales illi attributæ commentitiæ, *ibid.* V.

Felix Aptungenſis Epiſcopus Traditionis a Donatiſtis infimulatus purgatur, 214. XV. Purgationis *tempus*, *ibid.* XVI.

S. Felix Epiſcopus Tubyzacenſis in Africa martyrio coronatur, 302. XXIII.

Feſtorum *duplicium* appellatio ſeculo tantum decimo tertio cœpiſſe videtur, 315. V.

Fides quo tempore primum in Galliis prædicata, 255. V. *& ſeq.* Qui hoc tardius factum fuiſſe ex vita S. Saturnini deducunt, refelluntur, *ibid.*

Florianus Romæ Imperator dicitur, 276. VII. & IX. Cum Probo Aug. de Imperio contendit, *ibid.* VII. A *ſuis* apud Tarſum interimitur, *ibid.* IX.

Formula inſcripta Sic. X. Sic. XX. Quid ſignicat, & a quo primum introducta fuerit, indicatur, 312. IX.

Fructuoſi Tarraconenſis Epiſcopi & ſociorum martyrium ſub Æmiliano & Baſſo Conſulibus recte conſignatum, *in alium annum* perperam *diſtrahitur*, 261. IV. Eorum Acta in Eccleſia Africana recitata, *ibid.* V.

G

GAlerius Maximianus Cæſar creatur & Tribunitia poteſtate inſignitur, 292. II. 294. I. & 302. II. Annus hujus renuntiationis annotatur, *ibid.* Conſulatum primum anno uno dilatum gerit, 294. I. A Diocletiano contra Sarmatas & *alios* populos rebelles mittitur, *ibid.* V. Conſul ſecundum procedit & Quinquennalia Cæſarei imperii edit, 297. I. *& ſeq.* Perſas adverſus quos a Diocletiano miſſus fuerat, debellat, *ibid.* 6. *& ſeq.* Perſecutionem in Chriſtianos a militibus inchoat, *ibid.* IV. V. & X. Tertium init Conſulatum, 300. I. Annum quarto aperit & imperii Cæſarei Decennalia celebrat, 302. I. *& ſeq.* Diocletianum artibus impellit, ut in Chriſtianos ſæviat, *ibid.* VI. Quintum Conſul adhuc Cæſar, 305. I. *& ſeq.* Auguſtus renuntiatur, & quo anno id factum, ſtabilitur, 304. VI. Imperium cum Conſtantio Chloro partitur, novamque regendi imperii formam inſtituit, *ibid.* IX. De imperio deponendo cogitat, 305. VI. In fideles diriſſime ſævit, *ibid.* VII. In Romanos itidem, *ibid.* VIII. Hos veſtigalibus opprimit, *ibid.* IX. Conſul ſextum tum propter adeptam anno ſuperiori Auguſteam dignitatem, tum propter Imperii Cæſarei Quindecennalia, 306. I. *& ſeq.* Conſtantinum Conſtantii Chlori filium Cæſarem nuncupat, invite tamen, *ibid.* X. Eodem tempore Severum Auguſtum dicit, *ibid.* Romam obſidet, 307. III. Septimo extra Italiam annum aperit, 308. II. Auguſtei imperii Quinquennalia edit, 310. II. Octavum Conſul in toto orbe Romano, excepta Italia, & ſolus, 311. II. Pro Vicennalibus edendis intolerabiles exactiones fieri jubet, ea tamen non exhibet, *ibid.* XIII. & XV. Lethalis illius morbus deſcribitur, *ibid.* XIV. Morti proximus Edictum in favorem Chriſtianorum emittit, *ibid.* XIV. *& ſeq.* Nicomediæ *moritur*, *ibid.* XV. Quot annis imperaverit, enuntiatur, *ibid.* XV. *ſeq.*

Gallienus Valeriani Aug. filius *Ignatius* etiam dictus, 259. V. Ipſo imperii patris initio Auguſtus creatur, 253. XIII. *& ſeq.* Faſtis dat nomen, 254. I. Iterum Conſulatum aſſumit, 255. I. Tertio annum aperit, 257. I. Quinquennalia exhibet, *ibid.* Perſecutionem in Chriſtianos excitat, *ibid.* Iiſdem poſtea pacem concedit, 259. XV. & 261. IX. *& ſeq.* Reſpectu Valeriani Patris junior Auguſtus dicitur, 260. VIII. Quartum Conſul procedit & qua occaſione, 261. I. Ejus auctoritas in Ægypto reſtituitur, *ibid.* XIV. Conſul quintum Decennalia celebrat, ſed antequam magiſtratum abdicet, 262. I. Sextum Conſul procedit, 264. I. Poſt victos ab Odenato Palmyrenorum Rege Perſas, de iis triumphum agit, *ibid.* II. Septimo faſces ſuſcipit & Quindecennalia edit, 266. I. Circa Mediolanum per inſidias necatur, ſed mortis dies incompertus, 268. II. Quot annis imperaverit, *ibid.* III. *& ſeq.*

Gallienus Junior, ex Gallieno Valeriani nepos, Cæſar dicitur, hujuſque nuncupationis tempus aſſignatur, 255. XVII. & 259. III. Saloninus & Cornelius Valerianus appellatus, *ibid.* Diſtinguendus tamen a Valeriano Gallieni Aug. fratre, 255. XVIII. Ejus Conſulatus cum Valeriano a Vopiſco memoratus, fuit tantum ſuffectus, nec de Gallieno Patre poteſt intelligi, 250. VI. *& ſeq.* In Gallias, ut eas regeret, amandatus, a *Poſthumo necatur*, 260. III. *& ſeqq.* Quo anno hæc mors acciderit, aperitur, *ibid.* A Gallieno patre apotheoſi donatur, *Auguſti* tamen titulum non recipit, *ibid.* VI. *& ſeq.* Cur ſub Valeriani nomine Auguſtus aliquando in Nummis ſit appellatus, exprimitur, *ibid.*

Gallus ante imperium Conſulatum ſuffectum gerit, 252. I. Conſul ſecundum procedit, *ibid.* Perſecutionem in Chriſtianos edicit, *ibid.* X. & XVIII. Ejus imperium fuit infauſtum, *ibid.* XXI. Cornelium PP. *in* exilium mittit, *ibid.* XII. Item Lucium PP. *ibid.* XVII. Annos circiter duos imperat, 253. XIII. A *propriis militibus circa* menſem Maium trucidatur, *ibid.* Ejus cædes ab anno CCLIII. minime removenda, *ibid.* XIV. Quæcumque contraria refelluntur, *ibid.* XIV. *& ſeqq.*

S. Gelaſinus mimus martyrio coronatur, 297. XI.

S. Geneſius ex mimo martyr Romæ, 303. X.

S. Geneſius Arelatenſis martyrio coronatur, 303. XI.

Gothi a Claudio Imp. debellantur, 269. VII. Gothi ſub Conſtantino M. in Imperium Romanum erumpunt, 318. IV.

Gothici belli ſub Claudio Auguſto finis, 270. II.

Gregorius Neocæſareæ in Ponto Epiſcopus Thaumaturgus dictus moritur, 265. V.

H

HOſius Epiſcopus Cordubenſis Chriſti fidem coram Præſide confitetur, at quo anno incertum, 303. XIII. Ex ejus tamen Epiſtola ad Conſtantinum Imp. hoc anno, Chriſti CCXCVI. accidiſſe colligitur, 305. V. Illiberitanæ Synodo præeſt, *ibid.* A Conſtantino M. non a Silveſtro PP. Alexandriam mittitur pro componendis diſſidiis Alexandrum inter & Arium natis, 318. XIX. *& ſeqq.*

Hoſtilianus peſte conſumitur, 252. XXVII.

I

IConienſis Synodus rebaptizationem, ſtatuit, 255. XV. Concilii hujus epocha adducitur, *ibid.* XVI.

Illiberitanum Concilium ſub Diocletianea perſecutione celebratum fuit, anno tamen incerto

certo, 305. V. Huic Hosius Cordubensis Episcopus non præfuit, *ibid.*
Illyrici divisio in Orientale & Occidentale, nonnisi Theodosio M. in imperii consortium vocato, accidit, 280. IV. *& seqq.*
Imperatores si Quinquennalia & id genus festa anticipent, vel differant, diem similis denominationis cum die, quo ipsi aut Collegæ imperium suscepere, pro iisdem celebrandis assumunt, 284. XII. & 298. III.
Imperatores initio imperii semel tantum Consulatum capessere soliti, 285. I.
Imperatoris titulus præpositus non multiplicatur, postpositus vero multiplicatur, uti multiplicantur victoriæ ab Imperatoribus reportatæ, 311. VIII. Quibus inter Cæsares fuerit concessus vel negatus iste titulus, exhibetur, *ibid.*
Imperatores Christiani Pontifices maximi dicti non sunt, 312. XVII. *& seqq.*
Imperii Romani clades sub Gallieno, quo anno acciderit, 262. III.
Imperii regendi nova forma a Constantino Chloro & Galerio Maximiano inducta explicatur, 304. IX.
Imperii Romani nova a Constantino M. & Licinio facta divisio exhibetur. 314. XXVI.
Imperium Romanum sub Gallo & Volusiano a Scythis infestatur, & hoc ante pestem quindecennalem sub iisdem Imperatoribus exortam, 253. VI. *& seq.* & 259. XIV.
S. Index Martyrio coronatus, 293. III.
Indictionis initium, 312. XXV.
Indulgentiæ in Actis S. Silvestri Papæ memoratæ commentitiæ, 315. V.
Inscriptiones Imperatorum Gentilium in Christianos aliquando translatæ, 312. XXIV.
Justinianus Imperator Transtigritanas regiones in Provinciæ formam redegit, 303. XVI.

L

Lactantius libros *Divinarum institutionum* scribit, 315. VII.
Laodicena Synodus quo anno coacta, 314. XXV. Hæc, non Laodiceæ in Syria, sed Laodiceæ in Lydia, celebrata, *ibid.* Illius Canones Codicis Canonum Ecclesiæ universæ partem faciunt, & quare, *ibid.*
S. Laurentii Martyrium quo anno contigerit, 261. III. Ejus Acta supposititia, *ibid.*
S. Leonis Papæ de hæresi Manichæorum initio opinio, 277. VIII.
Licinius Valerianus. *Vide*, Valerianus senior.
Licinius Gallienus. *Vide*, Gallienus.
Licinius Valerianus. *Vide*, Valerianus Valeriani Aug. filius.
Licinius Cornelius Saloninus Valerianus. *Vide*, Gallienus junior.
Licinius quibus anno, die & loco Augustus renuntiatus, 307. XVII. Primus ejus Consulatus quem anno CCCXI. gessit, suffectus tantum fuit, 311. III. Licinius Galerio Maximiano mortuo, Provincias ab illo possessas cum Maximino partitur, 311. XVIII. Secundum Consul procedit, 312. I. Tertium Consulatum init, 313. I. Cur ab aliquibus Consul tantum II. hoc anno dictus, aperitur, *ibid.* Edictum in Christianorum favorem una cum Constantino Mediolani emittit, 313. II. Aliud, quod periit cum eodem Constantino prius proposuisse, certum, 314. IX. Hoc cum illo non confundendum, *ibid.* Licinius Constantiam, Constantini Magni sororem uxorem ducit, 313. II. Maximinum Provincias sibi subjectas occupare tentantem vincit, fugatque, 314. IV. & *seq.* Quæ illi hoc in bello acciderint, narrantur, *ibid.* III. *& seqq.* Licinius post victoriam gratias Deo, Nicomediæ agit & de restituenda Ecclesia literas ad Præsidem proponi jubet, *ibid.* VI. Tributa in odium religionis a Maximiano imposita tollit, 314. X. Tyrannorum stirpem funditus evellit, *ibid.* XIII. Quarto Fastis dat nomen, & imperii Cæsarei Decennalia edit, 315. I. *& seq.* Persecutionem in Christianos movet & quo anno, 316. VI. Augustei imperii Decennalia exhibet, 317. II. Prioris belli a Licinio in Constantinum moti tempus & causa adducuntur, 317. IV. & VI. Ruinosum ejus fundamentum ab aliis indicatum, refellitur, 317. III. Licinius cum Constantino pacem facit, *ibid.* V. Quinto annum aperit, 318. I. Posterioris belli ipsum inter & Constantinum exorti annus & occasio producuntur, *ibid.* II. III. *&* V. Hoc in bello vincitur Licinius, & hoc ante Nicænæ Synodi celebrationem, *ibid.* VI. Vitam per Constantiam uxorem petit & impetrat, *ibid.* VII. Constantini jussu occiditur, *ibid.* VII. *& seq.* Quanto tempore Imperium rexerit, aperitur, *ibid.* VIII. An Christianam religionem professus fuerit, *ibid.* IX. *& seqq.* Ejus religio ex ejus numismatis colligi certo non potest, *ibid.* XI.
Licinius Licinii Augusti filius quo anno & die Cæsar levatus, 315. III. 317. II.
Lollianus rebellat in Galliis & Postumum occidit, 269. IV. A suis militibus interimitur, *ibid.*
Lucianus Presbyter Antiochenus, quibus Consulibus & sub quo Imperatore passus sit, examinatur, 311. X. & XX. Ab hæresi Pauli Samosatensis eum liberare frustra ab aliquibus tentatum, *ibid.* XI. Ab hæresi tamen aliquando reversus est, *ibid.* XII.
Lucius Cornelii Papæ successor, 252. XIV. Quo die ordinatus fuerit, & quamdiu sederit, est in obscuro, *ibid.* XV. In exilium pellitur, *ibid.* XVII. Eo brevi solvitur, *ibid.* XXII. *& seq.* Quando liber evaserit, incertum, 253. II. Annus & dies mortis assignantur, *ibid.* III. *& seq.* Quanto tempore Ecclesiam rexerit, indicatur, *ibid.* III. Sedis post ejus mortem vacantis duratio assignatur, *ibid.* V. Inter Martyres hic Sanctus Pontifex numerandus non venit, *ibid.* Decretalis ejus Epistola ad Episcopos Galliæ & Hispaniæ directa, viris doctis suppositicia, 254. II.
Ludi Seculares. *Vide*, Seculares Ludi.
Lues quæ quindecim annis duravit, sub Gallo & Volusiano, non vero sub Decio orta, 252. XXIV *& seq.* Imperium Romanum vastat, 259. XIV. Ejusdem finis assignatur, 264. V.

M

Macharius fit Episcopus Jerosolymorum, 312. XXVII.
Macrianus Valeriano suadet, ut Christianos persequatur, 257. III. & 258. XIII. Hic nec Magus fuit, nec Ægyptius, licet Magorum fautor & protector studiosissimus, 257. III. Valeriano maxime carus fuit, *ibid.* In Oriente & Ægypto, post captum Valerianum, cum filiis arripit imperium, 259. XII. & 261. VIII. Sub quibus Consulibus id acciderit, examinatur, 259. XII. Interimitur, 261. XII. *& seq.*
Macrianus Macriani filius cum patre occiditur, 261. XII. *& seq.*
Mamertinus quo anno Maximiano Herculio panegyricum dixerit, 287. III.
Manes Hæresiarcha e Perside in Mesopotamiam fugit, 281. III. Cum Archelao Episcopo disputat, *ibid.* E Mesopotamia fugere cogitur, *ibid.* IV.

Manichæorum hæresis origo, 276. IV. Certis temporum characteribus stabilitur, 277. VI. Ex variis tamen ejus eruptionibus, varia secundum varios Auctores fortitur initia, *ibid.* VII. *& seq.*
Marcellinus Papa post Caium die trigesima Junii ordinatur, 296. IV. & 304. IX. Hujus Pontificis lapsus commentitius, 302. XVIII. & 304. XII. Huic quidem favent Nicolaus Papa I. & Breviarium Romanum, 302. XXI. At ejus suppositio multis indiciis adstruitur, 302. XVIII. *& seqq.* Marcellinus die vigesima quarta Octobris moritur, 304. XI. Martyrio coronatum fuisse parum verosimile, *ibid.* Sedis post ejus mortem vacantis duratio annotatur, *ibid.* XI. & XIV. Marcellinus cum Marcello successore non confundendus, 304. XIII. & 306. XXVI. Decretales illius & ipsæ ad Salomonem literæ spuriæ, 296. IV.
Marcellus Centurio quo anno pro Christi fide passus sit, 298. II.
Marcellus Marcellino succedit in Pontificatu Romano, 306. XXV. 308. VII. & 309. III. Cum Marcellino decessore non confundendus, 304. XIII. & 306. XXVI. Ordinationis ejus & mortis dies notantur, 309. III. *& seq.* Sedis ejus duratio exprimitur. *ibid.* III. Duæ decretales ipsi attributæ suppositionis convincuntur, 309. V. Epitaphium illius explicatur, *ibid.* VI. *& seq.*
Marcianus, non Macrianus Gallieno imperante Gothos vincit, 262. III.
Marcomanni Consulibus Diocletiano VII. & Maximiano VI. victi, 299. II.
Marcus adhuc presbyter interest Synodo Romanæ Cæcilianum inter & Donatistas habitæ, 313. VII.
SS. Marii & Marthæ Acta suppositicia, 268. VII. & 269. II.
Martinianus a Licinio Augusto Cæsar creatus, Constantini jussu necatur, 318. VII.
Martyres in Gallia quando primum passi, 255. VI. *& seqq.* Error aliquorum putantium, sub Marco Aurelio martyres in Galliis cœpisse confutatur, *ibid.*
Martyres plures sub Numeriano, 284. IX.
Martyres plures sub Diocletiano, 295. II.
Martyres innumeri in Hispania sub eodem Diocletiano, 303. XII.
Martyres, qui in persecutione Liciniana passi dicuntur, ante annum CCCXIX. morte non affecti, 316. XI.
Martyrum sub Claudio Imp. passorum Acta suppositicia, 268. VI. *& seqq.* & 269. II.
Maxentius Herculii Maximiani filius & Galerii gener, 306. XVII. Fit Imperator, *ibid.* XI. *& seq.* Quo mense & die, *ibid.* XII. Initio imperii Ecclesiis Romæ & in Italia constitutis pacem largitur, *ibid.* XXIII. *& seq.* Victo Alexandro Africanos a persecutione liberat, *ibid.* XXIII. Religionem in Africa restituit, *ibid.* XXI. Consulatum Herculii nonum & Maximini Cæsaris abrogat, Actaque publica nova forma notari jubet, 307. I. Annum in Italia aperit, 308. I. Iterum in Italia Consul procedit, 309. I. Tertium Consulatum sumit, sed solus, 310. I. Quarto dat fastis nomen in Italia, tum propter Africanum triumphum, cum propter Quinquennalia in hunc annum dilata, 312. I. Constantinum bello lacessit, *ibid.* III. De Alexandro & Africa triumphum ducit, *ibid.* VII. Victus a Constantino perit, mortisque dies assignatur, *ibid.* VI.
Maximianus Herculius a Diocletiano Augusto Cæsar renuntiatur, biennio antequam Augustæam dignitatem suscipiat, 284. X. *& seq.* Ea nuncupatio ad XII. Kalendas Decembris facta, *ibid.* XII. & 285. V. Bagaudas in Galliis rebellantes adhuc Cæsar comprimit, 285. V. & 286. III. Augustus dicitur & Tribunitia potestate exornatur, 286. II. Tempus & locus hujus nuncupationis exhibentur, *ibid.* Adhuc Cæsar duos tyrannos in Gallia vicit, *ibid.* III. Germanos & Britannos domat, *ibid.* IV. & 287. II. Primum init Consulatum, ideoque cum nota numerali non edendus, 287. I. Bellum adversus Carausium in Britannia rebellantem parat cum Diocletiano, *ibid.* III. Quo anno hic apparatus factus fuerit enuntiatur, *ibid.* Fastis iterum dat nomen, 288. I. Eodem anno imperii Cæsarei Quinquennalia celebrat, *ibid.* Annum tertio aperit & Augustei imperii Quinquennalia edit, 290. I. Ejus mores describuntur, *ibid.* II. Diocletianum Mediolani existentem convenit, ubi de creandis Cæsaribus agitur, *ibid.* III. Quartum Consul procedit ob imperii Cæsarei Decennalia, quæ tamen tempore debito celebrata fuisse incertum, 293. I. Augustei imperii decennalia edit, 294. I. Quintum Consul procedit, 297. I. Imperii Cæsarei in Occidente dat Quindecennalia, 298. I. Ejus imperii Cæsarei dies natalis assignatur, *ibid.* III.
Maximianus sextum Consul Augustei imperii Quindecennalia peragit, 209. I. *& seqq.* De Persis triumphum ducit & quo anno, 301. II. & 303. II. Persecutionem in Christianos a Diocletiano decretam & ipse in Occidente locum habere jubet, 302. VII. Septimum Consulatum init & Vicennalia imperii Cæsarei Romæ agit, 303. I. *& seq.* Consul octavum imperii Augustei dat Vicennalia, 304. I. *& seq.* Imperium abdicat, 304. II. & 305. VI. Coacte tamen, 304. III. Quo anno facta hæc abdicatio contra communem sententiam ostenditur, 304. VI. *& seq.* Idem ex Fastorum dispositione magis confirmatur, *ibid.* VIII. A Maxentio filio vocatus resumit purpuram, 306. XVI. Nonum assumit Consulatum, sed in Italia tantum & initio anni solum, 307. I. Roma fugere cogitur, *ibid.* IV. & VI. Constantinum in Galliis degentem adit, utque eum in partes suas trahat, Faustam filiam dat uxorem, *ibid.* V. Hinc Carnuntum venit ad Diocletianum, hunc de sumendo denuo imperio rogaturus, *ibid.* VIII. De novo in Gallias redit, & insidias Constantino struit, *ibid.* VII. *& seq.* Decimum Consul procedit extra Italiam, 308. II. Imperii Cæsarei quinta Quinquennalia edit, *ibid.* III. Massiliæ interit, 307. IX. & 310. VI. Mortis genus indicatur, 307. IX. Ante Maxentium demortuus demonstratur, *ibid.* XI. *& seq.* Ejus corpus balsamo perfusum longum post intervallum Massiliæ repertum in mare projicitur, *ibid.* XIII. Ejus imperii duratio, *ibid.* X. In Deorum numerum a Maxentio filio relatus fuit, 306. XVII.
Maximinus a Diocletiano imperium abdicante Cæsar creatur, 304. IV. *& seq.* & 306. IV. Hæc renuntiatio Kalendis Maiis Nicomediæ facta, 306. IV. Consul in Italia procedit, & quidem prima tantum anni parte, 307. I. Augustum se renunciat, *ibid.* XVIII. *& seqq.* Ejus nuncupationis annus, *ibid.* XXIII. Audita Galerii morte provincias illi subjectas occupat, 311. XVIII. Christianos persequitur, *ibid.* XIX. *& seq.* Ut accipit edictum a Galerio in favorem Christianorum, persecutionem suspendit, *ibid.* XIX. & XXI. Legem in Christianorum favorem emittit, 312. X. Sed hoc facit necessitate adactus, *ibid.* XV. Omnes impuritates suscipit, *ibid.* XI. Inmatronas sævit, *ibid.* XIII. Illius erga Valeriam Galerii Maximiani viduam inhumanitas, & Diocletianum versus ingratus animus describuntur, *ibidem* XII. & XIV. Hujus

jus Imperatoris Epiſtola ad Sabinum Præfectum Prætorio pro Chriſtianis perperam a ſuo tempore diſtracta, 312. XV. & 313. II.
Maximinus Licinio Aug. bellum infert, 314. III. *& ſeq.* Pugnat & vincitur, *ibid.* V. Legem ſecundam pro Chriſtianorum libertate proponit, *ibid.* VIII. Paulo poſt, veneno propinato, extinguitur, *ibid.* VII. Ejus imperii duratio diverſimode, *ſecundum diverſa* ejus initia, computatur, *ibid.* XII. Imperium exactionibus attrivit, *ibid.* XI.
Maximus Comes rei privatæ ſub Diocletiano martyrio coronatur, 295. II.
Maximus poſt Dionyſium Alexandrinam regit Eccleſiam, 265. IV. Mortalitatem exuit, & quo anno, quave die, indicatur, 285. VII.
Mediolanenſe Judicium contra Donatiſtas, 316. XV. *& ſeqq.*
Melchiades Euſebii in Epiſcopatu Romano ſucceſſor, 306. XXV. & 311. XXIII. Romæ Synodum celebrat, 313. VI. *& ſeq.* Moritur, *ibid.* XV. Mortis dies & ſedis duratio exprimuntur, *ibid.* XVI. Vicariatus ejus ſub Euſebio prædeceſſore commentitius, *ibid.* Unica hujus Pontificis Epiſtola Decretalis, ad omnes Hiſpaniæ Epiſcopos directa, fictitia, *ibid. XIX.*
Meletiani ſchiſmatis epocha ſtabilitur, 306. XXIX. *& ſeq.* Meletianorum Acta falſa, *ibid.* XXXI.
S. Mennas miles ſub Diocletiano Martyrio coronatur, 295. III.
Metrophanes Byzantii Epiſcopus, tribus tantum annis ſediſſe immerito dicitur, 317. VII. Etſi Nicænæ Synodo non interfuerit, illum tamen, eo quo celebrata fuit tempore defunctum fuiſſe, non inferendum, *ibid.* Quonam anno mortuus ſit, indicatur, *ibid.* VIII. Negatur a R. P. Franciſco Pagi, (*Auctoris Nepote*) Metrophanem, Nicænæ Synodi tempore adhuc in vivis fuiſſe, poſt num. IX.
Miſdates, Narſei Perſarum Regis filius patri in regno ſuccedit; at quo anno, incertum, 301. II.
Monachatus initium, ætati Conſtantini Magni imputandum, 318. XIV. *& ſeq.*

N

NArſeus Perſarum Rex a Diocletiano pacem petit & recipit, 287. III. *& ſeq.* A Galerio Maximiano ſubigitur, 297. IV. Ejus filii in triumphum ducuntur, 301. II. Cum Romanis pacem facit, 303. XIV. *& ſeq.*
in Nicæno Concilio controverſia de rebaptizatione terminata, 314. XVII. *& ſeqq.*
Novati ſchiſma Orientis Eccleſias dividit, 256. XIV. *& ſeqq.* Aliud a rebaptizationis Hæreticorum contentione, *ibid.*
Novitates *in Imperio quibus annis inductæ*, 262. II.
Numerianus Cari Aug. filius quo anno Cæſar dictus, 283. I. & IV. Auguſtus dicitur, *ibid.* V. *& ſeqq.* Conſul primum procedit & qua de cauſa, 284. I. Quamdiu poſt patris obitum imperaverit, oſtenditur, 283. XIII. & 284. III. Ex Perſide rediens, per inſidias necatur, 284. III. V. *& ſeq.* Sub eo multi Martyres paſſi, *ibid.* IX.
Numidæ ſub Gallo & Voluſiano, non a Mauris eorum finitimis, ſed a Scythis vexati, 253. VIII.
Nummi his verbis notati *VOTIS X. ET XX.* a quo primum inſculpti, 262. I.

O

ODenatus Palmyrenorum Rex totius Orientis obtinet imperium, 262. III. Cum Gallieno imperium participat & ab eo *Auguſtus* nuncupatur, 264. II. Quo anno facta ſit hæc nuncupatio, ex Nummis & ex ejus mortis tempore habetur, *ibid.* Quandonam mortuus ſit, indicatur, 266. I. & 267. II.
Olympiades mendoſe expreſſæ in Baronio, 306. VIII.
Ordinationes Romanorum Antiſtitum & aliorum quo tempore diebus Dominicis, vel feſtis ſolemnioribus fieri cœperint, indigitatur, 314. II.
Orientales Epiſcopi Stephano Papa ſedente, ſchiſma Novati abdicant, 256. XII. *& ſeq.* Non tamen circa Hæreticorum rebaptizationem cum Romano Pontifice concordant, niſi poſt illius Papæ mortem, *ibid.*
Origenes ubinam & quando mortuus fuerit, oſtenditur, 253. XXIII. Perperam a quibuſdam in duos diviſus, 253. XXV. Ejus libri, *ibid.* XXIV.
Origeniſtæ, tum qui tales ſimpliciter, tum qui *fædi* appellati ſunt, unum eumdemque Origenem, Adamantium ſcilicet anteſignanum habent, 253. XXV.
Ormiſdas, Saporis Perſarum Regis filius Patri ſuccedit, & poſt annum unum, dieſque decem moritur, 271. XII.
Oſius Epiſcopus Cordubenſis. *Vide*, Hoſius.

P

S. PAchomius Cœnobitarum primus inſtitutor 318. XIV. *& ſeq.*
Pamphilius anno Chriſti trecenteſimo octavo martyrio coronatur, 306. III.
Pannoniæ pars a Maximiano Herculio *Valeriæ* dicta in honorem Valeriæ Diocletiani Aug. filiæ, 294. II.
Patroclus non ſub Aurelio Auguſto, ſed ſub Aureliano Præſide Trecis in Gallia paſſus demonſtratur, 277. IV. At quo anno, & in qua perſecutione coronatus fuerit; incertum, *ibid.*
Paulus Apoſtolus, quibus anno & die martyrium paſſus, 258. III.
Paulum Samoſatenum adverſus, non prior, ſed poſterior Synodus Antiochena congregata, 265. III. Sub Claudio quidem convictus, at ſub Aureliano tantum & poſt victam Zenobiam ab Eccleſia pulſus, 271. III. *& ſeq.* & 272. II. Ejus error, hujuſque a Sabellii & Neſtorii hæreſibus diſcrimen aperitur, 271. V.
Perſæ cum Romanis pacem faciunt, 303. XIV. *& ſeq.*
Perſecutio ſub Gallo & Voluſiano menſe Maio incœpta, 252. X. Non occaſione peſtis decreta, *ibid.* Sub ipſa Chriſtiani Romæ vexati, *ibid.* XVIII. At non in Aſia, *ibid.* Neque in Africa, *ibid.* XIX. *& ſeq.* Brevis admodum fuit & quare, *ibid.* XX. Inito a Valeriano imperio, deſinit, 253. XX.
Perſecutio ſub Valeriano & Gallieno quo anno indicta, 256. XVIII. & 257. I. Quo item menſe in Africa cœpta, 257. V. Gravis fuit & quare, 258. XIII. Quandonam finierit, *ibid.* VII. & 259. XV. Error multorum circa illius durationem, aperitur, *ibid.* X. & XV. Quando in Ægypto ſedata fuerit, demonſtratur, 261. IX. Rufinus duo edicta ad ſedandam perſecutionem emiſſa agnovit, *ibid.* X. *& ſeq.*
Perſecutio ſub Aureliano in Chriſtianos decreta,

ta, 272. IV. *& ſeqq.* Hujus initium ab Auctoribus perperam conſignatum, in proprium annum reſtituitur, *ibid.* Eam non ſolum intentatam fuiſſe, ſed & executioni mandatam, oſtenditur, *ibid.* IX. *& ſeqq.* Breviſſimam fuiſſe aſſeritur, *ibid.* V.
Perſecutio in milites ſub Galerio Maximiano quo anno incepta, 297. IV. V. & X. 298. II. & 301. III. Annus quo ea inita ex Arnobio demonſtratur, 302. XIV. Quanto tempore univerſalem a Diocletiano excitatam præceſſerit, indicatur, *ibid.*
Perſecutio univerſalis a Diocletiano indicta, militum perſecutionem quaſi quoddam præludium habet, 298. II. De ea excitanda deliberatur, 302. III. Quibus anno, menſe & die decreta, *ibid.* V. Quo item in loco, *ibid.* III. Initium illius aliqui perperam collocantes redarguuntur, *ibid.* & 304. XV. *& ſeqq.* Cauſa hujus perſecutionis ab Euſebio recte aſſignata, 302. IV. Alia a Galerio Maximiano conficta adducitur, *ibid.* VI. Hæc perſecutio ita atrox fuit, ut neque domui Regiæ pepercerint Diocletianus & Galerius, *ibid.* VII. Illius in omnes crudelitas ex Auctoribus enarratur, *ibid.* VI. *& ſeqq.* Perſecutio in Galliis, ubi Conſtantius Chlorus imperat, locum non habet, 303. VII. Quo anno in Oriente recruduerit, ſtabilitur, 307. XV. Illius anni a Baronio minus recte conſignati, *ibid.* XV. 308. IV. 309. IX. *& ſeq.* 312. XXI. Perſecutio a Maximino inſtauratur, 311. XIX. *& ſeqq.* Ab eodem ſuſpenditur, *ibid.* XIX. & XXI. Quo anno in Occidente finem habuerit, annotatur, 312. XXVI. Quove in Oriente deſierit, aperitur, *ibid.* & 314. VI. Ejus duratio indicatur, 314. XIV.
Perſecutio ſub Licinio Aug. quo anno cœpta, 316. VI.
Perſicum bellum ſub Diocletiano & Maximiano Augg. quo anno cœptum, 296. VI. & 297. IV. Perperam cum anno CCC. conjunctum, 297. IV.
Petrus Apoſtolus a Nerone necatur, 258. III. Ejus corpus ſæpius ad Catacumbas tranſlatum quam crediderit Baronius, 258. III. *& ſeqq.*
Petrus Alexandrinus Epiſcopus Theonæ ſuccedit & quo anno, 300. II. Quarto perſecutionis Diocletianeæ anno Canones ſuos in lucem emittit, 305. IV. Martyrio coronatur, 310. IV. & 311. XX. Petri viſio de Ario, ejuſque martyrii Acta a veritate aliena, 310. IV.
Plotinus quibus Conſulibus in lucem prodierit, & quamdiu vixerit, indicatur, 263. III. De Platonopoli condenda apud Gallienum Aug. fruſtra agit, *ibid.* IV. Moritur, 270. V.
Pontificis Maximi titulum Chriſtiani Imperatores non uſurpant, 312. XVII. *& ſeqq.* Rationes multæ ad hoc probandum adducuntur, *ibid.* XIX. *& ſeqq.* Locus Auſonii, ut videtur, contrarius explicatur, *ibid.* XXI. Inſcriptiones quæ hunc titulum Imperatoribus tribuunt, explanantur, *ibid.* XXII. *& ſeq.* Eas in Gentilium Imperatorum honorem ſculptas, & in Chriſtianos poſtea tranſlatas fuiſſe, evincitur, *ibid.* XXIV.
Pontificum aliquot Romanorum ſeries ex S. Auguſtino firmata, 306. XXIV. *& ſeq.*
Porphyrius Romam pergit occaſione Decennalium Gallieni Auguſti, 262. IV. *& 263.* III. Judæus non fuit, ſed Tyrius, 263. III. & 302. IX. Cur Judæus reputatus, *ibid.* In Chriſtianos non ſcripſit, dum eos infectaretur Diocletianus, 302. X. Neque etiam hoc de illo teſtantur Antiqui, *ibid.* XI. Quid de eo ſenſerit Divus Auguſtinus, inſinuatur, *ibid.* XII. Errores quorumdam circa hunc Philoſophum in medium proferuntur, *ibid.* XIII.
Poſthumus in Galliis imperium uſurpat, 260. III. *& ſeqq.* Cum filio Poſthumo a Lolliano rebellante occiditur, 269. IV. Sub quo Imperatore cædes hæc patrata fuerit, ſtabilitur, *ibid.* IV. *& ſeq.* Adverſa ſententia profligatur, *ibid.* V. *& ſeq.* Annos decem incompletos regnaſſe Poſthumum oſtenditur, *ibid.* IV.
Præfecti Prætorio aliquando Conſules creati, 285. III.
Priſca Diocletiani Auguſti uxor unica quamdiu Principatum tenuit, quo anno extincta, 294. II. *& ſeqq.* Quia Chriſtiana ſacrificio pollui jubetur, 302. VII.
Privatus Lambeſitanus hæreticus Carthaginem pergit, dum Cyprianus ſecundam Carthaginenſem Synodum habet, 252. VI.
Probus in Illyrico, dein Romæ Imperator ſalutatur, 276. VII. *& ſeq.* Cum Floriano per tres circiter menſes imperat, *ibid.* VII. & IX. Ejus imperii initium non a Floriani, ſed a Tacit. Auguſti morte accipiendum, *ibid.* VIII. *& ſeq.* Poſt adeptum imperium faſtis nomen dat, & quare, 287. I. *& ſeq.* Quo anno Gallias a Barbaris occupatas receperit, indicatur, *ibid.* IX. Conſul ſecundum procedit & qua de cauſa, 278. I. *& ſeq.* Hic Conſulatus perperam e Faſtis expunctus & ſuffectus creditus, *ibid.* I. Tertium init Conſulatum ſibi ob victorias reportatas decretum, 279. I. Error Baronii circa hujus Imperatoris Conſulatus detegitur, *ibid.* I. *& ſeq.* Pamphyliam, motus ſedandi cauſa, pergit, *ibid.* III. Cum Narſeo apud Perſas regnante pacem init, Barbaroſque, fines Romanos populantes opprimit, 280. IX. Quarto Faſtis nomen dat, 281. I. Quinquennalia exhibet, *ibid.* II. Annum iterum aperit, 282. I. De Germanis & Blemyis triumphum ducit, *ibid.* II. Inchoato imperii anno ſeptimo, circa menſis Auguſti initium a militibus interimitur, 283. II. Ejus mors ab anno Chriſti CCLXXXII. nullo modo removenda, *ibid.* II. III. & VI.

Q

QUarti Feliciſſimi & Agapiti natalis dies perperam a quibuſdam collocatus, 258. V. *& ſeq.* Hos ſub Sixto Papa martyrium non ſubiiſſe, demonſtratur, *ibid.*
Quietus Macriani filius cum patre occiditur, 261. XII. *& ſeq.*
Quinquennalia Cæſarum in dubium revocari non poſſunt, 311. XVII.
Quin illus Claudii Auguſti frater ipſi in imperio ſuccedit, at poſt dies tantum ſeptemdecim regni extinguitur, 270. III.

R

REbaptizationis Controverſia quo anno orta, 255. IX. *& ſeqq.* Stephano Papa ſedente in Africa cœpit illius occaſione diſſidium, 256. III. *& ſeqq.* Hæc controverſia in Concilio Nicæno terminata, 314. XVII. *& ſeqq.*
Romæ mœnia ab Aureliano dilatantur, 271. VII. & 272. II.
Romana Synodus ſub Dionyſio Papa adverſus Paulum Samoſatenſem celebrata, fictitia, 264. IV. Contrariæ ſententiæ fundamentum adducitur & impugnatur, *ibid.*
Romana Synodus Conſtantini M. juſſu Cæcilianum inter & Donatiſtas ſub Melchiade Papa cogitur, 313. VI.
Romanos inter & Perſas pax ſancitur, 303. XIV. *& ſeq.*
Romulus Maxentii filius cum patre Faſtis dat nomen in Italia, 308. I. Cæſar nuncupatur,

309. I. Secundum Consul ibidem procedit, ob adeptam prius Cæsaream dignitatem, *ibid.* In hujus locum Licinius I. perperam sufficitur, *ibid.* II. Romulum aquis Tiberis suffocatum anno Christi CCCIX. verosimile, 310. II. Romulus apotheosi a patre donatur, atque in ejus honorem Templum construitur, *ibid.*

S

Sapores Misdati in regnum Persarum succedit, 301. II.
Saturninus & socii, qui in Africa martyrio coronati sunt sub Diocletiano, nonnisi ipso, IX. & Maximiano VIII. Coss. passi, ex propriis martyrii Actis demonstrantur, 302. V.
Savinus Martyr, anno tantum Christi CCCIII. pro fide occiditur, 301. III. Episcopi Assiatis titulus illi absque fundamento tributus, *ibid.*
Scythæ aliique Romanum Imperium sub Gallo & Volusiano Augg. infestant, & hoc ante initium pestis quindecennalis sub iisdem Imperatoribus ortæ, 253. *VI. & seq. Hi motus a* Baronio male consignantur, *ibid.* Iterum sub Valeriano Romanos lacessunt, & Antiochiam vastant, 258. XII. 259. XIV. & 268. V.
Seculares Ludi a Maximiano & Diocletiano omissi fuere, 304. X.
Seculares Ludi a Constantino Magno non sunt celebrati, 313. IV.
Serena Diocletiano Aug. nunquam nupta fuit, 294. III. Sub eo Martyrium subiit, 295. II.
Severus a Diocletiano vitam privatam amplectente Cæsar Nicomediæ renuntiatur, 304. IV. *& seq.* & 306. IV. Hæc nuncupatio Kalendis Majis facta, 306. IV. In odium Constantini a Galerio Augustus dicitur, *ibid.* X. In Italiam ab eodem adversus Maxentium mittitur, & quando, *ibid.* XVI. Interit, at mortis ejus annus incertus, 307. IV. *& seq.*
Silvester post Melchiadem sedere incipit pridie Kalendas Februarii, die Dominica, 314. II. Acta hujus Pontificis omnino supposititia, 315. IV. Indulgentiæ itidem in iis memoratæ sunt commentitiæ, 315. V.
Sinvessana Synodus, in qua Marcellinum Papam coram centum octoginta Episcopis pœnituisse fertur, commentitia, 302. XVIII. Suppositionis indicia plurima adducuntur, *ibid.* XVIII. *& seqq.* Hujus Concilii Acta vera esse, aliqui frustra contendunt, *ibid.* XXII.
Sixtus Papa hujus nominis secundus in locum Stephani die vicesima quarta Augusti subrogatur, 257. II. Corpora Sanctorum Apostolorum in Catacumbas transfert, 258. III. Martyrio coronatur, *ibid.* II. Sedet menses undecim, dies sex, 258. III. Varii circa illius martyrii annum adducuntur errores, sed rejiciuntur, eorumque origo detegitur, *ibid.* Sedis post ejus mortem vacatio exhibetur, *ibid.* VII.
Stephanus Papa Lucii successor, 253. V. Decreta Concilii Carthaginensis secundi *de Baptismo hæreticorum* condemnat, Cyprianumque & alios abstinendos docet, 256. III. & XIII. Quæ fuerit hujus Pontificis sententia circa hæreticorum baptisma iterandum, aperitur, *ibid.* IV. V. *& seq.* Diffidii inter ipsum & Cyprianum ac Orientales Episcopos ex hæreticorum baptismi reiteratione orti historia texitur & magis elucidatur, *ibid.* IX. *& seq.* Non ab Orientalibus Episcopis, sed ab Afris ad illum mittuntur Legati, *ibid.* XI. Stephanus eos Legatos durius habet, *ibid.* XIII. Orientales & Afros excommunicare minatur, revera non excommunicat, *ibid.* XII. Sub Valeriano & Gallieno Augg. martyrium facit, 257. II. Dies obitus, sedis tempus, ejusdemque post illius mortem vacatio annotantur, *ibid.* Epistolæ duæ quæ sub ejus nomine circumferuntur, adulterinæ, *ibid.*
Susanna Galerii Maximiani uxor non fuit, 294. II. Acta hujus Sanctæ mendosa, *ibid.* II. *& seq.* & 295. II.
Silvani Episcopi Cirtensis causa quo anno agitata, 306. XXVII. *& seq.*
Symphorianus Augustoduni sub Marco Aurelio martyrio coronatur, 272. XIII. *& seq.*
Synodi variæ particulares, Plenariæ appellatæ, & quo sensu, 314. XIX.

T

Tacitus Fastis nomen dat, 273. I. Septimo mense ab Aureliani morte ipsi in imperio succedit, 275. III. *& seq.* Annum denuo aperit, & qua de causa, 276. I. *& seq.* In hujus locum Probus perperam intrusus, *ibid.* III. Tacitus expeditionem in Scythas imperium vexantes suscipit, eosque fugat & delet, *at neque in Germania, neque in Illyrico, ibid.* V. Ducentesima die ab imperio inito hominem exuit, quo tamen mortis genere incompertum, *ibid.* VI. Hæc mors ab anno Christi ducentesimo septuagesimo sexto non removenda, *ibid.*
Tetricus Senator, & Aquitaniæ Præfectus, absens a militibus Imperator acclamatur, 271. XIII. In potestatem Aureliani Aug. venit, 273. III. Quamdiu in Galliis imperaverit, ex Nummis colligitur, *ibid.*
Tharasci, Probi & Andronici martyrium anno tantum Diocletiani XIX. contigisse ostenditur, 290. II.
Thebæorum Martyrum Acta ex Surio a Baronio recitata, spuria sunt, 297. II. *& seq.* An eorum cædes ante persecutionem generalem a Diocletiano excitatam contigerit, incertum, *ibid.*
Theodosia Martyr anno quinto Diocletianeæ persecutionis pro Christo necata, 306. III. Ejus passio in annum sequentem perperam differtur, *ibid.*
S. Theodosius Abbas in Scopulo floret, 272. II. Annus mortis ejus investigatur, *ibid.* III.
Theodotus Laodicensis Episcopus inter Arianorum duces connumerandus, 318. XVII. Unde natus error Martyrologorum, qui illius meminere, *ibid.* XVIII. Antea erat præsul illustris, *ibid.*
Theonas Episcopus Alexandrinus quo anno dictus, 285. VII. Quo anno vita functus, 300. II.
Thermæ Diocletiani Romæ, & Maximiani Carthagine, quibus annis constructæ & dedicatæ, 298. IV.
Timæi Episcopi Alexandrini obitualis annus assignatur, 283. VIII.
Transtigritanæ Provinciæ a Persis Romanis ceduntur, 303. XIV. *& seq.*
Transtigritanæ regiones a Justiniano Imp. in provinciæ formam redactæ, *ibid.* XVI.
Triumphi si per susceptum Consulatum non exhibiti, in Quinquennalibus, vel hujusmodi solenniis agi soliti, 312. IX.
Throphimus, primus Arelatensium Episcopus, non mittitur in Gallias imperante Decio, 255. V. *& seqq.*

V

Valens tyrannus diversus a Valerio Valente sub Licinio tyranno, 313. XXVI. *& seqq.*
Valens alter Proconsul Achaiæ, vivente adhuc Gallieno Aug. imperium arripit, 259. XIII. Paulo post a militibus interimitur, *ibid.*
Valens a Licinio fit Cæsar, 317. IV. Ad privatam sortem redigitur, *ibid.* Diversus a Valerio Valente tyranno, 313. XXVI. *& seq.*
Valeria Diocletiani filia, & Galerii Maximiani uxor Christiana sacrificio pollui jubetur, 294. II. *& seqq.* & 302. VII. A Maximino male habetur, 312. XII.
Valerianus Senior Æmilianum profligat, 253. XI. Ab exercitu Imperator & mox Augustus salutatur, *ibid.* XII. Ejus imperii initium statuitur, & quibuscumque contra ipsum objectis satisfit, *ibid.* XIV. *& seqq.* Pacem Ecclesiæ reddit, nec eam vexare incipit, nisi in Quinquennalibus, *ibid.* XX. *& seq.* & 254. III. Secundum init Consulatum, ad quem antea Gallo & Volusiano Augg. designatus fuerat, 254. I. Tertium Consul procedit, 255. I. Gallienum nepotem Cæsarem dicit, *ibid.* XVII. Annum denuo aperit, 257. I. Quinquennalia celebrat, *ibid.* Christianos vexat, *ibid.* I. *& seqq.* & 256. XVIII. Antiochiam a Scythis vastatam pergit, & quo anno, 258. XII. A Persis capitur, 259. VIII. Captivitatis ejus initium in magna controversia positum apud Auctores, stabilitur, *ibid.* X. *& seq. &* 261. VII. Servitutis ejus durities, mortisque genus indicantur, 259. IX. *& seqq.* Quanto tempore captivus vixerit, annotatur, 259. IX. & 264. II. Genealogia illius ad Chronologiam restituendam apprime necessaria expenditur, 259. III. *& seqq.* Quot annis ante servitutem imperaverit, demonstratur, 259. X. *& seq.*
Valerianus, Valeriani Aug. filius, Gallieni item Augusti frater, post patris captivitatem Cæsar, dein Imperator nominatur, 259. III. *& seq.* 260. III. 261. I. & 265. I. Consulatus quem cum Gallieno Juniori gessit, suffectus fuit, & minus recte inter ordinarios numeratus, 259. VI. *& seq.* Male etiam Consul ordinarius proponitur cum Gallieno Aug. IV. Consule, 261. II. Fastis dat nomen, 265. I. *& seq.* A Valeriano Gallieni filio, sive Gallieno Juniori diversus statuitur, *ibid. &* 255. XVII. *& seq.* Quo anno Cæsar & Augustus fuerit creatus, ostenditur, 266. I. Occiditur, & a quo, incertum, 268. II.
Valerius Valens tyrannidem arripit, 313. XXII. *& seq.* A Licinio morte multatur, *ibid.* Quo anno tyrannidem sumserit, *ibid.* XXIV. Cognominatus fuit Valens, *ibid.* XXV. Alius est a Valente tyranno sub Gallieno, *ibid.* Item a Valente, Cæsare a Licinio dicto, *ibid.* XXVI. Contraria sententia refellitur, *ibid.* XXVII. *& seq.*
Vararanes fit Rex Persarum, & post tres annos regni moritur, 271. XII.
Vararanes hujus nominis II. fit Rex Persarum, 271. XII. Vararanem annos XVII. non regnasse ex pace a Probo Aug. cum Narseo illius successore inita colligitur, 280. IX.
Victorinus quo anno in imperii consortium a Postumo fuerit vocatus, ostenditur, 262. III. Post imperii biennium Agrippinæ necatur, 271. XIII.
Victorinus Episcopus non Pictaviensis, sed Petaviensis, seu Pitabonensis in Pannonia superiori, quo tempore floruerit, & quo anno Martyr occubuerit designatur, 303. IX.
Volusianus Galli Aug. filius fastis dat nomen, dum adhuc est Cæsar, 252. I. Consul secundum non procedit eodem anno, quo Gallus secundum init Consulatum, *ibid.* II. *&* 253. I. Augustus dicitur, 252. I. & 253. I. Annum de novo aperit, 253. I. A suis militibus cum patre interimitur, *ibid.* XIII. Quartum imperii annum non attigisse demonstratur, *ibid.* XIV. *& seqq.*
Vota triplicis generis, quæ a Romanis pro Imperatorum salute celebrari erant solita, explicantur, 315. I.
Ursinus Monachus Afer, sub Theodosio Juniore clarus, Tractatum edidit adversus eos, qui Hæreticos rebaptizare decernunt, 258. IX.

Z

Zenobia Odenati Palmyrenorum Regis uxor, extincto marito, suscipit imperium, 267. II. & 274. VII. Ægyptum aggreditur, 269. VIII. Ab Aureliano Aug. fugatur, dein obsessa & expugnata Palmyra in hujus potestatem venit, 272. II. *& seq. &* 274. VI. *& seq.* Annus hujus victoriæ indicatur, *ibid.* Quot annis regnaverit Zenobia ex numismatis colligitur, *ibid.*

INDEX
ANIMADVERSIONUM
In quo Consules annorum, cætera vero paginarum numero indicantur.

Asteriscus ad Consules indicat novas in Pagium emendationes.

A

Archelai cum Manete disputatio, 220. Quo anno contigerit, *ibid.*
Africa etiam afflictata fuit persecutione, Gallo & Volusiano Impp. 21. Pluribus probatur, *ibid.* Idem sentiunt fere omnes nostræ ætatis Critici, *ibid.*

B

Bucherianus catalogus castigandus in annis & mensibus Pontificatus S. Dionysii, 183. Quot anni Pontificatus in eodem Stephano tribuantur, 75.

C

Catalogo ex Vindebonensi Bibliotheca ab Eccardo vulgato adhærendum in tempore Imperii Licinii, 443.
Codex MS. in Bibliotheca Capituli Cathedralis Lucensis de tempore Pontificatus S. Feliciis, 193. Cui Codici cohæreat, *ibid.* In quo ab eodem differat, *ibid.*
Confusio in veteribus libris de tempore sedis Eusebii, 493.

CONSULES.

C. Vibius Trebonianus *Gallus* Aug. II. & C. Vibius *Volusianus* Cæsar, 252.
* C. Vibius *Volusianus* Aug. II. & . . . . . *Maximus*, 253.
P. Licinius *Valerianus* Aug. II. & P. Licinius *Gallienus* Aug. 254.
P. Licinius *Valerianus* Aug. III. & P. Licinius *Gallienus* Aug. II. 255.
* L. Valerius Poplicius Balbinus *Maximus*, & . . . *Glabrio*, 256.
Suff. Antoninus *Gallus*.
P. Licinius *Valerianus* Aug. IV. & P. Licinius *Gallienus* Aug. III. 257.
* . . . . Memmius *Tuscus*, & . . . . . *Bassus*, 258.
. . . . . *Æmilianus*, & . . . . . *Bassus*, 259.
Suff. Ulpius *Crinitus*, & *Aurelianus*.
* P. Cornelius *Sæcularis II.* & C. Junius *Donatus II.* 260.
* P. Licinius *Gallienus* Aug. IV. & L. Petronius Taurus *Volusianus*, 261.
P. Licinius *Gallienus* Aug. V. & . . . . *Faustinus*, 262.
* . . . . *Albinus II.* seu M. Nummius *Albinus II.* &. . . . . Dexter, 263.
P. Licinius *Gallienus* Aug. VI. & . . . . . *Saturninus*, 264.
* P. Licinius *Valerianus II.* & L. Cæsonius Macer Lucillus *Rufinianus*, 265.
P. Licinius *Gallienus* Aug. VII. &. . . . *Sabinillus*, 266.
. . . . . *Paternus*, & . . . . *Arcesilaus*, 267.
. . . . . *Paternus II.* & . . . . . *Marinianus*, 268.
* M. Aurelius *Claudius* Aug. II. & Nonius *Paternus*, 269.
* . . . . *Antiochianus*, & . . . . . *Orfitus*. 270.
* L. Valerius Domitius *Aurelianus* Aug. II. & L. Celonius Virius *Bassus II.* 271.
. . . *Quietus*, & . . . . *Voldumianus*, 272.
Suff. Metius *Falconius*, & *Nicomachus*.
M. Claudius *Tacitus*, &. . . . *Placidianus*, 273.
* L. Valerius Domitius *Aurelianus* Aug. III. & C. Julius *Capitolinus*, 274.
* L. Valerius Domitius *Aurelianus* Aug. IV. & T. Nonius, seu Avonius *Marcellinus*, 275.
M. Claudius *Tacitus* Aug. II. &. . . . *Æmilianus*, 276.
Suff. Ælius *Scorpianus*.
M. Aurelius *Probus* Aug. & M. Aurelius *Paulinus*, 277.
* M. Aurelius *Probus* Aug. II. &. . . . *Lupus*, 278.
* M. Aurelius Probus Aug. III. &. . . . Nonius *Paternus*, 279.
. . . . *Messala*, &. . . . *Gratus*, 280.
* M. Aurelius *Probus* Aug. IV. &. . . . . *Tiberianus*, 281.
* M. Aurelius *Probus* Aug. V. &. . . . . *Victorinus*, 282.
M. Aurelius *Carus* Aug. II. & M. Aurelius *Carinus* Cæsar, 283.
M. Aurelius *Carinus* Aug. II. & M. Aurelius *Numerianus* Aug. 284.
Suff. *Diocletianus*, mox Imp. & Annius *Bassus*. Dein M. Aur. Valerius *Maximianus*, & M. Junius *Maximus*.
C. Aur. Valerius *Diocletianus* Aug. II. &. . . . *Aristobulus*, 285.
M. Junius *Maximus II.* &. . . Vettius *Aquilinus*. 286.
C. Valerius *Diocletianus* Aug. III. & M. Valerius *Maximinus Herculius*, Aug. 287.
* M. Aurelius Valerius *Maximianus Herculius* Aug. II. &. . . . *Januarius*, 288.
. . . . *Bassus II.* seu Tib. Bassus II. & . . . . . *Quinctianus*, 289.
C. Valerius *Diocletianus* Aug. IV. & M. Aurelius Valerius *Maximianus Herculius* Aug. III. 290.
* . . . Junius *Tiberianus II.* &. . . *Dio*, 291.
. . . . *Hannibalianus*, & . . . . . *Asclepiodotus*, 292.
C. Aur. Valerius *Diocletianus*, Aug. V. & M. Aur. Valerius *Maximianus*, Herculius Aug. IV. 293.
Fl. Valerius *Constantius* Cæsar, & C. Galerius Valerius *Maximianus* Cæsar, 294.
* . . . . *Tuscus*, &. . . . *Anullinus*, 295.
C. Aur. Valerius *Diocletianus* Aug. VI. & Fl. Valerius *Constantius* Cæsar II. 296.
M. Aur. Valerius *Maximianus* Herculius Aug. V. & C. Galerius Valerius *Maximianus* Cæsar II. 297.
* . . Anicius Acilius Aginatius *Faustus*, &. . . . Virius *Gallus*, 298.
C. Aur. Valerius *Diocletianus* Aug. VII. & M. Aur. Valerius *Maximianus* Herculius Aug. VI. 299.
Fl. Valerius *Constantius* Cæsar III. & C. Galerius Valerius *Maximianus* Cæsar III. 300.
. . . . *Titianus* II. & . . . . . *Nepotianus*, 301.
Fl. Valerius *Constantius* Cæsar IV. & C. Galerius Valerius *Maximianus* Cæsar IV. 302.
C. Aur. Valerius *Diocletianus* Aug. VIII. & M. Aur. Valerius Maximianus *Herculius* Aug. VII. 303.
C. Aur. Valerius *Diocletianus* Aug. IX. & M. Aur. Valerius Maximianus *Herculius* Aug. VIII. 304.
Fl. Valerius *Constantius* Cæsar V. & C. Galerius *Maximianus* Cæsar V. 305.
C. Galerius *Maximianus* Aug. VI. & Fl. Valerius *Constantius* Aug. VI. 306.
Post Sextum Consulatum, scilicet *Maximiani*, & *Constantii*, 307.
Item M. Aur. Valerius Maximianus *Herculius* Aug. IX. & Maximinus Cæsar. Al. *Constantinus* Cæsar.
M. Aurelius *Maxentius* Aug. & M. Aurelius *Romulus*, 308.
Item *Diocletianus* decies & *Maximianus* septies.
M. Aurelius *Maxentius* Aug. II. & M. Aurelius *Romulus* Cæsar II. 309.
Item: *Post Consulatum decimum* Diocletiani, & Maximiani *septimum*.
M. Aurelius *Maxentius* Aug. III. 310.
Item: *Anno secundo* post consulatum *decimum* & *septimum*.
. . . . *Rufinus*, & . . . *Eusebius*, 311.
Item: *Maximianus* VIII. Solus.
Item, mense Septembri: *Volusianus*, & *Rufinus*.
Item: *Maximianus* octies, & *Maximinus* iterum.
C. Valerius Aur. *Constantinus*, mox Aug. II. & Licinianus *Licinius II.* 312.
Item M. Aurelius *Maxentius* Aug. IV.
C. Valerius Aurel. *Constantinus* Aug. III. & C. Valerius Licinianus *Licinius* Aug. III. 313.
* C. Ceionius Rufius *Volusianus II.* & . . . . *Annianus*, 314.
Fl. Valer. Aurel. *Constantinus* Aug. IV. & C. Valerius Licinianus *Licinius* Aug. IV. 315.
. . . . *Sabinus*, & . . . . *Rufinus*, 316.
* . . Ovinius *Gallicanus*, & . . . . *Bassus*, 317.
C. Valerius Licinianus *Licinius* Aug. V. & Fl. Julius *Crispus* Cæsar, 318.

Corbeiensis & Foffatensis Catalogus circa Sixti Pontificatum illustrantur, 92.
C. Cornelius quamdiu Pontifex fuerit, 17. Variæ circa id plurium sententiæ, *ibid.*

D

De tempore imperii Probi quid verosimilius, 222.

E

Edictorum Constantini & Licinii quomodo ordo corrigendus, 519.
Edictio Tyranni quæ in Calendario Lambeciano legitur ad V. kal. Novembris non ad Licinium sed ad Maxentium referenda, 634.
Eusebius Pontifex quando & quamdiu sederit, 493. Non idem sentiunt omnes veteres, *ibid.*

F

S. Felix Episcopus Tubyzacensis in Africa martyrium Nolæ consummavit A. CCCV. non CCCIV. 327.
S. Felix Pontifex merito martyris titulo decoratur, 193. Fragmentum Epistolæ eidem tributum, *ibid.*

G

Galerius Maximianus quo anno Cæsar creatus, 264. Ejusdem edictum paulo ante obitum obsignatum Potestate Tribunicia XX. cui anno assignandum, *ibid.* Male assignatum a Pagio, *ibid.*
Galerius non Maximinus *victus contumacia tollit Cæsarum nomen, & se, Licinianumque Augustos appellat, Maxentium & Constantinum filios Augustorum*, 444.

I

Imperii Cæsarei Maximiani exordium, 286. Ex Inscriptione Buonarroti quæ deducantur circa Fausti Consulatum & persecutionem anni CCXCVIII. 285.

L

Lambecianum Calendarium quando assignat fugam Licinii, 634.
Lectio Chronici Damasi circa diem emortualem Eutychiani depravata, 226.
Libri Pontificalis error circa Sixti sedis annos, 92.
Licinii imperii tempus, 443.
Lucius Papa quando fuerit electus, 20. Quando martyrium subierit, *ibid.* Quid de eo Bucherianus catalogus & liber Pontificalis, *ibid.*

M

MArcellus Papa quo anno ordinatus, 459. Ejus obitus dies incertus, *ibid.*
Melchiades Papa qua die ordinatus, 551. Qua die obierit, *ibid.* Qua sepultus, *ibid.*
Memoria solemnis alicujus victoriæ sæpe ad sequentem diem differebatur, 634. Quibus de causis, *ibid.*

N

NOrisius de Albini consulatu perperam a Pagio explicatur, 145.

O

ONuphrius cum quibus consentiat in assignando nonum consulatum Diocletiani, 433.

P

PAgius non primus detexit nævos Baronii circa initium Imperii Probi Aug. 211. Falli videtur cum constituit anno CCXCIV. exordium bellorum barbaricorum, 264. Nec primus detexit Baronii errorem circa initium persecutionis Diocletianeæ, 305. Oscitanter legit Cardinalem Norisium circa Albini Consulatum, 145. Non sunt Diocletiani Vicennalia quæ ipse statuit anno Dom. CCLXXXIV. num. XII. 232. Corruunt ea quæ huic fundamento superstruit, *ibid.* In tempore Edicti Galerii Maximiani labitur, 164. Difficultatibus sunt involuta quæ de edictis a Constantino & Licinio in utilitatem Christianorum latis differit, 519. 564. Componuntur, *ibid.* Sibi contradicit in statuendo exordio Imperii Cæsarei Maximiani, 286. Hæc verba: *Vitius contumaciæ tollit Cæsarum nomen* &c. perperam refert ad Constantinum, 444. Errat circa depositionem & obitum Marcelli, 309.
Persecutio, Gallo & Volusiano Impp. Africam quoque vexavit, 21.

Q

QUod temporis spatium elapsum fuerit a morte Eusebii usque ad electionem Melchiadis, 551.

S

SIxti Papæ martyrium, 92. Quo anno & die contigerit, *ibid.*
Stephani martyrium quo anno accidisse plerique sentiant, 75.

T

TAciti Aug. mors quo tempore contigerit ex Veteri catalogo, 200.

V

VAriæ lectiones diei emortualis Eutychiani, 226.
Vicennalia quæ statuit Pagius an. Ch. 284. n. XII. Diocletiano non tribuenda, 232. 337. Multa corruunt quæ Pagius his Vicennalibus superstruit, *ibid.*
Variæ sententiæ de tempore Pontificatus Caii, 275.

FINIS.